This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

302515899%

ASHMOLEAN LIBRARY, OXFORD

This book is to be returned on or before the last date stamped below

16 MAY 1997
12 NOV 1997
17 APR 2002
05 JUL 2005
20 OCT 2005
07 [illegible] 2005
08 NOV 2005

Pistoriensis 66 fol. 42ª



Parisiensis 4516 fol. 69ª



Casinas 49



Berolinensis 273 fol. 13[a]



Parisiensis 4537 fol. 39



Vindobonensis 2130 fol. 216[b]



Oxoniensis Bodl. 3361 fol. 238[b]



Eduard Fraenkel
1927

# CODEX IVSTINIANVS

RECENSVIT

PAVLVS KRVEGER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
1877

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

THEODORO MOMMSENO

DIE XXX MENSIS NOVEMBRIS ANNI MDCCCLXXVII

D. D.

PAVLVS KRVEGER

# PRAEFATIO PAVLI KRVEGERI

Cum longum sit exponere, quemadmodum Codex Iustinianus ad nostra usque tempora propagatus sit et qua uia in crisi eius exercenda progrediendum sit, praefationem hanc in quattuor capita ita distribuam, ut primo describantur subsidia critica, quibus haec editio nititur, altero historia Codicis Iustiniani ex his subsidiis reconcinnetur, tertio de traditae lectionis integritate exponatur, quarto huius editionis adornatio explicetur.

---

## Capvt I

### SVBSIDIA CRITICA HVIVS EDITIONIS

Libri antiquissimi, qui Digesta Florentina tam aetate quam emendatione aequabat, fragmenta extant in libro Veronensi bibliothecae capitularis LXII (olim 60, nobis *V*), qui hodie concordantiam canonum Cresconii saeculo VIII uel IX exaratam continet. huius codicis quadraginta membranas rescriptas esse earumque antiquam scripturam ad Codicem Iustinianum pertinere cum a. 1817 primus uidisset Immanuel Bekker philologus, in usum Schraderi haec folia annis 1821 et 1822 descripserunt Fridericus Bluhme et M. S. Mayer: deinde a me denuo lecta et edita sunt in libro, cui inscripsi Codicis Iustiniani fragmenta Veronensia (Berolini 1874), ubi simul quae de condicione codicis Veronensis et de fide lectionis dicenda erant exposui. extant autem in hoc particulae librorum IIII—VIII. XI. XII, quas suis locis in inferioribus singularum editionis paginarum marginibus indicauimus. cum ii qui codicem exarauerunt scite diligenterque officio suo fungerentur, oratio raris mendis corrupta est, eaque ex parte aut ipsi sustulerunt aut corrector aequalis. hunc autem correctorem codice usum esse in emendanda lectione inde apparet, quod rubricas titulorum libri VII nec non passim in libris VI—VIII inscriptiones constitutionum a miniatore uel omissas uel falso loco descriptas restituit[1], idemque testantur hiatus complures in textu constitutionum a correctore expleti[2]. contra num idem praeterea in recensendo exemplo leuiores errores proprio Marte ut fit castigarit, non liquet: nam illud quod huc trahi possit supplementum *V*

489, 7 iuuenali calore aliquid] iuuenali quid $V^a$, iuuenali calore quid $V^b$

probabilius emendationi ex codice haustae nec tamen perfectae attribuas. liber Codicis octauus neglegenter et scriptus et emendatus est: librum duodecimum corrector non attigit.

Huic aetate proximus qui est codex capituli Pistoriensis 66 (antea 59, nobis *P*) scriptus saeculo decimo, non integrum Codicem continet, sed libros I—VIII ita epitomatos, ut Graecis omnibus et Latinarum constitutionum maiore parte omissis uix tertia horum librorum pars supersit. praeterea temporum iniuria factum est, ut codex in fine mutilatus desinat in 8, 48, 6. quod si quattuor schedulas una numeraueris, quae ad textus lacunas explendas posteriore tempore adiectae sunt (f. 23. 105. 127. 130), summa foliorum quae *P*

---

[1] Cf. Fragmenta Veronensia praef. p. V. VI [2] 479, 14. 485, 31. 500, 20. 537, 32. 720, 4. 765, 25. 782, 2. 783, 14. 784, 18

codex Pistoriensis continet, efficitur 170. ex his folia 166 ueteris codicis in XXI quaterniones diuiduntur, qui olim numeris, deinde postquam hi a bibliopega fere resecti sunt, litteris A—Z in postremis foliis numerati sunt. quaternionis O cum tertium par foliorum periisset, ternio qui remansit errore inter B et C insertus est: praeterea secundi paris foliorum ordo ita inuersus est, ut pristinus quaternio hoc modo restituendus sit: fol. 17. 20. 0. 18. 21. 0. 19. 22 et inserendus post fol. 112. nouem librarii codici Pistoriensi describendo operam dederunt[1]. libro secundo praemittitur index rubricarum huius libri, qui ab ipsa Epitoma eo recedit, quod habet rubricas titulorum 28. 36. 50. 52 in hac omissas, et contra omittit rubricas 27. 48. 49 quae in hac extant et inuertit ordinem titulorum 40 et 41: consentit autem cum Epitoma in omissione titulorum 8. 33. 51. 57 et loco tituli 20 cum eadem rubricam *de collationibus* (6, 20) posuit. hunc codicem passim emendauerunt et margines supplementis repleuerunt aliquot manus recentiores saeculorum decimi et undecimi. eodem tempore et supra uersus et in marginibus uariae lectiones et scholia addita sunt. Epitomae formam qualem codex Pistoriensis exhibet, tabula appendicis II repraesentat. contulerunt hunc codicem Schraderi in usum F. Bluhme et M. S. Mayer[2]; deinde eundem ad hanc collationem ipse Pistoriae anno 1868 denuo excussi, nonnullas dubitationes de codicis Pistoriensis lectione, Pistoriae dum degunt, profligauerunt Rudolfus Schoell et Augustus Wilmanns.

*L* Geminam fere Codicis librorum I—VIIII Epitomen continet codex bibliothecae publicae Parisiensis (Bibliothèque Nationale) Latinus 4516 (olim DLXXX, deinde 620, tum 5179, nobis *L*), qui ab eadem totus manu saeculo undecimo scriptus est in sedecim quaternionibus[3] et uno quinione, qui desinit in libri noni exitu: nec quicquam in fine desiderari clausula docet, quam librarius ad 9, 51, 12 addidit, haec *Explicit liber VIIII feliciter deo gratias* ‖ *Finibus en libri cōplebo magistri*[4]. manus altera primae fere aequalis et textum castigauit et uarias lectiones adscripsit et nonnullas constitutiones ab epitomatore omissas in margine suppleuit: praeterea in margine eadem scholia extant, quae manus saeculi X ad codicem Pistoriensem addidit. manus recentissima ut uidetur saeculi XIIII marginibus argumenta Nouellarum Iustinianarum quae Authenticas uocant adscripserat: sed haec cum nonnullis scholiis antiquis erasa sunt. grauiorem iacturam hic codex eo fecit, quod inde a libro tertio complures legum subscriptiones data opera abstersae sunt et in ultimis foliis pars scripturae situ periit. hunc codicem ipse contuli Parisiis anno 1869: deinde ad dubitationes quasdam profligandas Regimontium anno 1875 mihi transmissus est.

*D* Codicum epitomatorum recentissimus Darmstadiensis bibliothecae publicae (Hofbibliothek) 2000[5] (nobis *D*) scriptus saeculo XI uel XII a pluribus librariis, in fine mutilus, desinit hodie in 9, 16, 8. subscriptiones constitutionum in libro secundo ex parte erasae, inde a 3, 34, 11 fere omissae sunt. hunc codicem a. 1873 Berolini habui.

Epitomatos codices qui aetate sequuntur, si Graeca excipias, integrum fere Codicem continent, sed in duas partes ita diuisum, ut alii libros nouem priores alii tres posteriores solos complectantur. illorum codices non extant saeculo undecimo exeunte antiquiores, horum codices duodecimum saeculum extremum non superant. quibus omnibus hoc commune est, quod subscriptiones uilipendunt et fere omittunt, ut etiam si quae errore librariorum seruatae essent, eae a correctoribus expungerentur. nec dissimili studio inde a saeculo duodecimo exeunte inscriptiones neglectae sunt, ut primum nomina eorum ad quos constitutiones datae sunt omitterentur, deinde imperatorum nomina extrema reciderentur, postremo distinguendorum capitum gratia nihil seruaretur praeter unum *Imp.* uel *Idem.* hi codices qui soli nobis maiorem Codicis partem seruarunt, cum originem duxerint ex studio iuris

---

[1] Opus ita inter se diuiserunt: I scripsit quat. A et folii 9 initium, II quat. B, III quat. C D E F, IIII quat. G, V ultimum uersum folii 63 et quat. H I, VI quat. K dimidium, VII quaternionis K alteram partem et quat. L, VIII quat. M N O P Q, VIIII quat. R S T V Z

[2] Seruatur haec collatio inter schedas Schraderianas in bibliotheca uniuersitatis Tubingensis sub numero Mc. 303. VII

[3] Numerus II in fine secundi quaternionis cernitur, reliqui numeri recisi sunt

[4] Voluit fortasse *complebo iussa magistri* uel simile aliquid. c. 13 eiusdem tituli (9, 51) cum clausula *explicit liber VIIII feliciter incipit liber X de iure fisci* addidit manus altera

[5] In fol. 84 manus huius uel proximi saeculi scripsit *Philipp Schmid*

Romani quod illo tempore in scholis Italiae superioris atque inprimis Bononiae uigebat, apte Bononienses uocantur, quamuis non omnes Bononiae scripti sint. ex eorum numero amplissimo (nam prioris partis plus minus 211, posterioris 129 mihi innotuerunt) optimi quique mihi eligendi erant ad crisin in Codice Iustiniano recte exercendam.

Atque praestantissimum librorum I—VIIII exemplum est codex monasterii Casinensis 49 (olim 215. 361, nobis *C*) scriptus saeculo XI uel XII ineunte[1]. quem codicem non ab initio huius monasterii fuisse docemur eo, quod manus saeculi XII uel XIII in paenultimo folio haec adnotauit: *codex hugonis de* ꞔ*ngnano* (uel *agnano* uel *cognario*) *pro uiginti tarenis aureis.* reliquis codicibus eo praestat, quod neque mutilus est neque posterioribus correctionibus ($C^{a}$) primitiua scriptura passim obscurata est. subscriptiones ad praefationes et ad 1, 2, 1—13. 22 extant. hunc codicem postquam Berolini anno 1867 contuli, anno 1868 Casini per paucos dies quaedam denuo examinaui. *C*

Eiusdem aetatis est codex bibliothecae regiae Berolinensis Lat. fol. 273 (nobis *R*) olim Petri Pithoei, emptus a. 1837 ex bibliotheca Rosnyana[2]. cuius qui quattuor priores libros descripserunt librarii, cum satis diligenter officio suo functi sint, reliqua rudiore ductu ac mendose scripta sunt. liber in fine mutilus desinit hodie in 9, 51, 9. atque initium quoque libri V periit. hodie enim incipit liber V a quinione, quem manus paulo recentior suppleuit, eumque quinionem ueteris codicis duo quaterniones adeo mutili excipiunt, ut non supersint nisi prioris quaternionis folia 2. 7. 8, posterioris folia 3—8; ac ne haec quidem genuinam ac pristinam formam seruarunt, cum primitiua scriptura in folio 2 prioris quaternionis, item in foliis 3 et 4 alterius tota et in folio 8 prioris quaternionis maiore ex parte erasa et eius manus ductibus obtecta sit, quae quinionem a quo liber quintus incipit suppleuit. quod qua de causa factum sit, colligitur ex indice titulorum huius libri, quem manus antiqua in folio singulari addiderat, collatis uestigiis pristinae scripturae hodie erasae, quae conspiciuntur in foliis superstitibus eorum quaternionum, quos mutilatos hodie extare supra diximus. ut enim in indice titulo 18 praecedunt tituli 1. 2. 3. 5. 6. 11. 14. 16 (non 15, ut alio loco per errorem pro 16 diximus) 17. 6. 7. 13. 14. 16. 17, ita in contextu Codicis ante titulum 13 qui erasus non est apparere uidetur uocabulum *pertinet*, quod ultimum est tituli 17: praeterea post titulum 13 rubrica tituli 14 scripta fuit[3] et ante 5, 17, 4, quae constitutio lituram sequitur, leguntur 5, 16, 25. 17 *R* 2 omissis 5, 16, 26. 27. 17, 1. 3. consentaneum igitur est praeter has constitutiones afuisse olim titulos 4. 8. 9. 10: titulos 6. 14. 16. 17, quos index bis laudat, non integros repetitos fuisse putem, sed cum titulus 16 extremus et titulus 17 posteriore loco fere consentiant cum codicibus epitomatis, priore loco eas constitutiones solas quas Epitome omiserat extitisse eo uerisimilius est, quod ambitus eorum, quae ita secundum indicem ante 5, 13 desiderantur, ad sex quaternionis folia quae perierunt fere quadrat. indidem simul intellegitur hunc codicem pendere ab Epitoma Codicis, de qua infra amplius dicendum erit. omnino quadraginta subscriptiones in hoc codice ita seruatae sunt, ut non in una uel altera parte omnes extent, sed per totum opus passim sparsae. praefationes Codicis omissae sunt. hunc codicem Berolini a. 1868 contuli et, cum insigni bibliothecae Berolinensis liberalitate mihi per longum temporis spatium praesto esset, ad plagulas editionis corrigendas rursus examinaui. *R*

Tertio loco habui codicem bibliothecae publicae Montispessulanae (école de médecine) H 82 (nobis *M*) saeculi XII, cui scribendo quinque librarii operam dederunt. perierunt 6, 60, 2 extr. ad 7, 1 rubricam, quae saeculo XIIII suppleta sunt, et 9, 22, 10 ad finem. in ultimo folio 6, 22, 4 med. — 8 pr., quae suo loco leguntur, a primo ni fallor librario mendosius repetita sunt. praefationes Codicis omissae sunt. insignis est hic codex multitudine subscriptionum, quarum hodie plus minus 55 legi possunt, multo plures erasae sunt. inscriptionum integritate cedit codicibus *CR*, cum saepius omittat et notas *A. AA.* et dignitates uel etiam nomina tam magistratuum quam priuatorum hominum. pro Antonino uulgo praue exaratum est *Antonius*: uerba *et Philippus C.*, item *et Valerianus C.* constanter fere omittuntur. hunc codicem Berolini a. 1869 contuli. *M*

---

[1] Cf. Bibliotheca Casinensis. Tomus II (Casini 1875) p. 29—35 [2] Cf. Richter Kritische Jahrbücher 1837 p. 188. 378 [3] Ea per errorem cum sequentibus erasa deinde a manu recentiore restituta est

Hi sunt librorum I—VIIII codices Bononienses, quorum lectionem integram et congessimus et in apparatu critico Codicis contextui subscripto exhibuimus. ad eas autem particulas, quae in his desiderantur, alios codices Bononienses in subsidium uocauimus: ueluti ad praefationes contulimus codices Vercellensem CXXII (nobis *U*) et Vaticanum 1427 (nobis *W*) — ad supplendas codicis *R* lacunas Parisiensem 16910 (olim Notre-Dame 112, nobis *N*) — in locum codicis *M* ad 4, 63, 4—6 substituimus codicem bibliothecae uniuersitatis Lipsiensis 883 (nobis *E*), ad 1, 27, 2. 6, 60, 4 seqq. et 9, 22, 10 seqq. codicem Berolinensem Lat. fol. 275 olim Pithoeanum (nobis *Q*), et ad p. 846. 855—857 Berolinensem Lat. fol. 272 (nobis *T*), qui et ipse olim Pithoei erat, denique ad notitias 1, 27 codicem Bambergensem D I 5. hic codex saeculi XIII, reliqui saeculi XII sunt.

*K* Bononiensium codicum qui libros X—XII Codicis complectuntur antiquissimus est Parisiensis 4537 (nobis *K*) scriptus saeculo XII extremo. rubricis titulorum miniator numeros quos Arabicos uocant praefixit. in inscriptionibus constitutionum nomina eorum ad quos datae sunt tantum non omnia omittuntur. plurium autem imperatorum singuli soli remanserunt, quos saepe excipit nota *l* (= libro), quam scilicet librarius qui Digesta Iustiniana describere solitus erat, de suo addidit. inde a 12, 40 contextus constitutionum neglegenter descriptus est et inscriptiones pleraeque non habent nisi *imp. a.* uel *idem a.*, quae uerba pro lubitu librarii nulla uerae inscriptionis ratione habita posita sunt. praeterea librarii ipsius ni fallor manu exaratae sunt uariae lectiones passim adscriptae, quae postquam in margine erasae sunt, nonnumquam supra uersum contextus a manu recentiore repetitae sunt. codicem emendauit manus saeculi XII uel XIII, eadem ut uidetur quae scholia glossatorum ante Accursium composita in margine scripsit: textum correxerunt etiam manus diuersae saeculorum XIIII et XV. hunc codicem Berolini contuli a. 1869, deinde Parisios remissum eodem anno denuo Parisiis relegi. denique anno 1875 insigni Parisiensis bibliothecae liberalitate codicem Regimontium transmissum ad dubitationes quae remanserant profligandas adhibui.

*O* Inter reliquos librorum X—XII codices integritate inscriptionum praestantissimus est Oxoniensis bibliothecae Bodleianae 3361 (Seldeni Arch. B 39, nobis *O*) saeculo XIII scriptus. in quo ante hos tres Codicis Iustiniani libros in foliis 198—238 extantes a bibliopega adsutae sunt Institutiones Iustinianae et Nouellarum collectio quae Authenticum uocatur, illae saeculo XIIII, haec saeculo XIII scriptae. Codicis Iustiniani perierunt 11, 31, 1 fin. — 11, 59, 7 et 12, 20 — 12, 23, 7. hunc codicem Berolini a. 1868 contuli, deinde Oxonii a. 1870 pauca relegi et quae reliqua erant anno 1876 codice Regimontium mihi transmisso absolui.

*I* His duobus libris manu scriptis tertium adiunximus Vindobonensem 2130 (nobis *I*) saeculo XIII scriptum. qui codex plenas inscriptiones ad 11, 63, 2—12, 7, 1 seruauit: in reliquis fere non recepit nisi singulorum imperatorum nomen (u. g. *imp. ual. a.* pro *imppp. Valentinianus Theodosius et Arcadius AAA.*) uel *idem a.* manus saeculi XV supra uersus uel in margine inter glossas Accursianas adnotauit uarias lectiones, inter quas eae fere omnes inueniuntur, quas editiones ex apparatu Hugolini (uel ut uulgo dicunt Azonis) citant. hunc codicem Oeniponti a. 1873 contuli. dubia nonnulla Fridericus Maassen a me rogatus ea qua solet comitate resoluit.

*X* Denique ad eas partes librorum XI et XII quae in libro *O* perierunt, huic subrogaui codicem Oxoniensem bibliothecae Orielensis A 2. 7 (nobis *X*) saeculo XIII diligenter exaratum, quem integrum Regimontii a. 1876 contuli. ad inscriptiones constitutionum hunc codicem non adhibui, quippe qui in his nihil habeat nisi *imp.* uel *idem.*

*F* His libris manu scriptis accedit fragmentum Codicis, quod casu aliquo in librum Monacensem 6375, olim Frisingensem monasterii Corbeiensis 175 (nobis *F*), aberrauit. qui codex scriptus saeculo IX uel X continet historiam ecclesiasticam Eusebii a Rufino Latine factam: cui cum ab eadem manu in pag. 1 glossarium Latinum, in pagg. 2—4 med. Codicis 3, 13, 2—3, 17, 1 praemissa sint, Mommsenus, cui huius fragmenti notitiam debemus, probabiliter coniecit[1]

---

[1] Mommsen, Verordnungen Diocletians p. 350 (Abhandlungen der Berliner Akademie 1860)

in archetypo huius codicis folium Codicis Iustiniani tegumenti loco Eusebio praefixum fuisse[1] librariumque id pro parte operis Eusebiani habuisse.

Praeterea codicum uice fungi iussimus excerpta Codicis, quae codices Bononienses aetate praecedunt. et antiquissima quidem excerpta continet epistula Gregorii Magni ad Iohannem defensorem anno 603 data (lib. XIII indict. VI). sunt autem haec: 1, 3, 10. 1, 12, 2. 6. 7, 48, 4. 9, 1, 20. cuius epistulae lectionem ad codices optimos eosque saeculo X exaratos restituimus. *Greg.*

Ampliorem constitutionum delectum congessit lex Romana canonice compta, descripta in solo codice Parisiensi 12448 (olim Harleiano 386) saeculi X, cuius maior pars in anonymam collectionem Anselmo dedicatam translata et recepta est: haec saeculo nono exeunte, illa non ante a. 826 composita est. in lege Romana igitur constitutiones Codicis Iustiniani hae extant[2]: *A*

ex libro secundo 3, 6. 12. 17. 20. 4, 27. 38. 39. 41. 11, 1. 8. 10. 20. 22. 12, 6. 19, 4. 7. 9. 12. 27, 1. 34, 1

ex libro tertio 12. 15, 1. 16. 22, 1. 4. 28, 17. 19. 21. 23. 27. 28. 35 *pr.* 29, 2. 3. 32, 2. 7. 15. 22. 27. 34, 1. 2. 4. 10 .. 13. 35, 1 .. 5. 39, 5. 6. 44, 12

ex libro quarto 1, 2. 19, 2. 20, 5. 6. 8. 9. 11. 12. 14. 17. 19. 22, 1. 4. 24, 2. 3. 12. 32, 27. 34, 1. 10. 38, 14. 42. 43. 44, 2. 65, 3. 15. 34

ex libro quinto 4, 26. 5, 2. 8. 9, 2

ex libro sexto 1, 1. 4. 2, 2. 22, 4. 35, 12. 43, 3 *pr.* § 1

ex libro septimo 6, 1 § 3. 3[a]. 11, 4. 13, 2. 3. 33, 1. 2. 10. 12. 35, 1 .. 6. 40, 1. 2. 49

ex libro octauo 4, 7. 52

singulis constitutionibus titulorum rubricae praemittuntur, indicato simul per librorum titulorumque numeros loco, ubi in Codice Iustiniano lectae sint[3]: quod si plures constitutiones ex eodem Codicis titulo descriptae continuo se excipiunt, hae notitiae de pristina constitutionum sede nisi in prima quaque constitutione non adduntur. subscriptiones paucae integrae, pleraeque aut mutilae sunt aut omissae. praeter codicem legis Romanae supra laudatum ($A^l$) codicem uetustissimum collectionis Anselmo dedicatae Vercellensem XV ($A^u$) saeculo VIIII scriptum ita adhibui, ut ex consensu horum codicum genuinam legis Romanae lectionem restituerem, singulares autem alterius utrius codicis lectiones omitterem praeter eas, quae quia cum aliis auctoritatibus consentiunt, alterius in uera legis Romanae lectione tradenda fidem in dubium uocant[4].

Eiusdem fere aetatis sunt excerpta codicis Vtinensis bibliothecae capitularis saeculi IX uel X, in cuius foliis 93[b] sqq. leguntur 7, 2, 9—11. 14. 7, 4, 8. 12. 7, 7, 1. 7, 10, 1. 4—7[5]. hunc codicem beneficio G. Haenelii Lipsiae anno 1875 conferre mihi licuit. *Vtinensis*

In usum clericorum facta est sylloge locorum ex Iuliani epitoma Nouellarum et ex Codice Iustiniano excerptorum, quam Mediolani in codice bibliothecae Ambrosianae G 58 sup., olim Bobiensi, saeculi X uel XI (nobis *Ambr.*) inuestigauit Fridericus Maassen[6]. Codicis Iustiniani hae particulae in hac sylloga extant: 1, 3, 5. 7—10. 13. 14. 20 *pr.* 33. 53. 1, 4, 2. 4. 24. 1, 12, 2. 5. 1, 13, 1. 3, 12, 2. 9. plerarumque constitutionum subscriptiones seruatae sunt: inscriptiones nonnullae omittuntur. hunc codicem Mediolani a. 1868 contuli. *Ambr.*

Ad 9, 13, 1 dedi uariam lectionem codicis Parisiensis 4421 saeculo XI ineunte exarati, qui illam constitutionem Iustinianis Institutionibus appendicis uice addidit.

---

[1] Fragmenti Codicis uno folio effecti, in quo et inscriptiones et subscriptiones extiterunt, Venetiis a se inuenti Niebuhr in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft 3 p. 396 mentionem fecit: quod frustra quaesiui [2] Fridericus Maassen, cui huius legis notitiam debemus, in libello Ueber eine lex Romana canonice compta Wien 1860 p. 4 sqq. (Sitzungsberichte der Wiener Akademie 1860 p. 76), quo ordine haec capita in lege Romana collecta sint, diligenter indicauit [3] De rubrica 7, 38 uide ad p. 835, 1 [4] Plenam codicum $A^u$ $A^l$ lectionem ad 3, 12, adiecta lectione codicis Bambergensis P I 12 ($A^o$), exhibet Appendix III [5] Cf. Haenel in praefatione Nouellarum a Iuliano epitomatarum p. X [6] Maassen, Bobienser Excerpte des Römischen Rechts. Wien 1864 (Sitzungsberichte der Wiener Akademie uol. 46)

Ex libris X—XII excerpta saeculo duodecimo antiquiora extant nulla: adhibui tamen ea quae codicibus *KO* antiquiora sunt, scilicet ad 10, 1—10, 2, 4 codicem Vaticanum 1427 (*W*)[1] saeculi XII, in quo ea post librum VIIII Codicis continuo descripta sunt, ut tamen initium usque ad 10, 1, 8 erasum sit, et ad 11, 48 codicem Berolinensem Lat. fol. 274 saeculi XII (nobis *U*), in quo ille titulus (omissa tamen paenultima constitutione) itidem ad finem libri VIIII Codicis additus est.

Maioris momenti ad Codicem Iustinianum redintegrandum quam haec Latinarum constitutionum excerpta sunt illae compilationes iuris Byzantini, in quibus Graecae constitutiones ex Codice Iustiniano depromptae insunt; nam illae constitutiones Graecae in libris manu scriptis ipsius Codicis (excepto Veronensi, qui quattuor fragmenta seruauit) ad unam omnes *Coll.* omissae sunt. et ex primi quidem libri constitutionibus uiginti et una, quae ad ius ecclesiasticum spectant, in collectionem quae dicitur XXV capitulorum Iustinianis fortasse temporibus compositam[2] receptae sunt. ex editione recentissima huius collectionis a G. E. Heimbachio in Anecdotorum Graecorum uol. II (Lipsiae 1840) parata fructum nullum cepimus, cum huius editoris opera in eo fere substiterit, ut auctoritate codicis omnium qui extant recentissimi abusus bonas et eo usque editoribus probatas lectiones expelleret. ego ad huius collectionis lectionem eruendam codices optimos adii Parisiensem Coisl. 209 saec. IX uel X, qui non recepit nisi capita 16 priora, Parisiensem 1326 saec. XII, in quo fere perierunt capita 14—17 in., Florentinum bibliothecae Laurentianae pl. X n. 10 saec. XII: praeterea ad c. 17—21 contuli etiam Parisiensem 1334 saec. XI et ad c. 17 solum etiam Parisiensem 1320 saec. XII. optimo eiusdem collectionis archetypo auctorem Graecae compilationis, cui Zachariae Epitomae auctae nomen indidit, usum esse duobus supplementis a Zachariaeo ex codice huius compilationis Bodleiano 3399 depromptis docetur[3], quibus hiatus omnium collectionis XXV cap. codicum qui hucusque excussi sunt egregie explentur. contra nihil profeci e codicibus quos Pitra consuluit[4]. ceterum praeter ipsa constitutionum uerba haec collectio et inscriptiones et plerasque subscriptiones tradit, has tamen utpote Latinas a Graecis librariis inscite depictas.

*Const.* Ad libri primi constitutiones Graecas restituendas adhibuimus praeterea collectionem in codicibus modo laudatae collectioni uulgo subiunctam, in qua insunt indices[5] constitutionum 1, 1—13 cum paratitlis in singulorum titulorum fine adiectis, quibus leges similis argumenti ita allegantur, ut praemissis numeris et uocabulo a quo legis textus incipit breuissimus index addatur[6]. hac sylloga, quae collectio constitutionum ecclesiasticarum uocari solet, initium Codicis ab Anatolio Graece redditi effici Zachariae nuper probauit[7]. Graecae constitutiones integrae in ea non leguntur nisi quattuor, quae primo Codicis Iustiniani titulo continentur: praeterea in ea rubricae titulorum Latinae ex Codice descriptae extant. ad huius syllogae genuinum textum restituendum codicibus Parisiensibus 1326. 1334 et Laurentiano, quos supra laudaui, usus sum.

*Nomoc.* Largiorem tam editarum quam ineditarum constitutionum Graecarum messem suppeditauit Nomocanon XIIII titulorum a Theodoro Besta a. 1090 auctus, quem uir eminentissimus I. B. Pitra Monachii inuenit et in iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumentis II (Romae 1868) p. 433 sqq. edidit[8]. inscriptiones et subscriptiones legum omissae sunt. innotuerunt adhuc hi tres codices huius de qua agitur collectionis saeculo XII exarati: Monacensis Graecus 122, Dubliniensis collegii s. trinitatis 494, Ambrosianus L 49 sup.: quos omnes ipse contuli[9].

---

[1] Cf. supra p. VIII [2] Cf. Zachariae, Die griechischen Nomokanones. St. Petersbourg 1877 p. 3 (Mémoires de l'académie tom. 23 n. 7) [3] Kritische Vierteljahrschrift für Gesetzgebung und Rechtswissenschaft 16 (München 1874) p. 225 sq., cf. Addenda ad huius editionis p. 53, 16. 55, 2 [4] Pitra, Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta II p. 407 sqq. lectiones codicum Vaticani 2060 saec. XII et Vaticani Palatini 376 saec. XI enotauit: ille Laurentiano, hic Parisiensi 1326 similis est [5] Indices sunt argumenta constitutionum modo longiora modo in breue contracta [6] Vltimam huius collectionis editionem parauit Fabrotus in Voëlli et Iustelli bibliotheca iuris canonici, Parisiis 1661, II p. 1223 sqq. [7] Zeitschrift für Rechtsgeschichte uol. 10 p. 54: cf. Zachariae, Nomokanones p. 7 [8] Cf. Zeitschrift für Rechtsgeschichte 9 p. 185 sqq. [9] Indices Graecos Latinarum constitutionum qui in his codicibus solis comparent programmate (Indices constitutionum Codicis Iustiniani

Denique undecim Graecae constitutiones titulorum 1—11 libri primi in codicibus quibusdam Basilicorum inueniuntur. integerrimum ex his codicibus Coislinianum 151 post Heimbachium ipse contuli. *B*

His excerptis Codicis Latinis et Graecis alterius generis epitome accedit, quam ex unico codice bibliothecae capitularis Perusinae A XVIII saeculo X exarato edidit Heimbach in Anecdotorum uol. II. haec epitome, quam duce Heimbachio Summam Perusinam uocamus[1], ita composita est, ut ex Codice tam titulorum rubricae quam singularum constitutionum inscriptiones exscriberentur et his inscriptionibus breuia constitutionum argumenta adiungerentur. raro non argumentum sed ipse integer constitutionum textus in Summam Perusinam receptus est: quod ubi fit, subscriptio plerisque ex his constitutionibus addita est. saepius commata integri textus uel singula uerba argumentis interspersa sunt[2]. Graecarum constitutionum neque inscriptiones neque argumenta in Summa Perusina extant: solet tamen hiatus uerbis *lex Graeca* et uacuo spatio relicto indicari[3]. in transscribendis inscriptionibus epitomator Summae Perusinae per errorem non raro extrema earum uerba, quasi pars essent contextus, omisit aut initium constitutionis inscriptioni adiunxit. codex Perusinus cum in medio argumento 8, 53, 8 desinat nec tamen in fine mutilatus sit, consentaneum est eum ex codice aliquo Summae mutilo descriptum esse. Summae ipsi praemissus est index titulorum Codicis, qui tamen non procedit ultra librum III extremum. praeter editionem, quae exemplo codicis Perusini ab Heimbachio confecto nititur, aliud eiusdem codicis Perusini exemplum a Friderico Bluhmio descriptum mihi praesto fuit, quod inter Schraderiana Tubingae in bibliotheca uniuersitatis numero Mc. 305 VI insignitum adseruatur. *S*

Atque haec quidem de libris manu scriptis a nobis adhibitis: nunc uideamus de editionibus. et eas quidem, quae annum 1530 praecedunt, e recentioribus codicibus Bononiensibus pendere iam in libro Kritik des Justinianischen Codex p. 71. 108 demonstrauimus. editio autem Gregorii Haloandri, quae Nurmbergae anno 1530 publicata est, codice non spernendae auctoritatis niti uisa est. de quo codice ipse editor in praefatione editioni a se curatae praemissa haec rettulit: *Hal.*

'Longo post tempore, quam ad peruestiganda uetusta exemplaria animum adieceram, 'omnia perlustrans, omnia circumspiciens, dato etiam speciali ad hoc mandato iis, qui 'commercii causa Constantinopolim usque ueterem illam legum, quibus nostra adhuc aetate 'utimur, patriam excurrebant, cum omni propemodum spe destitutus essem, beneficio 'Io. Egnatii doctissimi mihique amiciss. uiri uetustum Iustiniani codicem (praeter opi'nionem tamen) nactus, in quo prorsus dubites, plusne dignitatis ob uetustatem, an fidei 'ob scripturae integritatem, an propter Imperatorum nomina diligenter descripta et ad'iectam temporum per coss. designationem utilitatis inesset: — et licet omnia, quae passim 'per hosce XII Codicis libros perperam admissa et deprauata fuerunt, restituere et ad 'pristinum nitorem reducere nequiuimus, propterea, quod exemplar, de quo diximus, cuius 'praecipue fidem secuti sumus, tam in principio usque ad tit. de episcop. audient. quam fine 'a tit. ad sen. cons. Turpil. carie consumptum, et in quarto libro magna ex parte, in 'septimo ferme in totum mutilatum esset: dedimus tamen operam, ut omnes maculae, 'sordes, immundiciae, quoad eius fieri potuit, detergerentur.'

Plura, quam ex hac Haloandri praefatione, de codice Egnatiano ex ipsa editione cognoscere licet, quippe qui maxime insignis fuerit eo, quod fere omnes subscriptiones continebat. ex eis, quae de subscriptionibus Haloandrinis in libro meo Kritik des Just. Codex p. 19 sqq. congessi, apparet hiatus codicis Egnatiani quos Haloander indicat amplexos esse 4, 29, 22 — 5, 9, 6 et 6, 62, 5 — 7, 73, 1, praeterea ad similitudinem codicum epitomatorum non paucas subscriptiones mutilas fuisse aut omissas. de Graecis Haloander in praefatione Nouellarum

ex libris Nomocanonis XIIII tit.) indici lectionum hibernarum Marburgensi 1872 praemisso comprehendi [1] De genuino titulo cf. Heimbach praef. p. VIII [2] Cf. inprimis 3, 34—37 et quae ex hac particula in Addendis attuli [3] Vacuum spatium etiam pro eis Latinis constitutionibus relictum est, quarum inscriptionibus argumentum subditum non est, u. g. 6, 13, 15

editioni (1531) praemissa haec dicit: 'reliquimus etiam lacunas aliquot in Codice nostr 'ubi graecas constitutiones deesse tantum notauimus, quas partim in antiq. exempl. propte 'uetustae scripturae obscuritatem legere non potuimus, partim ne habuimus quidem praeterea in editione Haloandrina notitiae ad 1, 27 pertinentes restitutae non sunt. propte subscriptiones autem factum est, ut uiri docti, qui Codicem post Haloandrum ediderun uetustati codicis Egnatiani ceterisque laudibus ab Haloandro praedicatis fidem haberen summamque auctoritatem in restituendo constitutionum contextu Haloandrinae editior tribuerent. ac ne nouissimus quidem editor (Aemilius Herrmann) de auctoritate codici Egnatiani quicquam detrahere uoluit, nec tamen facere potuit, quin in contextu constitu tionum restituendo consensui codicum a se adhibitorum Haloandrinas lectiones postponere et his commemorando magis quam adprobando solitum honorem tribueret.

Ipse cum quaererem quid Haloandrina editio ex codice Egnatiano praeter subscrip tiones profecisset, quidue utilitatis ex ea in restituendo Codice percipi posset, iis quae ha de re in libro laudato p. 73 sqq. exposui uix habeo quod addam. ubi postquam pro baui fundamentum Haloandrinae editionis fuisse editionem principem, quae Noremberga a. 1475 prodiit, praeterea ab Haloandro adhibitas esse et alias editiones et codices Bono nienses recentiores, extraxi ad selecta Codicis capita Haloandrinas lectiones: quo fact facile apparuit eas lectiones, quarum ope Haloander traditum ab editionibus textum emen dasset, adeo parcas esse, si eas cum emendationibus e codicibus Bononiensibus secund ordinis (u. g. codicibus *QTU*) profectis comparaueris, ut aut codex Egnatianus codicibu *QTU* et similibus deterior fuisse aut Haloander neglegentius codicis Egnatiani fidem secutu esse putandus sit. accedit quod lectiones Haloandrinae omnes etiam in deterioribus codi cibus Bononiensibus inueniuntur, ita ut nusquam non dubites, Haloander utrum Egnatianur an reliquos codices ad emendationem priorum editionum adhibuerit. neque magis benignur iudicium nunc de Haloandrinis lectionibus facere possum, postquam codicum a me excus sorum lectiones cum illis per totum opus comparaui: inter Haloandrinas enim ne unar quidem lectionem ea quam codices praebent probabiliorem repperi, quin mera Haloandı coniectura effecta esse uideatur posse. olim hoc ita explicandum putaui, ut suspicare Haloandrum codice Egnatiano tum demum potitum esse, cum opus a se iam elaboratur edendum curaret, ideoque ne totum opus retexeret editionemque differret, ex Egnatian nihil deprompsisse nisi subscriptionum supplementa. atenim postquam perspexi Haloan drinas constitutionum inscriptiones eodem modo pessumdatas esse, quo modo in codicibu saeculi XII extremi et XIII exhibentur, iam ipsis Haloandri uerbis qui imperatorum quider nomina diligenter in codice suo descripta fuisse narrat, de nominibus autem eorum a quos constitutiones datae sunt tacet, magis eo adducor, ut putem codicem Egnatianur saeculo XII extremo antiquiorem non fuisse neque reliquis eiusdem aetatis codicibu praestitisse nisi in subscriptionibus, inscriptiones autem et ipsum mutilatas habuisse quae opinio, si quid uideo, simul adiuuatur similitudine codicis Montispessulani (*M*)[1] alio rumque deteriorum, eorum potissimum, quibus Contium et Cuiacium in subscriptionibu librorum X—XII usos esse infra (p. XIII) uidebimus. sane quod Haloander codicer Egnatianum uetustum appellat, non obstat, cum idem alios quoque codices uetustos ess uoluerit, quos saeculum XIIII aetate non superasse uerisimile est[2]. utut hoc est, subscrip tionibus exceptis Haloandrinas lectiones in hac editione omittere non dubitaui, quippe qua codicibus a me excussis neque addere auctoritatem neque detrahere posse intellegerem.

Iam uero quod attinet ad editiones librorum I—VIIII Codicis, quae Haloandrinar secutae sunt, qui eas parauerunt non tam integram eorum quibus utebantur codicum dis crepantiam scripturae dedisse quam delibasse lectiones e codicibus Bononiensibus certe no melioribus eis, quibus nobis uti licuit in libro Kritik des Justinianischen Codex p. 71 seqq ostendimus: solum Miraeum, cuius editio Parisiis a. 1550 prodiit, codicem epitomatun deteriorem tamen codice Parisiensi (*L*) similemque fortasse codici Darmstadiensi (*D*) nactun esse apparuit[3].

---

[1] Cf. supra p. VII. [2] Cadit hoc in librum uetustum, quem ad 10, 70, 4 citat [3] De com mentis Charondae (Codicis dn. Iustiniani libri XII. Antverp. 1575 fol.), qui codice a. 103 exarato usum se esse contendit, cf. Herrmanni praefatio ad Codicem Iust. p. IX not. 6. 7

Inter editiones Codicis librorum X—XII Haloandro posteriores eis quas Contius[1] Russardus[2] Cuiacius[3] curauerant, uiri docti qui ante me Codicem ediderunt magnam auctoritatem tribuerunt. eandem sententiam ipse olim amplexus sum[4] hac Codicis parte obiter perlustrata: motus enim cum integritate inscriptionum et contextus constitutionum, quae in his editionibus, inprimis in Cuiaciana cernitur, tum subscriptionum a Contio et Cuiacio restitutarum multitudine collegi meliores codices quam qui hoc saeculo superessent his editoribus praesto fuisse. postquam tamen codices Bononienses excussi editionumque illarum condicionem accuratius examinaui, ab hac opinione recedendum esse intellexi. repperi enim codices, qui inscriptionum integritate eis quibus hi tres editores usi sunt non solum non cedunt, sed passim praestant, ut certe Russardianae editionis auctoritas, quae inscriptionum potissimum integritate nititur, pereat. porro subscriptiones a Contio et Cuiacio restitutae ad exiguam tantum Codicis partem pertinent: Contianae enim subscriptiones amplectuntur 10, 3—10, 32, 60, Cuiacius nonnullos hiatus in hac parte a Contio relictos expleuit et subscriptiones 11, 59, 11—11, 63, 2 redintegrauit: per reliquas horum Codicis librorum partes uix plures subscriptiones a Contio uel Cuiacio restitutae passim apparent[5], quam in codicibus a me adhibitis seruatae sunt. et quemadmodum de codicis Egnatiani aetate ex ea qua inscriptiones in Haloandrina editione sunt condicione coniecturam facere licuit, ita Contii et Cuiacii codices certe non antiquiores fuisse codicibus nostris *KOI* inscriptionibus inter se comparatis percipere possumus: nam Contius inscriptiones mutilas uel corruptas priorum editionum plerasque restituere et emendare nequiuit[6]: Cuiacius autem in tertia demum editione (1584), in qua subscriptiones constitutionum eaedem sunt atque in prioribus editionibus a Cuiacio paratis, pluribus et maioribus supplementis et emendationibus inscriptiones correxit. apparet igitur Cuiacium ex aliis codicibus olim subscriptionum supplementa, ex aliis, quos postea nactus sit, codicibus inscriptionum supplementa hausisse. denique quidquid ad contextum constitutionum Contius et Russardus ex codicibus suis enotauerunt, id plena optimorum Bononiensium codicum collatione instituta iam nullius momenti esse quiuis intelleget inspecto apparatu uariarum lectionum quem nos in quarta appendice congessimus. ex eadem appendice apparebit, quam exiguum fructum contextus recensio ex Cuiacii curis perceperit: paucissima enim ex codicibus emendauit[7], raro coniecturae periculum fecit[8], plerumque corruptelas editionum[9] et interpolationes uel errores Haloandri[10] retinuit, ubi uerum contextum fere ex quouis codice saeculi XIII restituere potuit.

Quae cum ita sint, has editiones non alio modo adhibere oportuit atque eos codices Bononienses, quos praeter codices *KOIXZ* aliquam utilitatem habere infra in capite tertio apparebit[11].

Optimum adiumentum ad crisin in Codice Iustiniano recte exercendam attulerunt constitutionum collectiones, quas Iustinianus excerpi iusserat. inter quas primum locum obtinet Theodosianus Codex non tam propterea, quod plurima ex hoc in Iustinianum Codicem recepta sunt, quam quia maior pars Theodosiani Codicis nobis seruata est, cum Gregoriani

---

[1] Volumen legum ed. Anton. Contius. Parisiis 1559 fol. [2] Ius ciuile mss. librorum ope emendatum L. Russardo auctore. Lugduni 1561 fol. [3] Iac. Cuiacii ad tres postremos lib. Cod. dn. Iustiniani commentarii. Lugduni 1562 fol. — Cuiacius hos commentarios in Operum suorum editione 1577 (uol. IIII) immutatos repetiuit, postea uero in Operibus 1584 impressis mutilas antea inscriptiones plerasque ex codicibus integras dedit [4] Kritik des Justinianischen Codex p. 120 [5] Contio debentur hae: 10, 35, 1. 3. 10, 40, 8. 10, 44, 3. 10, 48, 9? 10, 49, 2. 11, 48, 20. 11, 54, 1. 11, 55, 1. 11, 56, 1 — Cuiacio hae: 10, 34, 2. 11, 31, 2. 11, 48, 13. 22. 12, 1, 1. 12, 2, 1. 12, 3, 2 [6] Id in eam quoque partem cadere, cui Contius subscriptiones restituit, probant inscriptiones mutilae 10, 19, 8. 10, 28, 1. 10, 32, 2. 9. 13 [7] 906, 11. 908, 10. 11. 15. 911, 2. 912, 17. 29. 913, 1. 914, 3. 9. 16. 915, 7. 916, 5. 6. 917, 5 [8] Eo pertinere uidentur 906, 11. 26. 914, 8. 915, 26. 917, 2 [9] 906, 16. 18. 21. 22. 24. 27. 907, 9. 22. 908, 10. 19. 902, 2. 5. 9. 16. 17. 28. 910, 7. 8. 9. 10. 14. 21. 30. 31. 911, 5. 20. 24. 27. 32. 912, 6. 9. 10. 12. 18. 27. 913, 6. 11. 26. 30. 914, 17. 29. 32. 34. 915, 6. 11. 17. 18. 23. 31. 916, 6. 29. 31. 34. 917, 3. 13 [10] 908, 7. 30. 911, 5. 12. 22. 913, 17. 916, 29. 917, 2 [11] Cum Cuiacius in contextu Codicis restituendo non unum codicem secutus sit, inter eas lectiones quas in uerborum ordinem tacitus recepit, et eas quas in commentariis commemorauit, non distinxi

et Hermogeniani Codicum miserrimae laciniae aetatem tulerint. quamobrem cum ne post Haenelii quidem editionem de tradita Theodosiani Codicis lectione satis constet, non prius Iustiniani Codicis editionem adire ausus sum, quam antiquissimos Theodosiani Codicis libros manu scriptos denuo conferrem. Gregoriani et Hermogeniani Codicum fragmenta ex Haenelii editione in apparatu huius editionis laudaui.

Praeter hos tres Codices pristina constitutionum Theodosii II Marciani Iustiniani forma, quae partim in Nouellarum collectione nouissime ab Haenelio edita, partim in actis conciliorum, chronico paschali, canonum collectionibus Auellana Quesnelliana Hispana, Digestorum praefationibus extat, cum Codicis Iustiniani recensione collata et a me in apparatu critico commemorata est. contra duarum constitutionum Graecarum 1, 12, 3 et 8, 10, 10, quarum contextus qualis in Iustiniano Codice fuerit ideo nescimus, quia in codicibus Iustiniani Codicis cum reliquis Graecis interciderunt, genuinam formam in Codicis contextum recepimus.

## Capvt II

### CODICIS IVSTINIANI FATA QVAE FVERINT AB IVSTINIANO VSQVE AD SAECVLVM XII

Cum iubente Iustiniano Codicem bis editum esse constet (cf. c. *Summa* p. 2, c. *Cordi* p. 4), quaeritur, num praeter secundam quam fere integram habemus editionem etiam prioris editionis reliquiae plus minus certae hodie quoque supersint. quam quaestionem primus attigit Zachariae a Lingenthal uir iuris Graeco-Romani consultissimus[1]. qui motus eo, quod apud Thalelaeum iuris interpretem Iustiniani aequalem et in uersione Graeca Codicis κατὰ πόδας facta quaedam diuersa ab eis leguntur, quae libri manu scripti Codicis et interpretes Graeci recentiores tradunt, eam discrepantiam ita explicare conatus est, ut in illis priorem, in his alteram Codicis editionem agnosceret. ac ne quis obiceret Thalelaei commentarium, cuius partem uersio κατὰ πόδας, de qua modo dixi, efficiebat, ad secundam editionem compositum esse constare, Thalelaeum utrumque Codicem commentatum esse duabus ipsius Thalelaei adnotationibus probauit, in quarum altera scripta ad 2, 6, 6 (B uol. 1 p. 337) constitutio 3, 1, 13 § 9 anni 530 his uerbis citatur: τοῦ εὐσεβεστάτου δὲ ἡμῶν βασιλέως νομοθεσία μετὰ τοῦτον ἐξενεχθεῖσα τὸν κώδικα, altera ad 2, 7, 16, quae est anni 474, haec dicit: ἀνύεσθαι ἐκ τῶν χρόνων τῆς διατάξεως ὑπὲρ τοὺς πεντήκοντα καὶ πλέον ἐνιαυτούς: quae Thalelaeus si post annum 534 scripsisset, potius de LX annis locutus esset. quamquam igitur Graecae collectiones posterioris aetatis non adhibuerint nisi secundum Thalelaei commentarium, tamen in uersionibus quoque indicibusque antiquiorum constitutionum nonnulla retenta esse Zachariae contendit, quae ad pristinam formam in nouo Codice mutatam respiciant.

Hae uiri doctissimi coniecturae per se improbabiles non sunt: quatenus autem lectionum diuersitate adiuuentur, infra uidebimus. atenim Zachariae prioris Codicis uestigia non in Graecis commentariis solis recognouisse sibi uisus est, sed propagando ea etiam in Latinos codices translata esse putat, ita scilicet, ut aliqui primae editionis possessores cum hanc abicere nollent, minoribus sumptibus nouum Codicem eo modo facili negotio nancisci se posse crediderint, ut nouellas constitutiones in margine adderent. qua in re uereor ne uir doctissimus non satis attenderit ad ingentem illam immutationem, quam ius priuatum post priorem Codicem editum passum erat. perlustres, quaeso, constitutiones post d. VII id. April. a. 529 datas, memineris etiam earum partium iuris antiqui, quae in Digestis uel Institutionibus tacite mutatae sunt: quae omnia cum in Codicem transferrentur, fieri non potuit, quin plane diuersam a priore editione faciem altera editio praeberet. sed fac aequalem Iustiniani aliquem consilium illud, de quo Zachariae cogitauit, cepisse: eum si saperet a coeptis mox destitisse confidam, cum non posset non uidere maiorem operam se aggressum esse, quam si nouum Codicem sibi describendum curaret. quod si quando eiusmodi opus ad finem perductum esset, mirabilique fortuna in codicum qui extant archetypum

[1] Kritische Vierteljahrschrift 16 (1874) p. 221 sqq., cf. Zeitschrift für Rechtsgeschichte 10 (1872) p. 62

interpolatione transfusum esset, eius uestigia adeo obscura et pusilla relicta esse quis sibi persuadeat?

Vt autem Zachariae de Codicis Iustiniani libris manu scriptis illa coniceret, duabus potissimum rebus, quae Summae Perusinae propriae sunt, motus est: quarum una haec est, quod inscriptiones earum constitutionum Iustinianarum, quas intra eiusdem tituli ambitum altera eiusdem imperatoris constitutio praecedit, pleraeque[1] non a solita formula *Idem A.* incipiunt, sed imperatoris nomen repetunt. hoc facile intellectum iri uir doctissimus opinatur, si illas constitutiones olim in margine archetypi Summae Perusinae suppletas fuisse sumpseris: nomen enim imperatoris ideo altero quoque loco seruatum fuisse, ne qua de legis auctore dubitatio oreretur. attamen hae inscriptiones non in eis tantum constitutionibus quae post priorem editionem datae sunt leguntur[2]: quin etiam uel eius librarii qui codicem Perusinum Summae descripsit uel antiquioris alicuius librarii ludibrio eas quasi ad augendum et ex ceteris imperatoribus eximendum Iustiniani honorem transformatas esse eo euincitur, quod iste homo deceptus compendio *imp. iust. a.,* quo et Iustinianus et Iustinus significabatur, eandem interpolationem in tres Iustini constitutiones intulit[3].

Altera causa, qua commotus Zachariae suam de prioris recensionis reliquiis sententiam tulit, nititur inscriptionibus libri quarti extremi. nam cum rescripta ad priuatos homines data quae in Codicum Gregoriani et Hermogeniani fragmentis extant, item ea, quae in Digestis Institutionibusque Iustinianis citantur, uulgo bina nomina propria eius hominis, ad quem rescriptum est, raro singula praebeant, in libris manu scriptis Codicis paucis exceptis[4] singula tantummodo nomina remanserunt. eaque in re Summae cum libris manu scriptis Codicis conuenit[5], nisi quod in hac inscriptiones libri quarti inde a titulo XXXI pleraeque bina nomina propria, multae etiam plura exhibent: quae nomina Codicis Gregoriani et Hermogeniani auctoritate, ubi hi extant, confirmantur[6]. praeterea nonnullarum legum inscriptiones locupletantur uerbis *militi*[7], *euocato*[8], *liberto*[9], *et aliis*[10] in libris manu scriptis Codicis Iustiniani omissis, quae tamen genuina esse ex 4, 34, 1 apparet. hanc igitur Summae Perusinae partem ex priore Codicis editione haustam esse Zachariae putat, ut uideatur iudicium, quod de tota Summa eum fecisse supra uidimus, ad hanc partem solam rettulisse. sed ne in hac quidem parte probabilis est coniectura. nam si ab inscriptionibus recesseris, in omni re haec quoque Summae pars cum libris Codicis manu scriptis consentit et omnes leges continet, quae primum in secunda editione accesserunt[11]. praeterea Iustinianum in eiusmodi minutiis, qualis est nominum nonnullorum in inscriptionibus omissio, breuitatem uenatum esse uerisimile non est, cum in eadem editione ne minimam quidem scripturae partem notis exprimi uellet[12]: immo nihil tale Triboniano eiusque adiutoribus permissum fuisse ex c. *Cordi* § 2. 3 colligitur. quis denique tantam imperitiam in nominibus recidendis his uiris tribuat, quanta eum fuisse apparet, ad quem referendum esse archetypum omnium Codicis librorum manu scriptorum consensu horum docemur? non enim certa ac probabili ratione ductus aut praenomina aut nomina aut cognomina ille homo retinuit, sed plerumque quidem ex binis nominibus, quae in inscriptionibus se excipiebant, prius omisit, non raro tamen priore seruato alterum[13], eoque modo effecit, ut geminae constitutiones uel eiusdem constitutionis partes in diuersos Codicis titulos discerptae in libris nostris manu scriptis diuersa nomina

---

[1] *Idem A.* legitur in his: 1, 4, 31. 3, 33, 13. 4, 21, 18. 19. 5, 16, 27. 8, 21, 2. 8, 37, 11—15. 8, 40, 27 [2] Cf. 3, 28, 2. 4, 20, 18. 5, 16, 26. 6, 20, 20. 6, 23, 26 [3] 2, 7, 26. 27. 7, 63, 4 [4] 1, 9, 1. 2, 3, 27. 2, 5, 1. 2, 50, 3. 3, 22, 1. 3, 32, 15. 4, 42, 1. 4, 50, 5. 4, 57, 2. 4, 49, 6. 6, 2, 4 [5] Quod 3, 36, 16. 19—23 duo nomina leguntur, id librarii errore factum est, qui nomina ad c. 17 et 20—23 pertinentia tam suo loco scripsit quam antecedentium constitutionum inscriptionibus subiunxit [6] 4, 38, 4. 4, 48, 5. 4, 65, 1: cf. 4, 46, 3. 4, 47, 2. 4, 61, 4, quarum inscriptiones Theodosianus Codex tuetur [7] 4, 31, 8. 4, 32, 6. 4, 34, 1—4. 4, 35, 6. 7. 4, 38, 9. 4, 39, 6. 4, 48, 4. 4, 51, 1. 4, 52, 2. 4, 54, 2. 4, 64, 1: cf. 3, 32, 6. 5, 53, 3. 7, 10, 3 [8] 4, 52, 1. 4, 54, 5: cf. 2, 4, 7. 8, 52, 1 [9] 4, 55, 3 [10] 4, 32, 13: de 4, 32, 17 uide infra p. XXIIII not. 7 [11] 4, 31, 14. 4, 32, 28. 4, 34, 11. 12. 4, 35, 25. 4, 37, 6. 7. 4, 38, 15. 4, 40, 9. 4, 51, 7. 4, 61, 35. 4, 62, 2. 3 [12] c. *Cordi* § 5 [13] Etiam ubi plura quam duo nomina legebantur, epitomator uulgo secundum praetulit: cf. 4, 34, 7. 4, 35, 15. 4, 44, 13. 4, 49, 15. tertium nomen elegit in his: 4, 33, 5. 4, 38, 13. 4, 49, 9

ferant[1]. quin etiam ubi in euocatos uno tantum nomine appellatos imperitus ille homo incidit, militarem gradum pro nomine proprio habens nomen proprium militis expulit et *euocato* reliquit[2].

His omnibus consideratis ad hanc sententiam adducimur: libros manu scriptos Codicis Iustiniani, quibus hodie uti licet, ad unum omnes originem ducere ex eodem archetypo saeculi, si Veronensis codicis aetatem respexeris, fere sexti, in quo inscriptiones constitutionum data opera mutilatae fuerint[3]. quomodo autem factum sit, ut in Summam Perusinam solae inscriptiones libri quarti extremi integrae[4] reciperentur, reliquae eodem prorsus modo mutilarentur quo libri Codicis manu scripti qui hodie supersunt omnes, id ita explicandum uidetur, ut Summae Perusinae auctor usus sit codice ex communi librorum manu scriptorum archetypo deriuato, in quo cum pars ea, quae libri quarti partem posteriorem comprehensura erat, intercidisset, suppleta fuit ex libro manu scripto Codicis integro nec mutilatis inscriptionibus insigni neque ex illo archetypo deriuato. lacunam autem illius codicis, in quo intercidisse libri quarti exitum dixi, etiam ultra librum quartum hiasse docet initium libri quinti in Summa Perusina etiam nunc mutilum: nam rubricam tituli primi statim excipiunt argumenta 5, 9, 8. 9, deinde sequitur constitutio 5, 1, 3 integra, reliqua usque ad 5, 10 omittuntur.

Videtur autem Zachariae, ut compilatoribus Iustinianis inscriptionum interpolationem adscriberet, eo potissimum motus esse quod de codicis Veronensis integritate dubitare nolebat. cui ne quis nimium tribuat: in aliis quoque rebus librariorum fraude labem contraxit codex Veronensis. sic praeceptum Iustiniani de notis siue scripturae compendiis remouendis in inscriptionibus subscriptionibusque prorsus neglectum est: praeterea in subscriptionibus locorum mentio nonnumquam breuitatis gratia omissa est, u. g. 462, 11. 465, 7. 479, 29. 33. 501, 2. 739, 12: accedit quod codicem Veronensem reliquis Codicis libris manu scriptis cognatum esse hae corruptelae probant:

ordinem constitutionum 8, 17, 3 et 4 inuertunt *VCRM* contra *S* (id est Summam) et contra subscriptiones

485, 34 tuis] *RM*$^b$ *Consult.*, quis *VC*, ** *M*$^a$

527, 25 felice et tauro] *Th.*, hierio et tauro *V* (*ex inscriptione*) *idemque habuerit oportet liber Egnatianus: inde enim* hierio et ardaburio *Hal. restituisse uidetur*

488, 11 nomen] *CRMB*, nomina *VQ*

15 actiones] *W BΣ* (κ.π.), actionem *VCRM*

711, 19 perimitur] *PLC*$^b$*RM*, permittitur *VC*$^a$

714, 8 remedio] *CRM*$^b$, remedium *VM*$^a$

721, 19 secundaria] *C*$^b$*Th.*, secundum *V*$^a$, secundam *uel* secunda *V*$^b$, secunda *PLC*$^a$*RM*

756, 14 anchiali] *Mommsen*, antiochae *VPL*

766, 21 ampliauimus] *C*$^b$*RM*$^b$ *et sic uel* ampliamus *V*$^b$, applica *V*$^a$, applicauimus *C*$^a$*M*$^a$?

773, 12 peculium uel priusquam ademptum] *pLCRM*$^b$, *om. VM*$^a$, *cf. R*$^a$ *ad uoc.* accepisti

Iam reuertamur ad alteram quaestionem a Zachariaeo propositam, num uersio κατὰ πόδας et Thalelaei commentarius prioris Codicis Iustiniani editionis uestigia seruauerint. Zachariae ad hos locos prouocat:

39, 4 ante § 5 in codicibus *PLCRM* et in Const. 1, 3, 32 intercidisse caput de exsecutoribus, qui orthodoxam fidem non sequuntur, testantur Nomocanon (Thalelaeus) et

---

[1] Geminae sunt 2, 18, 9 (*Sallustio*) et 8, 37, 3 (*Hadriano*): iungendae sunt 1, 18, 3 (*Marcellae*) et 3, 44, 8 (*Iuliae*) — harum coniunctio incerta, sequentium certa est — 3, 32, 26 (*Heliodoro*) et 7, 33, 10 (*Regino*), 2, 25, 1 (*Aphobio*) et 4, 51, 4 (*Domitio Aphobio*) et 8, 42, 18 (*Domitio*) [2] Cf. 2, 4, 5. 3, 33, 5. 4, 32, 1. 8, 16, 4, inprimis geminas constitutiones 8, 10, 3 (*euocato*) et 8, 53, 1 (*Apro*), quibuscum coniungenda est 8, 1, 1 (*euocato*) [3] De simili Plinianarum epistularum fato monuit Mommsen in libro meo Kritik des Justinianischen Codex p. 241 [4] Quod inscriptiones constitutionum 4, 33, 2. 4, 42, 1. 4, 47, 2. 4, 61, 4 in Summa mutilae sunt, id non repetendum est ex communi, quod ceteri Codicis libri manu scripti passi sunt fato, sed ex neglegentia aut archetypi, ex quo codex Perusinus descriptus est, aut ipsius librarii, qui codicem Perusinum exarauit: sane alia eiusdem modi menda in aliis quoque Summae partibus occurrunt, u. g. 5, 53, 1. 7, 16, 9. 7, 62, 6. 8, 13, 21. 8, 28, 12. 8, 41, 16

Paratitlon ad Const. 1, 5: in hoc autem Paratitlo nescio quo iure Zachariae causam indicatam esse censuerit, ob quam illud caput in secundo Codice supprimeretur: nisi forte illud maxime uirum doctissimum mouit, quod Paratitlon illud eis qui non orthodoxi sint exsecutionem omnino interdicere uidetur: quod tamen uerum non esse 1, 5, 12, 6 testatur: quare is qui Paratitlon illud conscripsit, breuitatis studio abreptus imprudenter nimium dixisse neque aliud referre uoluisse credendus est nisi eam constitutionis formam, quae apud Thalelaeum legitur.

74, 21 et 75, 3 supplementa ex Theodosiano Codice recepta, quae tuetur index Thalelaei, omittunt *CRM Const.*, ad Codicem repetitae praelectionis non pertinere Zachariae censet ideo, quia pugnant cum c. 15 eiusdem tituli. attamen c. 15 non omnimodo contraria est constitutioni 4, sed ius liberorum in bonis Manichaei parentis seruauit: nec ius quod olim obtinuerat in Codice Iustiniano facile silentio praeteriri poterat, ne quae bona ante c. 15 datam delata uel adquisita essent, ea controuersia post annum 534 mota nouo iuri subicerentur. ceterum ueri simillimum est c. 15 priori Codicis editioni iam insertam fuisse: nam c. 13 data est anno 527, c. 19 anno 529. itaque si prioris editionis compilatores c. 4 propter c. 15 mutare noluerunt, quae tandem necessitas alterius editionis auctores mouere poterat, ut constitutionis contextum mutarent?

77, 28. 29 idem iudicium Zachariae de eis uerbis fecit quae contra auctoritatem codicum *CRM* et *Const.*[1] ex *Auth.* et *B* suppleuimus. quae uerba cum contraria essent nouo iuri, quod prioris editionis compilatores interpolata constitutione 3 eiusdem tituli introduxissent, nihilo minus in eandem editionem recepta esse et ab alterius demum editionis compilatoribus ad nouum ius transformata esse uir doctissimus putat. hanc autem sententiam non maiore probabilitate commendari ipse Zachariae confitebitur, quam meam, qua uerba de quibus agitur scholastica posterioris temporis interpolatione deleta esse ideoque alteri Codicis editioni restituenda esse statuitur. Zachariaei autem sententiam omnino abiciendam esse docet lectio codicis *C* a Zachariaeo praetermissa (*domus uel possessio*), quae supplementum a nobis receptum flagitat.

92 not. 5 uerba *neminem Samaritam* ex Nouella Theodosii a nobis suppleta, quae tuentur *B* et *Paratitla ad Const.* 2. 7, omittunt *CRM* cum *Const.*, Zachariae partim propter 1, 5, 12. 18 partim propter tituli rubricam a compilatoribus secundae editionis deleta esse opinatur. haec tamen argumenta infirmiora nobis uidentur esse: neque enim constitutionibus laudatis quicquam sanctum est, quocum additamentum nostrum pugnet, neque in aliis titulis compilatores dubitauerunt quaedam quae non proprie tituli rubricam spectabant retinere. praeterea c. 12 certo in priore editione extitit: num c. 18 quoque priorem Codicis editionem praecesserit non constat.

166, 17 uerba e lege gemina a nobis suppleta, quae tuentur *P*ᵉ*L*ᵉ*B* (*Thalelaeus*) *BΣ* (*κ.π.*), omittunt *P*ᵃ*L*ᵃ*CRM Epit.* *BΣ* 29, 5, 29, quam ob causam ab editionis secundae auctoribus, ut Zachariae uult, deleri potuerint, ita demum intellegi possit, si in lege gemina negationem (*ex uendito actio* .... *non competit*) ab eisdem compilatoribus additam esse sumas. quod si fecissent, ideo fecissent compilatores, quia uenditionem sine censu factam propter sequentium constitutionum (4, 47, 2. 3) praecepta adeo improbarent, ut etiam contra uenditorem actionem denegarent. at cum hae constitutiones ab imperatoribus Constantino et Iuliano datae sint, mutandi aut non mutandi causa eadem et prioris et posterioris editionis auctoribus fuit.

175, 9 Thalelaeus disertis uerbis testatur compilatores uerba *cum liberis*, quae nos ex *BΣ* (*κ.π.*) et ex indice Thalelaei (*B*) suppleuimus, non recte retinuisse, cum pars constitutionis ad quam olim respexissent ab ipsis tolleretur. hanc Thalelaei adnotationem Zachariae ad prioris editionis compilatores coniectura referre non dubitauit.

180, 9 uerba *senatores factos*, quae nos ex *BΣ* (*κ.π.*) et ex Thalelaei indice suppleuimus, quo iure Zachariae in altera Codicis editione deleta esse putauerit, non uideo. nam quod ad Digesta 1, 9, 12, 1 a uiro doctissimo laudata attinet, quae nisi illustres personas in senatu sententiam dicere non posse testantur, etiamsi eum locum a compilatoribus inter-

[1] Vtram earum lectionum Paratitla ad Const. 2 inuenerint, incertum est, cum ea non commemorent domus possessionesque, in quarum sorte controuersia uertitur

polatum esse putes, tamen minime hoc continet, quod Zachariaeum sumere opus est, uiros illustribus inferiores a senatorio ordine excludi.

311, 5 secundum *BΣ* (κ.π.) et secundum adnotationem Thalelaei interciderunt uerba *et superstite eo ex sua persona:* ea quoque uerba alterius editionis compilatoribus displicuisse Zachariae censet: at sane partem eorum uerborum (*ex sua persona*) etiam codices nostri (*PLCRM*) tueri uidentur, cum ea in sequentem constitutionem (311, 10) male transtulerint.

His igitur locis Zachariaei coniecturam non modo non comprobari, sed ipsa eius coniecturae fundamenta euerti inde apparet, quod duobus locis (39, 5. 92, 5) *Paratitla ad Const.*, quae neque ex Thalelaeo neque ex Isidoro hausta sunt, pleniorem Thalelaei textum confirmant, et aliis duobus locis (77, 28. 29. 311, 5) ne libri quidem manu scripti ipsius Codicis inter se consentiunt, sed alii cum Thalelaeo et uersione κατὰ πόδας, alii cum Theodoro faciunt; neque enim eo usque progressurum esse uirum doctissimum confido, ut etiam archetypa Bononiensium codicum ad priorem Codicis Iustiniani editionem reuocet. accedunt alii loci, in quibus unus alterue Codicis liber manu scriptus genuinum constitutionum textum talem seruauit, qualem iuris Anteiustiniani fontes tradunt, reliquis codicibus cum Graecis iureconsultis in mutata constitutionis forma conuenit, uelut in his exemplis:

204, 11 uerba *oblato emptori pretio,* quae secundum *B* post *distrahere* supplenda sunt, tuetur *S*

673, 7 lectionem Theodosiani Codicis *antiquitus fixis temporibus* ex parte seruauit *C* solus sic: *antiquitus temporibus,* reliqui libri manu scripti (*PLRM*) cum *B* (κ.π.) ex truncata hac lectione effecerunt *antiquis temporibus*

700, 6 uerba *clericorum uel monachorum eorum etiam quos synoditas uocant,* quae Iustiniani ex *Th.* in geminam constitutionem receperunt, etiam hoc loco contra *RM B* (Thalelaeum) tuetur *C.*

Ex his omnibus apparet in Codicis libros manu scriptos nonnullas Graecorum iureconsultorum interpolationes inrepsisse[1]: quas non ad Theodorum Hermopolitanum[2] eiusque aequales solos recedere, sed etiam ex antiquioribus Codicis interpretibus petitas esse praeter 700, 6 hae lectiones testantur:

32, 15 ruralibus] *PLCRM,* curialibus *editio Noremb. cum indice Thalelaei* (*Nomoc.*)

314, 17 petitionem] *$SP^bL^bCRM$ cum Theodoro,* nullam petitionem *$P^aL^a$ cum Thalelaeo*

687, 23 oportuisse] *$C^a$ Th.*, oportuisset *$L^b$*, potuiscet *$PL^aM^b$*, tuisse *$M^a$*, potuisse *$C^bR$ cum Thalelaeo*

750, 12 debitricis] *$CRM^a$*, creditricis *$M^b$ cum Thalelaeo.*

Post eas interpolationes, de quibus huc usque diximus, Codex Iustinianus in Epitomen redactus est, quam uix quartam constitutionum partem recepisse ex eis quae in appendice II demonstrauimus apparet. Graecas constitutiones iam ab archetypo huius Epitomae afuisse uerisimile est[3]. epitomatoris autem consilium hoc fuisse, ut segregatis obsoletis et inutilibus ea quae in usu uel iuris scholarum uel iudiciorum essent colligeret, perlustratis eis quae Epitome complexa est facile perspicitur: itaque mirum non est libros X. XI. XII totos, libri I maximam partem omissam esse. olim quidem offendit me[4], quod multae Iustiniani constitutiones in Epitoma desiderantur, quae ab eiusmodi compendio abesse non debebant: nunc id eo explicari posse puto, quod earum constitutionum argumentum in Iustinianis Institutionibus inest[5].

Hanc Epitomen auctam multis constitutionibus ex integro Codice Iustiniano restitutis codices *PLD* repraesentant, qui codices inter se non omnino consentiunt, sed in multis titulis alii aliis supplementis Epitomen auxerunt. et quamquam constat neque *L*

---

[1] De Digestis a Graecis itidem interpolatis uide Mommseni praefationem p. LX sq. [2] Cf. Addenda ad 222, 21 [3] Cf. p. *57 [4] Kritik des Just. Codex p. 10 [5] Ad has Institutiones uel ipsum epitomatorem uel eos qui Epitoma utebantur respexisse luculentissimum testimonium praebet 6, 2, 22, cuius constitutionis ea uerba, quae in Inst. 4, 1, 16 exscripta sunt, in *PLD* omittuntur, hiatu in *PL* sic indicato: *et cetera sicut legitur in institutionum lib. IIII cp. I usque ad illum finem.*

neque $D$ ex $P$ descriptum esse, tamen uulgo $LD$ eadem supplementa eodem ordine exhibent, quae in $P$ manus secundae (nobis $p$) in margine adscripserunt: ex communi igitur iuris Romani studio eademque schola codices $PLD$ originem duxerunt. archetypon autem commune eorundem codicum non Epitomen ipsam, sed Epitomen auctam continuisse eo euincitur, quod etiam manus prima codicis $P$ cum $LD$ in supplementis Epitomae ueteri additis et in ordine constitutionum turbato consentit.

Huius Epitomae auctae uestigia etiam ante saeculum X, quo codex $P$ scriptus est, deprehenduntur: nam si excerpta legis Romanae canonice comptae cum eis quae codicibus $PLD$ continentur comparaueris, inter CXXI constitutiones, quas lex Romana recepit, octo solas (2, 11, 1. 3, 12, 1. 4. 4, 42, 1. 2. 5, 4, 26. 7, 33, 1. 7, 35, 6) ab his codicibus alienas inuenies. quod cum casu factum esse nequeat, inde, si quid uideo, explicatur, quod legis Romanae auctor ex codice Epitomae auctae hausisse putandus est, qui pariter atque codices $PLD$ propriis quibusdam supplementis commune archetypon locupletauit. quamobrem si aetatem respexeris collectionis Anselmo dedicatae, quae ex lege Romana deriuata est, Epitomen auctam ineunte iam saeculo nono in scholis iuris Romani diuulgatam fuisse colligas.

Saeculo uero undecimo additamenta in codicibus epitomatis crescere *pld*, id est manus secundae codicum *PLD*, demonstrant, eaque opera critica deinceps continuata effecit, ut in codicibus Bononiensibus saeculo undecimo extremo et duodecimo ineunte exaratis integra fere librorum I—VIIII Codicis Iustiniani forma, si Graeca excipias, restitueretur. ex epitomatis enim codicibus Bononienses codices deriuatos nec ex integri Codicis libris manu scriptis descriptos esse certissimum indicium id est, quod modo in hoc modo in illo codice Bononiensi eaedem constitutiones desiderantur, quae in epitomatis codicibus omissae sunt, et ordinem constitutionum Bononienses aut aeque atque epitomati aut ita perturbant, ut turbas ex male insertis supplementis olim ad marginem codicum epitomatorum adscriptis ortas esse manifestum sit.

Ita codex $R$ cum codicibus epitomatis u. g. omittit 2, 20, 4. 2, 21, 1. 2. 4, 31, 8. 5, 26, transponit haec 2, 4, 26. 23. 27. 24. 28. 33. 29—32. 35. 34 ($P^a$ omisit c. 21—25. 33. 34), 2, 11, 8. 6. 11. 14. 9. 10. 12. 13. 15. 7 ($P^a$ omisit c. 7. 9—11. 14. 15), 2, 26, 5. 4 (c. 5 om. $P^a$), et alia eiusmodi exempla multa in hoc codice extant. ac ne illud quidem praetermittendum est, quod $R$ in 6, 2, 22 (p. 510, 30) primitus isdem uerbis lectorem ad Iustinianas Institutiones remisit, quibus codices epitomati hiatum indicarunt, deinde autem his uerbis inductis hiatum non ex Codice Iustiniano sed ex Institutionibus expleuit, ut docent lectiones ad p. 510, 31. 35. 36 et p. 511, 3. 7 laudatae. codicem $R$ uero non pendere ab ullo eorum qui adhuc innotuerunt codice epitomato initium libri quinti Codicis, quale in $R^a$ extitisse supra p. VII uidimus, probat, in quo hic codex propius quam ipsi codices epitomati a ueteris Epitomae forma abest. eodem redire, quod $R^a$ 4, 16, 5 et 4, 22, 3 omittit, collata tabula appendicis II (p. *52) perspicies.

In codice $C$ Codex Iustinianus qualis in schola Bononiensi restitutus est, quod ad constitutionum numerum attinet, integer extat, ordo autem constitutionum saepe ad epitomatorum codicum formam redit. sic transponuntur: 2, 4, 15. 14 (15 omittunt $PLD$): 3, 34, 10 post c. 13 (c. 10 om. $P^a$): 4, 2, 10. 9 (c. 9. 10 *om.* $P^a$, c. 9 om. $P^bL$): 4, 10 7. 8. 6 (c. 6. 8 om. $P^a$): 4, 16, 3. 2. 5. 4 (item $P^bL$, c. 3 om. $P^a$): 4, 35, 6. 7. 4. 5 (c. 4. 5 om. $PLD$): 4, 44, 13. 14. 12 (c. 12 om. $PLD$): 4, 49, 2. r. 1. 3. 4. 6. 5. 7. 11. 8. 9. 10. 12—17. 2 (49 r. 1. 3. 4. 6. 7. 11. 8. 12. 13. 15. 16 $PL$): 5, 3, 20. 11—19 (c. 20 om. $P^aD$, c. 20 initium post c. 18 inserit $P^b$, ante c. 10 inserit $L$): 5, 37, 17. 18. 19. 16 (c. 17—19 om. $P^a$).

In codice $M$ pauca Epitomae auctae uestigia deprehenduntur. $M$ cum $PL$ omittit 6, 46, 7: constitutionum in $M$ transpositiones hae cum Epitoma consentiunt: 3, 36, 10—13. 9 (c. 9 om. $PLD$): 5, 44, 4. 2. 3 (c. 2. 3 om. $PLD$).

Denique in omnibus saeculi XII codicibus eaedem uel similes turbae omissionesque deprehenduntur [1].

---

[1] De codicibus ab Herrmanno adhibitis conferatur eius editio u. g. ad p. 130 not. h, p. 131 not. f. g, p. 133 not. d, p. 134 not. n: uide etiam Bienerum, Revision des Justin. Codex

Redintegratus hoc modo Codex Iustinianus quo tempore in locum codicum Epitomae auctae in iuris scholis, inprimis Bononiae successerit, paullo accuratius quam ex codicum *CR* aetate definiri potest. nam Epitoma aucta usum esse iuris Longobardici peritum, qui Expositionem libri Papiensis medio undecimo saeculo conscripsit, ex tabula ab Alfredo Boretio huius Expositionis editore composita conspicuum est[1]. ex eodem fonte hausit Petrus Crassus in libello pro imperatore Henrico aduersus Gregorium papam a. 1080 Rauennae scripto[2], in quo libello hae constitutiones Codicis citatae sunt: 1, 1, 1. 4. 8. 1, 5, 1. 1, 7, 5. 1, 11, 1. 1, 14, 9. 2, 2, 3. 3, 28, 8. 7, 32, 10. 7, 33, 2. 7. 8, 4, 7. 8, 52, 2. 3. 9, 2, 5. 9, 8, 5. 9, 9, 4. 9, 17, 1. 9, 18, 7. 9, 29, 1. 9, 46, 10. constitutiones ab Epitoma aucta alienae primum comparent in collectionibus canonum Ambrosiana (*Ambr.*)[3] et Anselmi Lucensis[4], qui a. 1086 mortuus est.

Apparet igitur libros manu scriptos Bononienses Codicis antiquissimos qui extant ad ipsum fere redintegrationis tempus recedere. librorum autem X. XI. XII Codicis, quos Irnerio iam obuenisse Odofredus narrat, ante medium saeculum XII, ad quod paucae illae uariae lectiones ducunt, quae ex libro Martini a posterioribus iureconsultis referuntur[5], nulla mentio fieri uidetur.

## CAPVT III

### DE TRADITAE LECTIONIS INTEGRITATE

Quoniam fata Codicis Iustiniani per ea saecula persecuti sumus, ad quae subsidia critica huius editionis in primo capite enumerata pertinent, nunc uidendum est, quatenus ex his ipsis subsidiis genuinam Codicis formam restituere liceat. atque ut ordinem Codicis sequamur, ex similitudine Digestorum et Institutionum Iustinianarum ueri est simillimum indicem titulorum secundum eum qui in Codice ipso est ordinem compositum Codici quoque ab Iustiniano praemissum fuisse, hunc autem indicem et Epitoma Codicis una cum praefationibus omisit neque Bononienses restituerunt. sicubi uero uel in codice aliquo epitomato uel in codice aliquo Bononiensi indicis titulorum particulae modo breuiores modo longiores extant, eiusmodi tituli non ex genuino Codicis Iustiniani indice deriuati sunt. ueluti indicem titulorum libri secundi in codice *P* huic libro praemissum ex antiquiore aliquo codice Epitomae auctae compositum esse ex eis quae supra p. VI attulimus consentaneum est. nec dissimiliter indices titulorum, qui singulis libris I—VII in *R* praemissi sunt, ex hoc ipso codice *R* a librariis excerptos esse uitia utrique textui communia ostendunt. idem de reliquis indicibus dicendum est, quos uel ipsi librarii uel recentiores manus aliis quibusdam codicibus Bononiensibus addiderunt. neque aliter iudicandum est de indice librorum I—III Summae Perusinae praemisso: quem ex genuino Codicis Iustiniani indice originem non ducere eo comprobatur, quod singulares Summae ipsius lectiones tantum non omnes iterat: eundem tamen ne ad ipsum quidem codicem Perusinum, sed ad huius archetypon compositum esse inde colligitur, quod uerba extrema rubricae 1, 3 (p. 28 u. 31. 32) in contextu codicis *S* omissa seruauit recteque descripsit rubricam 1, 23, quae in codice *S* sequenti rubricae locum dedit.

Ex his quae diximus apparet nobis indicem deperditum ex Codicis contextu redintegrandum fuisse.

Praefationes Codicis, quae titulorum indicem excipiunt, ab epitomatore omissas nec in Summa Perusina indicatas Bononienses codices alii restituerunt alii spreuerunt.

---

p. 6 sqq. equidem talia Epitomae uestigia repperi in codicibus *WQTG* Vercellensi Berolinensi 274: praeterea ad codices epitomatos respicit numerus XIII, sub quo in scholio recenti codicis Taurinensis Institutionum (Savigny, Geschichte des Römischen Rechts II p. 471 n. 425) constitutio 4, 21, 17 citatur [1] Monumenta Germaniae historica Leges IIII p. LXXXIII. de aetate Expositionis uide Boretium ib. p. LXXXIX et Fickerum, Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens III § 457 sqq. [2] Ficker l. c. IIII p. 106 sqq.: cf. Maassen, über eine Sammlung Gregors I. Wien 1877 (Sitzungsberichte der Wiener Akademie uol. 85 p. 227 sqq.) [3] 1, 3, 9. 14. 33. 53. 1, 4, 4. 1, 12, 2 [4] 1, 1, 2. 8. 1, 2, 5. 12. 21—23. 1, 3, 34. 1, 5, 2—5 [5] Cf. Savigny, Geschichte des Röm. Rechts IIII p. 492

**Rubricas** singulis titulis praemissas librorum nouem priorum omnes ope tam codicum quam Summae Perusinae et collectionum iuris Graeco-Romani restituere licuit. in libris X. XI. XII non uidetur desiderari nisi unica rubrica 10, 31[1].

Accedamus ad singulas constitutiones, de quibus ampliore disputatione opus est: quaeritur enim primum, num omnes constitutiones adhuc extent, deinde quanta sit integritas uerborum nobis traditorum.

**Latinae igitur constitutiones** ab epitomatore omissae fere omnes a Bononiensibus restitutae sunt, nec desiderantur in codicibus Bononiensibus nisi hae 1, 55, 11. 5, 61, 1. 7, 65, 4[*], quae cum olim bis in Codice a compilatoribus Iustinianis positae essent, e geminis constitutionibus in hac quam curaui editione suppletae sunt. ceterum ne has quidem Bononiensium culpa intercidisse contendi potest, cum eodem uitio Summa Perusina laboret: quamobrem eas constitutiones et ab ipsis codicibus, qui Bononiensibus supplementa suppeditauerunt, afuisse probabilis coniectura est[2]. item frustra notitiam ad 12, 25, 4 pertinentem in libris manu scriptis Codicis quaesiui.

**Graecarum constitutionum** et in epitomatis et in Bononiensibus codicibus uestigia pauca remanserunt. multae silentio praeteritae sunt: uulgo autem adnotatur Graecam constitutionem deesse. interdum Graecarum constitutionum subscriptiones, quae omnes Latine scriptae erant, seruatae sunt, rarius inscriptiones, quae quin omnes Graece scriptae fuerint dubium non est[3]. semel initium Graecae constitutionis (12, 63, 2) codex *O* descripsit adeo deprauatum, ut distortas Graecorum elementorum formas uix agnoscas. imaginem huius loci praestat tabula lithographi arte confecta et ad finem huius uoluminis addita, quam sic explices: αυτοκρατωρ ιουστινιανοσ αυγοσ||τοσ ιουλιανω υπαρχω πρα||ετωριων θεσπιζομεν ε[ι] τισ εμ||φανιζοι κατα χωραν η αρχοντων ο||ιωνδηποτε η υπατων προαγ||ωγασ η γενικουσ τυπουσ τουσ τω||ν dato. VII. etc.

Praeter has lacinias Graecas scholia duo ad 6, 48, 1 et 9, 8, 6 adscripta ibique in hac editione exhibita Graecas constitutiones a Bononiensium codicum archetypis non omnes afuisse testantur. quocum conuenit, quod Haloander in codice Egnatiano nonnullas constitutiones Graecas extitisse narrat, quas tamen propter uetustae scripturae obscuritatem legere se non potuisse fatetur (u. s. p. XII). quam obscuritatem non de euanida scriptura, quae certe restituendis subscriptionibus impedimento non fuit, sed de contextus corruptelis intellegendam esse praeter corruptelas codicis *O*, de quibus modo diximus, docet misera condicio Graecorum uerborum, quae Latinis constitutionibus interspersae in codicibus Bononiensibus depicta sunt[4]. certe si iureconsultis Bononiensibus Graecae constitutiones sic praesto fuissent, ut oculis et mente percipi possent, eae ut in Latinum sermonem uerterentur, isti non minus curauissent[5], quam factum est in Graecis fragmentis quae Digestis inserta sunt[6]. iidem sane iureconsulti Bononienses alibi magnopere studiosi erant Graeca in Latinum sermonem uertendi: sic loco Graecarum constitutionum 3, 2, 2. 3, 10, 2. 3, 43, 1. 2. 6, 4, 4 in marginibus quorundam codicum Bononiensium non ante saeculum XIII Latina addita sunt, quae e Graeco sermone uersa esse et margo codicis Harleiani ad

---

[1] In rubricis castigandis et restituendis diligentissimam operam collocauerunt uiri doctissimi Biener (Beiträge p. 54 sqq.) et Witte (Leges restitutae p. 69 sqq.). nobis praeter *S* uti licuit fideli testimonio indicis Basilicorum Coisliniani, quem Heimbachius in notis ad indicem Basilicorum editioni a se paratae praemissum exscripsit [2] Digestorum quoque gemina capita nonnulla antiquissimis temporibus consulto omissa fuisse docuit Mommsen in praefatione Digestis a se editis praemissa p. LVI [3] Graecas inscriptiones exhibent *Coll.* ad 1, 1, 3. 1, 3, 29. 41—47. 52. 55. 1, 4, 14. 22. 23. 25. 26. 29. 33. 34, *Const.* ad 1, 1, 5—7, *V* ad 5, 17, 12. 12, 33, 8, *O* ad 12, 63, 2, *Bononiensis* ad 11, 41, 7, *Contius* ad 10, 3, 7, *Cuiacius* ad 10, 19, 9. contra eae inscriptiones, quae Latine traduntur, partim suspectae sunt, scilicet 1, 5, 12 (cf. Addenda ad p. 79, 29) 3, 43, 1. 7, 45, 15, partim ab editoribus ex Graeco exemplo liberius Latine transformatae sunt uelut 4, 24, 1. 10, 19, 9 (Contius) [4] Cf. p. 8, 16. 16, 4. 110, 15. 116, 15. 16. 190, 33. 191, 5. 227, 36. 37. 585, 35. 768, 22. uerba Graeca in his constitutionibus occurrentia aut afuisse a codice Egnatiano aut nimis corrupta fuisse lectiones Haloandrinae in libro meo Kritik des Iust. Codex p. 46. 47 adlatae demonstrant [5] Versionis periculum ad 190, 33 fecerunt $C^b$ et $Q^b$ (cf. Kritik p. 46) [6] Digesta ed. Mommsen uol. I additamentum IIII

3, 10, 2 diserte testatur, et in 3, 43, 1. 2 uerba quaedam Graeca ab interprete non intellecta eamque ob causam ita ut ab ipso inuenta erant mediis Latinis inserta (p. 296, 10. 11) ostendunt: attamen re accuratius inspecta in his omnibus non ipsarum constitutionum Graecarum uerba, sed Graecos indices in linguam Latinam translatos esse agnosces.

In tot quas Graecae constitutiones traxerunt labibus quibus constitutionibus benignum fatum pepercerit et unde in hac editione hae constitutiones suppleri potuerint, in primo capite diximus. earum autem constitutionum Graecarum, quae non integrae supersunt, argumenta ex Graecorum iureconsultorum indicibus [1], sicubi hi extant, restituta sunt. ad quam restitutionem perficiendam uia a uiris doctissimis Bienero et Wittio [2] patefacta etiam post Herrmanni curas haud pauca emendare atque supplere licuit. nihilo minus multi hiatus inexpleti remanserunt, quorum non potuimus nisi sedem indicare: uerendum etiam, ne praeter hos alii hiatus propter Latinorum Graecorumque codicum silentium nos latuerint.

Vt autem Codex Iustinianus et Latinarum et Graecarum constitutionum iacturam fecit, ita eundem Latinis constitutionibus codices Epitomae auctae et Bononienses, Graecis recentiores editores perperam auxerunt. de Graecis constitutionibus e Basilicis et e Synopsi Basilicorum inde a Contii temporibus male suppletis Biener et Witte tam bene egerunt, ut pleraque ex his supplementis silentio praeterire mihi liceret. Latinarum aliae genuinae quidem sunt, sed a Codice Iustiniano alienae, aliae suppositiciae [3]. illae adscitae sunt ex Gregoriano uel Hermogeniano Codice (p. 409 ad u. 15 [*CTG*] 415 not. 1 [*CT*] 766 not. 1 [*Hal. EW*] 807 not. 2 [*M*] 825 not. 1 [*DRMW*]), ex Edicto Theoderici (p. 835 ad u. 1 [*AT*]), ex Epitoma Aegidiana legis Romanae Wisigothorum (p. 248 ad u. 6 [*pLWN*]), ex iure Langobardico (p. 610 not. 1 [*L*$^b$]). suppositae uidentur hae esse: p. 232 ad u. 8 [Russardus] 328 ad u. 22 [*D*] 359 not. 3 [*pL*] 991 not. 6 [*K*$^b$*X*].

Seriem constitutionum, quam ad exemplum antiquiorum Codicum in singulis titulis temporis ordinem sequi Iustinianus uoluit (c. *Haec* § 2), post turbas in codicibus Epitomae auctae ortas [4] a Bononiensibus recte restitutam esse Summa Perusina et collectiones iuris Graeci comprobant. non librorum manu scriptorum, sed compilatorum Iustinianorum errore a temporis ordine recessum est in his: 1, 3, 29. 30. 1, 19, 4. 5. 2, 18, 8. 9. 4, 19, 3. 4. 4, 21, 14. 15. 5, 4, 1—3. 6, 27, 1. 2. 6, 59, 1—5. 7, 13, 2. 3. 9, 46, 8. 9. 10, 16, 2. 3. 10, 32, 48—52. 11, 6, 5. 6 [5].

In eis autem constitutionibus collocandis, quibus die consulibusque ignotis in Iustiniano Codice subscriptum est *sine die et conss.*, compilatores duas uias ingressi sunt. eas enim, quas in Gregoriano Codice in mediis eiusdem imperatoris constitutionibus inuenerant, eodem loco retinuerunt (2, 12, 9. 4, 2, 14? 5, 62, 19. 6, 2, 10. 9, 41, 8): reliquas, quae uel ex alio Gregoriani Codicis titulo transferendae uel ex Hermogeniano supplendae erant, primum locum inter constitutiones eorundem Augustorum et Caesarum tenere uoluerunt: quod apparet in his: 2, 11, 1. 4, 7, 1. 5, 59, 1. 6, 1, 3. 6, 19, 1. 6, 31, 3. 6, 36, 4. 7, 4, 11. 7, 53, 8. 7, 62, 6. 9, 9, 4. 9, 47, 12. 10, 32, 2, cf. 6, 26, 6. utrum alias eiusmodi constitutiones ultimo loco ipsi posuerint, an eae quae nunc ultimo loco leguntur (3, 38, 10. 5, 63, 3. 6, 2, 19) eundem locum iam in Gregoriano Codice occupauerint, dispici nequit.

Iam si singulas constitutiones spectamus, cum eos, qui Codicem Iustinianum tractauerunt describendumque curauerunt, alio modo in inscriptionibus et subscriptionibus, alio in ipsis constitutionum uerbis uersatos esse uiderimus, singillatim de his tribus partibus agendum erit. attamen in his omnibus cauendum est, ne uitia quae deprehenderis librariorum culpae uel scholasticae interpolationi temere tribuas, quae uel compilatoribus Codicis Iustiniani debentur uel originem ex ipsis quibus hi usi sunt iuris fontibus duxerunt.

---

[1] De his cf. Zachariae in annalibus Zeitschrift für Rechtsgeschichte 10 p. 48 sqq. [2] Biener, Beiträge zur Revision des Justinianischen Codex, Berlin 1833. — K. Witte, Die leges restitutae des Justinianischen Codex, Breslau 1830 [3] Similia supplementa in Digestis tam Florentinis quam Bononiensibus animaduertit Mommsen, cf. Digestorum praefatio p. LVI. LXIIII [4] Cf. appendix II [5] De constitutionibus annorum 365. 368. 370. 373 iam a Theodosiani Codicis compilatoribus perturbatis cf. Commentationes philologae in honorem Theodori Mommseni conscriptae ab amicis (1877) p. 75 sqq.

In **inscriptionibus** igitur primum uideamus, quid Iustiniani mutauerint et quo modo mutauerint. et quod ad imperatorum nomina attinet, eam legem, quam trium Codicum qui praecesserunt auctores obseruauerant, ut non reciperent nisi singula cuiusque imperatoris nomina[1], compilatores ad constitutiones post Theodosianum Codicem datas transtulerunt: in paucis tantummodo Iustiniani imperatoris constitutionibus pleniores inscriptiones retinuerunt[2].

Ceterum compilatores cum aut omittendo constitutiones aut ex alio titulo in alium transponendo pristinum constitutionum ordinem interrumperent, quem in uetustioribus illis, ex quibus Iustinianum Codicem concinnabant, Codicibus inuenerant, imperatorum nomina eis constitutionibus, in quibus per uocem *idem* ad antecedentes constitutiones in uetustioribus Codicibus remittebatur, restituere uel imperatorum nominibus hanc ipsam uocem substituere coacti sunt. in hoc tamen negotio perficiendo in utramque partem nonnumquam peccauerunt. nam modo retenta sunt nomina imperatorum qui proxime praecesserant (u. g. in his legibus: 1, 7, 5. 2, 11, 4. 5, 33, 2. 11, 25, 2[3]), modo uox *idem* male remansit in his: 1, 4, 2. 1, 23, 2. 2, 11, 18. 2, 12, 6. 3, 15, 2. 3, 28, 8. 3, 44, 14. 4, 21, 14. 5, 6, 1. 5, 58, 3. 6, 20, 6. 6, 27, 3. 6, 58, 2. 11, 68, 3. 12, 20, 2. 12, 46, 3[4]. contra imperatorum nomina male suppleta sunt in 1, 9, 8. 4, 5, 1. 2. 11, 66, 3 aliisque.

Vbi autem constitutionum ordo ab Iustinianis restitutus effecit, ut imperatoribus, qui praecesserant, in proxima constitutione alius imperator accederet, uelut Gratianus Valentiniano et Valenti, similiter atque in Theodosiano Codice modo omnium imperatorum nomina perscripta sunt[5], modo scriptum est uel *idem AA. et ... A.*[6] uel *idem et ... AAA.*[7]

Eas denique inscriptiones, quas compilatores mutilas corruptasue in Theodosiano Codice inuenerunt, interdum suo freti ingenio expleuerunt: quod ad 5, 71, 18. 7, 62, 17 factum esse in apparatu critico his locis in editione nostra subiecto demonstrauimus: quibus locis nunc addere possumus 3, 40, 2, de cuius constitutionis inscriptione adeas, quae in Addendis ad h. l. adnotauimus[8]. est etiam, ubi inscriptionem in Codice Theodosiano recte traditam, quam subscriptio mendosa in dubium uocare uideretur, Iustiniani compilatores emendando pessumdederunt: ita enim explico, quod in 12, 37, 2 Iouiano substituti sunt Valentinianus et Valens.

Haec sunt quae ab ipsis Codicis compilatoribus in Codice mutata esse certo constat: uideamus nunc, quae posteriorum hominum neglegentia fraudibusque pessumdata sint. ex his autem sufficiet hoc loco ea colligere, quae aut omnibus libris manu scriptis communia sunt, aut si qua in uno alteroue codice extant, aliqua ueri specie lectores fallere possunt.

Neglegentia igitur librariorum effectum est, ut, cum plurimae Philippi imperatoris constitutiones Philippum Caesarem Philippo Augusto subiungant, Caesaris nomen in nonnullarum constitutionum inscriptionibus legatur, quae ante Philippum Caesarem adscitum datae sunt[9]. eodem pertinet, quod Diocletiani constitutionibus, quae ante a. 293 datae sunt, in uno alteroue codice, raro in omnibus post uerba *impp. Diocletianus et Maxi-*

---

[1] Ab hac lege non recedunt nisi rescripta Antonini Pii, cf. Appendix I p. *1 not. 1. ceterum obiter hoc moneo: constitutiones tam Pii quam Marci et Veri simul imperantium et Marci solius pro sollemni formula *imp. ... A.* uel *impp. ... AA.* e libris iureconsultorum, e quibus in Gregorianum Codicem uidentur transisse, formulas *diuus Pius*, *diui fratres*, *diuus Marcus* seruasse, cf. appendicem I p. *1 not. 1. 3. 5 et 7, 62, 1 [2] 1, 1, 8. 1, 17, 2. 1, 27, 1 et praefationes *Summa* et *Cordi* [3] 1, 17, 2 huc non refero, sed data opera nomen Iustiniani in tantae auctoritatis lege repetitum esse puto [4] Eorum magis qui uetustiores Codices composuerunt quam Iustinianorum errore factum est, ut multae constitutiones binorum uel plurium imperatorum nomina ferrent, quorum unus alterue aut iam mortuus aut imperator nondum factus esset. qua de re cf. appendicem I p. *2 not. 1. 4 p. *3 not. 8 p. *12 not. 1. 3 p. *25 not. 1 p. *26 not. 2 p. *27 not. 2 p. *30 not. 1 p. *32 not. 1. 3 p. *35 not. 4 p. *36 not. 2 p. *39 not. 1: uide Haenelii praefationem Codici Theodosiano praemissam p. XXXVII not. 217. 218. eundem errorem Iustiniani commiserunt in Marciani constitutione, quae legitur 1, 5, 6 et 1, 7, 6 [5] 1, 4, 8. 4, 44, 18. 4, 61, 7. 11, 9, 5. 12, 19, 4. 15 [6] 1, 5, 4. 4, 63, 2. 6, 30, 17. 8, 11, 8. 16. 10, 32, 31. 10, 48, 12. 16. 11, 3, 2. 11, 11, 2. 11, 59, 4. 7. 11, 63, 4. 11, 68, 4. 12, 23, 8. 12, 28, 4. 12, 37, 4. 12, 38, 2. 12, 49, 5. 12, 50, 6. 19. 12, 57, 4 [7] 7, 65, 4. 11, 62, 7. 11, 66, 5. 11, 74, 3 [8] Idem in Theodosiano Codice factum esse ad 4, 63, 1 uidimus [9] V. g. p. 681, 4 (*QE*)

*mianus AA.* additur *et CC.*[1] porro in Iustiniani constitutionibus librarii haud raro Iulian
pp. et Iohannem pp. inter se commutauerunt[2]. denique cum magna constitutionum p
ad praefectos praetorio data sit, librarii notam *pp.* scribere adeo adsuefacti sunt, ut e
passim priuatis quoque hominibus perperam adponerent[3].

Praeterea interpolationes librariorum uel potius uirorum doctorum, qui post compi
tores inde a saeculo sexto Codicem Iustinianum tractauerunt, in nominibus propriis eor
deprehenduntur, ad quos constitutiones datae sunt. rarius factum est, ut cum duae c
stitutiones ad eundem magistratum datae continuo se in Codice exciperent, in alt
constitutione magistratus nomini substitueretur aut *eidem* (sic $R^b$ ad 5, 4, 26. 27, cf.
ad h. l.) aut *ad eundem* (sic Cuiacius ad 11, 66, 4. 5). passim autem nomina prop
quae in codicibus interciderant ex geminis legibus uel ex Institutionibus uel ex Dige
suppleuerunt[4]. hoc supplendi studium eo prouectum est, ut nonnumquam ficticia nom
et eis constitutionum inscriptionibus adderentur, quae cum iam in uetustioribus Codici
mutilae essent cum eodem hiatu in Iustinianum Codicem receptae sunt[5], et eis consti
tionum inscriptionibus, quae in integro Codice Iustiniano ideo non nisi imperatorum nom
exhibebant, quia hae constitutiones re uera ad nullum magistratum priuatumue da
erant[6]. simili errore uiri docti inde a saeculo sexto decepti sunt in eis constitutionib
quarum uerba quidem ad plures personas data sunt, inscriptiones autem singulas tant
nominant: quibus uerba *et aliis* addenda esse isti putauerunt[7]: quippe immemores er
constitutionis 1, 23, 1 nec scire poterant (id quod hodie nescire nefas est) ab antic
Codicis Iustiniani epitomatore, de quo supra p. XV sq. egimus, alterius consortis non
interdum inductum esse[8].

Quemadmodum autem peruersa emendatio inscriptiones falsis additamentis locupleta
ita breuitatis causa ab antiquissimis temporibus quaedam resecta esse et deinde in co
cibus recentioribus inscriptiones gradatim ad miseras lacinias redactas esse capite secu
huius praefationis enarrauimus.

Librorum I—VIIII codices, quorum lectiones omnes ego enotaui, hac ultima labe nisi
paucis legibus infecti non sunt[9]: itaque nullum fere fructum ad emendandas inscriptio
ex deterioribus codicibus capere licuit, quos aut priores editores adhibuerunt aut ego p
scrutatus sum. omnes autem codices, si Veronensem excipias, multa nomina propria a
corrupta tradunt, ut uera lectio saepe emendatione recuperari non possit: ac ne Sum
quidem Perusina ea in re libris manu scriptis Codicis praestat.

Deterior condicio est librorum X—XII, quorum nullus liber manu scriptus extat, q
plerasque inscriptiones intra singulorum imperatorum nomina coercuerit eosque homines
quos constitutiones datae sunt uulgo omiserit. quare in crisi in libris X—XII factita
praeter codices Bononienses plene a me collatos ad inscriptiones restituendas omnes
mihi innotuerunt Bononienses a me adhibiti sunt, in quibus plenas inscriptiones deprehen
in apparatu critico tamen huic editioni subiecto hos codices non laudaui nisi in eis lo
ubi aut a lectionibus codicum *O* et *I* recedunt aut hiatus ab his relictos explent. ut aut
perspicuum sit, quemadmodum pleniores inscriptiones per codices Bononienses spar

---

[1] Ab initio a. 293 Codices Gregorianum et Hermogenianum Caesares addidisse libror
manu scriptorum consensus docet [2] 6, 43, 2 (*PLM*) 6, 49, 7 (*RM*) 7, 33, 12 (*A*) 8, 37, 14
8, 40, 27 (*M*) [3] 2, 1, 6 (*CR*) 4, 56, 2 (*CM: VR* addunt *pu.*) 5, 11, 2 (*W*) 5, 11, 3 (
5, 14, 7 (*C*) 8, 39, 3 (*V*) 8, 40, 25 (*C*) 9, 1, 18 (*LDCRM*) 9, 2, 5 (*L*) 9, 4, 1 (*C*) 9, 49, 3
10, 55, 1 (Paris. 4521) [4] Ad 7, 62, 29 codices $R^bQ^bW$ male suppleuerunt *Rufino*
quod *QW* in lege gemina 1, 4, 6 habent. ex Institutionibus $R^b$ supplementum ad 6, 23,
ex Digestis $Q^bW$ ad 7, 49, 1 adsciuerunt [5] 7, 4, 1 (*edd.*) 8, 14, 3. 4 (*Hal.*) 8, 40, 13 (
8, 54, 4 (*E Contius*) 9, 18, 1 (*Hal.*) 10, 71, 2 (*Cuiacius*) 11, 65, 3 (*Vatic.* 1435) 12, 37
(*Cuiacius*), cf. *C* ad 5, 16, 6 *R* ad 5, 56, 4 et spurias constitutiones p. 328, 22 p. 835 no
p. 991 not. 6. quamobrem suspicione non caret nomen Pactumeii, quod ad 2, 3, 15 ex
suppleuimus [6] 4, 58, 4 (*CM*) 5, 37, 20 (*CRM*) 7, 52, 8 (*M edd.*) [7] 2, 24, 1 (*H*
2, 25, 1 (*Hal.*) 2, 26, 4 (*Hal.*) 3, 8, 1 (*Hal.*) 4, 32, 17 (*S*) 6, 49, 3 (*edd.*). ob eand
rationem inscriptiones 5, 56, 4 (*R* ex c. 3) et 6, 50, 7 (*edd.*) ficticio nomine locupleta
sunt [8] Cf. 4, 31, 11. 4, 39, 3. 4, 54, 4. 8, 41, 1 [9] 7, 62, 13—21. 29. 9, 12, 6—8.
codice *M* uide supra p. VII

extent, hoc loco, quid singuli codices e quibus nos aliquid profecimus ea in re praestent, breuiter enarrabo.

Omnium librorum manu scriptorum qui ad libros X—XII Codicis pertinent in inscriptionibus integerrima est ea particula Codicis, quae inest in codice *U*: ex quo inscriptiones tituli 11, 48 restituimus. inter reliquos primum locum obtinent tres codices: *O*, qui in decimo Codicis libro passim, ad finem libri XI raro, inde ab 11, 72 et per totum librum XII fere constanter nomina dignitatesque eorum ad quos constitutiones datae sunt seruauit: Parisiensis 4521 B saeculi XIIII, qui plenas inscriptiones a 10, 32, 66 usque ad 11, 9, 4 exhibet: *I*, qui 11, 63, 2—12, 7, 1 fere omnes, in reliquis partibus nonnullas inscriptiones plenas habet. secundo loco hos codices adhibui: Bononiensem bibl. commun. 16 (b I 19) saeculi XIII, qui inde a 10, 32, 61 plenas inscriptiones passim mutilis interspersit: Londiniensem musei Brit. reg. 11 D I saec. XIIII, qui codici *O* simillimus est, multas tamen inscriptiones, quae in *O* integrae sunt, et inde a 12, 24, 7 omnes inscriptiones mutilas exhibet nec fere usui nobis fuit nisi in eis partibus, in quibus codex *O* deficit (11, 42—53. 12, 20—23): Duacensem 518 saec. XIIII, qui et ipse codici *O* cognatus est, deterioris tamen condicionis quam hic et Londiniensis, ut nihil fere ex eo profecerimus: Vaticanum 1435 anno 1286 exaratum, qui initio libri X et 11, 55, 1—12, 1, 10 nominibus imperatorum neglectis nomina eorum ad quos constitutiones datae sunt descripsit: Ambrosianum E 28 inf. anno 1272 exaratum, qui eorundem nomina in libro X extremo et in libro XI incipiente pauca, inde a 12, 19, 12 plurima, dignitates omnino rarius refert.

His codicibus excussis cum hoc effectum est, ut fere liberaremur ancipiti antiquorum editorum auctoritate[1], tum hoc, ut lectiones Theodosiani Codicis, ex quo maior inscriptionum pars antea restituenda erat, pleraeque propria Iustiniani Codicis traditione confirmarentur uel etiam emendarentur[2]: id tamen mihi non contigit, ut omnes inscriptionum lacunae explerentur.

Ea quae diximus et in libris I—VIIII et in libris X—XII ad mutilatas inde a duodecimo saeculo inscriptiones pertinent: ex illis damnis, quae ante octauum saeculum inscriptiones in archetypo omnium codicum qui extant passas esse in capite secundo docuimus, praeter eam partem quae ope Summae Perusinae restitui poterat uix quicquam resarcire potuimus. pauca quaedam Codices Gregorianus et Hermogenianus suppeditauerunt, plurima Theodosiano Codici debentur: cuius Codicis supplementa cum antea incerto consilio alia in uerborum ordinem receperim, alia in notas reiecerim, quin ea omnia primitus in Codice Iustiniano infuerint ideoque in Codicis editione ipsa exhibenda sint, iam non dubito. ea autem supplementa, quae ex Theodosiano Codice hauriri possunt, non tam ad nomina propria magistratuum pertinent, quippe qui in Theodosiano usque ad annum 332 saepius, postea bis tantum[3] binis nominibus appellentur[4], quam ad officiorum uel dignitatum similiumue rerum adiectionem. sic prouinciam cui magistratus praeest in Th. commemoratam libri manu scripti Codicis Iustiniani omittunt in his:

1, 3, 13 uic. Africae] *Th.*, uic. *SPL Ambr. CRM*

1, 9, 14 pp. per Illyricum] *Th.*, pp. *SCRM*

1, 11, 3 Macrobio pp. Hispaniarum et Procliano uic. quinque prouinciarum] *Th.*, macrobio et procliano uic. *SCRM*

1, 18, 12 pp. Illyrici et Italiae] *Th.*, pp. *SPLCRM*

4, 47, 2 ad Antonium Marcellinum praesidem prouinciae Lugdunensis primae] *Th.*, ad antonium marcellinum praesidem (annonariae) *S*, ad marcellinum (-ianum *C*) praesidem *CRM*

---

[1] Ad interpolationes supra p. XXIIII not. 7 notatas adde nonnullas inscriptiones ab editoribus tacite suppletas esse aut ex geminis quae illis editoribus uiderentur constitutionibus, quae geminae re uera non sunt, 10, 60, 1 (*Cui.*) 12, 16, 5 (*Cui.*) 12, 19, 2 (*Russ.*) 12, 36, 1 (*Cui.*), aut ex Theodosiani Codicis constitutionibus, quas Iustinianos exscripsisse isti male putarent, u. g. 11, 70, 3 (*Russ.*). de Haloandro cf. Kritik des Just. Codex p. 109 seqq. [2] Cf. u. g. 12, 42, 1. 12, 43, 2. 12, 50, 5. 13 [3] Th. 11, 7, 7 (a. 353?) 14, 4, 3 (a. 363) [4] Ne a magistratuum quidem binis nominibus epitomatorem manus abstinuisse docet *S* ad 4, 46, 3. 4, 47, 2. 4, 61, 4

8, 2, 3 uic. Hispaniarum] *Th.*, uic. *SVPLCRM*

9, 47, 20 pp. Illyrici et Italiae] *Th.*, pp. illyrici *LCRQ*

saepe in codicibus nostris tacetur etiam, quem magistratum is gesserit ad quem constitutio data est, u. g. 1, 2, 7. 1, 11, 3. 1, 12, 2. 3, 38, 11. 3, 39, 3. 4, 61, 4. 7, 49, 2. praeterea pro formula *agenti uicariam praefecturam* in 1, 18, 11 legitur *uicario*. cum autem haec omnia, quorum in codicibus nostris breuior forma quam in Theodosiano Codice legitur, in aliis Iustiniani Codicis constitutionibus integra codicibus nostris tradantur, quis ea in his locis ab ipsis Iustinianis dedita opera ac consulto abiecta esse magis sibi persuadeat, quam ea postea resecta esse ab antiquo inscriptionum epitomatore, cum praesertim idem epitomator in prioris temporis constitutionibus similiter uerba *militi, euocato, liberto, et aliis* abiecerit?[1]

Indidem repetendum est, quod in Nouellis Theodosii ad Cyrum pp. a. 440 datis adduntur uerba *et consuli designato,* quae uerba in Iustiniano codice modo adsunt (1, 14, 7. 2, 7, 8) modo omittuntur (7, 41, 3)[2]. item quae proximum post magistratus nomen locum occupant uerba *suo salutem dicit* uel *suo salutem* uel *salutem* solum, ea codices nostri agnoscunt in 1, 3, 1. 2, 13, 1. 7, 62, 24. 9, 1, 21. 9, 46, 10. 10, 72, 12[3]. 14. 11, 6, 3. 12, 28, 1, omittunt in 6, 30, 16. 7, 62, 13. 8, 4, 8. 9, 2, 16. 9, 27, 3. 9, 37, 1. porro in formula *haue ... carissime nobis* codices modo cum Theodosiano Codice consentiunt (u. g. 10, 72, 7), modo ea formula omissa nomen proprium solum tradunt (8, 11, 6. 9, 27, 3. 10, 75, 2). in eo autem, quod in Codicis Iustiniani libris manu scriptis non apparent uerba *uiro perfectissimo* uel *clarissimo* uel *spectabili* uel *illustri* (9, 9, 28. 9, 47, 18. 10, 19, 3. 12, 19, 6. 12, 25, 1. 12, 61, 2) uel iterati magistratus numeri (1, 9, 15. 9, 12, 9) omittuntur, ne compilatorum Iustinianorum manus agnoscas, id obstare uidetur, quod in constitutionibus post Theodosianum Codicem datis easdem adiectiones non respuerunt[4].

Olim autem quaedam uarietates in ipsius Theodosiani Codicis inscriptionibus conspicuae me mouerant, ut supplementa ab hoc Codice praestita Iustiniano restituere dubitarem. nempe pro Aconio Catullino, quem uocant Th. 6, 22, 2. 8, 12, 2. 12, 1, 24, uulgo Catullinus solus legitur, semel etiam Aconius solus in Th. 6, 22, 2: item uulgo pro Lucrio Verino (sic Th. 2, 19, 1. 12, 11, 1. 14, 4, 2) legitur Verinus, pro Maecilio Hilariano (Th. 6, 4, 3. 4. 9, 19, 1. 12, 1, 3) Hilarianus, pro Septimio Basso (Th. 1. 2, 3) Bassus[5]. deinde olim offendit me ea lex, quae in Th. 4, 10, 3. 9, 1, 19 et in Iustiniani Codicis constitutionibus 1, 6, 11. 2, 1, 12 inscribitur *consulibus praetoribus tribunis plebis senatui suo salutem dicunt:* in ea enim particula huius legis, quam continet Th. 9, 6, 4, coartata haec inscriptio legitur *ad senatum.* item ea constitutio, quae in Th. 1, 4, 3. 5, 1, 8. 8, 18, 9 *ad senatum urbis Romae* directa esse dicitur, in Th. 4, 1, 1. 8, 18, 10. 8, 19, 1[6] simpliciter *ad senatum* data fertur. denique in Th. 6, 35, 6 scribitur *haue Artemi k. n.,* in Th. 8, 3, 1, quae eiusdem constitutionis pars est, habetur *ad Artemium correctorem*[7]. has tamen uarietates minime ex libidine fraudibusue eorum librariorum qui Theodosianum Codicem descripserunt profectas esse eoque modo fortasse in Iustinianum Codicem transire potuisse, sed ad ipsius Codicis Theodosiani compositionem redire re accuratius examinata intellexi[8]. ac certe casu factum est, ut 6, 7, 3 inscriptio in libris manu scriptis Codicis Iustiniani eodem modo in breuius contraheretur, quo modo legitur in Th. 9, 6, 4, contra in reliquis eiusdem

---

[1] Quod *S* in ea parte libri quarti, quae integras inscriptiones seruauit, bis cum Bononiensibus codicibus in magistratibus omittendis consentit 4, 47, 2 (u. s.) 4, 61, 4, id casui tribuendum esse neque eo ducere, ut traditam Codicis lectionem integram censeamus, supra p. XVI not. 4 uidimus [2] Cf. etiam 1, 3, 20 (11, 62, 12) *pp.* [*et patricium*], 11, 60, 2 *pp. et consuli ordinario*, 12, 17, 4 *comiti domesticorum consulari ac patricio* [3] In legibus cum hac iungendis Theodosiani Codicis compilatores pro uerbis *suo salutem* substituerunt *proconsuli Africae* [4] 1, 29, 5. 7, 37, 3. 7, 39, 8. 9, 35, 11: possis etiam ad 11, 49, 1 (a. 313) in inscriptione ab Accursio prolata *ad eusebium praef. urbis* notam *u. p.* (i. e. *uirum perfectissimum*) transpositam recognoscere: cf. tamen supra p. XXIIII not. 3 [5] Nomina bina libri manu scripti Codicis Iustiniani tuentur in 4, 46, 3 (*S*) 4, 47, 2 (*S*) 4, 61, 4 (*S*) 1, 48, 1 (*SPLCRM*), cf. 10, 32, 19 [6] Adde ex Iustiniano Codice 1, 14, 2. 3. 1, 19, 7. 1, 22, 5. 6, 30, 18. 6, 56, 5 (= Th. 5, 1, 8) [7] Cf. Th. 12, 6, 27 (*Pompeiano suo sal.*) cum iungendis Th. 1, 12, 8. 8, 10, 3. 9, 26, 2. 11, 1, 28 (*Pompeiano procons. Africae*) [8] Cf. Commentationes philologae in honorem Th. Mommseni conscriptae ab amicis p. 82. 83

constitutionis particulis et praecipue in ea, ex qua ipsa 6, 7, 3 hausta est (Th. 4, 10, 3), plenior eadem inscriptio traderetur.

De subscriptionibus constitutionum quaestio partim similis est partim dissimilis eius quae de inscriptionibus instituenda erat: dissimilis eo, quod uulgo non particulae tantum subscriptionum sed totae subscriptiones in libris manu scriptis omissae sunt. id quod fieri coeptum esse in codicibus epitomatis et imprimis in eis constitutionibus, quae antiquae Epitomae in codicibus *PL* accesserunt, deinde in codicibus Bononiensibus adeo auctum esse, ut subscriptiones uel nullae in eis supersint uel, si quae extent, eae errore solo retentae sint, in primo capite et in appendice II diximus[1]. quamobrem omnes omnino subscriptiones descripsi, quas in cuiusuis aetatis codicibus deprehendi: in editione tamen ad eas subscriptiones, quae pluribus auctoribus non suspectis nituntur, deteriorem traditionem tacitus omisi[2]: quo magis igitur in subscriptionibus ab auctoritate Codicum Gregoriani Hermogeniani Theodosiani pendemus, eo maioris momenti illa quaestio est, quid Iustiniani uel necessitate coacti uel sua sponte mutauerint.

Ac primum quidem eis constitutionibus, quarum subscriptio in Codicibus Gregoriano et Hermogeniano desiderabatur, Iustiniani clausulam *sine die et consulibus* (uel *consule*) addiderunt[3]: item in duabus constitutionibus, quarum dies perierat, consulibus praeposuerunt uerba *sine die*[4], in aliis duabus mutilam subscriptionem retinuerunt, nisi forte hae subscriptiones posteriore demum tempore a librariis mutilatae sunt[5].

Deinde ubi Iustiniani binas pluresue constitutiones in singulas contrahebant, eam uiam ingressi sunt, ut ex ea quae principium compositionis effectura esset tam inscriptionem quam subscriptionem depromerent. ita factum esse constat in 1, 4, 3. 1, 5, 2. 1, 10, 1. 2, 6, 6. 2, 12, 21. 3, 12, 6. 7. 4, 61, 5. 5, 16, 24. 6, 61, 3. 8, 4, 6. 8, 51, 2. 9, 16, 1. 9, 24, 1. 2. 9, 26, 1. 9, 39, 1. 9, 42, 3. 9, 49, 9. 10, 72, 4[6]. singulare est, quod constitutio 9, 28, 1 ita e duabus Theodosiani Codicis constitutionibus conflata est, ut ex altera inscriptio et prior contextus pars, ex altera finis contextus et subscriptio hauriretur: praeterea nescio quo errore ducti Iustiniani in 1, 55, 7. 3, 26, 9 nomina quidem magistratuum, ad quos constitutiones datae erant (in 3, 26, 9 fortasse etiam locum in subscriptione commemoratum) ex eis Theodosiani Codicis constitutionibus deprompserunt, ex quibus contextum hausisse uidentur, reliqua uero ex aliis constitutionibus hodie in Theodosiano Codice non extantibus petiuerunt. simile aliquid accidisse necesse est 5, 20, 1, in qua constitutione magistratus inscriptionis ad subscriptionem non quadrat. hae exceptiones non tantam uim habeant, ut regulam supra propositam in restituendis ex uetustioribus Codicibus eis subscriptionibus quas libri manu scripti Codicis Iustiniani non tradunt obseruandam dissuadeant[7].

Porro quod in consulatibus Theodosii I Honorii Theodosii II Valentiniani III imperatorum nominibus in Theodosiano Codice praemitti solet *domino nostro* uel *dominis nostris* id a compilatoribus ut par erat deletum est[8].

---

[1] Subscriptionum particulae saepe in sequentes inscriptiones aberrauerunt, u. g. p. 202, 5. 229, 27. 284, 9. 487, 30. 488, 6. 508, 1. 565, 21. 660, 24: cf. appendices p. *56 [2] Huc fere omnes subscriptiones codicis *D* inde a 2, 12 pertinent, quippe quae plenius et melius in codicibus *PL* legantur [3] Hanc clausulam a uetustioribus Codicibus alienam esse apparet ex 1, 3, 1: quin etiam nonnullas earum constitutionum in Gregoriano Codice primitus subscriptionibus non caruisse ex geminis constitutionibus quae subscriptiones seruarunt colligitur, scilicet 2, 4, 38 = 6, 31, 3. 2, 6, 4 = 6, 19, 1. 5, 59, 1 = 8, 37, 7. 6, 26, 6 = 6, 49, 4, cf. 6, 2, 10 [4] 4, 2, 1 *sine die AA. conss.* (ubi tamen aut *CC conss.* aut *et conss.* scribendum est) et 6, 31, 3 *sine die CC. conss.* [5] 8, 40, 1 *s. AA. conss.* (*V*), 9, 40, 1 *d. Gentiano et Basso conss.* (*L Hal.*) [6] Omisi supra eas constitutiones, quibus minora additamenta ex aliis constitutionibus accesserunt, u. g. 8, 53, 27. 9, 49, 10. eadem condicio est constitutionum 1, 6, 1. 12, 45, 1, quibus initia aliena adglutinata sunt, cum inscriptiones et subscriptiones ad reliquam constitutionis partem pertineant [7] Notandum est nullam constitutionem ita compositam uideri, ut partim ex Theodosiano Codice partim ex Gregoriano uel Hermogeniano Codice uel ex Nouellis post Theodosianum Codicem datis hauriretur: unde suspiceris opus ab Iustinianis ita diuisum esse, ut haec corpora separatim excerperentur [8] Cf. 2, 7, 4. 2, 13, 2. 6, 30, 17. 6, 55, 11. 6, 56, 5. 6, 61, 1. 8, 53, 28. 8, 55, 9

Haec Iustinianis necessario immutanda erant. alia iidem ad maiorem aequabilitatem adipiscendam, remotis eis quae nimis singularia uiderentur, reformauerunt. sic formulam *et qui fuerit nuntiatus,* qua constitutiones annorum 416. 420. 431. 432. 435. 438 tum insignes erant, si, quis alter consul factus esset, in ea parte imperii in quà datae sunt nondum nuntiatum erat, Iustiniani non receperunt, sed e fastis alterius consulis nomen suppleuerunt[1]. item ad 1, 2, 13 (a. 455) pro *Anthemio uc. cons.* Iustiniani scripserunt *Valentiniano* VIII *et Anthemio conss.* idem noluerunt cum Theodosiano Codice ad annos 380. 385. 403 primos Augustorum consulatus numero I indicare, sed ad modum reliquorum eiusdem generis consulatuum numerum omiserunt[2].

Num praeterea alia ab Iustinianis commutata sint, non constat. possis suspicari id factum esse in eis subscriptionibus, quarum Theodosianus Codex et eum diem quo data est constitutio et eum diem quo accepta uel proposita uel lecta est tradit, cum Iustiniani Codicis libri manu scripti hunc omittant[3]. re uera enim neque in hoc neque in illo Codice post tantum temporis spatium scire intererat, a quo die in Africa aliaue qua prouincia leges uim habere coepissent, neque iniuria Iustiniani hunc diem omisissent, praesertim cum uterque Codex temporis ordinem non ad hunc diem sed ad eum quo constitutio data esset obseruaret. obstat tamen illi suspicioni, quod in aliis legibus libri manu scripti Codicis Iustiniani utrumque diem tuentur[4]. immo ut codicem Egnatianum omisso altero die mutilum esse *D* ad 1, 21, 2 et *L* ad 9, 40, 2 docent aliasque subscriptiones librariorum culpa pessumdatas esse re ipsa apparet[5], ita idem factum esse coniciendum est in eis constitutionibus, quae non eum diem quo datae, sed eum quo propositae sunt solum exhibent[6]. ex his quae diximus apparet constitutiónibus laudatis omnibus subscriptiones ex Theodosiano Codice supplendas esse: nisi forte eo mouearis, quod saepius in Theodosiano Codice uel potius in libris eius manu scriptis alter dies intercidit et fieri potuit, ut Iustiniani uel in tales libros inciderent uel ipsi neglegenter in subscriptionibus describendis uersarentur[7].

Eadem dubitatio redit in eorum annorum designatione, qui olim consulibus nondum nominatis uel nondum nuntiatis per consules proximi anni ope formulae *post consulatum* indicabantur. licet enim certum sit in nonnullis legibus consulatus postea interpolatos esse, uidendum tamen, ne eae omnes iam in Theodosiano Codice ad ordinariam anni designationem reuocatae fuerint[8].

---

[1] Ex parte iam in Theodosiano Codice idem factum est, cf. Th. 9, 45, 4 et constitutiones a. 428 [2] Cf. 11, 70, 5 (a. 451) [3] 1, 5, 2 (*Hal.*) 1, 15, 1 (*Hal.*) 3, 24, 1 (*Hal. PL*) 5, 3, 15 (*L*$^b$) 5, 3, 16 (*L*$^b$) 5, 40, 2 (*V Hal.*) [4] 1, 3, 2. 1, 4, 5. 1, 21, 2. 6, 60, 1. 7, 62, 19. 9, 17, 1. 9, 40, 2. 9, 47, 16 [5] 1, 21, 3 (d. k. Aug. pp. k. Sept. *Th.*, d. k. Sept. *Hal.* 2, 52, 5 (d. VII k. Aug. Naisso. pp. Romae non. Oct. *Th.*, d. non. Oct. Romae *Hal.*) 2, 52, 6 (d. XIIII k. Aug. pp. Romae ad senatum *Th.*, d. XIIII k. Aug. Romae *Hal.*) 7, 62, 21 (d. VIII k. Aug. Messadensi. pp. Capuae *Th.*, pp. VIII k. Aug. Capuae *PL*) [6] 2, 44, 2. 8, 57, 1. 9, 9, 30 [7] Cf. u. g. 1, 21, 3. 7, 62, 21. 8, 57, 1. 9, 22, 21. 11, 9, 1. 12, 61, 1 Codicis Iustiniani cum legibus, quae cum eis iungendae sunt. insigne uetustissimae corruptelae exemplum hoc est: Sirmondianae constitutioni 16 recte subscribitur *d.* III *non. Dec. Rau. Basso et Philippo uu. cc. conss. accepta* XVI *k. Ian.* (a. 408), pro quibus in Th. 5, 5, 2 et Iust. 1, 4, 11. 8, 50, 20 haec leguntur *d.* III *id. Dec. Rau. Honorio* VIII *et Theodosio* III *AA. conss.* (a. 409): quam lectionem aut inde ortam esse puto, quod cum Theodosiani aut pro *Ian.* legissent *Iun.*, aut fortasse hanc subscriptionem inuenissent *d.* III *non. Dec. Rau. acc.* XVI *k. Iun. post cons. Bassi et Philippi uu. cc.*, ipsi consules anni 409 substituerent (u. not. 8), deinde librarii omitterent *acc.* XVI *k. Iun.* [8] Interpolationem ad Theodosianum Codicem redire u. g. constat in 1, 4, 11. 8, 50, 20 (not. antec.): incertum est iudicium de 1, 46, 3 faciendum, quae in Theod. periit. pristina formula (*post consulatum*) in quibusdam legibus annorum 360. 380. 382. 383. 386. 443 retenta est, semel etiam (9, 17, 1) tam diei quo data est constitutio quam ei quo accepta est proprii consules adscripti sunt, cum in reliquis constitutionibus, quae insequenti demum anno in prouinciam peruenerant, prior consulatus omissus sit, cf. 1, 40, 9. (Addenda ad p. 147, 29) 4, 44, 16. 10, 48, 10. 11, 8, 6. 12, 23, 6. cum uero nota $\overline{pc}$. (i. e. *post consulatum*) haud raro in codicibus intercidisset, factum est, ut mendosa scriptura ad praecedentis anni consulatum falso emendaretur: quod uitium iam in Theodosiano Codice extitisse apparet ex 9, 1, 19. 10, 53, 8. 10, 72, 9, cf. Commentationes philologae in honorem Th. Mommseni conscriptae p. 79: in nostros demum codices inrepsit in 5, 27, 3. 9, 29, 2 et passim in constitutionibus annorum 531. 532, fortasse etiam in 2, 7, 19

Denique quod ad uerba *uiris clarissimis* attinet, quae consulum nominibus inde a saeculo quarto sollemniter adduntur, ea in libris Iustiniani Codicis manu scriptis modo adesse modo omitti ex eis quae ad singulos annos in appendice prima a nobis adnotata sunt apparet. cum autem librorum manu scriptorum Theodosiani Codicis in hac re fere eadem condicio sit, haec quoque uerba (*uiris clarissimis*) ex Theodosiano Codice contra Iustiniani Codicis libros manu scriptos supplere noluimus.

In eis partibus subscriptionum, de quibus hucusque egimus, si qua inter uarios codices differentia intercedit, quae quoque loco lectio praeferenda sit, uel ex uetustiorum Codicum comparatione uel ex aliis argumentis satis certum est. difficilius dictu est, cuius codicis lectio praeferenda sit in eis uocabulis restituendis, a quibus rescriptorum subscriptiones ad Diocletiani usque tempora incipiunt. ut enim constat praeter formulas *data* uel *subscripta*, quae solae huius generis constitutionibus conueniunt, iam in Gregoriano Codice has *accepta, proposita* legi, ita singuli libri manu scripti in his formulis tradendis adeo inter se dissentiunt, ut de uera lectione restituenda desperandum sit[1]. occurrunt etiam formulae, quas neglegentiae erroribusque librariorum adscribas. nam pro notis *d.* et *s.*, quas alii codices tuentur, alii exhibent *s. d.*[2] quam notam siue explices *subscripta data*, ut apud Haloandrum ad 826, 22 perscriptum est[3], siue ut alias legitur *sub die* (u. g. 443, 24. 445, 5. 453, 2)[4], ex uaria lectione olim supra uersum addita, deinde pro supplemento in contextum inserta ortam esse suspiceris. ad eandem suspicionem ducunt formulae *d. s.* (824, 29 *Hal.*), *accepta d.* (205, 11 *Hal.*), *pp. dat.* (146, 12 *PL:* 452, 27 *Hal.:* 453, 17 *Hal.*)[5], *pp. sbd.* (*Vtinensis* ad 628, 29. 641, 28), *s. pp.*[6] (565, 23 *Hal.*). falsae explicationi notae *d.* debetur 478, 22 *dix.* (Hal.): suspecta est etiam formula *scripta* uel *scr.* Russardi ad 661, 29. 689, 17, quamquam eadem Hermogeniano Codici 1, 1, 2. 1, 3, 1 ab Haenelio ex quibusdam libris manu scriptis restituta est.

Ac ne illud quidem offensione caret, quod in diebus numerandis pro solita forma *prid. k.* uel *prid. non.* uel *prid. id.* insolens haec *II k.* uel *II non.* uel *II id.* saepissime tradita est. quam recentioribus librariis deberi u. g. ex his locis suspicari possis, in quibus solitam formam aut Theodosianus aut *V* aut uterque contra Haloandrum et *PL* tuentur: 487, 4. 500, 18. 796, 19. 810, 12. 812, 29. 814, 13. 830, 24. 831, 4. 834, 14. 867, 2. certe in *V* numerus *II* pro *pridie* nusquam usurpatur[7].

Altera de numero *II* quaestio in consulatus iteratione indicanda oritur: nam formulam *iterum*, quae hodie raro[8] in Codice occurrit, olim saepius in eo usurpatam fuisse, a librariis autem expulsam esse ex 812, 25 (iterum *Th.*, II *Hal.*) colligas: faciliusque librarii eo perduci poterant per compendium $\overline{\text{IT}}$· (sic *V*) numero simillimum.

Simili librariorum uitio effectum est, ut locus in subscriptione commemoratus haud raro intercideret: quod in omnes codices cadere ex his exemplis intellegitur[9]:

410, 20 nicaeae] nice *PL, om. M*
444, 13 brundusii *Hal., om. L*[b]
499, 25 hemesae] *V, om. Hal.*
508, 35 nicomediae] *Hal., om. PL*

---

[1] V. g. conferas 500, 9. 15. 18. 21. 27. 30. 501, 2. 6. 17. 21. 502, 2. 17. 21. 25. 503, 12. 16
[2] 467, 2 (s. *V Hal.*, s. d. *PL*) 501, 2 (s. *V*, d. *Hal.*, s. d. *PL*) 503, 16 (s. *V*, s. d. *PL*) 539, 20. 27 (s. *V*, s. d. *Hal.*), cf. 543, 9. 16 [3] Cf. 797, 22 (d. *V*, s. dat. *Hal.*) [4] Inde enatum uidetur, quod in Vtinensi ad 632, 19 legitur *sbd.*, et quod Contius ad 864, 30 profert *subdita.* formulam *sub die* caue tamen ne omnino reicias: uera enim esse uidetur in Nou. Anthemii 2, cf. etiam 10, 32, 40 *d. die,* Th. 8, 6, 1 *missa sub die* (Taurin. Paris.), Consultatio 6, 12 (ex Hermogeniano Codice) *datum sub die* [5] *d. pp.* Haloandri ad 814, 13 ex *d. prid.* ortum esse docent *Th. L*: similiter ad 605, 16 *sub die decimo* (*S*) ex *s. duodecimo* (*Hal.*) corruptum uidetur [6] Ex hac nota, non ex *s.* formula Haloandri *supposita* ad 596, 36. 597, 2. 602, 22. 603, 11. 604, 17. 605, 9. 610, 24. 26. 605, 15 originem duxerit
[7] Idem obseruatur in libris manu scriptis Theodosiani Codicis, u. g. ad 1, 6, 5. 10. 1, 7, 2. 1, 15, 11. 2, 7, 1. 3, 7, 2. 4, 11, 8. 8, 18, 6. 9, 1, 15. 9, 8, 8. 9, 10, 4: in his numerum *II* codices recentiores receperunt, in codicibus antiquissimis Taurinensi et Parisiensi 9643 non inuenitur nisi *pridie*, et Vaticanus numerum *II* ni fallor non agnoscit nisi in sola 9, 25, 2
[8] Extat 375, 9 (*V*) 873, 23 (*Contius*) 1058, 2 (*V*) [9] Cf. quae supra p. XXVIII de altero die constitutionis omisso adlata sunt: praeterea ex codice *V* nonnulla exempla supra in p. XVI enotata sunt

625, 16 constantinopoli] *PL, om. Q*
827, 4 nicomediae VII k. mai.] *Th.*, VII k. mai. nicom. *L,* VII k. mai. *Hal.*
831, 5 mediolani] *Th. L, om. Hal.*
839, 8 antiochiae] *Th., om. Hal. Vindob.*

Iidem librarii nota *conss.*, quae pluralis numeri propria est, in singulis consulibus persaepe usi sunt: in *V* constanter, saepe etiam in reliquis codicibus. quod moneo, ne quis propter hanc notam coniciat alterius consulis nomen intercidisse.

Menda hiatusque subscriptionum de quibus huc usque diximus codicibus editionibusque communia sunt. uideamus nunc, qua fide editores subscriptiones e codicibus suis enotauerint. atque ut in codicibus nulla uestigia emendationis apparent, quae ad fastos consulares uel ad temporis ordinem intra singulos titulos seruandum respexerit aliorumue subsidiorum ope, quibus hodie utimur, menda indagare et tollere studuerit, ita editores saeculi XVI in hac officii parte nimii fuerunt et leuiter corrupta uel adeo non corrupta tanta audacia adgressi sunt, ut saepe uerae lectionis indicia plane obscurarentur. maxime hoc in Haloandrum cadit, cuius errores accuratius detegere necesse est, cum is hodie quoque in iis partibus Codicis, quas codex Egnatianus complectebatur, plurimarum subscriptionum solus auctor sit.

Ac primum quidem suspectae sunt Haloandrinae consulatuum formulae, quae nominibus consulum omissis lectorem ad praecedentes constitutiones remittunt. sunt autem hae: 1, 9, 16 *superioribus coss.*, 1, 30, 2 *supra scriptis coss.*, 1, 55, 2. 2, 3, 6 *iisdem coss.*, 2, 3, 26 *iisdem coss. quibus supra*, 3, 29, 6 et 7 *coss. ut supra.* quas suspectas esse dico, non quasi primitus in Codice Iustiniano ita eas scriptas fuisse suspicari fas sit: immo falsas eas esse reliqui harum subscriptionum auctores euincunt[1]: sed quia fieri potest, ut illae formulae non Haloandro, sed codici Egnatiano debeantur, siue is eodem modo subscriptiones commutauerit, quo in inscriptionibus codices Bononienses recentiores nominibus magistratuum uocabulum *eidem* substituisse uidimus (p. XXIV), siue eae formulae ex mendosis subscriptionibus uel ex corruptelis notae *conss.* (*cc. ss.* rel.) ortae sint[2], quae uitia in antiquiore aliquo codice, unde Egnatianus originem duxerit, extitisse facile quispiam suspicetur.

Manifesti autem ipsius Haloandri errores in eis consulatibus deprehenduntur, quos, cum recte traditos esse iste nesciret, ex coniectura uel e fastis Prosperi aliorumue[3] tamquam mutilos uel corruptos emendauit. sic consulatum anni 211 Haloander constanter dedit *Duobus et Aspris coss.*: idem fere constanter a. 224 *Iuliano II*, a. 230 *Clementino* scripsit, recte quidem, sed contra codicum fidem[4]. grauius illud est, quod consulatum anni 222 *Alexandro A. cons.* modo in consulatum a. 226 *Alexandro A. II et Marcello coss.* (1, 23, 1. 2, 3, 8. 9. 2, 18, 10[5]. 2, 50, 2. 3, 32, 3. 3, 35, 1. 4, 25, 2) modo in consulatum a. 229 *Alexandro A. III et Dione coss.* (4, 19, 4) mutauit[6]. similiter ad 2, 3, 22—25. 28 e consulatibus annorum 293 *AA. conss.* et 294 *CC. conss.* effecit consulatus annorum 299 *ipsis VII et VI AA. coss.*, 300 *CC. III coss.*, 303 *ipsis VIII et VII AA. coss.* item consulatui a. 399 *Theodoro cons.* Haloander modo Eutropium consulem, qui postea e fastis erasus est, obtrusit (3, 11, 7. 9, 47, 22), modo consulatum a. 403 *Theodosio A. I et Rumoridio coss.* (1, 9, 10. 9, 41, 17) uel a. 407 *Honorio VII et Theodosio II AA. coss.* (1, 11, 4. 1, 51, 3, cf. 1, 54, 6) substituit. similiter Haloander consules aut e fastis postea remotos aut numquam in Oriente agnitos suppleuit ad 1, 6, 2 (a. 413)[7] 1, 30, 1 (a. 424) 1, 11, 7. 1, 12, 5 (a. 451) 2, 7, 10 (a. 452).

Atque ut in his subscriptionibus Haloander fastorum a se compositorum ope consulatus interpolauit, ita temporis ordine motus constitutionum dies mutare non dubitauit[8].

---

[1] In 3, 29, 6 *PL* post diem subscriptionis deficiunt [2] Etiam in Greg. 3, 2, 2 (a. 244—249) formula *conss. supra scriptis,* quam nonnulli codices tradunt, rectius ex reliquorum codicum lectione *conss.* deriuatur, quam inde explicatur, quod olim alia imperatoris Philippi constitutio in eodem Gregoriani Codicis titulo praecesserit. in Vat. 326 lectionem *conss. ss.* ex hac *CC. conss.* (uel *CC. cc. ss.*) corruptam esse docet Iust. 3, 6, 2 [3] Cf. ed. Haloandri p. 592 [4] Cf. appendices p. *6 not. 1 p. *7 not. 4 [5] In addendis ipse Haloander dedit *alias Alexandro A. cos.*, ubi uocabulo *alias* codicem Egnatianum significari palam est [6] *Alexandro A. cons.* inde a 3, 42, 1 plerumque retinuit [7] Recte 8, 1, 18 [8] Quamquam ne in hoc quidem substitit, sed nonnumquam aut constitutiones ipsas transposuit (2, 4, 33. 34.

manifesta est Haloandrina interpolatio in eis constitutionibus, quae cum eiusdem diei sint, in eodem Codicis titulo se excipiunt: quod scilicet Haloandro ansam dedit alterius constitutionis diem mutandi (u. g. 6, 23, 8. 9. 11), praesertim ubi utramque constitutionem ad eundem magistratum directam uideret (3, 33, 13. 14. 4, 20, 17. 6, 23, 25)[1].

Huc usque Haloandrum subscriptiones quae integrae essent temeraria emendatione pessumdedisse demonstrauimus. eas autem, quas re uera mutilas in codice Egnatiano eum inuenisse uerisimile est, saepe ipse infeliciter expleuit, u. g. in 1, 7, 2. 4. 5. 1, 12, 2 (u. Addenda) 1, 51, 1. 2, 42, 1. 3, 1, 9. 4, 19, 7. 4, 26, 4. 5, 28, 8. 6, 2, 1. 6, 20, 17. 6, 21, 7. 6, 39, 1. 6, 56, 3. 8, 50, 19. 9, 16, 7. 9, 40, 1. 2. 9, 41, 1. 7[2]. in aliis subscriptionibus etiam liberius ab Egnatiani lectione recessisse uidetur Haloander, u. g. in his:

1, 40, 2 k. Ian. Treu. Iannario et Iusto conss.] *Th. D,* k. ian. *PL,* k. maii probiano et iuliano coss. *Hal.*

1, 40, 4 Ancyro diuo Iouiano et Varroniano conss.] *D,* ancirodi *PL,* arintheo et modesto coss. *Hal.*

2, 3, 21 Thirallo AA. conss.] *P,* thirallo (thilallo *L*[a]) ** *L,* fausto et gallo coss. *Hal.*

3, 26, 8 Datiano et Cereale conss.] *P,* arbitrione et lolliano coss. *Hal.*

Verae lectionis Haloander ne minimum quidem uestigium in his subscriptionibus reliquit[3]:

1, 9, 16 d. v id. April. Constantinopoli Asclepiodoto et Mariniano conss.] *Th.,* d. k. dec. superioribus coss. *Hal.*

1, 11, 1 d. k. Dec. Constantio A. vi et Constante ii conss.] *Th. PL,* d. prid. non. mart. arbitrione et lolliano coss. *Hal.*

1, 19, 6 d. ii non. Sept. Constantinopoli Varane cons.] *D cum legibus iungendis,* d. iii id. nou. theodosio a. vii et palladio coss. *Hal.*

cf. etiam 1, 12, 2. 1, 32, 1. 3, 23, 2. 6, 20, 17

Nimiam Haloandri in subscriptionibus tractandis temeritatem Contius Russardus Cuiacius imitati non sunt, sed ne ipsi quidem ab interpolationibus prorsus se abstinuerunt. Contii interpolationes deprehendi has:

1, 2, 9 d. x k. April. Theodosio A. xvii et Festo conss.] *C cum l. gem.,* dat. ualentiniano a. v et anatolio conss. *Cont.*

1, 2, 12 d. prid. id. Nou. Constantinopoli Marciano A. cons.] *C,* dat. aetio et studio conss. *Cont.*

1, 2, 23 d. v k. April. Lamp. et Or. uu. cc. conss.] *Anselmus,* da. *dn. iustiniano pp. a. *Cont.*

1, 3, 22 d. iii id. Febr. Cp. Valentiniano A. vi et Nomo conss.] *Pithoei,* dat. **theodos. a. xvii et festo conss. *Cont.*

praeterea consulem Occidentalem male subscriptioni 10, 5, 2 inculcauit. idem et hoc loco et ad 9, 39, 2 fecit Cuiacius. Russardi error in 7, 66, 1 manifestus est, ubi consulatum *Alexandro A. cons.* (a. 222) in consulatum *Alexandro A. iii et Dione conss.* (a. 229) tacitus mutauit.

Aliud impedimentum, quominus plena subscriptionum messis, quam editores laudati e libris suis manu scriptis percepisse uidentur, huic meae editioni usui esset, ipsorum editorum culpa obstruxit, quippe qui in eis locis, ubi de ea re dubitare possunt lectores, rarissime adnotarint, utrum e libro manu scripto an ex fontibus iuris Anteiustiniani[4] uel

5, 16, 2. 3. 4. 10. 11. 6, 27, 1. 2) aut consulatus emendauit, ueluti consulatus annorum 530—532, cf. Zeitschrift für Rechtsgeschichte 11 p. 176 [1] Cf. Zeitschrift für Rechtsgeschichte 11 p. 173 sqq. [2] Ad nonnullas constitutiones errore post absolutam editionem agnito in addendis alia supplementa proposuit praemisso uocabulo *alias:* quod caue ne ad alium librum manu scriptum Codicis Iustiniani spectare censeas: re uera enim ea supplementa, sicubi non ex iterato codicis Egnatiani examine prouenerunt (cf. p. XXX not. 5), aut fastis (1, 7, 2. 6. 1, 14, 8. 1, 51, 1. 2, 12, 24. 5, 27, 6) aut Sichardianae legis Romanae Visigothorum editioni (1, 14, 9. 3, 3, 1) debentur [3] Cf. ad p. 232, 8 [4] Haloandro Sichardianam legis Romanae Visigothorum editionem (a. 1528) inde a 3, 28, 27 praesto fuisse constat: Miraeo Contio Russardo praeterea Theodosiani Codicis libris VIIII—XVI e Vaticano codice restitutis uti licuit: Cuiacius autem iam ad primam editionem codicem Charpini (hodie Parisiensem 9643) adhibuit, e quo a. 1566 libros VI—VIII Codicis Theodosiani edidit

etiam ex geminis uel ex 'iungendis'[1] constitutionibus[2] subscriptiones supplerent. itaque in apparatu critico meae editioni subiecto inter auctores earum subscriptionum, quas editiones Contianae Cuiaciana Russardina consonas cum Theodosiano Codice tradunt, has editiones non commemoraui: ubi autem hae editiones a Theodosiano Codice uel leuissime recedunt, ego cum dubitarem, utrum ea in discrepantia librum aliquem manu scriptum secuti essent, an Theodosianum Codicem neglegenter exscripsissent, earum auctoritatem adieci quidem, sed dubiam esse indicaui (u. g. 10, 45, 1. 10, 48, 9. 11, 33, 2). in eis tamen, quae Codex Theodosianus singularia habet quaeque Iustinianos solitae consulatuum formae adaptasse supra p. XXVII sq. uidimus, Cuiacianae editionis a Codicis Theodosiani lectione discrepantias in apparatu critico commemorare ueritus sum, quia Cuiacium ad haec singularia animum attendisse Theodosianasque subscriptiones in hac parte nonnumquam emendasse mihi persuasi[3].

Superest, ut uideamus, qua fide codices a nobis adhibiti ipsa uerba quibus constitutionum contextus efficitur tradiderint. qua in re cum multi illi quibus huius contextus crisis nititur codices inter se discrepent, singulos codices diuisos et inter se separatos examinandos atque perlustrandos esse censui.

In codice Veronensi contextus constitutionum ab interpolationibus fere immunis remansit[4] neque multis mendis inquinatus est. plurimas corruptelas manum secundam sustulisse supra p. V diximus, reliquarum corruptelarum pleraeque codicum epitomatorum et Bononiensium ope tolli possunt[5]. horum tamen omnium codicum nullus ac ne omnium quidem horum codicum summa ad codicis Veronensis pretium integritatemque accedit.

Fragmenta, quae in Summa Perusina (*S*) et in codicibus Frisingensi (*F*) et Vtinensi insunt, cum e codicibus non epitomatis descripta sint, quamuis exigua non sine fructu adhibuimus: genuina enim lectio ex his demum restituta est ad 251, 10. 628, 26. 27: saepius in dissensu reliquorum codicum quae lectio praeferenda esset, ipsi nobis indicauerunt.

Implicatior est quaestio de auctoritate codicum epitomatorum et eorum Bononiensium, qui Codicis libros I—VIIII complectuntur. et epitomatos quidem, cum constitutionibus suppletis transpositisque et inscriptionibus mutatis et subscriptionibus uel suppletis uel emendatis ueteris Epitomae indolem faciemque commutarent, ne uerba quidem constitutionum intacta reliquisse ueri est simillimum: et profecto cum legis Romanae canonice comptae (*A*) recensionem propter uetustatem propius quam *PL* ad ueterem Epitomen accedere consentaneum sit, in codicibus *PL* Epitomae traditionem haud raro uel corruptelis inquinatam esse[6] uel coniecturis temptatam[7] ex *A* colligi potest. non tamen ingenio tantum indulsisse eos, qui archetypa codicum *PL* emendauerunt, sed etiam e uetustioribus libris manu scriptis Codicis Iustiniani nonnulla hausisse cum lectiones ab eis in uerborum ordinem receptae[8] tum uariae lectiones inter scholia et supra uersum adscriptae ($P^vL^v$)[9] uel adeo librariorum errore contextui insertae probant[10].

Hoc emendandi studium, quod in archetypa codicum *PL* impensum est, in codicibus *PL* ipsis continuatum est. ubi codices *P* et *L* inter se discrepant, rarius *L* Epitomae

---

[1] Ita appellaui in apparatu editioni meae subiecto eas constitutiones, quae cum constitutionibus nunc ab his separatis olim cohaerebant [2] Subscriptiones a Cuiacio ad 10, 60, 1. 12, 16, 5 restitutae e legibus quas geminas esse non recte putauerat sumptae sunt: e legibus male iunctis prouenerunt subscriptio Cuiaciana ad 11, 48, 20 et Contiana ad 3, 24, 2 [3] Cf. 10, 10, 5: dn. Theodosio A. xv et qui fuerit nuntiatus *Th.*, Theod. xv et Valentiniano IIII AA. coss. *Cui.*: 10, 12, 1 Theod. I AA. *Th.*, Theod. AA. *Cui.* — plerumque tamen Cuiacius non secus atque reliqui editores Theodosianum Codicem ingenue exscripsit [4] Interpolationum exempla haec sunt: 632, 24 (*deberi* pro *debere*) 678 17 (*prouinciae* additum ad uoc. *praeses*), fortasse etiam 455, 30 (*sortitur* pro *sortiatur*). ei uero loci, qui in codicibus epitomatis et in Bononiensibus opera Graecorum iureconsultorum saeculi VII deformati sunt (u. s. p. XVI sqq.), in *V* seruati non sunt [5] Cf. u. g. 455, 11. 483, 17. 489, 7. 510, 31. 680, 2. 704, 7. 8. 27. 705, 8. 23. 28. 29. 711, 12. 25. 720, 11. 739, 1. 17. 25. 30. 757, 25. 29. 773, 19. 32. 784, 7. 22. 1062, 21—24. 30. 32 [6] Ex titulo 3, 12 (cf. appendix III) huc pertinent 248, 8 (*inserant*) 249, 16 (*paschalis*) 250, 2 (*agnitionibus*) [7] Cf. 176, 2. 248, 8. 13. 249, 4 (*accipit*) 5. 8. 15. 19. 24. 25 (*uel*) 250, 4 (*et habeant*) 5 (*simul ad se*) [8] Cf. u. g. 176, 6. 7. 248, 12. 249, 6 [9] 307, 14. 316, 10. 365, 20. 484, 20 [10] 472, 28 res] $L^bCRM$, alias res spem $P^a$, spem $P^bL^a$?

lectionem seruauit: plerumque lectio Epitomae (nisi ut solet lectio codicis *P* siue bona siue mala in *L* librarii mendo deformata est) aut coniecturis temptata est[1] aut cessit lectioni archetypi non epitomati, quod ad Epitomen supplementis augendam adscitum est[2]. ceterum emendationes Epitomae, quae in codice *L* obuiam fiunt, tantum non omnes in correctionibus codicis *P* redeunt. deinde eadem uia ingressi correctores codicis *L* nonnulla ex archetypo non epitomato emendauerunt[3], alia ipsi sui ingenii inuentis nouauerunt, ut corruptelae tollerentur, quibus lectiones $L^a$ aut laborabant[4] aut laborare ipsis uidebantur[5] codex *D* autem a codicibus *PL* in constitutionum contextu tradendo fere non differt nisi eo, quod mendis plurimis interpolationibusque pristinam Epitomae auctae lectionem deformauit: quamobrem illum codicem non adhibui nisi ad eas partes quae in *P* perierunt et in eis constitutionibus, quas *D* solus Epitomae ex archetypo non epitomato addidit.

Iam uero si codicum Bononiensium eam partem intuemur, quae ex Epitoma aucta originem duxit, scholasticam emendationem non tam genere diuersam ab ea quam Epitome subiit, quam multitudine earum lectionum, quae tunc demum a Bononiensibus ex integri Codicis Iustiniani libris manu scriptis adscitae uel ab eisdem excogitatae sunt, insignem deprehendimus. prioris generis emendationes u. g. in his locis agnosces[6]:

218, 32 aetatis] $CRM^a$ *cum B*, aetatis principali clementia (*ex p.* 219, 20?) $PLDM^b$
394, 15 uerum] *VCRM*, nam *PLD*
416, 25 in] *CMN Th.*, autem in *PLD*
416, 27 locus pateat] *CMN Th.*, latus pateat aditus *PLD*
521, 7 certe] *VCRM*, *om. PLD*
617, 29 autem] *CR Th.*, *om. PLD*
624, 26 leges] *CR B* (κ.π.), leges et naturam *PLD*
742, 31 praeiudicium] $CR^aM^a$ *Th. l. gem.*, nullum praeiudicium *PLD*, ullum pr. $R^b$, pr. ullum $M^b$

interpolationum Bononiensium exempla haec sunt:

625, 15 filiis] $PLDR^b$ *BΣ* (κ.π.), filiis uel filiabus $CR^a$
647, 17 mortem] *PLD BΣ* (κ.π.), mortem suam *CRM*
836, 23 detrudendo] *L Th.*, deportando *CRM*
838, 20 laesurus] *LR Th.*, uiolans $CMQ^a$
838, 22 grassetur] *Th.*, crassentur *L*, multentur *CRM*
841, 18 patuerit] *L Th.*, claruerit *CRM*

quamquam autem scholam Bononiensem in minimis quoque, uelut in uerborum collocatione[7], genuino contextui restituendo operam dedisse apparet, tamen ea in re neglegentiae accusanda est, quod haud raro neque lectiones recentiore demum Epitomae auctae recensione (id est in $P^bLL^b$) pessumdatas sollicitauit neque menda eorum, qui primi Codicem Iustinianum ex Epitoma aucta in pristinam formam redactum descripserant, ad Epitomae uel ad integri Codicis exemplaria correxit. cuius neglegentiae haec exempla collegisse sufficiet:

416, 23 hereditate] $P^a$ *Th.*, de hereditate $P^bLCMN$
522, 2 eum ostendat] *VPL*, ostendat eum *CRM*
607, 15 filiaue] $P^a$ *Th. BΣ* (κ.π.), filiaeue $P^bLCRM$
650, 18 perpetuo] $P^a$ *BΣ* (κ.π.), perpetuo cauetur $P^bLCR$
728, 2 quindecim] $P^a$ *Th.*, is xu $P^bCRM$

Cum autem codices Bononienses e codicibus epitomatis deriuatos esse certum sit, quaeritur, num fortasse illi ex ipso *P* uel ex ipso *L* propagati sint. quod in *R* cadere non posse supra p. VII. XVIIII uidimus: contra in *C* unum certe mendum deprehenditur, quod e *P*

---

[1] Cf. 101, 23. 272, 22. 307, 32. 316, 10. 622, 17. 642, 7 [2] Cf. 367, 12. 481, 26. 631, 6 [3] *P* emendatus non est u. g. ad 354, 32. 395, 2. 689, 24. 772, 21 [4] 710, 12 concessa erit] *Th. cum B* (κ.π.), cesserit $L^a$, cessauerit $L^bCRM$ — 745, 2 tu ei] *VC*, tu uel $PL^a$, tu $L^bR$ [5] 777, 32 filius eiusdemque (que *om. P*)] $PL^a?DR^bM$, de qua iure hereditario *C* (*ex u.* 33), de qua iure hereditario filius eiusdemque $L^b$, de quo iure hereditario filius eius eius-[illegible] $R^a$ — 780, 20 fundos] $VPL^aDC$, fundos obligatos $L^bR$ [6] Eodem modo et titulorum rubricas et constitutionum inscriptiones a Bononiensibus emendatas esse ex his intelleges: [illegible] 364, 3. 394, 14. 444, 19. 617, 3 [7] 624, 12. 649, 25. 653, 15. 655, 19. 711, 6. 33

originem ducat necesse est: 62, 13 post uocabulum *officium* propter homoeoteleuton i $P^a$ uerba *quidem sublimitatis* ... 15 *officium* et post 15 *aduocationis*, quod uocabulu hunc hiatum excipit, rursus propter alterum homoeoteleuton uerba *per subreptionem* .. 16 *aduocationis* interciderunt: corrector ($P^b$) cum priore tempore posteriorem omissione solam animaduertisset, uerba *per subreptionem* supra uersum recte post *aduocationis* su pleuit, nec tamen omnia quae hoc loco interciderant uerba addidit: nam priusquam h supplementum perficeret, altero quoque hiatu animaduerso uerbis *aduocationis per subre tionem* per lineolam deletis uerba inde a u. 13 *quidem sublimitatis* usque ad 16 *aduocation* adscripsit. idem comma, quod in codicibus *LDRM* recte descriptum est, in *C* ita legitu *officium aduocationis per subreptionem quidem sublimitatis* ... 16 *aduocationis*, quo scribere nemo poterat nisi qui, cum codicem *P* transcriberet, ad inductionem uerboru *aduocationis per subreptionem* non attenderat. similia uitia haec in *C* insunt:

121, 20 uel per mendacium] $SP^bLDRM$, *om.* $P^aC$

514, 11 uel sine scriptis] $P^b$ (*manus prima*) $LDC^bRM$, *om.* $P^aC^a$

Attamen alio loco corruptelam ex *P* ortam non in *C* solum, sed in *D* quoque, qui no pendet a *P*[1], uidemus transisse. ad 119, 10 rubricator codicis *P* uerba *quibus rebus* fe sic depinxit: qb'reb;[2]: haec ita legi possunt, quasi scriptum fuerit *quibuebs* litteris postea inductis: inde factum est, ut in $DCMQ^a$ scriberetur *quibus*. ut igitur hanc lectio nem non primitus in archetypo codicis *D* infuisse, sed comparatione codicis *P* illata esse necesse est, ita fieri potest, ut lectiones supra propositae simili interpolatione in inrepserint. ac ne magni quidem momenti ea quaestio est, num codex *C* e codice *P* pro pagatus sit, cum auctoritas codicis *P* non tam ex codicum Bononiensium quam ex codi cis *L* consensu pendere uideatur, neque Codicis Iustiniani crisis lectionibus codicis iuuetur nisi eis, in quibus *P* et *C* inter se dissentiunt. illud utique intellegitur codice Bononienses non ex uno eodemque Epitomae auctae codice originem duxisse.

Non magis certum iudicium de ea quaestione fieri potest, num iureconsultis Bononien sibus idem archetypon non epitomatum praesto fuerit, e quo Epitome et aucta et emen data est. uitia enim supplementis Epitomae et codicibus Bononiensibus communia nih probant, cum fieri potuerit, ut aut ex epitomatis in hos transitum facerent aut e archetypo saeculi VI originem ducerent, e quo omnes qui extant codices deriuati sun (p. XVI). attamen dubitari nequit, quin Bononienses, si quidem omnino illo archetypo u sunt, e quo Epitome aucta et emendata est, praeter hoc alterum quoque archetypon ad hibuerint. alterius enim archetypi non epitomati uestigia u. g. in hoc agnoscas[3]:

9, 18 definita] $CR^b$ *Auth. Chalc. B*, diffinita in hac regia urbe *pLD*, in hac regia urb definita $R^aM$

eodem ducit transpositio constitutionum 4, 27, 2. 3, quae in *SCR* et in archetypo ueteri Epitomae inuenitur, cum *pLM* uerum ordinem restituerint.

Simul ex his et ex eis quos supra attuli locis intellegitur Bononiensium opera no certam quandam atque aequabilem recensionem in ea Codicis parte quam ex Epitom aucta descripserant restitutam esse, sed codicum epitomatorum lectiones modo in ho modo in illo codice Bononiensi seruatas esse: immo si quando in ueteribus codicibu Bononiensibus Epitomae auctae recensio quasi communi consensu emendata uidetur, Epi tomae lectio rursus in correctionibus eorundem codicum et subinde in recentioribu codicibus Bononiensibus occurrere solet. id quod appendicem III percurrenti cuiuis facil apparebit.

Nunc transeamus ad eas Codicis constitutiones, quas codices Bononienses non codicibus Epitomae auctae hauserunt. atque in his quidem constitutionibus supplendi Bononienses non uno codice non epitomato sed duobus uel pluribus usos esse ex loc supra (p. XVI) laudatis 485, 34. 488, 11. 15. 714, 8. 766, 21. 773, 12 colligas, qui codicem cum uno ex Bononiensium codicum archetypis cognatum esse demonstrant. neque minu dissensus Bononiensium codicum ad 77, 28. 29. 700, 6. 750, 12 (supra p. XVII. XVII

---

[1] Cf. appendix II [2] Fortasse sic scribere uoluit qb;reb; [3] Cf. 673, 7 (p. XVIII)

num Bononiensium archetypon Graecorum iureconsultorum interpolationibus infectum esse probat. quibus adiungas haec:

15, 21 eundem ipsum] *Auellana R, om. CMQ Anselmus Lucensis*

15, 24 dicentes eum (unum *C*) filium dei et alium dicentes] *Auellana C,* dicentes $RM^aQ^aN^a$, dic. alium $M^bN^bW$, dic. unum filium dei et alium $Q^b$ *Anselmus?*

17, 3 ea populis] *Auellana CB,* ea protulistis *RMQ Anselmus*

17, 3 sedes apostolica docet] *Auellana CB,* sedis apostolicae doctrina *RMQ Anselmus*

17, 10 propheticis apostolicisque] *Auellana CB,* propheticisque *RMQW Anselmus*

18, 11 nostrorum] *Auellana CB, om. RMQ Anselmus*

18, 16 regnum et salutem uestram] *CB,* regnum uestrum *RMQ Anselmus*

36, 14 uoluntates ita tamen ut religiosissimi antistites (religiosissimus antistes *R*)] $RT^aQ^b$ *cum Nomoc.,* uoluntates $CMQ^a$, uol. ita tamen $T^b$, uol. ita tamen ut *WE*

142, 20 *inter* 1, 33, 2 *et* 3 *RQE alii inserunt* impp. honorius ... cognitionem (comitiuam *addit Q*) [= 142, 20. 21] praeuertat ... anteire [= 141, 1..4] ceu supra et tertia haec: *additamentum non agnoscunt CM*

463, 25 tutorem et sub tutela ... curatorem et sub] $CR^bM^b$, tutorem et sub $R^aM^a$

563, 23 expenderit ... 24 hereditariarum] $C^bRM^b$, *bis scripserunt* $C^aM^a$

601, 8 augere ... 11 legatum] $CR^bM^b$, *bis scripserunt* $R^aM^a$

764, 7 esse seruum adhibitum ... 8 esse seruum] *R,* esse seruum *CM*

768, 21 non teneri te persuasit] $CR^bM^b$, temere te perquam sit $R^a$, non tenere te perquam sit $M^a$?

841, 27 ingenuorum etiam ... 28 ingenuum] $CR^bM^b$, ingenuorum $R^aM^a$

Corruptelarum igitur communio, quae in his quos supra exscripsi locis modo inter *C* et *M*, modo inter *R* et *M*, modo inter *C* uel *R* et alios codices Bononienses obseruatur, non potest non ex diuersis archetypis orta esse. quin etiam conicere ex his locis possis codices *C* et *R*, quos supra diuersos codices epitomatos secutos esse uidimus, in hac quoque parte e diuersis archetypis deriuatos esse, reliquos autem codices Bononienses modo cum *C* modo cum *R* casu aliquo ideo consentire, quia interpolando uel falsa uel uera lectio in illos introducta sit.

Quod si codicem *C* cum reliquis Bononiensibus comparaueris, saepius illum quam ullum alium genuinas Codicis lectiones continere uidebis. nec raro uerus contextus e reliquis codicibus huc usque siue a me siue ab aliis excussis omnibus expulsus in *C* solo redit[1]. quam integritatem codicis *C* non recte ita explices, quasi codex *C* propter uetustatem uel suam ipsius uel eius fortasse exempli ex quo descriptus est scholasticam interpolationem fugerit. immo ea quoque re insignis est, quod magnam copiam emendationum codicibus coaeuis nondum notarum recepit, u. g. in hisce:

302, 27 officium] *PLRMB,* ex officio *C*

304, 2 et post integrum] $Q^b$ *cum BΣ* (κ.π.), etiam post integrum $R^aM^a$, et eam post integrum $R^bM^b$, et eam post integram *C*

417, 3 tabernarii] $PLMN^a$ *Nou.,* tabernariae filiam $CN^b$

428, 37 stipulatio] $MN^a$ *BΣ* (κ.π.), stip. utilis $CN^b$

433, 33 dote] *BΣ* (κ.π.), dotem *MN,* dotem datae *C*

444, 7 profuerit] *MN,* prof. marito tuo *C*

470, 27 dubitaturus] *VRM,* ignarus *C*

522, 11 ingrati] *Th.,* ingratis *VRM,* ingratitudinis *C*

538, 25 saepe] $VpLR^aM$, posse saepe $CR^b$

26 ut] $VpLR^aM$, quam $CR^b$

569, 2 ut] *SAPLRM,* hereditates ut *C*

699, 17 multae] *RM Th.,* uindictae *C*

Videndum ergo, ne illa bonarum lectionum copia in *C* inde potius aduenerit, quod eum exactior iterataque archetyporum non epitomatorum comparatio praecesserit. uix enim

---

[1] Ex eis locis quos supra exscripsimus huc pertinent 15, 24. 17, 3. 10. 18, 11. 16. 77, 28 (p. XVII) 700, 6 (p. XVIII)

aptius ullo modo alio explicabitur, quod nonnullas eorundem archetyporum lectiones ip
*C* solus in eam partem quam Epitome aucta complectitur intulit, u. g. in his:

483, 3 competat] *VC*, ei comp. *PLDRM*

502, 11 hereditario] *VC*, her. uel $Q^a$, her. uel honorario *PLDRM*$Q^b$

633, 1 ad prima u. cunabula] *VC* *ΒΣ* (κ.π.), a primis u. cunabulis *PLDRM*

642, 7 cuiusmodi ... 8 constiterit (—rat *Vtinensis*)] *Vtinensis C Th.* *ΒΣ* (κ.π.), hui modi ... constiterit $P^a$*D*, huiusmodi ... cuius constiterit $P^b$*LRM*

655, 6 statu] *C* *ΒΣ* (κ.π.), statu tui *PLDRM*

742, 32 decantatur] $C^a$ *Th.*, declaratur *PLD*$C^b$*RM* *cum libris ad legem geminam*

745, 2 ei] *VC*, uel *P*$L^a$, illi *M*, *om.* $L^b$*DR*

757, 26 ab obpigneratione] *VC*, ab pigneratione $R^a$, a pignoratione *PLD*$R^b$*M*

Codice autem *C* uetustiorem Bononiensis recensionis formam seruatam esse in codice constat. certe cum *R* fere a quinto Codicis libro codices epitomatos accurate sequat eum antiquissimam Bononiensium recensionem continere consentaneum est.

His autem duobus codicibus Bononiensibus (*CR*) quominus lectio archetyporum n epitomatorum plena repraesentaretur, partim incuria librariorum partim communis schol Bononiensis interpolatio prohibuit. accedit, quod primarum manuum scriptura in his ip codicibus ($C^a R^a$) propter correctiones non ubique legi potest. ad recuperandam igit archetyporum non epitomatorum lectiones praeter *CR* alii codices Bononienses excutien nobis erant. examinatis autem reliquis codicibus Bononiensibus saeculi XII in eis partib Codicis Iustiniani, quae in *Th.* uel *V* extant, si horum omnium scripturae discrepant typis describeretur, apparatum criticum tantopere auctum iri intellexi, ut uerendum for ne bonae frugis lectiones inutilium mole obscurarentur, et ne plurimis quidem codicu Bononiensium saeculo XII exaratorum plene excussis bonarum lectionum thesaurum huius generis codicibus reconditum adeo exhaustum iri, ut non quantulumcumque spic legium in reliquis remansurum esset. sic codices qui mihi ad manus erant u. g. in h locis frustra adii, quos in aliis codicibus Bononiensibus recte traditos fuisse prior editiones demonstrant[1]:

41, 16 ad similitudinem ceterorum colonorum] *edd. cum Nomoc.*, *om. CRMQTWUE*

362, 9 haec obseruari censemus ut] *edd. cum* *ΒΣ* (κ.π.), hoc o. c. et *CRMQTUE*

460, 15 et] *V edd.*, etiam *CRMQTWUE*

Eandem rationem inter codices antiquissimos Bononienses intercedere, ut si unu alterumue praetermittas, nonnullarum lectionum optimae notae iacturam facias, ex h exemplis perspicitur, quae ad singulos codices *MNQTW* composita digessi:

*M*

219, 11 in coetu] $M^a$ *Th. B*, coetui *PLDCR*$M^b$*WQT*

249, 15 delectos] *AM Th.*, electos *PLDCRNQTW*

383, 31 in tabulas] *V*, tabulas $M^a$, tabulae *C*$R^a$, tabulis $R^b M^b$*QTW*

655, 3 controuersiam] $M^a$ *ΒΣ* (κ.π.), te contr. *PLDC*$M^b$*T*, contr. te *RQ*

725, 7 obtinuit] $M^a$ *Th.*, optinebit *PLDCR*$M^b$*T*

*N*

713, 12 roborauerit] *V edd.*, roborauit *SN*$W^e$, reuocauit *CRMT*$W^t$

794, 3 perfectam donationem] *N cum Consult.* (perpetuam don.), perfectam donatione (—num $L^b$*D*) accionem (—ne *C*) *LDC*, perfecta donatione actionem *RM*$T^b$*W*, pe fectam donationis actionem $T^a$

797, 7 alias] *V*$N^b$, illas *DCRM*$N^a$*WT*

*Q*

32, 17 ualituro rescripto] *Q Nomoc.*, ual. umquam rescr. *PLD*, umquam ual. rescr. *CRM*

416, 32 adsciscere] *Nou.*, ascire $Q^a$ *cum deterioribus libris Nouellae*, accipere *PLDCR N*$Q^b$*TW*

[1] Idem in subscriptionibus accidisse notum est: de notis quae Graecas constitutiones de derari indicant cf. 177, 3: de inscriptionibus cf. u. g. 121, 26

421, 10. 12 abalienandi] *Q*$^a$ *Th.*, alienandi *PLDCMNQ*$^b$*TW*
421, 22 natiue] *Q*$^a$ *Th.*, nataue *PLDCMNQ*$^b$*TW*
456, 21 bostrenae] *Q*$^a$ *Th.*, uostrenae *V*, nostrae *CRMQ*$^b$*TW*
456, 34 mox quam] *VQ*, postquam *CRMT*
457, 8 ac] *VQ*, aut *CRMTW*
465, 31 huiuscemodi] *VQ*, huiusmodi *CRMTW*
470, 1 nam] *VQ*, id nam *R*$^a$*M*$^a$*T*$^a$*W*, id namque *CR*$^a$*M*$^b$*T*$^b$
472, 3 intra ciuitates] *VQ*, quae (quae *om.* *M*$^a$) intra ciu. sunt *PLDCRMT*

*T*

231, 13 parte] *T cum B*, causa *PLDCRM*
408, 24 perseuerauerit] *T*$^a$ *cum B*, perseuerauerunt *PLDCMQ*, perseuerauerint *NT*$^b$, uterque perseuerauerit *W*

*W*

535, 26 filiam autem quae] *VW*$^a$, filium autem qui *PLDCRMTW*$^b$

23 ματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν. Ὅθεν εὐχέσθω ἡμῖν τε καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ ἡ μακαριότης σου, πάντας περὶ το˜ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τῆς περὶ τὴν ἀμώμητον πίστιν σπουδῆς διδάσκουσά τε καὶ πληροφοροῦσα. D. VII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO PP. A. III CONS. a. 5

8 GLORIOSISSIMO ET CLEMENTISSIMO FILIO IVSTINIANO AVGVSTO IOHANNES EPIS- [B. 1, 1, 8
COPVS VRBIS ROMAE. Inter claras sapientiae mansuetudinis uestrae laudes, christianissime
principum, puriore luce tamquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod caritatis
studio, edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanae sedis reuerentiam conseruatis et ei cuncta
subicitis et ad eius deducitis unitatem, ad cuius auctorem, hoc est apostolorum primum,
1 domino loquente praeceptum est: 'pasce oues meas'. Quam esse omnium uere ecclesiarum
caput et patrum regulae et principum statuta declarant et pietatis uestrae reuerentissimi
testantur affatus. patet igitur in uobis impletum fore, quod scripturae loquuntur: 'per me
2 'reges regnant et potentes scribunt iustitiam'[1]. Nihil est enim, quod lumine clariore prae-
fulgeat, quam recta fides in principe: nihil est, quod ita nequeat occasui subiacere, quam
uera religio. nam cum auctorem uitae uel luminis utraque respiciant, recte et tenebras
3 respuunt et nesciunt subiacere defectui. Quam ob rem, gloriosissime principum, uotis
omnibus exorabitur diuina potentia, ut pietatem uestram in hoc ardorē fidei, in hac deuo-
tione mentis, in hoc integrae religionis studio sine defectu sui in tempora longiora conser-
uet: hoc enim et sanctis credimus ecclesiis expedire. scriptum est enim: 'labiis regit rex'[2],
4 et iterum: 'cor regis in manu dei et ubi uoluerit, inclinabit illud'[3]. Hoc est enim, quod
uestrum firmat imperium, hoc, quod uestra regna conseruat. nam pax ecclesiae, religionis
5 unitas, auctorem facti in sublime prouectum grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim
parua ei uicissitudo a potentia diuina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia diuisa
secernitur, nullis insertis maculis uariatur. scriptum est enim: 'quia cum rex iustus sederit
6 'supra sedem, non aduersabitur sibi quicquam malignum'[4]. Proinde serenitatis uestrae
apices per Hypatium atque Demetrium sanctissimos uiros fratres et coepiscopos meos
reuerentia consueta suscepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis
proposuissetis edictum[5] amore fidei pro submouenda haereticorum intentione secundum
apostolicam doctrinam, fratrum et coepiscoporum nostrorum interueniente consensu. quod
quia apostolicae doctrinae conuenit, nostra auctoritate confirmamus.
7 Textus autem epistulae talis est:
VICTOR IVSTINIANVS PIVS FELIX INCLITVS TRIVMPHATOR SEMPER AVGVSTVS IOHANNI
8 SANCTISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE VRBIS ROMAE ET PATRIARCHAE. Reddentes honorem

*CRM: c.* 7 *dedi ad Nomoc.*$^{m}$ 1, 1. 5 *Const.*$^{rgl}$ *B* 1, 1, 7: *c.* 8 *extat in collectione canonum Auellana* (= *Au.*, *cf. Maassen Quellen u. Litter. des canon. Rechts I p.* 337); *praeterea* § 7. 8. 22...24 *repetuntur in epistula Iustiniani ad Agapetum* (*Mansi VIII,* 845), *quam eadem collectio exhibet. utrumque caput collatum habeo ex libro Vaticano* 4961 *saec. X uel XI: ubi inter se uariant, Au.* 1 *notaui integram constitutionem, Au.* 2 *epitomatam*

---

[1] *Prouerb.* 8, 15 [2] *Prouerb.* 16, 10 (μαντεῖον ἐπὶ ψείλεσι βασιλέως)? [3] *Prouerb.* 21, 1 [4] *Prouerb.* 20, 8 [5] 1, 1, 7

1 τινος] *Nomoc.* 1, 1 *B,* τινων *Nomoc.* 1, 5, τισι *Const.* | τήν *om. Nomoc.* 2 συνόδων *om. Const.*$^{rl}$, *deficit Const.*$^{g}$ | ἱερῶν] εἰρημένων *Const.* | ἐκκλησίας] ἐκκλησίας οἵας *B* 5 ἡ *om. Const.*$^{l}$ *B* 6 *s. a. Const.*$^{rl}$ | dς iuii ka. pr. cp. dniust. pp. ass. *Const.*$^{r}$, asi ui ii ka pr. cra. niust. ppa. ss. *Const.*$^{l}$ 8 clementissimo et gloriosissimo *M* 9 urbis romae *om. Au.* | mansuetudinis] *Au. RM,* et mansuetudinis *C:* ἐν τῇ λαμπρότητι τῆς ὑμετέρας πρᾳότητος *B* 10 taquam *R* | purior *C* 11 sedi *Au.:* τοῦ Ῥωμ. θρόνου *B* 12 apostolum *C:* τὸν τῶν ἀποστόλων πρῶτον *B* 13 uero omnium *Au.,* uere *om. M:* πασῶν ἀληθῶς τῶν ἐκκλησιῶν *B* 15 placet *R*$^{a}$ 16 potentem *Au.* 17 nequeant *M*$^{a}$ 18 cum *om. R* 19 respuunt] respiciunt *Au.,* ἀποπτύουσα *B* 20 nt] vel *R* 23 dei] *Au. CR cum B,* dei est *M* 24 seruat *C* 26 rugis] regulis *R*$^{a}$ 27 insertis maculis] ἐγκεκεντρισμένοις νόμοις *B* 28 sibi] ei *C* 31 proposuissetis] *CAu.,* proposuistis *RM,* προτεθείκατε *B* | sedictum *Au.* 32 quia quod *R,* qui quod *M* 34 textus ... est *om. C* | epistulae] apostolice *Au.* 1 35 iohannes *Au.* 1

apostolicae sedi et uestrae sanctitati, quod semper nobis in uoto fuit et est, ut decet
patrem honorantes uestram beatitudinem omnia quae ad ecclesiarum statum pertinent
festinamus ad notitiam deferre uestrae sanctitatis, quoniam semper magnum nobis fuit
studium unitatem uestrae apostolicae sedis et statum sanctarum dei ecclesiarum custodiri,
▶ qui hactenus obtinet et incommote permanet nulla intercedente contrarietate. Ideoque
omnes sacerdotes uniuersi orientalis tractus et subicere et unire sedi uestrae sanctitatis
▶ properauimus. Et in praesenti ergo quae hic commota sunt, quamuis manifesta et indubi-
tata sint et secundum apostolicae uestrae sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus
firme custodita et praedicata, necessarium duximus, ut ad notitiam uestrae sanctitatis per-
1 ueniant. Nec enim patimur quicquam quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamuis
manifestum et indubitatum sit quod mouetur, ut non etiam uestrae innotescat sanctitati,
quia caput est omnium sanctarum ecclesiarum. per omnia enim, ut dictum est, properamus
2 honorem et auctoritatem crescere uestrae sedis. Manifestum igitur facimus uestrae sancti-
tati, quod pauci quidam infideles et alieni sanctae dei catholicae atque apostolicae ecclesiae
contradicere Iudaice ausi sunt aduersus ea, quae ab omnibus sacerdotibus secundum
uestram doctrinam recte tenentur et glorificantur atque praedicantur, denegantes dominum
nostrum Ihesum Christum unigenitum filium dei et deum nostrum, incarnatum ex sancto
spiritu et sancta atque gloriosa uirgine et dei genetrice Maria hominem factum atque
crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis, coadorandum et conglorifican-
dum patri et spiritui sancto, consubstantialem patri secundum diuinitatem et consubstan-
tialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum im-
13 passibilem deitate. Recusantes enim dominum nostrum Ihesum Christum unigenitum filium
dei et deum nostrum fateri unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis uidentur Nestorii
malam sequentes doctrinam, secundum gratiam dicentes eum filium dei et alium dicentes
14 deum uerbum et alium Christum. Omnes uero sacerdotes sanctae catholicae atque aposto-
licae ecclesiae et reuerentissimi archimandritae sacrorum monasteriorum sequentes sanctita-
tem uestram et custodientes statum et unitatem sanctarum dei ecclesiarum, quam habent
ad apostolicam uestrae sanctitatis sedem, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu,
qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno consensu confitentur et glorificant, praedicantes
dominum nostrum Ihesum Christum unigenitum filium et uerbum dei et deum nostrum,
ante saecula et sine tempore de patre natum, in ultimis diebus descendisse de caelis et
incarnatum ex spiritu sancto et sancta atque gloriosa uirgine et dei genetrice Maria, natum
et hominem factum et crucifixum unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis, coado-
15 randum et conglorificandum patri et sancto spiritui. Nec enim alium deum uerbum et
alium Christum cognoscimus, sed unum atque eundem ipsum consubstantialem patri secun-

*Au.* (*u. p.* 14) *CRM*

---

1 in uoto] inuito *R*[a], in uol'o *Au.* | est] est et *M contra B* | docet *C* 2 ad *om. Au.* 1 3 festinemus *R*[a] | uestrae sanct.deferre *M:* εἰς γνῶσιν ἀναφέρειν τῆς ἡμετέρας (scr. ὑμετ.) ἁγιωσύνης *B* | nobis magnum *R*, μεγάλη ἡμῖν *B* 4 custodire *M*, διαφυλάττεσθαι *B* 6 uenire *RM*[a], ἑνωθῆναι *B* 7 quae hic commota sunt] *Au.*, quae commota sunt *RM*, cui haec commota sunt *C:* τοὺς ταῦτα ἀνακινήσαντας ... ἀναγκαῖον ᾠήθημεν, ἵνα εἰς γνῶσιν ... ἀνελθωσιν *B* | quamuis] quam *C* | indubita *R* 5 apostolicae] κατὰ τὴν ἀποστολικὴν τοῦ ὑμετέρου θρόνου διδαχήν *B* | ab *om. M* 10 quicquam quod] *Au. C*, quicquid *RM:* τὸ ὅτι οὖν ... ἀνῆκον *B* 14 quidam] *C cum B et loco simili p.* 12, 19: ὀλίγοι τινές, quidem *Au. RM* | alienae *R* | dei] sedi *Au.*, τοῦ θεοῦ *B* 15 iudaice] *Au. C*, iudaice atque apostatice *RM:* atque apostatice *om. et B, ubi tamen spatium uacuum sequitur post* ἰουδαϊκῶς, *et c.* 7 § 4 (*p.* 12, 20) | ausi] uisi *Au.* 16 tenerentur *Au.* | denegantes *om. Au.* 17 deum] dominum *Au. R*, θεόν *B* 18 spiritu sancto *M*, ἁγίου πνεύματος *B* | uirgine] ἀειπαρθένου *B* | et] *Au. CM, om. R:* καὶ θεοτόκου *B* 19 consubstantionalis *C* | et] atque *R* 20 spiritu *Au.*[a] 21 eundem ipsum] *Au. R, om. CM*, τὸν αὐτόν *B* | passibilem carne *om. C* 22 enim *om. M* 23 deum] dominum *Au. CR*, θεόν *B* 24 eum (unum *C*) f. dei et alium dic.] *Au. C*, alium *M*[b], *om. RM*[a]*:* λέγοντες αὐτὸν θεὸν καὶ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον *B*, *cf. p.* 12, 28 26 sacrorum] *Au. cum B* ἱερῶν, sanctorum *CRM* 27 quam] *Au. R cum B*, quem *C*, que *M* | habeant *R*, ἔχουσι *B* 28 ad apostolicam u. s. sedem] *Au. CM*[a] *cum B:* πρὸς ἀποστολικὸν ... θρόνον, ab apostolica u. s. sede *RM*[b] 29 praedicantes *om. Au. contra B* κηρύττοντες 30 deum] *C*, dominum *Au. RM*, θεόν *B* 32 sancta] *CRM cum B*, ex sancta *Au.* | et dei] dei *Au.*, καὶ θεοτόκου *B* 34 glorificandum *C*, συνδοξαζόμενον *B* | uerbum] uerum *legit Thalelaeus:* θεὸν ἀληθινόν *B* | et alium] alium *C contra B* 35 patrem *R*[a]

dum diuinitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitate
16 bilem carne, eundem ipsum impassibilem deitate. Vt enim est in diuinitate perf
idem ipse et in humanitate perfectus est: in una enim subsistentia unitatem susc
17 confitemur, quod dicunt Graeci τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν. Et quoniam u
filius et uerbum dei, ante saecula et sine tempore de patre natus, idem ipse et
diebus descendens de caelis, incarnatus ex sancto spiritu et sancta atque glorio
et dei genetrice Maria et homo factus, dominus noster Ihesus Christus propri
deus est, ideo et sanctam et gloriosam uirginem Mariam proprie et uere de
dicimus: non quia deus uerbum principium ex ipsa sumpserit, sed quod in ultin
18 descendit de caelis et ex ipsa incarnatus et homo factus natus est. Quem con
credimus, sicut dictum est, consubstantialem esse patri secundum deitatem et co
tialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, eiusdem miracula et passio
19 sponte carne sustinuit, cognoscentes. Suscipimus autem sancta quattuor concili
trecentorum decem et octo sanctorum patrum, qui in Nicaea congregati sunt, e
quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia urbe conuenerunt, et sanctorum
qui in Epheso primo congregati sunt, et sanctorum patrum, qui in Chalcedone con
20 sicut uestra apostolica sedes docet atque praedicat. Omnes ergo sacerdotes
21 doctrinam apostolicae uestrae sedis ita credunt et confitentur et praedicant. V
perauimus haec ad notitiam deferre uestrae sanctitatis per Hypatium et Demetriu
simos episcopos, ut nec uestram sanctitatem lateat, quae a quibusdam paucis
22 male et Iudaice secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. Petimus ergo uestr
num affectum, ut uestris ad nos destinatis litteris et ad sanctissimum episcop
almae urbis et patriarcham uestrum fratrem, quoniam et ipse per eosdem sc
uestram sanctitatem festinans in omnibus sequi sedem apostolicam beatitudinis
manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui praedicta recte confitentur, suscip
sanctitas et eorum, qui Iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat
23 Plus enim ita et circa uos omnium amor et uestrae sedis crescit auctoritas et qua
est unitas sanctarum ecclesiarum inturbata seruabitur, quando per uos didiceri
beatissimi episcopi eorum, quae ad uos relata sunt, sinceram uestrae sanctitatis d
petimus autem uestram beatitudinem orare pro nobis et dei nobis adquirere prou
24 Et alia manu: Diuinitas te seruet per multos annos, sancte ac religiosissin
Data VIII id. Ivn. Constantinopoli dn. Ivstiniano perpetvo Avgvsto III consvl

*Au* (*u. p.* 14) *CR* (*u.* 11 esse ... 15 urbe conue *in litura*) *M*

1 eundem ipsum] *Au. CR*[b], *om. R*[a]*M:* τὸν αὐτόν *B* 2 in diuinitate] *Au. RM*, in deitatem *C*: ἐν θεότητι *B*, *quae uoc.* θεότης *exprimere solent et deitatem et diuinitatem* 3 substantia *RM* | unitatem] *Au. C*, deitatem *RM*, ἕνωσιν *B* | suscepimus *Au.*, ἀποδεχόμεθα *B* 4 τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν] tinchati postea sin eno sino molagoumen *Au.*, THNTACIN *C*, TNN KAΘ ΥΠOCTACINЄ *R*, TЄNKAΘΥΠOCTACINЄ *M*, TIINKAΘΥΠTOCICIΠЄNOCINAΠOAOTOΥΠЄN *Uindob.* 2267: μίαν γὰρ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἀποδεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν, ὅπερ οἱ Ἕλληνες καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν *B: uocabulum* ὁμολογοῦμεν *agnoscunt etiam NT Paris.* 4519, *cf. p.* 11, 17 *et* 13, 2 | et *ante* quoniam *uel ante* 5 uerbum *om. M* 6 incarnatus] καὶ σαρκωθεὶς *B*, *cf. p.* 13, 5 | spiritu sancto *Au. M*, ἁγίου πνεύματος *B* 7 et *om. C contra B* | generice *R*[a] | et homo] et *om. B*, *confirmat c.* 7 § 9 *h. t.* 8 est] et est *C*, et *Au.* | et *om. R contra B* | et gl.] atque gl. *RM* 9 quod] ὅτι καὶ *B contra c.* 7 § 9 10 factus] *Au. C*, factus est et *R*[a], factus et *R*[b]*M:* ἐσαρκώθη καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη *B* 14 nicena *C*

15 conuenerunt et] congregati sun tum quinquaginta *C:* συνελθόντων ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρό αθροισθέντων *B* | et sanctorum ... *om. R*[a]? 16 primo *om. C contra* calchedone *Au.*, calcedone *R*, calce 17 ergo] uero *R*[a], τοίνυν *B* 18 p *Au. C*, dicunt *RM*, κηρύττουσιν *B* 1 sanctitatis deferre *M*, ἀναφέρειν τῇ ἁγιωσύνης *B* 21 denegati *R*[a] ad nos destinatis litteris] *Au. C* τῶν ὑμετέρων πρὸς ἡμᾶς σταλέντων γ uestras ad nos destinatis (desti litteras *RM* 23 patriarchiam *M*[a] | dem] κατὰ τὰ αὐτὰ *B* 24 conse beatitudinis] scripta beatitudinis *C:* στολικῷ θρόνῳ τῆς ὑμετέρας μακαρ 27 plus] amplius *C*, πλέον *B* | amore *C* 28 inturba *M*[a] | didicer 29 horum] *Au. C*, eorum *RM*, 31 et alia manu] *Au.*, et subscripti et s. *R*, hec s. *M*, *om. B* 32 s constantinopoli dn.] constantino in *Au.*

25 Liquet igitur, gloriosissime imperator, ut lectionis tenor et legatorum uestrorum relatio
patefecit, uos apostolicis eruditionibus studere, cum de religionis catholicae fide ea sapitis,
ea scripsistis, ea populis fidelibus publicastis, quae, sicut diximus, et sedes apostolica docet
26 et patrum ueneranda decreuit auctoritas et nos confirmauimus in omnibus. Opportunum
est ergo uoce clamare prophetica: 'Iucundetur caelum desuper, effundant montes iucundi-
27 'tatem et colles laetitia laetabuntur' [1]. Haec igitur in tabulis cordis fideles scribere, haec
28 ut pupillas oculorum conuenit obseruare. Neque enim quisquam est, in quo Christi caritas
feruet, qui tam rectae, tam uerae confessionis uestrae fidei refragator existat, cum impietatem
euidenter Nestorii Eutychisque et omnium haereticorum damnantes, unam ueram
catholicam fidem domini et dei nostri saluatoris Ihesu Christi magisterio institutam et pro-
pheticis apostolicisque praedicationibus ubique diffusam et sanctorum per totum orbem
confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam et nostrae doctrinae
29 consentaneam inconcusse atque inuiolabiliter deuota deo et pia mente seruatis. Soli etenim
uestris professionibus aduersantur, de quibus diuina scriptura loquitur dicens: 'posuerunt
'mendacium spem suam et mendacio operiri sperauerunt' [2]: et iterum qui secundum prophe-
tam dicunt domino: 'recede a nobis, uias tuas scire nolumus' [3], propter quos Salomon
30 dicit: 'semitas propriae culturae errauerunt, colligunt autem manibus infructuosa' [4]. Haec
est igitur uestra uera fides, haec certa religio, hoc beatae recordationis, ut diximus, patres
omnes praesulesque Romanae ecclesiae, quos in omnibus sequimur, hoc sedes apostolica
praedicauit hactenus et inconuulse custodiuit: huic confessioni, huic fidei quisquis contra-
dictor extiterit, alienum a sancta communione, alienum se ipse ab ecclesia iudicauit esse
31 catholica. Nos enim in Romana Cyrum cum sequacibus suis inuenimus ciuitate, qui de
Acoemetensi monasterio fuit, quos apostolicis suasionibus ad rectam fidem et uelut oues, quae
perierant errantes, ad ouile contendimus reuocare dominicum, ut agnoscerent secundum
32 prophetam [5] linguae balbutientes loqui quae ad pacem sunt. Non credentibus autem per nos
primus apostolorum Esaiae prophetae uerba dicit: 'pergite lumini ignis uestri et flammae,
'quam accendistis' [6]. sed obduratum est cor eorum, ut scriptum est [7], ut non intellegerent,
33 et pastoris uocem oues, quae meae non erant, audire minime uoluerunt. In quibus ser-
uantes ea, quae ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minime in nostra communione re-

*Au.* (*u. p.* 14) *CRM*

[1] *cf. Iesaias* 45, 8. 44, 23. 55, 12. *Psalm.* 95, 11. 97, 8 [2] *Iesaias* 28, 15 [3] *Iob* 21, 14 [4] *Sap. Salom.* 15, 4? [5] *Iesaias* 32, 4 [6] *Iesaias* 50, 11 [7] *Iesaias* 6, 10. 11. *cf. Iohannes* 10, 26. 27

1 Ἰωάννου ἐπισκόπου Ῥώμης (ἀντίγραφον *add. Nomocanon* 1, 1 *Pitra p.* 459) *praemittunt B* | et] ut *M*, καί *B* | ralatio *R* 2 eruditionis *M*ᵃ | de relig. cathol. fide] relig. cathol. fidei *C*: τὰ περὶ τῆς εὐσεβοῦς καθολικῆς πίστεως ταῦτα φρονεῖν *B* 3 populis] *Au. C cum B*: ταῦτα τοῖς πιστοῖς λαοῖς δημοσιεύειν, protulistis *RM* | sedes (sedis *Au.*) apostolica docet] *Au. C cum B*: ὁ ἀποστολικὸς θρόνος διδάσκει, sedis apostolicae doctrina *RM* 4 in *om. M* 5 est *om. Au.* | uoce clamare] *Au.*, clamare uoce *C*, uoce proclamare *R*ᵇ*M*, uoce***et proclamare *R*ᵃ: φωνὴν κρᾶξαι προφητικήν *B* | iucundetur] *Au. C cum B* τερφθήτω, tibi habundetur (habundet *M*ᵇ) *RM* | effundant]et fundant *M* 6 laetitia] iusticia *C* | fideles] *Au. C*, fidelis *R*, fideliter *M*: *quasi esset* fidelium, *B uertunt* τῶν πιστῶν 7 pupilla *factum ex* publica *Au.* | obseruare] *Au C*, obseruari *RM*, διαφυλάττειν *B* | christi *om. M*ᵃ 9 eutychisque et] *M*, eutyches uel et *Au.*, et eutichis uel *C*, eutychisque uel *R*: καὶ εὐτυχοῦς καί *B*: *alias declinari solet in* eutychetis, *u. g.* 1, 5, 8 10 et (et *om. C*) propheticis apostolicisque] *Au. C*, propheticisque *RM*, καὶ τοῖς προφητικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς *B*

12 patrum ... adunatam *om. B* 13 solite enim *Au.* 15 mendacio operiri] *Au. C cum B*: τῷ ψεύδει καλύπτεσθαι, mendatium (mendatii *M*ᵃ) operi *RM* | sperarunt *M* 16 domino] deo *R*, τῷ κυρίῳ *B* | noluimus *Au.* | quos] *C cum B*: περὶ ὧν, quod *Au. RM* | salamon *R* 17 semita *C* | infructuosam *Au.*, fructuosa *RM*, ἄκαρπτα *B* 18 uestra *om. C contra B* 19 seqmur *R* | hoc] haec *Au.*, τοῦτο *B* 21 a sancta] *Au. C*, sane a *RM*: alienum a s. comm. *om. B* | alienum se] se *R* 22 in] et *Au.* | suis sequacibus *M* | ciuitatem *Au.* | de] *Au. C cum B* ἀπό, *om. RM* 23 acoemetensi] acymetensi *RM*, aquimetensi *Au.*, acimentensi *C*, τῶν ἀκοιμήτων *B* | quos *om. Au.*, et *legit Thalelaeus*: εὕρομεν ... καὶ ... ἐσπεύσαμεν ἀνακαλέσαι *B* | et *om. RM contra B* 24 adcognoscerent *C* 25 non credentibus] *C cum B* τοῖς μὴ πιστεύουσι, non credente *Au.*, ad non credentes *RM* | per] ad *R*, δι' *B* 26 lumini] *C cum B* τῷ φωτί, lumine *Au. RM* 27 quem *Au.* 28 me minime *C contra B* | uoluerunt] *C*, uoluerant *Au.*, ualuerunt *RM*, ἠθέλησαν *B* | obseruantes *R*, φυλάξαντας *B* 29 recipimus *Au.*, ἀπεδεξάμεθα *B*

cepimus et ab omni ecclesia catholica esse iussimus alienos, nisi errore damnato doctrinam
34 nostram quantocius sequi habita regulari professione signauerint. Aequum quippe est,
35 ut, qui nostris minime oboedientiam commodant statutis, ecclesiis habeantur extorres. Sed
quia gremium suum numquam redeuntibus claudit ecclesia, obsecro clementiam uestram,
ut, si proprio errore deposito et praua intentione depulsa ad unitatem ecclesiae reuerti
uoluerint, in nostra communione receptis indignationis uestrae remoueatis aculeos et nobis
36 intercedentibus benigni animi gratiam condonate. Deum autem et saluatorem nostrum
Ihesum Christum exoramus, quatenus longaeuis et pacificis uos dignetur custodire tempori-
bus in hac uera religione et unitate et ueneratione apostolicae sedis, cuius principatum ut
37 christianissimi et pii conseruatis in omnibus. Praeterea, serenissime principum, laudamus
legatorum uestrorum personas, Hypatii et Demetrii fratrum et coepiscoporum nostrorum,
38 quos clementiae uestrae gratos fore ipsa manifestauit electio. Nam tantae causae pondus
non nisi perfectis in Christo potuisset iis iniungi, tantae uero pietatis, tantae reuerentiae
39 plenos affatus nisi per amantes minime dignaremini destinare. Et alia manu: Gratia domini
nostri Ihesu Christi et caritas dei patris et communicatio spiritus sancti sit semper uobiscum,
piissime fili. Item subscriptio: Omnipotens deus regnum et salutem uestram perpetua pro-
tectione custodiat, gloriosissime et clementissime fili imperator Auguste. D. VIII K. APRIL.
ROMA DN. IVSTINIANO PP. A. IIII ET PAVLINO IVNIORE VC. CONSS. a

## II

## ℞ DE SACROSANCTIS ECCLESIIS ET DE REBVS ET PRIVILEGIIS EARVM ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Habeat unusquisque licentiam sanctissimo catholicae uenerabilique concilio decedens bonorum quod optauit relinquere. non sint cassa iudicia. nihil est quod magis hominibus debetur, quam ut supremae uoluntatis, postquam iam aliud uelle non possunt, liber sit stilus et licitum[1] quod iterum non redit arbitrium. PP. V NON. IVL. ROMAE CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a | Th. 16, 2, 4 B 5, 1, 1

*Au.* (1, 8: *u. p.* 14) *p* (2, 1) *L* (2, 1) *CRM*

[1] licens *Th.*

1 iussimus esse *M* 2 significaverint *C*, σφραγισθῶσιν *B* 3 ecclesiis] ab eccl. *M* 4 redeuntibus numquam *M contra B* 5 institucione *Au.* 6 recepti *Au. M* 9 uero *R*, ἀληθεῖ *B* 11 nostrorum] *Au. C cum B:* συνεπισκόπων ἡμῶν *om. RM* 13 potuisset iis] *scripsi auctore Mommseno*, potuissetis *Au. C*, potuisset *RM:* καὶ γὰρ τοῦ τοιούτου πράγματος τὸ φορτίον εἰ μὴ διὰ τελείων ἐν Χριστῷ ἠδυνήθητε συζεῦξαι τοσαύτης εὐσεβείας, τοσαύτης αἰδοῦς πεπληρωμένους ὄντας καὶ φιλουμένους οὐδαμῶς ἂν ἀποστεῖλαι ἠξιώσατε *B, unde apparet Thalelaeum locum male intellectum ita emendasse, quasi scriptum fuerit* nam t. c. pondus nisi per perfectos in Christo potuissetis coniungere, tantae pietatis, tantae reuerentiae plenos et amantes, minime dignaremini destinare | uero] uerae *M* 14 plenus *C* | affatos *Au.* | et alia manu] *Au., om. CRMB, cf. p.* 16, 31 15 dei patris] θεοῦ καὶ πατρός *B* | sancti spiritus *R*, τοῦ ἁγίου πνεύματος *B* | uobiscum] *M*, uobiscum amen *Au. CR:* amen *non agnoscunt B* 16 item subscr. *om. B*, item ... 17 auguste *om. Au.* | et salutem uestram] *C cum B:* τὸ βασίλειον καὶ τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν, uestrum *RM* 17 auguste impr. *M contra B* | s. a. *Au.* C$W^b$ *Paris* 4518 *Atreb.* 265 *Bamberg. I D* 5 *Contius* 1562. 1566 | VIII] *Au.* C$W^b$ *Bamb. Cont.*, uii *Par.*, uiiii *Atr.* | roma ... 18 conss. *om. Au.* | roma] C$W^b$, rome *Par. Bamb., om. Atr., ante* VIII *collocat Cont.* | dn. ... 18 conss. *om.* $W^b$ *Bamb.* | dn.] dom. *Atr., om. C* 18 iustinianum *Atr.* | pp.] *Cont., om. C Par. Atr.* | a.] aa. *Atr.* | IIII ... conss. *om. Cont.* 1562 | IIII *om. Cont.* 1566 | paulino iuniore uc.] paulo iunio reum *Par.*, paulino (paulini *C*) uc. (uic. *Atr.*) *C Atr. Cont.* 1566, | conss.] cc. cons. *C*, cc. scs. *Par.* 20 et de rebus] *Const., om.* $R^a M^a$, et rebus $R^b M^b$ 23 sanctissimoq $L^a$ | catholicae] $C^a$*Th.*, catholiquodque ac *p*$L^a$, catholiquoque $L^b$, catholico $C^b$*RM* 24 non] C$M^a$*Th.*, et non *pLR*$M^b$ | causa $M^a$ | nihil] *CRMTh.*, et nichil *pL* | debetur] $C^b$*Th.*, debeatur *pL*$C^a$*RM* | supremiae *p* | uoluntati *C?* 25 iam aliud] *pLCM*, aliud *R*, aliud iam *Th.* (*Vatic. Epored.*, iam aliud *Oxon.*) | uelle] uelit *p*, ueli. $L^a$ | liber sit stilus] liberum sit tempus *P*$R^a$ 26 *s. a. Th. C Atreb.* 265 | v *om. C* | romae *om. Atr.* | cons. *C*

2 Impp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Pancratio pv. [Th. 9, 17, 6 B 5, 1, 2] Nemo apostolorum uel martyrum sedem human*d*is corporibus existimet esse concessam. D. iii k. Avg. Heracliae Evcherio et Syagrio conss. a. 381

3 [1]Idem[2] AAA. Cynegio pp. Nemo martyres distrahat, nemo mercetur. [Th. 9, 17, 7 B 5, 1, 3] D. iiii k. Mart. Constantinopoli Honorio np. et Evodio conss. a. 386

4 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Aetio pv. Non plures quam nongenti quinquaginta decani sacrosanctae huius amplissimae urbis deputentur ecclesiae nullique his [4, 63, 5] addendi mutandiue uel in defuncti locum substituendi pateat copia: nulli alii corporatorum praeter praedictum numerum per patrocinia immunitate concessa negataque omni [(4, 63, 5)] nouationis facultate similia uindicandi his, quae in honorem uel necessaria obsequia sacrosanctae ecclesiae indulta sunt. D. xii k. Sept. Evdoxiopoli Honorio viii et Theodosio iii AA. conss. a. 409

5 Idem AA. Melitio pp. Placet rationabilis consilii tenore [Th. 16, 2, 40 Sirmond. 11 B 5, 1, 4] perpenso destricta moderatione pr*ae*scribere, a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur immunes. prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia usibus caelestium secretorum dedicata sordidorum munerum faece uexentur[3]. nihil extraordinarium ab hac superindicticiumue flagitetur, nulla[4] translationum sollicitudo gignatur[5], postremo nihil praeter canonicam illationem, [6]quam aduenticiae necessitatis sarcina repentina depoposcerit, eius functionibus adscribatur. si quis contra uenerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuae deportationis uratur. D. viii k. Ivn. Ravenna Honorio viiii et Theodosio v AA. conss. a. 412

6 Idem AA. Philippo pp. Illyrici. Omni innouatione [Th. 16, 2, 45 B 5, 1, 5 Nomoc. 1, 5. 9, 1] cessante uetustatem et canones pristinos ecclesiasticos, qui nunc usque tenuerunt, et per omnes Illyrici prouincias seruari praecipimus, ut, si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absque scientia uiri reuerentissimi sacrosanctae legis antistitis urbis Constantinopolitanae, quae Romae ueteris praerogatiua laetatur, conuentui sacerdotali sanctoque iudicio reseruari. [11, 21, 1] D. prid. id. Ivl. Evstathio et Agricola conss. a. 421

*CRM*

---

[1] iunge 3, 44, 14 [2] idem *confirmant Th. et* 3, 44, 14: *debuit esse* imppp. Valentinianus Theodosius et Arcadius [3] nulla iugationem, quae talium priuilegiorum sorte gratulatur, muniendi itineris constringat iniuria *ins. Th. Sirm.* [4] pontium instauratio nulla *ins. Th. Sirm.* (*u. c.* 7) [5] non aurum ceteraque talia poscantur *ins. Th. Sirm.* [6] *mutato* quod *uoc. in* quam (*u. i.*) *etiam* et *inserendum fuit a compilatoribus*

---

1 ualentinus *M*, et ual. *C* | pachrat. *M* | pu.] pp. *CR* 2 humandis] *Th.*, humanis *CRM*: ὢ δὲ θάπτειν *Const.*, *similiter B* | existimet] *C*, estimet *RMTh.* 3 *s. a. Th. CW*$^b$ *Atreb.* 265 | d. iii. r. *omissis reliquis W*$^b$ | III] IIII *Th.* | heracl. *Th.*, eraclio *C*, eraclius *Atr.* 4 pp.] prefecto *M* | martyrem *Th.*, τοὺς ἁγίους μάρτυρας *Const.*, λείψανα ἁγίων *B* 5 *s. a. Th. CW*$^b$ *Atreb.* 265 | IIII] *Th. et* 3, 44, 14, iii *CW*$^b$, *om. Atr.* | constant. ... conss.] cap. hon. *Atr.*, r. *W*$^b$ | constantinopolim *C* | np.] nouo puero *C* 6 ipp. *M* | aa. *om. C* | etio *C*, decio *RM* | pu.] pp. *C* | non] ne** (nemo?) *M*$^a$ | nognenti quinquag. *M*$^a$, ρν' *Const.*, *sed* ϡν' *Paratitla ad h. l.* (*p.* 1251) 7 deputantur *M*$^a$ 8 mutandiue] *C cum l. gem.*, mutandi *R*$^a$, uel mutandi *R*$^b$*M* 9 patrocinium *R* 11 *s. a. CW*$^b$ *Contius* 1562 | XII] *C*, ux *W*$^b$, VI *Cont.* 1562, VII *Cont.* 1571 | eudoxiopoli ... 12 conss. *om. W*$^b$ | VIII (xxuiii *C*) et th. III aa.] *C*, a. VIII et th. iuniore a. III *Cont.*, *insolita plane tam huic quam Theodosiano Codici notatione* 13 pp.] p. *M* | consilii] *Th. Sirm. C*, concilii *RM* 14 destricta] *Th. Sirm.*, districta *CR*$^b$*M*, distracta *R*$^a$ | praescribere] *Th. Sirm.*, perscribere *CR*$^b$*M*, perscripere *R*$^a$ 15 primo *Sirm.* 16 dicata *Th. Sirm.* | faece] *libri cum Th.* (*Vatic. ante emend.* face, *Epored. Paris.* 4406 fasce), fasce *Sirm.* 17 ab hac] *C*$^a$ *Th. Sirm.*, abhanc *R*$^a$, abhinc *C*$^b$*R*$^b$*M*: ab hac *deleta iugationis mentione* (*not.* 3) *iam non habet, quo referatur* | superindicticiumue] *Th.*, superindicticium *M*, superinditumue *R*$^a$, superindicium uel *C*, superindictumue *R*$^b$ 18 gignatur] *Th. Sirm. C*, signetur *RM* | quam] *libri*, quod *Th.*, quod *ante* praeter *Sirm.*: μόνον δὲ τὸν κάνωνα συντελοῦσι καὶ τὰς ἀναγκαίας ἐπιγινώσκουσι συνωνάς *Const.* 19 depoposcerit] *Th. Sirm. C*, poposcerit *RM* 21 *s. a. Th. Sirm. C* | uiiii *C* | iun.] *Th. C*, iul. *Sirm.* | VIIII] a. uiiii *C* | v aa.] aa. IIII *Sirm.*, *om. C* 22 cons. *C* 23 pp.] praefecto *M* | yllarici *C* 24 qui] quos *M* | et *om. Th.*: καὶ κατὰ πᾶσαν *Nomoc.* 25 ut] tum *Th.*: κελεύομεν ὡς ἐάν τις *Nomoc.* 26 abque *M*$^a$ | antistis *C* | constinopolitane *M* 28 *s. a. Th. C* | cons. *C*

7 IDEM AA. ASCLEPIODOTO *PP.* Ad instructiones itinerum [11, 75, 4 Th. 15, 3, 6 pontiumque etiam diuinas domos et uenerabiles ecclesias tam laudabili titulo lib scribimus, quia non est inter sordida munera numeratum. D. XV K. MART. CONS POLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

8 IMP. THEODOSIVS A. ISIDORO PP. ILLYRICI. Sacrosancta Thessa- [10, 16, 12 Tl lonicensis ecclesia ciuitatis [1] aperte sciat propriae tantummodo capitationis modum mei numinis subleuandum nec externorum grauamine tributorum rem publicam ec nominis abusione laedendam. D. VI ID. OCT. CONSTANTINOPOLI VICTORE CONS.

9 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PV. Qui sub praetextu decanorum seu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis se muneribus cona trahere, eorum fraudibus credidimus obuiandum, ne quis sub specie muneris, qu exequitur, alterius muneris oneribus releuetur, ne argentariorum uel nummulario
1 nera declinentur ab his, qui dici tantum collegiati uel decani festinant. Ideoqu eorum sub nudae appellationis uelamine collegiatum *se* seu decanum appellat, sci alium subrogandum, qui praedicto muneri sufficiens adprobatur, subrogatione [2] memoratorum uel eorum qui moriuntur primatum eius qui subrogatur admisso iu hac dispositione nemine se excusante sacrosanctarum ecclesiarum reuerentia. D. X THEODOSIO XVII ET FESTO CONSS.

10 IDEM AA. FLORENTIO PP. Iubemus nullam nauem ultra duorum [11, 4, 2 Nou. millium modiorum capacem ante felicem embolam uel publicarum specierum tra nem aut priuilegio dignitatis aut religionis intuitu aut praerogatiua personae publ tatibus excusari posse subtractam: nec si caeleste contra proferatur oraculum,
1 notatio sit siue diuina pragmatica, prouidentissimae legis regulas expugnare debeb etiam in omnibus causis cupimus obseruari, ut generaliter, si quid eiusmodi contr utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non ualeat. quidquid enim in istius legis quolibet modo fuerit attemptatum, id nauigii quod excusatur publicati gimus. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS.

11 IDEM AA. AD TAVRVM PP. Neminem angariis uel parangariis uel [10, 49, plaustris uel quolibet munere excusari praecipimus, cum ad felicissimam exp numinis nostri omnium prouincialium per loca, qua iter arripimus, debeant nobis exhiberi, licet ad sacrosanctas ecclesias possessiones pertineant. D. XIII K. M STANTINOPOLI VALENTINIANO A. VI ET NOMO CONSS.

12 IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. PALLADIO PP. Priuilegia, quae [1 generalibus constitutionibus uniuersis sacrosanctis ecclesiis orthodoxae religionis r
1 cipes praestiterunt, firma et illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes s maticas sanctiones, quae contra canones ecclesiasticos interuentu gratiae et

*CRM*

[1] excepta, ita tamen ut *ins. l. gem. cum Th.* [2] subrogationi (*Mommsen*)? [3] ua haud dubie subreptionem arguat precatoris. sed ne praesentis iuris uideatur imp temptio, quidquid in fraudem *Nou. Theod.*

1 pp.] *Th., om. libri* 2 domus *CM* 3 *s. a. Th. C* | constantinopoli *om. C* 5 a. *om. R* | pp.] p. *M* | illyr. *om. R* | thesaloniensis *M* 7 nominis *C*, muneris *M* 8 numinis $R^a$ | *s. a. Th. C* | uictore] uictore uc. *Th.* 9 ualentinus *RM* 10 substrahere *C* 11 credimus *M* | numeris *C* | quod] quae *C* 12 alterius *om. R* 13 tantummodo *l. gem.* | quis] aliquis *C* 14 appellationibus *C* | se seu dec.] seu dec. $CR^aM$, seu dec. se $R^b$ *et in l. gem. K*, se uel dec. *O in l. gem.* 17 *s. a. C cum l. gem.* (*Cuiacius*): dat. ualentiniano a. v et anatolio conss. *Contius* 1562 19 aa.] a. *M* | pp.] praefecto *M* | nauim *R* 20 capacem] *libri cum l. gem.*, capacitatem *Nou Theod.*: πλοῖον ὑπὲρ δισχιλίους μοδίους δεχόμενον *Const.* | embola *C* 21 praerogatiua] priuilegio *R* 22 s 23 siue sit *Nou.* | expugnare] *C*, *l. gem. Nou.*, excusare *RM* | debet *C* iusmodi *Nou. et in l. gem. O* | uel *RM cum l. gem.*, contraue utilita utilitatemque *C* 26 temptatum *C* *Nou. C et in l. gem. Cuiacius* | v *Nou.*, IX *Cui.* | constant *om. C.* C *C Cui.* | festo] festo uc. *Nou.* 28 pp.] p. *M* | angariis] ab angariis 30 nominis nostri *C*, nostri numinis inter $M^a$ 31 *s. a C l. gem.* 32 nemo cons. *C* 33 ualentinus *R* *RM* | pp. *om. M* 35 in *om. C* | cu φυλάττεσθαι *Nomoc.*

unt, robore suo et firmitate uacuatas cessare praecipimus. Et quia hu- [(Nomoc.) nostrae est prospicere egenis ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint, iam, quae sacrosanctis ecclesiis in diuersis speciebus de publico hactenus mini- it, iubemus nunc quoque inconcussa et a nullo prorsus imminuta praestari libera- uic promptissimae perpetuam tribuimus firmitatem. D. PRIDIE ID. NOV. CONSTAN- MARCIANO A. CONS. a. 451

AA. PALLADIO PP. Generali lege sancimus, siue uidua siue diaco- [Nou. Marc. 5 uirgo deo dicata uel sanctimonialis mulier, siue quocumque alio nomine religiosi el dignitatis femina nuncupatur, testamento uel codicillo suo, quod tamen alia s ratione munitum sit, ecclesiae uel martyrio uel clerico uel monacho uel pau- iquid uel ex integro uel ex parte in quacumque re uel specie credidit seu credi- iquendum, id modis omnibus ratum firmumque consistat, siue hoc institutione itutione seu legato aut fideicommisso per uniuersitatem seu speciali, siue scripta scripta uoluntate fuerit derelictum: omni in posterum in huiusmodi negotiis am- submota. D. X K. MAI. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO VIII ET ANTHEMIO CONSS. a. 455

LEO ET ANTHEMIVS AA. ARMASIO PP. Iubemus nulli posthac archiepiscopo in regia sacrosanctae ecclesiae praesidenti, nulli oeconomo, cui res ecclesiastica la mandatur, esse facultatem fundos uel praedia urbana seu rustica, res postremo aut in his praediis colonos uel mancipia constituta aut annonas ciuiles cuius- uprema uel superstitis uoluntate ad religiosam ecclesiam deuolutas sub cuiuscum- ationis specie ad quamcumque transferre personam, sed ea praedia diuidere colere augere et ampliare nec ulli isdem praediis audere cedere. Verum siue ) quocumque iure facto seu codicillo uel sola nuncupatione, legato siue fideicom- ; mortis causa aut alio quocumque ultimo arbitrio aut certe inter uiuentes habita siue contractu uenditionis siue donationis aut alio quocumque titulo quisque ad uenerabilem ecclesiam patrimonium suum partemue certam patrimonii in fundis eu domibus uel annonis mancipiis et colonis eorumque peculiis uoluerit pertinere, ı ea omnia sine ulla penitus imminutione conseruent, scientes nulla sibi occasione re ad uicissitudinem beneficii colorati uel gratiae referendae, donandi uel certe emere alienandi aliquam facultatem permissam, nec si omnes cum religioso et oeconomo clerici in earum possessionum alienatione consentiant. Ea enim, eatissimae ecclesiae iura pertinent uel posthac forte peruenerint, tamquam ipsam am et religiosam ecclesiam intacta conuenit uenerabiliter custodiri, ut, sicut ipsa et fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illaesum. Sane, strae perennitatis statuta audaci spiritu et mente sacrilega quisquam oeconomo- hominum temeranda crediderit, ipse quidem, qui proteruo ausu ecclesiastica onationis uel emptionis seu commutationis aut cuiuscumque contractus alterius isi eo quo nunc statuimus adquirere uel habere temptauerit, omnem huiusmodi ropriae temeritatis amittat et pretia quidem et munera, quae eius rei gratia data conomo seu aliis quibuscumque personis, ecclesiae lucris et commodis adquirantur.

---

us *M* 3 etiam quae] *RM*, quae de publico] duplico *M^a* 4 immi- iutata *M* 5 *s. a. C: apud Con-* ! *est* dat. aetio et studio conss. ; 7 palladio *om. R^a* | pp.] p. *M* | sancimus ut *Nou. Marc.* 8 uel] ue *Nou.* 9 nuncupatur] *C*, nun- *Nou.*, nuncupata *RM* 10 clerico] clero *RM*, κληρικῷ *Const.* 11 ex *Nou.*, in integro *RM* | in] ex *M* | lerit *om. libri Nou.* 12 siue sub- *om. C* 13 uel specialiter *Nou.:* οις ἰδικοῖς καὶ καθ' ὁμάδα *Const.* egotiis] de h. negotio *Nou.* 15 *s. a.* constant. *om. C* | ual. VIII et anthemio conss.] *C*, anthemio uc. cons. *Nou.* 16 pp.] p. *M* 17 regia urbe *M* 18 gubernandam *C^a* | rusticas *M^a* 19 colonus *C^a* | mancipias *M^a* 20 superstiti *M* | deuoluta *RM^a* 22 colore *R^a* | ullis idem *C* | recedere *C* 23 factu *M^a* | siue] seu *R* 24 causa mortis *R^a* 27 peculiis] periculis *C^a* 28 ea *om. M* | imminutione] *RM*, immutatione *C* | conseruentur *M* 29 uel certe] certe *C* 30 uoluntatibus *M^a* | permissa *C^a* 33 custodire *C^a* 36 omnium *M* | quidem *om. M^a* 38 statuemus *RM^b* | uel habere *om. RM* 39 et mun.] *RM*, uel. mun. *C:* καὶ τὰς τιμὰς καὶ εἴ τι δέδωκεν ἕτερον *Const.* | rei] *C*, *om. RM* 40 alii *R*

4 Praedia autem et in his omnia constituta ab ipsis clericis et temporalibus oeconon
fructibus seu pensionibus et accessionibus totius medii temporis uindicentur, ut t
penitus a nullo empta uel uendita teneantur, quia ea, quae contra leges fiunt, pro
5 (2) habenda sunt. Oeconomus autem, qui hoc fecerit, immo fieri passus fuerit uel in q
que prorsus huiusmodi uenditione seu donatione uel commutatione nisi ea quam p
lege concedimus, postremo in quacumque alienatione consenserit, commissa sibi
matus administratione priuetur deque bonis eius quodcumque exinde incommodum e
contigerit reformetur heredesque eius et successores ac posteri super hoc facto si
6 (3) sensu competenti ab ecclesiasticis actione pulsentur: his tabellionibus, qui hu
contractuum uetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere, irreuocabilis exilii animad
7 (4) plectendis: his quoque iudicibus uel ius gestorum habentibus, qui huiusmodi don
uel contractuum gesta confecerint, dignitatis propriae et bonorum omnium spoliatio
8 (5) nandis. Sane ne omnis religiosis oeconomis prouisionis commodae uia et occasio ue
ecclesiis profutura uideatur exclusa, id, quod utile plerumque iudicatur, cautela
9 uatione necessario procedere concedimus. Si quando igitur uir religiosus oeconomu
regiae urbis ecclesiae perspexerit expedire, ut desideranti cuiquam certarum posse
atque praediorum, urbanorum scilicet siue rusticorum, ad ius ecclesiasticum perti
temporaria usus fructus possessio pro ipsius petitione praestetur, tunc eius tempori
inter utrosque conuenerit, siue in diem uitae suae ab eo qui desiderat postuletur
cum eo qui hoc elegerit ineat oeconomus atque conscribat, per quae et tempus, int
hoc praestari placuerit, statuatur et manifestum sit, quid quacumque acceperit a
huius beneficii gratia, praestando quidem ecclesiastici praedii pro tempore usu fruc
statutum autem tempus et placitum temporum redituum proprietate ad ius et d
ecclesiasticum recurrente firmiter: ita scilicet, ut siue completo spatio, quod inter e
constitutum, seu mortis suae tempore, si hoc quoque conuenerit, is, qui posse
ecclesiasticam et[1] certorum redituum usum fructum habendi gratia pacto inter
susceperit, non minus quam alterius tantae quantitatis, quantae acceperat redit
ipso praediorum dominio et rebus immobilibus eorumque colonis et mancipiis
10 derelinquat. Nisi enim hac condicione pacta inita fuerint, ea quoque decernin
ualere, sed possessionem ecclesiasticam tamquam nullo iure transcriptam in ipsi
ac dominio permanere et ab ecclesiasticis siue oeconomis decernimus uindicari.
STANTINOPOLI IORDANE ET SEVERO CONSS.

15 *Αὐτοκράτωρ Ζήνων Α.* Εἴ τις δωρεὰν κινητῶν ἢ ἀκινήτων ἢ αὐτοκινήτων
πραγμάτων ἢ οἱουδήποτε δικαίου ποιήσοιτο εἰς πρόσωπον οἱουδήποτε μάρτυρος ἢ ἀποστόλου ἢ
ἢ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ὡς μέλλων εὐκτήριον οἶκον οἰκοδομεῖν εἰς μνήμην, οὗπερ ὀνόματι τ
διατυποῖ δωρεάν, τὴν αὐτὴν δωρεάν, εἰ μόνον τὴν πρᾶξιν τῶν ὑπομνημάτων κατὰ τὰς θείας
ἐνεφάνισεν, ἐφ' ὧν τοῦτο ἀναγκαῖόν ἐστι μαθεῖν, κρατεῖν καὶ ἐν ἀπαιτήσει ἐκ παντὸς εἶναι τρ
ἀρχθέντος ἢ καὶ μὴ ἀρχθέντος, ἀλλὰ προδηλωθέντος μόνον διὰ τῆς δωρεᾶς τοῦ εὐαγοῦς
ματος ὁ φιλοτιμούμενος τὴν οἰκείαν δηλώσῃ γνώμην, ὥστε καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ κληρον
εὐσεβῶς ἐπηγγελμένοις ἐνόχους ὄντας καὶ προδηλούμενον, ὡς εἴρηται, ἐκ τῆς δωρεᾶς εὐαγὲς
οἰκοδομεῖν καὶ οἰκοδομηθέντι ἢ οἰκοδομουμένῳ τὴν ἐκ τῆς αὐτῆς φιλοτιμίας ἀνελλιπῶς παρέ

*CRM: c.* 15 *extat in Nomoc.*[md] 2, 1

---

[1] et *del.*

---

2 et accessionibus] *C cum Const.* καὶ ἐπαυξημάτων, *om. RM* 5 huiuscemodi *C* | quam] *Q*[b], quae *CRM* 6 yconomus *RM*[a] 7 administatione *M*[a] | denique *C* 8 contingerit *M* | posteris *C* 13 commoda *M* 16 prospexerit *libri* 17 ad] et *R*[a] 18 temporaria] *R*, tempora*** *C*[a], temporalis *C*[b]*M* | usufructus *R* | quo *C* 19 die *libri* 20 elegerit] desiderat *M* | ineat] hiniat *M*[a] | quae] quem *R*[a] 21 praestare *M* | manifestissimum (—mus *R*[a]) *R* | quid quacumque] *C*, quid quaecumque *R*[a]?, quid (quod *M*) quicumq
acceperit] *R*, accepit *M*, *om. C* | ad
*RM* 22 aecclesiasti *R*[a] | ususfru
23 redditum *RM*[a] | proprietatis *C*
rente *R* | firmetur *C* 26 redituum
usu *C* | fructuum *R* 28 ipso] *CM*, ip
31 *s. a. Contius* 1562 33 *inscription*
*tui ex c.* 16 (idem a.) | ἢ αὐτοκ. πραγμ
*moc.*[d], πραγμάτων ἢ αὐτοκ. *Nomoc.*[m]
αὐτὴν δωρεὰν *om. Nomoc.*[m] 39 δηλ
*moc.*

1 λαυσιν. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἐπὶ ταῖς τῶν καλουμένων ξενοδοχείων ἢ νοσοκομείων ἢ πτωχείων οἰκοδο-
2 μεῖσθαι, καθ' ὃν προείρηται τρόπον, ἐπαγγελθέντων δωρεαῖς κατὰ πάντα τρόπον κρατείτω. Ἀδείας
διδομένης τοῖς κατὰ τόπον θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἤτοι τοῖς εὐλαβεστάτοις οἰκονόμοις τὴν ἐκ ταύτης
ἡμῶν τῆς θείας διατάξεως ἁρμόζουσαν ἀγωγὴν κινεῖν κατ' αὐτῶν ἐφ' οἷς εὐσεβῶς ἐπηγγείλαντο·
3 δικαστικῆς, ὅπερ καὶ λέγειν ἀπρεπές, δεομένων ἀνάγκης. Ἐπὶ τούτῳ μέντοι τῷ ὅρῳ, ἐφ' ᾧ τε
πληρωθέντων τῶν δοκούντων τούτῳ τῷ νόμῳ καὶ τῆς εὐσεβοῦς τῶν δωρησαμένων ἐπαγγελίας ἔργῳ
παραδοθείσης συγχωρεῖσθαι κατὰ τὰ δόξαντα τοῖς φιλοτιμησαμένοις καὶ κατὰ τοὺς ἐπιτεθέντας αὐτοῖς
ὅρους προβαίνειν τὴν τῶν δωρηθέντων διοίκησιν.

16 IDEM A. SEBASTIANO PP. Decernimus, ut antiquatis ac infirmatis funditus, [Nomoc. 1, 5]
quae contra ipsum orthodoxae religionis deum quodammodo facta sunt, in integrum
restituantur uniuersa et ad suum ordinem reuocentur, quae ante profectionem nostrae
mansuetudinis de orthodoxae religionis fide et sanctissimarum ecclesiarum et martyriorum
statu firmiter obtinebant: his, quae contra haec tempore tyrannidis innouata sunt tam
contra uenerabiles ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus episcopus
patriarcha nostrae pietatis pater Acacius, quam ceteras, quae per diuersas prouincias
collocatae sunt, nec non et reuerentissimos earum antistites seu de iure sacerdotalium
creationum seu de expulsione cuiusquam episcopi a quolibet illis temporibus facta,
seu de praerogatiua in episcoporum concilio uel extra concilium ante alios residendi uel
de priuilegio metropolitano uel patriarchico sub isdem impiis temporibus, penitus antiquandis,
ut cassatis et rescissis, quae per huiusmodi sceleratas iussiones aut pragmaticas
sanctiones aut constitutiones impias siue formas subsecuta sunt, quae a diuae recordationis
retro principibus ante nostrum imperium et deinceps a nostra mansuetudine indulta uel
constituta sunt super sanctis ecclesiis et martyriis et religiosis episcopis clericis aut mo-
1 nachis, inuiolata seruentur. Sacrosanctam quoque huius religiosissimae ciuitatis [(Nomoc.)]
ecclesiam matrem nostrae pietatis et Christianorum orthodoxae religionis omnium et eiusdem
regiae urbis sanctissimam sedem priuilegia et honores omnes super episcoporum
creationibus et iure ante alios residendi et cetera omnia, quae ante nostrum imperium uel
nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter regiae urbis intuitu
iudicamus et sancimus. D. XVI K. IAN. *POST* CONS. ARMATI VC. a. 477

17 *Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Α.* Θεσπίζομεν τὰ ἐπὶ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆσδε
τῆς βασιλίδος πόλεως (ᾗ συνυπάγεσθαι προσήκει καὶ τοὺς ἁγιωτάτους οἴκους, ὧν αὐτὴ τά τε πράγματα
καὶ τὴν τῶν καλουμένων διαρίων καὶ λοιπῶν δαπανημάτων εἰς ἑαυτὴν ἀνεδέξατο χορηγίαν) ὁρισθέντα
καὶ κρατήσαντα μένειν ἐφ' ἑαυτῶν ἀσάλευτα καὶ ἄτρωτα κατὰ πάντα τρόπον φυλαττόμενα· βέβαια
δὲ εἶναι καὶ πάντα τὰ προνόμια τὰ τῇ αὐτῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ θρόνῳ ταύτης τῆς βασιλίδος
1 πόλεως καθ' οἱονδήποτε χρόνον ἢ τρόπον ὑπάρξαντα καὶ ἐποφειλόμενα. [1] Θεσπίζομεν, ὥστε πᾶσαν
ἐκποίησιν πραγμάτων ἀκινήτων ἢ πολιτικῶν σιτηρεσίων τοῖς σεβασμίοις οἴκοις διαφερόντων ἢ διοισόντων
καθ' οἱονδήποτε τρόπον γινομένην ἢ μελετωμένην ἢ ἐπινοεῖσθαι δυναμένην σχολάζειν· πλὴν εἰ

*CRM*: *c.* 15 *extat in Nomoc.*[md] 2, 1, *c.* 17 *pr. in Nomoc.*[m] 1, 2, *c.* 17 § 1 *in Nomoc.*[md] 2, 2

---

[1] *desideratur enumeratio uenerabilium domuum, ad quam remittimur p.* 24, 5 προδηλωθέντων *quamque Const. indicat his uerbis:* αἱ δὲ ἄλλαι ἐκκλησίαι καὶ μοναστήρια καὶ ξενοδοχεῖα καὶ ὀρφανοτροφεῖα τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς καὶ τὰ ὑπὸ τὴν χειροτονίαν τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐτῆς ἢ τῶν παρ' αὐτοῦ χειροτονουμένων μητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων χειροτονουμένων

---

2 ἐπαγγελθόντων *Nomoc.*[d] 5 ἀπρεπές] ἐστὶν ἀπρεπές *Nomoc.*[m] 9 antiquitatis ac infirmitatis *R*[a] 10 integro *C* 11 prouocentur *C*[a] 12 martyrum *CM*, μαρτυρίων *Nomoc.* 13 tam *om.* *C*[a] 14 religiosus *C*, ὁσιώτατος *Nomoc.* 15 agatius *R* | quae per diuersas *om.* *C* 16 collecta *R* | antistes *C* 17 cuiuscumque *R* 19 patriarcha *C*, πατριαρχικοῦ *Nomoc.* 21 sanctiones *om.* *C et spatio uacuo relicto M*[a]: ἢ πραγματικοῦ τύπου *Nomoc.* a diuae] *C*, autem *R*, autem a diue *M*: ἀπὸ τῶν (τῶν *errore om. Pitra*) τῆς θείας λήξεως ἀνωτέρων *Nomoc.* 25 et ei.] ei. *CR* 26 regiae *om.* *RM* 29 *s. a. Contius* 1566 | post cons. armati uc.] *ita recte consulatum Beckius restituit, cum Basilisci tyrannis (u. u.* 13) *hoc demum anno oppressa sit*: armato u. c. cons. *Contius* 30 constitutiones gree *W*, constitutio graeca *Bamb. I D* 3 *Paris.* 4534 | αὐτοκρ. ἀναστάσιος *restitutum secundum testimonium Nouellae* 7 *pr.* | θεσπίζομεν] *ita incepisse constitutionem confirmant paratitla ad Const.* 1, 3 (*p.* 1266) 34 μεγάλῃ] *Nomoc.*[m] *ante emend.*, μεγάλῃ ἁγιωτάτῃ *Nomoc.*[m] *ex emend. Nomoc.*[d] 37 δυναμένων *Nomoc.*[m]

μήπου χρείας τινὸς ἀναγκαίας καὶ ἐπωφελοῦς τοῖς αὐτοῖς σεβασμίοις οἴκοις ἀνακυπτούσης λυσι
εἴη τούτοις ἡ πρᾶσις τοῦ τοιούτου πράγματος ἢ ὑποθήκη ἢ ἀνταλλαγὴ ἢ διηνεκὴς ἐμφύτευσις, του
ἐπειδὰν τὰ τιμήματα τοῦ πιπρασκομένου πράγματος εἰς διευλύτωσιν[1] χρεῶν, οὐχ ἁπλῶς οὐδ᾽ ὡς
συστάντων, ἀλλ᾽ ἐκ διαδοχῶν τινῶν ἤτοι κληρονομιῶν ἢ ἐξ αἰτιῶν ἀναγκαίων καὶ χρειωδῶν ἐν
προδηλωθέντων σεβασμίων οἴκων ἐπικειμένων, ἢ καὶ εἰς πράγματος αὐτοῖς ἑτέρου χρειωδεστέρ
καὶ ἀναγκαιοτέρου κτῆσιν καὶ ἀγορασίαν μέλλοι προχωρεῖν, ἢ καὶ εἰς ἀνανέωσιν ἤτοι ἐπιμέλεια
αὐτοῦ οἴκου κατεπείγουσαν καὶ μακρᾶς ἀναβολῆς οὐκ ἀνεχομένην δαπανᾶσθαι· τῶν αὐτῶν αἰτιῶ
ἐπὶ τοῖς δανείσμασι καὶ ταῖς ἐπ᾽ αὐτοῖς ὑποθήκαις τῆς κωλύσεως ἐξῃρημένων· τὰ δὲ τῆς ἀνταλ
ὅταν ἐπὶ χρειωδεστέρῳ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἀναγκαιοτέρῳ καὶ πρόσοδον ἀξίαν καὶ οὐκ ἐλά
τοῦ διδομένου πράγματος ἑνὶ τῶν αὐτῶν σεβασμίων οἴκων περιποιεῖν δυναμένῳ ἐπιζητεῖται· :
τῆς ἐμφυτεύσεως, ἡνίκα ἡ τῆς προσόδου μηδαμῶς ἀπομειοῖτο ποσότης ἢ καὶ ἄπορον εἴη παντελ
διδόμενον· ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις πράγμασι τοῖς μηδὲν μὲν κέρδος δι᾽ ἀπορίαν προσφέρουσι, ζημί
προστριβομένοις οὐδὲ δωρεὰς τοῖς αὐτοῖς οἴκοις ἢ ἐκχωρήσεις ἀπαγορεύομεν.
2 Τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύει, εἰ μὴ μία τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήμασι φανε
ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τῷ μαγιστροκήνσῳ, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδίκοις, προκει
τῶν ἁγίων γραφῶν, καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν παρόντων τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐνδημο
κληρικῶν, ἐπὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς ἄλλους μονα
ἐπὶ δὲ τῶν πτωχείων τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν ὑπουργούντων καὶ τῶν πτωχῶν, ἐπὶ δὲ τῶν
νων τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν εὑρισκομένων πάντων ὑπουργῶν τῆς διοικήσεως καὶ ὁμοίως ἐπ
ὀρφανοτροφείων, ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον· συναινοῦντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου
2a τόπων, ἐν οἷς τοῦτο σύνηθες ἐπιγίνεσθαι. Μὴ δυναμένου τοῦ μαγιστροκήνσου ἢ τοῦ ἐ
παραιτεῖσθαι καταλαμβάνειν τὸν σεβάσμιον οἶκον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη συνίσταται πρᾶξις, ἀζ
2b καὶ ἐκδικούντων[2] αὐτήν. ὑπόκεινται γὰρ ἐκ παραβασίας ποινῇ χρυσίου λιτρῶν κ΄. Καὶ
ταῦτα γίνεται συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως κα
3 προσηγορίας τῶν παραγενομένων καὶ παρ᾽ ᾧ συνέστη. Εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων παροφθε
μὲν δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ τοῦ χρέους καὶ τῶν τιμῶν·
λαβὼν εἰς ἀνταλλαγὴν καὶ οὗπερ ἔδωκε καὶ οὗπερ ἔλαβεν ἐκπίπτει· ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν
τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβὼν ἢ δωρεὰν ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην ἀναδίδωσιν ὅπερ εἴληφε καὶ
4 τητα ἑτέραν, ἧς ἄξιόν ἐστι τὸ δοθέν. Χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα καὶ ἐπὶ τοῖς μελ
5 γίνεσθαι ἐκκλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἐσομένοις εὐαγέσιν. Ὑπόντων δὲ κινητῶν ἔξωθεν [Nomo
τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ ἀρκούντων εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἀργεῖ τῶν ἀναγκαίων ἀκινήτω
τῶν ἄρτων ἡ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.
18 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.*
Ἡ διάταξις ἀφορίζει τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως ἑβδομήκοντα λίτρας χ
πρόσοδον εἰς τὸ τὰς κηδείας ἀδαπάνους ἐν Κωνσταντινουπόλει γίνεσθαι καὶ μέχρι τῶν νέω
1 χῶν καὶ Βλαχέρναις· αἱ γὰρ Συκαὶ μέρος εἰσὶ τῆς πόλεως. Ὁρίζει κατὰ τῶν παραβαι
Deo auctore nostrum gubernantes imperium, quod nobis a caelesti maiestate traditur et bella feliciter peragimus et pacem decoramus et statum rei publicae sustentamus: nostros animos ad dei omnipotentis erigimus adiutorium, ut neque armis confidamus nostris militibus neque bellorum ducibus uel nostro ingenio, sed omnem spem ad referamus summae prouidentiam trinitatis: unde et mundi totius elementa proces
1 et eorum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaque nihil tam studios omnibus rebus inuenitur quam legum auctoritas, quae et diuinas et humanas res disponit et omnem iniquitatem expellit, repperimus autem omnem legum tramitem, q urbe[2]) condita et Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut in infinitum datur et nullius humanae naturae capacitate concludatur; primum nobis fuit stud sacratissimis retro principibus initium sumere et eorum constitutiones emendare et dilucidae tradere, quatenus in unum codicem congregatae et omni superuacua simili et iniquissima discordia absolutae uniuersis hominibus promptum suae sinceritatis
2 beant praesidium. Hocque opere consummato et in uno uolumine nostro nomine fulgente coadunato, cum ex paucis et tenuioribus releuati ad summam et plenissimam emendationem peruenire properaremus et omnem Romanam sanctionem et collige emendare et tot auctorum dispersa uolumina uno codice indita ostendere, quod nemo neque sperare neque optare ausus est, res quidem nobis difficillima, immo magis im bilis uidebatur. sed manibus ad caelum erectis et aeterno auxilio inuocato eam q curam nostris reposuimus animis, deo freti, qui et res penitus desperatas donare et
3 summare suae uirtutis magnitudine potest. Et ad tuae sinceritatis optimum respe ministerium tibique primo et hoc opus commisimus, ingenii tui documentis ex nostri c ordinatione acceptis, et iussimus quos probaueris tam ex facundissimis antecess

*P* (16, 1) *L* (16, 1) *CRM: ad* 17, 1. 2, *quae sunt praefationes Digestorum, repeti lectiones libri Florentini* (= *F*) *ex editione Mommseni*

---

[1] imp. Caesar Flauius Iustinianus pius felix inclutus uictor ac triumphator semper Au Triboniano quaestori suo salutem *Dig.* [2] Roma *ins. Dig.* [3] alius *om. Dig.*

---

1 persequimur *CR* | eligendum $PL^l$ | aliquid *PL* 2 ei liceat formam *M* | parte patrimonii mulctatur *C* 3 abitus $PL^l$ | *s. a. Hal., cf. ad p.* 105 *u.* 10 5 *Graecae constitutionis notam hoc loco inuenerunt Pithoei, cf. ad p.* 105, 10 7 uetere *R* | et ... 8 referuntur *om. R* 8 referunt *S*, leguntur *M* 9 iustinus $M^a$ | a. *om. C* | uiro] *SCM*, *om. R* 10 deo] de eo $F^{ac}$ | gubernantes] $F^b$, gubernates $F^a$, gubernante *CRM* | imperum $M^a$ | a] ac $F^1$ | maestate *F* 11 deoramus $F^1$ | statutum *F* 12 eregimus *F* | adiutoriam $F^1$ 13 nostris] nostrs *F* 14 summae $F^1$ 15 orbe *CR* | est] et $F^1$ 16 onnibus $F^1$ | bene*n $F^{ac}$ 17 omne *CR* 18 in *om.* $F^1$ 19 a *om. F* 20 principus $F^1$ 21 diluciae *F* | codicem *om.* $R^a$ 22 nequissima *M* | suae] siue $R^a$, suex $M^a$? | sn tis $F^1$ 23 praesiduum $F^1$ | hocque quoque $M^a$ | et *om. F* | uolune $M^a$ et *C* | relcuati] *CM*, releuatia *F*, reuelat releuatis $R^b$ 25 emendatione *C* | pr mus *C* | romam $M^a$ | et emend.] emen 26 tota auctorum *F* | dispersu $R^a$ | u dice] $FCM^b$, uno codici *R*, uni codic ostendete $R^a$ 27 neque sperare] sperar nobis] nobilis $R^a$ | difficilema $F^1$ 28 tis et] erecti $F^1$ | aeterno] externo *R* prosuimus $C^a$ | animus $FM^a$ | uesperat uespetas $F^1$, disperatas *R*, desperat coniummare *F* 31 ingenui *C* 32 a soribus] ex antec. $F^1$

quam ex uiris disertissimis togatis fori amplissimae sedis ad sociandum laborem eligere. his itaque collectis et in nostrum palatium introductis nobisque tuo testimonio placitis totam rem faciendam permisimus, ita tamen, ut tui uigilantissimi animi gubernatione res 4 omnis celebretur. Iubemus igitur uobis antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes praebuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes et legere et elimare, ut ex his omnis materia colligatur, nulla (secundum quod possibile est) neque similitudine neque discordia derelicta, sed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus sufficiat. quia autem et alii libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturae a nullis auctoribus receptae nec usitatae sunt, neque nos eorum uolu-
5 mina nostram inquietare dignamur sanctionem. Cumque haec materia summa numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere et quasi proprium et sanctissimum templum iustitiae consecrare et in libros quinquaginta et certos titulos totum ius digerere, tam secundum nostri constitutionum codicis quam edicti perpetui imitationem, prout hoc uobis commodius esse patuerit, ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum, per millesimum et quadringentesimum paene annum confusum et a nobis purgatum, quasi quodam muro uallatum nihil extra se habeat: omnibus auctoribus iuris aequa dignitate pollentibus et nemini quadam praerogatiua seruanda, quia non omnes in omnia, sed certi per certa uel
6 meliores uel deteriores inueniuntur. Sed neque ex multitudine auctorum quod melius et aequius est iudicatote, cum possit unius forsitan et deterioris sententia et multos et maiores in aliqua parte superare. et ideo ea, quae antea[1] in notis Aemilii Papiniani ex Ulpiano et Paulo nec non Marciano adscripta sunt, quae antea nullam uim obtinebant partim[2] propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respuere, sed, si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum uel interpretationem necessarium esse perspexeritis, et hoc ponere legis uicem obtinens non moremini: ut omnes qui relati fuerint in hunc codicem prudentissimi uiri habeant auctoritatem tam, qua*si et* eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta et a nostro diuino fuerint ore profusa. omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas. nam qui non subti-
7 liter factum emendat, laudabilior est eo qui primus inuenit. Sed et hoc studiosum uobis esse uolumus, ut, si quid in ueteribus non bene positum libris inueniatis uel aliquod superfluum uel minus perfectum, superuacua similitudine[3] semota et quod imperfectum est repleatis et omne opus moderatum et quam pulcherrimum ostendatis. hoc etiam nihilo minus obseruando, ut, si aliquid in ueteribus legibus uel constitutionibus, quas antiqui in suis libris posuerunt, non recte scriptum inueniatis, et hoc reformetis et ordini moderato

*FCRM*

---

[1] antea *del.* (*Mommsen*) [2] partim *om. Dig.* [3] longitudine *Dig.*

---

1 iuris *R* 2 placiti $F^1C$ 3 commisimus *M* 4 igitur] iugitur $F^2$, iugetur $F^1$ | nobis *R* | conscribendarum *om. C* 5 interpretendarumque *F*, que *om. C* | principis *M* 6 omnis] *F*, omnibus *CRM* 7 possibile] sibile $F^1$ | sed] et *C* 8 quia autem] qui ante *R*, qui antem *M* | alios $RM^b$, aliis $M^a$ 9 a *om.* $F^1$ 10 dignamus *F* | summa] *F*, a summa *CR*, a summi *M* | numinis] *FM*, nostri nominis *CR* 11 libertate $M^a$ 12 sanctissimum] *FM*, sacratissimum *CR* | templum *om.* $R^a$ | iustitia $F^1$ 13 ius] usi $F^2$?, *om.* $F^1$ | tam] tan $F^{pc}$ | constitutionem *F* 14 potuerit *CR*, *inc.* $M^a$ 15 quinquaginta *om. R* 16 quadragesimum $R^aM^a$ 17 iuris] uiris *C* 18 quidam $M^a$ | non] nomn *F* | in omnia] sin onnia $F^1$ | certi] cert $F^1$ 19 melius et aequius] *FM*, equius et melius *CR* 20 est *om.* $M^a$ | iudicatore *C* | unius (in ius $M^a$) forsitan] *CRM*, an *F* | sentena *M* | multas *F* 21 antea] ante $F^1R$ | notis] libris $CR^a$ | aemelii *F*, emelii *R* | papiani *R* 22 non] non et *M* | quae] et quae *C* | antea] ante *R* | obtinebant] habebant *M* 23 paniani $M^a$, papiani $M^b$ | quid ex his] quis $M^a$ 24 uel *om.* $R^a$ | interpretationem] *F*, interpretationum *CRM* | prospexeritis *CR* 25 uicens $F^1$? | moremin $F^1$ 26 hoc codice *M* | habent *C* | tam quasi et] *F*, tamquam et si *CRM* 27 perfecta *C* | a *om.* $F^1$ | fuerant *F*, fuerit *C* | ora $M^a$ | diffusa *M* 28 auctorita $F^1$ | non *om.* $F^1C^a$ 29 sed et] sed $R^a$ | studium *C* | nobis $R^a$?, e uobis $M^a$ 30 aliquid *C* 31 superuacua similitudine semota et quod imperfectum] superua ... ‖ longitu ..... ‖ semota ... ‖ quod ..... *margine reciso* $F^2$, *om.* $F^1$ 32 nichlo $M^a$ 34 posuerunt] imsuerunt $F^1$

tradatis: ut hoc uideatur esse uerum et optimum et quasi ab initio scriptum, quod a uobi
electum et ibi positum fuerit, et nemo ex comparatione ueteris uoluminis quasi uitiosan
scripturam arguere audeat. cum enim lege antiqua, quae regia nuncupabatur, omne iu
omnisque potestas populi Romani in imperatoriam translata sunt potestatem, nos uer
sanctionem omnem non diui*d*imus in alias et alias conditorum partes, sed totam nostran
esse uolumus, quid possit antiquitas nostris legibus abrogare? et in tantum uolumus eaden
omnia, cum reposita sunt, obtinere, ut si aliter fuerant apud ueteres conscripta, in con-
trarium autem in compositione inueniantur, nullum crimen scripturae imputetur, se
8 nostrae electioni hoc adscribatur. Nulla itaque in omnibus praedicti codicis membris anti-
nomia (sic enim a uetustate Graeco uocabulo nuncupatur) aliquem sibi uindicet locum
9 sed sit una concordia, una consequentia, aduersario nemine constituto. Sed et similitu-
dinem (secundum quod dictum est) ab huiusmodi consummatione uolumus exulare: et ea
quae sacratissimis constitutionibus quas in codicem nostrum redegimus cauta sunt, iterun
poni ex ueteri iure non concedimus, cum diualium constitutionum sanctio sufficit ad eorun
auctoritatem: nisi forte uel propter diuisionem uel propter repletionem uel propter plenio-
rem indaginem hoc contigerit: et hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmod
10 lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. Sed et si quae leges in ueteribus libri
positae iam *in* desuetudinem abierunt, nullo modo uobis easdem ponere permittimus, cun
haec tantummodo obtinere uolumus, quae uel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit ue
longa consuetudo huius almae urbis comprobauit, secundum Saluii Iuliani scriptu- [B 2, 6, 2
ram[1], quae indicat debere omnes ciuitates consuetudinem Romae sequi, quae caput es
orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intellegendum est non solun
ueterem, sed etiam regiam nostram, quae deo propitio cum melioribus condita est augu
11 riis. Ideoque iubemus duobus istis codicibus omnia gubernari, uno constitutionum, [(B
altero iuris enucleati et in futuro codice componendi[2]: uel si quid aliud a nobis fueri
promulgatum institutionum uicem obtinens, ut rudis animus studiosi simplicibus enutritu
12 facilius ad altioris prudentiae redigatur scientiam. Nostram autem consummationem, qua
a uobis deo adnuente compon*e*tur, digestorum uel pandectarum nomen habere sancimus
nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare et uerbositate su
supra dicti codicis compendium confundere: quemadmodum et in antiquioribus temporibu
factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum ius paene conturbatun
est: sed sufficiat per indices tantummodo et titulorum subtilitatem quae paratitla nuncu
pantur quaedam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum uitio oriundo
13 Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio, iubemus non per [B 2, 6, 2
*FCRM*

[1] *Dig.* 1, 4, 32 *pr.* [2] in futurum (fuiturum $F^{ac}$) codicem compositi *Dig.*

1 tradatis] traditis *F* | ut] et *C* 2 elactum $F^1$ | ibi] ubi $R^a$ | comparatione] comparat $R^a$, paratione $M^a$ 3 scripturam $F^2$, sempturam $F^1$ | quae *om.* *C* | nuncupatur $M^a$ 4 in *om.* *C* 5 sactionem omne $F^1$ | diuidimus] *F*, diuisimus *CRM* 6 quid possit … uolumus *om.* $R^a$ 7 si] et si *F*, *om.* $M^a$ | fuerit *C* | uetere $F^1$ 8 autem] aut *C* | positione $F^1$, compositionem *M* 9 elictioni *F* 10 sibi] si $F^1$ | locum uindicet *M* 11 consecuentia $F^1$ | nemine] minime *R* 13 sacratissimus $F^1$ | redegimus] $F^2CM^b$, redigemus $F^1$, redigimus $RM^a$ | cauta] incauta $R^a$ 14 uetere *F*, *inc.* $M^a$ | constitutionum] constituto $F^1$ | sufficiat *C* 15 uel] *RM*, ue *F*, *om.* *C* | diuisionem] eorum diuisionem *CR* | propter letionem $F^1$, propter repletione *C* | ppleniorem *F* 16 contingerit *M* | ne] nec *R* 17 praeto $F^{ac}$ | spinosam $M^a$ | leges sin $F^{ac}$, legis in $R^a$ 18 in] $F^2$, i $F^1$, per *CRM* | destuetudinem *F* 19 haec] hoc *R* | ordo] or $F^1$ 21 indicat iniudicat $R^a$, indicat recte *C* | sequi $FM^a$ sequi et legem $CRM^b$ 22 urbis $F^1$ | ipsa ( 23 nostran *F* | cum *om.* *CR* 24 que *om.* $F^1$ uno] umno $F^{ac}$ 25 in *om.* $M^a$ 26 in constitutionum $R^a$ | obtinens] obtinere *CR* | simpliciter *R* | enutriut $F^1$ 28 a *om.* $F^1$ | aduente $F^1$ | componitur *CRM* 29 peritis] petis $F^1$ | audientibus $CR^a$ | illi] illi in posterum audentibus commentarios $F^a$ 30 dict codicis] dicto dicis $F^1$ | et in] n $F^1$, et *C* temporibus *om.* $F^1$ 31 interpretationum *CR* 32 iudices *CM* | et (et *om.* $F^1C$) titulorum ut * et de nūs (= numerus) uocando titulorum $R^a$ | suptilcitatem $F^{ac}$ | quae παράττλ nuncupantur $F^2$, quae paraticia nuncupantur (—patur $CRM^a$) *CRM*, *om.* $F^1$ 33 admonitaria *R*

*siglorum* captiones et compendiosa aenigmata, quae multas per se et per suum uitium antinomias induxerunt, eiusdem codicis textum conscribi: etiam si numerus librorum significatur aut aliud quicquam: nec haec etenim per specialia *sigla* numerorum manifestari, sed
14 per litterarum consequentiam explanari concedimus. Haec omnia igitur deo placido [(B)] facere tua prudentia una cum aliis facundissimis uiris studeat et tam subtili quam celerrimo fini tradere, ut codex consummatus et in quinquaginta libros digestus nobis offeratur in maximam et aeternam rei memoriam deique omnipotentis prouidenti*ae* argumentum nostrique imperii uestrique ministerii gloriam. DATA OCTAVO DECIMO KALENDAS IANVARIAS CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VIRIS CLARISSIMIS CONSVLIBVS. a. 530

2 IMP. CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS A.[1] AD SENATVM *ET* [c. Δέδωκεν (Dig. I p. XXXIII*)] OMNES POPVLOS. Tanta circa nos diuinae humanitatis est prouidentia, ut semper aeternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. post bella enim Parthica aeterna pace sopita postque Vandalicam gentem ereptam[2] et Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam et leges antiquas iam senio praegrauatas per nostram uigilantiam praebuit in nouam pulchritudinem et moderatum peruenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium umquam sperauit neque humano ingenio possibile esse penitus existimauit. erat enim mirabile Romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri imperii tempora, quae paene in mille et quadringentos annos concurrunt, intestinis proeliis uacillantem hocque et in imperiales constitutiones extendentem in unam reducere consonantiam, ut nihil neque contrarium neque idem neque simile in ea inueniatur et ne[3] geminae leges pro rebus singulis positae usquam appareant. namque hoc caelestis quidem prouidentiae peculiare fuit, humanae uero imbecillitati nullo modo possibile. nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus praesidium et summo numine inuocato deum auctorem et totius operis praesulem fieri optauimus et omne studium Triboniano uiro excelso magistro officiorum et ex quaestor*e* sacri nostri palatii et ex consul*e* credidimus eique omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis illustribus et prudentissimis uiris nostrum desiderium adimpleret. nostra quoque maiestas semper inuestigando et perscrutando ea quae ab his componebantur, quidquid dubium et incertum inueniebatur, *hoc* numine caelesti *e*rect*a* emendabat et in competentem formam redigebat. omnia igitur confecta sunt domino et deo nostro Ihesu Christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus praestante. Et principales quidem constitutiones duodecim

*FCRM*

[1] In nomine domini dei nostri Ihesu Christi imperator Caesar Flauius Iustinianus Alamannicus Gotthicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Vandalicus Africanus pius felix inclutus uictor ac triumphator semper Augustus *Dig.* [2] peremptam (*Mommsen*)? [3] nec (*Mommsen*)?

1 siglorum] sinplorum $F^1$, singulorum $F^2$, signorum *CRM* 2 etiam si] et *C* 3 nec haec etenim] $F^2$, ne etenim $F^1$, nec enim hoc *CR*, nec enim * (et?) haec *M* | signa *CRM* 4 igitur omnia *F* 5 quam *bis* $F^1$ 6 et in] et $F^1$ | libris digestis *C*, libros digestis $M^a$ 7 prouidentiae] $F^2$, prudentiae $F^1$, prouidentiam (prouidentiae $M^b$) et *CRM* | augmentum $M^a$ 8 nostrique] nostri *C* | *s. a.* *F Hal.* | data] *R* data *F* | oct. dec.] *F*, XIIII *Hal.* | calendis ianuariis *F* 9 constantinopoli] *Hal.*, *om.* *F* | et] fe $F^1$ | consulibus *R* *F* 10 imp. (imppp. *M*) c. fl.] mpp. cesarius flauius *R*, imp. *S* | iustinus *M* | et omnes populos *om.* *S* | et] *F*, et ad *CRM* 11 eternus $M^a$ 12 liberalitatis $M^a$ | sustentare] sustare $R^a$ 13 libuam $F^1$ 14 societam $F^1$ | senio] seruo *C* 15 praebui $F^2$ | nauam $F^1$ 16 umquam] $F^{ac}$, quam $F^{cm}$ | sperauit] separauit $F^1$, s*perauit $M^a$ | estimauit *C* 17 ususque $F^1$ 18 in] im *F* | et quadr.] et in quadr. *CR* | intestinis] et intestinis $CR^a$ | uacillantem] ualillatem $F^1$ 19 et inperiales $F^1CR$, et in inperialis $M^a$ | constitututiones $F^1$ 20 nihil *om.* $R^a$ | idem neque contrarium *C* 21 prouidentia $F^1$ 23 inuocatum $M^a$ 24 oportauimus $F^1$ | tribuniano *CRM constanter* 25 ex quaestore] *F*, exquaestori $CR^b$, quaestori $R^aM$ | palatii nostri *M* | et *om.* *M* | ex consule] *F*, exconsuli $CR^bM$, consuli $R^a$ 26 misterium *M* | huiusmodi $CR^a$ | aliis] *CRM*, aliis uiris *F*: καί τισιν ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν *c. Δέδωκεν* | et prud.] inprud. $F^a$ 28 componebatur $F^aM^a$, contionebantur $R^a$ | inueniatur $R^a$ 29 hoc numine] $F^2$, hoc nominae $F^1$, cum numine $CR^cM^b$, cum nomine $R^b$, cetmune $R^a$, cum minime $M^a$ | erecta] *F*, recte *CRM* 30 et *om.* *M* | possibilitem $M^a$ 31 praestande $R^a$

libris digestas iam ante in codicem nostro nomine praefulgentem contulimus. po
maximum opus adgredientes ipsa uetustatis studiosissima opera iam paene confus
soluta eidem uiro excelso permisimus tam colligere quam certo moderamini
sed cum omnia percontabamur, a praefato uiro excelso suggestum est duo pa
librorum esse conscripta et plus quam tricies centena milia[1] uersuum a ueterib
quae necesse esset omnia et legere et perscrutari et ex his si quid optimum f
gere. quod caelesti fulgore et summae trinitatis fauore confectum est secundu
mandata, quae ab initio ad memoratum uirum excelsum fecimus, et in quinquagi
omne quod utilissimum erat collectum est et omnes ambiguitates decisae nullo
relicto. nomenque libris imposuimus digestorum seu pandectarum, quia omnes
tiones et decisiones in se habent legitimas et quod undique fuit collectum, hoc
suos receperunt, in centum quinquaginta paene milia uersuum totum opus consu
et in septem partes eos digessimus, non perperam neque sine ratione, sed i
rorum naturam et artem respicientes et consentaneam eis diuisionem partium co
2 Igitur prima quidem pars totius contextus, quae Graeco uocabulo πρῶτα nuncu
3 quattuor libros seposita est. Secundus autem articulus septem libros habet, qu
4 ciis appellantur. In tertia uero congregatione omnia quae de rebus nominant
5 limus, octo libris eis deputatis. Quartus autem locus, qui et totius compositio
quidam inuenitur umbilicus[2], octo libros suscepit. in quibus omnia quae ad hy
pertinent reposita sunt, ut non a pignoraticia actione in libris de rebus posita mult
rent: alio libro eodem inserto uolumine, qui aedilicium edictum et redhibitoriam
et duplae stipulationem, quae de euictionibus proposita est, continet, quia ha
titulis emptionum et uenditionum consentanea sunt et praedictae actiones quasi p
illarum ab initio processerunt, in uetustioris quidem edicti ordinatione in loca
multo distantia deuagantes, per nostram autem prouidentiam his congregatae, c
tuerat ea quae de eodem paene loquuntur in confinio ponere. alius itaque liber
primos nobis excogitatus est de usuris et traiecticiis pecuniis et de instrumentis e
et probationibus nec non praesumptionibus. et memorati tres singulares libri iu
positionem de rebus positi sunt. post hos si qua de sponsalibus uel nuptiis ue
legibus dicta sunt reposuimus, tribus librorum uoluminibus ea concludentes. d
autem et curationibus geminos libros conscripsimus. et memoratam ordinatio
librorum mediam totius operis reposuimus, omnia undique tam utilissima quam
6 rima iura continentem. Quintus autem exoritur nobis digestorum articulus, in
testamentis *et* codicillis tam priuatorum quam militum omne, quidquid antiquis di

*FCRM*

[1] trecenties decem milia *Dig.* [2] quoddam inuenitur umbilicum *Dig.*

1 codicem nostro] $F^2R$, condice nostro $F^1$, codice nostro *CM* | praefulgente *CM* 2 maximus $F^1$, magnum *M* | uetustati $F^1$ | iam] lam $F^1$ | et] est $F^1$ 3 moderamini] $CR^bM^b$, moderamine $FR^aM^a$ 4 omnia] per omnia *C* | praefecto $F^1$ | est] et $F^1$ 5 librarum $M^a$ | uersum $F^1$ 6 esset *om.* $F^1$ | perscrutare $F^b$, perscruta $F^a$ 7 summa et trinitatis $F^1$ | fauare $M^a$ 9 dicisae *F* 10 quia] qui $F^1$ 11 dicisiones *F* | undique] undi $F^1$ 12 suos *om.* $F^1$ | receperunt] $F^2CRM$, reciperunt $F^b$, reperunt $F^a$ | in] id est *M* | quinqaginta $F^1$ | uersum *F* 13 difessimus $F^1$ 14 consenteneam $F^a$ 15 quae] quem $F^{ae}$ | πρῶτα] *F*, νρωτα *CR*, πρωσα *M* 16 libro $F^1$, liberos $R^a$ 17 appellantur] $F^1M^a$, appellatur $F^2CRM^b$ | intulimus $M^b$, intu*** $M^a$ 18 octauo $F^1$ | eis] ei $CR^b$ 19 octo libros suscepit] qui et totius compositionis $M^a$ 20 repositam $R^a$ | ut non] *FC*, non a pignoraticia] *CRM*, pigneraticia tim *F* 21 eodem inserto uolumi eidem inserto uolumini *CR* 22 dupl dupla $F^1$, duplam *CR* | euictione qui $F^1$ 23 emptionum] optionum $F^a$ tra $M^a$ | congregare $M^a$ | opertu 26 qua $F^1$ | in] in suo *C* | post] p duos *CRM* 27 primus *CR* 28 nec sumptionibus] *CRM*, **c non prae‖ bus *in extremo margine iam lacero* *om.* $F^1$: καὶ ἀποδείξεών τε καὶ προ *Δέδωκεν* 29 qua] quae $F^2$ | spons sponsabilibus $M^b$ | uel nupt.] et 31 et de curationibus *CR* | ordin 32 libroprium $F^1$ 33 quo] quem $F^2$, uel *CRM*, *om.* $F^1$: περὶ διαθηκ διχίλλων *c.* *Δέδωκεν* | antiquitus *C* *om.* $F^1$

inueniat quis *d*epositum: qui de testamentis appellatur[1]. de legatis autem et fideicommissis
6a quinque librorum numerus adgregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam ut[2]
legatis quidem legis Falcidiae narratio, fideicommissis autem senatus consulti Trebelliani,
singulis libris utrique eorum applicatis tota pars quinta in nouem libros coadunata est.
solum autem senatus consultum Trebellianum ponendum esse existimauimus: captiosas
etenim *et* ipsis ueteribus odiosas Pegasiani senatus consulti ambages et utriusque senatus
consulti ad se tam superuacuas quam scrupulosas diuersitates respuentes totum ius super
6b his positum Trebelliano senatus consulto adiudicauimus. Sed in his nihil de caducis a
nobis memoratum est, ne causa, quae in rebus non prospere gestis et tristibus temporibus
Romanis increbuit calamitatibus, bello coalescens ciuili, *n*ostris remaneat temporibus, quae
fauor caelestis et pacis uigor*e* firmauit et super omnes gentes in bellicis uictoriis[3] posuit,
7 ne luctuosum monumentum laeta saecula inumbrare concedatur. Sexta deinde pars digesto-
rum exoritur, in quibus omnes bonorum possessiones positae sunt, quae *ad* ingenuos, qua*e*
ad libertinos respiciunt: *ut* et ius omne, quod de gradibus et affinitatibus descendit, legi-
timaeque hereditates et omnis ab intestato successio et Tertullianum et Orfitianum senatus
consultum, ex quibus matres et filii inuicem sibi heredes existunt, in geminos libros con-
tulimus, bonorum possessionis multitudinem in compendiosum et manifestissimum ordinem
7a concludentes. Post haec ea, quae de operis noui nuntiationibus damnique infecti et pro
aedificiis dirutis et eorum insidiis et quae de aqua pluuia arcenda ueteribus auctoribus
placita sunt, nec non de publicanis et donationibus tam inter uiuos quam mortis causa
7b conficiendis cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissio-
7c nibus autem et de liberali causa alius liber respondit: Quemadmodum et de adquisitione
tam dominii quam possessionis et titulis qui eam inducunt multae et uariae lectiones uni
7d sunt insertae uolumini: Alio libro deputato his, qui iudicati uel in iure confessi sunt, et
de bonorum detentionibus et uenditionibus et ut ne quid in fraudem creditorum fiat.
7e Postque haec omnia interdicta glomerata sunt: et deinceps exceptiones et de temporum pro-
lixitatibus et de obligationibus et actionibus liber iterum singularis extenditur: ut praefata
8 sexta pars totius digestorum uoluminis octo libris definiatur. Septimus autem et nouissi-
mus articulus digestorum sex libris formatus est. quo de stipulationibus seu uerborum obli-

*FCRM*

[1] depositum duobus libris qui de testamentis appellantur *requiritur* (*Mommsen*) [2] ut *del.*, *nisi excidit* adiungeretur (*Mommsen*) [3] periculis *Dig.* (*u. i.*)

1 repositum *CRM*$^a$ | qui … appellatur] τὰ δὲ δὴ περὶ διαθηκῶν … συνηγάγομεν εἰς ἐννέα βιβλίων ἀριθμόν, ὧν ἡγεῖται μὲν τὰ περὶ διαθηκῶν καὶ κοδικίλλων, … δύο καθεστῶτα καὶ de testamentis ἐπιγεγραμμένα *c. Δέδωκεν* | et] *FM*, uel *CR* 2 cumque nihil … 3 falcidiae (falcidia $F^1$) narratio] καὶ ἐπειδήπερ ὁ τοῦ Falcidiu λόγος προσεχής τε καὶ ἁρμόδιος ἦν τῇ τῶν ληγάτων καὶ φιδεϊκομμίσσων ἰδιότητι *c. Δέδωκεν* 3 senatus consulti] ex senatus consulti *C* 4 amplicatis *C* | tuta $F^1$ | quinta pars *M* | libris $M^a$ | est] et $F^1$ 5 captiosis $M^a$ 6 et ipsis] *F*, ipsis *CRM* | odiasas *F* | pagasiani *R* 7 ad] et ad *C* | tam] sectam *C* | superlcuas $F^a$ | scrupulos $F^1$, srupulosas $M^a$ | diuersitas *M* | super his] superbus $F^1$ 8 trabelliano *R* | sed] sed et *CR* 9 prospere] pere $F^1$ | tristis *F* 10 romanis] non pros regestris et tristis temporibus romanis $F^1$ | increbruit $F^2$, horebuit $F^1$ | clamitatibus $M^a$ | bello] uel bello *M* | coalencens *F* | ciuibi $F^1$ | nostris] $F^1$, in nostris $F^2$*CRM* | remaneat temporibus quae fauor caelestis *om.* $F^1$ 11 uigor *CRM* | et omnes gentes in uellicis periculis superposuit $F^1$, et super omnes gentes in bellicis uictori periculis posuit $F^2$ 12 ne] nec *M* | luctuusum $F^1$, luctuasum *reposuit, mox* a *deleuit* $F^2$ | saesaecula $F^1$ | inumbra $F^a$ 13 omnes possessiones bonorum *CR* | quae ad ingenuos (iungenuos $F^1$) quae] *F*, quae tam ad ingenuos quam *CRM* 14 ut et] $F^1$, et $F^2$*CRM* | ius omnes $F^1$, omne ius *C* 15 hereditatis *CRM* | omneis $F^a$ 16 mater *F*, μητέρες *c. Δέδωκεν* 17 possessionus $F^1$ 18 quae *om.* $F^1$ | denuntiationibus $M^a$ | pro] pr $F^a$ 19 pluuiali *C*, pluuiana $R^b$ | argenda *F* 20 placida *C* | publicanis et] publican $M^a$ | tam] *CRM*, nam *F* 22 aquesitione $F^1$ 23 indicunt *R*$M^a$ | lectionis $M^a$ | uniu sunt $F^1$, uni *om.* *C* 24 inseptae *F* | in iure] iniuriae *C* | et de] et *R* 25 et uenditionibus] $F^2$*C*, et de uenditionibus *RM*, *om.* $F^1$, καὶ πράσεως *c. Δέδωκεν* 26 haec] hoc *R* | gloriamerata $F^1$, glomera $R^a$ | exceptiones et] *FCM*, exceptiones sed *R* 27 et actionibus] exactionibus $F^1$ 28 totium *F* | uolumus $M^a$ 29 fomatus $M^a$ | quo] *CRM*, quos *F* | seu (si $M^a$) uerborum obligationibus *om.* $F^1$

gationibus *et* fideiussoribus et mandatoribus, nec non nouationibus et solutionibus et :
ceptilationibus et de praetoriis stipulationibus omne quod ius inuenitur[1] gemino uolum
8a inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo te
biles libri positi sunt pro delictis priuatis et extraordinariis nec non publicis criminib
qui omnem continent seueritatem poenarumque atrocitatem. quibus permixta sunt et
quae de audacibus hominibus cauta sunt, qui se celare conantur et contumaces existu
et de poenis, quae condemnatis infliguntur uel conceduntur, nec non de eorum substant
8b Liber autem singularis pro appellationibus nobis excogitatus est contra sententias t
8c ciuiles quam criminales causas finientes. Cetera autem omnia, quae *ad* municipal*es*
*de* decurionibus et muneribus uel publicis operibus uel nundinis et pollicitationibus ac
uersis cognitionibus et censibus uel significatione uerborum ueteribus inuenta sunt qu
que regulariter definita, in se recepit quinquagesimus, totius consummationis perfect
9 Quae omnia confecta sunt per uirum excelsum nec non prudentissimum magistrum
quaestor*e* et ex consul*e* TRIBONIANVM, qui similiter eloquentiae et legitimae scientiae arti
decoratus et in ipsis rerum experimentis emicuit nihilque maius nec carius nostris umqu
iussionibus duxit: nec non per alios uiros magnificos et studiosissimos perfecta sunt,
est CONSTANTINVM uirum illustrem comitem sacrarum largitionum et magistrum scrinii lib
*l*orum sacrarumque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione et gloria sese co
mendauit: nec non THEOPHILVM uirum illustrem magistrum iurisque peritum in hac splen
dissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: et DOROTHE
uirum illustrem et facundissimum quaestor*ium*, quem in Beryt*i*ensium splendidissima ci
tate leges discipulis tradentem propter eius optimam opinionem et gloriam ad nos deduxim
participemque huius operis fecimus: sed et ANATOLIVM uirum illustrem magistrum,
et ipse apud Beryt*i*enses iuris interpres constitutus ad hoc opus ad*l*ectus est, uir
antiqua stirpe legitima procedens, cum et pater eius Leontius et auus Eudoxius *p*
Patricium inclutae recordationis quaestorium et antecessorem et Leontium uirum glo
sissimum praefectorium et consularem atque patricium filium eius optimam sui memori
in legibus reliquerunt: nec non CRATINVM uirum illustrem et comitem sacrarum la
tionum et optimum antecessorem huius almae urbis constitutum: qui omnes ad praedict
opus electi sunt una cum STEPHANO, MENA, PROSDOCIO, EVTOLMIO, TIMOTHEO, LEONI
LEONTIO, PLATONE, IACOBO, CONSTANTINO, IOHANNE, uiris prudentissimis, qui pat
quidem sunt causarum apud maximam sedem praefecturae, quae orientalibus praeto

*FCRM*

---

[1] quod inuenitur ius (*Mommsen*)?

---

1 fideiussoribus] de fideiussoribus *CRM* 2 de *om. R* 3 numerare *R* | hoc] $FM^a$, haec $CRM^b$ | terbiles *F*, terribilis $M^a$ 4 sunt pro delicti *bis* $F^1$ | et] *FC*, *om. RM* 5 omne $M^a$ 6 hominus *F* | cauta (causa $F^1$ *altero loco*) ... 9 causas *bis* $F^{ae}$ | se celare] selare *F altero loco* | conatur $F^1$ *altero loco* 8 tam i ciuiles $F^{ae}$ *altero loco* 9 quae ad municipales uel de (de *om.* $F^1$) decurionibus] *F*, quae pro municipalibus uel decurionibus *CRM:* ὁπόσα δὲ ὑπέρ τε πολιτῶν ὑπέρ τε βουλευτῶν *c. Δέδωκεν* 10 ac] et *F* 11 et censibus *om.* $F^1$ | uel sign.] et sign. *CR*, uel singnificationibus *M* | ueteribus] a ueteribus $M^b$, auteribus $M^a$ 12 se] sese *F* | recepit] *F*, recipit *CRM* | quinquagesimos $M^a$ | consummationis] conditionis $R^aM^a$ 13 confecta] perfecta $C^a$ | excelsum ... magistrum *bis* $F^a$ | et (ex $R^b$) quaestorem et ex (ex *om. RM*) consulem *CRM* 15 et in] e in $F^1$ | rebus $M^a$ | nec] ne $M^a$ | capius $F^1$ 17 libellorum] librorum *CRM* 18 sese] rese $F^1$ 19 spendidissima 21 uirum *om.* $F^1$ | illistrem $M^a$ | quaestorium quaestorem *CRM* | quem] que $F^1$ | ueruti sium *F*, beritensium *CRM* | spendidissim $F^{ac}$, spendidissima $F^{cm}$ 23 antolium 24 ucrytiensens $F^2$, uerutiensens $F^1$, beri henses *CR*, beritenses *M* | hoc] huc $M^a$ | iectus *CRM* 25 stipre *F* | legatima *F* | eu sius *CR* | post ... 27 filium eius *om.* post] qui post $F^2CRM$: ἀναφέρει γοῦν Λεόντιόν τε καὶ Εὐδόξιον ἄνδρας ἐπὶ νόμοις μ Πατρίκιον ... καὶ Λεόντιον ... δικαίως τεθαυμασ νους *c. Δέδωκεν* 27 praefectorem $F^2$, praef torum *M*, ἀπὸ ὑπάρχων *c. Δέδωκεν* 28 rel querunt *RM* | non] non et *RM* | cretinum et comitem sacrarum largitionum *bis* $F^{ac}$ 29 optimum *bis C* | ad] apud $CR^a$ 30 me monatio *C* | eutalmio *C*, eutolino *R*, eut nio *M* | timotheo *om.* $F^1$ | leonido *RM* 31 c stantino] et constantino *RM* | uiris] iuris

praesidet, omne autem suae uirtutis testimonium undique accipientes et a nobis ad tanti operis consummationem electi sunt. et, cum omnes in unum conuenerunt gubernatione TRIBONIANI uiri excelsi, ut tantum opus nobis auctoribus possint conficere, deo propitio in[1]
10 quinquaginta libros opus consummatum est. Tanta autem nobis antiquitati habita est reuerentia, ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: sed unusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris digestis inscriptus est: hoc tantummodo a nobis effecto, ut, si quid in legibus eorum uel superuacuum uel imperfectum aut minus idoneum uisum est, uel adiectionem uel deminutionem necessariam accipiat et rectissimis tradatur regulis. et ex multis similibus uel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est unaque omnibus auctoritate indulta, ut quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat et ex nostra uoluntate compositum: nemine audente comparare ea quae antiquitas habebat his quae nostra auctoritas introduxit, quia multa et maxima sunt, quae propter utilitatem rerum transformata sunt. adeo ut et si principalis constitutio fuerat in ueteribus libris relata, neque ei pepercimus, sed et hanc corrigendam esse putauimus et in melius restaurandam[2]. nominibus etenim ueteribus relictis, quidquid legum ueritati decorum et necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus seruauimus. et propter hanc causam et si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimam peruenit quietem,
11 nullo titubante relicto. Sed cum prospeximus, quod ad portandam tantae sapientiae molem non sunt idonei homines rudes et qui in primis legum uestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant, et aliam mediocrem eruditionem[3] praeparandam esse censuimus, ut sub ea colorati et quasi primitiis omnium imbuti possint ad penetralia eorum intrare et formam legum pulcherrimam non coniuentibus oculis accipere. et ideo TRIBONIANO uiro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, nec non THEOPHILO et DOROTHEO uiris illustribus et facundissimis antecessoribus accersitis mandauimus, quatenus libris, quos ueteres composuerunt, qui prima legum argumenta continebant et institutiones uocabantur, separatim collectis, quidquid ex his utile et aptissimum et undique sit elimatum et rebus, quae in praesenti aeuo in usu uertuntur, consentaneum inuenitur, hoc et capere studeant et quattuor libris reponere et totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus iuuenes suffulti possint grauiora et perfectiora legum scita sustentare. admonuimus autem eos, ut memores etiam nostrarum fiant constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus, et in confectione institutionum etiam eadem emendatione ponere non morentur: ut sit manifestum et quid antea uacillabat et quid postea in stabilitatem redactum est. quod opus ab his perfectum ut nobis oblatum et relectum est, et prono suscepimus animo et nostris sensibus non indignum esse iudicauimus et prae-

*FCRM*

---

[1] praedictos *ins. Dig.* [2] hoc corrigendum esse putauimus et in melius restaurandum *Dig.* (*u. i.*) [3] emendationem *Dig.*: τινὰ μετρίαν εἰσαγωγήν *c. Δέδωκεν*

---

1 praesidet] possidet $R^a$ | omne] $FR^a$, omnes $CR^bM$ | suae] siue $R^a$ | et a] a *M* 2 elicti *F* | gubernationem $R^aM$ 3 tribuniani *FCRM* | ut] in *C* 4 opus *om.* $M^a$ | consummaum *F* | nobis] $F^1CR$, a nobis $F^2M$ | antiquitatis *CR* 5 ut] aut *F* | sed] sed et *M* 7 affecto *R* | uel superu.] superu. *C* | aut] uel *F* 9 ex] in *F*: ἐκ πολλῶν *c. Δέδωκεν* | apparebit $R^a$ 10 omnibus] hominibus *R* | indultate $R^a$ 11 nemine (nomine $C^a$) audente comparare ea quae *om.* $F^1$ 12 habeat $R^aM^a$ | his] et *F*: παρατιθέναι τὰ γενόμενα νῦν τοῖς ἔμπροσθεν *c. Δέδωκεν* | auctoritac $F^1$ | quia] qua *C* | maxime $F^1$ 13 quae *bis* $F^{ac}$ | principalibus *F* 14 releta *F* | perpecimus $F^1$ | et] *FM*, *om. CR* | hoc corrigendum $F^1$ 15 restaurandum *F* | pelictis *F* | quidquid] quid $F^1$ 16 ueteritati *C* | fuerat] *F*, fuerit *CR*, fuit *M* 17 dibitabatur $M^a$ | peruenit] repuenit *F* 18 portantandum $M^a$ | tantae] tantam *R* | stapientiae $F^1$ 19 uestibulis legum *CR* | stantes] $F^2$, tantes $F^1$, stant et *M*, stant *R*, stantes et *C* 20 arcan $F^1$ | medicrem $M^a$, mediorum $F^1$ 22 pulcherrima *R* 24 antecesseribus $M^a$ | arcessitis *R* | madauimus $F^a$ 25 uocabuntur *R* 27 uenturtur $F^1$ | hoc] uoc $F^1$ 28 quattuor] in quattuor *C* | totius serudit. $F^{ac}$ 29 sita legum *M* 30 nostrarum fiat $F^1$, fiant nostrarum *CR* | quas] quam $F^1$ 31 confectionem *C* | eadem (eandem *M*) emendatione] *FM*, eandem emendationem *CR* 32 mamnifestum $F^{ac}$ | quid antea] $FM^a$, quod antea $CRM^b$ | quid postea] *F*, quod postea *CRM* | stabilitate *CR* 33 pedactum *F* | relictum *R*

dictos libros constitutionum uicem habere iussimus: quod in oratione nostra,
12 dem libris praeposuimus, apertius declaratur. Omni igitur Romani iuris d
composita et in tribus uoluminibus, id est institutionum et digestorum seu pa
nec non constitutionum, perfecta et in tribus annis consummata, quae ut primu
coepit, neque in totum decennium compleri sperabatur: omnipotenti deo et ha
ad hominum sustentationem piis obtulimus animis uberesque gratias maximae d
didimus, quae nobis praestitit et bella feliciter agere et honesta pace *per*pot
tantum nostro, sed etiam omni aeuo tam instanti quam posteriori leges optim
(13) omnibus itaque hominibus eandem sanctionem manifestam facere necessarium esse
mus, ut sit eis cognitum, quanta confusione et in*fin*itate absoluti in quantam mo
et legitimam ueritatem peruenerunt: legesque in posterum habeant tam directas q
pendiosas omnibusque in promptu positas et ad possidendi libros earum facili
neas: ut non mole diuitiarum expensa possint homines superuacuae legum n
adipisci uolumina, sed uilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam
13 (14) quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda. Si quid autem
*legum* compositione, quae ab immenso librorum numero collecta est, simile fo
inueniatur, nemo hoc uituperandum existimet, sed primum quidem imbecillitati
quae naturaliter inest, hoc inscribat, quia omnium habere memoriam et penitu
peccare diuinitatis magis quam mortalitatis est: quod et a maioribus dictum e
sciat, quod similitudo in quibusdam et his breuissimis adsumpta non inutilis e
citra nostrum propositum hoc subsecutum: aut enim ita lex necessaria erat,
titulis propter rerum cogn*a*tionem applicari eam oporteat, aut, cum fuerat al
permixta, impossibile erat eam per partes detrahi[1], ne totum confundatur. et i
tibus, in quibus perfectissimae *ui*siones expositae ueterum fuerant, quod parti
eas fuerat sparsum, hoc diuidere ac separare penitus erat inciuile, ne tam se
14 aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo si quid principalibus
nibus cautum est, hoc in digestorum uolumine poni nullo concessimus modo,
stitutionum recitatione sufficiente: nisi et hoc raro ex isdem causis, quibus
15 adsumpta est. Contrarium autem aliquid in hoc codice positum nullum sibi lo
cabit nec inuenitur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiet: sed
nouum inuentum uel occulte positum, quod dissonantiae querellam dissoluit
16 naturam inducit discordiae fines effugientem. Sed et si quid forsitan praetern
quod in tantis milibus quasi in profundo positum latitabat, et, cum idoneum f
obscuritate inuolutum necessario derelictum est: quis hoc apprehendere[2] re
possit? primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem: deinde propter ips
tium, quod multis inutilibus permixtum nullam *sui* ad eruendum praebuit copia

*FCRM* (*u.* 36 inutilibus ... *p.* 115 *u.* 4 perferebant *in litura scripsit* $M^{b}$)

---

[1] distrahi (*Hal.*)? [2] reprehendere (*dett.*)

---

1 nabere $F^{a?}$ | quod] quod et *F* 2 praeposuimus] *FC*, proposuimus *RM* 3 et in] *FM*, et *CR* | in institutionum *M* 4 in *om.* *M* | separari] $F^{1}$, sperari $F^{2}CRM$ 5 coeperit $R^{a}$ | sperauabatur $F^{ac}$ | et *om.* *C* 6 maximareitati $F^{1}$ | reddidimus] $CRM^{b}$, reddimus $FQ^{b}T^{a}$, dreddimus $M^{a}$ 7 praestitit] *CM*, praestitet *F*, praetiterit *R* | perpotiri] *F*, potiri *CRM* | non] no *F* 8 nostrum $M^{a}$ 9 esse *om.* *F* | perspeximus] *F*, prospeximus *CRM* 10 infinitate] *F cum c. Δέδωκεν συγχύσεως*, iniquitate *CRM* | quantam] quam *F* 11 peruenr̄u $M^{a}$? 12 promptu] $F^{2}$, pro $F^{1}$, prompto *CRM* | eorum $C^{a}$ | facilitatem] $FCM^{a}$, felicitatem *R*, felicitates $M^{b}$ | idoneam *C* 13 moles *C* | diuatiarum *R* | expessa $F^{1}$ 14 uoluminas sed $F^{ac}$ 15 in tanta legum] *F*, legum in tanta *CM*, legum in tanta autem *R* | compositionem $M^{a}$ 16 simili *F* | 
paro inueni paro $F^{ac}$ 17 inbecill
18 in ullo *F* 19 diuitates $M^{a}$
simis $F^{1}$ | et nec] etne *F* 22 cogn
cognitionem *CRM* 23 eam *om.* $F^{1}$
confundantur $F^{1}$ 24 perfactissim
siones] *F*, iussiones *CRM* 25 sep
ne] ue $F^{1}$ 26 que *om.* *M* 27
cessimus *R*, concensimus modo *M*
tationes sufficite $F^{1}$ 29 adsem
30 diuersitates *C* | est *om.* *R*
quos *F* 32 effigientem $M^{a}$ | prae
$F^{ac}$ 34 obscruritate *F* | necessa
quis] qui *C* 35 primum *CR* | i
exiguitatatem *F* 36 sui] *F*, sibi
diendum $CM^{b}$ | copiam] $F^{2}CM^{b}$, p
curam $R^{b}$, *inc.* $R^{a}$ | dein $F^{1}$

quod multo utilius est pauca idone*a* effugere, quam multis inutilibus homines praegrauari.

17 Mirabile autem aliquid ex his libris emersit, quod multitudo antiqua praesente breuitate paucior inuenitur. homines etenim, qui antea lites agebant, licet multae leges fuerant positae, tamen ex paucis lites perferebant uel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, uel propter ipsam inscientiam, et uoluntate iudicum magis quam legitima auctoritate lites dirimebantur. in praesenti autem consummatione nostrorum digestorum e tantis leges collectae sunt uoluminibus, quorum *et nomina* antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec umquam audiebant[1]. quae omnia collecta sunt substantia amplissima congregata, ut egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur. antiquae autem sapientiae librorum copiam maxime Tribonianus uir excellentissimus praebuit, in quibus multi fuerant et ipsis eruditissimis hominibus incogniti, quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram compositionem peruenit. sed huius operis conditores non solum ea uolumina perlegerunt, ex quibus leges positae sunt, sed etiam alia multa, quae, nihil uel utile uel nouum in eis inuenientes, quod exceptum nostris digestis applicarent, optimo animo respuerunt.

18 Sed quia diuinae quidem res perfectissimae sunt, humani uero iuris condicio semper in infinitum decurrit et nihil est in ea, quod stare perpetuo possit (multas etenim formas edere natura nouas deproperat), non desperamus quaedam postea emergi negotia, quae adhuc legum laqueis non sunt innodata. si quid igitur tale contigerit, Augustum imploretur remedium, quia ideo imperialem fortunam rebus humanis deus praeposuit, ut possit omnia quae nouiter contingunt et emendare et componere et modis et regulis competentibus tradere. et hoc non primum a nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia: cum et ipse Iulianus legum et edicti perpetui subtilissimus conditor *in* suis libris hoc rettulit, ut, si quid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur[2]. et non ipse solus, sed et diuus Hadrianus in compositione edicti et senatus consulto, quod eam secutum est, hoc apertissime definiuit, ut, si quid in edicto posit*um* non inueniatur, hoc ad eius regulas eiusque coniecturas et imitationes possit noua instruere auctoritas.

19 Haec igitur omnia scientes, patres conscripti et omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summae diuinitati, quae uestris temporibus tam saluberrimum opus seruauit: quo enim antiquitas digna diuino non est uisa iudicio, hoc uestris temporibus indultum est. hasce itaque leges et adorate et obseruate omnibus antiquioribus quiescentibus: nemoque uestrum audeat uel comparare eas prioribus uel, si quid dissonans in utroque est, requirere, quia omne quod hic positum est hoc unicum et solum obseruari censemus. nec in iudicio nec in ali*o* certamine, ubi leges necessariae sunt, ex aliis libris, nisi ab isdem institutionibus nostrisque digestis et constitutionibus a nobis compositis uel promulgatis aliquid uel recitare uel ostendere conetur, nisi temerator uelit falsitatis crimin*i*

*FCRM* (*u.* 1...4 perferebant *in litura scripsit* $M^b$)

[1] audierant (*Mommsen*)? [2] *Dig.* 1, 3, 11

1 est] et $F^a$ | idonea effugere] *F*, idoneae effugere $CRM^b$ | praegrabare $F^1$ 2 aliquod *R* | emersit] *FM*, emerserit *CR* 3 agebant ... 4 lites *om.* $M^a$ | multa $F^1$ 5 uoluntatem $CM^a$ | inditium $M^a$ 6 legitama $M^a$ | praesentem autem consumationem $M^a$ 7 e tantis] et antiquis *C* | et nomina] *F cum c.* Δέδωκεν: οὐδὲ τὰς προσηγορίας, nomina et *CRM* | homines *om.* *CR* 8 sed *om.* $M^a$ | substantiam $RM^a$ 9 quidam *M* 10 sapientia $F^1$ 11 excellentissibus *F* | erudissimis $M^a$ 12 ignoti $M^a$ 15 in eis inuenientes] *RM*, inuenientes in eis *C*, eis inuenientes *F* | nostris] in nostris *R* 16 quina $F^a$ 17 in infinitum] *CR*, in finitum *FM* | decurret $F^1$ 18 formas sedere $F^{ae}$ | mergi $F^1$ 19 innouata *F* 20 inperalem $M^a$ | praeposuit] *FM*, proposuit *CR* 21 et emendare] emendare *C* 22 dictum] dictum edictum $F^{ae}$ | ab antiqua] ab tiqua *R* 23 prosapian cum $F^{ae}$, prosapia sed *R* | et edicti] edicti *CR* | in *om.* *CRM* | suus $C^a$ 24 retulerit *R* | quid dimperfectum $F^1$ | imperialii $F^{ae}$ | sactione *F* 25 diuis $M^a$ | aedictis $M^a$ 26 eam] eum $F^1$ | definitiuit *F* | positum] *F*, posito *CRM* 27 inenitur $F^1$ 28 scientias $F^1$ | et *in transitu a u. ad u. bis F* 29 uetris *F* | temporis *C* | saluberrimam $M^a$ 30 uestris] nostris *M* 31 hasce] has *C*, has** $M^a$ 32 quiscentibus *F* 33 quia *om.* $F^1$ | hic *om.* $R^a$ 34 censeimus $F^{ae}$ | in alio] *F*, in aliquo *RM*, aliquo *C* 35 nostrisque digestis et constitutionibus *bis* $F^1$ 36 uel recitare] recitare *CR* | crimini] *Q*, crimine *FCRM*

subiectus una cum iudice, qui ei audientiam accommodabit[1], poenis grauissimis
20 Ne autem incognitum uobis fiat, ex quibus ueterum libris haec consummatio or
iussimus et hoc in primordiis digestorum nostrorum inscribi, ut manifestissimum s
bus legis latoribus quibusque libris eorum et quot milibus hoc iustitiae Romana
20*a* aedificatum est. Legis latores autem uel commentatores eos elegimús, qui di
opere fuerant et quos *et* anteriores piissimi principes admittere non sunt indign
bus uno dignitatis apice impertito nec sibi quodam aliquam praerogatiuam uindic
enim constitutionum uicem et has leges obtinere censuimus quasi ex nobis pr
quid amplius aut minus in quibusdam esse intellegatur, cum una dignitas, un
21 omnibus est indulta? Hoc autem, quod *et* ab initio nobis uisum est, cum
fieri deo adnuente mandabamus[2], tempestiuum nobis uidetur et in praesenti s
nemo neque eorum, qui in praesenti iuris peritiam habent, nec qui postea fuer
commentarios isdem legibus adnectere: nisi tantum si uelit eas in Graecam uoc
formare sub eodem ordine eaque consequentia, sub qua uoces Romanae po
(hoc quod Graeci κατὰ πόδα dicunt), et si qui forsitan per titulorum subtilitatem
maluerint et ea quae παράτιτλα nuncupantur componere. alias autem legum i
tiones, immo magis peruersiones eos iactare non concedimus, ne uerbositas eoru
legibus nostris adferat ex confusione dedecus. quod et in antiquis edicti perp
mentatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc atque illuc in diu
tentias producentes in infinitum detraxerunt, ut paene omnem Romanam sancti
confusam. quos si passi non sumus, quemadmodum posteritatis admittatur ua
dia? si quid autem tale facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei constituant
mina *autem* eorum omnimodo corrumpentur. si quid uero, ut supra dictum est,
fuerit uisum, hoc ad imperiale culmen per iudices referatur et ex auctoritat
22 manifestetur, cui soli concessum est leges *et* condere et interpretari. Eandem a
nam falsitatis constituimus et aduersus eos, qui in posterum leges nostras pe
obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim, id est et nomina prudentium
et librorum numeros, per consequentias litterarum uolumus, non per sig*l*a manif
ut, qui talem librum sibi parauer*i*t, in quo sig*l*a posita sunt in qualemcumque l
uel uoluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum: neque enim licentiam ap
tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacumque sua parte sig*l*orum h
tiam. ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit, non solum crimin
secundum quod dictum est plectetur, sed etiam libri aestimationem in duplu

*FCRM*

---

[1] qui eorum audientiam patiatur *Dig.* (*u. i.*)   [2] *c.* 1 § 12 *h. t.*

---

1 uoluerit *PL* | uero *om. L* 2 *s. a. Hal. PL et D ad c.* 1 | XIII k.] *Hal.*, iiiix *P*, xiiii *LD* | VIII et … 3 conss.] uiii et theodoti. iii conss. *D, om. PL* 5 de officium *S* | iudicum militarium (—tari *S*)] *SCM Th.* 1, 21, mil. iud. *R* 6 impp. *PC*, mpp. *R* | ual. theod. et arc.] *SQW*, ualt. theod. et honr. *PCR*, ho (ho *del.*) ualerius honorius et theod. *M* | aa. *C* 7 magistri *S* | utriusque] usque *P* | in] omni *R*[a], *om. Th* | tutio *R* 8 *s. a. Th. Hal. P* | constant. *om. P* | III] iu *P* 9 conss.] u. c. conss. *Th.* 10 impp. hon. et theod.] *SQ*, impp. theod. et hon. *CR*, idem aa. *M* | manasio *C*, moanasio *R* | pp.] p. *M* 11 curiales] *R*, curialis *CM* 12 agentum] *R*, argentum *C*, agentium *M* | ligare *M*[a] 13 comiticium *M* | quidem *M* 14 *s. a. Hal. Paris.* 4518 | eudoxio politeo. dam ypalatlio conss. *Paris.*, eudoxiopoli *om. Hal.* 16 ualent. et theod. *S* | anatholium *S*, anotalio *R* | mag. mil.] i m *R*, magistro militi *M* 17 in uirorum] iniuriorum *M*[a] | ducum *om. C* | officiu *C*[a] | militauerit *CRM: possis etiam hoc retinere, si supra pro* de his *scribas* dehinc | argentum *C* 18 uice *M* 19 nostro *R* 20 inuenire *M*[a] | conabitur *M* | spoliatur *C* | proscriptiones *M*[a] | constringantur *CR* 21 *s. a. Hal.* 22 nomo] *M Nou. Theod.*, non. *S*, nemo *C*, nemio *R* | magistri *S* | limitum] *Nou. Th.*, militum *CRM* 23 sunt cauendae *CR* 24 magistris *M* 25 diuturquae *M*[a] | castorum *M*[a] 26 luxuriarumque *CRM*, lusuriarumque *Nou. Th.*, χλουσοριῶν *B* | principe] *M Nou. Th.*, principem *C*, principibus *R*, τῷ ἄρχοντι *B* | pro latorum *M* 27 limitaneaeorum *M*[a] | duodecam *M*[a] | scilicet *CR* 28 *s. a. Nou. Th. Hal.* | pridie] II *Hal.* 29 conss.] uu. cc. conss. *Nou. Th.*

5 Ἀρκείσθω τοῖς ἐξ ἔθους σιτηρεσίοις ὁ δοὺξ καὶ τοῖς ἐκ τῆς δωδεκάτης τῶν ἐκ τῶν πολεμίων ληφθέντων μοίρας ἐν χρυσῷ διδομένης παρὰ τῶν ἐνδόξων ἐπάρχων καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ κατὰ ἀπαίτησιν ἢ κατὰ ἐκουσίαν τοῦ διδόντος προαίρεσιν κομιζέσθω. [B 6, 1, 97]

## XXXXVII

## ℞ NE COMITIBVS REI MILITARIS VEL TRIBVNIS LAVACRA PRAESTENTVR ℞

1 IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO PP. [Th. 7, 11, 1 mut. B 6, 1, 98] Omnem inquietudinem a curiis et ciuitatibus praecipimus prohiberi nec ulla priuata ab his succendi balnea ad tribunorum uel ducum aliorumue militarium comitum usus nec adaerationem aliquam pro hac causa profligari. illustribus enim tantum uiris comitibus ac magistris militum (si tamen id uoluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli poena uiolatoribus huius sanctionis imminente. D. V K. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. VI ET PROBO CONSS. [Th. 7, 11, 2] a. 406

## XXXXVIII

## ℞ DE OFFICIO DIVERSORVM IVDICVM ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD DOMITIVM CELSVM VICARIVM. [Th. 1, 22, 1] Nemo iudex officialem ad eam domum, in qua mater familias agit, cum aliquo praecepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat, cum certum sit debita eius, quae intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius uel cuiuscumque rei habita distractione, publicis necessitatibus posse seruari. quod si quis in publicum matrem familias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali poena plectetur. D. III ID. IAN. TREVIRIS SABINO ET RVFINO CONSS. a. 316

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PRINCIPIVM PV. [B 6, 1, 116] Singuli quique iudices sciant celsioribus uiris et his, quorum nonnumquam iudicio prouehuntur, honorificentiam esse debitam praestandam, nec in subscriptionibus suis fratres audeant nominare, apparitione multanda, cuius haec cura est. D. ID. FEBR. RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

3 IDEM AAA. CONSTANTIO[1] PP. GALLIARVM. [12, 29, 2 mut. Th. 6, 26, 5 B 6, 1, 117] Sciant principes et cornicularii et primates officiorum, iudices etiam[2], ternas libras auri a suis

*P* (48) *L* (48 ℞ 1. 2. 50 ℞ 48, 3) *CRM: index* 46, 5 *restitutus est ex B*

---

[1] Constantiano (6, 55, 9 *Th.* 15, 14, 8)? [2] iudices etiam *tuentur B* (μετὰ τῶν ἀρχόντων), *om. l. gem. cum Th.*

---

1 constitutio graeca *W Hal. alii* 5 ne] de *RM*ᵃ*?* | militaribus *S* | uel] ne *M* | tribus *R* 6 praesentetur *S*, praestantur *R* 7 imppp. arc. (mpp. archad. et *R*) hon. et theod. aaa. *RM Th.*, impr. honorius et arcadius aa. *S*, impp. arc. et hon. et th. aa. *C* 8 pp.] p. *M* | ullas priuatas … balneas *Th.* 9 succendi] *Th.*, succendendi *C*, succedendi *RM*, ὑποκαυθῆναι *B* | militiarum *R* 10 adrationem *M* | profrigari *C*ᵃ, confligari *R* 11 magistris] *C Th. B*, magistro *RM* | uoluerit *CR*ᵃ 12 *s. a. Th. Hal.* | constant. *om. Hal.* 13 conss.] uc. conss. *Th.* 16 ad domitianum celsum uicarium *PL*, a domitio celso uicario *M* 17 estimet *RM* 18 publico *M* | eius] eis *L*ᵃ 19 consideratos *C* 20 seruari] relaxari *P*ᵗ*L*ᵗ, proseruari *R* 21 credidit *PLR* | intra *R*, in *M*ᵃ 22 *s. a. Th. Hal. PL* | III id. ian. treu.] IIII id. august. *Hal.*, treuiris … conss. *om. PL.* 23 impp. *PLC*, mpp. *R* | ualent. (ualentinus *M*) theod.] ualt. et theod. *PL*, theod. u. *R* | aa. *C*, *om. L* | ad principium] *M*, principibus *S*, ad principem *PL*, ad principes *CR* | pu.] *S*, pum *PL*, p. *M*, populi *CR* 24 quoque *C* | uiris] iuris *P* | quorum] qui *PL*: ὧν τῇ κρίσει *B* | proproueuntur *L*ᵃ*?* 25 esse deb.] *PL*, deb. esse *CRM* | in prosubscriptionibus *CR* | suis] *RM*, sunt *C*, *om. PL* 26 numerare *R*ᵃ | multandam *C*, mulcta *P*ᵃ | haec *om. P*ᵃ | *s. a. Hal. PL* | ricomere (richom. *Hal.*) … 27 conss.] chomere *PL* 28 idem] imp. *P*ᵃ | aa. *PLC* | constantio] *M l. gem. Th.*, constantino *PLCR* | pp.] p *M* | gallinarum *R* 29 primates] principes *P*ᵗ*L*ᵗ | iudicesque etiam *PL* | a] ex *l. gem. deficit Th.*

facultatibus eruendas, si honoratis uiris, quibus etiam consistorium nostrum ingrediendi facultas praebetur, secretarii iudicum non patuerit ingressus aut reuerentia non fuerit in salutatione delata aut sedendi cum iudice societas denegata. D. VI ID. NOV. TREVIRIS TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

## XXXXVIIII

## ℞ VT OMNES TAM CIVILES QVAM MILITARES IVDICES POST ADMINISTRATIONEM DEPOSITAM PER QVINQVAGINTA DIES IN CIVITATIBVS VEL CERTIS LOCIS PERMANEANT ℞

1 IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Nemo ex uiris clarissimis praesidibus prouinciarum uel
consularibus aut correctoribus neue qui administrationis maioris infulas meruerint, id est
uiri spectabiles proconsules uel praefectus Augustalis aut comes Orientis aut cuiuslibet
tractus uicarius aut quicumque dux uel comes cuiuslibet limitis uel diuinarum comes
domorum, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere de locis, quae rexisse noscitur,
1 antequam quinquaqinta dierum constitutus numerus finiatur. Sed per id tempus praesides
quidem et consulares nec non correctores in metropoli, spectabiles uero iudices tam ciuiles
quam militares in ciuitatibus administratae dioeceseos illustrioribus publice, nec domi uel
intra sacrosanctos terminos uel regiones aut potentes domos latitantes, sed in celeberrimis
locis ante omnium quos nuper gubernauerant ora uersentur, ut pateat omnibus facultas
libera super furtis aut criminibus querimoniam commouendi, ita ut ab omni defensus
iniuria prouisione post eum administrantis ac periculo officii nec minus curialium et
defensoris ciuitatis, iuratoriae tantum cautioni commissus, postquam fuerit in querimoniam
2 deuocatus, pulsare uolentibus (ut dictum est) pro legum ratione respondeat: Nec ullam ante
praefinitum tempus de prouincia discedendi excusationem ei tribuat uel diuina reuocatoria
uel codicilli alterius administrationis oblati uel praeceptum amplissimae tuae sedis, ut
alterius prouinciae moderatoris uices obtineat, aut praeceptum praefatae uel alterius ciuilis
seu militaris cuiuscumque potestatis, ut quamcumque sollicitudinem publicam gerat aut exhibeatur uel deducatur, aut postremum cuiuslibet artis astutia, cuiuscumque occasionis
excogitata calliditas excludatur, ut modis omnibus, quae pro uniuersarum prouinciarum
3 salute sancimus, sortiantur effectum. Quod si quis temeritate punienda saluberrimam
legem circumscribendam uel uiolandam crediderit, licet et maiestatis reus non immerito
iudicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur:
simili poena plectendo, qui post eum administratione suscepta minime eum curauerit honeste
4 (1) retinendum aut super eius fuga protinus referendum. Administrationem autem deponere
non uolumus decessorem, antequam successor ad prouinciae fines peruenerit, licet litteris

*P* (48) *L* (48) *CRM*

---

1 eruendas] *C l. gem. Th.*, seruandas *PLRM*$^a$, eruandas *M*$^b$ | honeratis *PL* | quibus *om. R* | consistorio nostro *R*, consisto* nostrum *M*$^a$ | ingredi. e. difficultas (*sic*) *P*$^a$ | patuerint *R* 3 societate negata *R* | *s. a. Th. Hal.* *P*$^b$*L*, *inc. P*$^a$ | treuiris (tyberiade *Hal.*) ... 4 conss.] missa ad antiochum (*ex* 50, 2 *inscr.*) *P*$^b$*L* 4 conss.] uu. cc. conss. *Th.* 6 omnem *S* | iudices *om. R*$^a$, *ante* tam *collocat M* 7 positam *R*$^a$ 8 certis] aliis *M* 9 permaneatur *R* | 10 zeno] ge *R* | pp.] p. *M* | prouintiarum praesidibus *R* 11 insulas *R*, inful*as *M*$^a$ | meruerunt *C* 13 limitis] *Q*, militis *RM*, militiae *C* 14 fuerat *M*$^a$ | quae] quos *M* | rescidisse *R* 15 quaginta *M*$^a$ 16 correctore *R* | in *om. M* 17 nec] *CR*, uel *M* 18 domus *C* 19 omnes *M* | gubernauerat *CRM* | libera facultas *M* 20 querimonia *C* | commonendi *M* 21 ac (a *M*) periculo] siue periculum *R* 22 ciuitatum *CR* 24 tribuit *R* | euocatoria *R* 26 moderatori uice *C*, me*eratoris uices *R*$^a$ 28 cuiuscuiuslibet *R* | astuti *C* | occasioni *CR* 29 callidatas *M* | modis *om. M*$^a$ | uniuersarium *C* | prouinciarum *om. C* 30 sortiantur eff.] *C*, sanciantur eff. *R*, eff. sotiatur *M* | salub.] ad salub. *C* 31 circumscibendam *M*$^a$ | uiolendam *M*$^a$ 32 multa *C* 33 eum curau.] curau. *C* 34 referendum] requirendum *C* | non uolumus deponere *M* 35 quam ante *C* | deperuenerit *M*$^a$

5 (2) ad eum seu programmate uel edicto ad officium et prouinciales usus fuerit. Ipse autem, qui praesentem fugiens non obseruauerit legem, ubicumque repertus fuerit, licet in hac florentissima ciuitate, ad prouinciam sine ullo penitus obstaculo praeceptione tui culminis, cura etiam uiri clarissimi rectoris prouinciae, in qua repertus fuerit, deducetur, per sex mensuum curricula ibidem moraturus, quatenus interea minime crimina possint uel furta
6 celari. Officium etiam, quod eum (debito tamen honore seruato) non prohibuerit contra
7 (3) legis tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio ferietur. Quod si intra [B 6, 3, 9] quinquaginta dierum numerum fuerit forte pulsatus et praefato elapso tempore necdum finita lis fuerit, ciuiliter quidem super furtorum sceleribus pulsatus dato procuratore instructo post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi: accusatione uero super criminibus facta per inscriptionum laqueos irretitus usque ad terminum causae ibidem necessario
8 (4) perdurabit. Sciant autem uniuersi iudices, apud quos uel administrationis iure uel ex praecepto amplissimae tuae sedis huiusmodi controuersiae ciuiliter uel criminaliter uentilantur, intra uiginti dierum spatium debere se praefata litigia, postquam orta fuerint, terminare. nam si supersederint, ipsos quidem decem librarum auri condemnationem subire censemus, accusationem uero seu ciuilem intentionem semel in iudicium deductam praefato modo legitime terminari. D. V ID. OCT. CONSTANTINOPOLI ZENONE A. II CONS. a. 475

# L

## ℞ DE OFFICIO EIVS, QVI VICEM ALICVIVS IVDICIS OBTINET ℞

1 IMP. GORDIANVS A DOMITIO PP. In causa, quae spectat ad utilitatem rei publicae, eum, qui uice praesidis prouinciae administrat, potuisse cognoscere in dubium non uenit. sane si in aliquo captum est ius rei publicae, iuxta scita diuorum principum defensores rei publicae (si modo adesse fiduciam negotio putant) restitutionis auxilium possunt flagitare. D. III NON. NOV. SABINO II ET VENVSTO CONSS. a. 240

2 MANDATA IMPP. THEODOSII ET VALENTINIANI AA. MISSA AD ANTIOCHVM PP. PER REFERENDARIVM, QVAE SIC HABENT: Suggerente magnificentia vestra docta imperialis aeternitas debere eos, qui praeceptione principali seu uestrae sedis amplissimae tueri locum rectorum prouinciarum noscuntur, auctoritatem habere tutores seu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere ad alienandas minorum similiumque eis personarum seu curialium facultates, emancipationes quoque legibus celebrare et omnia quae ad iurisdictionem rectoris prouinciae pertinent actitare, praecipere dignata est pro dispositione uestrae celsitudinis praefatas huiusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. D. PRID. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI HIERIO ET ARDABVR*E* CONSS. a. 427

*P* (50 ℞ 2) *L* (50 ℞ 48, s. 50, 2) *CRM*

---

1 grammate $M^a$ | edictis *C* 3 obstaculo *om. C* 4 deducitur $R^a$ 5 mensium *M* | intereea $M^a$ | possint furta uel crimina *M* 6 eum] eam $R^a$ 9 lis] res *M* | instucto $M^a$ 10 habet *M* | accusationem *CM* 13 uentilentur *M* 14 se *om.* $M^a$ 15 condempnationes subicere *R* 17 *s. a. Hal.* 19 officium *S* | uice *R* | iudicis *om. M* 20 optinent *S*, amministrat *R* 21 impp. *C* | pp.] *R*, uicarum *S*, *om. CM* | quae spectat] *C*, spectata *R*, que inspectat *M* 22 prouinciam *M* 23 in aliquo] mali quo* $M^a$ | ius] huius *C* | scita] *M*, sit a *C*, sita a *R* 24 possint $M^a$ 25 *s. a. Hal. Taurin. F II* 12 | d. III non. nou.] *Hal.*, pp. iii non. feb. *Taur.* 26 mandata ... 27 habent] impr. theod. et ualentinianus aa. anticho pp. *S*, antiochum per referendarium quae sic habent *PL* (*cf. ad p.* 153, 3), mandata impp. th. et ualentini augusti (aug. *om. M*) missa ad antiochum (missa antiocho *C*) pp. *CM*, mandata impp. th. et ual. augusti missa antiocho pp. referendarum q. s. h. *R* 27 imperalis $M^a$ 29 auctoritate *C* | dare seu curat. petent. *CR* 30 minorumque *CR* | seu] siue *PL* 31 iurisdicciorem $P^a$ 32 dignatus est $L^a$, dignita est *R*, dignitate est *C*, est *om.* $M^a$ 33 praefatos *M* | licentiam abere $P^bL$, habere *om.* $P^a$ | *s. a. Hal.: in L est* d. 34 ardaburio *Hal.*

# LI

# R DE ADSESSORIBVS ET DOMESTICIS ET CANCELLARIIS IVDICVM R

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. PAVLINO. Studiorum labor meretur, [B 6, 1, 62] ut hi, qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi consiliorum participes cupiunt, spe praemiorum atque honorificentia sua prouocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili et necessitate incongrua libertati. D. PRID. ID. IVL. TIBERIA*DE* *MAXIMO II ET AQVILINO* CONSS. a. 286

2 IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM PP. Praesides non per adsessores, sed [B 6, 1, 63] per se subscribant libellis. quod si quis adsessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit, mox adsessor qui subscripsit exilio puniatur: praesidis uero nomen ad nos referri iubemus, ut in eum seuerius uindicetur. D. XV K. SEPT. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS. a. 320

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PP. Consiliarios iudicum et [B 6, 3, 13] cancellarios et eos, qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem
1 quinquaginta dies in prouincia residere praecipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit: eaque in quadruplum restitui iubemus, quae desiderantur ablata, ut duplum spoliatus accipiat, duplum noster fiscus adquirat. D. VI K. IAN. MEDIOLANI THEODO*RO* CONS. a. 399

4 IDEM AA. ET THEODOSIVS *A.* AD CAECILIANVM VICARIVM. Domesticus iudicis [B 6, 1, 64] a publicis actibus arceatur. quod si necessitatibus publicis sese conuictus fuerit miscuisse, statim eum ad maioris potestatis examen deduci oportet, ut competens in eo uindicta promatur. D. VI ID. APRIL. HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS. a. 404

5 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SELEVCO PP. Nemo in prouinciis, qui semel domestici uel cancellarii ministerium gesserit, ad eandem obseruationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. D. III ID. DEC. RAVENNAE AA. X ET VI CONSS. a. 415

6 IDEM AA. VITALIANO DVCI LIBYAE. Nemo de domesticis ducum [Th. 8, 1, 16 B 6, 1, 65] uel comitum militarium, officiis eorum connumeratus [1], post completum sui temporis actum ad eandem rursus sollicitudinem audeat adspirare: decem auri librarum condemnatione proposita, si quis hanc uiolare uoluerit sanctionem: eadem poena officio quoque coercendo [2], si per ambitionem uel auaritiam ex his aliquid temerari concesserit. D. VIIII K. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II CONSS. a. 417

7 [3]IDEM AA. EVSTATHIO PP. Velut castrense peculium filii [Th. 1, 35, 2 B 6, 1, 66. 31, 3, 5]

*P* (51, 7) *L* (51, 7) *CRM*

---

[1] nemo de numerariis tui officii seu domesticis uel scriniariis siue adiutoribus *Th.* [2] proposita *Th.* [3] *iunge* 2, 7, 4

---

2 et domesticis *om.* *S* | et *om.* *M* | callellariis $R^a$ 3 iudicum *om.* $M^a$ 4 maxim. et diocl. *S* | ineretur *R* 6 putant esse] putantes *M* 7 *s. a. Hal.* 8 tiberiade ... conss.] *ita emend. Mommsen*, tyberio et maximo coss. *Hal.*, *idem in addendis* tyberiano et dione coss. 9 a. *om.* *R* | pp.] *CRM*, pu. *S* | sed] et *R* 10 subscribant] *M*, subscribent *CR* 11 ad nos] et hiops $M^a$ 12 *s. a. Hal.: in Paris.* 4518 *est* pp. 14 impp.] ip. *M* | et hon. aa.] a. *S*, aa. *om.* *M* | messalino p. *M* 18 accipiat] *M*, accipiat ut *R*, accipiat et *C* | *s. a. Hal.* 19 theodoro cons.] theodosio et rumoridio coss. (= a. 403) *Hal.*, *sed neque imperatorum nomina neque Messalae praefectura huic anno conueniunt: cf. ad* 1, 9, 10. 1, 11, 3 20 idem aa. et theod. a. (a. *om.* *CR*)] *CR*, impr. theod. et archadius aa. *S*, ip. theodosius *M* | celicianum uicarium *R*, cecilio uicario *M* 21 a] ac *R* | sese] esse *R* 22 maiores $M^a$ | uindicta promatur in eum *M* 23 *s. a. Hal.* 25 ambitione] obseruatione *M* 26 *s. a. Hal.* 27 aa.] a. *SM* 28 connumeratos *M* 29 rursus soll.] *M Th.*, soll. rursus *CR* | decem *om.* *C* | librarum auri *M* | condempnationem $M^a$ 30 eandem poena *C*, eandem poenam *M* 31 ex his] *M Th.*, et id *CR* | aliquod *CR* | *s. a. Th. Hal.* | VIIII] *Th.*, VIII *Hal.* 32 constantinop. *om.* *Hal.* | conss.] uc. conss. *Th.* 33 aa.] a. *SR* | eustathio] *W Th.*, eustachio *PLM*, eustasio *CR*, asclepiodoto *S* (*u. p.* 156, 4) | castense $M^a$

familias adsessores etiam post patris obitum uindicent, qui consiliis propriis administratores iuuare consueuerunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. D. x k. April. Constantinopoli Honorio xiii et Theodosio x AA. conss. a. 422

8 Idem AA. Asclepiodoto pp. Nullus iudicum ad prouinciam sibi [Th. 1, 35, 3 B 6, 1, 67] commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici uel cancellarii nomen imponat, nec profectum ad se undecumque suscipiat, ne famae nota cum bonorum publicatione plectatur. periculo enim primatum officii cancellarios, sub fide gestorum ex eodem officio[1] electos iudicibus adplicari iubemus, ita ut post depositam administrationem[2] nec militiam deserant et prouincialibus praesentiam sui exhibeant, quo uolentibus sit accusandi eos facultas. si enim idonea causa exegerit, ad detegenda iudicis flagitia et quaestioni eos subdi oportet. D. prid. k. Iun. Constantinopoli Asclepiodoto et Mariniano conss. a. 423

9 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. ad Tavrvm pp. Si post depositam administrationem iudicum praesentiam uel exhibitionem domesticorum querimonia prouincialium aut curialium uel aliqua publica necessitas postulauerit, per eosdem administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibusque tradantur. D. v non. Ivl. Constantinopoli Theodosio A. xiv et Maximo conss. a. 433

10 Idem AA. Florentio pp. In consiliariis obseruari cen- [B 6, 1, 68 Pot. p. 158 not. 67] semus, ut in eum, qui in sua prouincia ultra quattuor menses moderatoribus adsederit aduersus leges antiquas et diuorum retro principum scita[3], proscriptio bonorum et accusatio publici criminis immineat, nisi per caeleste oraculum uel amplissimae tuae sedis praeceptionem sese defendat. D. xiii k. Febr. Theodosio xvii et Festo conss. a. 439

11 Idem AA. Zoilo pp. Orientis. Non parum adsessoribus magistratuum maio- [B 6, 1, 69] rum quam ipsis iudicibus nostrae beniuolentiae liberalitas tribuenda est. ideoque consiliarios uirorum illustrium praefectorum tam praetorio quam huius inclitae urbis eminentissimorumque magistrorum militum nec non etiam uiri illustris magistri officiorum, siue praedicto officio iam functi sunt seu fungentur in posterum, post depositum etiam officium ab omni [12, 9, 1] indictionis onere seu ciuilium seu militarium iudicum prorsus immunes esse praecipimus, ut nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet grauamine[4] penitus iniungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis damnatione multando, si quid aduersus statuta clementiae nostrae innouari concesserit. D. v k. Mart. Theodosio A. xviii et Albino conss. a. 444

12 Impp. Valentinianvs et Marcianvs AA. Palladio pp. Liceat omnibus [B 6, 1, 70] iudicibus illustri praeditis potestate consiliarios sibi eosdem secundo ac tertio et saepius iniungere, quia qui semel recte cognitus est, ob hoc solum non debet, quod iam probatus est, improbari. D. . . . . . . Valentiniano A. . . . . . a. 450 *uel*

*P* (51, 7) *L* (51, 7) *CRM*

---

[1] ex eodem officio *om. Th.* [2] per continuum triennium *ins. Th.* [3] *Th.* 1, 35, 1 [4] priuato uel publico *ins. l. gem.*

---

1 etiam *om. Th.:* ὡσανεὶ ἰδιόκτητον ἐχέτω πεκούλιον καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ... ἐκδικείτω *B* | amministratorumres *R*, administrat**** $M^a$ 2 consuerunt *CR* | quis $M^a$*?* | licitis] dignis *PLM*$^b$ | quoadiuuare *CR*$^a$ | potuerunt *CM* | *s. a. Th. Hal.: in L est* d. | x *om. Hal.* 4 asclepiodoto] eustasio *S* (*u. p.* 155, 33) 5 deducere audeant *R* 7 periculum *M* | priuatum *R* | calcellarios *R* | iustorum *R* 8 elector *M?*, electionibus *R* | adplicari] et applicari *R* | positam $M^a$ 9 exibeat *R* | eas *R*$^a$ 10 facilitas *Th. libri plerique* | idoneam causam *R* | tegendam $M^a$, tegenda $M^b$ 11 *s. a. Th. Hal.* | iun. const.] *Th.*, iul. *Hal.* | conss.] uu. cc. conss. *Th.* 12 ualentinus *M* | aa. *om. M* | pp.] p. *M*, *om. SCR* | administratione *M* 13 iuditium $M^a$ 14 alia *M* 15 *s. a. Hal.* 17 florentio] *SW*, floriano *CR*, floro *M* | pp.] p. *M* 20 caelestem *CR* | tuae *om. CR* | praeceptione *M* 21 *s. a. Hal.* 22 pp.] p. *M* | partum *R* | maiorum magistr. *M* 23 liberalitatis *M* | consciliarius *M* 25 magistorum *M* | etiam] *M*, etiam et *CR* | magistri] et magistri *C* 26 fungentur] signentur *R* | depositum] debitum *CR* 27 indictione *C* | seu mil.] uel mil. *R* 28 ut nec ... eis *om. R* | nec ab] ne ab *C*, nec *M* | scipiendo *R*$^a$ 29 iniungantur *R* 30 mulctanda *R*$^a$ | aduersus] contra *R* | concesserint *R*$^a$ | *s. a. Hal.* 32 martianus et ualentinianus *S*, ualentinus et martianus *M* | pp.] p. *M* 33 praediti *C* | ac tertio] actio *R*$^a$, a tertio $M^a$ 34 non debet ob hoc solum *M* | probatum *CR* 35 *s. a. Contius* 1562: *apud Hal. est subscriptio c.* 13

13 *Αὐτοκράτωρ Ζήνων Α.* [B 6, 1, 71. 7, 1, 1

Μηδέποτε χωρὶς τῶν ἀρχόντων οἱ συμπόνοι αὐτῶν δικαζέτωσαν τὰ ἐκείνων τιθέντες ὀνόματα.

D. VI K. IVL. POST CONSVLATVM LONGINI. a. 487

14 IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Nemo ex his, qui aduocati cau- [B 6, 1, 72. 7, 1, 2
sarum constituti sunt uel fuerint, et in hac regia urbe in quocumque iudicio deputati et
in aliis omnibus prouinciis nostro subiectis imperio audeat in uno eodemque tempore tam
aduocatione uti quam consiliarii cuiuscumque magistratus, quibus res publica gerenda
committitur, curam adripere, cum sat abundeque sufficit uel per aduocationem causis per-
fectissime patrocinari uel adsessoris officio fungi, ne, cum in utrumque festinet, neutrum
bene peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cum debita sollertia implere possit,
uel si adsessionem elegerit, in ea uidelicet permaneat, ita tamen, ut post consiliarii sollici-
1 tudinem depositam liceat ei ad munus aduocationis reuerti. Nec sit concessum cuidam
duobus magistratibus adsidere et utriusque iudicii curam peragere (neque enim facile cre-
dendum est duabus etiam necessariis rebus unum sufficere: nam cum uni iudicio adfuerit,
altero abstrahi necesse est sicque nulli eorum idoneum in totum inueniri), sed altera ad-
2 sessione penitus semota unius magistratus esse contentum iudicio. Nec callidis machinatio-
nibus huiusmodi legem putet quis esse circumscribendam et, si non consiliarii signum quod
solitum est chartis imponat, sed alias quasdam litteras excogitatas adsimulauerit, existi-
mari ei licere fungi quidem memorato officio, sub huiusmodi tamen umbra latere, cum in
legem committunt hi, qui uigorem eius scrupulosis et excogitatis artibus eludere festinant.
3 Neque sibi blandiri quemquam oportet, quod et praesentis legis aculeos possit euadere,
quemadmodum et anteriores leges super hac re positas deludebat. si quis etenim in tali
commisso fuerit inuentus, sciat se de matriculis aduocatorum penitus esse delendum et
decem librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturum, per uirum illustrem
comitem rerum priuatarum exigendam, et aliam maiorem regalis culminis subiturum offen-
sam, cum nec ipse iudex, qui hoc fieri passus est et sciens prudensque hoc commiserit,
4 sine imperiali commotione remanebit: Eadem poena subiciendo etiam eo uel eis, qui in
his causis, quarum patrocinium adepti sunt quibusque aduocationem suam praestiterint,
adsessionis cuiuscumque magistratus colore audeat uel audeant iudicare, ne adfectionis
suae aduocationis memor incorrupti iudicis non possit nomen perferre. D. V K. OCT.
CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 529

15 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*p* (51, 14) *L* (51, 14 *in fine libri primi*) *CRM: indicem c.* 13 *restituimus ex B*

---

1 constitutio graeca *R Hal. alii: inscriptio restituta est ex subscriptione* 2 αὐτῶν *om. B* 6, 1, 71 | δικαζέτωσαν] *magis ad uerba constitutionis accedere uidetur BΣ* 7, 1, 1 μήτε τὰς προκατάρξεις ποιείτωσαν μήτε τὰς ἀποφάσεις 3 *s. a. Hal. ad c.* 12 | longini] decii et longini *Hal., cf.* 2, 7, 17. 4, 20, 14. 7, 51, 5. 9, 5, 1 4 iustinus a. demostani p. *M* 5 in quoc.] quoc. *M* 6 que *om. M* 7 cuiusque *CR* | magistatus $M^a$ 8 sat] satis $p^b LCM^b$ 11 assessione *C* 12 licea $L^a$ | minus $M^a$ 13 enim *om. pL* 14 duobus *L* 15 sicque] sic denique *p* | sessione *p* 18 assimilauerit *R* | existimare *C* 19 quid *R* | latere (latore $R^a$) umbra *CR* | cum] e cum $R^a$ 20 lege *CM* | hii *M* | scripulosis *L* | et *om. L* 21 quemqua *M* | et] *LM*, qui et *p*, et de *CR* | aculeo *CR* 22 deludeat $CR^a$ 23 fuerit inuentus commisso *M* | de] et *p*, e *L* | aduocatorium *C* | deludendum *p* 25 et] et in *C* | criminis $R^a$ 26 hoc comm.] comm. *M* 27 commoratione $M^a$ 28 adempti *p* 29 adsessionis] *Contius cum B:* εἶτα τῷ αὐτῷ σχήματι δικάζων συμπόνου, adsessiones *libri* | colore] *W*, colere *pLCRM* | uel audeant] uel audebit *p*, *om. M* 30 proferre *M* | *s. a. Hal. L* 31 calchedone *L* 32 *Graecam Iustiniani constitutionem hoc loco desiderari eiusdem argumenti, cuius est c.* 13 *h. t., ex Nou.* 60 *c.* 2 *colligitur*

## LII

## ℞ DE ANNONIS ET CAPITV ADMINISTRANTIVM VEL ADSESSORVM ALIORVMVE PVBLICAS SOLLICITVDINES GERENTIVM VEL EORVM, QVI ALIQVAS CONSECVTI SVNT DIGNITATES ℞

1 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Florentio pp. Omnibus tam [B 6, 1, 101] uiris spectabilibus quam uiris clarissimis iudicibus, qui per prouincias siue militarem siue ciuilem administrationem gerunt, nec non comiti commerciorum, magistro aeris siue priuatae rei, rationali per Ponticam atque Asianam dioecesin et adsessoribus iudicum singulorum in praebendis solaciis annonarum hic fixus ac stabilis seruabitur modus, ut ea pro annonis et capitu dignitati suae debitis pretia consequantur, quae particularibus delegationibus soleant contineri. D. iii k. Ivn. Constantinopoli Theodosio xvii et Festo conss. a. 439

## LIII

## ℞ DE CONTRACTIBVS IVDICVM VEL EORVM QVI SVNT CIRCA EOS ET INHIBENDIS DONATIONIBVS IN EOS FACIENDIS ET NE ADMINISTRATIONIS TEMPORE PROPRIAS AEDES AEDIFICENT SINE SANCTIONE PRAGMATICA ℞

1 Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Quicumque ad- [B 6, 3, 23 ed. Fabrot. et 51 ed. Heimb.] ministrationem in hac florentissima urbe gerunt, emere quidem mobiles uel immobiles res uel domus extruere non aliter possint, nisi specialem nostri numinis hoc eis permittentem
1 diuinam rescriptionem meruerint. Donationes uero omnimodo recusent, scientes non esse ualidas eas in quibuscumque rebus et quacumque aestimatione, nisi post administrationem depositam uel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit uel tempus quinquennale praeterierit, in quo nulla querella super isdem donationibus uel ab ipso
2 donatore uel ab successoribus eius facta sit. Prouincias uero moderantibus non solum donationes, sed etiam emptiones quarumcumque mobilium uel immobilium rerum praeter eas, quae ad alimonias uel uestem pertinent, et aedificationes, licet sacri apices aliquid eorum permiserint, penitus interdicimus. nec ratum *sit,* quod his donatione uel uenditione datum *est,* licet quinquennale tempus post depositam administrationem excesserit uel con-
3 sensus donatoris uel uenditoris post eandem administrationem adiectus sit. Haec autem etiam ad domesticos et consiliarios eorum trahi necessarium duximus, illud etiam adicientes,
4 ut nec per interpositam personam aliquid eorum sine periculo possit perpetrari. Quae etiam ad praeterita negotia referri sancimus, nisi transactionibus uel iudicationibus sopita sint. D. v[1] id. Dec. Constantinopoli dn. Ivstiniano A. ii cons. a. 528

*CRM*

[1] iii (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 173)?

2 capitis administrationum *S* 3 publicarum *M* 4 eorum *om. R* | secuti *RM* 5 sunt] sunt ut *C* 6 ualentinus *M* 7 prouinciam *CR* 8 comiti *bis Mª* | magistrorum *M* 9 asyam *C* | diocesim *Mª* 11 annona *M* | dignitati] *W*, dignitatis *CRM* | debetis *Mª* | consequatur *CR* | denegotionibus *M* 12 *s. a. Hal.* 15 in] et in *SM* 16 administrationis tempore] in administrationibus *M* 17 sedes *SM* | sine sanctione pragmatica] *CMᵇ*, *om. SRMª* 19 iustinus *M* | monae *R* 20 mobile *R* | uel] et *M*, ἢ *B* (*Fabr.*) 21 specialiter *C* | eis] ei *M* 22 meruerunt *M* 24 depositam] deposita sunt *M* 25 quu *Mª* | ab] a *M* 29 permiserunt *CRᵇ* | sit ... 30 est] est ... sit *CRM* | uel uenditione] aut uenditionem *M* 30 administratione *M* 31 uenditoris] uenditoris his *M* 32 ducimus *CR* 34 iudicatione *M* | posita *C* 35 sunt *R* | *s. a. Hal.*

## LIIII

## ℞ DE MODO MVLTARVM, QVAE AB IVDICIBVS INFLIGVNTVR ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. FIRMO. Multa damnum famae non irrogat. D. V ID. APRIL. ANTONINO A. ET GETA VTRISQVE II CONSS. [B 43, 7, 1] a. 205

2 IMP. ALEXANDER A. DECIMO. Procuratores meos, id est rationales, indicendae multae ius non habere saepe rescriptum est. D. XIII K. SEPT. MODESTO ET PROBO CONSS. [B 43, 7, 2] a. 228

3 IMP. GORDIANVS A. CELERI. Curator rei publicae, qui Graeco uocabulo logista nuncupatur, multandi ius non habet. D. ID. SEPT. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. [B 43, 7, 3] a. 239

4 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. Illustres uiros praefectos praetorio usque ad quinquaginta librarum auri multas, cum peccatum grauissimum erit, sinimus peruenire. D. VIII ID. IAN. GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. [B 43, 7, 4 Epit. 14, 80] a. 380

5 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PRAETEXTATVM PP. Multarum seuera compendia aerario nostro protinus esse quaerenda nullus ignoret, nisi ipse iudex id, quod ad poenam admissi facinoris exculpitur, uel publicis operibus uel cursui publico uel aliis necessariis causis specialiter deputauerit. D. V ID. SEPT. AQVILEIAE RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. [Epit. 14, 81] a. 384

6 [1]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PP. Eos, qui ordi- [B 43, 7, 5 Epit. 14, 78]
nario prouincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, ultra
1 duarum unciarum auri multam condemnare non patimur. Proconsularem uero potestatem,
si multandi necessitas imminebit, senarum unciarum auri summa cohibebit: in qua forma
2 etiam comes Orientis atque praefectus Augustalis erit. Ceteri uero spectabiles iudices et
qui uice uestra administrationis gubernacula susceperunt, ultra tres auri uncias sibi in-
3 tellegant licentiam denegandam. Id quoque obseruandum a moderatore esse censemus, ut
in unius correptione personae, si ad id continuatio peccati impulerit, trinae tantum in
4 annum condemnationis sub praestituta summa seueritas exseratur. Quod si quis praedictum
modum excesserit, huius auctor admissi condemnato ad dupli restitutionem, fisco uero
5 nostro ad inferendam eam quantitatem, quam multae nomine inflixerit, retinebitur. Nec
tamen ad huiusmodi legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus aut manubiis, id est depraedationibus concussionibus furtis atque aliis flagitiis, quae coerceri seue-

*P* (54 ℞ [1 *p*] 6 *usque ad u.* 31 eam: *finem c.* 6 *suppl. p*) *L* (II, 7, 14. I, 54 ℞ [1 *l*] 6) *CRM*

[1] *iunge* 4, 44, 17. 9, 41, 17. 10, 32, 51

2 *rubricam in uacuo spatio om.* $P^a$ | ab] $P^bL$, a *CRM* 3 infliguntur] infliguntur et defensoribus ciuitatum (*ex tit.* 55) $P^bL$, infiguntur *R* 4 damnum] penae damnum *p* 5 *s. a. Hal.: in Paris.* 4518 *est* pp. 6 a. *om. R* | decimo] *SW*, deciouo *CR*, decimio *M* | id est] ἤτοι *B* | multae indicendae *M* | 7 scriptum *R* | *s. a. Hal.* 9 qui] *M*, quae *CR* 10 loysta uocatur *M* | *s. a. Hal.: in Paris.* 4518 *est* pp. 12 impp. *CR* | gordianus *CR*, ualgratianus $M^a$ | ualentinus et theod. *CRM*, theod. et ualentinianus *S* | aa. *SC* 13 praefecto *C* | multas *om.* $M^a$ 14 sicnimus *R*, sanctimus *M*, sic nimiis *C* | *s. a. Hal.* 16 impp. *CR* | ualentinus *M* | aa. *C* | praetextumtum $R^a$ 17 pp.] populum | seua *M* | ignores *C* 19 *s. a. Hal.* 20 richomere *Hal.* 21 honorius et archadius *S* | messalem *PL*, messalino *M* 22 reddidit *C*, *deficit* $R^a$ 23 auri *om.* $M^a$ | multam] *W*, summam $PLM^a$, mulcta $R^b$, mulctarum *C*, multa summam $M^b$, *deficit* $R^a$ | patitur $P^aL^t$, *deficit* $R^a$ | procusularem u. potestatem *M*, proconsulares u. potestates $R^b$, *deficit* $R^a$ 26 uestra] *Hal.*, uestrae *libri:* οἱ ἐν τόπῳ τῶν ὑπάρχων διοίκησιν πεπιστευμένοι *Epit.* | gubernacu $L^a$ | susceperint *CR*, suspenderunt $P^a$ | uicias $P^a$? 27 denegatam *M* | quoque] que *PL* 28 correptione] *W*, correctione *PLCRM* | ad id] adit $P^a$, adit *uel* adi** $L^a$ | peccantis *M*, peccatis $L^b$ | trinam $CR^a$ 29 condempnationem *C*, condempnatione *R*, condempnationis suae *M* | sub praestituta] $PLM^b$, sub (sup *uel* super $R^a$) praestatuta $RM^a$, super institutos *C* | quis] qui *PL* 30 excesserint $P^aL$ | condempnatus $PLR^bM^b$ | ad] a $PL^a$ | constitutionem *C* | uero *om. C* 31 influxerit *R* 32 se] sed *C* | peculiaribus *C*

rius conuenit, fuerint deprehensi, scilicet ut scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet
6 fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. Nec putent fact*u* facile esse, ut aut praecipiti persuasione condemnent quem culpa non ingrauat, aut erubescenda uarietate iudicii pro arbitrio proprio immutandum esse quod lex iusserit, nisi paupertas condemnati hoc persuaserit. D. XII K. SEPT. THEODO*RO* *CONS.* a. 399

## LV

## ℟ DE DEFENSORIBVS CIVITATVM ℟

1 [1] IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. SENECAE DEFENSORI. Si quis de tenuioribus ac minuscularii rebus interpellandum te esse crediderit, in minoribus causis, id est usque ad quinquaginta solidorum summam[2], acta iudicialia[3] conficias, scilicet ut, si quando quis uel debitum iustum uel seruum, qui per fugam fuerit elapsus, uel quod ultra delegationem dederit postulauerit, uel quodlibet huiusmodi[4], tua disceptatione restituas. ceteras uero, quae dignae forensi magnitudine uidebuntur, ordinario insinuato rectori. D. V K. IVL. TYRICI VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. Th. 1, 29, 2 a. 365

2 IDEM AA. AD PROBVM PP. Defensores ciuitatum non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis personis huic officio deputentur. D. III NON. NOV. ISDEM CONSS. Th. 1, 29, 3 mut. a. 365

3 IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD SENATVM. Vtili ratione prospectum est, ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii, id est defensoris locorum[5], beneficio fruatur, ut apud eum in pecuniariis causis litigandi habeat facultatem. D. IIII ID. AVG. HIERAPOLI VALENTINIANO ET VALENTE AA. VTRISQVE *III* CONSS. Th. 1, 29, 5 mut. a. 370

4 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. THEODORO DEFENSORI CIVITATIS. In defensoribus uniuersarum prouinciarum erit administrationis haec forma et tempus quinquennii spatii metiendum: scilicet ut imprimis parentis uicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticos urbanosque non patiaris adfligi, officialium insolentiae, iudicum procacitati salua reuerentia pudoris occurras, ingrediendi, cum uoles, ad iudicem liberam habeas facultatem, superexi*g*endi damna uel spolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri debes, excludas, nec patiaris quicquam ultra delegationem solitam ab his exigi, quos certum est nisi tali remedio non posse reparari. D. XI[6] NON. IAN. CONSTANTINOPOLI ARCADIO ET BAVTONE CONSS. a. 385

*p* (54, 6. 55, 3) *L* (54, 6) *CRM*

[1] *iunge Th.* 8, 15, 4 [2] id est ... summam *om. Th.* [3] iudicialia *om. Th.* [4] horum *Th.* [5] id est def. loc. *om. Th.* [6] *numerus corruptus est*

1 fuerint conuenit *CR* | scriptam *CR*ᵃ 2 fuerint *p* | diriganda *M*ᵃ | referatur *C*ᵇ, feriatur *C*ᵃ | factu facile] *W*ᵇ, factum facile *pLM*, facile factum *CR* 3 persuasionem *C* | condemnet· *p* | grauat *M*ᵃ | aut *om. M* | iudicii] aut iudicii *M* 4 pro arb. proprio (proprio ho *L*ᵃ)] proprio arb. *M* | lex iusserit] *CR*ᵃ, iusserit *pLR*ᵇ*M* | haec *M* 5 *s. a. Hal.* | theodoro cons.] *loci iungendi,* theodosio a. II et cynegio coss. *Hal.* 7 def. ciu.] officio defensorum *C* 8 impp. ... aa.] *S Th.*, imp. (mpp. *R*) ualentinus a. *CR*, impp. ualentinus et ualerius aa. *M* | senice *S*, scriecae *C* | defensori *om. S Th.* 9 tenuoribus *M*ᵃ | munuscularii *CRM*ᵇ, minuscu***iis *M*ᵃ | rebus *om. Th.* | crediderint *M*ᵃ 10 summa *R* | conficias] *M Th.*, conficiat *CR*ᵇ, conficiant *R*ᵃ | scilicet *om. CR* 12 quolibet *CR* | discreptione *M*ᵃ 13 quae] qui *CR* | forensi magnitudine *om. C* | magnitudinem *M* | *s. a. Th. Hal.* | V k. iul. tyrici] *Th.*, XV kal. ianuar. terici *Hal.* 15 aa.] augustus *CR* | ad probianum *S*, probo *Th.* | defensorem *M* 16 coartalium *C* | copore *M*ᵃ | ex] *M Th.*, *om. CR* | deputetur *M* | *s. a. Th. Hal.* 17 isdem] ualentiniano et ualente aa. *Th.* 18 idem aa. et gr. a. ad] idem a. et gratianus ad *S*, imp. ualens et ual. a. ad *p*, idem a. *C*, dem et gr. augusti ad *R*, idem imp. grat. ad *M* | senatum] senatum defensoribus ciuitatum *p* 19 specularis *p* 20 perfruatur *M* | *s. a. Th., qui deficit in* IIII, *Hal.* 21 III] II *Hal.: emendaui cum Vesmio et propter locum, ubi data est const., et propter antecedentem in Th. constitutionem* 22 impp. *C*, mpp. *R* | ualentinus *RM* | aa. *C* | def. ciuit. *om. S* 23 uniuersarium *C* 24 spatiis *R* | metuendum *C*, mentiendum *M* | parentis] *M*ᵇ, parentes *M*ᵃ, parentibus *CR* 25 urbanosque] suburbanos *M* 26 saluam *M*ᵃ | accuras *C* | uolens *C*, uoleris *M*ᵃ? | ad uicem *C* 27 superexigendi] *dett.*, superexhibendi *CRM* 29 tale *R* | *s. a. Hal.*

5 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Potamio praefecto Avgvstali. [Th. 1, 29, 7] Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum uindicantes nominis sui tantum fungantur officio: nullas infligant multas, seueriores non[1] exerceant quaestiones, plebem uel decuriones ab omni improborum insolentia et temeritate tueantur, ut id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant. D. iii non. Mart. Constantinopoli Arcadio A. ii et Rvfino conss. a. 392

6 Idem AAA. Tatiano pp. [Th. 1, 29, 8] Per omnes regiones, in quibus fera et periculi sui nescia latronum feruet insania, probatissimi quique et districtissimi defensores adsint disciplinae et quotidianis actibus praesint, qui non sinant crimina impunita coalescere: remoueant*ur* patrocinia, quae feruorem reis et auxilium scelerosis impertiendo maturari scelera fecerunt. D. v id. April. Constantinopoli Arcadio A. ii et Rvfino conss. a. 392

7 [2]Impp. Arcadivs et Honorivs[3] AA. Caeciliano pp. [Th. 9, 2, 5] Defensores ciuitatum oblatos sibi reos[4] in ipso latrocinio uel congressu uiolentiae aut perpetrato homicidio stupro uel raptu uel adulterio deprehensos et actis publicis[5] sibi traditos expresso crimine[6] cum his, a quibus fuerint accusati, mox sub idonea *pro*secutione ad iudicium dirigant. D. prid. k. Ian. Mediolani Stilichone ii et Anthemio conss[7]. a. 405

8 [2]Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Caecili*ano* pp. [Parat. ad Const. 1, 3 (p. 1269)] Defensores ita praecipimus ordinari, ut sacris orthodoxae religionis imbuti mysteriis reuerentissimorum episcoporum nec non clericorum et honoratorum ac possessorum et curialium decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam praetoria-
1 nam potestatem, ut litteris eiusdem magnificae sedis eorum solidetur auctoritas. Quod si quid a qualibet persona contra publicam disciplinam in laesionem possessorum fieri cognouerint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres et magnificos uiros praefectos praetorio et illustres uiros magistros equitum et peditum, magistros etiam officiorum et comites tam sacrarum largitionum quam rerum priuatarum. D. x*ii* k. Febr. Ravennae Honorio viii et Theodosio iii AA. conss. a. 409

9 [2]Idem AA. Caecili*ano* pp. [Th. 11, 8, 3 mut.] Iubemus cura ac sollertia defensorum minime possessores maioribus mensuris et ponderibus a susceptoribus praegrauari, sed eos
1 deprehensos ad iudicium dirigi cum ipso commissae fraudis indicio. Illud etiam fieri permittimus, ut, si prouincialibus nostris contestari iniurias seu laesiones suas cupientibus actorum confectio a defensoribus denegetur, licentia eis tribuatur querellae propriae libellum conscriptum eo te*no*re, quo fuerat contestandum, in frequentioribus ciuitatum locis proponendi conueniendique scribas, tabularios et cetera officia publica commonenda, per quae libellum colligi oportebit atque inuitis supra memoratis personis sub actorum confectione ingerendi[8], quorum quaestione fides possit inquiri: qua probata in eos, quos gestorum

*CRM*

[1] seueriores non] nullas *Th.* [2] *iunge* 1, 4, 9 *et quae ibi laudantur* [3] impp. Honorius et Theodosius *Th.* [4] in carcerem non mittant sed *ins. Th.* [5] municipalibus *Th.* [6] prosecutionibus arguentium *ins. Th.* [7] d. xii k. Febr. Rauennae Honorio viii et Theodosio iii AA. conss. (*a.* 409) *Th.* [8] ingeri (*Th.*)?

1 impp. *C*, mpp. *R* | ualentinus *RM* | theod.] et theod. *CR* | aa. *C* | patronio *C*, apostatio *M* | praef. (pp. *C*) aug.] *C*, aug. *S*, pp. *RM* 3 sceuiores *M* 4 decurionem $R^a$ 5 esse dicuntur] *M Th.*, exsequuntur *CR* | *s. a. Th. Hal.* 6 conss.] uc. conss. *Th.* 7 aa. *C*, a. *S* | aratiano $M^a$, gratiano $M^b$ 8 seruet *C* | distructissimi *M* 9 codianis $M^a$ | sinant] sciant *C* | impunitate *Th.* | calescere *CR* 10 remoueantur] *Th.*, remoueant *CRM* | fauorem *Th.* | maturatis *C* 11 fecerint *RM* | *s. a. Th. Hal.* | constantinopoli *om. Hal.* | conss.] uc. conss. *Th.* 12 honorius et archadius *S*: *quam ob causam compilatores diuersae constitutionis imperatores et subscriptionem hoc loco posuerint retento Caeciliano pp. anni* 409, *haud intellegas* | defensor *M* 13 ipso] pso $M^a$ | congesso $M^a$ | strupro *R*, strupo $M^a$ 14 adultero *C* 15 a] *M Th.*, ex *CR* | sub] super *M* | prosecutione] *Th.*, persecutione *CRM* | *s. a. Hal.* 17 cecilio *SCRM* 18 sacris *om. CR* | imbuti religionis *M* 22 quid] qui *M* | quolibet *R* | in laes.] illes. $CRM^a$ | possessorium *R uel* $R^b$ 23 et ... 24 illustres *om. C* 24 praetoriorum *R*, praetorium $M^a$ 25 comitem *R* | *s. a. Hal.* | xii] *loci iungendi*, xv *Hal.* 27 cecilio *SCRM* 28 mensuris] *M Th.*, *om. CR* | a] ac *R* | praegrauati *C* 30 ut] et $M^a$ | nostris *om. R* | iniurias seu] iniurie *M* 31 auctorum *R*, actor *M* | confessio *R* | a *om. M* 32 tenore] *Th.*, tempore *CRM* | contestandam (*uel* —da) $R^a$ 33 commonenda] *M Th.*, commonendi *CR* | per *om. M* 34 confectionem *C*

petitam confectionem negasse constiterit, uigor iudiciarius exseratur. D. XII K. FEBR. RAVENNAE HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

10 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PP. Nulli defensorum licere decernimus, si de publica sollicitudine uoluerit se liberare, nisi diuinos adfatus intimauerit tuae sublimitatis iudicio, triginta librarum auri poenam tam moderatoribus prouinciarum quam ceteris iudicibus uel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. D. XV K. SEPT. CONSTANTINOPOLI CYRO VC. CONS. a. 411

11 *IMP. ANASTASIVS A. EVSTATHIO PP. Iubemus eos tantummodo ad defensorum* [1, 4, 19] *curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis orthodoxae religionis imbuti mysteriis, hoc imprimis sub gestorum testificatione, praesente quoque religiosissimo fidei orthodoxae antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. ita enim eos praecipimus ordinari, ut reuerentissimorum episcoporum nec non clericorum et honoratorum ac possessorum et curialium decreto constituantur. D. XIII K. MAI. SABINIANO ET THEODORO CONSS.* a. 505

## LVI

## ℞ DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS ℞

1 [1] IMP. CONSTANTINVS A. AD FLORENTIVM PP. Decuriones ad magistratum [Th. 12, 1, 8] uel exactionem annonarum ante tres menses uel amplius nominari debent, ut, si querimonia eorum iusta uideatur, sine impedimento in absoluendi locum alius subrogetur. D.[2] ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI SEVERO ET RVFINO CONSS. a. 323

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM. Magistratus conficiendorum actorum habeant potestatem. D. XIII K. IAN. GRATIANO NP. ET DAGALAIFO CONSS. a. 366

## LVII

## ℞ DE OFFICIO IVRIDICI ALEXANDRIAE ℞

1 [3] IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ALEXANDRO DVCI ET PRAEFECTO AVGVSTALI. Iubemus apud Alexandrinae dumtaxat clarissimae ciuitatis iuridicum licitum et concessum esse singulis quibusque uolentibus donationis conscriptae sollemniter instrumenta reserare, eisdemque robur adiciet gestorum series apud eundem uirum confecta, tamquam si apud uirum clarissimum moderatorem prouinciae uel magistratus uel defensorem plebis habita fuisse diceretur. D. K. SEPT. CONSTANTINO*POLI* ZENONE ET MARC*IAN*O CONSS. a. 469

*S* (57, 1) *CRM* (*M transponit* 57 ℞ 56, 2): 55, 11 *om. libri, restituta est ex l. gem.* (*u. i.*)

---

[1] *iunge Th.* 11, 30, 12 [2] pp? (*u. i.*) [3] *fortasse iungenda* 8, 52, 3

---

1 petita *R* | *s. a. Th. Hal.* | XII] XI *Hal.* 3 ualentinus *CRM* | aa. *om. M* | cyro pp.] curialibus et defensoribus *S* 4 solitudine *CR* 5 poena *RM* 7 *s a. Hal.* 8 *excidisse undecimam h. t. constitutionem apparet ex Parat. ad Const.* 1, 3: ἡ δὲ ια' τοῦ αὐτοῦ τίτλου (*i. e.* βι. α' τίτ. νε') διάτ. ζητεῖ τὸ πρότερον ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων παρόντος τοῦ τῆς πόλεως ἐπι σκόπου μεθ' ὅρκου δόσεως αὐτὸν κατατίθεσθαι, ὅτι τῆς τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχει θρησκείας. *cuius argumento ita conuenit cum* 1, 4, 19, *ut eam hoc loco iteratam fuisse dubitari non possit* 16 munic.] et munic. *S* 17 florentinum *C*, *deficit* $M^a$ | pp. *om. Th.* | ad] ac *M* 18 exactione *C* | querimoniam *M* 19 uideant *M* | aliud *R* | *s. a. Th. Hal.* | d. ... 20 constant.] *sic et Th.* 11, 30, 12: *Constantinopolim Byzantio substituerint Theodosiani Codicis confectores, pro* d. *fuerit* pp., *cum eodem die Constantinus Sirmii commoratus sit, cf.* 3, 12, 3 21 ualentinus et ualens *R*, ualentinus et ualerius *M* | aa.] a. *S*, *om. CM* | germanum *S*, germinianum *C*, ermonianum *R* 22 *s a. Hal.* | XIII k.] kal. XIII *Hal.* 24 officio iuridici (iurici *S*, iuridicum *R*)] iuridico *M* | alexandrine *S* 25 impp. *om. S* | anthemio *S*, antonius $M^a$ | et] atque *R* | praefecto] pp. $R^a M$ 26 confessum *R* 27 quibusque] *CRM*, quibuscumque *S* | donationes *S* | reserare] seruare *S* 28 eisdem *C*, eiusdemque *M* | confectam *M* | tamquam] quam *S* 29 moderatorem] confecta mod. *S* | uel mag.] id est mag. *S* | defensorem] *SM*, defensores *CR* 30 *s. a. S* | dato *S* | k.] VII id. 8, 52, 3 | constantino *S* | marco *S*

# LIBER SECVNDVS

## I

## ℞ DE EDENDO ℞

1 IMP. PIVS ANTONINVS A. MANILIO. Ipse dispice, quemadmodum pecuniam, [B 7, 18, 14] quam deposuisse te dicis, deberi tibi probes. nam quod desideras, ut rationes suas aduersaria tua exhibeat, id ex causa ad iudicis officium pertinere solet. PP. IIII K. OCT. SABINIANO II ET SEVERO CONSS. a. 155

2 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. FAVSTO. Is, apud quem res agitur, [B 7, 18, 15] acta publica tam criminalia quam ciuilia exhiberi inspicienda ad inuestigandam ueritatis fidem iubebit. PP. NON. IVL. SEVERO A. ET ALBINO CONSS. a. 194

3 [1]IDEM AA. VALENTI. Edita actio speciem futurae litis demonstrat, quam [B 7, 18, 16] emendari uel mutari licet, prout edicti perpetui monet auctoritas uel ius reddentis decernit aequitas. D. III K. SEPT. SEVERO III ET ANTONINO AA. CONSS. a. 202

4 IMP. ANTONINVS A. EPAPHRODITO. Qui accusare uolunt, probationes habere [B 7, 18, 17] debent, cum neque iuris neque aequitatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. actore enim non probante qui conuenitur, etsi nihil ipse praestarit, obtineat. PP. V ID. MART. DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

5 IMP. ALEXANDER A. VALENTINIANAE. Non est nouum eum, a quo petitur [B 7, 18, 18] pecunia, implorare rationes creditoris, ut fides constare possit. PP. VII ID. MART. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

6 IDEM A. VRANIO. Iustum est desiderium eius a quo petitur, licet nomine [B 7, 18, 19] publico, ut rationibus publicis exhibitis constet, quantum sub nomine suo solutum sit. PP. XVI K. DEC. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

7 IDEM A. VALENTI. Procurator priuatae rationis instrumentorum, quae com- [B 7, 18, 20] munia tibi esse dicis cum fisco, describendorum facultatem secundum morem fieri iubebit: et si quando res exegerit ad fidem petitionis [2] tuae apud alium iudicem praebendam aliquid

*P* (1 ℞ 1...4 [5 *ad* 2, 2 *suppl. p*]) *L* (1 ℞ 1...4) *CRM*

---

[1] *iunge* 3, 9, 1 [2] *firmant Graeci* (πρὸς πίστιν τῆς σῆς ἐναγωγῆς τὴν ὀφείλουσαν παρ' ἄλλῳ δικαστῇ παρασχεθῆναι): petitioni (*Mommsen*)?

---

4 pius antoninus] *Bamberg. I D* 3, pius *PLCRM*, seuerus *S*: *Thalelaeus ad c.* 8 *h. t.* (*B* 7, 18, 21) *adnotat:* ἐν τῇ πρώτῃ διατάξει Πῖος ὁ καὶ Ἀντωνῖνος ἐνομοθέτησεν | a. *om. RM* | manlio *S*, amilio $M^a$? 5 debere $C^a$ | aduersarius tuus *PL*, ἡ ἀντίδικος *B* 6 *s. a. Hal. PL* | IIII] *Hal.*, iii *PL* 7 sabino *Hal.* | conss.] et ss. *PL* 8 impp. seu. et antonius $M^a$, impr. antonius et seu. *S* 9 criminalia (—liter $R^a$) quam ciuilia] τὰ δημόσια ὑπομνήματα καὶ εἰς τὰ χρηματικὰ καὶ εἰς τὰ ἐγκληματικά *B* | exhibere $PL^a$, παραχθῆναι *B* 10 *s. a. Hal. PL* | non.] nou. *PL* | seuero a. et *om. PL* | conss.] et ss. *P* 11 ualenti] *C*, ualent. *PL*, ualentini *R*, ualerio *M*, et ualentinianus *S* 12 dicti $P^a$ | reddentes $R^a$ 13 *s. a. Hal. PL* | III k.] *PL*, II kal. *Hal.*, k. 3, 9, 1 | III] ii *PL* 14 impp. *P* | antonius $M^a$, antno *PL* | phafrodito *S* 15 aliorum $PL^a$, ἀλλοτρίων *B* 16 etsi nihil ... praestarit (praestiterit $M^b$)] $L^bC^bR^bM^b$ *cum B* ὁ ἐναγόμενος εἰ καὶ μηδὲν παράσχῃ, nihil ... praestare (praestar* *uel* praestar** $L^a$, praestarit $M^a$?, praestiterit $M^b$, *inc.* $C^a$) $PL^aC^aR^aM^a$ | *s. a. Hal. PL* | asris *PL*, et aspris *Hal.* 18 ualentine *SM* 19 rationes] *Paris.* 4517 *cum B* τοὺς λόγους, rationem *pCRM* | fides] fides ueri *M*, ἡ πίστις *B* 21 uranio] *S*, uranio pp. *CR*, uriano *M* 23 *s. a. Hal.* 24 ualentini *CR* 25 dicis cum fisco] *CRM*, μετὰ τοῦ δημοσίου λέγεις *B* (κ.π.) 26 iudicem *om.* $M^a$

eorum proferri, desiderante eo qui conuenitur, ut id fiat, praecipiet. PP. x K. MART. FVSCO ET DEXTRO CONSS. a. 225

8 IDEM A. FLORO. Et quae a diuo Antonino patre[1] et quae a me[2] rescripta [B 7, 18, 21] sunt, cum iuris et aequitatis rationibus congruunt. nec enim diuersa sunt uel discrepantia, quod multum intersit, ex parte eius, qui aliquid petit quique doli exceptione submoueri ab intentione petitionis suae potest, rationes promi reus desideret, quibus se posse instruere contendit (quod utique ipsa rei aequitas suadet), an uero ab eo, a quo aliquid petitur, actor desideret rationes exhiberi, quando hoc casu non oportet originem petitionis ex instrumentis eius qui conuenitur fundari. PP. K. OCT. FVSCO ET DEXTRO CONSS. a. 225

# II

# ℞ DE IN IVS VOCANDO ℞

1 IMP. ALEXANDER A. TRYPHONI. Sicut bonis moribus conuenit reuerentiam [B 7, 8, 26] manumissoris uxori praeberi, ita re exigente in ius eam sine permissu praetoris uocari prohibitum est. PP. IIII K. APRIL. AGRICOLA ET CLEMENTINO CONSS. a. 230

2 IMP. GORDIANVS A. NOCTVRNO. Venia edicti non petita patronum seu patronam [B 7, 8, 27] eorumque parentes et liberos, heredes insuper, etsi extranei sint, a libertis seu liberis eorum non debere in ius uocari ius certissimum est: nec in ea re rusticitati uenia praebeatur, cum naturali ratione honor eiusmodi personis debeatur. cum igitur confitearis patroni tui filium sine permissu praesidis in ius uocasse, poenam edicto perpetuo praestitutam rescripto tibi concedi temere desideras. PP. VIII ID. NOV. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ROXANAE. Qui in potestate patris [B 7, 8, 28] agunt, aduersus eos experiri non possunt. si igitur emancipata es, uenia edicti petita hoc facere non prohiberis. quod et in matris persona obseruandum est. PP. VIII ID. NOV. DIOCLETIANO *III* ET MAXIMIANO AA. CONSS. a. 287

4 Ὁ ἅπαξ αἰτιασάμενός τινα ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἢ ἐν ἐπαρχίαις μετὰ ὑπόμνησιν προσ- [B 7, 8, 29]
ενεχθεῖσαν αὐτῷ μηκέτι τὸν αὐτὸν ὑπεύθυνον μηδὲ ἐγγράφως μηδὲ ἀγράφως αἰτιάσθω, τουτέστι
1 μὴ ποιείτω κατ᾽ αὐτοῦ προσελεύσεις ἀγράφως, ἀλλὰ τῷ πρώτῳ δικαστῇ παραμενέτω. Ὁ δὲ
τὴν ὑπόμνησιν δεξάμενος εἰ καὶ εἰς ἑτέραν μετασταίη τάξιν, στρατευσάμενος τυχὸν ἢ κληρικὸς
γενόμενος, ἀποκρινέσθω πάντως ἐν τῷ πρώτῳ δικαστηρίῳ τῷ κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ τάξιν
2 νομισθέντι προσφόρῳ, μηδεμίαν ἔχων φόρου παραγραφήν. Ὁ δὲ ἅπαξ αἰτιασάμε- [Epit. 14, 53]
νος, ἐὰν μετὰ τὸ προσενεχθῆναι τὴν ὑπόμνησιν τῷ αἰτιαθέντι εἰς ἕτερον αὐτὸν καλέσῃ δικαστήριον ἐπὶ ταῖς αὐταῖς αἰτίαις, καὶ τὸ ἀζήμιον ποιείτω τῷ αἰτιαθέντι καὶ τῆς δίκης ἐκπιπτέτω, εἰ καὶ δικαίαν εἶχεν ἀγωγήν.

*P* (2) *L* (2) *CRM: index* 2, 4 *restitutus est ex B*

[1] patre *etiamsi glossema esse appareat ex c.* 1 *h. t., id tamen legisse compilatores probant B:* Ἀντωνίνου τοῦ πατρός [2] *c.* 5 *h. t.*

1 *s. a. Hal.* 3 floro] *SM,* pedoro *CR* 6 suae petitionis *M* | rationes] *C,* utrum rationes *RM* 9 *s. a. Hal.* 11 uocandum *S* 12 impp. *PC* | tryphoni] *S,* trrifino *P,* trifino *L,* trophinio *CR,* trosimo *M* 13 permisso *CR* 14 *s. a. Hal. PL* | IIII] iii *PL* | agricolis et clemen. *PL* 15 impp. *P* | nocturnio $C^{b}R$, *inc.* $C^{a}$ | uenia] gratia *PL* | patronam] patronum $R^{a}$ 16 sint] *CM,* sunt *PLR* 18 huiusmodi *CR* | confitеariis $P^{a}$ 19 permisso *CR* | praestitam $M^{a}$ 20 *s. a. Hal. LD* | auiola] auaol'. *L* 22 aa.] *S,* aa. (a. *R*) et cc. *PLCRM* | roxanae] *M,* rogane *S,* romanae *PL,* rosane $CR^{b}$, *om.* $R^{a}$ 23 eos] $P^{t}L^{t}CR$ *cum B Coislin.* κατ᾽ αὐτῶν, eum $P^{r}L^{v}M$ *cum B Fabroti* κατ᾽ αὐτοῦ: *anacoluthon fortasse resectis quibusdam ortum esse monuit Mommsen* | es] eis $C^{a}$? | petita *om. R* 24 *s. a. Hal.: in L est* dat. 25 III] II *Hal.* 26 constitutio graeca *R Hal. et post rubr.* de pactis *C* | *in BΣ* 24, 6, 19 *hoc caput ita refertur:* εἴτε γάρ τις ἐν Ῥώμῃ εἴτε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ᾐτιάσατό τινα ἐν δικαστηρίῳ τινὶ καὶ μεθ᾽ ὑπόμνησιν ἐν ἑτέρῳ πάλιν αὐτὸν ᾐτιάσατο δικαστηρίῳ, πρῶτον μὲν ποιεῖ τῷ φεύγοντι τὸ ἀζήμιον, ἔπειτα δὲ ἐκπίπτει τῆς ἀγωγῆς. 27 μήτε ἐγγρ. μήτε *B Coisl.* 31 § 2 *in Epit. indicatur sic:* οὐκ αἰτιᾶταί τις ἐν αὐτῷ τινα εἰς πολλὰ δικαστήρια, ἐπεὶ καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὸ διπλοῦν καὶ τῆς δίκης ἐκπίπτει. *duplum nec BΣ* 24, 6, 19 (*u. s.*) *agnoscit* 32 τῷ αἰτιαθέντι τὴν ὑπόμνησιν *B Coisl.* | καλέσοι *B Coisl.*

# III
## ℞ DE PACTIS ℞

1 Imp. Severvs A. Philino. Condicionis incertum inter fratres non iniquis [B 11, 1, 62] rationibus conuentione finitum est. cum igitur uerbis fideicommissi petitum a patre tuo profitearis, ut, si uita sine liberis decederet, hereditatem Licinio Frontoni restitueret, pactum eo tempore de sextante Frontoni dando, cum liberos Philinus non sustulerat, interpositum non idcirco potest iniquum uideri, quod facta, sicut placuit, diuisione diem suum, te filio eius superstite, functus est. PP. vii k. Dec. Severo A. ii [1] et Victorino conss. a. 200

2 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Clavdio. Post uenditionem hereditatis [B 11, 1, 63] a te factam, si creditores contra emptores actiones suas mouisse probare potueris eosque eas spontanea suscepisse uoluntate, exceptione taciti pacti non inutiliter defenderis. PP. prid. id. Febr. Severo iii et Antonino AA. conss. a. 202

3 Idem AA. Restitvto. Seruus creditoris meliorem causam domini facere [B 11, 1, 64] potest: in deterius autem reformare nouo pacto non potest obligationem recte constitutam. PP. viii k. April. Severo iii et Antonino AA. conss. a. 202

4 Idem AA. Valeriae. Postquam liti de praedio motae renuntiasti, causam [B 11, 1, 65] finitam instaurari posse nulla ratio permittit. PP. iiii id. Febr. Albino et Aemiliano conss. a. 206

5 Imp. Antoninvs A. Demagorae. Creditori tuo si partem pecuniae exsoluisti, [B 11, 1, 66] de parte uero non petenda inter te et eum conuenit ob causas negotiaque eius, tuo patrocinio fideque defensa, ea obligatione partim iure ciuili partim honorario liberatus es. nam exceptio perpetua pacti conuenti uel doli residui petitionem repellit, cum et solutum per ignorantiam repeti potuisset. PP. viii k. Avg. Romae Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

6 Idem A. *Ivliae* Basiliae. Pacta, quae [2] contra leges constitu- [Consult. 1, 7 B 11, 1, 67] tionesque uel contra bonos mores [3] fiunt, nullam uim habere indubitati iuris est. PP. v k. Avg. Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

7 Idem A. *Ivlio* Maximo. Debitori tuo si heres extitisti, actio, [Greg. 1, 1, 1 B 11, 1, 68] quam contra eum habuisti, adita hereditate confusa est. sed si eam hereditatem [4], posteaquam in iudicio [5] obtinuisti, ei tradidisti, quem sententia superaueras, ea condicione pactoque, ut tam ceteris creditoribus quam tibi in eo, quod tibi deberetur, si eam hereditatem non adisses, satisfaceret, pacti conuentionisque fides seruanda est. Quae si non seruatur,

*$A^{vl}$* (3, 6) *P* (3 ℞ 2…4 [5 *p*] 6. 7) *L* (3 ℞ 2…7) *CRM*

---

[1] A. ii *rectius abesset* [2] ab inuitis *ins. Consult.*, *om. B* [3] uel contra bonos mores *om. Consult., habent B* [4] hereditatem *om. Greg.* [5] quoque *ins. Greg.*

---

2 *de C uide ad p.* 164, 26 3 a *om. R* | philippo *S* 5 litinio *C* 8 functus esset *$CM^b$*, functum esse *$M^a$* | *s. a. Hal.* 9 *rubr.* de pactis *praemittit $R^a$* | impp. s. et ant. (antonius *SR*) aa.] imp. antonius a. *$M^a$* | plandio *C*, plaudio *R* 10 a *om. $R^a$* | si creditores *om. $M^a$* 11 utiliter *$P^a$* | *s. a. Hal. PL* 12 id.] k. *PL* | seuero … aa.] seuero a. iii *PL* 13 aa.] a. *$SR^aM$* | restuto *S* 14 constituam *$M^a$* 15 *s. a. Hal. PL* | aprilis *P* | iii et ant. aa.] a. iiii *PL* 16 aa.] a. *SM* | motae] more *$C^a$* 17 instaurare *PL*, ἀνανεωθῆναι *B* | *s. a. Hal. PL* | albino et aem.] sabino *PL* 19 antonius *S* | a. demagorae] eandem agrore *$pL^b$*, eandem agrotae *$L^a$* | ireditori *$R^a$* 20 uero *om. pL* 21 ea] seu *$L^b$*, s** *$L^a$* | obligagatione *M* | partim (partem *$C^a$*) iure] iure *R* | honorio *$M^a$* 22 solutu *L* 23 potuisse *pL* | *s. a. Hal. pL* | viii k. … 24 conss.] k. aug. uiiii *pL* 25 a.] aa. *PL* | iuliae] *Consult., om. libri* 26 mores bonos *M* | *s. a. Consult. A Hal. PL* | v] *Cons.*, iiii *A, om. Hal. PL* 27 antonino … conss.] aton. a. iiii et bab. conss. *PL*, antonino a. vi et albino conss. *Cons.*, iisdem coss. *Hal.*, *om. A* 28 a.] aa. *PL* | iulio] *Greg., om. libri* | si debitori tuo *Greg.* | extisti *$P^a$* 29 postquam *R* 30 in] *$PLM^b$ Greg.*, eam in *$CM^a$*, *om. R* | ei (et *uel* ex *Greg.*) tradidisti] *PL Greg.*, tradidisti ei *CRM* 31 debetur *$PLRM^b$* 32 faceret satis *$P^aL$*

ex stipulatu, si modo pacto subiecta est[1], actio dabitur. PP. III K. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

8 (9) [2]IMP. ALEXANDER A. *AVRELIO* DIONYSIO. Cum, posteaquam [Consult. 9, 11. 1, 8 B 11, 1, 70] aduersarius matris tuae uictus esset, matrem tuam circumuenerit, ut ei caueret[3] nullam se controuersiam de seruis moturam, id pactum mala fide factum irritum est, et cum ex ea conuentione cum matre tua agi coeperit, iudex eam liberabit[4]. PP. PRID. ID. SEPT. ALEXANDRO A. CONS. a. 223

9 (8) IDEM A. MVCATRAVLI. Si pascenda pecora partiaria (id est ut fetus eorum [B 11, 1, 69] portionibus, quibus placuit, inter dominum et pastorem diuidantur) Apollinarem suscepisse probabitur, fidem pacto praestare per iudicem compelletur. PP. IIII K. OCT. ALEXANDRO A. CONS. a. 223

10 [5]IDEM A. NICAE. Legem, quam dixisti, cum dotem pro alumna dares, [5, 14, 1 B 11, 1, 71] seruari oportet. nec obesse tibi potuit, quod dici solet ex pacto actionem non nasci: tunc enim hoc iure utimur[6], cum pactum nudum est: alioquin cum pecunia datur et aliquid de reddenda ea conuenit, utilis est condictio. PP. III K. MART. ALBINO ET MAXIMO CONSS. a. 227

11 IDEM A. CAPITONI. Ex conuentione quidem, qua pactam [4, 47, 1 B 11, 1, 72 Epit. 11, 4] nouercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret, ut *et tributa ipsa agnosceret et* creditoribus, quibus fuerant praedia obligata, usuras solueret, actio tibi aduersus eam competere non potest, et si pactum in stipulationem deductum probetur. sed si fundus aestimatus ita, ut pars instrumenti significat, in dotem datus est, ex uendito actio, ut placitis stetur, competit. PP. NON. DEC. IPSO A. III ET DIONE II CONSS. a. 229

*P* (3, 7. 9. 8 [10 *p*] 11) *L* (3, 7. 9. 8. 10. 11) *CRM* (*CRM transponunt c.* 9. 8: *u. i.*)

---

[1] si (si *om. alii*) modo transactio facta est *Greg.* [2] *iungenda uidetur* 7, 4, 5 [3] ut pacisceretur *Consult.* [4] quia de re iudicata pacisci nemo potest *add. Consult.* [5] *loco gemino inscribitur* impp. Seuerus et Antoninus AA. Nicae, *subscribitur* pp. VII k. Febr. Albino et Aemiliano conss. (*a.* 206): *u. i.* [6] hoc dicimus *l. gem.*

---

1 subiecto $P^a$ | *post* dabitur *edd. addunt* uel praescriptis uerbis actio, si stipulatio non interuenit *contra Greg.: eodem modo sententiam suppleuit Thalelaei adnotatio* (*BΣ*): εἰ δὲ μὴ γέγονεν [*sc.* ἐπερώτησις], ἡ πραεσκρίπτις ἁρμόζει: *cf.* 2, 4, 6 | *s. a. Greg. Hal. PLD* | III] *Hal. D*, ui *uel* uii *Greg.*, iiii *PL* | k. *om. PL* | aug.] aug. rome *D: cum consentiant Greg. Hal. PL, locus errore suppletus uidetur, fortasse ex c.* 5 | a. IIII] *Hal. D*, iiii *Greg.*, iul. *PL* 2 balbino] bab. $P^a$, ualente *Greg.* 3 *c.* 8 *et* 9 *transponunt libri cum S: restituimus cum Hal. ordinem temporis ex B* (*scil. Coisl.* 152, *cum editiones ordinem a Fabroto inuersum sequantur*) | impp. *P* | aurelio] *Consult.* 9, 11, *om. libri et Consult.* 1, 8 5 monituram $P^a$ | male *PL* | et] ut $PL^a$? 6 *s. a. Consult. Hal. PL* | prid.] II *Consult.* 1, 8 7 a. cons.] *Consult.*, a. conss. *PL*, II et marcello coss. *Hal.* 8 a.] aa. *PL* | mucatrauli] *S*, mucratauli *PLM*, mucrataulio *CR* | partic**(ua?)aria *P* 10 compellitur *libri*, συνωθηθήσεται *B* | *s. a. Hal. PL* 11 cons.] conss. *PL*, a. II et marcello coss. *Hal.* 12 *cum in loco gemino conueniant nomina eius qui rescriptum meruit et alterius consulum, non possumus non de errore a compilatoribus in altero utro loco commisso cogitare* | nige *S*, niche *pLCR* 13 potuit] debet *l. gem.*, δύναται *B* 15 ea] ei $C^a$? | conditio $RM^a$ | *s. a. Hal.* 16 qua] quam $R^a$ 17 suam $L^a$ | tuo *om.* $P^a$ | et trib. ipsa agnosceret et] *om. libri, praeterquam quod P in marg., L supra uersum adnotant:* alias ut (ut *om. P*) tributa ipsa agnosceret: *suppleui ex loco gemino, ubi omittitur* et *prius, et ex BΣ* (κατὰ πόδα): ἵνα καὶ τὰ δημόσια τελέσματα αὐτὴ ἐπιγνῷ καὶ τοῖς δανεισταῖς … τοὺς τόκους καταβάλῃ, *quocum conueniunt et index Thalelaei* (*B*) *et adnotationes eiusdem. neque tamen casu ea uerba excidisse inde apparet, quod et Epit. et BΣ* 29, 5, 26 *de tributis tacent: immo consulto deleta sunt ab iis, qui cum Thalelaeo* (*BΣ adnot. Σήμερον p.* 652) *crediderunt de tributis soluendis actionem denegandam esse propter* 4, 47, 2, *ideoque in fine loci gemini, qui de his solis tractat, legerunt* non competit: *alii etiam hoc loco idem interpretatione sola adsequi se posse putauerunt, u. g. auctor scholii recentioris Ζήτει p.* 655: κατὰ γοῦν τὴν διάταξιν ἐκείνην (4, 47, 1) καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνῃ κειμένην διάταξιν ἐν τῷ αὐτῷ τίτλῳ … καὶ τὴν παροῦσαν διάταξιν τὴν ἐξ ἔμπτο θεματίζειν ἐνδυνάμως κινεῖσθαι κατὰ τῆς γυναικὸς ἐπὶ τῇ τῶν τόκων καταβολῇ, οὐ μὴν καὶ τῇ τῶν τελεσμάτων δόσει, *item BΣ Καὶ μήν* (*p.* 653) *ad finem* 19 stipulatione *R* 20 si] et si *l. gem.:* εἰ δὲ ὁ ἀγρός *BΣ* (κ.π.) | funditus $P^a$ | estimatur $PL^a$, existimatus *RM* 21 competit] ἁρμόζει *BΣ* (κ.π.), non competit $P^rL^r$, *scilicet ex l. gem.* | *s. a. Hal. PL* | III] iiii *PL* | dione II] dionysio *Hal.*

12 [1]IDEM A. FLACCILLAE. Pacta nouissima seruari oportere tam iuris quam [B 11, 1, 73] ipsius rei aequitas postulat. quapropter si conuentione quae praecessit diuersa pars usuram se non esse consensit, et maxime si, ut proponis, id etiam apud acta praesidis adseuerauit, actionem, quae super prima conuentione fuerat, exercere non prohiberis. PP. III K. MART. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230

13 IMP. MAXIMINVS A. MARINO. In bonae fidei contractibus ita demum ex pacto [B 11, 1, 74] actio competit, si ex continenti fiat: nam quod postea placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. PP. V ID. IAN. MAXIMINO A. ET AFRICANO CONSS. a. 236

14 IMP. GORDIANVS A. CAECILIO MILITI. Si pacto, quo poenam aduersarium [B 11, 1, 75] tuum promisisse proponis, si placito non stetisset, stipulatio subiecta est, ex stipulatu agens uel id, quod in conuentionem deuenerat, ut fiat, consequeris uel poenam stipulatione comprehensam more iudiciorum exiges. nam bona aduersarii tui in te transferri citra sollemnem ordinem frustra deprecaris. PP. K. APRIL. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

15 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS NOBILISSIMVS C. [B 11, 1, 76] PACTVMEIO. Pactum, quod dotali instrumento comprehensum est, ut, si pater uita fungeretur, ex aequa portione ea quae nubebat cum fratre heres patri suo esset, neque ullam obligationem contrahere nec libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. PP. X K. MART. AEMILIANO ET BASSO CONSS. a. 259

16 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. DIAPHANTO. Cum proponas filios [B 11, 1, 77] testamento scriptos heredes rogatos esse, ut qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hereditatis restitueret, quoniam precariam substitutionem fratrum consensu remissam adseris, fideicommissi persecutio cessat. PP. IIII ID. FEBR. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

17 IDEM AA. DEXIMACHO. Pactum, quod bona fide interpositum docebitur, et [B 11, 1, 78] si scriptura non existente aliis probationibus rei gestae ueritas comprobari potest, praeses prouinciae secundum ius custodiri efficiet. PP. VIIII K. IVL. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

18 IDEM AA. IVLIO ET AEMILIO. Si creditores uestros ex parte debiti admisisse [B 11, 1, 79] quemquam uestrum pro sua persona persoluentem probaueritis, aditus rector prouinciae pro sua grauitate, ne alter pro altero exigatur, prouidebit. PP. VII ID. IAN. DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO AA. CONSS. a. 287

$A^{ul}$ (3, 12 *bis*. 17) *P* (3, 12. 14. 13 [15 *p*] 16...18) *L* (3, 12. 14. 13. 15...18) *CRM*

[1] *iunge* 3, 42, 4

1 a.] aut *A altero loco* | flacillae $A^{u}$ *alt. l.* $A^{l}$ *utr. l. CR*, facile *S*, facillae $LA^{u}$ *alt. l.*, faccillae $PM^{b}$, falcille $M^{a}$ 2 ipsius *om. R* | rei *om. A alt. l.* | conuentioni *A alt. l.*, conuentionis *A alt. l.* | processit $P^{r}L^{r}$, praecesserit *R*, praecepit $M^{a}$? | pars] pr**s $P^{a}$ 3 se *om.* $C^{a}$ | concessit $M^{l}$ | adseuerauerit $A^{l}$ *alt. l.*, asserauit $P^{a}$ 4 quae super p. c. fuerat (fuerit *A*)] ἥτις πρὸ (περὶ *Fabrot.*) τοῦ πρώτου συμφώνου ὑπῆν καὶ ἥρμοττε *B* (κ.π.): *loco igitur male intellecto Thalelaeus emendavit* prae *pro* super: *prima scilicet conuentio ea est, quae pactum de non petendo antecessit* | non *om.* $L^{a}$ | *s. a. A Hal. PL et D ad c.* 14: *hoc loco D subscriptionem c.* 13 *habet* | III k.] k. iiii *P*, iiii k. *L* 5 agricola ... conss. *om. A* | clemente] *PL*, clecoerte *D*, clementino *Hal.* 6 impp. *P* | maximianus *SPM*, maximus *R*, max. *LC* | marino] *S*, mariano *PL*, mario *CRM* 7 fiat] sit *PL* 8 exconceptionem $R^{a}$ | *s. a. Hal. et D ad c.* 12 | v] uiR *D* | maximino a.] masimo *D* 9 a. *om. P* | caelio *CR* 10 promisse *R* | stipulato $P^{a}$ 11 conuentione *PLCM* | consequ** $P^{a}$, consequens $P^{b}$, conseq*** $L^{a}$ | stipulationi *M*, in stipulatione *R* 13 *s. a. Hal. PL* | a. II *om. PL* | conss. *om. PL* 14 ualentinus *R*, ualerius *M* | gallus *R*, gallianus *M* | et] ex *C*, *om. M* | ualeriano (—nus *M*) nobili cesari (caesar *C*, c. *M*) *pLCM*, ualentinus nobilis cesar *R*, ualerianus a. nouies et consul *S* 15 pactumeio] *G*, *om. SpLCRM* 18 *s. a. Hal.: in L est* dat. 19 aa.] aa. et cc. *PL* | diapanto *S*, diophanto *CM* 20 scriptos h'eres *L*, heredes scriptos *C* | rogasse ut $M^{a}$ | exmeretur $P^{a}$ 21 fratrem $L^{a}$ 22 persecutione $P^{a}$ | *s. a. Hal. PLD* | maximo II] *Hal. D*, maix. *P*, maximo *L* 24 a. adeximmacho *S*, aa. dechimacho *PL*, a. deeximecho *M* 25 si *om.* $M^{a}$ | aliis] $AP^{a}$, tamen si (si *om.* $M^{a}$) aliis $P^{b}LC^{b}RM$, **** (*uel* ***) aliis $C^{a}$ 26 *s. a. Hal. PLD* | VIIII k.] *Hal.*, non. *PL*, nou. *D* | max. II et aqu. conss. (conss. *om. PL*)] *PLD*, iisdem coss. quibus supra *Hal.* 28 iuliano *S* | et *om. PL* | nostros $P^{a}$ | admisisse] a*o(?)misisse $P^{a}$, ad***isse $L^{a}$, ** (ex?) admisisse $M^{a}$, *deficit* $R^{a}$ 29 persona ... 30 pro sua *om.* $R^{a}$ 30 alter pro] alter prae *uel* alteri $C^{a}$ | *s. a. Hal. PL* | VII] *Hal.*, uiii *PL* | III] II *Hal.* (*in addendis em.*)

19 Idem AA. Victoriano militi. Licet inter priuatos huiusmodi scriptum, quo comprehenditur, ut is qui superuixerit alterius rebus potiatur, nec donationis quidem mortis causa gestae efficaciter speciem ostendat, tamen cum uoluntas militum, quae super ultimo uitae spiritu deque familiaris rei decreto quoquo modo contemplatione mortis in scripturam deducitur, uim postremi iudicii obtineat proponasque te ac fratrem tuum ad discrimen proelii pergentes ob communem mortis fortunam inuicem pactos esse, ut ad eum, qui superstes fuisset, res eius, cui casus finem uitae adtulisset, pertinerent, existente condicione intellegitur ex fratris tui iudicio, quod principalium constitutionum prompto fauore firmatur, etiam rerum eius compendium ad te delatum esse. PP. xiii k. Dec. Sirmi ipsis iiii et iii AA. conss. | B 11, 1, 80 | a. 290

20 [1]Idem AA. et CC. Martiali. Traditionibus et usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur. PP. k. [2]Ian. AA. conss. | B 11, 1, 81 | a. 293

21 [3]Idem AA. et CC. Evsebio. Cum proponas inter uos sine scriptura placuisse fratrum tuorum successiones aequis ex partibus diuidi, et transactionis causa probari possit hanc intercessisse conuentionem, exceptione te tueri potes, si possides: quod si aduersarius tuus teneat, ex hoc placito nullam actionem esse natam, si tibi stipulatione non prospexisti, debes intellegere: nec aduersario tuo transactione uti concedendum, nisi ea quae placita sunt paratus est adimplere. PP. k. Mai. Thirallo AA. conss. | B 11, 1, 82 | a. 293

22 Idem AA. et CC. Archelao. Pactum curatoris recipere minorem quantitatem paciscentis adultae aetatis suffragium, ne noceat, efficiet. tutores enim et curatores exigentes pupillis et adultis debitum, non etiam remittentes praestant obligationis liberationem. PP. xviii k. Dec. Sirmi AA. conss. | B 11, 1, 83 | a. 293

23 Idem AA. et CC. Honorato. Filius paciscendo uel debitum accipiendo nihil detrahit patris obligationi. PP. xvii k. Dec. Sirmi AA. conss. | B 11, 1, 84 | a. 293

24 Idem AA. et CC. Domnae. Si actionem legati uel fideicommissi, quam aduersus heredes mariti quondam tui habuisti, te adfectione heredum aliis remisisse probetur, exceptionem pacti contra debitores instituenti actiones nocere tibi minime posse intellegis. PP. xvii k. Ian. Sirmi AA. conss. | B 11, 1, 85 | a. 293

25 Idem AA. et CC. Evhemero. Debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari potest. S. iiii k. Mai. Sirmi CC. conss. | B 11, 1, 86 | a. 294

26 Idem AA. et CC. Corneliae. Pactum successorum debitoris ex lege duodecim tabularum aes alienum hereditarium pro portionibus quaesitis singulis ipso iure diuisum in solidum unum obligare creditori non potest: quod et in honorario succedentibus | B 11, 1, 87

$A^{ul}$ (3, 20) *P* (3, 20. 21 [22 *p*] 23. 24. 25 [26 *p*]) *L* (3, 20. 21. 23. 24. 25) *D* (*ad* 3, 26) *CR* (3, 20 *collocatur post* 3, 2. 5) *M*

[1] *iunge* 1, 18, 5 [2] d. prid. k. 1, 18, 5 [3] *iunge* 6, 30, 7. 6, 53, 6

1 aa.] a. *M* 2 suprauixerit *M* | nec] ne $M^a$ | mortis quidem *RM* 4 in scripturam] scriptura *C* 5 postremis $M^a$ 7 fines $M^a$ | pertineret $M^a$ 9 *s. a. Hal.* | firmii *Hal.* 11 aa. et cc.] a. *S*, a. acesar* *M*, aa. et concc. $A^u$ | domina $P^a$ 12 factis $C^a$?, pacti** $R^a$ | *s. a. A Hal. PL* | aa.] *A*, aa. et cc. *PL*, ipsis v et iiii *Hal.* 13 aa. et cc.] a. *S*, a. et c. *M* | scripturas $P^a$ 14 successionibus $P^aL^a$? | possit transact. causa prob. *C* 16 stipulationem *libri* 17 concedendo $CR^b$ 18 *s. a. Hal. PL* | thirallo aa. conss.] *P*, thisallo **** *L*?, fausto ii et gallo coss. *Hal.* 19 aa. et cc.] a. *p*, a. et c. *M* | archelio *R*, archilao *M*, *om. p* 20 efficiat *p*, effici*et $C^a$, efficiet et $C^b$, efficeat *R* | etenim et *p* | curatoris $R^a$ 21 pupilli et adulti *C* | obligationes *p* 22 *s. a. Hal.* | aa.] ipsis vii et vi aa. *Hal.* 23 aa. et cc.] a. *S*, aa. et co. *P*, aa. *C*, a. et c. *M* | uel] aut *M* 24 detrahat $P^a$ | obligationem $L^a$ *s. a. Hal. PL: in D est subscriptio c.* 24 | pp.] s. *P*, *om. L* | uiii *PL* | aa.] ipsis vii et vi aa. *Hal.* 25 aa. et cc.] aug. *S*, *deficit M* | domnae] *PL*, domnede *S*, dominae *CR*, *deficit M* 26 quondam mariti *R*, mariti q**dam *M* 28 *s. a. Hal. PL et D ad c.* 23 | xvii] uiiii *D* | sirmi aa.] sirmi (sire $D^a$) *PLD*, cc. iii *Hal.* 29 aa. et cc.] a. *S*, a. et cc. *M* | euemero *M*, eumero *SC*, euchemero *PL* 30 *s. a. Hal. PL* | sirmi cc.] cc. iii *Hal.* 31 aa. et cc.] a. *S*, aa. *p* | corneliae] euemero *p* | pacto $pDRM^t$, τὸ σύμφωνον *BΣ* (κ.π.) | ex lege *seqq.*] *idem legerunt Graeci:* τὸ σύμφωνον τοῦ διαδόχου τοῦ χρεώστου ἐκ τοῦ νόμου τοῦ δυοδεκαδέλτου τὸ χρέος τὸ κληρονομιαῖον κατὰ τὰ μέρη τὰ κτηθέντα αὐτῷ τῷ νόμῳ διαιρεθὲν εἰς ὁλόκληρον ἔνοχον ποιῆσαι αὐτὸν τῷ δανειστῇ οὐκ ἠδύνατο *BΣ* (κ.π.): *expectes* pactum succ. deb. in solidum aes alienum hereditarium ex lege duodecim tab. pro portionibus q. s. i. i. diuisum unum obligare creditori non potest (*similiter BΣ*) 32 diuiso *p* 33 non potest creditori *R* | et *om. M* | in *om. D*

iure locum habebit. de chirographis itaque communibus exhibendis cum coherede uel non
perfectis in diuisione placitis conuenire quanti tua interest potes. PP. III ID. OCT. VARIANI
CC. CONSS. a. 294
27 IDEM AA. ET CC. AVRELIO CHRESIMO. Petens ex stipulatione, quae placiti B 11, 1, 88
seruandi causa secuta est, seu antecessit pactum seu post statim interpositum sit, recte
secundum se ferri sententiam postulat. S. VI ID. NOV. HERACLEAE CC. CONSS. a. 294
28 IDEM AA. ET CC. LEONTIO. Si certis annis quod nudo pacto conuenerat B 11, 1, 89
datum fuit, ad praestandum in posterum indebitum solutum obligare non potuit eum qui
pactum fecit, nisi placitis stipulatio intercessit. S. III NON. DEC.[1] BVRTVDIZI CC. CONSS. a. 294
29 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Si quis in conscribendo in- 1, 3, 50 mut. B 11, 1, 90
strumento sese confessus fuerit non usurum fori praescriptione propter cingulum militiae
suae uel dignitatis uel etiam sacerdotii praerogatiuam, licet ante dubitabatur, siue oportet
eandem scripturam tenere et eum, qui hoc pactus est, non debere aduersus suam conuen-
tionem uenire, uel licentiam ei praestari decedere quidem a scriptura, suo autem iure uti:
1 sancimus nemini licere aduersus pacta sua uenire et contrahentes decipere. Si enim ipso
edicto praetoris pacta conuenta, quae neque contra leges nec dolo malo inita sunt, omni-
modo obseruanda sunt, quare et in hac causa pacta non ualent, cum alia regula est iuris
2 antiqui omnes licentiam habere his quae pro se introducta sunt renuntiare? Omnes itaque
iudices nostri hoc in litibus obseruent, et huiusmodi obseruatio et ad pedaneos iudices et
ad compromissarios et arbitros electos perueniat scituros, quod, si neglexerint, etiam litem
suam facere intellegantur. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII
ET ORESTAE VV. CC. a. 531
30 IDEM A. IOHANNI PP. De quaestione tali a Caesariensi aduocatione inter- B 11, 1, 91
rogati sumus: si duabus uel pluribus personis spes alienae fuerat hereditatis ex cognatione
forte ad eos deuoluendae, pactaque inter eos inita sunt pro aduentura hereditate, quibus
specialiter declarabatur, si ille mortuus fuerit et hereditas ad eos perueniat, certos modos
in eadem hereditate obseruari, uel si forte ad quosdam ex his hereditatis commodum per-
uenerit, certas pactiones euenire. et dubitabatur, si huiusmodi pacta seruari oportet.
1 Faciebat autem eis quaestionem, quia adhuc superstite eo, de cuius hereditate sperabatur,
huiusmodi pactio processit et quia non sunt ita confecta, quasi omnimodo hereditate ad
eos peruentura, sed sub duabus condicionibus composita sunt, si ille fuerit mortuus et si
2 ad hereditatem uocentur hi qui pactionem fecerunt. Sed nobis omnes huiusmodi pactiones

*P* (3, [26 *p*] 27...30) *L* (3, 27...30) *D* (*ad* 3, 26) *CRM*

[1] Nou. (*Mommsen Zeitfolge p.* 438)?

1 habet $D^b C$, abeat $D^a$, ἕξει *BΣ* (*κ.π.*) | cum coherede ... 2 conuenire] μετὰ τοῦ συγκληρονόμῳ ὑμῶν ... ἐνάγειν *BΣ* (*κ.π.*) 2 diuisionem *R* | tua] tui *pD* | potest *R* | *s. a. Hal.* 4 aa. et cc.] a. *S* | aurelio *om. SC* | cresinio *R* | existipulatione $P^a$ 5 post statim] postea *PM*, p****** $L^a$, post pactum statim $R^a$: εἴτε (μετὰ τὴν ἐπερώτησιν *ins. Coisl.*) εὐθέως παρεντέθη *B* (*κ.π.*) | interposita $P^a C^a$? 6 se ferri] seueri $PC^b R$, ** ferri *uel* ****ri $L^a$, **** $M^a$, *inc.* $C^a$: ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἐξενεχθῆναι *B* (*κ.π.*) | postulas *M*, postulat *post* 5 recte *collocat C* | *s. a. PL Miraeus* | eracl' *PL* 7 aa. et cc.] a. *S* | conuenerat nudo pacto *C* 8 fuerit $P^b L C^a$ | pactum qui $P^b L$, pactum *om.* $P^a$ 9 placiti *P*, placiti* $C^a$, pacti *L* | stipulati $P^a$ | *s. a. Hal. PL Miraeus: in D est subscriptio* 2, 4, 5 | s.] sd. *PL* | non.] nou. *P* | burtodixi cc. conss. *PL*, burtodis (burtodixi *Mir.*) ipsis VIII et VII aa. coss. *Hal. Mir.* 10 iustinus *M* | in sconscribendo $P^a$, in scribendo $M^a$ 12 sacerdotii *om.* $M^a$ | antea *CRM* 13 scriptionem $RM^a$? | suam *om. M* | conuentionem] scriptionem *R* 14 praestare $PLC^b$ | decere $P^a$ | a] a sua *C* 15 sua pacta *l. gem.* | ipso] et ipso $CM^b$, *om. PL* 16 pacto $P^a R^a$ 17 ualent] *PL*, ualeant *CRM*, ἰσχύουσι *BΣ* (*κ.π.*) 18 indulta $RM^a$, εἰσενεχθέντα *BΣ* (*κ.π.*) 19 huiusmodo $M^a$ 20 commissarios $P^a$ | perueniant $M^a$ | scituros] *R cum BΣ* (*κ.π.*) γινώσκοντας, situris *P*, sciturıs *L*, scituri $CM^b$, scitur* $M^a$ 21 suam *om. M* | intelligant *R* | *s. a. Hal. PL* | k.] ck. *PL* 22 ereste *P*, hores. *L* 23 idem] impr. iustinianus *S* | aa. $P^a C$ | pp.] p. *M* | cesariense $P^a$ 24 si] $PLC^b M^b$ *cum BΣ* (*κ.π.*) εἰ μὲν δυσίν, *om.* $C^a RM^a$ | duobus $P^a LM$ | pluribusmis pers. $L^a$ 26 peruenerit $RM^a$, ἔλθοι *BΣ* (*κ.π.*) | certus modus *L* 27 hereditatem obs. $L^a$ 28 pationes $P^a$ | seruare $C^a$ 29 eis] eius $P^a L$, ad eis $M^a$ | quie $P^a$, qua $L^a$ 30 hereditas ad eos peru. sit sed *C*: τῆς κληρονομίας εἰς αὐτοὺς ἐλευσομένης ἀλλ' *BΣ* (*κ.π.*) 32 hii *RM*, οὗτοι *BΣ* (*κ.π.*) | pacciones *PL*

odiosae uidentur et plenae tristissimi et periculosi euentus. quare enim quodam uiuente 3 et ignorante de rebus eius quidam paciscentes conuenerunt? Secundum ueteres itaque regulas sancimus omnimodo huiusmodi pacta, quae contra bonos mores inita sunt, repelli et nihil ex his pactionibus obseruari, nisi ipse forte, de cuius hereditate pactum est, uoluntatem suam eis accommodauerit et in ea usque ad extremum uitae spatium perseuerauerit: tunc etenim sublata acerbissima spe licebit eis illo sciente et iubente huiusmodi pactiones 4 seruare. Quod etiam anterioribus legibus et constitutionibus non est incognitum, licet a nobis clarius est introductum. iubemus etenim neque donationes talium rerum neque hypothecas penitus esse admittendas neque alium quendam contractum, cum in alienis rebus contra domini uoluntatem aliquid fieri uel pacisci secta temporum meorum non patitur. D. K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

## IIII

## ℞ DE TRANSACTIONIBVS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. CELERIO. Neque pactio neque transactio cum quibus- [B 11, 2, 18] dam ex curatoribus siue tutoribus facta auxilio ceteris est in his, quae separatim communiterue gesserunt uel gerere debuerunt. cum igitur tres curatores habueris et cum duobus ex his transegeris, tertium conuenire non prohiberis. D. K. MAI. GENTIANO ET BASSO CONSS. a. 211

2 IDEM A. LVTATIAE. Cum te proponas cum sorore tua de hereditate trans- [B 11, 2, 19] egisse et idpropter certam pecuniam te ei debere cauisse, etsi nulla fuisset quaestio hereditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita pecunia recte cauta intellegitur. ex qua causa si fisco soluisses, repetere non posses: si non soluisses, iure conuenireris. PP. III ID. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

3 IMP. ALEXANDER A. TVLLIAE. Age cum Geminiano, quod pater eius curator [B 11, 2, 20] tibi datus negotia tua gesserit, et si apud iudicem negabit se actione teneri, quoniam transactio et Aquiliana stipulatio interposita est, iudex contemplatione iudicii, quod est bonae fidei, quaeret, de quanta pecunia nominatim transactum sit: et si apparuerit de minore transactum, quantam pecuniam reliquam ex administratione curae deberi probatum fuerit, soluere eum iubebit, quod non in stipulationem Aquilianam obligationis curae tantum deductum est, quanti erat quantitas pecuniae quae debebatur. D. PRID. ID. AVG. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

4 IDEM A. NVMIDIO. Actione administratae curae ab eo, qui legitimae aetatis [B 11, 2, 21] annos compleuit, in Aquilianam stipulationem deducta et per acceptilationem extincta nullam aliam superesse nisi de dolo intra concessa tempora non ambigitur, nisi specialiter etiam de dolo transactum est. PP. II NON. MART. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

*P* (3, 30. 4 ℞ 1. 2) *L* (3, 30. 4 ℞ 1. 2) *D* (4, 1. 2) *CRM*

---

2 conuenerunt] προσέρχονται *BΣ* (κ.π.) | itaque ueteres *R* 3 huiusmodi *om.* *R* | mores bonos *M* 4 forte ipse *C*, αὐτὸς τυχόν *BΣ* (κ.π.) 5 eis suam *C*, τὴν ἰδίαν αὐτοῖς *BΣ* (κ.π.) 6 enim *CRM* | acerbissima sublata $R^a$ 7 seruari $L^a$ | etiam] et etiam *PLC*, ὅπερ καὶ τοῖς *BΣ* (κ.π.) | legibus] et l. $L^a$, *inc.* $C^a$ 8 yhpoteticas $M^a$ 10 dom. uoluntate *PL*, uoluntatem dom. *R* | meorum] morum $L^a$, ἡμετέρων *BΣ* (κ.π.) 11 *s. a. Hal.* *PL* | cc.] cc. conss. *PL* 13 de transactionibus et pactis $R^a$? 14 antonius $RM^a$ | caeleri *PL* 15 siue] se $L^a$, seu $L^b$ | facto $R^a$, *deficit* $C^a$ 16 uel ger. deb. *om.* $P^a$ 17 *s. a. Hal.* *PL* | mai.] mia. $P^a$ | gentiano … 18 conss.] gestiniano *PL* 19 a.] aa. *P* | lutatiae] *M*, iusticiae *S*, lutitutiae $P^a$, lutitatiae $P^bL$, luciae *C*, lucatiae *R* | de hered. cum sor. tua *C* | herededitate *P* 20 et ideo propter $PLR^aM^a$, et ideo $CR^bM^b$: διὰ τοῦτο δήλην ποσότητα χρεωστεῖν *B* 21 intelligatur *C* 22 si *om.* $P^a$ | fisco] *resecta quaedam esse indicat adnotatio Thalelaei:* τοῦτο τὸ τοῦ φίσκου πρόσωπον τὸ μὲν παλαιὸν μακροτέρου τινὸς ἐδέετο λόγου καὶ θεματισμοῦ. νῦν δὲ τοῦ ῥητοῦ τῆς διατάξεως ἐναλλαγέντος εἰκότως καὶ ἐγὼ τὸν θεματισμὸν ἐνήλλαξα | uoluisses $M^a$ | si] et si *R*, si uero *C*, εἰ δέ *B* (κ.π.) | non soluisses] $P^rL^rM^b$, uoluisset (—ses $L^a$) $P^lL^l$, non soluisses tamen $CRM^a$: εἰ δὲ μὴ κατέβαλες, νομίμως ἐναχθήσῃ *B* (κ.π.) | conuenineris $P^a$ | *s. a. Hal.* *PL* 23 anthonio *PL* 24 iulie *M* 27 quaereret $R^aM^a$, ζητήσει *B* (κ.π.) 29 curae] $R^a$, purae $CR^bM$, τῆς κουρατωρείας *B* (κ.π.) 30 quanti] quanta *edd. cum* *B* (κ.π.): ἐπειδὴ οὐ τοσοῦτον … κατηνέχθη, ὅση ἦν ἡ ποσότης | *s. a. Hal.* 32 actionem $R^a$ 35 *s. a. Hal.*

5 IDEM A. .... EVOCATO. Cum te transegisse cum herede quondam tutoris tui [B 11, 2, 22] profitearis, si id post legitimam aetatem fecisti, frustra desideras, ut a placitis recedatur. licet enim, ut proponis, nullum instrumentum intercesserit, tamen si de fide contractus confessione tua constet, scriptura, quae probationem rei gestae solet continere, necessaria non est. PP. K. MART. ALBINO ET AEMILIANO CONSS. a. 227

6 IDEM A. POMPONIIS. Cum mota inofficiosi querella matrem uestram cum [B 11, 2, 23] diuersa parte transegisse ita, ut partem bonorum susciperet et a lite discederet, proponatis, instaurari quidem semel omissam querellam per uos, qui matri heredes extitistis, iuris ratio
1 non sinit. Verum si fides placitis praestita non est, in id quod interest diuersam partem recte conuenietis: aut enim, si stipulatio conuentioni subdita est, ex stipulatu actio competit, aut, si omissa uerborum obligatio est, utilis actio, quae praescriptis uerbis rem gestam demonstrat, danda est. PP. VIII ID. IAN. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230

7 IMP. GORDIANVS A. LICINIO *TIMOTHEO EVOCATO.* Transactionis [Greg. 1, 2, 2 B 11, 2, 24] placitum ab eo interpositum, cui causae actionem, non decisionem litis mandasti, nihil petitioni tuae derogauit. PP. X K. IAN. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

8 IDEM A. IVNIO MILITI. De alimentis praeteritis si quaestio defertur, transigi [B 11, 2, 25] potest, de futuris autem sine praetore seu praeside interposita transactio nulla auctoritate iuris censetur. PP. XIIII K. IAN. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

9 IDEM A. AGRIPPINO. Si super possessione, quae tibi quaesita est, cum [B 11, 2, 26] quaestionem patereris a fratre uxoris tuae, pactum conuentum et stipulatio inter uos, ut adlegas, interposita est, ut, si intra diem certum idem aduersarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessione ei cederes, uel, si eam inferre quantitatem non curasset, ulterius quaestionem non patereris, et is qui ita spopondit promisso satis non fecit, consequens est te ad quem res pertinet uim ab eo pati non debere: cuius rei gratia uir clarissimus praeses prouinciae interpellatus uim prohibebit, praecipue cum, etiamsi in rem diuersae parti actio competeret, huiusmodi pactione propter utilem exceptionem posset submoueri. PP. VI ID. APRIL. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

10 IMP. PHILIPPVS A. APOLLOPHANIAE. Fratris tui filiis de paterna succes- [B 11, 2, 27] sione ac statu etiam nunc contra fidem sanguinis itemque placitorum quaestionem inferre parum probe postulas. nullus etenim erit litium finis, si a transactionibus bona fide interpositis coeperit facile discedi. PP. PRID. K. APRIL. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

11 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS NOBILISS*IMVS* CAE- [B 11, 2, 28] SAR GAIANO MILITI. De fideicommisso a patre inter te et fratrem uicissim dato, si alter uestrum sine liberis excesserit uita, interposita transactio rata est, cum fratrum concordia remoto captandae mortis alterius uoto improbabili retinetur. et non potest eo casu rescindi, tamquam circumuentus sis, cum pacto tali consenseris, cum neque eam cui subueniri solet aetatem agere te proponas nec, si ageres, isdem illis de causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes. PP. XV K. DEC. VALERIANO ET GALLIENO AA. VTRISQVE II CONSS. a. 255

*P* (4, [5 *p*] 6. 7. 10) *L* (4, 5...7. 10) *CRM*

---

1 euocato] *S*, euocatio *pLCR*, euacato *M* | quandam $R^a$ 2 profiteris *R* | etate *L* | fecisti *om.* $p^a$ | a *om.* $pL^a$ 3 de fide] $CM^b$ *cum B* (κ.π.) περὶ τῆς πίστεως, fide *p*, ** (si?) fides $L^a$, fides $L^bRM^a$ 5 *s. a. Hal. et D ad* 2, 3, 28 | pp. uii k. mar. arbino et emiho conss. *D* 6 aa. *PL* | pomponiis] *M*, pomponius *S*, ponpino *uel* ponpinu* $P^a$, ponpiniis $P^bL^b$, ponpinus $L^a$, pomponio $CRM^b$ | inofficio $L^a$ | querelam $L^a$? $M^a$? 10 stipulatio] stipulationi $P^aL^a$? | actio *om.* $M^a$ 12 *s. a. Hal. PL* | a. gricola *PL* | clemente] *PL*, clementino *Hal.* 13 a.] a. cesares *R* | lucinio *PL*, licuinio *R*, calinnio $M^a$ | timotheo euocato] *Greg.*, *om. reliqui* 15 *s. a. Greg. Hal. PL: in D est subscriptio c.* 8 18 *s. a. Hal. et D ad c.* 7 | XIIII] dē xuii *D* 21 dies centum $M^a$, ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας *B* (κ.π.) | idem aduers. tuus] *W*, idem (id est $CR^a$) adu. *CRM*, οὗτος ὁ ἀντίδικός σου *B* (κ.π.) 22 possessionem *libri:* τῆς κτήσεως αὐτῷ παραχωρήσῃς *B* (κ.π.) 26 *s. a. Hal.* 28 impp. phil. a. *P*, impp. gord. et phil. augusti *R* | a. *om. C* 29 nunc] non $PL^t$, al. nec al. nunc $L^v$, n*** $M^a$ 31 disci $L^a$ | *s. a. Hal.* *PL* | april. *om. PL* | emitiano $L^a$?, miliano *Hal.* 32 impp. ... ualerianus (ualerius *S*) nobilissimus (nobiles *R*, numero *C*, *om. S*) c. gaiano (gaio *S*) mil.] imp. ualerius a. gaiano milito et galieno et ual. *M* 33 et] *C*, ac *RM* 34 uitam $RM^a$? | interpositam $R^a$ 37 agere te] agentem $R^a$ | de *om. C* 38 *s. a. Hal.*

12 [1] IDEM AA. PRIMO. Praeses prouinciae aestimabit, utrum de dubia lite trans- [B 11, 2, 29]
actio inter te et ciuitatis tuae administratores facta sit, an ambitiose id, quod indubitate
deberi posset, remissum sit. nam priore casu ratam manere transactionem iubebit, poste-
riore nocere ciuitati gratiam non sinet. PP. XVI K. MART. AEMILIANO ET BASSO CONSS. a. 259
13 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. PROCLAE. Interpositas metus [B 11, 2, 30]
causa transactiones ratas non haberi edicto perpetuo continetur. nec tamen quilibet metus
ad rescindenda ea, quae consensu terminata sunt, sufficit, sed talem metum probari opor-
1 tet, qui salutis periculum uel corporis cruciatum contineat. Ad uim tamen uel dolum
arguendum qualitas causae principalis non sufficit: unde si nihil tale probari potest, con-
2 sensu quaestiones terminatas minime instaurari oportet. Sed quoniam eum, cum quo te
transegisse commemoras, ex ancilla tua natum seruum esse adseueras, si uera sunt, quae
precibus complexa es, alia ratio pactum reformat: nec enim dubii iuris est dominos cum
seruis suis paciscentes ex placitis teneri atque obligari non posse. S. IIII NON. APRIL.
BYZANTII IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290
14 IDEM AA. SOPATRAE. Si diuersa pars contra placitum agere nititur, aequi- [B 11, 2, 31]
tatis ratio suadet refusa pecunia, cum et tu hoc desideras, causam ex integro agi. PP. IIII
NON. IVL. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290
15 IDEM AA. PONTIO. Vt responsum congruum accipere possis, insere pacti [B 11, 2, 32]
exemplum: ita enim intellegemus, utrum sola conuentio fuit, an etiam Aquiliana stipulatio
nec non et acceptilatio secuta fuerit: quae si subdita esse illuxerit, nullam aduersariae
tuae petitionem hereditatis uel in rem specialem competere palam fiet. PP. XV K. AVG.
IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290
16 IDEM AA. ET CC. CAECILIO. Causas uel lites transactionibus legitimis finitas [B 11, 2, 33]
imperiali rescripto resuscitari non oportet. S. V ID. MART. AA. CONSS. a. 293
17 IDEM AA. ET CC. MARCELLO. Cum proponas ab ea, contra quam supplicas, [B 11, 2, 34]
litem quam tecum habuit transactione decisam eamque acceptis quae negotii dirimendi
causa placuerat dari nunc de conuentione resiluisse, ac petas uel pacto stari uel restitui
data, perspicis, si quidem de his reddendis manente transactionis placito statim stipulatione,
si contra fecerit, prospexisti et quinque et uiginti annis maior fuit, quod exceptionem pacti
et actionem datorum habeas: quod si nihil tale conuenit, exceptio tibi, non etiam eorum
quae dedisti repetitio competit securitate parta. PP. V ID. IVN. IPSIS AA. V ET IIII CONSS. a. 293
18 IDEM AA. ET CC. VALENTINIANO. Transigere uel pacisci de crimine capitali [B 11, 2, 35]
excepto adulterio non prohibitum est. in aliis autem publicis criminibus, quae sanguinis
poenam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem. S. III K. SEPT. AA.
CONSS. a. 293

*P* (4, 13. 14. 16. 18) *L* (*ut P*) *C* (*transponit c.* 15. 14) *RM*

---

[1] *h. c. composita uidetur ex duabus constitutionibus, quarum altera extat in Consult.* 9, 14: Impp. Val. et Gall. AA. et Val. C. Aurelio. Praeses prouinciae ... et ciuitatis tuae ordinem facta sit, an de re iudicata, quia de re iudicata pacisci nemo potest. Pp. III k. Iun. Aemiliano et Basso conss.

---

1 aa.] augustus *S*, a. *M* | primo] primo praesidi prouinciae *S* | existimabit *R* 2 indubitare $C^a$ 3 posse $M^a$ | priori *C* 4 noceri ciuitati gratia (—tia• $M^a$) $C^aM^a$?: ἐπιβλαβῆ γενέσθαι τῇ πόλει τὴν πρὸς σὲ χάριτα *B* | sinet] consitiaet $R^a$, consentiaet $R^b$ | *s. a. Hal.* 5 procule *S*, prode *L* 7 probare $L^a$ 10 oportet] potest $P^a$ | te *om. C* 11 seruum] s. tuum *C*, δοῦλον εἶναι *B* (κ.π.) 12 complexus $P^tL^tRM^a$ | ratione $P^bL^a$? | deformat $P^a$, reforma $L^a$ 13 suis seruis $P^bLR$, seruis *om.* $P^a$, μετὰ δούλων ἰδίων *B* (κ.π.) | *s. a. Hal. PL* | s. IIII] s. d. iii *PL* 14 bysanti *P*, bisanti *L* 15 aa.] a. *S*, aa. et cc. *PLCRM* | aduersa *C* | aequtatis $L^a$ 16 *s. a. Hal. PLD* | IIII] *Hal. D*, iul. *PL* 17 et III *om. D* 18 aa.] a. *M* | congruens $CM^a$ 19 intelligimus *CRM*, νοήσομεν *B* (κ.π.) 20 quas si subditas *M* 21 *s. a. Hal.* 23 et cc.] *CM, om. SPLR* | caucas $R^a$ 24 *s. a. Hal. PL* | s. v id. mart. ipsis v et IIII aa. coss. *Hal.*, sd. ui. id. mai. ag. conss. *PL* 25 aa. et cc.] a. *S*, augusti *R* 26 acceptis] acc. iis $M^b$ 27 placuit *C*, placuerit *M* | nunc] ac nunc *C*, • nunc $M^a$? 28 data] debita $RM^r$ | reddentis $R^a$ 29 et q. et uiginti] quinque et xx *CM*, et uxx *R* | quo $R^a$ 30 quo $R^a$ 31 competat secur. parta *R*, facta competat secur. $M^a$ | *s. a. Hal.* 32 aa. et cc.] a. *S* 33 criminis $L^a$ 34 *s. a. Hal. PL* | s. III] sd. iiii *PL*

19 Idem AA. et CC. Irenaeo. Sub praetextu instrumenti post reperti transactionem bona fide finitam rescindi iura non patiuntur. sane si eam per se uel per alium subtractis, quibus ueritas argui potuit, decisionem litis extorsisse probetur, si quidem actio superest, replicationis auxilio doli mali pacti exceptio remouetur, si uero iam perempta est, infra constitutum tempus tantum actionem de dolo potes exercere. S. xiiii k. Oct. Sirmi AA. conss. | B 11, 2, 36 | a. 293

20 Idem AA. et CC. Antistiae. Non minorem auctoritatem transactionum quam rerum iudicatarum esse recta ratione placuit, si quidem nihil ita fidei congruit humanae, quam ea quae placuerant custodiri. nec enim ad rescindendum pactum sufficit, quod hoc secunda hora noctis intercessisse proponas, cum nullum tempus sanae mentis maioris quinque et uiginti annis consensum repudiet. S. iiii k. Oct. AA. conss. | B 11, 2, 37 | a. 293

21 Idem AA. et CC. Geminiano. Cum ea, quae transactionis causa dari aut retineri conuenit, uelut emptorem eum quem accipere placuerat obtinere praescribitur, his quae simulate geruntur pro infectis habitis frustra ficti pretii postulatur numeratio. S. v non. Oct. ipsis AA. conss. | B 11, 2, 38 | a. 293

22 Idem AA. et CC. Alexandro. Si maior transegisti, ad rescindendam transactionem de dolo contestatio non sufficit. S. k. Dec. AA. conss. | B 11, 2, 39 | a. 293

23 Idem AA. et CC. Tatiano. Nec intentio creditorum Archimedori, cui alios successisse profiteris, si obligatus pro eo non fuisti, tenere potest. sed haec integro negotio tractari conuenerat: nam cum iam quaestionem transactione decisam et a te dari placitam numeratam pecuniam proponas, huius indebiti soluti praetextu improbe tibi petitionem decerni postulas, cum, etsi tantum in stipulationem fuisset deducta, indebiti promissi uelamento defendi non posses. D. viii id. Mart. CC. conss. | B 11, 2, 40 | a. 294

24 Idem AA. et CC. Victorino. Si quidem ex causa transactionis acceptis his, quae instrumento continentur, nihil amplius peti conuenit, aduersariam tuam exceptionis auxilio defendi perspicis. sin uero certam quantitatem quasi solam ab ea debitam reddere se debere sine litis decisione confessa est, tam eam quam residuam debiti partem petere minime prohiberis. S. v[1] non. April. Sirmi CC. conss. | B 11, 2, 41 | a. 294

25 Idem AA. et CC. Marcellae et Cyrillae. Si maiores quinque et uiginti annis cum patruo siue auunculo uestro transegistis uel ei debita donationis causa sine aliqua condicione remisistis, non idcirco, quod hoc huius hereditatis captandae causa, id est spe futurae successionis, uos fecisse proponatis, aliis ei succedentibus instaurari finita debent. S. ii id. April. CC. conss. | B 11, 2, 42 | a. 294

26 Idem AA. et CC. Dionysiadae. Transactione matris filios eius non posse seruos fieri notissimi iuris est. S. id. April. CC. conss. | B 11, 2, 43 | a. 294

*P* (4, 19. 20 [25. 21 *p*] 26) *L* (4, 19. 20...22. 25. 26) *D* (*ad* 4, 23. 24) *CR* (4, 20...22. 26. 23. 27. 24) *M*

---

[1] ii (*Mommsen*)?

---

1 aa. et cc.] a. *S*, aa. *L* | hereneo *S*, ireno *PLR* | instr. post] *R*, post instr. *PLCM* 2 finita *C uel* $C^b R M^b$ | eam] eas $L^a$: *eam refer ad aduersariam, cuius mentio in praemissis resecta est a compilatoribus* 3 subtractis] $P L R^a M^a$, subtractis instrumentis $C R^b M^b$, scilicet instrumentis *in marg.* $P^b$: ὑφείλετο τὰ δικαιώματά σου *B* | potest *R* 4 remouebitur $L^a$ 5 potest $P L^a$ | *s. a. Hal.* *PL* | s. xiiii] *PL*, d. iiii *Hal.* 7 cc.] consul *S* | antistiae] *SC*, antistite *PLR*, antiste *M* | transaccionem $P^a$ 8 humanae fidei congruit *C* 9 placuerat *C* | residendum $M^a$ 10 hoc] ho $L^a$, *om.* $R^a$ 11 et *bis* *R* | *s. a. Hal.* *PL* | s. iiii] sd. xui *PL* 12 id. aa. et cc.] id. a. *S*, impr. *R* 13 conuenerat *p*, conuen**** $L^a$ | perscribitur *M* 14 gerantur $L^a$ | enumeratio *R* | *s. a. Hal.* 16 residendam *M* 17 *s. a. Hal.* *PL* | aa.] ipsis aa. *Hal.* 18 aa. et cc.] a. *S*, impr. et cesares *R*, a. et cc. *M* | ticiano *RM* | nec] hec *uel* hac $R^a$, ne $M^a$ | artimedori *DCM*, artimederi *R* 19 profitearis $D^b R$ | tenere] *DM cum B* (κ.π.) ἐρρῶσθαι, teneri $C R^b$, *inc.* $R^a$ 20 et a te *om.* $M^a$ 21 petionem *D* 22 tantam *D* | deductam $D^a$ 23 posse $M^a$ | *s. a. Hal.* 24 aa. et cc.] a. *S* 25 his *om.* $C M^a$ 26 prospicis $M^a$ | quantatem $R^a$ | solam] sol $M^a$ | ea] eo $R^a$? 27 se debere *om. M* 28 *s. a. Hal.* 29 et cyrillae] *W*, et quirillae *C*, *om.* *SpLM* | uiginti quinque *L* 30 uestro *om.* *p* 31 eius *M* | cause $p^a$ 32 eis *C* 33 *s. a. Hal.* *pL* | s. ii id.] iiiix k. *p*, xiiii k. *L* | cc.] aa. *pL* (*uacuo spatio relicto ante aa. in L*) 34 aa. et cc.] a. *S* | dionysiadae] $M^b$, dionisie *SC*, dionisie de *PLR*, dionisi de $M^a$? 35 *s. a. Hal.* *P*

27 IDEM AA. ET CC. CATONI. Sana*m* mente, licet aegr*am* corpore recte trans- [B 11, 2, 44] igere manifestum est, nec postulare debueras improbo desiderio placita rescindi ualitudinis corporis aduersae uelamento. S. VII ID. MAI. CC. CONSS. a. 294

28 IDEM AA. ET CC. SAPPARVTAE. Siue apud acta rectoris prouinciae siue sine [B 11, 2, 45]
1 actis, scriptura intercedente uel non, transactio interposita est, hanc seruari conuenit. Sed quoniam, ut certum quid accipias, conuenisse te, licet sine scriptura, proponis nec huius rei causa stipulationem secutam esse, quamuis ex pacto non potuit nasci actio, tamen rerum uindicatione pendente, si exceptio pacti opposita fuerit, doli mali uel in factum replicatione usa poteris ad obsequium placitorum aduersarium urguere. D. III NON. IVL. CC. CONSS. a. 294

29 IDEM AA. ET CC. MARCIAE. Sub praetextu specierum post repertarum ge- [B 11, 2, 46] nerali transactione finita rescindi prohibent iura. error autem circa proprietatem rei apud alium extra personas transigentium tempore transactionis constitutae nihil potest nocere. S. IIII K. OCT. CC. CONSS. a. 294

30 IDEM AA. ET CC. ANTONINO. Transactione finita, cum ex partibus tuis [B 11, 2, 47] magis dolum intercessisse quam eorum, contra quos preces fundis, confitearis, instaurare graue nec non criminosum tibi est. S. V ID. Oct. CREVI[1] CC. CONSS. a. 294

31 IDEM AA. ET CC. PROCVLO. Si de certa re pacto transactionis interposito [B 11, 2, 48] hoc comprehensum erat nihil amplius peti, etsi non additum fuerat 'eo nomine', de ceteris quaestionibus integra permaneat actio. PP. IIII ID. OCT.[2] BYZANTII CC. CONSS. a. 294

32 IDEM AA. ET CC. CYRILLO. Si causa cognita prolata sententia, sicut iure [B 11, 2, 49] traditum est, appellationis uel in integrum restitutionis sollemnitate suspensa non est, super iudicato frustra transigi non est opinionis incertae. proinde si non Aquiliana stipulatione et acceptilatione subsecuta competentem tibi actionem peremisti, praeses prouinciae usitato more legum rebus pridem iudicatis effectum adhibere curabit. S. VIII K. NOV. CC. CONSS. a. 294

33 (34) IDEM AA. ET CC. EVCHRYSIO. Si pro fundo, quem petebas, praedium cer- [B 11, 2, 50] tis finibus liberum dari transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis uiginti quinque fuisti, licet hoc praedium obligatum post uel alienum pro parte fuerit probatum,
1 instaurari decisam litem prohibent iura. Ex stipulatione sane, si placita seruari secuta est, uel, si non intercessit, praescriptis uerbis actione ciuili subdita apud rectorem prouinciae
2 agere potes. Si tamen ipsas res apud te constitutas, ob quarum quaestionem litis intercessit decisio, fiscus uel alius a te uindicauit, nihil petere potes. S. V ID. NOV. MELANTIADE CC. CONSS. a. 294

*A*[ul] (4, 27) *P* (4, 27. 29...32 [33 *p*]) *L* (4, 27. 29...32) *D* (*ad* 4, 28. 33) *CR* (4, 27. 24. 28. 33. 29...32) *M*

[1] Cebri (*Boecking*)? [2] Nou. (*Mommsen Zeitfolge p.* 438)?

1 aa. et cc.] a. *S*, aa. cc. *L*[a], a. et c. *R* | sanam m. l. aegram] *scripsi cum B* (κ.π.): τὴν ὑγιαίνουσαν τὸν λογισμόν, εἰ καὶ ἀσθενοῦσαν τῷ σώματι, sana m. l. egra *M*[a], sana m. l. egro *A*, sana (sane *P*[a]) m. l. aegrum *P*[a]*L*, sanum m. l. aegrum *P*[b]*CRM*[b]: *etiam* catoni *recte se habet, cum uirum pro muliere preces obtulisse supponat Thalelaeus* | transignere *R* 2 debuerat *L*[a] | placito *P*[a] | rescindendi *A*, ἀνασχισθῆναι *B* (κ.π.) 3 *s. a. Hal. PL* | VII] IIII *PL* 4 aa. et cc.] a. *S* | sapparutae] *C*, saffatrute *S*, apharutte i *D*, apparute *R*, afarute *M* | prouinciae *om. D*[a] 7 nasci] nam si *D*[a] 9 usus *DRM uel M*[b] | poterit *C*[a]? | aduersarium] *DCM*, aduersarium tuum *R* | *s. a. Hal.* 13 transgentium *R*, transientium *M*[a] | constituta *M*[a], *inc. R*[a] 14 *s. a. Hal. PLD* | IIII] ui *PL*, lui *D* 15 antonino] *SCM*, antonio *PLR* 16 instaurari *CM*[b], ἀνανεῶσαι *B Fabrot.*, ἀνανεωθῆναι *B Coisl.* 17 *s. a. Hal. PL* | s. v] sd. *PL* | creui] *PL*, crebro *Hal.* | cc.] cc. c. *P*? 18 interposita *P*[a] 20 maneat *C* | *s. a. Hal. PL* | IIII *om. PL* | bizantio *PL* 21 sentia *L*[a] 22 in *om. C*[a]*R* 23 frustra] nec frusta *L*[a] | si] etsi *R* 24 et acceptilatione *om. P*[a]*M*[a]: καὶ ἀποχῆς καὶ ἀμεριμνίας ἐπακολουθησάσης *B* (κ.π.) | permisisti *PL*[t] | uisitato *P*[a] 25 *s. a. Hal. PL* | nou.] non. *L* 26 *ordinem c.* 33 *et* 34 *in libris nostris uerum esse apparet ex S B h. l. et BΣ* 11, 1, 76, *ubi c.* 34 *citatur sub numero* λδ' | aa. et cc.] a. *p*, aa. *C* | euchrusio *C*, eucrasio *S*, eudirusio *D*, eucheriffio *R*, euclirufio *M*, *om. p* 29 ex stip. sane (plane *C*) si] plane si ex stip. *p* 30 intercesserit *R* | ratione *M*[a] | agere prouinciae *DCM* 31 potest *pR*[a]*M*[a] | tamen si *R* | ipsa res apud te constituta *p* | quorum *R* 32 potest *pR*[a]*M*[a] | *s. a. Hal.*

34 (33) IDEM AA. ET CC. PTOLEMAIDI. Cum donationis seu transactionis causa [B 11, 2, 51]
administratae tutelae debiti scientes uos obligationem fratri uestro remisisse proponatis nec
umquam uolenti dolus inferatur, frustra de dolo querimini, nec ad implendum promissum
hereditatis propriae pollicitatione quisquam adstringitur. PP. VI [1] ID. NOV. CC. CONSS. a. 294

35 IDEM AA. ET CC. AMMONIO. Transactionem, quae dominii translatione uel [B 11, 2, 52]
actione parata seu perempta finem accepit, cum eam amicis etiam interuenientibus re uera
ostenditur processisse, metus uelamento rescindi postulantis professio detegit improbitatem.
S. VIIII K. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

36 [2] IDEM AA. ET CC. ACHILLEO. Si *cum liberis* maior annis uiginti quinque [B 11, 2, 53]
transegisti, quamuis dari tibi placita repraesentata necdum probentur nec offerant haec
qui conueniuntur, ne quid amplius ab ipsis exigi possit, exceptionis proficit aequitas. S. VI [3]
ID. DEC. CC. CONSS. a. 294

37 IDEM AA. ET CC. BASILISSAE. Promissis transactionis causa non impletis [B 11, 2, 54]
poenam in stipulationem deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constitit. S. XII K.
IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

38 [4] IDEM AA. ET CC. THEODOTIANO. Transactio nullo dato uel retento [6, 31, 3 B 11, 2, 55]
seu promisso minime procedit. S. VIII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. [5] a. 294

39 IDEM AA. ET CC. MARCIANAE. Quamuis eum qui pactus est statim paeni- [B 11, 2, 56]
teat, transactio rescindi et lis instaurari non potest: et qui tibi suasit intra certum tempus
licere a transactione recedi, falsum adseuerauit. S. D. V K. IAN. SIRMI CC. CONSS. a. 294

40 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTRO- [Th. 2, 9, 2 B 11, 2, 57]
PIO PP. Vbi pactum uel transactio scripta est atque Aquilianae stipulationis et acceptilationis [6] uinculis firmitas iuris innexa est, aut subsecutis secundum leges [7] accommodandus est consensus aut poena una cum his quae data probantur ante cognitionem causae, si et aduersarius hoc maluerit [8], inferenda est. D. III NON. IVN. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO
ET SYAGRIO CONSS. a. 381

$A^{ul}$ (4, 38. 39) *P* (4, 35...39) *L* (*ut P*) *D* (*ad* 4, 40) *CR* (4, 35. 34) *M*

---

[1] V (*cf. ad p.* 174, 26)? [2] *fortasse iungenda est* 6, 23, 14 [3] VI *om.* 6, 23, 14 [4] *iunge* 2, 6, 4. 6, 19, 1 [5] sine die CC. conss. *l. gem.* [6] et acceptilationis *del.* (*u. i.*) [7] Vbi pactum conscriptum est atque Aquilianae stipulationis uinculis firmitas iuris innexa, aut gestis secundum legem *Th.* [8] si et adu. hoc maluerit *om. Th.*

---

1 ptholomaidae *S*, palomaidi *C*, tollomaidi *M*, cyrillo phitolemaidi *R*: cyrillo *uidetur sumptum esse ex c.* 32, *alioquin foret* cyrillae et, *cum feminas duas remisisse debitum supponat Thalelaeus* 2 uos] uero $R^a$ 4 propie $M^a$ | *s. a. Hal.* 5 aa. et cc.] a *S* | ammonio] *M*, admonio *S*, hamoniti *PL*, ammoniti *R*, hammoni *C* | translatione uel] translationem $R^a$ 6 peracta $P^aL^t$, p***ta $M^a$ | seu] su $P^aL^a$. siue $P^b$ | eam] *C cum B* (κ.π.) αὐτήν, ea *PLRM* | etiam *om. R* 7 postulatis $M^a$? | improbitatem *om.* $P^a$ 8 *s. a. Hal. PL* | s. VIIII k.] sd. n. *P*, s. n. *L* 9 idem ... quinque *bis* $R^a$ | aa. et cc.] a. *S*, augustus et cc. *R alt. l.* | anchylleo *S*, ancille *C*, ****** achileo $M^a$ | cum liberis *om. libri, suppleui ex BΣ* (κ.π.): εἰ μετὰ ἐλευθέρων μείζων ... διέλυσω, *quocum conueniunt B*: εἰ μετὰ ἐλευθέρων διαλύσηταί τις *et adnotatio Thalelaei*: οὐ δύναται τοῦτο νοῆσαι περὶ τέκνων· τὰ γὰρ παλαιὰ ῥητὰ τῆς διατάξεως ἐναγωγὴν εἶχεν λέγουσαν· εἰ δὲ μετὰ δούλων διέλυσω· πρὸς οὖν ἀντιδιαστολὴν ἐκείνων τῶν δούλων κεῖται ὧδε τὸ μετὰ ἐλευθέρων 10 transegiste $P^a$ | haec] *aec $C^a$, hoc *R*, ταῦτα *BΣ* (κ.π.) 11 ab] amb $R^a$ | perfecit $M^a$ | *s. a. Hal. PL* 13 et cc. *om. PLR* | balissae *M* | transactionibus $M^a$ | impetis $P^a$ 14 fuerat $P^a$ | posset $M^a$ | constitit] $P^aRM$ *cum B* (κ.π.) ὡμολόγηται, constat $P^bLC$ | *s. a. Hal. PL* | XII] xuii *PL* 16 et cc. *om. SPC* | theodosiano *S*, theodotiono $P^a$, theodatione *C* | nulla $R^a$ | promisso seu retento *C* 17 *s. a. Hal. PL* | nicom.] uic. *PL* 18 aa. et cc.] a. *S*, aa. *PL*, aug. *R* | marciae *S* 19 inter $R^a$ 20 a (at $A^l$) transactione] transactionemne $R^a$ | asseuerauerit *PL* | *s. a. Hal. PL* | s. d. v] *PL*, s. *Hal.* | cc. *om. PL* 21 *inscriptionem c.* 39 *habet R* | impp. *C* | ualentinus *M* | aa. *C* | eutropio pp. *om. D* 22 ubi pactum (pactio *C*) ... et (atque *C*) acceptilationis ... 23 innexa est] ἔνθα σύμφωνον ἢ διάλυσις γέγραπται καὶ τοῖς τῆς Ἀκουιλιανῆς ἐπερωτήσεως δεσμοῖς ἡ βεβαίωσις τοῦ νόμου ἐδεσμήθη *BΣ* (κ.π.): *consentit igitur cum Th. in omittendis uerbis* et acceptilationis, *quae ut subintellegenda adsumpsit Thalelaeus et in indice* (= *B*) ἐπάγοντα καὶ Ἀκουιλιανὴν ἐπερώτησιν καὶ ἀποχὴν καὶ ἀμεριμνίαν *et in adnotatione* (*BΣ* Ἐρώτησις *p.* 722), *ita alii in contextu suppleuerunt* 23 leges] τοὺς νόμους *BΣ* (κ.π.) 24 assensus *C* | si et] *CM*, sciet $R^a$, si $DR^b$, ἐὰν ὅλως καὶ ὁ ἀντίδικος τοῦτο βουληθείη *BΣ* (κ.π.) 25 est *om.* $M^a$ | *s. a. Th. Hal.*

41 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Rvfino pp. Si quis maior [Th. 2, 9, 3 B 11, 2, 58] annis aduersus pacta uel transactiones nullo cogentis imperio libero arbitrio et uoluntate confecta putauerit esse ueniendum uel interpellando iudicem uel supplicando principibus uel non implendo promissa, eas autem inuocato dei omnipotentis nomine eo auctore solidauerit, non solum inuratur infamia, uerum etiam actione priuatus restituta poena, quae pactis probatur inserta, et rerum proprietate careat et emolumento, quod ex pacto uel transactione illa fuerit consecutus: itaque omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui
1 intemerata pacti iura seruauerint. Eos etiam huius legis uel iactura dignos iubemus esse uel munere, qui nomina nostra placitis inserentes salutem principum confirmationem initarum esse iurauerint pactionum. D. v id. Oct. Constantinopoli Olybrio et Probino conss. a. 395

42 Impp. Leo et Anthemivs AA. Erythrio PP. Si ex falsis instrumentis [B 11, 2, 59] transactiones uel pactiones initae fuerint, quamuis iusiurandum his interpositum sit, etiam ciuiliter falso reuelato eas retractari praecipimus: ita demum ut, si de plurimis causis uel capitulis eaedem pactiones initae fuerint, illa tantummodo causa uel pars retractetur, quae ex falso instrumento composita conuicta fuerit, aliis capitulis firmis manentibus: nisi forte etiam de eo, quod falsum dicitur, controuersia orta decisa sopiatur. D. k. Ivl. Constantinopoli Marciano cons. a. 472

43 [1] Imp. Anastasivs A. Thomae pp. Illyrici. Iubemus in omnibus litigiis [B 11, 2, 60] iam motis et pendentibus seu postea super seruili uel adscripticia condicione mouendis transactiones celebrandas uel iam celebratas, si non alio iuri cognito modo eas uacillare contigerit, uires suas obtinere nec ob hoc uideri tenorem earum titubare, quod pro condicione seruili uel adscripticia confectae sint. D. xv k. Dec. Patricio et Hypatio conss. a. 500

# V

## ℞ DE CALCVLI ERRORE ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Avrelio Qvarto. Errorem [B 11, 2, 61] calculi, siue ex uno contractu siue ex pluribus emerserit, ueritati non adferre praeiudicium saepe constitutum est: unde rationes etiam saepe computatas denuo retractari posse, si res iudicatae non sunt uel transactio non interuenit, explorati iuris est. sed et

*$A^{ut}$* (4, 41) *P* (4, 41...43. 5) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 2, 7, 21. 7, 39, 5

---

1 honorius] theodosius *S* | pp.] p. *M* | qui *A* 2 annis] *$AM^a$Th.*, annis xx quinque *$PLRM^b$*, xxu annis *C:* μείζων τῶν κε' ἐνιαυτῶν *BΣ* (κ.π.) | aduersum *Th.* | parta *$C^a$* | cogentis] *$AP^aR^aM^b$* (*uel $M^b$*) *Th.*, cogenti *$M^a$?*, cogente *$P^bLCR^b$* | libero] sed libero *Th. contra BΣ* (κ.π.) 3 confecta] *Th. cum BΣ* (κ.π.) καὶ βουλήσει συγκειμένῃ, *ubi male trahitur ad* uoluntate, confectas *libri* | interpellandum *$LR^a$* | principi *$C^a$* 4 eas autem] *$CRM^b$ cum BΣ* (κ.π.) ταύτας δὲ τὰς διαλύσεις, eas *A*, ea autem *$PLM^a$*, ea quae *Th.* | eo] *LM Th.*, in eo *PCR,* τῇ αὐτοῦ αὐθεντίᾳ *BΣ* (κ.π.) | solidauerint *A* (*sed $A^u$ ante emend.* —rit) 5 inuratur] *Th. cum BΣ* (κ.π.) ἐγκεκαύσθω, intratur *A*, in**ratur *$M^a$*, notatur *$L^bCRM^b$*, notantur *$PL^a$* 6 et rerum] *$PLCRM^b$ cum BΣ* (κ.π.) καὶ τῆς τῶν πραγμάτων δεσποτείας, rerum *$AM^a$*, earum rerum *Th.*, et rerum earum *$M^c$* 7 illa] illa tum *PL*, ἐκείνης εἴληφεν *BΣ* (κ.π.) | itaque] quae *Th.*, τοιγαροῦν *BΣ* (κ.π.) | eorum] quorum *$M^a$?*, *om. R* | commoda *$AM^b$* | qui] *$PLM^a$ Th.*, eis (ei* *$C^a$*, ei *R*) qui *$ACRM^b$*: πάντα παραχρῆμα τὰ κέρδη ἀφοριζέσθω ἐκείνοις, οἵτινες *BΣ* (κ.π.) 8 seruauerit *R* | legis] litis *Th.:* τούτου τοῦ νομίμου *BΣ* (κ.π.) | actura *A* | esse iubemus *PLR* 10 esse iurauerunt *M*, iurauerit esse *R* | *s. a. Th. A Hal. PL* | constant. ... 11 conss. *om. A* | probo *PL* 12 antonius *$M^a$* | erithirio *PL*, enthrio *R*, titirio *M* 13 iusiurandum] iurandum *$R^a$*, *inc. $C^a$* | interpositum ... 14 retractari *om. $L^a$* 14 retracturi *$P^a$* 15 hedem *C* | pactiones] *$PL^aR^a$*, pactiones seu (uel *$L^b$*) transactiones *$L^bCR^bM$* 16 ex] in *M*, *om. $PL^aR^a$:* τὸ ἐκ τῶν πλαστῶν συμβολαίων εἰς διάλυσιν ἐνεχθέν *B* 17 de eo] deo *$M^a$* | *s. a. Hal. PL* 18 marciano conss. *PL*, martiano et zenone coss. *Hal.* 19 impp. *$R^a$* | anestasius *M* | a. *om. P* | pp.] p. *M* 21 iam] etiam *R*, tam *$M^b$* | uiri *R* 22 contingerit *M* | nec] ne *C* | titubari *$PLR^a$* 23 sunt *C* | *s. a. Hal. PL* | xv *om. PL* | conss. *om. S* 25 calculi errorem *P*, errore calculi *C* 26 et cc. *om. M* | aurelio] *SR*, aur. *PL*, ario *M*, *om. C* 29 et *om. R*

si per errorem calculi uelut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit. D. VI K. MART. AA. CONSS. a. 293

2 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# VI

## ℞ DE POSTVLANDO ℞

1 IMP. ANTONINVS A. ARTEMIDORO. Cum a praefecto Aegypti perpetuo causas agere prohibitus non appellaueris, placitis obtempera. PP. III K. AVG. SABINO II ET ANVLLINO CONSS. a. 216

2 IMP. ALEXANDER A. POLYDORO. Nec ceterorum liberti, nedum mei quidem, [B 8, 1, 11] si[1] ita sunt litteris eruditi, ut patrocinia desiderantibus praestare possint, prohibentur hoc facere. PP. NON. MART. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

3 IMP. GORDIANVS A. FLAVIANO. Si sub specie honorarii, quod aduocato us- [B 8, 1, 12] que ad certum modum deberi potuisset, eam quantitatem, quam desiderio complecteris, te daturum cauisti et, quasi mutuam pecuniam accepisses, eam te redditurum promisisti, nec temporis spatio gesto negotio consensum ac fidem accommodasti, competenti exceptione non numeratae pecuniae tutus es et ex hac causa cautionem interpositam usitato more potes condicere. PP. V ID. IVN. SABINO II ET VENVSTO CONSS. a. 240

4 [2]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. THEODOTIANO. Ve- [6, 19, 1 B 8, 1, 13] lamento absentiae patroni causae rursum ad finitas quaestiones redire quis frustra conatur. S. IIII[3] K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

5 IMP. CONSTANTINVS A. HELLADIO. Si qui aduocatorum existi- [Th. 2, 10, 3 rest. B 8, 1, 14] mationi suae immensa atque illicita compendia praetulisse sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis quae tuenda susceperint emolumentum sibi certae partis cum graui damno litigatoris et depraedatione poscentes fuerint inuenti, placuit, ut omnes, qui in huiusmodi scaeuitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur. D. III K. APRIL. PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

6 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD OLYBRIVM PV. Quis- [Th. 2, 10, 5 B 8, 1, 15] quis uult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit aduocatus et iudex[4], quoniam ali-
1 quem inter arbitros et patronos oportet esse delectum. Ante omnia autem uniuersi [(Th.)] aduocati ita praebeant patrocinia iurgantibus, ut non ultra, quam litium poscit utilitas, in licentiam conuiciandi et maledicendi temeritatem prorumpant: agant, quod causa desiderat: temperent ab iniuria. nam si quis adeo procax fuerit, ut non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suae imminutione quatietur. nec enim coniuentia commodanda est, ut quisquam negotio derelicto in aduersarii sui contumeliam aut palam pergat aut sub-

*P* (5. 6 ℞ 4. 6) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] mei, si quidem (*Mommsen*)? [2] *iunge* 2, 4, 38. 6, 31, 3 [3] VIII (2, 4, 38)? [4] defensor sit et quaesitor *Th.*

1 uelut] uelu*(d?) $C^a$, uel $R^a$? | quantiaatem $L^a$ | esse $M^a$ 2 *s. a. Hal. PL* | d. VI] s. iii *PL* 3 *constitutionem Graecam in fine huius tituli excidisse adnotant Russardus Contius Augustinus* 6 antonius $M^a$, anastasius *S* | artumidoro *R* | causam *C* 7 *s. a. Hal.* | amulino *Hal.* 8 apollodoro (*om.* a.) *S* | libertiniorum $R^a$ | necdum $M^a$? | mei] ei $C^b$, *** $C^a$ 9 praestari *CM* | possunt *R* | hoc] id *M* 10 *s. a. Hal.* | et] II et *Hal.* 11 clauiano *C* 15 negotio gesto *R* | exexceptione $M^a$ 16 *s. a. Hal.* 17 aa. et cc.] aa. et c. *S*, aa. *PLCR*, a. cc. *M* | theodatiano *S* 18 rursa $R^a$ | questioes *R* | qui $R^a$ 19 *s. a. Hal. PL: in loco gemino est* sine die et consule | IIII] iii *L* 20 belladio *SCM* | aestimationis $C^a$?, extimationi *R*, estimationi $M^a$ 21 sub *om. Th.* 22 emolumentum] et emol. *C* 24 saeuitate $RM^a$, cecitate *C*, seueritate $M^b$ | *s. a. Hal.* 26 ualentinus *R*, ualerius *M* | ualens] ualent. *P*, ualentinus *RM* | ad olybrium] olybrio *Th.* | pu.] *PR Th.*, pp. *SLCM* 27 aliquod $PM^a$?, aliq** $L^a$, aliquid $R^b$ 28 delictum $M^a$, de**tum $C^a$, conflictum $P^aL^t$ | uniuersa $P^a$ 29 possit $CM^a$ | in licentiam c. et m. temeritatem] licentiam (—tia $M^a$) c. et m. temeritate $PLR^bM$, in licentiam c. et m. temeritate $CR^a$: εἰς ὕβριν καὶ προπέτειαν ἐκφέρωνται *BΣ* 31 temperent] temperent se $R^a$ | fuerat *C* | probis $M^a$ 32 imminutione (—nem $L^aR^b$) quatietur] $PLR^bM^b$ *cum BΣ*: τῇ σημειώσει (*leg.* μειώσει) τῆς ἰδίας λήψεως σαθρωθήσεται *BΣ*, imminutionem (immunitionem $CM^a$) patietur $CR^aM^a$ | coibentia $M^a$ | commodata $R^a$ 33 sui *om.* $M^a$ | peragat $PLCM^a$, προάγηται *BΣ*

2 dole. Praeterea nullum cum eo litigatore contractum, quem in propria recepit fide, incat
3 aduocatus, nullam conferat pactionem. Nemo ex his, quos licebit accipere uel decebit,
4 aspernanter habeat, quod sibi semel officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator. Nemo
5 ex industria protrahat iurgium. Apud urbem autem Romam etiam honoratis, qui hoc
putauerint eligendum, eo usque liceat orare, quousque maluerint, uidelicet ut non ad turpe
compendium stipemque deformem haec adripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta
quaerantur. nam si lucro pecuniaque capiantur, ueluti abiecti atque degeneres inter uilis-
6 simos numerabuntur. Quisquis igitur ex his, quos agere permisimus, uult esse causidicus,
eam solam, quam sumit tempore agendi, sibi sciat esse personam, quousque causidicus est,
nec putet quisquam honori suo aliquid esse detractum, cum ipse necessitatem elegerit standi
et ipse contempserit ius sedendi. PP. x k. Sept. Valentiniano et Valente AA. ii conss. a. 368
7 Idem AA. et Gratianvs A. ad Olybrivm pv. Prouidendum est, ne hi, quos [B 8, 1, 16
in foro aut meritum nobilissimos fecerit aut uetustas, in una parte consistant, aliam a
1 rudibus atque tironibus necesse sit sustineri. Atque ideo si in uno auditorio duo tantum
prae ceteris fuerint uel plures, quorum fama sit hilarior, in iudicantis officio sit, ut par
causidicorum distributio fiat et exaequetur partibus auxilium singulorum et aequa diuisio
2 procedat. Si quis uero monitus a iudice ea excusatione, quae nequeat comprobari, cuicum-
que parti patrocinium denegauerit, careat foro, sciat etiam numquam sibi ad agendum co-
3 piam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum
pluribus et aduersario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam, ostendet procul
dubio iniquam a se litem foueri et auctoritatem iudicis a se lusam experietur. D. k. Mart.
Treviris Valentiniano et Valente iii AA. conss. a. 370
8 Impp. Leo et Anthemivs AA. Nicostrato pp. Nemo uel in foro [I, 4, 15 B 8, 1, 17
magnitudinis tuae uel in prouinciali iudicio uel apud quemquam iudicem accedat ad toga-
torum consortium, nisi sacrosanctis catholicae religionis fuerit imbutus mysteriis. sin autem
aliquid[1] quoquo modo uel quadam machinatione factum uel attemptatum fuerit, officium
quidem sublimitatis tuae centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat, idem
uero, quicumque ausus fuerit contra prouidum nostrae serenitatis decretum officium ad-
uocationis per subreptionem adripere et prohibitum patrocinium praestiterit, aduocationis
officio remotus stilum proscriptionis atque perpetui exilii specialiter sustinebit: sciturus
etiam prouinciarum rectoribus, quod is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit
attemptatum, partis bonorum dimidiae proscriptionem et poenam exilii per quinquennium
sustinebit. D. prid. k. April. Constantinopoli Anthemio A. ii cons. a. 468

## VII

## ℞ DE ADVOCATIS DIVERSORVM IVDICIORVM ℞

1 Imp. Antoninvs A. Doloni. Si patronum causae praeuaricatum putas et im- [B 8, 1, 18
pleueris accusationem, non deerit aduersus eum pro temeritate commissi sententia, atque

*P* (6, 6. 7. 7 ℞) *L* (6, 6. 7. 7 ℞ [1 *l*]) *D* (*ad* 7, 1) *CR* (*u.* 26 officium ... 32 bonorum dimi *in litura litteris coartatis scripsit* $R^b$) *M*

[1] tale quid (*Mommsen*)?

2 accipere] exigere accipere $L^a$ 3 aspernatur $PL^aM^t$, aspernantur $L^b$, καταφρονητικῶς *BΣ* | gracia $L^a$ 4 romanam *R* 5 eo] quo $M^a$ | licet *M* 6 deformen *M* 7 ueluti *om.* $L^a$ | degeres $P^a$ 9 sumet $P^a$, sumit* $L^a$ | sciant $PL^a$ 11 et *om.* *M* | edendi $R^a$ | *s. a. Th. Hal. PL: in Th. est* acc. xii k. sept. ipsis aa. conss. | ii *om. Th.* (*u. s.*) *Hal.* 12 aa.] a. et c. *S* | et grat. a. (aa. *PLC*) *om.* *M* | pu.] pp. *CM, om. R* | hii *CR* 13 aut mer.] au mer $L^a$ 15 pluris $M^a$ | iudicatis $L^a$ 16 causidiciorum $R^a$ | aequetur *C* 17 procedit $P^a$ 18 ad agendum] *PLM,* agendi *CR* 19 cum plurimis *M*, μετὰ πολλῶν *BΣ*, μετὰ πάντων *B* 21 faueri $C^a$? | iudicis a se (asse $M^a$) lusam] iudicis exclusus *C:* διαπαίζει τὴν τοῦ ἄρχοντος αὐθεντίαν *BΣ* | experitur $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | k.] x k. *PL* 22 treuiris ... conss.] cc. iii ualt. et ualent. iiii aa. *PL*, treuiris ualent. et ual. aa. utrisque iii coss. *Hal.* 23 imp. *C* | antoninus $SM^b$, antonius $M^a$ 24 prouintili $R^a$ 26 quodam $C^a$? | factum *om.* $M^a$ 31 aliquod *M* 33 *s. a. Hal. cum loco gemino* 35 iuditorum $M^a$ 36 daloni *DR*, alon. *l* | priuatumricatum $R^a$? 37 commissa $lD^aR^a$: κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ ἁμαρτήματος *BΣ* (κ.π.)

ita de principali causa denuo quaeretur. quod si non docueris praeuaricatum, et calumnia notaberis et rebus iudicatis, a quibus non est prouocatum, stabitur. PP. III K. OCT. ANTONINO A. IIII ET *B*ALBINO CONSS. a. 213

2 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD ANTONIVM PP. Qui necessario patriae suae debent municipio functiones, eos decurionibus adgregatos nolumus euagari, permittentes tamen, ut in negotiis causidicorum fungantur officiis et in ciuitatibus propriis subeant munia curiarum, ita tamen, ut non contra rem publicam ciuitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur. D. XV K. SEPT. RAVENNAE VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 378

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD AFRICANVM PV. [Th. 12, 1, 152] Ne quis ex corpore togatorum, minime curialibus nexibus illigatus [1], prouinciales suscipiat functiones, scilicet ut et ambientibus claudatur ingressus et inuitis necessitas auferatur. D. III NON. AVG. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

4 [2]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVSTATHIO PP. [Th. 2, 10, 6 B 8, 1, 19] Fori tui culminis et uniuersorum iudiciorum aduocati quidquid ex huiuscemodi professione uel ipsius occasione quaesierint *uel quaesierunt*, id post patris obitum praecipuum ueluti peculium castrense ad exemplum militum proprio dominio ualeant uindicare. D. X K. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

5 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PV. [B 8, 1, 20] Quidquid animi largitate et munificentia praestitimus principali togatis per Orientem eminentissimae praefecturae reuerentia studiorum, id sibi praesenti sanctione praestitum esse cognoscant patroni causarum illustris urbicariae praefecturae. D. VII K. IAN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

6 IDEM AA. AD FLORENTIVM PP. [Nou. Theod. 10, 1, 4 B 8, 1, 21] Sancimus, ut aduocatis, qui apud tuam magnificentiam causas acturi sunt, a nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima praefectura, sollicitudo ulla penitus iniungatur: sed nec aduocatis prouinciarum uel spectabilium iudicum quisquis existimet aliquid iniungendum. nulla igitur togatis inspectio, nulla ingeratur peraequatio, nulla operis instructio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur, nullum denique aliud eis mandetur praeter arbitrium in eodem [3] dumtaxat loco [4], ubi aduocationis exercetur officium: quinquaginta librarum auri poena officio feriendo, quod legis istius regulas temerare temptauerit. D. XIII K. MAI. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439

*P* (7 *R* 4) *L* (7 *R* [1 *l*] 4 [6 *l*]) *D* (*ad* 7, 1) *CRM*

[1] minime c. n. illigatus *om. Th.* [2] *iunge* 1, 51, 7 [3] eo (*u. i.*)? [4] in ea dumtaxat prouincia *Nou.*

1 querereretur *lR* | docuerit $M^a$ | et *om. D* 2 *s. a. Hal.: in l est subscriptio c.* 3 3 albino *Hal.* 4 impp. *C* | ualens] ualerius *M* | et ualerius *R*, et ualentinus *M* | aa. *C* | pp.] p. *M* | necessariam ... 5 functionem *C* 5 debet $M^a$, *om.* $R^a$ 7 in] et in *C* 8 eisdem *C* | *s. a. Hal.* 10 impp. ... hon.] imp. hon. et *M* | aa. (a. *M*) ad africanum] *SM*, africanum *CR*, aa. africano *Th.* | pu.] pp. *M*, pp. permittatur *C* 12 ut et] *M Th*, ut *C*, et ut *R* | *s. a. Th. Hal. et l ad c.* 1 | d. III (iiii *l*) non. aug. const. (const. *om. l*)] pp. const. III non. aug. *Th.* 13 archad. et hon. iii a. cons. *l* 14 theodosius] archadius *PLCR* | eustathio] *S*, eustachio *PLR*, estachio *C*, eustasio *M cum libris Th.* | fori] for $L^a$ 15 ex huiuscemodi] eiusscemodi *M* | uel ipsius occasione *om. C* 16 quaesierint uel quaesierunt] quaesierunt $P^aL$, quaesierint $P^bCR$, quesierunt uel quesierint *M*: *emendaui ex BΣ*: εἴ τι δυνηθείησαν ... κτήσασθαι ἢ εἴ τι ἤδη ἐκτήσαντο, *idemque indicatur lectione librorum Th., quorum alii* (*Monacensis*) *habent* quaesitura uel conquesierunt, *alii* (*Paris.* 4403) quaesierunt uel conquisierunt | id] *M cum Th. et BΣ*: τοῦτο μετὰ τὴν ... τελευτήν, id etiam *PLCR* | praecipium $P^a$, pretium $R^a$ 17 *s. a. Th. Hal. PL* | x k.] k. x *P* | constant. *om. PL* 18 honorio] dd. nn. honorio *Th.* 19 ualentinus *M* | ciri *C* | pp.] pium *C*, id $M^a$, *om.* $M^b$ 20 principalis $C^a$ *uel* $C^b$ | orrigentem $M^a$ 21 praesenti sanctionem $C^a$, praesentis sanctione $R^b$, praesentis actione $R^aM^a$ 22 *s. a Hal.* 24 idem] impp. hon. et theod. *l* | aa.] a. et c. *S* | ad florentium] florentio *S*, ad faustinum *l* 26 iniungantur *C* | specta*ilum $M^a$ 27 quisquis] quis *Nou.* | aliquid *om. l* | adiungendum $C^aR$ 28 instructio] *CR Nou.* (*Ottob.*), extructio *lM Nou.* (*Paris.* 4420) 29 nullum den.] nihil den. *Nou.* | eodem] ἐκείνῳ *B*, αὐτῷ *BΣ* 30 officium *M* | quod] qui *lM* 31 legis istius] *CM Nou.*, legis **ius *l*, istius legis *R* | temptauerint *CR* | *s. a. Nou. Hal.: in l est subscriptio c.* 13 | XIII k. mai.] *Nou.*, VIII kal. mart. *Hal.*

7 IDEM AA. THALASSIO PP. PER ILLYRICVM. Isdem priuilegiis isdemque immunitatibus potiri togam illustrissimae per Illyricum praefecturae, quibus fruitur toga per Orientem praetorianae sedis excelsae, decernimus. D. VII ID. SEPT. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. [B 8, 1, 22] a. 439

8 IDEM AA. CYRO PP. CONSVLI DESIGNATO. Cum aduocatio praetoriana centum quinquaginta numero togatis minime uel imminuendo uel augendo concludatur, iubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum peruenerint, a cohortis uel alterius uilioris condicionis nexibus cum liberis quandocumque genitis liberos custodiri postque tale officium depositum annumque completum aduocatorum consortio[1] abscedere cum comitiua consistoriana: omneque, quod togatis fori celsitudinis tuae quolibet casu quolibet adquiritur titulo, ut castrense sibimet uindicare nec patribus uel auis paternis earum rerum commodum adquirere legis istius auctoritate decernimus: his omnibus etiam ad urbicariae praefecturae aduocationem trahendis. D. III K. IAN. VALENTINIANO A. V ET ANATOLIO CONSS. [B 8, 1, 23] a. 440

9 IDEM AA. APOLLONIO PP. Si quis de togatis fori celsitudinis tuae uel Illyricianae seu urbicariae praefecturae siue de his, qui in prouincialibus iudiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuae sedis regendae prouinciae munus potestatemque susceperit, post peractam integre ac sine ulla opinionis labe administrationem ad illud officium, unde abstractus est et unde sibi uitae subsidia comparabat, remeandi habeat facultatem nec causas orare denuo quadam prohibeatur inuidia. D. XII K. SEPT. CONSTANTINOPOLI EVDOXIO ET DIOSCORO CONSS. [B 8, 1, 24] a. 442

10 IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. PALLADIO PP. Binos, qui priores fori tuae sedis inueniuntur, ad patronatum fisci singulis quibusque annis accedere paribus dignitatis et priuilegiorum insignibus ambiendos praecipimus, quibus antehac utebatur is, qui solus creabatur fisci patronus. D. XIIII K. IVL. CONSTANTINOPOLI *SPORACIO* CONS. [B 8, 1, 25] a. 452

11 IMP. LEO A. VIVIANO PP. Nemini licere sancimus aliquem sub adsidendi colore statutis centum quinquaginta aduocatis, quos sibi eminentissima praefectura in consilium adsumpserit, adgregare. 1 Non aliter uero consortio aduocatorum tuae sedis aliquis societur, nisi prius in examine uiri clarissimi rectoris prouinciae, ex qua oriundus est, praesentibus cohortalibus gesta conficiat, quibus aperte pateat cohortali statui ac fortunae eundem minime subiacere, si praesens uir clarissimus rector prouinciae fuerit in eius examine[2]: si uero afuerit, apud defensorem sui oppidi gesta conficiat. 2 Iuris peritos etiam doctores eorum iubemus iuratos sub gestorum testificatione depromere, esse eum, qui posthac subrogari uoluerit, peritia iuris instructum: filios autem togatorum excellentiae tuae, qui uel nunc causas agunt uel futuris temporibus actitauerint, ceteris supernumerariis anteferri. 3 (2) Illud insuper decernimus, ut etiam his, qui ultra centum quinquaginta aduocatos eminentissimae tuae sedis reperiuntur, liceat et apud uirum spectabilem proconsulem uel prae- [B 8, 1, 26]

*CRM*

[1] senatores factos *ins.* (*u. i.*) [2] si praesens ... examine *del.* (*Mommsen*)

1 tolasio *CM* | per illirici eisdem *R* 2 per illyricum *om.* $R^a$ | fuerit togam *R* 3 *s. a. Hal.* 5 pp.] p. *M* | consuli designato] *Contiis* 1562, *om. libri* 6 agendo $M^a$ | concludantur *M* 7 ad fisci *om. M* | alteris $R^a$ | 8 quandocumque genitis] *M cum BΣ* (κ.π.) τῶν ὁτεδήποτε γεννηθέντων, quinque genitis *R*, quingentis *C* 9 consortio abscedere] ἐκ ... σωματείου γινομένους αὐτοὺς συγκλητικοὺς ἀφίστασθαι *BΣ* (κ.π.), *idemque supplementum redit et in indice Thalelaei* (*BΣ*) συγκλητικὸν αὐτὸν γενόμενον *et in adnotatione eiusdem ad h. l.* | cum *om.* $M^a$ | comitiuam consistorianam *CR*: μετὰ τῆς ἀξίας τοῦ κόμητος τοῦ κονσιστοριανοῦ *BΣ* (κ.π.) | omnemque *C* 10 quolibet casu *om. C contra BΣ* καθ' οἱανδήποτε τυχήν 11 istis *C* 13 *s. a. Hal.* 14 aa.] aug. *M* | foris *C* | illuricianae $M^a$ 16 electione] *M*, et electione *R*, ut lectioni *C*, κατ' ἐπιλογήν *BΣ* (κ.π.) | redendae $R^a$ | susceperint *CR* 17 peracta *M* | ac *om. M* | labe ab eo adm. ad aliud *R* 18 subsidiae $R^a$ 19 *s. a. Hal.* 21 ualentinus *RM* | marcus *CRM* | sinos *R* 22 priore *R* | fori *om. M* | patronatus *M* | quibusque] quibus *C* 23 praecimus $M^a$ 24 carebatur fisci *C*, fisci creabatur *M* | *s. a. Hal.* | herculano et asporatio coss. *Hal.* 25 a. *om. M* | iuuiano *R* | pp. *om. M* 26 quos] *C*, quo *R*, quem *M* 27 consortium *M* 28 rectores $C^a$ | est] es *M* 29 cohartalibus *CR* | conficiat] ὑπομνήματα πραχθείη *BΣ* | pateant *M* | cohartali *CR*, cohortalis *M* | statue $M^a$ 30 praeses *CR* 31 abfuerit *M*, adfuerit *R*, affugerit *C* | suo $R^a$ 32 iuratos] iuratores *M* | postea *CR* 33 perita $M^a$ 34 astitauerint *R* | supermunerariis *C* 35 ultra] ultra a $M^a$ 36 sedis tuae *CM*

fectum Augustalem uel comitem Orientis, uiros etiam spectabiles uicarios et apud rectores prouinciarum negotia perorare. D. K. FEBR. CONSTANTINOPOLI MAGNO ET APOLLONIO CONSS. a. 460

12 IDEM A. EVSEBIO PP. ILLYRICI. Sancimus patronum fisci iudicio celsitudinis tuae iam non quotannis, sed biennio pro uetere consuetudine finem officii sui sortiri: saluis eidem consortio priuilegiis omnibus, quae a retro principibus meruit, manentibus. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI BASILIO ET VIVIANO CONSS. a. 463

13 IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ALEXANDRO DVCI AEGYPTIACI LIMITIS ET PRAEFECTO AVGVSTALI. Petitionem uirorum disertissimorum aduocatorum Alexandrinae splendidissimae ciuitatis, quam de fori sui matricula et fisci patrono obtulerunt, merito admittentes hac sanctione decernimus quinquaginta statutos haberi eorumque nomina pro tempore matriculae conficiendae inscribi et eos aduocationis officium in iudicio tam uiri spectabilis praefecti Augustalis quam uiri spectabilis ducis Aegyptiaci limitis petentibus adhibere, ceteros uero ultra memoratum numerum constitutos apud alios iudices eiusdem Alexandrinae ciuitatis perorare, filiis scilicet statutorum in loco deficientium supernumerariis anteponendis: egredientem autem post biennium fisci patronum contemplatione laborum exconsulari moderatoris prouinciae dignitate decorari: licentia facultateque ei non deneganda, cum usus exegerit, tam pro se quam pro filiis parentibus et uxoribus nec non etiam personis ex trans-
1 uerso latere usque ad quartum gradum constitutis patrocinium suum adhibere. Quando autem fisci patronum mori contigerit, gradu eum sequentem sine ulla dilatione in loco eius subrogari, heredibus defuncti nihil exinde sibi commodi adquiri posse speraturis: cunctis priuilegiis, quae hactenus habuisse noscuntur, nec non his, quae suggestio tuae magnitudinis continet, etiam in posterum intactis inuiolatisque seruandis, quatenus huiusmodi delato eis liberalitate nostrae serenitatis honore possint in otio et tranquillitate reliquum tempus uitae suae peragere, nulla eis inuitis sollicitudine ingerenda. D. XIII K. SEPT. ANTHEMIO CONS. a. 468

14 IDEM AA. CALLICRATI PP. ILLYRICI. Aduocati, qui dirimunt ambigua fata causarum suaeque defensionis uiribus in rebus saepe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam si proeliis atque uulneribus patriam parentesque saluarent. nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis clupeis et thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos: militant namque causarum patroni, qui gloriosae uocis confisi munimine laborantium spem uitam et posteros defendunt. D. V K. APRIL. CONSTANTINOPOLI ZENONE ET MARCIANO CONSS. a. 469

15 IMP. LEO A. DIOSCORO PP. Post duos fisci patronos, qui ex anterioribus [B 8, 1, 27] constitutionibus[1] isdem beneficiis muniuntur, sexaginta quattuor togatos, qui in praesenti sunt, a primo usque ad sexagesimum quartum imperialibus beneficiis perfrui censemus,
1 quibus fisci patroni liberique eorum honorati sunt. His quoque illud adiciendum esse statuimus, ut, si quis patronatus fisci adeptus gradum fatalem diem obierit, uniuersa totius

*p* (7, 14) *L* (7, 14 *ante* I, 54) *CRM*

[1] *c.* 10 *h. t.*

1 augustale *R* | ettam *M* 2 *s. a. Hal.* 4 aa. *C* | non iam *M* 5 officio *C* | sortiris aliis *C* | eidem] $R^b$*M*, eiusdem *C*, et** (iam?) $R^a$ 6 a *om. M* | *s. a. Hal.* 8 alexandro] sergio *S*, *cf.* 1, 57, 1 | egyptiaci limites *S*, aegyptiali mil. *C*, aegyptiali mil *sequente uacuo spatio R*, egiptiaci militis *M* | et praef. aug. *om. SC* 9 petitiones *R* | alexandriae *R* 11 hanc $M^a$ | maricule $R^a$ 13 prefectis *M* | augustali *R* | aegyptiacia *R*, aegyptiatici (*uoluit* aegyptili) *M* | militis *C* 14 alexandriae *CR* 16 contemplationem *C* 17 moderationis *R* | prouintiali $R^a$ | dignitate *om. C* | facultatemque *CM* | denegandam *M uel* $M^b$ 18 pro filiis] prouintiis $R^a$ | tranuerso *R* 19 ad *om. R* 20 autem] ante *R* | eum sequentem] consequente *M* 21 heredibus] haec rebus *R* | sibi] sibi non *R* 22 qui suggestione *C* 23 dato *R* 24 in otio] initio *R* | uitae suae tempus *M* 25 sollic. inger. inuitis *C* | *s. a. l ad c.* 6 26 conss. *l* 27 idem] imp. leo et anthemus (anthemio *L*) *pL* | callicrati] *LM*, callicatri *Sp*, calliorati *CR* 29 pelis $p^a$?, prael*s $M^a$ 30 solos nostros nostro $L^a$, nostro solos *C*, ******** solos nostro $M^a$ | clypeis *uel* clipeis *pLCM*, glippeis *R* 31 patroni causarum *R* 32 *s. a. Hal.* 34 mpp. *R* | dioscoro pp.] ad dioscoro *S* 35 constitutionibus *om. M* | togatis *RM* 36 quartum] initum *C*, ξδ' *B et BΣ* 37 honerati *R* | addicendum *C* 38 patronatus] *M*, patronus *CR* | gratus *R* | factalem $M^a$

anni solacia, ex quo hoc idem officium peragere coeperit, ad heredes seu successores suos, siue liberi siue extranei fuerint, transmittendi tam ex testamento quam ab intestato liberam habeat facultatem. D. XVII K. IVN. CONSTANTINOPOLI *MARCIANO* CONS. a. 472

16 IMPP. LEO IVNIOR ET ZENO AA. IVSTINIANO PV. Ad similitudinem sexaginta [B 8, 1, 28] quattuor aduocatorum fori amplissimae praetorianae praefecturae quindecim tantum ex foro tuae magnitudinis, qui in praesenti gradus primos obtinent, post fisci uidelicet patronum, isdem priuilegiis nostrae mansuetudinis beneficio perfruantur, quibus fisci patroni liberique eorum muniuntur. D. XVII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LEONE IVNIORE A. CONS. a. 474

17 IDEM AA. PAVLO PP. PER ILLYRICVM. Iubemus aduocationem fori tui culminis in *centum* quinquaginta, sicut antea constitutum fuerat, aduocatos concludi eundemque numerum, quotiens uel professionis fine uel morte uel quocumque casu fuerit imminutus, electione magnificae tuae sedis impleri, ita ut in praesenti quidem et hinc usque ad biennium ad plenitudinem supra definiti numeri subrogandi sine ulla cohortalis aut cuiuslibet deterioris condicionis quaestione succedant: salua uidelicet aduersus eos apparitionibus si qua competit actione, quam certum est, postquam fisci patronatus officio impleto exierint, euanescere: post lapsum uero biennium foro tuae magnificae potestatis inseri postulantes non aliter, nisi sub gestorum confectione minime eos cohortali condicioni subiacere patefactum
1 fuerit, admittantur. Cuncta sane priuilegia, quae magnificae per Orientem praefecturae aduocatis ex diuinis retro principum seu inclitae recordationis Leonis uel nostris sanctionibus indulta sunt, tuae quoque gloriosissimae sedis causidicis absque ulla discretione competere per hanc in aeternum ualituram legem sancimus. a. 474

18 Οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐν τάξει οὖσι δικολόγοις, εἰ μὴ μόνον ὁ τῶν πραιτωρίων ἔπαρχος. [B 8, 1, 29]

19 [1] Μήτε παρά τινι τῶν ἀρχόντων μήτε παρὰ διαιτηταῖς δύο συνήγοροι διδαχθέντες ἀναβαλλέσθωσαν τὴν τοῦ πράγματος κρίσιν προφάσει τρίτου δικολόγου, ἀλλ᾽ ἀνυπερθέτως τὴν δίκην δικολογείτωσαν οἱ δύο παρόντες. [B 8, 1, 30]

D. VI K. IAN. CONSTANTINOPOLI *LONGINO* CONS. a. 486

20 (VIII, 1) IMP. ANASTASIVS A. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Suggestionem uiri [B 8, 1, 31] illustris comitis priuatarum et proconsulis Asiae duximus admittendam, per quam nostrae serenitatis auribus intimauit fori sui aduocatos communi petitione magnopere postulasse, ut, postquam aduocationis deposuerint officium, dignitate quadam nostra liberalitate potiantur. iubemus itaque post depositum, ut dictum est, praefatum officium unumquemque

*CRM: c.* 18 *restituimus ad indicem B, c.* 19 *ad indicem BΣ*

[1] *fortasse iungenda est* 2, 12, 27

1 hoc *om. C* 2 ab *om. R* 3 habeant *R* | *s. a. Hal.* | festo et marciano coss. *Hal.* 4 imp. *M* | leo *om. R* | zenon *S* | aaa. *M* | iustinianus *S,* et iustiniano *R,* iustino *M* | pu.] pp. *CR*, p. *M: constat autem ex constitutione ipsa et ex Graecis agi de foro praefecturae urbanae* 7 isdem] his *M* 8 *s. a. Hal.* 9 aa.] a. *S,* aaa. *M* | culminis *om. C* | centum] *Bamberg. I D* 3 *secundum Herrmann, om. CRM: cf. de praefectura Orientis c.* 8. 11 *h. t.* 10 ante *R* | concludendi *R* 11 sine *R* | casu] causa *C* 12 magnificae tuae] *M,* tuae magnificae *R,* tuae magnificentiae *C* | hinc] *C, om. RM* 13 plenitudinem] *C,* pleniorem $RM^b$, plenoriem $M^a$ | cohartalis *CR* 14 questiones *M* | si qua] quae *C* 15 patronatum *M* | impleti *C* 16 biniennium *R* | magnificentiae *CR* | potestate *C* 17 nisi sub] uisibus *M* | eos] hos *C* | cohartali *CR* | conditionis *M* 20 causadicis *R* | discriptione $M^a$ 21 *apud Hal. subiungitur subscriptio anni* 486, *quae uidetur ad c.* 19 *pertinere (u. i.)* 22 de aduocatis diuersorum iudicum *hoc loco inserunt RM contra SC: quam rubricam nihil esse nisi repetitionem rubricae superioris apparet ex numeris sequentium titulorum, qui extant in PL (uide additamentum) et ex permultis citationibus (u. g. BΣ* 8, 1, 36. 40). *post rubricam M addit* hec constitutio greca est, *alii ut Paris.* 4534 *Bamb. I D* 3 *hoc loco habent* constitutio graeca: *et hoc loco, non ante c.* 17 *Graecas constitutiones inserendas esse probant tam subscriptio Haloandri ad c.* 17 *suo loco mota quam BΣ* 8, 1, 26, *ubi c.* 17 *citatur numero* ιζ 23 *breuiorem indicem exhibent B:* δίκη οὐχ ὑπερτίθεται, κἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐν αὐτῇ τρεῖς συνήγοροι· δύο γὰρ ἀρκοῦσιν 26 *s. a. Hal. ad c.* 17: *ex subscriptione restituenda est inscriptio aut* ὁ αὐτὸς βασιλεύς, *si etiam c.* 18; *quod ueri simile est, adscribas Zenoni, aut* αὐτοκράτωρ Ζήνων A. | longino cons.] decio et longino coss. *Hal.* 28 comite *C* | admittandam *M* 29 serenit'atis $M^a$ | foris sui *RM,* foris tui *C* | magno opere $RM^a$ 30 officia *CR* | nostrae *R,* nostrea $M^a$ 31 iubemus] *M,* iubemus eos *CR*

eorum, qui in praesenti sunt uel postea matriculis eorum pro tempore fuerint inserti, clarissimi primi ordinis comitis perfrui dignitate, quatenus et tempore quietis fructum praeteritorum laborum consequantur proque fide atque industria erga clientes suos comprobata priuatae condicionis hominum multitudine segregati clarissimis merito connumerentur. D. II K. IAN. CONSTANTINOPOLI ANASTASIO A. II CONS. a. 497

21 (2) [1]IDEM A. THOMAE PP. PER ILLYRICVM. Aduocatos amplissimae tuae sedis, qui pro tempore ad fisci patroni gradum et officium prouehuntur, una cum liberis iam natis uel postea procreandis ab omni cohortalis seu cuiuslibet deterioris condicionis uinculo immunes ac liberos cum patrimonio suo conseruari praecipimus, cum constet hoc iam pridem tam aduocatis amplissimae praetorianae per Orientem quam magnificae urbicariae praefecturae sacris constitutionibus[2] esse indultum et non dubium sit non tantum eas, sed etiam sublimissimae tuae sedis germanas esse potestates. D. XII K. DEC. PATRICIO ET HYPATIO CONSS. a. 500

22 (3) IDEM A. CONSTANTINO PP. [3]Iubemus pro tempore primatem aduocatorum fori [B 8, 1, 32
uiri illustris comitis Orientis per biennium fisci patroni fungi officio et solacia sibi com-
muni consensu deputata per idem biennium consequi, hoc quoque transacto professionem
aduocationis deponere: consortio uidelicet eorundem aduocatorum ad quadraginta tantum-
modo uiros redigendo, ita ut, si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de aduoca-
tionis officio minime reiciantur, nemine alio eis adiciendo, donec quadraginta uirorum nu-
1 merum aduocatorum consortium excedere contingat. Ad haec eos, qui, prout statutum
est, fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro se
quam pro iugali sua et socero et socru nec non genero et nuru liberisque propriis, colonis
2 et seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio. Nec aediculas eorum metatorum
onere molestari, si tamen in una tantummodo suaque domo singuli talem praerogatiuam
3 sibi uindicare maluerint. Pro sportulis praeterea modum, quem notitia nobis porrecta de-
clarat, tam pro his quam pro colonis et seruis eorum custodiri, neminique praeberi licen-
4 tiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. Nec de cetero
quemquam, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhaesisse, supra dicto
5 consortio sociari. Et filios aduocatorum uel adhuc in tali constitutorum officio uel eorum,
qui fisci patronatum deposuerunt, superstitum uel mortuorum, extraneis ad idem officium
accedentibus anteponi eique gratis et sine sumptibus sociari, si et ipsi, prout dispositum
6 est, solito tempore legum doctrinam meruerint. Vt autem his, qui fisci patroni officium
adepti sunt uel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte praeuentis prospiciatur,
tam ad heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum uocatus sit, solacia eius transire
hisque seruari, quam ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt uel postea deposuerint,
minime cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli nec exhibitionis seu

*CRM*

---

[1] *iunge* 2, 4, 43. 7, 39, 5 [2] *c.* 8 *h. t.* [3] *c.* 22 *isdem uerbis repetitur in c.* 24

---

1 in praesenti] insenti $R^a$, inserti $R^b$ | post *C* | matculis *R* 2 primi] *M cum B* πρώτου τάγματος, *om. CR* | et *om. M* 3 conseqntur *R* | proque] *M*, pro qua *CR:* ἵνα ... καρπὸν ... προφέρωνται ὑπὲρ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιμελείας ... ἀποχωριζόμενοι τοῦ τῶν ἰδιωτῶν τάγματος *BΣ* | erga] ga $M^a$ | clientes] dientes *R* 4 numerentur *R*, συναριθμούμενοι *BΣ* | *s. a. Hal.* 6 a.] aa. *C* | sedis] his *R* 7 ad] af $M^a$ | patronatus *M* 8 postea *om. M* | cohartalis *C*, cohartali *R* 9 matrimonio *M* | praecipimus] *CR*, decernimus *M* 11 constitutioni'bus $M^a$ 12 sedes $M^a$ | potestatem *R* | *s. a. Hal.* | xv 2, 4, 43 14 pro tempore] propter *R* 15 illustris uiri *R* | fungi *om. M* | solacio *C* 17 eodem $R^a$ 18 ita] itaque *R* | iam] etiam *R* | idem *C* 19 offitiorum *M* | reciantur *R*, recitantur *C* | ediciendo *M* | donec] *M*, nec *C*, ne *R:* ἕως ὅτε εἰς τοὺς τεσσαράκοντα περιστατήσαν *BΣ*, *similiter B* 20 hoc *R*, *inc.* $M^a$ | prout] ut pro *R* | statum $M^a$ 21 deposuerunt *RM* | offitio *M* 22 uigalia *R*, iugalis $M^a$ | socrum *C* 23 offitio fungi *M* 24 molestare $R^a$ | si tamen] sit non *R* | unam *R* | domum *C*, domu *M* | singula *C* 26 quam pro] quam *M* | colonis] colonis illis *C* 28 antequam *om. R* | eruditione $M^a$ | inhesis**e $C^a$, inesse *M* 29 in *om. M* | officio u·l eorum *om. C* 30 officio *M* 32 soluto *C* | meruerunt *C* | his *om. M* 33 adempti *C* | mortem $M^a$ 34 sit *om. C* 35 uel p. deposuerint (deposuerunt *C*) *om. M* 36 actas $M^a$? | uolentes *C* | subire] *M*, se subire *CR*

deductionis onere nisi speciali auctoritate nostra molestari et in prouincia incusandos per
sententiam uiri spectabilis comitis Orientis utpote competentis iudicis conueniri atque liti-
gare decernimus. D. K. IVL. CONSTANTINOPOLI SABINIANO ET THEODORO CONSS. a. 505
23 (4) IDEM A. EVSTATHIO PP. Laudabile uitaeque hominum necessarium aduo- [B 8, 1, 33
1 cationis officium maxime principalibus praemiis oportet remunerari. Ideoque iubemus uiros
clarissimos fisci pro tempore patronos fori tuae celsitudinis sollemni die festiuitatis kalen-
darum Ianuariarum ipsius tantummodo anni, per quem tale peragunt officium, inter spec-
tabiles sacri nostri consistorii comites diuina nostrae serenitatis manu puncti consequi so-
2 lacium. Et postquam tale deposuerint officium, si quidem filios ingenuos habeant, eos
clarissimorum notariorum inseri consortio tribunorum, sacras solitas epistulas sine quadam
3 suffragii solutione percepturos. Et si quis per sententiam sublimitatis tuae monitus super
agnito debito uel agnita causa, quae ingeritur ei, confessionem exponere paratus sit, eam
non arbitro delegato, sed tunc temporis fisci patronis uel alterutri eorum, si alter adesse
4 non possit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari. Quotiensque de
nuptiis quis sine dotalibus instrumentis mutuo contrahendi matrimonium animo celebratis
super adfectu suo, liberis ex huiusmodi coniugio iam extantibus uel necdum procreatis,
legitimis adlegationibus uti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos uel alter-
utrum, ut dictum est, eorum gestis interuenientibus commendari, ita uidelicet, ut iuri cogni-
5 tae adlegationes absentibus personis, si quae competunt, seruentur intactae. His insuper,
quicumque apud uiros gloriosos pro tempore consules mancipia sua libertate donare uolue-
rint, antelatos fisci patronos ad easdem libertates peragendas propriam aduocationis uocem
6 accommodare: Aliis nihilo minus privilegiis, quae iam pridem memoratis uel fisci patronis,
uel adhuc aduocationis pro tempore peragentibus officium togatis diuersis modis indulta
sunt, ex hac etiam sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. D. XII K. DEC. CONSTAN-
TINOPOLI AREOBINDO ET MESSALA CONSS. a. 506
24 (5) IDEM A. SERGIO PP. Petitiones uirorum disertissimorum fori praesidalis secundae
Syriae prouinciae aduocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas et iube-
mus[1] pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio et solacia sibi
communi consensu deputata per idem biennium consequi hocque transacto professionem
aduocationis deponere: consortio uidelicet eorundem aduocatorum ad triginta tantummodo
uiros redigendo, ita ut, si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de aduocationis
officio minime reiciantur, nemine alio eis adiciendo, donec triginta uirorum numerum aduo-
1 catorum excedere consortium contingat. Ad haec eos, qui, prout statutum est, fisci patroni
deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro se quam pro iugali sua
et socero et socru nec non genero et nuru liberisque propriis, colonis et servis ad se per-
2 tinentibus aduocationis fungi officio. Nec aediculas eorum metatorum nomine molestari, si
tamen in una tantummodo suaque domo singuli talem praerogatiuam sibi uindicare malue-

*CRM*

[1] *c.* 24 *inde ab hac uoce est repetitio c.* 22

1 dedicionis *R* | nisi] iussi *M* | prouinciam *C* | inaccusandos *R*, accusandos *C* 2 uiri spect. *om.* *R* | comiti *R* | atque *om.* *R* 3 *s. a. Hal.: pro* iul. *fortasse scribendum* ian. *propter* 1, 4, 19, *ubi uide* 4 aa. *C* | eustachio *CR* | pp.] pp. uc. *S* 7 ianuarium *RM* 8 nostri *om.* *M* | puncti] $R^b$*M cum B* (πούνιτον) *et BΣ*, pncti $R^a$, functi *C* | consequens *C* 9 postquam] post *R* 11 munitus *C*, monitis *R* 13 non *om.* *R* | arbitrio $CM^a$, δικαστῇ *BΣ* | patronus $R^a$ | alter] aliter *C*, altera *R* 14 prosit *R* | intimare *R* | que *om.* *R* 15 quis sine] $M^a$, quae sine *C*, quasi non *R*, quis siue $M^b$ | instruentis $M^a$ | matrimonium] numerum *M* 16 affectus *C* | coniungio *R* | iam] tam *M* 17 uti maluerit] intimauerit *R*: καὶ βούλεται κατὰ πρᾶξιν ὑπομνημάτων καταθέσθαι *BΣ* | eas (eoș $M^a$) ... alterutrum *om.* *R* 18 iure *C* | cogniti *M* 19 seruetur *C* 20 mancipiam suam *M* 21 eandem *R*, eas *M* | aduocationes $M^a$ 22 ammodare $M^a$ | nilhominus *M* | commemoratis *M* 23 aduocationes *M* | inadulta *M* 24 transactione *C* | *s. a. Hal.* 25 areouinio *Hal.* 26 *inscriptionem om.* $M^a$ | sertio *R* | petitionum $M^a$ | praesidati *R* 27 competente *M* 28 primates *C* | biennium ... 29 idem *om.* $R^a$, idem *suppl.* $R^b$ 29 consensu] consensu in husu *M* | deputatam *M* 30 tantummodi $M^a$ 31 rediendi $M^a$ | quis *RM* 32 reciantur *R* | alios *M* | donec] *C*, nec *RM* 33 hoc *R* | statum $M^a$ 34 deposuerunt *M* 35 socro $M^a$ | agenero *M* | seuis $M^a$ 37 in *om.* *M* | domus *C* | singulari *M*

3 rint. Pro sportulis praeterea modum, quem notitia nobis porrecta declarat, tam pro his
quam pro colonis et seruis eorum custodiri, neminique praeberi licentiam eundem modum
4 circa sportularum exactionem contra eos excedendi. Nec de cetero quemquam, antequam
per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhaesisse, supra dicto consortio sociari.
5 Et filios aduocatorum uel adhuc in tali constitutorum officio uel eorum, qui fisci patrona-
tum deposuerunt, superstitum uel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus
anteponi eique gratis et sine sumptibus sociari, si et ipsi, prout dispositum est, solito tem-
6 pore legum doctrinam meruerint. Vt autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt uel
fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte praeuentis prospiciatur, tam ad heredes
fisci patroni, qui semel ad talem gradum uocatus sit, solacia eius transire hisque servari,
quam ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt uel postea deposuerint, minime cuiuslibet
actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli nec exhibitionis seu deductionis onere,
nisi speciali auctoritate nostra, molestari et in prouincia incusandos per sententias uiri
clarissimi prouinciam in qua degunt moderantis, utpote competentis iudicis, conueniri at-
que litigare decernimus. D. K. DEC. *ANASTASIO* ET AGAPITO CONSS. a. 517

25 (6) IMP. IVSTINVS A. MARINO PP. Restituendae sunt clarissimis eloquentiae luminibus
sexaginta auri librae, quas sub imperio Zenonis divae memoriae[1] pedaneis deputatas arbitris
nec non fideiussorum uires aestimantibus, tamen auferendas credidit parca posterioris sub-
tilitas principis, ut iam liberalitate nostri numinis uiri clarissimi fisci patroni praefatam
auri summam sine fraude annis singulis consequantur, ab amplissima tua sede pari lance
in utrumque diuidendam. nam uniuersis redditur, quod pro uoto omnium primatibus in-
1 dulgetur. Sacras insuper epistulas, quibus adprobantur uiri clarissimi tribuni praetoriani
et notarii, non unius tantum nomine, sed alterius quoque[2] unius praestandas perspicimus,
2 siue suos filios siue quos alios duxerint illustrandos. Ad haec altiore beneficio codicillos,
quibus illustris honoratur dignitas, consequantur, quos unius solum nomine eisdem uiris
facundissimis daturos nos pollicemur profuturos scilicet alteri eorum altero concedente, seu
3 qui[3] ex provinciis suis uel ex amicis uoluerint, in prouinciis tamen degentibus. Licentiam
eis praeterea facimus binos homines annis singulis itidem offerendi nostram adoraturos pur-
puram, statutis inserendos praesentalibus domesticis, unum equitum, alterum scholae pedi-
tum, in uacantem eorum locum, qui defuncti sunt, nullo, dum supererant, de militia uenum-
danda pacto cum eis interposito, quorum eiusmodi conventiones intersunt, ita tamen, ut
idem uiri facundissimi, cum offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro
singulis millia nihilque amplius nouerint dependenda uiris magnificis comitibus dicatissimo-
rum domesticorum, id est equitum quidem pro eo, qui inter equites merit*urus* est, peditum
autem pro eo, qui inter pedites inserendus est: solitis uidelicet statim stipendiis nec non

*CRM*

---

[1] *cf. ad* 3, 1, 6 [2] et *ins.* (*Mommsen collato Graeco* εἷς καὶ ἕτερος) [3] cui?

---

1 praetera *R* | notia *M* 3 exactione *R* 4 per statuta] *RM*[b], praestatuta *C*, persti-tuta *M*[a] | eruditio *C* 6 deposuerunt] uel adhuc *M* | superstitutum *C* 7 autemponi *R* | depositum *C* 8 meruerant *C*, meruerunt *M* | adempti *C* 9 fuerunt *M* | mortem *R* | here-dem *M* 10 quit *R*[a] | solacia] in solatia *CR* | hisqui *M* 11 quam] *ita c.* 22, quamque *CR*, tamquam *M* | deposuerint u. p. deposuerunt *C*, uel p. deposuerint *om. R* 12 honore *M* 13 incausandos *C* 14 prouintia *M* | mode-ratis *M* | competentes iudices *R* | *s. a. Hal.* | anastasio] anatolio *Hal.* 16 *inscriptionem om. M*[a] | iustinianus *SC* | marino] *M*[b] *et* 5, 27, 7, marono *R*, martiano *S*, matrono *C* | restituendo *M* | luminibus] *WQ*, nominibus *CRM* 17 qua *C* | diuine *M* | deputatis *C*, deputes *M* | arbitriis *M* 18 parca] *M*, pro patre *CR* 19 iam] tam *M* | libertate *R* | nominis *CRM* | uiri] auri *M* | fisci *om. C* | praefata *C*, praefati *R* 20 anni singuli *M* | consequatur *C* | tuae *C* 21 quod] quidem *C* | omnibus *R* 22 epistalas *M*[a] 23 alteris *R* | unis *R* 24 quos] *CR*, quosdam *M* | codicillis *C* 25 honeratur *C* | dignatas *R* | hisdem *M* 26 facundissimos *R*[a] | datos *R* | nos] *M*, non *CR* | pollicentur *R* 27 degentibus] *R*, ele-gentibus *C*, decedentibus *M* 28 annis sin-gulis sit idem *C*, anni singuli sit idem *M* | nostra moderaturos *C* 30 quidem functi *M* | nullo] *M*, nulli *CR* | supererat *CR* 31 huius-modi *CR* 32 auferendos eisdem *CR* | bi-nas *M* | pro] per *CR* 33 millia] militia *R* | dependendum *C*, dispendenda *R*[a] | dicato-rum *R*, ducatorum *C* 34 eo :.. 186, 1 pro *bis R* | qui] *C*, quod *M*, *om. R utroque loco* | meriturus] *Hal.*, meritus *libri* 35 inseren-dum *M*[a] | solitus *M* | statum *M* | dispendiis *C*

4 ceteris solaciis isdem tironibus deputandis sine quolibet alio dispendio. Aliis etiam priuilegiis potiantur, quae diuersis temporibus consecuti sunt siue per augustos apices seu dispositiones et sententias amplissimae tuae sedis. nam qui nouis digni iudicati sunt, ii multo magis in anterioribus quoque sunt adiuuandi. D. K. DEC. CONSTANTINOPOLI IPSO A. ET EVTHERICO CONSS. a. 519

26 (7) IDEM A. THEODOTO PV. Per hanc legem decernimus, ne, antequam in [B 8, 1, 34] octuaginta tantum uirorum numerum fori tui culminis togatorum collegium deductum fuerit, adspirare quis qualibet arte concedatur aut possit, nisi uel eorum filii, qui triginta priorum obtinent numerum, facundiae studiis eruditi, gratis uidelicet et sine ullo suffragio, aut fortasse exteri non ultra duos per annos singulos, facundia et ipsi conspicui taxati fuerint: nullo deinceps, postquam in octuaginta uirorum numerum redacti fuerint, superare qua-
1 libet rursus ambitione uel astutia quantitatem ausuro. Interdicenda quoque cunctis licentia praeuertendi progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat, et ut in merca-
2 torum contractibus loca permutandi et adhuc tirones iam interesse ueteribus. Hoc etiam pronuntiandum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus relicta obseruatione glorificae tuae sedis. nouerit etenim, qui post nomen impetratum patroni litium ultra trium annorum spatium ex sacratissima hac urbe morandum duxerit, nec nuncupationem togati nec privilegia uirorum eiusmodi concedenda sibi, ut nec repetitis ex industria praedictae
3 sedis auctoritatibus protrahatur aut multiplicetur peregrinationis excursus. Quorum omnium si quid uel minimum quocumque tempore fuerit uiolatum, uiginti primates eiusdem ordinis et qui pro tempore sollicitudinem ab actis in amplitudinis tuae gerent officio, adiutores etiam eorum denis singuli libris auri ferientur, quod aduersus imperialia consulta serenitatis nostrae tendentibus non statim obiecerint intercessionem legis praesentis aut non restiterint et omni nisu prohibuerint, ne quid temptetur contrarium: cum nec in administratores sublimissimae tuae sedis, si non intente custodierint disposita salutaria et, ut
4 non temerentur, prospexerint, poena deerit decem auri librarum. Sescenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronus fori tuae celsitudinis ad exemplum priorum temporum ex arca tui iudicii consolatur, ne post decursum celerem aduocationis et labores gloriosos egenus exeat, non, ut saepe contigit, incerto die praestentur, sed cum[1] medium iter peruenerint patrocinii rerum fiscalium, id est kalendis Octobribus, per annos singulos sine
5 cunctatione solventur. Quidquid insuper privilegiorum retro principum sacris adfatibus uel auctoritate tribunalis cuius interest huic eidem ordini datum ostenditur, inuiolatum ser-
6 uari. Cumque lite quisquam eorum pulsatus fuerit seu ciuilis causae[2] certaminis aut cri-

*CRM* (*om. c.* 26) *T* (*ad c.* 26)

---

[1] ad *ins.* (εἰς τὸ μέσον ἐνεχθείη *BΣ*) [2] causa?

---

1 sinec *Mª* | etiam *om. R* 2 potiuntur *M* | angustos *C*, augtos *R* | dispositione *R* 3 nouis] *Mommsen*, nobis *libri* | hii] i *Mª?*, *om. Mᵇ* 4 adhibendo *Mᵇ*, .dhibendo *Mª* | *s. a. Hal.* 6 *c.* 27 *ante c.* 26 *collocat S* | idem] impr. iustinianus *S* | theodoto] *ita nomen scribitur in* 4, 30, 13 *et a Procopio hist. arc. p.* 64 (*Dindorf*), theodoro *SCRT*, *item libri ad* 9, 19, 6 | pu.] *S*, pp. *CRT* 7 octoginta *R* | fuerat *C* 8 qualibet arce *T*, qua libertate *C* | posset *T* | nisi uel] nichil *C* | priorum *om. T* 9 facundiae] *C*, facundi *R*, facundia et *T* | et *om. T* | aut] et *T* | fortassis *T* 10 et] et studiis et *Tᵇ* 11 in *om. T* | octoginta *R* 12 ambitio *C* | quantitatem ausuro] *Tᵇ*, quantitate (—tem *Tᵇ*) mansuro *CRTᵇ* 13 in *om. T* 15 ex his *om. T:* μηδεὶς αὐτῶν *BΣ* | rationibus *R*, religionibus *Tᵇ* | redita *R* 16 nouerint *CRT* | enim *T* 17 spatia *C* 18 priuilegio *R* | huiusmodi *T* | sibi] sunt *T* | repetiti *R* | praeditae *T* 19 protrahatur] *Mommsen*, protrahantur *libri:* οὐδ᾽ ... δύνανται ... τ̄ περιελθεῖν τ̄ πολυπλασιάζειν τοὺς τῆς ἐκδημίας αὐτῶν χρόνους *BΣ* | excessus *T* 20 quid] quidem *R* | primatus *T* 21 in *om. T* | gerunt *T* 22 singulis *CRT* | imperia *CR* 23 pendentibus *T* | obicierint *C*, obicerint *R*, obiecerunt *T* | praesentis] pr. huius R 24 restituerint *R* | omni nisu] *C*, omnino non *RT* | temptetur] teptet uti *C* | in *om. C* | administrationes *T* 25 intente] ante *C* | deposita *R*, dispostitas *Tª* | et ut ... 26 decem auri *om. R* 26 decrit] decernitur *T* | sexcentis a. aureis *C* 27 pro tempore] pro emptore *C* | patronus (patroū *R*, patronis *T*) ... consolatur (consulatur *libri*)] παρεχόμενοι τῷ φισκοσυνηγόρῳ *BΣ:* consolatur *passiue usurpatum restituendum esse uidit Mommsen* 28 area *C* | decursum] *Q*, discursum *CRT* 29 ut non *R* | praestetur *C* | inter *C* | peruenerit *T* 31 soluantur *C* 32 fidem *T* | ordini datum] *T cum BΣ:* δέδοται τοῖς συνηγόροις τούτου φόρου, ordinatum *CR* 33 eumque *R* | litem *C* | ciuiles *RT*

minalis quaestionis obtentu, hic uel in prouinciis, cum per concessum tempus eorum adesse quemquam euenit, nullos exsecutores sportulas adsequi nec, qui controuersiis mouendis inseruiunt aut excipiendo seu praeparando uel officio quolibet alio, quocumque nomine sumptum exigendum censere. D. ID. FEBR. CONSTANTINOPOLI IVSTINO *A. II* ET OPILIONE CONSS. a. 524

27 (8) IDEM A. ARCHELAO PP. Nemo excepta Menandri fisci patroni persona speret de cetero permutationum saltibus superiore gradu captato fruiturum se beneficiis, quae patronis aerarii seu dum officium exhibent causis fiscalibus aut post expletum agmen impertita monstrantur. D. XII K. SEPT. IVSTINO *A. II* ET OPILIONE CONSS. a. 524

28 (9) IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. De constitutione diuinae recordationis [B 8, 1, 35 Iustini, patris nostri super togatis amplissimae tuae sedis prolata [1] Illyriciani aduocati postulauerunt a nobis eis clarum fieri, si locum etiam circa eos possit habere, siue cum commeatu siue sine commeatu iudicio eiusdem sublimitatis afuerint.
1 Sancimus itaque talem legem generaliter in persona eorum tenere, ut, si quis sine commeatu ultra continuum biennium afuerit uel cum commeatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum suum uindicare nec iterum uiris disertissimis togatis eiusdem sedis adsistere. perfruantur igitur aduocati eiusdem sublimitatis hac nostra generali sanctione. a. 531—534

## VIII (VIIII)

## ℞ DE ADVOCATIS FISCI ℞

1 IMP. ANTONINVS A. CLAVDIO. Cum te fisci causam agitasse proponas, quamuis te salarium percepisse neges, tamen placitis adquiesce. [B 8, 1, 36 eos enim, qui causam fisci egissent, prohibitum est aduersus fiscum patrocinium praestare. PP. XIII K. IAN. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. FREQVENTI. Potes auctoribus nobis [B 8, 1, 37 aduersus fiscum quoque patrocinium exhibere priuatis, dum eam scilicet causam, quam

*CRM* (*om.* 7, 26. 27) *T* (*ad* 7, 26. 27)

[1] *c.* 26 *h. t.*

2 adesse *om. C* | nullos] *confirmat BΣ* μηδὲ εἷς ἐκβιβαστής | qui controuersias inserunt (*om.* mouendis) *R:* προετοιμάζοντες τὰς δίκας *BΣ* 4 censurae *T* | *s. a. Hal.* 6 *ante c.* 27 *Graecam constitutionem excidisse testantur Augustinus et Russardus, u. i. ad u.* 10 | idem] impr. iustinianus *S* | aa. *T* | archelauo *R* | pp.] perpetuo *T, om. R* | ex accepta *T* 7 permutationem *CT* | se] sed *C* | quae] *T,* quae de *CR* 8 aerarii] parare *C* | exhibeat *R* 9 monstratur *R* | *s. a. Hal.* | iustino a. II] iustiniano *Hal.* 10 *ante c.* 28 *in Capilupiano* 19 *legitur* ii. const. grece, *in Bamberg. D I* 3 constitutio graeca. *possis de Iustiniani constitutione cogitare, quam Thalelaeus ad c.* 18 *h. t. indicat his uerbis:* σήμερον δὲ διάταξις τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἡμῶν ἀντιγραφεῖσα πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους παρακελεύετει τοὺς ἄρχοντας, ἡνίκα παρὰ τὴν αἰτίαν τῶν δικολόγων ὑπέρθεσις γίνεται ἐν τῇ δίκῃ, τρεῖς χρυσίου λίτρας πρόστιμον ἐπιφέρειν τοῖς δικολόγοις καὶ τοῦτο ἀπαιτεῖσθαι διὰ τῶν πριβατιανῶν παλατίνων: *in Nouellarum enim collectionibus ea non inuenitur. quam tamen non posse suppleri nisi post c.* 28 *satis probat inscriptio c.* 28, *in qua nullus, quod sciamus, liber habeat* idem *pro* imp. iustinianus: *quin etiam fieri potest, ut nota Graecarum constitutionum a loco suo aberrauerit et referenda sit ad c.* 18 *et* 19 *h. t., cum in titulo ab epitomatis libris fere omisso et in Bononiensibus libris recentioribus paulatim expleto (ut uidere licet ex E, qui non habet nisi c.* 1. 4. 14 *et quidem collocatas post titulum sequentem, W, qui omittit c.* 2. 3. 5. 7...13. 15...24. 26...28, *et M) turbari ordinem obuium sit* | iustinus *M* | diuae *CR* 11 illiriciam *R* | postulauerint *CM* 12 si locum] *R,* locum *C,* soli cum $M^a$, solo cum $M^b$: εἰ χώραν δύναται ἔχειν *BΣ* (κ.π.) | possint *R* | cum commeatum *M* 13 sine] non $R^a$ | eidem *R* | affuerint $CRM^b$ 14 in] etiam in *R:* γενικῶς εἰς τὸ πρόσωπον *BΣ* (κ.π.) 15 affuerit *C,* abfuerit $RM^b$ | cum] *C,* cum a *M, om. R:* ἢ μετὰ κομεάτου *BΣ* (κ.π.) 16 suum] suum gradum su $M^a$ | iuris *R* 17 aduocatis *M* 20 aduocatus *S* 21 antonius $SRM^a$ | fiscis $M^a$ 23 *s. a. Hal.* 25 ualentinus *R,* ualerius *M* | galianus *M* | frequenti] afrequenti *M, om. S* | potest ... exhiberi $CRM^b$, δύνῃ ... συνηγορεῖν καὶ δικολογεῖν *B* 26 quoque *om. C* | ea $M^a$ | causam *om. R*

tu, cum fisci aduocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines. PP. VI K. MART. VALERIANO II ET GALLIENO AA. CONSS. a. 254

3 IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO PROCONSVLI AFRICAE. Fisci [Th. 10, 15, 1 B 8, 1, 38] aduocatus poenam metuens caueat, ne fiscalia commoda occultet neue nullo negotio existente fisci nomine priuatis audeat calumnias commouere. D. VI ID. NOV. TREVIRIS CONSTANTINO A. III ET LICINIO C. III CONSS. a. 313

4 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD AMMIANVM COMITEM RERVM PRIVATARVM. [Th. 11, 30, 41 B 8, 1, 39] Rationales priuatae rei causis uel sacri aerarii praesidentes examen praesente fisci aduocato suscipiant. PP. XVII K. IAN. MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

# VIIII (X)

## ℞ DE ERRORE ADVOCATORVM VEL LIBELLOS SEV PRECES CONCIPIENTIVM ℞

1 IMP. ALEXANDER A. AVRELIAE. Ea, quae aduocati praesentibus his quorum [B 8, 1, 40] causae aguntur adlegant, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur[1]. PP. K. MART. ALBINO ET MAXIMO CONSS. a. 227

2 IMP. GORDIANVS A. ROGATO MILITI. Errores eorum, qui desideria (id est [B 8, 1, 41] preces) scribunt, ueritati praeiudicium adferre non posse manifestum est. et ideo si condemnationem, cuius mentionem libello insertam esse proponis, manifeste probare potes non intercessisse, adlegationes tuas laedi non oportere is, qui super negotio disceptaturus est, non ignorat. PP. X K. IVL. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. VLPIAE. Sententiis finita [B 8, 1, 42] negotia rescriptis reuocari non oportet. nec enim quae constituta sunt, ut aduocatorum error litigatoribus non noceat, tibi etiam opitulari possunt, cum te praesentem neque causae palam ex continenti, id est triduo proximo, contradixisse neque post sententiam appellationis remedio, si tibi haec displicebat, usam proponas. D. VI K. SEPT. VIMINACII CC. CONSS.[2] a. 294

*P* (9 ℞ 1. 3) *L* (9 ℞ 1. 3) *CRM*

---

[1] *plenius fuisse rescriptum in Gregoriano Codice dicit Thalelaeus:* ταύτῃ τῇ διατάξει τὸ παλαιὸν προσέκειτο, ὅτι δύνανται παρόντες οἱ πρόσφυγες εὐθέως μέμφεσθαι κατὰ τῆς τοῦ δικολόγου πλάνης, καὶ διὰ τοῦτο ὡς μὴ μεμψάμενοι ὑπομένουσι πρόκριμα. ἀλλὰ περιεῖλον νῦν τοῦτο τὸ ῥητὸν οἱ περιφανεῖς κωδικευταὶ ὡς τῆς τρίτης διατάξεως τούτου τοῦ τίτλου σαφέστερον αὐτὸ λεγούσης [2] AA. conss. (= *a.* 293 *Mommsen*)?

---

1 fueras *bis* $R^a$, fuerat $M^a$ | tracturi $M^a$? | *s. a. Hal.* 3 emiliano *S* 4 ne *om.* $C^a$ | ullo $CM^b$ 5 nomini $R^a$ | calumpniis $C^a$ | *s. a. Th. Hal.* | VI] uii *Hal.* | treuiris] tyberiade *Hal.* 6 III et l. c. III] IIII et l. IIII (*om.* c.) *Th.* 7 impp. *C*, mpp. *R* | ualens *R*, ualentinus *M* | ad damiano *S*, ad ammum $M^b$, *inc.* $M^a$ 8 rer. priu. *om. S, inc.* $M^a$ | causas $R^a$ | sacris errariis *R* 9 praesidentis *R*, presidente $M^a$ | examen praesente *om. C* | aduocatione *Th.*: φισκοσυνηγόρου *ΒΣ* | *s. a. Th. Hal.* | pp. XVII] d. XIIII *Hal.* 12 errore] rore $M^a$ | uel *om.* $M^a$ | libellum *S*, libellis *PL*, libello *R* | seu] uel *M* 13 prece *R* | concipientia $M^a$ 14 impp. *P, inc.* $M^a$ | aurelio $P^a$, *deficit* $M^a$ 15 agantur $PL^a$? | liteum $M^a$ 16 *s. a. Hal. PL* 19 probari potest *C*, probari potes $M^a$? 21 *s. a. Hal.* 22 et cc. *om. SM* 23 ut] *PLM*, id est ut *CR:* ὅτι νενομοθέτηται ἡ τῶν συνηγόρων πλάνη τοὺς δικαζομένους μὴ βλάπτει *ΒΣ*(κ.π.) 24 ligatoribus $M^a$ | possunt] oportet possunt $P^a$ | praesentem] $M^a$ *cum ΒΣ* (κ.π.) σαυτὴν παροῦσαν, praesente $PLCRM^b$ 26 hoc $C^a$ | displicebat] *C cum ΒΣ* (κ.π.) εἰ ἀπαρέσκει σοι ἡ ἀπόφασις, displicebant *PLRM* | usum $PL^a$?$C^aM^a$, χρησαμένην *ΒΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal.*

# X (XI)

## ℞ VT QVAE DESVNT ADVOCATIONI PARTIVM IVDEX SVPPLEAT ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AD HONORATUM. Non dubitandum est iudici, si quid a litigatoribus uel ab his qui negotiis adsistunt minus fuerit dictum, id supplere et proferre, quod sciat legibus et iuri publico conuenire. S. XVI K. MART. DIOCLETIANO IIII ET MAXIMIANO *III* AA. CONSS. [B 8, 1, 43] a. 290

# XI (XII)

## ℞ DE CAVSIS, EX QVIBVS INFAMIA ALICVI INROGATVR ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONIVS AA. MANILIO. Infamiae detrimentum minime tibi adfertur ob id solum, quod in carcerem coniectus es uel uincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt. PP. SINE DIE ET CONSVLE. [Greg. 1, 3, 1 mut. B 21, 3, 1]

2 IDEM AA. VERENNIO. Neque furti neque ui bonorum raptorum neque peculatus damnatus intellegi potest, qui, cum plus debiti nomine tributorum exegisset, in duplum a praeside condemnatus est. PP. V ID. IAN. LATERANO ET RVFINO CONSS. [B 21, 3, 2] a. 197

3 IDEM AA. METRODORO. Etsi seuerior sententia dici debuit, tamen, cum proconsul uir clarissimus certis rationibus motus mitiorem sententiam dixerit et ordine decurionum te biennio abstinere iussit, transacto tempore non esse te in numero infamium palam est eo, quod ἐξ ἀντιδιαστολῆς post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus iudex uidetur. PP. X K. IAN. LATERANO ET RVFINO CONSS. [B 21, 3, 3] a. 197

4 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. VENVSTIANO. Si Posidonium in tempus anni relegatum secundum sententiam non excessisse proconsulis probaueris, quinque annis exilio temporario damnandum inter infames haberi non oportet, quando sententiae seueritas cum ceteris damnis transigere uideatur. PP. VI K. MART. SATVRNINO ET GALLO CONSS. [B 21, 3, 4] a. 198

5 IDEM AA. AMBROSIO. Decuriones quidem, item filios decurionum fustibus castigari prohibitum est: uerum si iniuriam te fecisse proconsul uir clarissimus pronuntiauit, ignominia notatus es. PP. K. IVL. SATVRNINO ET GALLO CONSS. a. 198

$A^{ul}$ (11 ℞ *bis*. 1) *P* (10. 11 ℞) *L* (10. 11 ℞) *CRM*

---

2 ut] et *index P* | deesunt $M^a$ | aduocationi] *P index PM*, aduocatione *L*, aduocatorum *S*, aduocatis *CR* | iude $M^a$ 3 suppleat] impleant uel acciones *index P, in M post* suppleat *litura est* 4 aa. *om. R* 5 iudicem *R* 6 *s. a. Hal. PL* | s.] d. *PL* 7 IIII et m. III] IV et m. II (*in addendis* V et m. IIII) *Hal.*, et m. uiii *PL* 9 de] ex *A altero loco* | ex *om. index* $PM^b$, *deficit* $M^a$ | alicui infamia *A* 11 impp. seu. et ant. aa.] *SW Greg.*, imp. seuerus a. *ACRM* | manilio] *Greg.*, magnualio *A*, manualio *SCR*, munualio *M* 13 *s. a. Hal. Laurent. aed. eccl.* 68 | consule] sins *Laur.* 14 aa.] a. *SM*, a. et cc. *C*, augusti et cesares *R* | uerennio] *CM*, sereno *S*, erennici *R* 16 *s. a. Hal.* 17 aa.] *W*, a. *SCRM* | matrodoro *S secundum Bluhmium* | uerior $M^a$ | debuit] potuit $M^a$? 18 clarissimis $M^a$ 19 iussit] *C*, iussit et $RM^a$, iussit ex $M^b$: ἐκέλευσε, παρελθόντος τοῦ χρόνου *B* (κ.π.) 20 ἐξ ἀντιδιαστολῆς] ex antiactoΛΗΕ *RN*, egantidiacto ant $M^a$, ex attilia iacto ANC *Paris.* 4536, *om.* $CM^b$: ὅτι ἐκ τῆς ἀντιδιαστολῆς μετὰ τὴν διετίαν συγκεχωρηκέναι ... δοκεῖ *B* (κ.π.) | remisse $R^a$ 21 *s. a. Hal.* 22 antonius *S* | possidoneum *R*, possidodnium $M^a$ 23 anni *om.* $C^a$ | excisse $R^a$ 24 temperario $R^a$ | damnandum] $C^bM$, damnando $C^aR$, καταδικασθέντα *B*: damnandum *legit Patricius, cum secundum Thalelaeum* (*BΣ*) *locum ita explicuerit, infamiam non propter quinquennale exilium, sed propter prioris iudicis seueritatem remissam esse, qui iniuriarum actione priuata conuentum non pecuniaria condemnatione, sed publica poena adflixisset* 25 *s. a. Hal.* 27 ambrosio *om. S* | item] et *M* 29 *s. a. Hal.*

6 IDEM AA. IVSTO. Ad tempus in opus publicum dati pristinum quidem statum [B 21, 3, 5] retinent, sed damno infamiae et post impletum tempus subiciuntur. PP. VII ID. DEC. GETA ET PLAVTIANO CONSS. a. 203

7 IMP. ANTONINVS A. DEMETRIO. Nemo ob id, quod bonis paternis se abstinuit, [B 21, 3, 6] infamis est. PP. V ID. IAN. ANTONINO A. ET GETA *VTRISQVE II* CONSS. a. 205

8 IDEM A. VLPIAE. Furti si condemnata es, citra uerbera quoque fustium famae [B 21, 3, 7] damnum subiisti. quod si res furtiua, quam alter subripuit apud te ignorantem comperta est, non laesit existimationem tuam sententia durior. PP. X K. MART. ANTONINO A. ET GETA VTRISQVE II CONSS. a. 205

9 IDEM A. LAETO. Neminem sequitur infamia ob defensa negotia publica patriae [B 21, 3, 8] suae. PP. XII K. MART. ANTONINO A. ET GETA VTRISQVE III CONSS. a. 208

10 IDEM A. SEVERO. Iniuriarum ex persona quoque serui damnatus infamia nota- [B 21, 3, 9] tur. PP IIII K. AVG. ISDEM CONSS. a. 208

11 IMP. ALEXANDER A. IRENAEO. Debitores qui bonis cesserint, licet ex ea causa [B 21, 3, 10] bona eorum uenierint, infames non fiunt. PP. X K. MAIAS MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

12 IDEM A. DONATO. Si te expilasse hereditatem sententia praesidis constitit, non [B 21, 3, 11] ex eo, quod non et alia tibi poena inrogata est, furti improbioris infamiam euitasti. PP. K. IVL. IVLIANO II ET CRISPINO CONSS. a. 224

13 IDEM A. IVVENTIO. Ea, quae pater testamento suo filios increpans scripsit, in- [B 21, 3, 12] fames quidem filios iure non faciunt, sed apud bonos et graues opinionem eius, qui patri displicuit, onerant. XIII K. NOV. IPSO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

14 IMP. GORDIANVS A. IOVINO. Nullam existimationis infamiam auun- [Greg. 1, 3, 2 B 21, 3, 13] culus tuus pertimescat, ictibus fustium subiectus ob crimen habita quaestione [1], si sententia non praecessit ignominiae maculam inrogans. PP. VI K. SEPT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

15 IDEM A. SVLPICIAE. Decreto amplissimi ordinis luctu feminarum deminuto [B 21, 3, 14] tristior habitus ceteraque hoc genus insignia mulieribus remittuntur, non etiam intra tempus, quo lugere maritum moris est, matrimonium contrahere permittitur, cum etiam, si nuptias alias intra hoc tempus secuta est, tam ea quam is, qui sciens eam duxit uxorem, etiam si miles sit, perpetuo edicto labem pudoris contrahit. PP. XVII K. IVL. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

16 IDEM A. DOMITIANO. Fustibus caesum, cui per praeconem ita dictum est: [B 21, 3, 15] 'κατηγορίαν ἄνευ τινὸς δικαίας ὑποστάσεως οὕτως ἀγενὴς ὑπάρχων μὴ ἐνίστασο' ut calumniatorem

$A^{ul}$ (11, 8. 10) *P* (11, 8 [10 *p*] 12 [14. 15 *p*]) *L* (11, 14. 8. 10. 12. 15) *CR* (*transponit* 11, 8. 6. 11. 14. 9. 10. 12. 13. 15. 7) *M*

---

[1] ob crimen habita quaestione *om. Greg.*

---

1 publicus $R^a$ 2 dampnum $R^a$ | *s. a. Hal.* 4 quod … abstinuit] *expectes* quod bona paterna, quibus se abstinuit, uenierunt 5 *s. a. Hal.* | II utrisque *Hal.* 6 furti si] *C*, furtis *A*, si furti *PLRM* | citra] et citra *A* 8 estimationem $PL^aC$ | *s. a. Hal. PL* | x] xu *PL* | antonino … 9 utrisque] geta *PL* 10 a.] aa. *C* | leo *R* 11 *s. a. Hal.* 12 *inscriptionem om. p* | a.] aa. *C, om. M* | damnatus] damnatus *** (dominus $L^b$) *L* 13 *s. a. Hal.: in L est* dat., *in D est subscriptio c.* 20 14 irenaeo] *M*, erineó *S*, h****o $C^a$, herino *R*, herennio $C^b$ | debitores *om.* $C^a$ | liceat $C^a$ 15 uenderint *R*, uenerint $M^a$ | *s. a. Hal.: in Laurent. aed. eccl.* 68 *extat* pp. x 17 a. *om.* $L^a$ | exspoliasse $P^1L^a$ | hereditate *L* | sententiam *P* | consistit *R*, constiterit $M^b$ 19 *s. a. Hal. PL* | k. iul.] iii k. *PL* 20 iuuentino *C*, uiuentio *R* | suos *C* 22 honorant $R^a$ | *s. a. Hal.* | dionysio *Hal.* 23 a. *om. M* | iouiano *pL*, souiano *R* | existimatis $p^a$, aestimationis *C* 24 pertimescet *Greg.*, εὐλαβείσθω *B* 25 processit *pLRM* | *s. a. Greg. Hal.* | pp. VI] *Greg.*, d. *Hal.* 26 ulpiciae *S*, supliciae $pLR^b$, uiuentio suppliciae $R^a$ | ordinis $p^a$ 27 tristi*(t?) orbitus $M^a$ | huiusmodi generis $p^vL^vM^b$, huius genus $C^b$ | non *om.* $M^a$ 28 quod *pL* 29 is] hi *L* 30 sint $pL^a$ | labet $pL^a$ | pudores $C^a$ | contrahi $R^b$, *om. p, inc.* $L^a$ | *s. a. Hal.: in L extat* d. 32 cui] sui $M^a$ 33 κατηγορίαν ἄνευ τινὸς δικαίας (δικαίας τινός *B*) … ἐνίστασο] *R*, ΚΑΤΙΓΟΡΙΑΝΑΝЄΥΤΙΝΟCΔΙΛCΥΠΟCΤΑCЄѠC ΟΥΤѠC ΑΓЄΝΗCΥΠΑΡΧѠΝ ΝΙΝЄΝΙCΤΑCΟ *C*, h'al'HΓΟΡΙΑΗΑΝЄΥΤΙΝΟCdΙΚΑΙΑCΥhΟCΤΑ CЄѠCΗΗCΥΙΤΑΡΧѠΗΜΗCΝΙCΤΑΟ *W*, *om. RM: uersionis loco* $C^b$ *addit:* accusationem sine aliqua iusta persona fit (*uoluit* sic?) ignobilis est non sed stabilis | ut *om. R*

uideri notatum ideoque esse famosum manifestum est. PP. III K. AVG. SABINO ET VENVSTO CONSS. a. 240

17 IDEM A. MAGNO. Verbum precibus insertum potius uerecundiam onerare, quam ullam existimationis maculam uidetur adspergere. etenim cum non causa cognita dictum est 'συκοφαντεῖς', sed ad postulatum patroni interlocutione iudicis responsum sit, nequaquam hoc infamiam inrogat. PP. VIII K. OCT. ATTICO ET PRAETEXTATO CONSS. a. 242 [B 21, 3, 16]

18 IDEM A.[1] ANTIOCHO. Non damnatos quidem dumtaxat iniuriae, sed pactos quoque perpetuum infamat edictum. uerum pactos eos demum, qui ullos aduersariis nummos pro mala conscientia ex transactione numerassent, in hac causa placuit intellegi. ceterum simplex eius rei gratia integram existimationem illibatamque conseruat. quod si iureiurando decisa contentio est, nemo dubitauerit, quin religionem absolutio iudicantis sequatur. PP. XIIII K. IAN. SAECVLARE II ET DONATO CONSS. a. 260 [B 21, 3, 17]

19 IMPP. CARINVS ET NVMERIANVS AA. ARISTOCRATI. Interlocutio praesidis, quae indicta est, infamem eum de quo quaeris fecisse[2] non uidetur, cum non specialiter ob iniuriam uel admissam uim condemnatus, sed ita praesidis uerbis grauatus est et admonitus, ut ad melioris uitae frugem se reformet. PP. XVII K. FEBR. CARINO II ET NVMERIANO AA. CONSS. a. 284 [B 21, 3, 18]

20 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. FORTVNATO. Improbum fenus exercentibus et usuras usurarum illicite exigentibus infamiae macula inroganda est. PP. XVI K. MART. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290 [B 21, 3, 19]

21 IDEM AA. *ET CC.* STATIO. Si fratres tui minores dumtaxat aetate in ludicrae artis ostentatione spectaculum sui populo praebuerunt, inuiolatam existimationem obtinent. D. V K. SEPT. IPSIS AA. CONSS. a. 293 [B 21, 3, 20]

22 IDEM AA. ET CC. DOMITIANO. Fidem rumpens societatis cum infamiae periculo suo nomine pro socio conuentus ad faciendum satis urguetur. D. VI ID. DEC. NICODEMIAE CC. CONSS. a. 294 [B 21, 3, 21]

# XII (XIII)

## ℞ DE PROCVRATORIBVS ℞

1 DIVVS PIVS SEVERO. Cautio ratihabitionis tunc exigitur a procuratore, quotiens incertum est, an ei negotium mandatum est. PP. IIII ID. OCT. GALLICANO ET *VETERE* CONSS. a. 150 [B 8, 2, 75]

*$A^{ul}$* (11, 20. 12 ℞) *P* (11, 20. 22. 12) *L* (11, 20. 22. 12) *CRM*

---

[1] *scribi debuit* impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. [2] *firmant Graeci* (ἥτις ἐπεβλήθη *BΣ* κ.π.): *fuitne* quae in eum de quo quaeris dicta est (*Mommsen*)?

---

1 notatum] mutatum *$R^a$?* | esse] uideri *R*, εἶναι *B* | *s. a. Hal.* 3 magno] magno ideoque esse famosum (*ex u.* 1) *$M^a$* 4 exstimationis *$M^a$* 5 συκοφαντεῖς] *B* (κ.π.), CYKφAntic *R*, CYφANTIC *C*, sicofantis *$M^b$*, *om.* *$M^a$* | sed ad] et d* *$M^a$*, ad *$M^b$* | postulandum *R*, p***latum *$M^a$* 6 irrogauit *C*, irrogatur *$M^a$?*, ἐπιχλᾷ *B* (κ.π.) | *s. a. Hal.* 7 anthiocum *S* 8 aduersario *C* 10 rei] *C*, *om. RM* | grata *$M^a$* | integram] *R*, integram aduersariis (aduersariis *in litura*) *C*, integram pacti *M* 11 quin] qui *$R^a$* | obsolutio *R* | sequatur *om.* *$R^a$* 12 *s. a. Hal.* 13 imp. *C*, idem impp. *M* | carinus] *$S^b$*, gratianus carinus *$S^a$*, carus *CR*, carmenius *M* | numerius *R*, numeranus *M* | aristocreati *M* 14 de] dem *$M^a$* | quereris *$CRM^b$*, que roris *$M^a$?*, ζητεῖς *B* (κ.π.) 15 sed] *$R^aM$*, sit sed *$CR^b$* | est *om. M* 16 *s. a. Hal.* 18 fortunato] *SAM*, furtuno *PLCR* 19 inlite *$M^a$*, *om. R* | *s. a. A Hal. PL et D ad c.* 10 | pp. XVI] s. XVII *Hal.*, dat. xui *D* 20 ipsis] dioc. et max. *D* | IIII et III] *$A^lPL$*, ui et ter. *$A^u$*, *om. Hal. D* | conss.] et coss. *Hal.* 21 aa. et cc.] *Q*, a. *S*, aa. *CRM* 22 ostensionem *R* | estimationem *R*, xtimationem *$M^a$* 23 *s. a. Hal.* | conss.] et coss. *Hal.* 24 aa. et cc.] *C*, a. *S*, augusti et consules *R*, aa. *M* 25 minime *$M^a$* | *s. a. A. Hal. PL* | d.] s. *PL*, *om. A* | nic. cc. conss. *om. A* 29 seuero] *$Q^b$*, seuerus a. *S*, seu. *PL*, seuerus *CR*, seueros *$M^a$* | ratihabitationis *$L^a$*, rataehabitionis *$R^a$* | procutatore *$M^a$* 30 ei negotium] *PLM*, negotium ei *CR*: ἐὰν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα ἐντέταλται *BΣ*(κ.π.) | est] sit *R* | *s. a. Hal. PL* | pp. IIII] *Hal.*, iii acc. *PL* | gallico *PL* | uetere] uenusto *Hal.*, uenustio *P*, uenstio *L*

2 Divi fratres Sextiliae. Cum rem pecuniariam esse dicas, potes per maritum tuum sollemnibus impletis appellationi aduersariae respondere, cum appellationes pecuniariae etiam per procuratores exerceri ab utraque parte litigantium possunt. Accepta viii k. Avg. ipsis *iii* et *ii* conss. [B 8, 2, 76] a. 161

3 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Pomponio. Eum, qui res agit heredum, a quibus tibi deberi fideicommissum dicis, euoca ad praetorem uirum clarissimum, qui aut respondere tibi cogetur aut administratione negotiorum secundum formam iurisdictionis prohibebitur. [B 8, 2, 77]
1 Deliberabit autem praetor, si non defendat heredes, *debeatne te* mittere in possessionem, secutus iurisdictionem, quae exerceri aduersus indefensos solet. PP. x k. Sept. Cilone et Libone conss. a. 204

4 Idem AA. Satvrnino. Quia absente te iudicatum dicis, aequum est restitui tibi causae defensionem: nec oberit tibi, quod uxor tua interfuit iudicio aut etiam adquieuit sententiae, cum aliena negotia per mulieres non aliter agi possunt, nisi in rem suam et proprium lucrum mandatae sunt eis actiones. PP. prid. non. Ian. Apro et Maximo conss. [B 8, 2, 78] a. 207

5 Imp. Antoninvs A. Pancratiae. Actionem ei, qui absentis nomine agere uult, si non eum defendat, denegari oportere iam edicto perpetuo expressum est. PP. iii k. Mart. dvobvs Aspris conss. [B 8, 2, 80] a. 212

6 Idem A.[1] Marciano. Reum criminis constitutum defensionem causae suscipere non posse, antequam purgarit innocentiam suam, incognitum non est[2]. D. vi k. Mart. Maximo ii et Aeliano conss. [10, 60, 1 B 8, 2, 79] a. 223

7 Idem A. Macrino militi. Militem nec pro patre uel matre uel uxore nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri oportet, cum neque defensionem alienam suscipere uel redimere negotia uel quasi suffragatorem accedere utilitate publica permittatur. PP. viii id. Mart. Maximo ii et Aeliano conss. [B 8, 2, 81] a. 223

8 Idem A. Mansveto. Quod quis sibi debitum exigere tibi mandauit, ante litis contestationem tu alii petendum mandare non potes. PP. viii k. Sept. Maximo ii et Aeliano conss. [B 8, 2, 82] a. 223

$A^{ul}$ (12, 6) *P* (12, 2 [3 *p*] 4. 5. 8) *L* (12, 4...6. 8) *CRM*

[1] Imp. Alexander A. *recte l. gem.* [2] *fuit fere:* reum criminis constitutum neque nouos honores adpetere debere nec defensionem causae suscipere posse, antequam purg. inn. suam, et a diuis parentibus nostris et a me saepe rescriptum est (*u. i.*)

1 diui] idem a. diui (diue $S^a$) *S* | sextiliae] stirie *M* 2 tuum *om.* *BΣ* (*κ.π.*): διὰ τοῦ ἀνδρός | aduersariae] adu. tuae *dett. cum BΣ* (*κ.π.*): τῆς ἀντιδίκου σου 3 *s. a. Hal. PL* 4 iii et ii] iiii et iii *PL*, *om. Hal.* 5 *inscriptionem om. p* | aa. *om. M* | pompiano *L*, pompenio *R* 6 ad] apud *C* | qui] *firmant BΣ* (*κ.π.*): προσκάλεσαι πρὸς τὸν λαμπρ. πραίτορα, ὅστις προσκληθεὶς ἢ ἀποκρίνασθαί σοι ἀναγκασθήσεται 7 tibi cogetur] *R cum BΣ* (*u. s.*), tibi cogitur *M*, cogetur tibi *pLC* | aministracio *pL* 8 prohibebitur] *ita Latine BΣ* | si non defendat heredes] si non defendantur (—duntur $L^b$) h. $L^bCM$, si ipse eos non defendat (—dit *p*) h. *pR*, *inc.* $L^a$: εἰ μὴ δεφενδεύσῃ τοὺς κληρονόμους ὁ διοικητής *BΣ* (*κ.π.*) | debeatne te mittere in poss.] mittere in poss. $pL^a$, utrum te debeat mittere in poss. *C*, utrum mittere in poss. (te ins. $R^b$) debeat *R*, an (utrum $M^b$) mittere te (te mittere $L^b$) in poss. debeat $L^bM$: *suppleui* debeatne te *secundum BΣ* (*κ.π.*): εἰ ὀφείλει πέμψαι σε εἰς νομήν 9 *s. a. Hal.: in L est* d. 11 aa.] a. *LCM*, *om. S* | saturnino] pancratio (*ex u.* 16) *S* | iudicatum *bis* $L^a$, *def.* $C^a$ 12 causae] τὴν τῆς δίκης ταύτης ἐναγωγήν *B* (*κ.π.*) 13 alter $M^a$ 14 andate $M^a$ | *s. a. Hal. PL* apro] aprl'. *P*, ap. *L* 16 pancratio *S* | actiones *R* | absentes $R^a$ 17 denegare $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | pp. iii] *PL*, iiii *Hal.* 18 duobus] d. et *Hal.* 19 reum] rerum $M^a$? | constitutum] constitutum est $L^a$ | *anterior constitutionis forma qualis fuerit, apparet tam ex l. gem., ubi est:* reos criminis postulatos nouos honores adpetere non debere, antequam purgarint innocentiam suam, et a diuis parentibus nostris et a me saepe rescriptum est, *quam ex BΣ* (*Thal.*): ταύτην τὴν διάταξιν Δομνῖνος μὲν καὶ Δημοσθένης καὶ Εὐδόξιος οἱ πανάριστοι ἐπὶ πολιτικῆς δίκης ἐνόουν, ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν ἡ διάταξις αὕτη ἔλεγε· μηδὲ τιμὰς δύνασθαι πράττειν τὸν ὑπὸ κατηγορίαν ἐγκληματικὴν γενόμενον 20 purgarit] *A*, purgaret *pLCRM*, πρὶν καθάρῃ (καθαίρῃ *cod. Haen.*) *B* | incomitum $A^u$, ingonitum $p^a$ | non *om. A* | *s. a. Hal. et l. gem.: in L est* d. | d. *om. Hal.* 22 marino *S*, magrino *CRM* | militi] $SM^a$ (*uide mox*), *om.* $CRM^b$ | militem *om.* $M^a$ | nec] *M cum B* κἂν ... κἄν, uel *CR* 23 sacro] acro $M^a$ | experi *R* 24 negotium *R* | permittatur] *M*, permittitur *CR* 25 *s. a. Hal.* 26 tibi *om. C* 27 constitutionem *C* | potest $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | pp. viii] viii *Hal.*, pp. *PL* | ii *om. PL*

9 Idem A. Avfidio. Qui stipendia merent, suis negotiis superesse inoffensa [B 8, 2, 83]
disciplina possunt: nec potest dici eum, qui honesta et uerecunda praecedente causa man-
datas sibi actiones exercuerit, alieno negotio fungi, cum, licet intentio ex persona alterius
bona fide sumatur, hunc tamen rem suam gerere non ambigitur. quod militibus meis inter-
dici non modo absurdum, uerum etiam iniquum est. Sine die et consvle.

10 Idem A. Castriciae. Si procurator ad unam speciem constitutus officium [B 8, 2, 84]
mandati egressus est, id quod gessit nullum domino praeiudicium facere potuit. quod si
plenam potestatem agendi habuit, rem iudicatam rescindi non oportet, cum, si quid fraude
uel dolo egit, conuenire eum more iudiciorum non prohiberis. PP. iii k. Mart. Albino
et Maximo conss. a. 227

11 [1]Idem A. Sebastiano. Neque tutores neque curatores ex sua persona [5, 61, 1 B 8, 2, 85]
in re pupilli uel adulescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent.
1 Pupillus autem uel pupilla uel adultus uel adulta tam ad agendum quam ad defendendum
2 tutore seu curatore interueniente procuratorem ordinare possunt. Ipsi autem tutores et
curatores post litis contestationem a se factam ad exemplum procuratorum, qui litem con-
testati sunt, dare procuratores non prohibentur. PP. prid. id. Mai. Alexandro A. iii
et Dione conss. a. 229

12 Idem A. Frontino militi. Exigendi a filio tuo mandati, qui se defensioni [B 8, 2, 86]
tuae offerebat, duplici ratione necessitas non fuit, aut quod defendere quis siue libertus
siue extraneus sine mandato potest (satisdatione tamen pro defensione praestita et alia
procul dubio obseruatione subiecta), aut quod filius, etiamsi ultro actionem patris nomine
1 dirigat, mandatum probare non cogitur. Sane quod necdum legitimam aetatem idem filius
tuus compleuerat, ob hoc quidem depellere procuratione eum iudex non iniuste potuit. sed
multo iustius fuit uel huiusmodi defensorem audire, quam absentem quasi contumacem et
indefensum graui condemnatione adficere. v k. Oct. Agricola et Clementino conss. a. 230

13 Imp. Gordianvs A. Viciano militi. Ita demum super lite persequenda, [B 8, 2, 87]
quam tibi mater mandauit, actionem intendere potes, si, cum primo litem contestareris, non
est tibi eo nomine opposita praescriptio militiae: quod nec, cum appellatio agitur, tibi obici
poterit. nam si integra res est, ratio perpetui edicti acceptam tibi non permittit alieno
nomine actionem intendere. iii id. Ian. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

14 Idem A. Sabiniano. Non hoc minus sententia aduersus te lata iuris ra- [B 8, 2, 88]
tione substitit, quod aduersaria tua minor uiginti quinque annis constituta causam suam
marito sine curatore agendam mandauit. minoribus etenim aetas in damnis subuenire, non
in rebus prospere gestis obesse consueuit. PP. iii non. Oct. Gordiano A. ii et Pom-
peiano conss. a. 241

*P* (12, 10. 11. 14) *L* (12, 10. 11. 14) *CRM*

[1] *iunge* 5, 61, 1

1 ausildio *M* | suis *om.* $R^a$ | sine offensa disciplinae *C* 3 intentio] *scripsi ad BΣ* (κ.π.): καὶ εἰ ἰντεντίων ἐκ προσώπου ἄλλου μετὰ πίστεως καλῆς λαμβάνεται *et BΣ* (*adnot.*): εἰ καὶ alieno nomine τὴν ἰντεντίονα ποιεῖται, contentio *libri* 4 hunc] nuhc *legit BΣ* (κ.π.) νῦν ὅμως τὸ ἴδιον πρᾶγμα χειρίζειν 5 *s. a. Hal.* 6 castie *M* 7 dominio $P^a$ 9 agit $M^a$ | iudeorum $P^a$ | prohiberis] *CR*, prohibebitur $PL^aM^a$, prohibeberis $L^b$, prohibeatur $M^b$, κωλυθήσῃ *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal. PL* | mart.] *Hal.*, septb. *PL* 10 maximo *om. PL* 11 sua] ua $M^a$ 12 re] rem *CR* 13 adulta] ad a *uoluit, mox* adulta *emendauit P* | agenda $P^a$ (*emend. manus prima*) 14 seu] s** seu $P^a$ 15 cotestationem $M^a$ | exempla $R^a$ 16 non prohibentur dare procuratores *CR*, παρασχεῖν προκουράτωρας (—τωρα *BΣ*) οὐ κωλυθήσονται *B et BΣ* | *s. a. Hal. PL* | pp. *om. Hal.* | a. *om. PL* 17 dicione *PL* 18 a.] augusti *R* | militi] *S*, *om. libri* 20 alia] ala $M^a$ 21 accinem $M^a$ 23 procurationis *C* 25 *s. a. Hal.* 26 uiciano] *SCM*, iuliano *R* | litem persequendam $C^a$ 27 intentare *M* | potes] *M*, possis *R*, posses *C*: δύνασαι *BΣ* (κ.π.) 28 eo tibi *M* | proscriptio $M^a$ 30 *s. a. Hal.* 31 sabiniano] sauino militi *S*: militi *ortum est ex initio c.* 15 litem: *omissa enim summa c.* 8 *h. t. inscriptiones c.* 8...19 *ad summas c.* 9...20 *adscripsit S* | non hoc] noc $P^a$, no* $L^a$, nec eo $P^bR$, non *C*, non eo $L^b$, non (nn $M^a$) ideo *M*: οὐ διὰ τοῦτο ἧττον *B* (κ.π.) 32 substitit] *PLM cum B* (κ.π.) συνέστηκεν, subsistit *CR* | constitua $P^a$ 34 *s. a. Hal. PL* | pp. *om. Hal.* | non.] nou. $P^a$ (*emend. m.* 1) 35 conss.] cc. conss. *Hal.*

15 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. CORNIFICIO. Litem te [B 8, 2, 89] redemisse contra bonos mores precibus manifeste professus es, cum procurationem quidem suscipere (quod officium gratuitum esse debet) non sit res illicita, huiusmodi autem officia non sine reprehensione suscipiantur. PP. III NON. APRIL. AA. CONSS. a. 293

16 IDEM AA. ET CC. PACONIAE. Procuratorem uel actorem praedii, si non [B 8, 2, 90] specialiter distrahendi mandatum accepit, ius rerum dominii uendendi non habere certum ac manifestum est. unde si non ex uoluntate domini uendentibus his fundum comparasti, peruides improbum tuum desiderium esse dominium ex huiusmodi emptione tibi concedi desiderantis. S. NON. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293

17 IDEM AA. ET CC. MARDONIO. Inuitus procurationem suscipere nemo cogi- [B 8, 2, 91] tur nec eandem ultra, nisi prouocationis causa[1], extendere. sed nec defensionem absentis subire compellitur, cum fidem susceptam implere sufficiat. PP. NON. IVN. PHILIPPOPOLI DIOCLETIANO V ET MAXIMIANO IIII AA. CONSS. a. 293

18 IDEM AA. ET CC. DIONYSIAE. Alienam suscipere defensionem uirile offi- [B 8, 2, 92] cium est et ultra sexum muliebrem esse constat. filio itaque tuo, si pupillus est, tutorem pete. S. XII K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

19 IDEM AA. ET CC. FIRMO. Si pretium, quod[2] actoribus alienis fundum uel [B 8, 2, 93] seruum citra mandatum tibi distrahentibus dedisti et neque praecessisse neque secuta contractum domini declaretur uoluntas, in rem autem eius id pretium cessisse prouinciae praeses causa cognita perspexerit, hoc tibi restitui[3] iubebit. S. PRID. ID. MART. CC. CONSS. a. 294

20 IDEM AA. ET CC. AD VERINVM PRAESIDEM SYRIAE. Nihil arbitramur inter- [B 8, 2, 94] esse, utrum ab initio an coepta iam lite negotium ad personam procuratoris transitum fecerit. D. X K. OCT. DEMESSO CC. CONSS. a. 294

21 IMP. CONSTANTINVS A. AD CONCILIVM PROVINCIAE AFRICAE. Maritus citra [B 8, 2, 95] mandatum in rebus uxoris cum sollemni satisdatione et alia obseruatione intercedendi habeat liberam facultatem, ne feminae persequendae litis obtentu in contumeliam matronalis
1 pudoris inreuerenter inruant nec[4] conuentibus uirorum uel iudiciis interesse cogantur. [5]Sin

*P* (12, 15...19 [20 *p*] 21) *L* (12, 15...19. 21) *CRM*

[1] nisi prouocationis causa *addiderunt Iustiniani* (*u. i.*) [2] *firmant Graeci:* quod *del.* [3] secundum formam perpetui edicti *ins.* (*u. i.*) [4] nec *del.* (*Mommsen*) [5] sin .., susceperit] procurator *Th.*

1 et cc.] et comites *R*, *om. SM* 2 procuratione *R* 3 deberet *R* 4 suscipiantur] *CM*, suscipiuntur *PLR* | *s. a. Hal. PL* | non.] nou. $P^a$ | aa.] cc. *Hal.* 5 aa. et cc.] a. *S*, augusti et contra *R*, a. et cc. *M* 6 detrahendi *L* | ius] ius cu $P^a$ | dominii uendendi] $PL^aM^a$?, domini*m (*uel* ni *pro* m)ndendi $C^a$?, dominium uendendi $L^bC^bRM^b$ 8 peruides] $R^a$, prouide *PL*, prouides $CR^bM$ | desiderium tuum *R* | concedi tibi *R* 9 desideranti $PLC^bR^a$?$M^b$: ἐξαιτοῦντος τὴν δεσπότειαν τοῦ πράγματος ἁρμόζειν ἑαυτῷ *ΒΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal. PL* | byzantii] *Hal.*, buza. $PL^b$, buzata $L^a$ | aa.] cc. *Hal.* 10 a. et c. *S* | procuratorem $L^a$ | nemo] non *R* | cogetur *C*, ἀναγκάζεται *ΒΣ* (κ.π.) 11 ultra eandem *R*, eandem ult** $M^a$ | nisi prou. causa] τοῦτο τῆς ἐκκλήτου μὴ προσκείμενον τῇ παλαιᾷ διατάξει προσέθηκαν νῦν οἱ περιφανέστατοι κωδικευταί *ΒΣ* 12 sufficiat] non sufficiat $P^a$ | *s. a. Hal. PL* | pp.] d. VI *Hal.* | philippopoli] pnil. *PL* 13 diocl. V et max. IIII (IIII *om. PL*) aa.] *PL*, cc. *Hal.* 14 aa. et cc.] a. *S* | mardonio dionisiae $L^a$ | s*lienam $M^a$ | officium est] $PL^aCRM^b$, officium $L^bM^a$: ἀνδρὶ πρέπον ἐστὶν ὀφφίκιον *ΒΣ* (κ.π.) 15 et] ut *R* 16 *s. a. Hal. PL* | s. *om. Hal.* | XII] xiiii *PL* 17 aa. et cc.] a. *S*, aa. con *M* | si pretium (precum $L^a$) quod (quo* $M^a$) *seq.*] εἰ τὸ τίμημα, ὅπερ δέδωκας, τοῖς διοικηταῖς τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων ἀγρὸν ἢ τὸν δοῦλον χωρὶς μανδάτου πιπράσκουσι δέδωκας καὶ μήτε *ΒΣ* (κ.π.): *apparet igitur Graecos idem habuisse, quod hodie legitur, sed hiatum expleuisse iterando uoc.* dedisti *post* quod | alienum $L^a$ 18 citra] cura *C* | et neque praecessisse (praecesse $P^a$) *melius abesset, adest tamen apud Graecos* 19 id] idem *CM*, τὸ τίμημα *ΒΣ* (κ.π.) | cecsisse $P^a$: προκεχωρηκέναι *ΒΣ* (κ.π.) 20 perspexerit] *CM*, prospexerit *PLR* | restituit $C^a$ | iubebit] uidebit $R^a$: *ante* iubebit *excidisse* secundum formam perpetui edicti *docent ΒΣ* (κ.π.): αὐτὸ τοῦτό σοι ἀποκατασταθῆναι κατὰ τὸν τύπον τοῦ διηνεκοῦς ἐδίκτου κελεύσει *et ΒΣ* (*adnot.*) προσκεῖται εἰς τὸ κατὰ πόδας· κατὰ τὸν τύπον τοῦ διηνεκοῦς ἐδίκτου | *s. a. Hal. PL* | s. *om. Hal.* 21 aa. et cc.] a. *S* | praeside *S p?* 22 an coepta] accepta $M^a$, an accepta *R* 23 *s. a. Hal.* 24 impp. *P* | affricane *M* 25 mandatum] modum $P^a$ | sollempne $R^a$ | obseruatione] seruatione $M^a$ | intercedenda $R^a$ 26 in *om.* $PLRM^a$ 27 nec] ne *R*: ἵνα μὴ αἱ γυναῖκες ... παρὰ τὴν ... αἰδῶ ταῖς τῶν ἀνδρῶν συνόδοις ἢ καὶ ἐν δικαστηρίῳ παρεμβάλλειν ἑαυτὰς ἀναγκάζωνται *ΒΣ* | conuenientibus $M^a$

autem mandatum susceperit licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod [Th. 2, 12, 4] procuratio emissa praescripserit. D. IIII ID. MART. HADRVMETO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS. a. 315

22 IDEM A. AD BASSVM PV. Procuratoribus institutis et post contestatam litem [B 8, 2, 96] dominis effectis ii qui mandauerant non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales inimicitiae uel morbus uel alia necessaria causa intercesserit: tunc enim etiam inuitis his transferri lis potest. D. XIII K. IVL. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

23 IMP. IVLIANVS A. SECVNDO PP. Nulla dubitatio est post causam [Th. 2, 12, 1 B 8, 2, 97] in iudicio agitatam[1] utpote dominum litis procuratorem effectum etiam post excessum eius, qui agendam uel defendendam litem[2] mandauerat, posse inchoatam causam[3] iurgiumque finire, quippe cum et procuratorem posse eum instituere[4] ueteres iuris uoluerunt conditores. LECTA APVD ACTA PRID. NON. FEBR. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

24 [5]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANCRATIO PV. [Th. 2, 12, 3 B 8, 2, 98] Licet in principio quaestionis persona debet inquiri procuratoris, an ad agendum negotium mandatum a domino litis habeat, tamen si falsus procurator inueniatur, nec[6] dici controuersiae solent nec potest esse iudicium. D. PRID. NON. APRIL. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

25 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PP. Quicumque praetorianae uel urbanae praefecturae sublimissimae fastigium uel magisterium militare uel consistorianae comitiuae insignia meruerit dignitatis uel proconsulare ius dixerit aut uicarii fuerit administratione subfultus, si quid ab eo uel infertur iurgium uel refertur, procuratoris personam in negotii sui iura substituat. quod si quis sanctionis huius statuta transgressus iudiciis sese iurgaturus ingesserit, careat eius litis sorte, cuius non per procuratorem expectauit euentum. iudex nihilo minus, qui contra fecerit, nouerit a se uiginti libras auri, ab officio quoque suo tantundem ponderis exigendum. D. XVIII K. OCT. ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

26 IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO PP. In pecu- [B 8, 2, 99] niariis controuersiis, etsi specialiter hoc praecepti uel sententiae minime designat auctoritas, passim unicuique, si tamen ita maluerit, per procuratorem respondendi tribuimus facultatem: nisi forte quosdam, iustiores nonnumquam ob causas, uehementior maximi iudicis uocabit auctoritas. D. PRID. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. ET PROBO CONSS. a. 406

*P* (*c.* 21...24. 26) *L* (*c.* 21...24. 26) *CRM*

---

[1] publicatam *Th.* [2] agendam u. d. causam] defensionem *Th.* [3] litem *Th.* [4] et ad heredes suos inchoata transmittere *ins. Th.* [5] *iunge* 8, 4, 6 [6] In principio quaestionis persona debet inquiri et utrum ad agendum negotium mandato utatur accepto: quibus rite et sollemniter constitutis potest esse sententia: praeteritis autem his nec *Th.*

---

2 *s. a. Hal. PL* | d. IIII] *Hal.*, pp. iii *PL* | adrimeti *Hal.* | IIII et lic. IIII] et lic. caesare utrisque II *Hal.* 4 a.] aa. *PLR* | pu.] *S*, pium *R*, pp. *M*, *om. C* 6 moribus *P*[a]*C*[a]*R*[a] | intercesserint *PL*, interserint *M* | enim *om. M* | etiam *om. C* 7 his *om. M*[a] | *s. a. Hal.* | v et licinio c.] et licinio caes. II (*in addendis* v) utrisque *Hal.* 8 impp. *P* | iulianus] philippus *S*, *deficit M*[a] 9 domini *L*[a] 10 deferendam *C*[a] 11 ueteres] *Th. R*[b], ueteris *PLCM*, uteris (*uel* utis) *R*[a] | uoluerint *PM* 12 *s. a. Th. Hal.* | apud acta prid.] II *Hal.* 13 impp. *PLCR* | ualentinianus] gal. *PL*, gallerius *R*, ualentinus *M* | aaa. *om. M* | panchratum *R* 14 pu.] pum *P*[a], piū *R*, pp. *C*, p. *M* | in *bis R*[a] | debetur *P*[a]*L* 15 habet *R* | si *om. R*[a] 16 *s. a. Th. Hal.: in PL est subscriptio c.* 26 | prid. non.] *Th.*, II kal. *Hal.* 17 anthemio (*in addendis* 'antonio' *alias* 'eucherio') *Hal.* 18 impp. *C*, mpp. *R* | ual. th. et arc.] ualerius theodoro et archadio *R*[a], gratianus galerius theodosius *R*[b], ualentinus th. et arch. *M* 19 sublimae *C*[a]? | militares *R* 20 insignia] *C*, insignibus *RM*[b], insign. *M*[a] | meruit *R* | dignitates *C*[a]?*R*[1]*M*[b] | dixit *R* 21 quid] *C*[b]*RM*[b], qu.d *C*[a], quidem *M*[a] | iurgium uel refertur *om. C*[a]? 22 instituta *R* 23 per *om. M*[a] | procuratores *RM* 25 *s. a. Hal.* 27 impp. *PLCR* | honorius et (et *om. LCR*) theodosius (theosius *M*)] non. theod. *P* | anthemo p. in *M* | 28 controuersiis] causis *M* | praeceptae *P*[a] | sentiae *M*[a] 29 maluerint *PLCR* 30 causam *R* | uehementiores *PL*[a]?*C*[b]*M*[b] | maximi iudicis] *quasi esset* sedis uestrae, *ita de hoc loco tractat Thalelaeus in adnotatione* τῆς καθέδρας τῆς ὑμετέρας 31 *s. a. PL hoc loco et ad c.* 24 *Miraeus* | d.] dd. *PL*[b] *ad c.* 24, pp. dd. *L*[a] *ad c.* 24 | oct. *om. PL ad c.* 24 | constant. ... conss. *om. PL h. l.* | const. arc. *bis PL ad c.* 24 | conss.] c. conss. ci *P ad c.* 24, cc. conss. *L ad c.* 24

27 [1]Ἐπειδὴ συνέβαινε τοὺς αὐτοὺς ἐντολέας καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων ὄντας καὶ [B 8, 2, 100]
*τῶν* λογιωτάτων διαιτητῶν εἶναι καὶ ἐντεῦθεν εἰκότως ὑπερθέσεις ἐγίνοντο ταῖς δίκαις, μὴ σχο-
λαζόντων τῶν ἐντολέων καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσιν παραμένειν καὶ τοῖς διαιτητοῖς, ἐνομοθέ-
τησεν ἐν προοιμίοις ἡ διάταξις ἄλλους μὲν εἶναι ἐν τοῖς μεγίστοις δικαστηρίοις τῶν ἐνδοξοτάτων
ἀρχόντων τοὺς ἐντολέας, ἄλλους δὲ τοὺς τοῖς αὐτῶν λογιωτάτοις διαιτηταῖς ὑπηρετουμένους[2] ταῖς
1 δίκαις. Πάλιν δὲ ἵνα μὴ πολλάκις ὁ αὐτὸς ἐντολεὺς καὶ παρὰ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις καὶ
παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι δοθῇ καὶ ἐμποδίζηται πάλιν τὰ δικαστήρια, νομοθετεῖ μηδέποτε
2 τὸν αὐτὸν ἐντολέα δύο ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσι παραμένειν ἤτοι προσεδρεύειν. Ἐπειδὴ καὶ συνέβαινεν
ἢ τέμνοντος τὴν δίκην τοῦ διαιτητοῦ ἐκκλήτῳ χρήσασθαι τὸν καταδικασθέντα ἢ ἀποροῦντος τοῦ
διαιτητοῦ πρὸς τὴν τομὴν τῆς ὑποθέσεως ἀναφορᾷ χρήσασθαι τὸν διαιτητὴν πρὸς τὸν ἐνδοξότατον
ἄρχοντα, οὗτινός ἐστιν διαιτητής, καὶ ἐντεῦθεν ἡ δίκη ἡ ἀρχθεῖσα παρὰ διαιτητῇ λέγεται μετα-
φέρεσθαι παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ αὐτοῦ ἄρχοντι, νομοθετεῖ ἡ διάταξις μὴ τὸν ἀρξάμενον τῆς δίκης
ἐντολέα παρὰ τῷ διαιτητῇ αὐτὸν περαιοῦν τὴν δίκην παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι, ἀλλὰ μετέν-
ταλμα γίνεσθαι παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐντολέα τὸν τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι παρεδρεύοντα, μηδεμιᾶς
δαπάνης ὡς ἐπὶ προβολῇ ἐντολέως γινομένης ἐπὶ τούτῳ τῷ μετεντάλματι, μηδὲ καινῆς ἱκανοδοσίας
διὰ τοῦτο τὸ μετένταλμα ἀπαιτουμένης· ἀλλὰ καὶ τὴν **iudicatum solui** καὶ τὴν **ratam rem** οὕτως
ἐξ ἀρχῆς ὑπαγορεύεσθαι, ὡς περιέχεσθαι αὐταῖς καὶ τὰ δαπανήματα τοῦ τοιούτου μετεντάλματος,
ἵνα ὁ ἐγγυώμενος τὴν μίαν τούτων τῶν ἱκανοδοσιῶν ἐπερωτᾶται ὅτι ''Ὁμολογῶ καὶ τοῦτον τὸν
'παρὰ τῷ διαιτητῇ ἐντολέα ἐπὶ τῇ **iudicatum solui** ἢ τῇ ***ratam rem*** ἐγγεγυῆσθαι, καὶ εἰ συμβῇ ἐξ
'ἀναφορᾶς τοῦ διαιτητοῦ ἢ ἀπὸ ἐκκλήτου διδομένης κατὰ τῆς αὐτοῦ ψήφου μετενεχθῆναι τὴν δίκην
'εἰς τὸ μέγιστον δικαστήριον, οὗτινός ἐστιν ὁ διαιτητής, καὶ τὸν ἐκ μετεντάλματος μέλλοντα εἶναι
3 'ἐντολέα ἐν τῷ μεγίστῳ δικαστηρίῳ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐγγεγύημαι.' Ἐὰν γὰρ μὴ ταῦτα
πάντα παραφυλαχθῇ, εἰ μὲν[3] ἑνὶ τῶν μεγίστων δικαστηρίων ἡ νομοθεσία παραβαθείη τῷ προσφόρῳ
σκρινίῳ, πέντε λιτρῶν χρυσίου καταθήσει ποινήν· εἰ δὲ παρὰ διαιτηταῖς ἡ νομοθεσία παραβαθείη,
ὁ τῆς δίκης πληρωτὴς ὁ προσεδρεύων τῷ λογιωτάτῳ διαιτητῇ μιᾶς χρυσίου λίτρας ἀπαιτηθήσεται
ποινήν, οἱ δὲ ἄλλοι δύο οἱ ἐκ τῶν τάξεων ἀφωρισμένοι τῷ διαιτητῇ ἤτοι ἐκ τῶν σχολῶν δύο χρυσίου
λιτρῶν ἀπαιτηθήσονται πρόστιμον· αὐτὸς δὲ ἐντολεύς, ἀφ' οὗ τι παραβαθείη, πληγαῖς σωφρονιζέσθω
παρὰ τοῦ ἄρχοντος ἢ τοῦ διαιτητοῦ, κεκωλυμένος τοῦ λοιποῦ ἐντολεὺς ἐν δικαστηρίῳ δίδοσθαι.
28 Ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς τοῦ ἐντολέως μὴ ὁρίσῃ χρόνον καὶ εἴπῃ τυχὸν ὅτι 'ἐγγυῶμαι αὐτόν, κἂν [Ῥοπ. 10, 5]
'τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται', καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι, ἐντὸς κ' ἡμερῶν ὀφείλει ἕτερον προβάλ-

*indicem* 12, 27 ***restituimus ex B et BΣ, capita duo indicis*** **12**, 28 ***ex*** ***Ῥοπ.***

---

[1] *fortasse iungenda est* 2, 7, 19 [2] τὰς δίκας? [3] ἐν *ins.* (***Zachariae***)

---

1 const. **graeca** ***Bamberg. D I*** 3: ***dedimus indicem Thalelaei ad libros Basilicorum tam Ruhnkenianum et Haenelianum, descriptos e codice Augustini quam Coislinianum*** 151, ***reiectis tamen, quoad uidere licuit, solitis Basilicorum interpolationibus: initium indicis plenius extat in adnotatione Thalelaei (BΣ): praeterea ad ipsius constitutionis uerba referenda sunt, quae habentur in fine eiusdem adnotationis:*** σημείωσαι δὲ αὐτῶν (ἐκ τῶν ***Zachariae***) προοιμίων τῆς διατάξεως, ὅτι εἰσαγωγίμους δίκας ἐκείνας μόνας καλεῖ πανταχοῦ τὰς παρὰ ἄρχουσιν εἰσαγομένας, οὐ μὴν τὰς παρὰ διαιτηταῖς πραττομένας | ἐπειδὴ ... 6 μή] ***BΣ***, ἡ διάταξις ἀπαγορεύει δύο δικαστηρίων τὸν αὐτὸν εἶναι δημόσιον ἐντολέα, ἀλλὰ ἄλλους μὲν ... δίκαις καὶ μήτε ***B*** 2 τῶν λογ.] τούτων τῶν λογ. ***BΣ, ubi praemittitur:*** εἰσί τινες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διαιτηταὶ καὶ παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων στρατηγῶν καὶ παρὰ ἄλλων ἀρχόντων διδόμενοι, οἷς παραπέμπονται αἱ τῶν δικῶν ἀκροάσεις 5 τοῖς αὐτῶν] τοῖς αὐτοῖς ***B Ruhnk. Haen.***, τοῖς ***B Coisl.***, τῶν αὐτῶν ***BΣ, ubi om.*** ὑπηρετουμένους ταῖς δίκαις 12 ἄρχοντι] ἢ παρ' ἑτέρῳ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι ***Haen.: excidit fortasse magistratus urbanus*** 14 γενέσθαι ***Ruhnk. Haen.*** 15 ὡς ***om. Coisl.*** | γενομένης ***Coisl.*** | καινῆς] ***Coisl.***, κοινῆς ***Ruhnk. Haen.*** 16 τὴν **iudicatum solui** καὶ τὴν **ratam rem**] τὴν ἐπὶ τῇ τῶν κριθησομένων ἐκπληρώσει ἱκανοδοσίαν καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ἀποδοχῇ ἀσφάλειαν ***libri: uerba Latina seruauerunt BΣ*** 18 ὁμολογῶ] ***Cuiacius (Coisl.?)***, ὁμολογεῖ ***Ruhnk. Haen.*** 19 ἐπὶ τῇ **iudicatum solui** ἢ τῇ **ratam rem**] ἐπὶ τῇ τῶν κριθησομένων ἐκπληρώσει ἢ τῇ ἱκανοδοσίᾳ (ἢ τὴν ἱκανοδοσίαν ***Cuiacius et Fabrotius ex Coisl.?) libri: excidisse*** **ratam rem** ***testatur scholion ad h. l.:*** τῇ ἰουδικάτον σόλουι· τῇ ῥάτα ῥέμ 22 πάντα ταῦτα ***Coisl.?*** 23 παραφυλαχθείη ***Coisl.*** 24 χρυσίου λιτρῶν ***Coisl.*** 26 ἐκ τῶν σχ.] αὐτῶν σχ. ***Ruhnk. Haen.*** 27 ἐντολεύς] ὁ ἐντολεύς ***Cui. Fabr. (Coisl.?)*** 28 δίδοσθαι] γίνεσθαι ***Coisl.*** 29 ***capita duo supra scripta ultimae huius tituli constitutionis esse docent*** Ῥοπ. ***clausula hac:*** ὡς βι. β' τοῦ κώδ. τί. ιβ' διάτ. τελευτ., ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά. ***duarum huius libri quae extant recensionum supra dedi pleniorem ex Cuiacio, breuioris, quam ex codice Lipsiensi edidit Zachariae, diuersitatem infra adnotaui: uerendum tamen, ne in illa nonnulla explanandae epitomae gratia addita sint*** | ὁρίσει ***Cui.*** | καὶ εἴπῃ ... 30 γένηται] ὅτι ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐντολεύς ***Lips.***

1 λεσθαι. Ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐπὶ δίκῃ παρά τινος δοθεὶς ἐντολεύς, μετὰ [Ῥοπ. 19, 16]
τὴν κʹ ἡμέραν τοῦ προτιθεμένου παρὰ τοῦ ἄρχοντος διατάγματος περὶ τοῦ προβληθῆναι ἄλλον ἐξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ πρωτότυπος ἐν ἀπουσίᾳ ὢν πόρρω διακειμένης ἐπαρχίας εἰς τὸ ἕτερον προβάλλεσθαι ἢ αὐτὸς παραγενέσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἔστι μακράν, ἐκ τοῦ ἄρχοντος ὁρίζεται προθεσμία.

## XIII (XIIII)

## ℞ NE LICEAT POTENTIORIBVS PATROCINIVM LITIGANTIBVS PRAESTARE VEL ACTIONES IN SE TRANSFERRE ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ARISTOBVLO SALVTEM. [B 7, 9, 1]
Diuine admodum constituit diuus Claudius consultissimus princeps parens noster, ut iactura causae adficerentur ii, qui sibi potentiorum patrocinium aduocassent, ut hoc proposito metu iudiciariae lites potius suo Marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus
1 niterentur. Quem palam est in tantum prouincialium quaestionibus[1] esse commotum, ut huius sanctionis rectores prouinciarum custodes et contemptae rei uindices fecerit, scilicet ut in actores seu procuratores in subsidia negotiorum uel usurpatos gratia uel redemptos
2 seuera sententia uindicarent. Quare cum intersit et uniuerse omnium et praecipue tenuiorum, qui saepe importunis potentium intercessionibus opprimuntur, inter litigatores audientiam tuam impertire debebis: nec metuas, ne praeiudices clarissimis uiris, cum diuus Claudius huius rei rectorem prouinciae et disceptatorem et, si res postularet, ultorem specialiter fecerit. D. IIII ID. SEPT. *AA.* CONSS. a. 293

2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PP. Si cuiuscumque [Th. 2, 13, 1 B 7, 9, 2]
modi cautiones ad potentium fuerint delatae personas, debiti creditores iactura multentur. aperta enim credentium uidetur esse uoracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores. D. V ID. IVL. RAVENNA HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

## XIIII (XV)

## ℞ DE HIS, QVI POTENTIORVM NOMINE TITVLOS PRAEDIIS ADFIGVNT VEL EORVM NOMINA IN LITE PRAETENDVNT ℞

1 [2]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PP. Animaduer- [Th. 2, 14, 1 B 7, 10, 1]
timus plurimos iniustarum desperatione causarum potentium titulos et clarissimae priuilegia

*PLCRM*

[1] questibus (*Mommsen*)? [2] *iunge Th.* 8, 5, 59

1 ὁ ἐπὶ δίκῃ παρά τινος δοθεὶς ἐντολεύς *om. Lips.* 2 τοῦ προτιθεμένου ... ἄλλον *om. Lips.* 3 πόρρω ... εἰς τό *om. Lips.* 4 μακρά *Lips.* 6 patrocinia *index P* | litigatoribus *LM* | 7 uel ... transferre *om. index P* 8 et cc. *om. SM* | salute $P^a$, p̄. salute $P^b$, *inc.* $L^a$ 10 efficerentur $R^a$ | hi *PL* 11 metu *om.* $P^aL^a$ | iudicariae $R^aM^a$ | litis $L^a$ | discurrent $PL^a$ 13 et cont. rei (*** *pro* rei $C^a$)] *CM*, cont. rei $P^aR$, cont. rei et $P^bL$ 14 redemptore $P^a$, redemptor $L^a$ 15 intersint $PL^a$ | et uniu.] uniuersae *PL* | tenuorum *P* 16 inoportunis *R*, *deficit* $C^a$ | opprimerentur *M* | ligatores $P^a$, *deficit* $C^a$ 17 impertiri *R* | nec] ne $R^a$ | ne] nec $P^aLR^bM^a$, ne* $C^a$ 18 et *om. PL* | disceptator $R^a$ | postulari $P^tL^t$, postulat *C* 19 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 2 | aa.] aa. III et II *Hal.* 20 honorius] non. *P* | et *om. PL* 21 modi cautiones] *Th.* $P^vL^vR^vM^a$, modi actiones $P^tL^tC^bR^bM^b$, mod****tiones $C^a$, actiones modi $R^a$, γραμματεῖον *B* | potentiorum *PLR* | fuerit $M^a$ | personis $P^a$ | creditoris $L^a$ | mulcentur $C^a$ 22 uoracitas uid. esse credentium *R* | uoratitas *PL* 23 *s. a. Th. Hal. et PL tam hoc loco quam ad c.* 1 | d. v] d. *P h. l. L utr. l.*, dd. *P ad c.* 1 | rauenna *om. Hal.* | honorio] honr. a. *PL ad c.* 1, non. a. *PL h. l.* | XIII et ... conss. *om. PL h. l.* | XIII] VII *Hal.* (*in addendis* XIII) | X aa.] aa. *PL ad c.* 1, II aa. *Hal.* (*sed in addendis* X aa.) 24 de] ne *index* $P^a$ | potentioribus *index P* | praesidiis *index P* 26 adfigunt (affligunt *R*) ... praetendunt *om. index P* | uel] uel libellos uel *C* | litem *P*, lete *L* 28 archadium *M* | mensale *S*, mesalino *M* | pp. *om. R* 29 desperatione] desper̄ $R^a$

1 dignitatis his, a quibus in ius uocantur, opponere. Ac ne in fraudem legum aduersario-
rumque terrorem his nominibus abutantur et titulis, qui huiusmodi dolo scientes coniuent,
2 adficiendi sunt publicae sententiae nota. Quod si nullum in hac parte consensum praebue-
rint, ut libelli aut tituli eorum nominibus aedibus adfigantur alienis, eatenus in eos qui
3 fecerint uindicetur, ut adfecti plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputentur. Quisquis
igitur lite pulsatus, cum ipse et rei sit possessor et iuris et titulum illatae sollemniter pul-
sationis exceperit, contradictoriis libellis aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum,
eius possessionis aut causae, quam sub hac fraude aut retinere aut euitare temptauerit,
amissione multetur nec repetendae actionis, etiam si ei probabilis negotii merita suffragan-
4 tur, habeat facultatem. Eos sane, qui *se* sponte alienis litibus inseri patiuntur, cum his
neque proprietas neque possessio competat, uelnti famae suae prodigos et calumniarum
redemptores notari oportebit. D. XV K. DEC. MEDIOLANI STILICHONE CONS. a. 400

## XV (XVI)

## ℞ VT NEMO PRIVATVS TITVLOS PRAEDIIS SVIS VEL ALIENIS IMPONAT VEL VELA REGALIA SVSPENDAT ℞

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLAVIANO PP. Regiae maiestatis est, ut nostrae
tantum domus et patrimonia titulorum inscriptione legantur. omnes igitur intellegant publico
iuri esse deputandum id, cui nomen dominicum praescribitur. D. III K. DEC. RAVENNAE
BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

2 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD FLORENTIVM PP. Ne quis uela B 7, 11, 1
regia suspendere uel titulum audeat sine praeceptione iudicis competentis rebus alienis im-
ponere, quas quocumque modo qualiscumque persona possideat, licet non dominus, licet
1 iniustus possessor ac temerarius inuasor qui possidet doceatur. Eum autem, qui hoc facere
ausus fuerit, si plebeius est, ultimo subdi supplicio, si clarissimus uel curialis uel miles uel
clericus, proscribendum deportandumque non solum ciuitate Romana, sed etiam libertate
2 priuari censemus, exsecutoresque huius legis omnes iudices esse oportere. Deponendi autem
uel frangendi titulos uel etiam conscindendi uela non solum eis, ad quorum praeiudicium
tale aliquid contra fas contraque leges committitur, sed omnibus tam liberis quam seruis
sine metu calumniae uel accusatione criminis licentiam ministramus, decernentes iudices
eorumque officia tricenis libris auri multari, si talem accusationem uel admittant uel depo-
sitam scribi concedant. D. XV K. IVL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO
CONSS. a. 439

*PLCRM*

---

1 fraude *PLCM* 2 que *om.* $L^aR^b$ | terrore *PLM*, teroreque *R* | abutuntur $R^a$, abutabuntantur $P^a$ | coniuent] cohibent $C^a$?, conniuerint $C^bR^b$, commouerint $R^a$ 3 praebuerunt *C* 4 titulis $R^a$ 5 uindicentur $P^aL^aM^a$ | suppliis *L* | deputetur $L^a$ 6 et titulum] titulum $R^a$ 7 nomen] tamen nomen $L^a$ | inserendum *Th.*, ἐνθήσῃ *B* 10 habeant *R* | se] *Th.*, *om.* $PLC^aM$, *ante* inseri *collocat* $C^b$, *post* inseri *habet* *R* 11 possessione $L^a$ | uelut *R* 12 *s. a. Th. Hal. PL* | xv] v *Th.* | sillichone *L* | cons.] *P*, const. *L*, uc. cons. *Th.*, et aureliano coss. *Hal.* 14 ut … praediis *om. index P* | titulus $SC^a$ 15 aliis *PL* | uel uela] uel ad *S*, uela $P^aL^aC^a$ | regia suspendant *M* 16 theodolus *R* | flauiano pp.] *hoc tempore Theodorus pp. Italiae fuit nec potest pro Flauiano scribi Flauius, ut cum Iac. Gothofredo cogitemus de Flauio Manlio Theodoro, cum rarissime addatur praenomen, numquam autem id solum in inscriptione proferatur. quare non improbabiliter Rubenius in fastis Relandii p.* 556 *Flauianum intellegit eum qui fuit sub Theodosio* II *et hanc constitutionem iungendam censet cum Th.* 11, 1, 36, *cui subscribitur* d. III k. Mai. Rau. Basso et Antiocho conss. (*a.* 430) 17 publico] u $P^a$ 18 iure $C^a$ | domini $C^a$ | perscribitur *C* | *s. a. Hal. PL* | d.] dd. *PL* 20 imp. *C* | ualentinus *RM* | ad florentium] florentio *S* 21 regia *om.* $M^a$ | praeceptiones $P^a$ | alienis *om. M*, *inc.* $C^a$ 22 quas quocumque] quascumque $P^a$, quas quo.cumque $M^a$ 23 ac] $PLR^b$, uel *CM*, ut $R^a$ | hoc facere *om.* $R^a$ 25 proscriptum deportatumque (que *om. M*) $L^b$ *CM* | libertate] *CM*, libertate eum *PLR* 26 priuare $P^a$ 27 fraudendi $P^a$ | eis *om.* $R^a$ 28 que *om.* $M^a$ 30 que *om.* $RM^a$ | uel adm.] adm. *PL*, adm. *uel* et adm. $C^a$? 31 *s. a. Hal. PL* | xv] xui *PL* | constant. *om. Hal.* | a.] aa. *PL*

## XVI (XVII)

## ℞ VT NEMINI LICEAT SINE IVDICIS AVCTORITATE SIGNA IMPRIMERE REBVS, QVAS ALIVS TENET ℞

1 IMP. PROBVS A. OCTAVIANO. Saepe rescriptum est ante sententiam signa [B 7, 11, 2] rebus, quas aliquis tenebat[1], imprimi non oportere. et ideo ea rebus aut fructibus apud te constitutis illicite imposita poteris ipse licite detrahere, ut amotis his causa, quae ex officio tibi infertur, terminetur. D. IIII K. IVL. PROBO A. II ET LVPO CONSS. a. 278

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. CRAVGASIO. Rebus, quas alius [B 7, 11, 3] detinet, imprimere signa nemini licet, etiam si suas uel obligatas sibi eas esse aliquis adfirmet.

## XVII (XVIII)

## ℞ NE FISCVS VEL RES PVBLICA PROCVRATIONEM ALICVI PATROCINII CAVSA IN LITE PRAESTET ℞

1 IMP. GORDIANVS A. LEGITIMO ET ALIIS. Rei publicae uiribus adiuuari te [B 7, 11, 4] sub obtentu quantitatis, quam eidem rei publicae debes, contra iuris rationem desideras. PP. VIII ID. IAN. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

2 IDEM A. TERTVLLO. Cum adlegas partem rerum uel actionum dimidiam fisco, [B 7, 11, 5] quo magis uiribus eius protegaris, uelle te donare, huiusmodi litium donationem admitti temporum meorum disciplina non patitur. unde ius tuum, si quod tibi competit, citra inuidiam fisci mei tueri sollemniter cura. S. VI NON. AVG. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AMPHIONI. Abhorret saeculo nostro sub praetextu debiti procurationem contra priuatos fiscum praestare. [B 7, 11, 6] D. VIII K. IAN.[2] PHILIPPOPOLI AA. CONSS. a. 293

4 IDEM AA. ET CC. ACHILLI. Ad fraudem creditoribus faciendam inuidiam fiscalem contra saeculi nostri tranquillitatem implorari non decet. [B 7, 11, 7] redde itaque fisco nostro quod debes, ac si conuentus uelut a creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratae pecuniae secundum leges uti potes. D. XVI K. IAN. SIRMI CC. CONSS.[3] a. 294

*PLCRM*

---

[1] alius teneat (*Mommsen*)? [2] Iun. (*Mommsen*)? [3] AA. conss. (= *a.* 293, *Mommsen*)?

---

2 ut] et *index P* 3 signum *RM* | imprime rebus *index P* | aliud $R^a$*?* | tenent *index* $P^a$, detinet *M* 4 impp. pobus $P^a$ | octouiano *L*, octauio *M*, octabio *C* 5 tenebit *C* | apud te constit. aut fructibus *R* 6 illicito *P*, illicit• $L^a$ 7 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 17, 3 8 et *om. S* | aa.] aa. et cc. *C* | craugasio] *S*, graukasio *M*, grafio *PLCR* | quam $R^a$ 9 liceat *C* 12 re $P^a$ | publicas*S* | procuratorem $M^a$ | alicuius $R^a$ 13 patrocinii causa *om.* $PL^a$ | in litem *L*, inlicite *C* | praestent *PL index P*, prestat *M* 14 impp. *P* | a. legitimo] *CM*, a. c̄. legitimis *PLR* | rei] rei geste $R^a$*?* | uiribus] *ita manifesto libri mei idque solum conuenit rubricae tituli, non* iuribus, *quasi priuilegiis municipum uti uoluerit qui preces obtulit:* ἐκ τῆς πόλεως βοηθηθῆναι *B* (κ.π.) *praemisso quod pater ciuitatis procurationem debitoris suscipere uoluerit* 16 *s. a. Hal. PL* | pp. VIII] III *Hal.* | gordiano ... conss. *om. PL* 17 idem] impr. gordianus *S* | a.] augusti *R* | tertullio *CR* 19 eorum $P^a$ | quid *PLR* 20 *s. a. Hal. PL* | s. VI] pp. uii *PL* | II et p. conss.] iiii *PL* 22 impp. d. et max.] idem *CR* | et cc. *om. SPL* | ambiphioni *R*, antihioni *M?* | aborreat *R* | saeculo] a saeculo *M* 23 fiscum praestare *om.* $P^a$ | *s. a. Hal. et PL ad* 16, 1 | d. VIII k. ian. philippopoli] uiiii k. ian. philippo. *PL* 24 aa.] cc. *Hal.* | con. ss. *PL* 25 aa. et cc.] a. *S* | fraudem cr. faciendam] *M*, fraudes cr. faciendas *PLCR:* εἰς τὸ γενέσθαι περιγραφήν *B* (κ.π.) 26 quod fisco nostro *M* 28 legem *M* | potest $R^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 18, 6

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

# XVIII (XVIIII)
# ℞ DE NEGOTIIS GESTIS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. SOPATRAE. Cum tutores filiorum tuorum suspectos faceres eisdemque tutores seu[1] curatores peteres, munere pietatis fungebaris: quae causa non admittit negotiorum gestorum actionem, ut sumptus, quos in ea lite fecisti, repetere possis, cum etiam, si quis pro adfectione domestica aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos petere potest. PP. III NON. OCT. DEXTRO ET PRISCO CONSS. [B 17, 2, 1] a. 196

2 IDEM AA. RVFINAE. Contra impuberes quoque, si negotia eorum urguentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur, in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem ex utilitate ipsorum receptum est. quae tibi quoque iure decernetur, quod sumptus in pupillum, quem Romae tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te adlegas, si non matertera eiusdem[2] se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. XV K. FEBR. LATERANO ET RVFINO CONSS. [B 17, 2, 2] a. 197

3 IDEM AA. HADRIANO. Siue pro fratre coherede pecuniam soluisti, negotiorum gestorum actione experiri potes, siue pignoris liberandi gratia debitum uniuersum soluere coactus es, actionem eandem habebis uel iudicio familiae herciscundae, si non est inter uos redditum, eam quantitatem adsequeris. PP. VIII K. FEBR. ANVLLINO ET FRONTONE CONSS. [B 17, 2, 3] a. 199

4 IDEM AA. CLAVDIO. Qui pupillae negotia tutoris mandato suscepit, pro tutore negotia non uidetur gessisse, sed negotiorum gestorum actione pupillae tenebitur. PP. III NON. DEC. FABIANO ET MVCIANO CONSS. [B 17, 2, 4] a. 201

5 IDEM AA. TROPHIMO. Officio nec minus obsequio liberti functus negotiorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potes. PP. XIII K. IVL. GETA ET PLAVTIANO CONSS. [B 17, 2, 5] a. 203

6 IDEM AA. GALLO. Curatorem tibi quidem patris testamento datum dicis: quod non potest uideri iure factum. quod si, ut proponis, administrationi se miscuit, negotiorum gestorum actio tam aduersus eum quam contra heredes eius tibi competit. PP. APRO ET MAXIMO CONSS. [B 17, 2, 6] a. 207

7 IMP. ANTONINVS A. EVPHRATAE. Si ab eo, qui negotia tua gessit, heres ex duabus unciis institutus es, etiamsi adeas hereditatem, in reliquis decem unciis aduersus coheredem competit tibi petitio, si quam aduersus defunctum habuisti actionem. PP. VI ID. MART. ROMAE SABINO II ET ANVLLINO CONSS. [B 17, 2, 7] a. 216

*P* (18 ℞ 2...4. 7) *L* (*ut P*) *CR* (*u.* 29 ... *p.* 201, 6 aduersus *in litura perierunt*) *M*

---

[1] tutores seu *addiderunt Iustiniani* (*u. i.*) [2] mater eius idem (ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀποδείξει ἕτοιμον ἑαυτὴν εἶναι οἰκείοις ἀναλώμασι ταὐτά ποιῆσαι *B κ.π.*)?

---

3 antonius *S* 4 eiusdem (*om.* que) $R^a$, eisdem $R^b$ | tutores seu curatores] τῆς παλαιᾶς διατ. κουράτορα μεμνημένης πρὸς τὸ σαφέστερον καὶ ἄμαχον μετεφράσθη νῦν ἡ διάτ. ἐπίτροπον θεματίσασα παρὰ τῆς μητρὸς αἰτηθῆναι *BΣ* (*Thal.*) 6 *ad uerba* cum etiam ... 7 potest *Thal. adnotat:* τοῦτο τὸ ῥητὸν ἐξ ἄλλης διατ. παρήγαγον καὶ συνέμιξαν οἱ περιφανέστατοι κωδικευταί | sumptos $M^a$ 7 *s. a. Hal.* 8 idem aa.] *C*, idem a. *SM*, impp. seuerus et antoninus aa. *PLR* 9 necessitas $L^a$ | generantur $M^a$ | locupletores $R^a$ | danda accione $P^a$ 10 eorum *PLR:* διὰ τὸ καὶ αὐτοῖς νηπίοις συμφέρον *B* (*κ.π.*) | decernetur] *M cum B* (*κ.π.*) δοθήσεται *B* (*κ.π.*), decernitur $L^bCR$, decernimus *P*, decerni* $L^a$ 11 petendo $R^a$ | te *om.* $R^a$ 12 materteram *M* | se *om.* $R^aM$ | hostenderis $M^a$ | *s. a. Hal. PLE* | xv] x *Hal.* 15 actionem *R* | potest $R^a$, notes $L^a$? | siue] quod siue *P*, q**d siue $L^a$ 17 creditum $M^a$ | *s. a. Hal. PLE* | anullino ... conss.] ancul. *PL*, ancolonie frontonie *E* 18 claudio] *SM*, glaudio *C*, gracho *PLR* | pupillae qui *R* | mandata $M^a$ | susceperit *R* 19 pupilla *PL*, **pupilla $M^a$: utili *ante* pupillae *uidetur legisse Thal.:* οὐδὲ τὴν περὶ ἐπιτροπῆς δύναται κατ' αὐτοῦ κινῆσαι οὐδὲ τὴν περὶ διοικήσεως ἀγωγήν, ἀλλὰ τὴν οὐτιλίαν *B* 20 *s. a. Hal. PLE* | non. dec.] nū dcon *E* | dec. ... conss. *om. PL* | marciano *E* 21 trophimo] *SM*, trophemo *C*, trophono *R* | liberiti $R^a$? 22 actione $R^a$ | potest *CR* | *s. a. Hal.* 24 aa. *om. C* 26 *s. a. Hal. E et PL ad* 17, 4 27 apro] ā. pro *PL* 28 imp. ant. (antonius $M^a$) a.] *SM*, impp. ant. $P^a$, impp. seu. et ant. $P^bL$, idem a. *C* | euprate *S* 29 es etiamsi adeas] es etiam ad eandem *P*, es etiamsi ad eam $L^a$, est etiamsi adeas $C^a$?: εἰ καὶ ὑπεισῆλθες *B* (*κ.π.*) 30 si] sa $L^a$ | *s. a. Hal. PLE* 31 mart.] *Hal.*, mai. *PLE* | II *om. Hal.* | anuillino *PL*, anulino *Hal.*, anolino *E*

8 IDEM A. SEVERO. Aduersus eos, qui negotia tua gesserunt[1], negotiorum gestorum iudicio ciuiliter consiste: nec tibi oberit, si propter occupationes militares eam litem tardius fuisses exsecutus, cum hoc genus actionis longi temporis praescriptione excludi non possit. PP. VI K. AVG. ANTONINO A. ET ADVENTO CONSS. [B 17, 2, 8] a. 218

9 IDEM A. SALLVSTIO[2]. Si pecuniam a debitore tuo Iulianus exegit eamque solutionem ratam habuisti, habes aduersus eum negotiorum gestorum actionem. PP. VIII K. MART. PRAESENTE ET EXTRICATO CONSS. [8, 37, 3 B 17, 2, 9] a. 217

10 IMP. ALEXANDER A. SECVNDO ET ALIIS. Si seruum alienum non inutilem domino constitutum aegrum curastis *et* negotium utiliter gessistis, competenti uobis actione sumptus recuperare potestis. PP. XII K. DEC. ALEXANDRO A. CONS. [B 17, 2, 10] a. 222

11 IDEM A. HERENNIAE. Alimenta quidem, quae filiis tuis praestitisti, reddi tibi non iusta ratione postulas, cum id exigente materna pietate feceris. si quid autem in rebus eorum utiliter et probabili more impendisti, si non et hoc materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse ostenderis, id negotiorum gestorum actione consequi potes. PP. XII K. FEBR. ALBINO ET MAXIMO CONSS. [B 17, 2, 11] a. 227

12 IDEM A. THEOPHILO. Si filius pro patre suo debitum soluit, nullam actionem ob eam solutionem habet, siue in potestate patris, cum solueret, fuit, siue sui iuris constitutus donandi animo pecuniam dedit. si igitur pater tuus sui iuris constitutus pro patre suo negotium gerens non praecedente mandato debitum eius soluit, negotiorum gestorum agere cum patruis tuis potes. PP. K. AVG. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. [B 17, 2, 12] a. 230

13 IDEM A. AQVILAE. Quod in uxorem tuam aegram erogasti, non a socero repetere, sed adfectioni tuae debes expendere. in funus sane eius si quid eo nomine quasi recepturus[3] erogasti, patrem, ad quem dos rediit, iure conuenis. PP. VIII K. NOV. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. [B 17, 2, 13] a. 230

14 IDEM A. RVFO. Si mandatum solius mariti secutus tam ipsius quam uxoris eius negotia gessisti, tam tibi quam mulieri inuicem negotiorum gestorum competit actio. ipsi sane qui mandauit aduersus te mandati actio est: sed et tibi aduersus eum contraria, si quid forte supererogasti. PP. X K. MART. MAXIMO II ET VRBANO CONSS. [B 17, 2, 14] a. 234

*P* (*c.* 9...14) *L* (*c.* 9...14) *C* (*u.* 16 si ... 20 potes *in littura c*) *R* (*u.* 1...6 aduersus *in littura*) *M*

[1] *fuit* Aduersus curatores (*u. i.*) [2] *suppl.* Hadriano *ex loco gemino, qui hoc nomen solum habet* [3] *exciderunt fortasse* sumptus ab heredibus (*u. i.*)

1 *c.* 8 *et* 9 *temporis gratia transposuit Hal. contra libros et BΣ* | a.] *SM,* aa. *PLC* | aduersus ... gesserunt (gesserint *C*, amministrauerunt *PL*[1])] *compilatores haec mutasse docet Thal.* (*BΣ*): ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν ῥητὸν ταύτης τῆς διατ. κουράτορος ἐμνημόνευσε καὶ ηὑρίσκετο ἡ διάτ. κατὰ κουράτορος διρέκταν νεγοτιογεστόρουμ παρέχουσα, καλῶς καὶ τελείως μετεποιήθη νῦν τὸ ῥητόν, ἵνα μηδὲν ᾖ τὸ ἀντικείμενον 2 ciuiliter $M^a$, *om.* $L^a$ | tibi *om.* $P^a$ 3 actiones $L^a$ | non possit (posset $P^a$) excludi *PL*, ἀποκλείεσθαι οὐ δύναται *B* (κ.π.) 4 *s. a. Hal. PL* | pp. VI] VI *Hal.*, pp. uiii *PL* | a. *om. Hal.* | et aduento] iii *PL* 5 a.] aa. *PL* | si *seqq.*] *quae resecta esse indicat Thal.* (*BΣ*), *ea extant in loco gemino* | exigit $M^a$ 6 actionem neg. gestorum *M* | *s. a. Hal. PL cum l. gem.* 7 VIII] VI *l. gem.* | extricato] albino *PL* 8 si seruum *seqq.*] *adnotationis Thal.* (*BΣ*) *quae supersunt nonnihil a compilatoribus immutatum esse indicant* 9 et neg. ut. gessistis] *scripsi ad B* (κ.π.) ἐπιμελήσασθε αὐτοῦ καὶ χρησίμως τὰ πράγματα ἐχειρίσατε, τῇ ἁρμοζούσῃ ὑμῖν ἀγωγῇ τὸ ἀνάλωμα ἀναλαβεῖν δύνασθε, et *om. PL*, *post* gessistis *collocant CRM* 10 *s. a. Hal. PL* | dec. *om. PL* | cons.] *Hal. in addendis*, conss. *L*, ss. i. *P*, II et marcello coss. *Hal. hoc loco* 11 erene *S*, hermie *M* 12 exgente pietate materna *M* | feceris] p****** $P^a$ 13 probabili more] probabiliter *C* | hoc] $L^bCM$, haec $PL^aR$ 14 fecisse] fecisse * (*uel* **) $M^a$ | ostendens $PL^a$? | *s. a. Hal. PL* 16 a.] augusti *R* | theothilo *L* | debitum *om. R* | soluerit *cR* 17 in *om.* $M^a$ 18 constitutus] $P^bcM^a$, constitutus si $L^bRM^b$, constitutus *** $P^a$, *deficit* $L^a$ | constitutis $R^a$, *deficit* $L^a$ 19 soluens $L^a$ 20 patruis tuis potes] *cM*, patruis tuis debet $P^a$, patruis debes $P^bL^bR^b$, ******uis $R^a$, patre suo debes $P^cL^c$, *inc.* $L^a$: κατὰ τῶν θείων σου οὐ δύνασαι *B* (κ.π.), *sed* οὐ *ex dittographia ortum esse apparet ex BΣ* | *s. a. Hal. PL* | agricolae *PL* | clemente] *Miraeus*, clemen. *PL*, clementino *Hal.* 21 a.] augusti *R* | aquiliao *R* | quod in] id quod $R^a$, id quod in $R^b$ | secero $P^a$ 23 recepturus] recepturus sumptus ab heredibus *Latine Thal.* (*BΣ*) *eaque uerba explicat, quasi sint constitutionis* | conuenit $P^aR^a$, conueni $M^b$, μεθοδεύεις *B* | *s. a. Hal. PL* | nou.] non. *PL* | agricolae $P^a$ 24 clemente] *PL*, clementino *Hal.* 25 a.] aa. *P* 27 actio est] actione $R^a$ | contrariam *C* 28 *s. a. Hal.*

15 Imp. Gordianvs A. Mvciano. Si paterno adfectu priuignas tuas aluisti seu [B 17, 2, 15] mercedes pro his aliquas magistris expendisti, eius erogationis tibi nulla repetitio est. quod si ut repetiturus ea, quae in sumptum misisti, aliquid erogasti, negotiorum tibi gestorum intendenda actio est. PP. vi id. Ivl. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

16 Impp. Gallvs et Volvsianvs AA. Evtychiano. Si negotium sororis [B 17, 2, 16] tuae gerens pro ea tributa soluisti, uel mandante ea uel rogante id fecisti, negotiorum gestorum actione uel mandati id, quod soluisse te constiterit, recipere poteris. PP. xi k. Mai. Gallo et Volvsiano conss. a. 252

17 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Clavdiae. Curatoris [B 17, 2, 17] etiam successores negotiorum gestorum utili conuentos actione tam dolum quam latam culpam praestare debere nec ad eos officium administrationis transire ideoque nullam alienandi eos res adultae potestatem habere conuenit. D. xiii k. Ian. Sirmi AA. conss. a. 293

18 Idem AA. et CC. Pomponio. Ob negotium alienum gestum sumptuum fac- [B 17, 2, 18] torum usuras praestari fides bona suasit: quo iure contra eos etiam, quorum te necessitate compulsum negotium gessisse proponis, per iudicium negotiorum gestorum uteris. D. viiii k. Ian. AA. conss. a. 293

19 Idem AA. et CC. Alexandro. Ab uno herede pro solido re ueluti com- [B 17, 2, 19] muni uenumdata de pretio coheres uenditoris negotiorum gestorum ratam faciens uenditionem agere potest. D. id. Febr. Sirmi CC. conss. a. 294

20 Idem AA. et CC. Octaviae. Tutori uel curatori similis non habetur, qui [B 17, 2, 20] citra mandatum negotium alienum sponte gerit, quippe superioribus quidem muneris necessitas administrationis finem, huic autem propria uoluntas facit ac satis abunde sufficit, si
1 cui uel in paucis amici labore consulatur. Secundum quae super his quidem, quae nec tutor nec curator constitutus ultro quis administrauit, cum non tantum dolum et latam culpam, sed et leuem praestare necesse habeat, a te conueniri potest et ea, quae tibi ab
2 eo deberi patuerit, cum usuris compelletur reddere. De ceteris uero, quae ab aliis tui constituta iuris detenta exacta non sunt, ab hoc, qui nec agendi quidem propter exceptionis obstaculum facultatem habere potuit, exigi non potest: et idcirco aduersus eos, quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. D. viii k. Mai. Sirmi CC. conss. a. 294

21 Idem AA. et CC. Mitrae. Si cognati tui seruos suos manumiserunt, hoc, [B 17, 2, 21] quod eos administrasse res uestras contendis, eorum impedimentum libertati fieri non potuit. quin autem[1] ex actu praecedenti post manumissionem, si utriusque temporis administratio non conexa, sed separata sit, conueniri non posse procul dubio sit. D. vi k. Oct. Viminacii CC. conss. a. 294

*P* (*c.* 15..19) *L* (15..19) *CRM*

---

[1] autem *firmant B: fuitne* etiam?

---

1 impp. *P* | munciano *P*, municiano *L* | effectu $P^a L^a$ 2 eius *om. R* | est] ἔσται *B* (κ.π.) 3 ut *om.* $PL^aC$: ὡς ἀναληψόμενος *B* (κ.π.) | sumptu *R* 4 est actio *R* | *s. a. Hal.: in PL non est nisi* pp. id. conss., *sed* iul. gord. *aberrauit in u.* 5 5 gallienus *SPLCR*, gallianus *M* | uelosianus *PL* | aa.] a. iul. gord. (*ex u.* 4) *PL* | euthiachiano $L^a$, euthia *incepit, mox scripsit* euthichianus *P* 6 tributa] arbitraria $L^a$ | mandanti $P^a$ 7 resipere $P^a$ | poterit $L^a$ | *s. a. Hal. PL* 8 gallieno *PL* 9 imp. *P* | et ccc. *P*, *om. S* 10 conuentus $P^a R^a$ | actiones $R^a$ 12 *s. a. Hal. PL, nisi forte quae in PL est subscriptio potius pertinet ad c.* 18 | d. xiii] uiii *PL* | aa.] a. *PL* 13 aa. et cc.] a. *S* | pompenio *R* 14 eos] *R cum B* (κ.π.) κατ' ἐκείνων, hos *PLCM* 15 utere $L^b C R^a$, *sed R* utere (uteris $R^b$) *collocat ante* per | *s. a. Hal. PL, fortasse et PL ad c.* 17 | d. viiii] uiii *PL* 16 aa. *om. PL* 17 aa. et cc. (cesar $M^a$)] a. *S* | alexander $M^a$ | coherede *CR*, κληρονόμου *B* (κ.π.) | rei u. communis uenumdate (uenumdat*** $M^a$) $PL^a M^a$ 18 ratam] u**(er?)am $P^a$ 19 potes *M* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 21 20 aa. et cc.] a. *S* 22 amministrationi $R^a M$ | sufficit] ficit $M^a$ 23 amicis $R^a$ 25 sed et] *C cum B* (κ.π.) ἀλλὰ καί, sed *RM* 26 patuerint $CM^a$ | compelle $C^b R$, compelli $C^a$, συνωθεῖται *B* (κ.π.) 27 ab] ob *C*, *inc.* $M^a$ | nec] ne $M^a$ 29 *s. a. Hal.* 30 metreae *S*, mithae $M^a$, mithirae $M^b$ 31 res uestras] *RM*, rem uestram *C*, rem tuam *Q*: τὰ σὰ πράγματα *B* (κ.π.) | eorum impedimentum] *RM*, ea res impedimento *C*, ἐμποδίσαι τῇ τούτων ἐλευθερίᾳ *B* 32 manumissione $R^a$ 33 sed *om.* $R^a$ | conuenire *M* | sit] fit *M* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 19 | d. vi] iii *PL* | uiminacii] ui.miniano *PL* 34 cc. *om. L*

22 IDEM AA. ET CC. EVLOGIO. Negotium gerentes alienum non interueniente speciali pacto casum fortuitum praestare non compelluntur. D. XI [1] K. DEC. CC. CONSS. [B 17, 2, 22] a. 294

23 [2] IDEM AA. ET CC. THEODORO. Negotiis gestis non in rem, sed in personam est actio. D. XII K. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. [B 17, 2, 23] a. 294

24 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Si quis nolente et specialiter prohibente domino rerum administrationi earum sese immiscuit, apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis, quae circa res factae sunt, talis negotiorum gestor habeat aliquam aduersus [B 17, 2, 24]
1 dominum actionem. Quam quibusdam pollicentibus directam uel utilem, aliis negantibus, in quibus et Saluius Iulianus fuit, haec decidentes sancimus, si contradixerit dominus et eum res suas administrare prohibuerit, secundum Iuliani sententiam nullam esse aduersus eum contrariam actionem, scilicet post denuntiationem, quam ei dominus transmiserit nec
2 concedens ei res eius attingere, licet res bene ab eo gestae sint. Quid enim, si dominus adspexerit ab administratore multas expensas utiliter factas et tunc dolosa adsimulatione habita eum prohibuerit, ut neque anteriores expensas praestet? quod nullo patimur modo: sed ex quo die attestatio ad eum facta est uel in scriptis uel sine scriptis, sub testificatione tamen aliarum personarum, ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam ei actionem competere, super anterioribus autem, si utiliter factae sunt, habere eum actionem contra dominum concedimus sua natura currentem. D. XV K. DEC. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE CONSS. a. 530

## XVIIII (XX)

## ℞ DE HIS, QVAE VI METVSVE CAVSA GESTA SVNT ℞

1 IMP. ALEXANDER A. FELICI. Persecutionem eorum, quae ui uel furto ablata sunt, etiam si postea interciderunt, integram esse iure responsum est. PP. X K. DEC. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 10, 2, 24] a. 223

2 IDEM A. ALEXANDRO. Cum te non solum cauisse, uerum etiam soluisse pecuniam confitearis, qua ratione ut uim passus restitui quod illatum est postules, perspici non potest, quando uerisimile non sit ad solutionem te properasse omissa querella de chirographo utpote per uim extorto, nisi et in soluendo uim te passum dicis. PP. VI K. IVL. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. [B 10, 2, 25] a. 226

3 IMP. GORDIANVS A. GAIO. Si ui uel metu fundum auus tuus distrahere coactus est, etiamsi maxime emptor eum alii uendidit, si tamen tu auo tuo heres extitisti, ut tibi reddito a te pretio restituatur, postquam placuit in rem quoque dari actionem, secundum formam perpetui edicti adito praeside prouinciae poteris postulare, si modo qui secundo loco comparauit longae possessionis praescriptione non fuerit munitus. PP. VI ID. AVG. PIO ET PONTIANO CONSS. [B 10, 2, 26] a. 238

*A*$^{ut}$ (19 ℞ *bis*) *P* (18, 23. 22. 19 ℞ 1. 3) *L* (18, 23. 22 [24 *l*] 19 ℞ 1. 3) *CRM*

---

[1] *numerus emendandus est ex die c.* 23  [2] *cf.* 6, 19, 2

---

1 et c. *S*, et cesare $M^a$, *om.* *R* | elogio *PL* 2 non *om.* $P^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 24 3 aa. et cc. (cesare $M^a$)] a. *S*, a. et cc. *PL* | theodoro] *CM*, theodore *S*, theodosio *PLR* 4 est *om.* $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. XII] XU *PL* | nicomediae] nicom. et *PL* 5 iuliano] *SR*, iohanni *lCM* | pp.] p. *M* 6 eorum $l^a$ | sese] se *R* | miscuit $M^a$ 7 factae] sacrae $R^a$ | talis] administrator talis *R* | gestor] $l^bR^bM^b$, gestorum $l^aCR^aM^a$ 8 dirctam $M^a$ 9 saluus *l* | dicentes $M^a$ | contradixerit] contra $R^a$ 11 contrariam] uel directam uel utilem contrariam $l^a$ 13 aspexit *l* | et *om.* $l^a$ | adsimilatione *C* 15 attestatio] au.testatio $l^a$ | uel in] ut in $l^a$ 16 alienarum *lM* | proficiendis $R^a$ 17 facta $l^aR$ 18 dominos $lM^b$, *inc.* $M^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 22 | xv k.] *PL*, kal. XIIII *Hal.* | dec. *om.* *PL* 21 quae uim *SL*, quae uico *index P*, qui $P^a$, quiuae ui $R^a$?, qui ui $M^a$ | metuue *S* | gesta sunt] gerunt *S*, factum est *L* 22 alexarder *M* 23 intercederint *C* | responsum est iure *M* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 2 25 a.] a. et c. *R* 28 dicas *M* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 1 | pp. *om.* *PL* 29 alexandro … conss. *om.* *PL* 30 impp. *P* | galo *S*, *cf. ad p.* 204, 29 | distahere $M^a$ 32 precia $P^a$ | quoque] $L^bCM$ *cum B:* καὶ τὴν ἀγωγήν, quidem $PL^aR^b$, *inc.* $R^a$ 34 *s. a. Hal. PL* 35 aug.] ap. *PL*

4 IDEM A. PRIMO ET EVTYCHETI. Si per uim uel metum mortis aut cruciatus corporis uenditio uobis extorta est et non postea eam consensu roborastis, iuxta perpetui formam edicti intra annum quidem agentes, quo experiundi potestas est, si res non restituatur, quadrupli referetis condemnationem, scilicet reddito a uobis pretio: post annum uero causa cognita eadem actio in simplum permittitur: quae causae cognitio eo pertinet, ut ita demum decernatur, si alia actio non sit. PP. III NON. AVG. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. [B 10, 2, 27] a. 239

5 IDEM A. RVFO MILITI. Non interest, a quo uis adhibita sit patri et patruo tuo, utrum ab emptore an uero sciente emptore ab alio, ut ui metuue possessionem uendere cogerentur. nam si adhibita ui compulsi sunt possessiones suas quae maiore ualebant minimo distrahere, iurisdictionis tenore, ut id quod improbe factum est in priorem statum reuoluatur, impetrabunt. PP. VI K. IAN. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. [B 10, 2, 28] a. 239

6 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. POLLAE. Ad inuidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet. unde intellegis, quod ad metum arguendum, per quem dicis initum esse contractum, senatoria dignitas aduersarii tui sola non est idonea. PP. III K. MAI. HERACLIAE CC. CONSS.[1] [B 10, 2, 29] a. 294

7 IDEM AA. ET CC. COTVI. Si donationis uel transactionis uel stipulationis uel cuiuscumque alterius contractus obligationis confectum instrumentum metu mortis uel cruciatus corporis extortum uel capitales minas pertimescendo adito praeside prouinciae probare poteris, hoc ratum haberi secundum edicti formam non patietur. D. II NON. IAN.[2] AA. CONSS. [B 10, 2, 30] a. 293

8 IDEM AA. ET CC. TROPHIMO. Cum te domus et horti uenditionem fecisse sub spe recipiendi, quod de frumento feceras, instrumentum uel timore, ne ad ciuilia munera nominareris, proponas et rescindi uenditionem ueluti metus causa factam desideres, intellegis ad ratum non habendum contractum metum huiusmodi prodesse non posse. D. XI K. SEPT. VIMINACII *AA.* CONSS. [B 10, 2, 31] a. 293

9 [3]IDEM AA. ET CC. HYMNODAE.[4] Metum non iactationibus tantum uel contestationibus, sed atrocitate facti probari conuenit. D. K. DEC. AA. CONSS. [B 10, 2, 32] a. 293

10 IDEM AA. ET CC. FAVSTINAE. Accusationis institutae uel futurae metu alienationem seu promissionem factam rescindi postulantis improbum desiderium est. D. VI K. FEBR. CC. CONSS. [B 10, 2, 33] a. 294

11 IMP. CONSTANTIVS A. AD EVAGRIVM PP. Si per impressionem quis aliquem metuens saltem in mediocri officio constitutum rei suae in eadem prouincia uel loco, ubi tale officium peragit, sub uenditionis titulo fecerit cessionem, et quod emptum fuerit reddatur [B 10, 2, 34]

$A^{ui}$ (19, 4. 7. 9 *bis*) *P* (19, 4. 7 [5 *p*] 9...11) *L* (19, 4. 7. 5. 9...11) *CR* ($R^a$ *om.* 19, 8) *M*

[1] AA. conss. (*a.* 293, *Mommsen*)? [2] Iun. (*Mommsen*)? [3] *iunge* 2, 20, 6. 2, 31, 2. 4, 44, 8
[4] Aureliae Euodiae 4, 44, 8

1 a.] aa. *PLC* | eutycheti] *ACM*, eutychiti *S*, euthichio *PLR* | cruciatus] $L^bCM$ *cum B* κατὰ φόβον θανάτου ἢ τὰς κατὰ τοῦ σώματος βασάνους (*uerti debuit* ἢ τῆς ... βασάνου), cruciatum $APL^aR$, *cf. u.* 19 2 uobis] a uobis $P^vL^vR$ | exorta $P^tL^t$ | roborasti si iuxta *C* 4 referitis $C^a$ 5 in *om. A* 6 altera $M^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 5 8 aa. *pL* | rufino *C* 9 emptore *om.* $p^a$ | possessienes *p* 10 maiora *pLR*, maior** $M^a$, πλείονος ἦσαν ἄξιαι *B* 11 iurisdictione $L^a$ | id *om. C* | priore statu *M* 12 *s. a. Hal. et PL ad c.* 4: *in L hoc loco est* d. | a. *om. PL* 13 aa. et cc.] aa. *S*, a. et c. *R* | pollie *S* | inuiduam $R^a$ 15 initium $C^a$ | sola *om.* $M^a$ 16 *s. a. Hal.* 17 idem] impr. diocl. et max. *PL* | a. et c. *SR*, aa. cesares *M* | cytoi *S*, tusco *M* 19 cruciatus] $ALR^aM$, cruciatu $PCR^b$: φόβῳ θανάτου ἢ βασάνων *B* | exortum *L* | prouinciae *om.* $M^a$ 20 hoc] ho $L^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 8 22 trophimio *S*, atrophimo *M*, rophino *C* 23 tumore $C^a$ 24 uelut $M^a$ 25 habendam $C^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 7 | d. *om. PL* 26 uiminiano *PL* | aa.] cc. *Hal.*, *om. PL* 27 aa. et cc.] *M*, a. *S*, a. et c. *PL*, a. et cc. *CR* | ymno *S*, hinnode *C*, inode *M* | iactationibus t. uel contestationibus] $P^vL^vR$, iactationibus t. uel contestatione (—nem $M^b$) eius *M*, iactationis t. uel contestationis $P^tL^t$, iactationibus t. uel contestatione metus $AL^bC$: ταῖς κραυγαῖς ἤτοι φήμαις μόναις *B* 28 atrocitatem *PLR*, τῇ τραχύτητι ... ἀποδείκνυσθαι *B* | *s. a. Hal. PL* | d. *om. L* | k. *om.* $P^a$ | dec. *om. P* | aa.] cc. *Hal.* 29 aa. et cc.] a. *S*, a. et c. *PL*, a. et cc. *R* | faustinae] gallo *R ex c.* 3? | accusationes $P^a$ 30 *s. a. Hal. PL* | d. vi] u *PL* 31 conss. *om. PL* 32 constantinus *SCM* | euacrium *S*, euastrium $PLR^b$, eustrium $R^a$ | pp. *om. CM* 33 constitutus $P^tL^tR^a$

et nihilo minus etiam pecunia retineatur: simili poena seruanda, si qui uel coniugis uel amici nominibus abutentes praedam tamen[1] sibi adquirunt. D. x k. Oct. Aqvileiae Constantio A. vii et Constantio conss. a. 354

12 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. ad popvlvm. Venditiones [Th. 3, 1, 9 B 10, 2, 35] donationes transactiones, quae per potentiam extortae sunt, praecipimus infirmari. D. xiii k. Mart. Constantinopoli Honorio x et Theodosio vi AA. conss. a. 415

## XX (XXI)

## R DE DOLO MALO R

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Clementinae. Si fideiussor a creditore [B 10, 3, 41] pignora emit, oblata quantitate sortis et usurarum tibi dominium cum fructibus, quos bona fide percepit, consultius restituet, ne fidei ruptae gratia de dolo possit actio exerceri. Accepta d. iii id. Mai. Plavtiano et Geta conss. a. 203

2 Imp. Antoninvs A. Agrippae. De dolo actio, cum alia nulla competit, [B 10, 3, 42] causa cognita permittitur. D. non. Nov. Gentiano et Basso conss. a. 211

3 Imp. Gordianvs A. Aqvilino. Non possunt obesse tibi tempora, quae in [B 10, 3, 43] actione de dolo solent computari[2], quibus rei publicae causa, ut adlegas, occuparis: sed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus facultatem agendi intra praestituta tempora coeperis obtinere. PP. id. Avg. Sabino ii et Venvsto conss. a. 240

4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Menandrae. Cum pro- [B 10, 3, 44] ponas inter te et eum, quem in contubernio ancillam tuam sibi coniunxisse memorasti, placuisse, ut tibi pro eadem daret mancipium, intellegis, quod, si manumisisti uel ei tradidisti et ille manumisit, reuocandae libertatis potestatem non habes, sed solum, si necdum statutum tempus excessit et fidem placiti rumpat, desiderare debes de dolo tibi decerni actionem. quod si penes te dominium eius remansit, adito praeside prouinciae cum natis hanc potes recuperare, si nulla moueatur status quaestio. D. iii k. Mai. Heracliae CC. conss.[3] a. 294

5 Idem AA. et CC. Aphrodisiae. Si superstite patre per emancipationem tui [B 10, 3, 45] iuris effecta matri successisti rebusque tuis per legitimum tutorem patrem eundemque manumissorem administratis postea transegisti cum eo bona fide, perspicis, quod, si pactum tantum factum sit, petitio tua per exceptionem submouetur, si uero nouatio legitimo modo intercessit et acceptilatio subsecuta est, nullam tibi iam superesse actionem. sane si laesa es immodice liberatione sollemniter per nouationem atque acceptilationem tributa, non de

$A^{ul}$ (19, 12 *bis*) *P* (19, 11. 12. 20, 3. 5. R 2) *L* (19, 11. 12. 20 R 3. 5. 2) *CR* (20, 3 *collocatur post* 20, 5: $R^a$ *om.* 20, 1) *M*

[1] talem (*dett.*)? [2] *firmant B* (κ.π.): οὐ δύνανται ἀντιχεῖσθαί σοι οἱ χρόνοι, οἵτινες ... εἰώθασι καταλογίζεσθαι: *fuitne* non possunt tibi tempora in actione de dolo computari (*Mommsen*)? [3] AA. conss. (*a.* 293: *Mommsen*)?

1 pecuniae retineantur *C* | seruanda] probanda *R* | quis $M^a$ 2 adquirit *M* | *s. a. Hal. PL* | d. *om. Hal.* | x *om. L* | constantio ... 3 conss. *om. Hal.* 4 aa.] a. *R* 5 *s. a. Th. Hal.: in PL est subscriptio* 20, 1 6 honorio ... aa.] ipsis aa. viii et iii *Hal.* 8 *rubricam aut post c.* 1 *collocat aut tam ante quam post c.* 1 *habuit* $M^a$ | de dolo malo] $P^a$ *ante c.* 2, de collationibus $P^a$ *ante c.* 3 9 aa. *om. CR* | clementinae] *SM*, clementiae *C*, clementianae *R* 11 perceperit *C* | restituit $C^a$*?* | possit de dolo *R* | *s. a. Hal. et PL ad* 19, 12 | acc. d. iii] u *PL* 12 plautiano ... conss.] plaucianticiano (plauciantiano *L*) et zeta ii pp. *PL* 13 impp. *P*, mpp. *R* | antoninus *bis PL* | aa. *R*, *om. PL* | agrigpae $R^a$ 14 promittitur *C* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 5 15 impp. *R* | a. *om. PLR* | aquilo *PL* 16 actionem *CR:* ἐν τῇ ἀγωγῇ *B* (κ.π.) | cause $P^a$ | occupari $R^a$ 17 tibi *om. L* | excedere *L* 18 praestita *LM*, ὁρισθέντων *B* (κ.π.) | *s. a. Hal.* 19 et cc. *om. S* | menandro *R* 20 tuontubernio $C^a$ 26 *s. a. Hal.* 27 idem] impp. diocl. et max. *PLR* | aa. et cc.] a. *S*, a. et c. *P*, aa. et c. *L*, a. et cc. *R* | phrodisiae *PL*, amphrodisse *C*, amphrodisae *M* 28 rebusque tuis *om.* $P^a$, que *om.* $P^bLR$*:* καὶ τῶν σῶν πραγμάτων *B* 29 aministrasti $P^a$, aministrastis $L^a$ 30 exceptiones *R* | legitimum $P^a$ 31 intercesserit *PL* | sine $M^a$ 32 es immodice] $L^bR^b$, es id est multum modica $PL^a$*?*, es $R^a$, inmodice es *CM* | tributa] secuta tributa $L^a$

dolo propter paternam uerecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda est. D. ID. IVN. AA. CONSS. a. 293

6 [1]IDEM AA. ET CC. HYMNODAE[2]. Dolum ex insidiis perspicuis probari conuenit. D. K. DEC. *AA.* CONSS. [B 10, 3, 46] a. 293

7 IDEM AA. ET CC. SEBASTIANO. Si maior quinque et uiginti annis hereditatem fratris tui repudiasti, nulla tibi facultas eius adeundae relinquitur. sane si eius uxoris tibi substitutae dolo factum est, actionem de dolo contra eam exercere potes. D. XVI K. MAI. CC. CONSS. [B 10, 3, 47] a. 294

8 IMP. CONSTANTINVS A. AD SYMMACHVM VICARIVM. Optimum duximus non ex eo die, quo se quisque admissum dolum didicisse memorauerit, neque intra anni utilis tempus, sed potius ex eo die, quo adseritur commissus dolus, intra continuum biennium de dolo actionem moueri, siue afuerit siue praesto est is, qui dolum se passum esse conqueratur. omnes igitur sciant neque incipiendae post biennium neque ante completum biennium coeptae, post biennium finiendae doli actionis concessam licentiam. D. VIII K. AVG. NAISSO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. [Th. 2, 15, 1 mut. B 10, 3, 48] a. 319

## XXI (XXII)

## ℞ DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE MINORVM VIGINTI QVINQVE ANNIS ℞

1 IMP. ALEXANDER A. PLOTIANAE. Illud inspiciendum est, num inofficiosi querellae uel palam uel tacita dissimulatione sit renuntiatum. nec hoc autem in personam tuam cadere posse auxilium, quod aetati impertitur, ostendit. D. V ID. IVL. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 10, 4, 51] a. 223

2 IDEM A.[3] ALEXANDRO. Eo tempore, quo soror tua auxilio iuuabatur aetatis, si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit, licet quinque filios superstites habuerit, non tamen ideo minus ad edicti praerogatiuam pertinet, scilicet si nunc per aetatem beneficium restitutionis largitur. PP. VIII ID. AVG. PIO ET PONTIANO CONSS. [B 10, 4, 52] a. 238

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ATTIANO. Si curatorem habens minor quinque et uiginti annis post pupillarem aetatem res uenum dedisti, hunc contractum seruari non oportet, cum non absimilis ei habeatur minor curatorem habens, cui a praetore curatore dato bonis interdictum est. si uero sine curatore constitutus contractum fecisti, implorare in integrum restitutionem, si necdum tempora praefinita excesserint, causa cognita non prohiberis. D. XIIII K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. [B 10, 4, 53] a. 293

*P* (20, 5. ℞ 2. 6...8. 21 ℞ 3) *L* (20, 5. 2. 6...8. 21 ℞ 3) *CR* ($R^a$ *om.* 21 ℞ 1. 2) *M*

---

[1] *iunge* 2, 19, 9. 2, 31, 2. 4, 44, 8 [2] Aureliae Euodiae 4, 44, 8 [3] *scribi debuit* imp. Gordianus A.

---

1 dolo] do $L^a$ | pro paterna uerecundia $R^a$ | facto $L^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 | d. *om. PL* 2 aa.] cc. *emend. in* aa. et *Hal.* 3 idem] imp. diocl. et max. *PL* | aa. et cc.] *CM*, a. *S*, a. et c. *P*, aa. et c. *L*, a. et cc. *R* | hynode (*uel* hyrode) *S*, etymnodae *PR*, inode *M* 4 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 7 | aa.] cc. *Hal.* 5 a. et c. *SPL*, a. et cc. *R* 7 eum $R^a$ | *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 6 | d. *om. PL utroque loco* 8 cc. conss.] cc. c. ss. *P ad c.* 6, cc. c. conss. *L ad c.* 6 9 ad] a *L* | uicarium] $SCR^bM$, uicari* $R^a$, uicc. *PL*, uic. *alias* uc. *Th.* 10 diximus $CM^a$ | memorauerit] $M^a$ *Th.*, memorauit $PLCRM^b$ 11 commissum si dolus $C^a$, commissus ** dulus $M^a$ 12 affuerit *PLC*, abfuerit $R^bM^b$, *deficit* $R^a$ 13 queratur $M^a$, conqueritur $C^a$, *deficiunt* $C^aR^a$ 14 coeptae] copetae $P^a$ | post] neque post *C* | acciones $P^a$ | *s. a. Th. Hal.: in PL est subscriptio* 21, 2 15 naesso *Hal.* 17 in *om. P index P* | minorum *om.* $L^a$ | uiginti quinque annis] *SM*, *om. PLC* 20 palam uel] palam $M^a$ | renuntiandum $C^a$ | persona tua *C* 21 *s. a. Hal.* 23 quod $M^a$ | iuuabatur] $M^b$, iuuatur $CM^a$, ὠχύρωτο *B* 26 *s. a. Hal. et PL ad* 20, 8 | pp.] dat. *PL* | aug. pio] non. plo. *PL* 27 *c.* 5 *ante c.* 3 *collocat S* | imp. *PR* | aa. et cc.] aa. *S*, a. et c. *P*, aa. et c. *L*, et cc. *R* | attiano] *SC*, aciano *PL*, acciano $M^b$, antonio *R*, *deficit* $M^a$ 28 rem *M* | uendedisti *R* 29 curatorem] tutorem $M^a$ 30 si uero *bis* $L^a$ 31 in *om.* $R^a$ | finita *PL* 32 *s. a. Hal. R: in PL est subscriptio c.* 4 | d. ... conss.] xiii k. eracl. *R*

4 [1]IDEM AA. ET CC. ISIDORO. Si minorem te quinque et uiginti annis fuisse, cum contraheres, ostenderis, et tempora restitutionis praestituta excessisse ab aduersario tuo comprobatum non fuerit, praeses prouinciae in integrum restitutionis dare tibi auxilium debeat. D. V K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. [B 10, 4, 54] a. 293

5 [2]IDEM AA. ET CC. RVFO. Minoribus in integrum restitutio, in quibus se captos probare possunt, etsi dolus aduersarii non probetur, competit. Ante impletum etiam quintum et uicesimum annum de his, in quibus se minores captos existimant, posse in integrum restitutionem implorare certissimi iuris est. D. V K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. [B 10, 4, 55] a. 293

1 captos probare possunt ... (§ 1: Ante impletum etiam quintum et uicesimum annum ...)

6 IDEM AA. ET CC. SENTENTIAE. Si intra aetatem, cui succurri solet, in integrum restitutionis lis inchoata est nec ei a te renuntiatum est, mors eius, contra quem haec fuerat implorata, fraudi tibi esse non potest. D. V K. MAI. SIRMI CC. CONSS. [B 10, 4, 56] a. 294

7 IDEM AA. ET CC. SEVERAE. De tutela auunculi eiusdemque tutoris, cui falso aetate probata praestitisti liberationem, quem ignarum aetatis tuae non fuisse tam officium tutelae quam sanguinis proximitas arguit, si necdum statutum tempus excessit, ex causa in integrum restitutionis heredes eius conuenire potes. D. XI. K. AVG. CC. CONSS. [B 10, 4, 57] a. 294

8 [3]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IVLIANO PROCONSVLI AFRICAE. Minoribus[4] in his, quae uel praetermiserint uel ignorauerint, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. D. PRID. NON. MART. RAVENNAE CONSTANTIO VC. CONS. [Th. 2, 16, 3 B 10, 4, 58] a. 414

9 [5]IMP. ZENO A. AELIANO PP. Non uidetur circumscriptus esse minor, qui iure sit usus communi. D. K. IAN. BASILIO[6] CONS. [B 10, 4, 59] a. 480

## XXII (XXIII)

## ℞ DE FILIO FAMILIAS MINORE ℞

1 (2) [7]IMP. GORDIANVS A. CANDIANO MILITI. Si frater tuus, cum mutuam pecuniam acciperet, in patris fuit potestate nec iussu eius nec contra senatus consultum contractum est, propter lubricum aetatis aduersus eam cautionem in integrum restitutionem potuit postulare. PP. III NON. OCT. PIO ET PONTIANO CONSS. [B 10, 5, 1] a. 238

2 (1) IDEM A. TRYPHONI MILITI. Filius familias, si minor uiginti quinque annis pro extraneo fideiussit, in integrum restitutionem postulare non prohibetur. sed et si pro patre suo fideiussor extitit eique diem suum functo non successit, in integrum restitutionem postulare potest. D. K. IVL. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. [B 10, 5, 2] a. 241

*P* (21, [4 *p*] 5. 8. 9. 22 ℞ 2. 1) *L* (21, 4. 5. 8. 9. 22 ℞ 2. 1) *C* (*transpon.* 22, 2. 1) *R* ($R^a$ *om.* 21, 6. 7, *transpon.* 22, 2. ℞ 1) *M*

---

[1] *iunge* 2, 24, 4 [2] *uide ad* 5, 11, 4 [3] *iunge* 3, 6, 3 [4] et mulieribus et minoribus *Th.* [5] *iunge* 5, 12, 28. 5, 75, 6 [6] uc. *ins.* 5, 75, 6 [7] *iunge* 4, 13, 1

---

1 idem] impp. (imp. *p*) diocl. et max. *pL* | aa. et cc. *M*, a. *SpL*, a. et cc. *CR* | isidoro *om.* $pL^a$ | uiginti et quinque *LM* 2 cum *om.* $R^a$ | praestita $C^a$ 4 *s. a. Hal. pl et PL ad c.* 3 | d. *om. PLl* | v] VI *Hal.* | heradio a. cō. (a. cc. *L*) ss. *PL, om. pl* 5 *inscriptionem om.* $R^a$ | aa. et cc.] a. *SL*, a. et c. *P* | ruphos *M* | se] se esse *PLR:* ἑαυτοὺς περιγραφέντας *B* 8 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 8 9 sentennae *C* 10 a te] ante $M^a$ 11 fuerant *M* | *s. a. Hal.* 13 quem] que $M^a$? 14 proximitatis *C* | si necdum] $M^b$, nec *C*, nec *uel* * nec $M^a$: καὶ μηδέ *B*, *ut tamen condicionis particula* (εἰ) *ad initium capitis reiecta sit* 15 *s. a. Hal.* 16 imp *R.* | aa.] a. *PLR* 17 ignorauerit *C* | auctoribus $L^a$ 18 *s. a. Th. Hal. PLR et PL ad c.* 5 | prid. *om. Hal.* | non. *om. PL hoc loco* | mart.] maii *Hal.* | rauennae] *Th.*, *om. Hal. PLR* | constantio uc. cons.] *Th. Hal.*, const. conss. *PLR* 19 a.] augusto *R* | alieno *PRM* | pp.] p. *M* 20 usus] u**us (ustus?) $P^a$ | *s. a. PL Miraeus* | d.] d. v 5, 75, 6 | cons.] *P*, con. cons. *L*, et constante conss. *Miraeus* 22 filius *L* 23 impp. *P* | candidiano *S*, cantiano *R*, candido 4, 13, 1 24 potestatem *M* | nec contra] contra $PL^a$ | consultus $PL^a$ 25 libricum $C^a$ | adu. eam caut. in int. rest. (rest. in int. *M*)] *CM cum B* ὑπεναντίον ταύτης τῆς ἀσφαλείας ἤγουν τοῦ χειρογράφου τὴν εἰς ἀκέρειαν ἀποκατάστασιν, in int. rest. adu. eam caut. *PLR* 26 *s. a. Hal.* $P^bL$ 27 tryphoni] *SCM*, crispino *PLR* | si filius familias *R* | annis xxu *PLR*, τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν *B* 28 pro patre] pater $R^a$? 29 fideiussor] *uidetur scribere uoluisse* suo, *mox emendauit* fideiussor *P* | diem suum defuncto $PL^a$, die suo functo $CR^b$ | cessit $P^a$ | restitutione *P* 30 *s. a. Hal. PL* | d.] pp. *PL* | a. II *om. PL* | conss.] conconss. *L*

## XXIII (XXIIII)

## ℞ DE FIDEIVSSORIBVS MINORVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. MYRONI. Postquam in integrum aetatis [B 10, 6, 1] beneficio restitutus es, periculum euictionis emptori, cui praedium ex bonis paternis uendidisti, praestare non cogeris. sed ea res fideiussores, qui pro te interuenerint, excusare non potest. quare mandati iudicio, si pecuniam soluerint aut condemnati fuerint, conuenieris, modo si eo quoque nomine restitutionis auxilio non iuuaris. PP. VI. K. OCT. SEVERO A. ET ALBINO CONSS. a. 194

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. CVRIONI. Si ea, quae tibi uendi- [B 10, 6, 2] dit possessiones, interposito decreto praesidis aetatis tantummodo auxilio adiuuatur, non est dubium fideiussorem ex persona sua obnoxium esse contractui. uerum si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse, manifesti iuris est utrique personae tam uenditricis quam fideiussoris consulendum esse. S. VI K. MAI. DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO AA. CONSS. a. 287

## XXIIII (XXV)

## ℞ SI TVTOR VEL CVRATOR INTERVENERIT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. MARCIANAE. Si iam puberes utriusque sexus parentium [B 10, 7, 1] hereditatem adistis, sed etiam nunc in ea aetate estis, ut eo, quod paternae hereditati uos obligastis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis, adite per procuratores uestros praesidem prouinciae. quod si legitimam aetatem implestis idque tempus, quo in integrum restitui possitis, excessit, curatores uestros, si aduersus eos nondum experti estis, iudicio secundum formam iuris conuenite. PP. II NON. APRIL. LAETO ET CEREALE CONSS. a. 215

2 IMP. ALEXANDER A. MARCIANAE. Minoribus annis uiginti quinque etiam in [B 10, 7, 2] his, quae praesentibus tutoribus uel curatoribus in iudicio uel extra iudicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumuenti sunt, placuit.

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. NICOMEDI. Etiam in his, quae [B 10, 7, 3] minorum tutores uel curatores male gessisse probari possunt, licet personali actione a tutore uel curatore suum consequi possint, in integrum restitutionis auxilium eisdem minoribus dari iam pridem placuit. D. IIII NON. MAI. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

4 [1]IDEM AA. ET CC. ISIDORO. Si creditor non uestram personam, sed curato- [B 10, 7, 4] rum secutus cum ipsis contractum habuit et ab ipsis stipulatus est, nullam ei prorsus aduersus uos actionem competere manifestum est. V K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. a. 293

*P* (23. 24 ℞ 2...4) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *iunge* 2, 21, 4

3 aa.] a. *P,* ad *M* | minori *CM* | in *om.* $M^a$ 4 es] est $R^a$ 6 soluerit *R* | conueniris $PL^aR^b$, conueneris $R^a$, ἐναχθήσῃ *B* (κ.π.) 7 *s. a. Hal. M: in PL est subscriptio* 24, 1 | pp.] *M, om. Hal.* | VI] iii *M* | a. *om. M* 9 diocletiano et maximiano *R* | aa.] a. *P* 10 iuuatur $L^bM$, iubatur *C* 12 manifesti iuris] *T cum B* (κ.π.): προδήλου νομίμου, manifestum *PLCR,* manifesta res *M* 13 *s. a. Hal. M* | s.] pp. *M* | VI] u $M^a$ | mai. diocl. II et max. aa. coss. *Hal.*, mar. diocletianus et maximianus conss. *M* 17 antonius *R* | parentum $RM^b$ 18 nunc etiam *R* | ut] in $R^a$, ut in $R^b$, ἵνα διὰ τοῦτο *B* 19 adito ... praeside $R^a$? | curatores $RM^a$: διὰ τῶν διοικητῶν *B* (κ.π.) 20 implesti *R* 21 excessit] *M cum B* (κ.π.) ὁ καιρὸς ... ἐξῆλθε, excessistis *CR* 22 *s. a. Hal. M et PL ad* 23, 1 | II non.] *Hal.*, pr. k. *PLM* | et cereale (—li *Hal.*) conss.] scereale *PL* 23 impp. *P* | marciano *PLR* | uiginti quinque annis *M* 24 in *om. M* 25 *in PLM Miraeo additur subscriptio c.* 3 26 aa. et c. *P,* augusti et cesares *R* | nichodemi $R^b$, *inc.* $R^a$ 28 suum] suo $PM^a$, τὸ ἴδιον *B* | possint] *L,* possit *P,* possunt *CRM* | eidem $R^a$ 29 *s. a. Hal. PLM et PLM Miraeus ad c.* 2 | d. IIII] pp. iii *PLM Miraeus* mai. max.] mar. max. *PL hoc loco,* max. mar. *PL ad c.* 2, mar. maximiano *M utroque loco,* mart. maxi. *Miraeus* | aquilo *PL h. l.,* aquiliano *M ad c.* 2 31 aduersum *R* 32 *s. a. Hal. PL* | V] ui *PL* | heracliae] *Hal.*, neracl. *PL*

5 Idem AA. et CC. Valentino. Etiam tutoribus uel curatoribus distrahentibus uel alias contrahentibus minores tam restitui rebus propriis quam tutorum uel curatorum damna sequi, nullo eis praeiudicio per electionem generando, placuit. vi id. Dec. CC. conss. [B 10, 7, 5] a. 294

## XXV (XXVI)

## ℞ SI IN COMMVNI EADEMQVE CAVSA IN INTEGRVM RESTITVTIO POSTVLETVR ℞

1 [1] Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. *Domitio* Aphobio. Nec si maior quinque et uiginti annis soror uestra fuit, uobis non mandantibus nec ratam transactionem habentibus de iure uestro quicquam minuere potuit. nam si cognitis quae gesserit his consensum post uiginti et quinque annos aetatis commodastis, quamuis illa minor pro portione propria restitutionis auxilium implorare possit, uobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium eius aetas patrocinari non potest. S. iii id. Avg.[2] CC. conss. [B 10, 8, 1] a. 294

## XXVI (XXVII)

## ℞ SI ADVERSVS REM IVDICATAM ℞

1 Imp. Alexander A. Ivliis. Minus ex tutelae iudicio consecuti de superfluo habere actionem ita potestis, si tempore iudicii minores annis fuistis et nunc beneficium aetatis uobis largitur. ceterum si post legitimam aetatem sententia prolata est, iterato eandem actionem de isdem speciebus inferre non potestis. PP. v k. Febr. Pompeiano et Peligniano conss. [B 10, 9, 1] a. 231

2 Imp. Gordianvs A. Serenae. Si, cum pater tuus te in sua potestate esse minimeque emancipationem a se factam ualere diceret, pro consule super causa cognoscens te eius potestati subiectam pronuntiauerit, cum aduersus eam sententiam in integrum restitui postules, is qui prouinciam regit in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. PP. xv k. Dec. Pio et Pontiano conss. [B 10, 9, 2] a. 238

3 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Aelianae. Aduersus sententiam eius, qui tunc uice principis iudicauit, in integrum restitutionis auxilium apud praetorem seu praesidem prouinciae clarissimum uirum flagitare nequaquam potes: nam aduersus eius sententiam, qui uice principis cognouit, solus princeps restituet. PP. xviii k. Nov. Philippo A. et Titiano conss. [B 10, 9, 3] a. 245

*P* (24. 25. 26 ℞ 3) *L* (24. 25. 26 ℞ 3) *C* (*u.* 26 bebit ... 210, 3 nam *in litura*) *RM*

[1] *iunge* 4, 51, 4. 8, 42, 18 [2] Febr. (4, 51, 4. 8, 42, 18)?

1 aa.] a. *C* | cc.] cons. *S* | ualent. *PLR*, ualeltino $M^a$ | uel *om.* $L^a$ 2 uel alias contr. *om.* $L^a$ 3 dampnasse qui $M^a$ | *s. a. Hal. PLM* | vi id. dec.] ****d. dec. * *M* 8 impp. diocl. et max. aa. et cc.] idem aa. *PLR*, et cc. *om. S* | domitio] 4, 51, 4. 8, 42, 18, *om. libri* | aphobio] $CM^b$, aphonio *S*, amphobio *PL*, amphibibo *R*, *inc.* $M^a$ 11 et *om. C*, quinque et uiginti *M* | acomodastis *M* 12 propriae *PL:* εἰς τὸ ἴδιον μέρος *B* | implorare possit] $L^bM$ *cum B:* αἰτῆσαι δύναται, implorasset $PL^aCR$ 13 reperpetui $P^a$ | patrociniari $M^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 26, 1 16 rem iudicata *S* (*Bluhme*), iudicatam rem *index P* 17 iulio *S* 18 tunc *om.* $M^a$ 20 eisdem *M* | *s. a. Hal. M et PL ad* 25, 1 | k. *om. PL* | ponponio *M?* 21 peligno *Hal.*, peliano *PL*, pel*** *M* 23 cognoscens te] $M^b$ *cum B* διαγινώσκων σε, cognoscente $C^aRM^a$, cognoscente te $C^b$ 24 potestatis *R* 25 inpertiendam cognitionem *M* 26 *s. a. Hal. M* | xv] u $M^a$ | dec. pio et] *Hal.*, *inc. M* 27 a. *om. PR* | et phil. c.] *Paris.* 4517, *om. SPLRM* | heliane *C*, alienae *PLR*, elianem $M^a$, iulianae *S* 28 iudicaut $L^a$ 30 uice] in uice $M^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 5

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. VRBANO. Cum et minores uos [B 10, 9, 4] esse adfirmetis et indefensos, nullum uobis praeiudicium fieri praeses prouinciae pro sua grauitate curabit. nam si iusta defensione tutorum uel curatorum uobis adsistente aliquid statutum est, intellegitis in integrum restitutionis auxilium uobis esse necessarium: eodem obtinente etiam, si per procuratorem uestrum legitime ordinatum lis agitata est. D. XVI K. MAI. MAXIMO ET AQVILINO CONSS. a. 286

5 IDEM AA. ET CC. MARCIANO. In rem pupilli uel adulti contra tutores seu [B 10, 9, 5] curatores a praeside lata sententia restitutionis auxilium non minus, quam si quid aduersus eos fuisset statutum, implorare minores posse constat. D. K. NOV.[1] NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

## XXVII (XXVIII)
## ℞ SI ADVERSVS VENDITIONEM ℞

1 IMP. ALEXANDER A. FLORENTINO MILITI. Si minor annis uiginti quinque [B 10, 10, 1] emptori praedii cauisti nullam de cetero te esse controuersiam facturum, idque etiam iureiurando corporaliter praestito seruare confirmasti, neque perfidiae neque periurii me auctorem futurum sperare tibi debuisti. D. VI K. SEPT.

2 [2]IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. In integrum restitutione [Th. 2, 16, 1 B 10, 10, 2] minoribus aduersus commenticias uenditiones et aduersus tutorum seu curatorum[3] insidias sanctionum praesidio cautum esse non dubium est. D. ID. MART. SIRMI IPSO A. VII ET C. CONSS. a. 326

## XXVIII (XXVIIII)
## ℞ SI ADVERSVS VENDITIONEM PIGNORIS ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SABINAE ET ALIIS. Etiam ad- [B 10, 11, 1] uersus uenditiones pignorum, quae a creditoribus fiunt, minoribus subueniri, si tamen magno detrimento adficiantur, iam pridem placuit. si igitur pignori captis praediis ac distractis enorme damnum ex huiusmodi uenditione passos uos ostenderitis, praesertim cum hodieque uos minores esse adfirmetis, auxilium restitutionis uobis impertietur. D. X K. DEC. SIRMI IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

*A*$^{ul}$ (27 ℞ 1) *P* (26, 4 [5 *p*] 27. [28 ℞ 1 *p*]) *L* (26, 4. 5. 27. 28 ℞ 1) *C* (*u.* 1...3 nam *in litura*) *R* (*transpon.* 26, 5. 4) *M*

---

[1] *fortasse* d. k. Dec. *uel* d. VIIII k. Dec. *scr.* [2] *iungendae sunt* 5, 37, 22. 5, 72, 4, *fortasse etiam* 4, 32, 25 [3] seu curatorum *om. Th.*

---

1 impp. diocl. et max. aa.] *SM,* id. a. et c. *PLR* | urbiano *S* 5 *s. a. Hal.: in L extat* d. *solum: in M subscriptio erasa est, ut tamen ad finem apparere uideantur* aquilino conss., *cf. ad u.* 7 7 aa. et cc.] aa. *M,* a. *SpLCR* | marciano] *SCM,* aquilino *pL* (*u. u.* 6), aquiliano *R* | rem] re *pL* 8 delata *M*$^a$ | si iquid *L*$^a$ 9 min. impl. posse constitit *C,* constat min. impl. posse *M* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 3 | d.] x *P* | nicomediae cc. conss.] nicom. cc. ss. *PL,* aa. coss. *Hal.* 12 donationem *L*$^a$ 13 a. *om. R* | florentio *SR,* florentini *C, deficit M*$^a$ 14 idque] atque *A*$^u$, id quod *R* 15 perfidae *R*$^a$ 16 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 28, 1 17 restitutionem *PRM*$^a$ 18 aduersis *R*$^a$ 19 *s. a. Th. Hal. M* | sirmi ipso a. VII et c. conss.] *Th.,* sirmii constantio II et constante cc. coss. *Hal.,* sirmi ip*o a. uiii *M?, in quo pro certo leguntur* si*** **** * uiii *nec uidetur quicquam post* uiii *extitisse* 22 uenditiones *R,* uendition* *M*$^a$ | pignoris] *S index P CRM,* pignorum *pL cum B* τῶν ἐνεχύρων 23 aa.] *SLM,* aa. et cc. *C*$^b$, *om. pR, inc. C*$^a$ | et aliis *om. S* 24 uenditionis *R* 25 detrimento] precio *pL*$^t$ | pigneri *uel* pigneri* *R*$^a$, pignori * *M*$^a$? 26 enorme] magnum enorme *C* | passas *C* | que *om. R*$^b$*M*$^a$ 27 affirmatis *pL* | inpertitur *M* | *s. a. Hal. et PL ad* 27, 1: *in L hoc loco extat* dat. | d. x kal. dec.] *Hal.,* pp. xii k. mai. *PL* 28 IIII et III aa.] iii et tercis aug. *PL,* aa. *Hal.*

2 IDEM AA. ET CC. SEVERAE ET CLEMENTIANAE. Rem, quam a patre uestro [B 10, 11, 2]
quondam creditor eius obligatam sibi distraxit, per aetatem uestram postulantium reuocari
1 desiderium non habet rationem. Quod iuris est et si extraneo successistis: nam si creditor
non bona fide uersatus est, ipsum magis uel tutores siue curatores uestros, qui hanc
uenumdari passi sunt, conuenite. D. XIII K. MAI. SIRMI CC. CONSS. a. 294

## XXVIIII (XXX)
## ℞ SI ADVERSVS DONATIONEM ℞

1 [1] IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. THEODOTAE. Si quae res ante [B 10, 12, 1]
nuptias congruenti moderatione a minore annis marito sponsaliorum tempore, etiam cura-
tore praesente, tibi donatae sunt, obtentu aetatis non reuocabuntur. S. III NON. NOV.
DIOCLETIANO A. ET ARISTOBVLO CONSS. a. 285
2 IDEM AA. ET CC. MIDAE. Si in te ac fratrem tuum emancipatos pater [B 10, 12, 2]
uester fecit donationem, in alium postea transferendo portionem eius nihil uobis abstulit:
nec, si frater tuus sibi quaesiti praedii rustici partem donanti patri consensit, dominium ab
eo discedere potuit propter senatus consulti auctoritatem, nec auxilium in integrum resti-
1 tutionis in hac re necessarium est. In aliis uero rebus, quae etiam sine decreti recitatione
alienari possunt, si, postquam sibi donatae fuerint, postea alii donanti eandem patri uolun-
tatem in minore aetate accommodauit nec praestituta tempora restitutionis excessit, hoc
auxilium implorare potest. D. VIII K. IAN. AA. CONSS. a. 293

## XXX (XXXI)
## ℞ SI ADVERSVS LIBERTATEM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. ANNIAE. Si post decretum praetoris uiri [B 10, 13, 1]
clarissimi, qui fideicommissariam libertatem deberi pronuntiauit, Secundus, quem condicioni
non paruisse conquereris, manumissus non est, aetas tua litis instaurationem admittit.
quod si libertatem quamuis indebitam dedisti, non posse eam reuocari intellegis, sed dam-
num, quod ob eam causam illatum est, iudicio negotiorum gestorum a curatoribus tuis
esse sarciendum. PP. II K. IVL. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197
2 IMP. GORDIANVS A. SOLANAE. Etsi minor annis, ut adlegas, constituta ser- [B 10, 13, 2]
uum tuum ab eo circumscripta in consilio manumisisti, tamen uindictae impositio, qua

*P* (29. 28, 2. 30 ℞ 2) *L* (29. 28, 2. 30 ℞ 2) *CRM*

---

[1] *iunge* 5, 71, 8

---

1 idem] impp. diocl. et max. *PLR* | aa. et cc. a. *S* | seuero *R*, *om.* *M* | et clementianae] clementiae *R*, *om.* *SM* | quem $R^a$ | a *om.* $L^a$ 2 credior $L^a$ | reuocare *M* 3 successisti *C* 4 siue] *CM*, uel *PLR* 5 uenundare poss• sunt $P^a$ | *s. a. Hal.* *PL* | d. XIII k. mai.] iii k. mar. *PL* | cc. *om.* *PL* 8 impp. diocl. et max.] idem *C* | aa.] augusti et cc. *CR* 10 tibi *om.* *C* | *s. a. Hal.* *PL* | s.] pp. *PL* | non.] uonb. *P* 11 a. *om.* *Hal.* | aristobolo *Hal.*, aristobozo *PL* | conss.] con. ss. *P*, cc. conss. *L* 12 aa. et cc.] a. *S* | midae] *C*, mede *M*, medie *S*, dimidiae *PLR*: *Thal.* (*B*) *fratrem preces obtulisse narrat* | in] inter *C* | ac] *PC*, et *RM*, et in *L* 13 in] ad *M* 14 concessit *C* 17 posteaquam *CM* | donatae fuerint] *W*, donata fuerit *PL*, donata fuerint *CRM* | eadem $R^s$ 18 praestita *R*, *int.* $M^a$ | excessit] *PLCRM*, excesserunt *E cum B*: οἱ ἀφωρισμένοι χρόνοι ... ἐξῆλθον 19 inplorari *M* | *s. a. Hal.*: *in PL est subscriptio* 30, 3 22 anniae] ad amniae *M* 23 fideicommissam *CR*, φιδικομμισσαρίαν *B* (κ.π.) | secundo *legit Thal.* *secundum B* (κ.π.): εἰ μετὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ λαμπρ. πραίτωρος, ὅστις τὴν φιδικ. ἐλευθερίαν χρεωστεῖσθαι ἀπεφήνατο Πέτρῳ, ... οὐκ ἠλευθερώθη: *sed fortasse scribendum* Πέτρος 25 indebitā • aedisti *uel* indebita•(m ?) aedisti $C^a$ | reuocare $M^a$ 27 sertiendum $M^a$ | *s. a. Hal.* 28 impp. *P* | a. *om.* *C* | solanae] *SC*, solariae *R*, solanie *M* | annis] uiginti annis *ed. Mogunt.* *cum B* (κ.π.) τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοῖς: *quod effectum est ex consilii adhibiti commemoratione, nec in talibus magna auctoritas est B, quorum indices in hac parte interpolationibus scatent* 29 circumscriptam $C^a$ | imposito $L^a$

libertas iusta munitur, nec obtentu quidem aetatis rescindi potest. indemnitati uero tuae, a manumisso scilicet sarciendae, ab eo cuius iurisdictio est, quatenus iuris ratio permittit, consuli debet. PP. VI ID. MART. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

3 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. MARTHONAE ET SABINILLAE. Quos [B 10, 13, 3] retrahi in seruitutem postulatis, si non in consilio causa cognita, cum minores annis uiginti fuissetis, manumisistis, non per in integrum restitutionem, sed ipso iure persequi potestis. quod si probata causa libertas praestita est, restitutio in integrum contra libertatem locum habere non potest.
1 Si tamen in ea re culpa seu fraude liberti eiusdemque curatoris ratio uestra laesa sit, sarciri damnum ab eo qui hoc intulit praeses prouinciae curabit, non dubitaturus etiam grauiorem exsecutionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. VIII K. OCT. SAECVLARE II ET DONATO CONSS. a. 260

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. TATIANO. In iudicio de liberali [B 10, 13, 4] causa sententiam pro libertate latam ne quidem praerogatiua minoris aetatis sine appellatione posse rescindi ambigi non potest. PP. VIII ID. IAN. NICOMEDIAE DIOCLETIANO VIII ET MAXIMIANO VII CONSS. a. 303

## XXXI (XXXII)

## ℞ SI ADVERSVS TRANSACTIONEM VEL DIVISIONEM MINOR RESTITVI VELIT ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. HONORATO. Cum in integrum pupilla [B 10, 14, 1] restituta rescindi transactionem uel diuisionem placuit, tu quoque actionibus, quas pridem habuisti, utaris.

2 [1]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HYMNODAE[2]. Si ex [B 10, 14, 2] persona minorum in integrum restitutio aduersus transactum propter aetatis auxilium imploretur, tibi quoque agenti ex integro uel replicatione contra exceptionem pacti uel, si peremptam constet pristinam obligationem, ex instauratione negotii tributa actione consulendum est. D. K. DEC. CC. CONSS.[3] a. 294

## XXXII (XXXIII)

## ℞ SI ADVERSVS SOLVTIONEM A DEBITORE VEL A SE FACTAM ℞

1 [4]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. SOTERI. Exemplo cete- [B 10, 15, 1] rorum debitorum tutores etiam quae ex administratione tutelae debent curatoribus sol-

*P* (30, 2 [3 *p*] 4. 31 ℞ 1 [33 *p*] 32 ℞) *L* (30, 2...4. 31 ℞ 1, 33. 32 ℞) *CRM*

---

[1] *iunge* 2, 19, 9. 2, 20, 6. 4, 44, 8 [2] Aureliae Euodiae 4, 44, 8 [3] AA. conss. (= a. 293, *Mommsen collatis locis iungendis*) [4] *iunge* 2, 45, 2

---

1 indempnitati* $C^a$, indempnitate $R^a$ 2 ad manumissos $P^a$ | ratio] diccio $PL^a$? 3 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 4 4 ualentinus et gallus *R*, ualerius et galianus *M* | aa. *om. pR* | marthonae] *L*, marthoniae *p?R*, matrone *SCM* | et sabinillae *om.* $SM^b$ 5 postulastis $R^a$, po*ula*(n?)tis *p* | cum *om.* $p^a$ | minoris $L^a$ | anni *L* | uiginti] xxu $p^aR^b$ 6 manumisisti $p?L^a$ | restitutione $L^a$, *fortasse et p* 11 deprendatur *M* | *s. a. Hal. et PL ad* 29, 2: *in L hoc loco extat* d. | VIII] uiiii *PL* 13 aa.] *SPLR*, aa. et cc. *CM* | titiano *M* 15 posse] possit *PL* | *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 2 | pp. VIII] *PL hoc loco,* uiii *PL ad c.* 2, d. VI *Hal.* | nicom. *om. Hal.* | diocletiano ... 16 conss.] *PL hoc loco,* ipsis aa. V et IIII coss. *Hal., om. PL ad c.* 2 18 uel diuionem $M^a$, uel depositionem *S*, uel depositionem uel diuisionem *PL*, ἢ τὴν διαίρεσιν *B* 10, 14 *rubr.* 20 aa. *om. P* | in *om.* $M^a$ 22 utaris] $PL^a$, uteris $L^bCRM$: κεχρῆσθαι δύνασαι *B* | *subiungitur subscriptio* 32, 2 *in PL Miraeo* 23 et cc. *om. S* | chymdone *S*, inode *M* 25 uel *om.* $R^a$ | replicatio *C* 27 *s. a. Hal.* 29 aduersus] ad *index* $P^a$ | solutione $M^a$ | debitorem *S* | a se] se $M^a$ 30 facta $RM^a$ 31 et cc. *om. SM*

uentes liberantur, sed ante tempus in integrum restitutioni praestitutum edicto perpetuo permissum beneficium implorari et, an sit tribuendum, per causae cognitionem aestimari potest. D. VI ID. FEBR. CC. CONSS. a. 294

2 [1]IDEM AA. ET CC. LAVRINAE. Indebito legato, licet per errorem iuris a [B 10, 15, 2] minore soluto, repetitionem ei decerni, si necdum tempus, quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit, rationis est. D. XV K. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294

## XXXIII (XXXIIII)
## ℞ SI ADVERSVS DOTEM ℞

1 IMP. ALEXANDER A. VALENTI. Quoniam circumuentam dicis sororem tuam [B 10, 16, 1] omnia bona in dotem dedisse, an ueritas adlegationi adsistat, si ad te hereditas sororis tuae uel bonorum possessio pertinuit et tempora nondum praeterierint, intra quae legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem, praeses prouinciae praesente diuersa parte examinabit. D. VI ID. IVL. MAXIMO ET PATERNO CONSS. a. 233

## XXXIIII (XXXV)
## ℞ SI ADVERSVS DELICTVM SVVM ℞

1 [2]IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. LONGINO. In criminibus quidem aetatis [B 10, 17, 1] suffragio minores non iuuantur: etenim malorum mores infirmitas animi non excusat. sed cum delictum non ex animo, sed ex contractu uenit, noxa non committitur, etiamsi poenae causa pecuniae damnum inrogatur: et ideo minoribus et in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit. D. ID. OCT. SEVERO II ET VICTORINO CONSS. a. 200

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PROCVLAE. Licet in de- [B 10, 17, 2] lictis aetate neminem excusari constet, matri tamen, quae filiis tutorem aetatis lubrico lapsa non petiit, eorum minime denegari successionem conuenit, cum hoc in maioribus matribus tantum obtineat. V NON. MART. CC. CONSS. a. 294

## XXXV (XXXVI)
## ℞ SI ADVERSVS VSVCAPIONEM ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ISIDORAE. Contra eos, [B 10, 18, 1] qui res minor*um* tenent, si usucapione dominium adquisierunt, restitutionis auxilium eis decerni debet. D. K. MAI. SIRMI CC. CONSS. a. 294

*A*$^{ui}$ (34 ℞ 1) *P* ([33 *p*]) 32 ℞ 2. 34. 35) *L* (33. 32 ℞ 2. 34. 35) *CR* (*u.* 17 suffragio *ad finem in litura scripta sunt, ut uidetur, a manu prima*) *M*

[1] *iunge* 7, 2, 11 [2] *iunge* 2, 36, 1

1 restitutionis *R* | praestitum *RM* 2 cognitum *M*$^a$ 3 *s. a. Hal.* | XVI 7, 2, 11 | cc.] aa. (= *a.* 293) 7, 2, 11 *male* 4 idem aa. et cc.] impp. diocl. et max. *PL* | lauronae *R* 5 decerni ei *M*, ei *om. R* | nectidum *L*$^a$ 6 excessit *RM* | *s. a. Hal. PL et PL Miraeus ad* 31, 1 | d.] pp. *PL Mir. ad* 31, 1, *om. PL hoc loco* | april.] mar. *PL h. l.* | cc. *om. PL h. l.* 8 aduessus *M* 9 ualenti] *SCM*, ualent. *L*, ualant. *p*, ualentini *R* 10 an] * *M*$^a$, *om. pL*$^a$ | allegationis *R*, allegationi tue *W cum B* ταῖς διδασκαλίαις σου | hereditates *R*$^a$ 13 *s. a. Hal.* 18 ex contractu] *AL*$^v$*RM*$^a$ *cum B* ἀπὸ συναλλάγματος, extra *PL*$^i$*C*$^b$*M*$^b$, contractu *C*$^a$ | noxia *L*$^a$, nota *C*$^a$? 19 erogatur *R* | et in] in *PL*$^a$, καὶ ἐν ταύτῃ *B* 20 *s. a. Hal. PLM* | seuero (a. *ins. Hal.*) II et uict. conss.] seuero s****do (secundo?) *M* 21 et cc. *om. S*, *deficit M*$^a$ | proconsule *C*, procūlae *R*$^a$, *deficit M*$^a$ | edictis *M*$^a$ 22 excusare *PL*$^a$*M*, ἐξκουσσατεύεσθαι *B* | constat *PL* | plubrico *L*$^a$ 23 matribus maioribus *PL*, μείζοσι μητρᾶσιν *B* 24 *s. a. Hal. PL Miraeus* | cc. conss.] cc. ss. *P*, *ubi saepius* ss. *male ponitur pro* conss., cc. *Mir.* 26 usumcapionem *S*, capionum *M*$^a$ 27 imp. *R* | et cc. *om S* | ysidoro *S* 28 minorum] *W cum B* τῶν ἀνήβων, minoris *PLCRM* | eis] ei *M*, *om. C* 29 *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL*

# XXXVI (XXXVII)
## ℞ SI ADVERSVS FISCVM ℞

1 [1]Impp. Severvs et Antoninvs AA. Longino. Si Probus in minore aetate [B 10, 19, 1] constitutus circumuentus a Rufino dispensatore nostro uenditionem rei praecipiti animo pretio longe minore contrahere festinauit, iuris publici fiscus noster in iure restitutionis sequetur auctoritatem. D. id. Oct. Severo et Victorino conss. a. 200

2 Imp. Alexander A. Antiocho et aliis. Si aduersus priuatos in integrum [B 10, 19, 2] restitutionem tam tu quam fratres tui desideratis, praesidis prouinciae uiri clarissimi notio est isque causa cognita aestimabit, an auxilium quod imploratis conferri in uos debeat. quod si aduersus fiscum id postulatis, intellegitis procuratorem meum una cum praeside, praesente fisci patrono, adire uos debere. D. k. Avg. Alexandro A. ii et Marcello conss. a. 226

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Lavrentio. Edicto qui- [B 10, 19, 3] dem diui Marci parentis nostri res minorum exceptae nihil tuum adiuuant desiderium, si quidem debiti causa patris minoris uel etiam ipsius praedia uenumdata quinquennii praescriptionis nullam admittunt quaestionem. Sed quoniam per collusionem siue fraudem tunc temporis procuratoris nostri nimis exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis uenumdatum adseueras, si aditus rationalis noster tuis adlegationibus adesse fidem nec seruatam sollemnitatem hastarum animaduerterit, fisco te satisfaciente reuocata uenditione fundum tibi restitui iubebit. D. id. Febr. Sirmi CC. conss. a. 294

# XXXVII (XXXVIII)
## ℞ SI ADVERSVS CREDITOREM ℞

1 Imp. Antoninvs A. Prvnico. Cum et ipse confitearis cum Zenodora minore [B 10, 20, 1] uiginti quinque annis contraxisse nec docere potuisse praetori uiro clarissimo ex eo contractu locupletiorem factam, intellegis eam merito in integrum restitutam. D. vi non. Mai. Messala et Sabino conss. a. 214

2 Imp. Gordianvs A. Gaiano. Si, ut adlegas, minor annis pecuniam fenori [B 10, 20, 2] accepisti nec ea in rem tuam uersa est, aduersus cautionem, per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxilium potes sollemniter postulare. PP. iii non. Oct. Pio et Pontiano conss. a. 238

*P* (37) *L* (37) *D* (*ad* 36, 1) *CR* (*u.* 1...13 laurentio *in litura a prima, ut uidetur, manu scripta sunt:* 36, 2 *suppl.* *R*[b]) *M*

---

[1] *iunge* 2, 34, 1

---

3 imp. *D* | aa. (a. *D*) longino *om.* *R* | minorem aetatem *R*[a] 4 praecipti *R*[a] 6 sequatur *D*, sequitur *R*, ἀκολουθήσει *B* | *s. a. Hal.* *M* | dat. id. oct. seuero et uictorino (*om.* conss.) *litteris fere erasis M?*, d. seuero a. ıı et uictorino coss. *Hal.* 8 restitionem *M* 9 existimabit *M* | an] *n *M*[a], *om.* *C*[a] | conferre *M*[a] 11 *s. a. Hal.* 13 max. et diocl. *S* | et cc. *om.* *SR* | laurentino *C* 14 res *om.* *C*[a] | exceptae] exceptae personae *C*[a] 16 conclusionem *R*[a] 17 nimis] nominis *RM*[b]: καθολικοῦ ἡμῶν πάνυ ἐλαχίστου *B* 20 *s. a. Hal.* 23 impp. *P* | antonius *M*[a] | a. *om.* *R* | pro unico *M* | confitearis] *PL*, profitearis *CRM*, ὁμολογεῖς *B* 25 factam] factam esse *R* | restituta *R* | *s. a. Hal.* *PLM* (*fere erasum*) | d.] pp. *PLM?* | mai. messala (mensalo *PL*) et sabino] *PL*, aug. largo et messalino *Hal.*, ma************* *M* 27 impp. *PL* | fenoris *R*, tenori *M*[a] 29 potest *C*[a]? | *s. a. Russardus*. *in PL Miraeo est subscriptio* 38, 2

## XXXVIII (XXXVIIII)

## ℞ SI VT SE HEREDITATE ABSTINEAT ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA.[1] FLORENTIO ET ALIIS. [Greg. 2, 4, 1 mut. B 10, 21, 1] Si uos paternae hereditati non miscuistis, ob eam rem testificatio necessaria non fuit, cum fides ueritatis uerborum adminicula non desideret. quod si pro herede gessistis uel bonorum possessionem accepistis, propter aetatem, cui subueniri solet, in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. PP. V NON. MART. SATVRNINO ET GALLO CONSS. a. 198

2 IMP. GORDIANVS A. HERODOTAE. Si, cum aui tui testamento te heredem [B 10, 21, 2] reliquissent, hereditates eorum non adisti, liberum tibi est repudiata paterna successione per in integrum restitutionis auxilium, quo te aetatis iure dicis esse munitam, hereditatem parentum tuorum, licet antea non adisti, nunc obtinere. PP. III NON. FEBR. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

## XXXVIIII (XXXX)

## ℞ SI VT OMISSAM HEREDITATEM VEL BONORVM POSSESSIONEM VEL QVID ALIVD ADQVIRAT ℞

1 IMP. GORDIANVS A. PROTAE. Minores uiginti quinque annis non tantum in [B 10, 22, 1] his, quae ex bonis propriis amiserunt, uerum etiam si hereditatem sibi delatam non adierint, posse in integrum restitutionem postulare iam dudum placuit. PP. ID. OCT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. SARAPIADI. Ad bonorum [B 10, 22, 2] possessionem in paternis rebus omissam minores in integrum restitutionis admitti beneficio iam pridem placuit. restituti autem decreto bona quae habuerunt mortis tempore patris debent conferre. D. XVI K. NOV. SIRMI CC. CONSS.[2] a. 294

## XXXX (XXXXI)

## ℞ IN QVIBVS CAVSIS IN INTEGRVM RESTITVTIO NECESSARIA NON EST ℞

1 IMP. ALEXANDER A. MVTATO. Minoribus quinque et uiginti annis, praesertim qui per tutores uel curatores non defenduntur, non obesse, si mortem defuncti non [B 10, 23, 1]

*P* (38 ℞ 2. 39. 41 ℞ 2. 40, 1 ℞) *L* (38 ℞ 2. 39. 41 ℞ 2. 40, 2 ℞ 1) *CRM*

---

[1] Vetoriis *ins. Greg.* [2] AA. conss. (= *a.* 293, *Mommsen*)?

---

2 ut se her. (hereditatem *S*)] $SL^bCM^b$, iuste her. $PL^a$?, iuste ab her. se *index P,* ab her. se *R,* si ***tia her. $M^a$: ἐάν τις ἑαυτὸν τῆς κληρονομίας ἀπόσχῃ *B* 10, 21 *rubr.* | abstineant *S* 3 florentio] *SR*, florentino *CM,* frontino *Greg.* 4 patern* hereditate $M^a$, in paterna hereditate $C^a$ | adminiculam (*uel* —las) $R^a$ 7 *s. a. Greg. Hal.* | v non. mart.] *Greg.,* vi non. maii *Hal.* 8 imp. gord.] idem *PL* | herodiae *R* 9 relinquissent *L* | hereditatem *RM* 11 ante $L^a$ | adistis $M^a$, adsti *R* | *s. a. Hal. PL et PL Miraeus ad* 37, 2 12 II *om. PL hoc loco* | et pomp. conss. *om. PL Mir. ad* 37, 2 14 si ut] sicut $PL^a$, si $C^bR^a$, *inc.* $C^a$ | omissa $C^bRM^a$, *inc.* $C^a$ 15 possessione *R,* possessionum $M^a$ | quid *om. M* | adquiratur *S,* equirat *L,* requirat $R^a$ 16 impp. *P* | protae] aprote *M, om. S, deficit* $R^a$ 17 ex *om. M, def.* $R^a$ | amiserint $R^bM$, *def.* $R^a$ | dalatam $P^a$ 18 *s. a. Hal. PL* | id.] iiii id. *P,* iii id. *L* | pontiano conss.] pontia. cc. conss. *PL* 20 et cc. *om. SM* | sarapiadi] *CR,* sarapidi *S,* serapiae *PL,* serapiadi *M* | ad bonorum] aonorum $P^a$, bonorum *C* 21 restitui $R^a$ 22 tempore mortis *C* 23 *s. a. Hal. M: in PL est subscriptio* 41, 1 | x kl. noub. sirmi conss. (*om.* d. *et* cc.) *uidetur habere M* 25 in integro restutio *S,* restitutio in integrum *C,* in integrum *om. PLR:* εἰς ὁλόκληρον ἀποκατάστασις *B* 10, 23 *rubr.* 26 non est necessaria *C,* non *om. index* $P^a$ 27 imp. alex. a.] impp. ual't. $P^a$ | mutato *om.* $R^a$ | quinque et uig.] *CM,* quinque uig. *R,* xxu *PL* 28 uel] *PL cum B,* et *CRM* | defuncti] *CR cum B,* parentis defuncti *PL,* defuncti parentis $M^a$

ulciscantur, innumer*is* diuorum parentum meorum ac meis rescriptis continetur. v ID. MAI. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

2 [1]IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS C. THEODOTAE. [B 10, 23, 2 Adulescentiae tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius praescriptio seram inofficiosi mouentibus quaestionem opponi solet, manifeste ante rescripsimus. impleta igitur aetate legitima non est in integrum restitutio necessaria, quia non integratio amissae causae his datur, sed integra ipsa causa seruatur. PP. II ID. AVG. TVSCO ET BASSO CONSS. a. 258

3 [2]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. DECIMO *CAPLVSIO*. In minorum [B 10, 23, 3 persona re ipsa et ex solo tempore tardae pretii solutionis recepto iure moram fieri creditum est, in his uidelicet, quae moram desiderant, id est in bonae fidei contractibus et fideicommissis et in legato. PP. XII K. OCT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

4 [3]IDEM AA. ET CC. STRATONICAE. Si tutor tuus, qui pro tutelari officio [5, 42, 3 B 10, 23, 4 non cauerat, iudicio expertus est, contra[4] eum lata sententia iuri tuo officere non potuit, nec ea quae ab eo gesta sunt ullam firmitatem obtinent. frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desideras, quando ea, quae ab eo gesta sunt, qui legitimae administrationis personam sustinere non potuit[5], ipso iure irrita sunt. S. XVIII[6] K. *IAN*. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

5 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Sancimus fauore imperfectae aetatis ex- [B 10, 23, 5 ceptionem non numeratae pecuniae ab initio minoribus non currere, ne, dum in integrum restitutionem expectamus, aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio minor
1 uti non potest, ne substantia eius subuertatur[7]. Sed humanius est latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus casibus, in quibus uetera iura currere quidem temporales praescriptiones aduersus minores concesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subueniebant, eas ipso iure non currere. melius etenim est intacta iura eorum seruari, quam post causam uulneratam remedium quaerere. uidelicet exceptionibus triginta et quadraginta annorum in suo statu remanentibus. D. K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST *CONS*. LAMPADII ET OREST*IS* VV. CC. a. 531

# XXXXI (XXXXII)

## R QVI ET ADVERSVS QVOS IN INTEGRVM RESTITVI NON POSSVNT R

1 IMP. ALEXANDER A. CONONIDI. In consilio quidem cognoscentis de resti- [B 10, 24, 1 tutione in integrum esse oportet, num is, qui se minorem annis laesum esse dicat, diligens

*P* (40 [1 *p*] R 2 [4 *p*] 5. 41) *L* (40, 2 R 1. 4. 5. 41) *CRM*

[1] *iunge* 3, 28, 16 [2] *iunge* 4, 49, 5 [3] *fortasse iungenda est* 4, 6, 11 [4] aduersus *l. gem.* [5] qui ... potuit *om. l. gem.* [6] XVII 4, 6, 11 [7] *aut uerba* ne s. e. subuertatur *delenda sunt cum B* (*u. i.*) *aut cum Mommseno scribendum* expectantibus aliquod ... potest, substantia e. subuertatur

1 ulciscuntur *PL* | innumerosis *C*, numerosis *PLR*$^b$*M*$^b$, *om. R*$^a$*M*$^a$ | parentium *R* | *s. a. Hal. M* | v ... 2 conss.] *Hal.*, ui id. alex. a. alex. a. iii ** d*******s *M* (*sed et haec incertissima sunt*) 3 imp. *P* | gallianus *M* | et ual. (ualerius *R*) c.] *SR*, et ual. *PL*, *om. CM* | theodorae *PL* 5 inofficioso *PL*$^a$*C*$^a$*M*$^a$ 7 *s. a. Hal. PL* | II id.] *Hal.*, prid. *PL*, id. 3, 28, 16 | balso *PL*$^a$ 8 aa.] *M*, a. *S*, aa. et cc. *C*, cesares *R* | caplusio *om. libri*, *restitui ex* 4, 49, 5 9 personam *C*$^a$ 11 legato] *C*$^b$*M cum B:* καὶ ἐπὶ τοῦ λεγάτου, legati *C*$^a$, legatis *R* | *subscriptionem restitui ex* 4, 49, 5 12 idem] impp. *R* | aa. et cc.] a. *S*, a. et c. *pL*, aa. *l. gem.*, *cf. ad u.* 16 | stratoniae *C* | pro telari *R*$^a$ 13 potuerit *pL* 14 eam *L*$^a$ 15 quando] quandoque *pL* 16 *s. a. Hal. cum l. gem.* | s.] pp. *l. gem.* | ian.] *l. gem.*, nouembr. *Hal.* | cc. conss.] *Hal.*, diocletiano III et maximiano conss. (= *a.* 287) *l. gem.* 17 impp. *P* | iustinus *M*$^a$ | iohanne *PL*, *om. R* 18 muneratae *M*$^a$ | non concurrere *PL*$^a$*CR*, μὴ τρέχειν *B* | ne (nec *M*$^a$) dum ... 20 sed] ἵνα μὴ ἐν ὅσῳ τὴν εἰς ἀκέραιον αἰτεῖν ἀποκατάστασιν ἀναμένουσι, τί ποτε ἀναφανῇ ἐναντίον, δι' οὗ τῇ τοιαύτῃ εὐεργεσίᾳ ὁ ἐλάττων χρήσασθαι οὐ δύναται. ἀλλά *B* 19 *aliquid *L*$^a$*M*$^a$ | amergat *M*$^a$, emenat *R*$^a$ 20 possit *CM*$^b$, po****** *M*$^a$, δύναται *B* | sed] *** *P*$^a$, *om. L*$^a$ | eandem] *eanadem *M*$^a$ | extendere legis interpr. *CRM* 21 in quibus *om. L*$^a$, in *om. P* | concurrere *R* 22 concesserunt] iusserunt *RM*$^a$ | restitutiones ei *C* 23 non concurrere *PL*$^a$?*R*$^b$, non **ccurere *R*$^a$, μὴ τρέχειν *B* | seruare *PL*$^a$*C*, φυλάττεσθαι *B* 24 et] *C cum B* καί, uel *PLRM* 25 *s. a. Hal. PL* | post cons. ... 26 cc.] post lampadium et orestem uu. cc. coss. *Hal.*, p. con. ss. *PL* 28 et *om. index P*$^a$*M* | quos] hos *M*$^a$ | restitutio *C*$^a$

pater familias fuerit actibusque publicis industrium se docuerit, ut lapsum eum per aeta-
1 tem uerisimile non sit. Verum si causa cognita circumuentus deprehendatur, propter hoc solum uelut praescriptione a solito auxilio remoueri non debet, quod urguentibus patriae necessitatibus decurio minor annis creatus *sit* uel propagandae suboli liberorum educatione prospexerit. PP. x k. Oct. Lvpo et Maximo conss. a. 232

2 Imp. Ivstinianvs A. Iohanni pp. Cum apud ueteres dubitabatur, an liberi [B 10, 24, 2] parentes suos uel liberti patronos in querimoniam deducere possint quasi non rite in eos uersatos, et quidam existimabant nullam esse contra huiusmodi personas in integrum restitutionem, pondere naturali uel patronali reuerentia huiusmodi petulantiae refragante, nisi uel ex magna causa uel aduersus turpem eorum personam, alii autem personarum quidem uel causae distinctionem respuendam esse censuerunt, tunc autem tantummodo dandam esse restitutionem putauerunt, cum minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patris uel patroni circumscriptum esse dicat: quod [1], ut maneat in omnibus honor parentibus *et* patrono uel patronae illibatus atque intactus, sancimus nullo modo neque aduersus parentes utriusque sexus neque aduersus patronum uel patronam dari restitutionem. nam personarum reuerentia omnem eis excludit restitutionem, cum procul dubio est etiam ipsas personas cauere, ne quid suae opinioni contrarium existat. D. k. Sept. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestae vv. cc. a. 531

## XXXXII (XXXXIII)

## ℞ SI MINOR SE MAIOREM DIXERIT VEL PROBATVS FVERIT ℞

1 Imp. Alexander A. Maximianae. Si, cum minor annis uiginti quinque [B 10, 25, 1] esses, tabulis quae sunt [2] tuarum professionum oblatis tibi aetatem quasi maior annis uiginti quinque decepta probasti, in integrum restitutionem intra statutum legibus tempus etiam post impletam aetatem de omnibus intra aetatem aduersus te gestis postulare apud eum, cuius de ea re iurisdictio est, potes. PP. xii k. April. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Vitalio. Si is, qui nunc mino- [B 10, 25, 2] rem se adseuerat, fallaci maioris aetatis mendacio te decepit, iuxta statuta iuris, cum errantibus, non etiam fallentibus minoribus publica iura subuenerunt, in integrum restitui non debet. D. ii k. Dec. Diocletiano *iii* et Maximiano AA. conss. a. 287

3 Idem AA. et CC. Theodotae. Si alterius circumueniendi causa minor [B 10, 25, 3] aetate maiorem te probare adspectu laboraueris, cum malitia suppleat aetatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionibus quam rescriptorum auctoritate denegari statutum est.
1 Quod si per iniuriam uel circumuentionem aduersarii hoc fuerit factum, durat beneficium,

*P* (41, 2. 40 [1 *p*] ℞ 2 [4 *p*] 5. 42) *L* (41, 2. 40, 2 ℞ 1. 4. 5. 42) *CRM*

---

[1] quo de (*Mommsen: u. i.*)? [2] quae sunt] quasi (*Mommsen cum B* ὡσανεί)?

---

1 actibusq** *C*[u], et actibus *R* 2 deprendatur *M* 4 sit] *W*[b], *om. CRM*, ἐχειροτονήθη *B* | librorum *R*[a] 5 prospexit *RM* | *s. a. Hal. et PL ad* 39, 2 | x] xi *PL* 6 impp. *P* | iohanni] iohannes *R*, *om. M* | an] aut *PL* 7 querimonias *C*, querimonia *M*[a] | possunt *P*[a]*C*, possit *M*[a] 8 esse *om. RM*[a], εἶναι *B* | personam *C* | restitutionis *L*[a] 10 causam *P*[a] 13 uel] uel ex *R* | quod] *confirmant B:* ὅπερ ἵνα μένῃ ἐν πᾶσιν ἡ τιμὴ ..., θεσπίζομεν 14 et] *edd. cum B* (κ.π.) τοῖς πατράσι καὶ τῷ πάτρωνι ἢ τῇ πατρωνίσσῃ, *om. PLCRM* | aduersus ... 15 neque *om. P*[a] 16 eis] ei *C*[u]?*M*[a] 17 quis s. o. contrarius *PLCR*[v]*:* μηδὲν ... ἐναντίον *B* | *s. a. Hal. PL* | d.] id. *PL* | constant. ... 18 orestae uu. cc.] *Hal.*, cc. ss. lampadio et horeste *PL* 20 si] si cum *PL:* ἐὰν ἥττων *B* 25, 1 *rubr.* | maiorem] maiorem esse *PL contra B* | probatum *CM* 22 impp. *PL* | maximine *S*, maximae *R*, maximo *M*[b], *inc. M*[a] 23 maior] minor *P*[a], *inc. R*[a] | annis *om. C* 25 intra aetatem] *PLR*[b]*M*[b], intra eam aetatem *C*, intra eam *R*[a]*M*[a]?, ἐντὸς τῆς ἐννόμου ἡλικίας *B* | eum] eam *P*[a] 26 de ea re cuius *M* | est *bis R*[a] | *s. a. Hal. PL* | xii] xu *PL* | max. ii et beliano (bliano *PL*[b]) conss. *PL*, maximo et paterno coss. (= *a.* 233) *Hal.* 27 aa.] aa. et cc. *CR* 28 iuris cum] cum uiris *P* 29 subueniunt *M*[b] *cum B* (κ.π.) συνέρχονται 30 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 4 | iii] ii *Hal.* 31 aa. et cc.] a. *S* 32 suplet *C* 34 fuit *M*[a] | durabit *PRM*[a], dula*** *L*[a], ἔρρωται *B*

2 quo minoribus causa cognita subueniri solet. Aditus itaque praeses prouinciae probationis aetatis examinata causa, si tuum dolum non reppererit intercessisse, ac te minorem tunc
3 fuisse probaueris, causa cognita in integrum restitui prouidebit. Si tamen in instrumento per sacramenti religionem maiorem te esse adseuerasti, non ignorare debes exclusum tibi esse in integrum restitutionis beneficium, nisi palam et euidenter ex instrumentorum pro-
4 latione, non per testium depositiones te fuisse minorem ostenderis. Huiusmodi autem sacramento corporaliter praestito nullum tibi superesse auxilium perspicui iuris est. D. XIII K. OCT. SIRMI *AA.* CONSS. a. 293

4 IDEM AA. ET CC. LIVIO. Cum circa probandum annorum numerum apud [B 10, 25, 4] rectorem prouinciae erratum esse proponas et in huiusmodi causis etiam filiis familias minoribus subueniri admissum sit, ea quae in prece contulisti praesidem prouinciae examinare conuenit: qui si aestimata aetate tua maiorem annis falsa opinione te praesumpsisse ex probationum luce cognouerit, erga minoris personam fidem ueri sequetur. D. VI ID. DEC. AA. CONSS. a. 293

## XXXXIII (XXXXIIII)

## ℞ SI SAEPIVS IN INTEGRVM RESTITVTIO POSTVLETVR ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. ROMANO ET ALIIS. Si post sententiam [B 10, 26, 1] proconsulis contra uos latam desiderastis in integrum restitui nec obtinuistis, frustra, ut rursum ea quaestio in integrum restitutionis agitetur, desideratis: appellare enim debuistis, si uobis sententia displicebat. sed si adhuc in ea aetate estis, cui subueniri solet, appellandi ius uobis restituimus. PP. V K. AVG. CILONE ET LIBONE CONSS. a. 204

2 IMP. ALEXANDER A. IVSTO MILITI. Quamquam curatores pupillae uicti sunt, [B 10, 26, 2] cum in integrum restitui pupillam desiderabant, cum tamen nouis defensionibus causam instrui posse dicas, adeant curatores uxoris tuae et petant, ut causas in integrum restitutionis agant. PP. V K. AVG. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

3 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. ANICIAE. In una eademque causa [B 10, 26, 3] iteratum in integrum restitutionis auxilium non iure, nisi nouae defensiones praetendantur, posci saepe rescriptum est. PP. II K. IVL. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

## XXXXIIII (XXXXV)

## ℞ DE HIS QVI VENIAM AETATIS IMPETRAVERVNT ℞

1 IMP. AVRELIANVS A. AGATHOCLETI. Eos, qui ueniam aetatis impetrauerunt, [B 10, 27, 1] etiamsi minus idonee rem suam administrare uideantur, in integrum restitutionis auxilium

*P* (42, 3. 43 ℞ 1. 44) *L* (*ut P*) *CRM*

---

1 quo] quia *PL*, quod $M^a$ | subuenire $M^a$ 2 reperierit *PL*, repperit *CR* 3 in instr.] instr. $PL^aR$ 4 te *om.* $P^a$ 5 nisi] si $PL^t$ 6 depositionem *R* | maiorem $PL^a$? 7 *s. a. Hal.* 8 aa.] cc. *Hal.* 9 aa. et cc.] a. *S*, aa. *M* | libio *SCRM* 11 precem *C:* ἐν τῇ δεήσει *B* 12 existimata *C*, extimat* $R^a$ 13 sequitur $C^a$? | *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 | d. VI id.] pp. ui k. *PL* 14 aa.] cc. *Hal.* 18 si *post* 19 latam *collocant PLC contra B* 19 restitutionem *RM:* ἀποκατασταθῆναι *B* | rursus ut *RM contra B* ἵνα πάλιν 20 in integrum restitutionis *om.* $PLCR^b$ *contra B* ἡ ζήτησις τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως 21 ea *om.* $C^a$ | subuenire $L^a$ 22 restituemus *R* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 3 | chilone *Hal.* 23 a.] augusto *R* | quemquam $R^a$ 24 in *om. R* | pupilla desiderabat *C*, τὴν ἄνηβον ἐπεζήτουν *B* 26 *s. a. Hal.* 27 et phil. c.] *C*, et phil. centum *S*, cesar *R*, *om. M* | aniciae] *M*, anicae *C*, maniniciae *S*, iniciae *R* 28 iteratum *om. R* | non] impetrare non posse non $M^a$ 29 se praescriptum $M^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 1 | II] prid. *PL* | et aemiliano *om. PL* 31 his] eis *L* | impetrauerint *index P* 32 impp. *P* | aurelius *PLCR*, aur**lianus $M^a$ | a.] augusto *R* | agathocliti *S* (*Heimbach*), agothoclito *S* (*Bluhme*), gathocleti *C*, cathocleti $M^b$, catho**** $M^a$ | aetatis] $CRM^a$ *cum B:* οἵτινες συγγνώμην ἡλικίας εἰλήφασιν, aetatis principali clementia $PLM^b$, *ut uidetur, ex c.* 3 (*p.* 219, 20) 33 minimus $M^a$ | suam rem *R*, τὰ οἰκεῖα πράγματα *B* | ministrare *RM*

impetrare non posse manifestissimum est, ne qui cum eis contraheret principali auctoritate circumscriptus esse uideatur. PP. K. IVL. AVRELIANO A. ET CAPITOLINO CONSS. a. 274

2 IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM PV. Omnes adulescentes, [Th. 2, 17, 1 mut. B 10, 27, 2] qui honestate morum praediti paternam frugem uel auorum patrimonia gubernare cupiunt et super hoc imperiali auxilio indigere coeperint, ita demum aetatis ueniam impetrare audeant, cum uicesimi anni metas impleuerint, ita ut post impetratam aetatis ueniam idem ipsi per se principale beneficium adlegantes non solum praescriptorum annorum numerum probent, sed etiam testibus idoneis aduocatis morum suorum instituta probitatemque animi

1 et testimonium uitae honestioris edoceant. Feminas quoque, quas morum honestas mentisque sollertia commendat, cum octauum et decimum annum egressae fuerint, ueniam aetatis impetrare sancimus. sed eas propter pudorem ac uerecundiam feminarum in coetu publico demonstrari testibus non cogimus, sed percepta aetatis uenia annos tantum probare testibus uel instrumentis, misso procuratore, concedimus, ut etiam ipsae in omnibus negotiis tale ius habeant, quale mares habere praescripsimus, ita tamen, ut praedia sine decreto non

2 alienent. Sed senatores quidem clarissimi uiri in hac regia urbe commorantes apud sublimitatem tuam, ceteri uero apud praetorem, in prouinciis autem omnes apud earum rectores

3 de suis moribus et honestate perdoceant. Hi uero, qui contra memoratam dispositio- [(Th.)] nem ueniam aetatis impetrauerint, sciant eam nullas uires obtinere. [1]PP. III K. IVN. ROMAE CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

3 [2]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Eos, qui ueniam aetatis principali cle- [B 10, 27, 3] mentia impetrauerunt uel impetrauerint, non solum alienationem, sed etiam hypothecam minime posse sine decreti interpositione rerum suarum immobilium facere iubemus, in quarum alienatione uel hypotheca decretum illis necessarium est, qui necdum ueniam aetatis meruerunt, ut similis sit in ea parte condicio minorum omnium, siue petita siue non sit aetatis uenia. D. VIII ID. APRIL. DECIO VC. CONS. a. 529

4 [3]IDEM A. AD SENATVM. Si quis aliquid dari uel fieri uoluerit et legitimae [B 10, 27, 4] aetatis fecerit mentionem uel sic absolute dixerit 'perfectae aetatis', illam tantummodo aetatem intellectam esse uideri uolumus, quae ex uiginti quinque annorum curriculis completur,

*PLCRM*

---

[1] d. v id. April. Thessal. *ins. Th.* [2] *iunge* 5, 74, 3 [3] *iunge* 3, 38, 12. 5, 4, 24. 5, 20, 2. 6, 25, 6

---

1 eis] his *RM* | contraheret ... 2 circumscriptus (—tum $R^{a}$) esse uideatur *R cum B:* ἵνα μὴ ὁ μετὰ τούτων συναλλάττων ... περιγεγραμμένος εἶναι δόξῃ, contraherent ... 2 circumscripti esse uideantur *PLCM* 2 *s. a. Hal. PL* | k.] uiii k. *PL* | a. et capit. *om. PL* 3 impp. const. aa. *P* | uenerium *S* | pu.] *S*, praefectum urbis *C*, pp. *PLRM, om. Th.:* λέγει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως *B ad u.* 15 sublimitatem tuam 4 auorum] maiorum *Th.*, τῶν πάππων *B* 5 super hoc *om. Th., habent B* 6 uigesimi *PL* | idem] id ē (= est) *P* 7 perscriptorum *PL*, praescriptarum *R* 8 praebeant *PL* | institutam *PL* | que] que quae $L^{a}$ | animis $M^{a}$ 9 et testimonium] $R^{a}$, testimonium *PLCR*$^{b}$*M*: *nostram lectionem firmat Thal.* (*B*): τὴν τῶν τρόπων τῶν ἰδίων προαίρεσιν καὶ δοκιμωτάτης (τὴν δοκιμότητα τῆς *Mommsen*) ψυχῆς καὶ τῆς ζωῆς τὴν τιμιότητα προαποδεικνύωσι | honesteoris $L^{a}$ | est doceant *L* 10 aetatis *om. C* 11 feminarum *om. Th., habent B* | in coetu] $M^{a}$ *Th. cum B* ἐν συνόδῳ, coetui *PLCRM*$^{b}$ 12 testibus] *Th. CR*$^{b}$*M*$^{b}$ *cum B* τοῖς μαρτυροῦσιν, *om. PLR*$^{a}$*M*$^{a}$ | percerta $P^{a}$, per certam $L^{t}$, perceptam $L^{v}$, praecepta $C^{a}$ | ueniam *L* | probare tantum *RM* | testibus] testibus quinque $P^{a}L^{a}CM^{a}$ *contra Th. et B*, u testibus $R^{b}$ 13 etiam] etiam et *PLC*: ἵνα καὶ αὗται *B* | negotiis] contractibus *Th.*, πράγμασιν *B* 14 mares] males $R^{a}$, uiros *Th.* | praescripsimus] $N^{a}$ *Th.*, rescripsimus *PLCRM*, προεγράψαμεν *B* 15 hac *om.* $PL^{a}$ | urbe] ciuitate *PL* 16 praetores *R* | rectorem *R* 17 hii *R* 18 eam] eas $PL^{a}$ | *s. a. Th. Hal. PL* | pp.] d. *Hal.* | III *om. PL* | ian. $P^{a}$, iul. *Hal.* 19 II et constantino II cc. conss.] *Th.*, II et constantino caes. II coss. *Hal.*, et const. ii et con. ss. *PL: scribi debuit, ut proposuit Iac. Gothofredus*, Crispo III et Constantino III CC. conss. (= a. 324), *nam huic anno soli conueniunt et praefectura Verini et* Thessalonicae *in subscriptione* 20 impp. *P* | iustinus $RM^{a}$ | pp.] pu. *S* 23 alienationem uel ypothecam *C*, alienationem uel ipotheca $M^{a}$ 25 *s. a. Hal. PL* | VIII] uiiii *P* | uc. *om. PL* | coss. *Hal.* 26 idem] impr. iustinianus *S* | et *om.* $PL^{a}$ 28 quae] qui $P^{a}$ | ex] e *R*, *om. PL* | curriculus $P^{a}$ | completur] $L^{b}C$, compellitur $P^{a}$, complectitur $P^{b}L^{a}$, inpletur *M*, impleatur *R*

non ab imperiali beneficio suppletur. et praecipue quidem in substitutionibus uel restitutionibus hoc intellegi sancimus: nihilo minus autem et in aliis, nisi specialiter quisquam addiderit ex uenia aetatis uelle aliquid procedere. D. XI K. AVG. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

## XXXXV (XXXXVI)
## ℞ SI MAIOR FACTVS RATVM HABVERIT ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. EVTYCHIANO. Si inter [B 10, 28, 1] minores quinque et uiginti annis uel scriptura interposita uel sine scriptura facta sine dolo diuisio est eamque post legitimam aetatem ratam fecerunt, manere integram debere conuenit. S. VIII K. MAI. AA. CONSS. a. 293

2 [1] IDEM AA. ET CC. SOTERI. Qui post uicesimum quiutum annum aetatis ea [B 10, 28, 2] quae in minore aetate gesta sunt rata habuerunt, frustra rescissionem eorum postulant. D. ID. FEBR. CC. CONSS. a. 294

## XXXXVI (XXXXVII)
## ℞ VBI ET APVD QVEM COGNITIO RESTITVTIONIS AGITANDA SIT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. SEVERO. Si quid a procuratore meo iudicatum est, id [B 10, 29, 1] per in integrum restitutionem praesidis sententia non potest rescindi. princeps enim solus contra sententiam procuratorum suorum in integrum restituere solet. PP. VI K. DEC. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AQVILINAE. Quoniam ea, quae [B 10, 29, 2] in transactione dari placuerat, te tradidisse proponas, consequens est, si de his repetendis per in integrum restitutionem uel quamcumque aliam causam putaueris agendum, eius adire te prouinciae praesidem, in qua domicilium habent quos conuenis.

3 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Cum scimus esse dubitatum de restitu- [B 10, 29, 3] tionibus, quae in integrum postulantur, siue tantummodo apud iudicem, cui aliqua iurisdictio est, examinari eas oportet, siue et apud pedaneos iudices, siue eas minores uiginti quinque annis petierint siue maiores, secundum quod anterioribus sanctionibus uel ueteris iuris uel nostris declaratum est: sancimus non solum apud iudices pro tribunali huiusmodi causae cognitiones proponi, sed etiam apud eos iudices, quos augusta dederit maiestas aut nostrae rei publicae administratores uel in hac regia ciuitate uel in prouinciis, ut uideatur ipse,

*P* (44. 45. 46 ℞ 1. 2) *L* (*ut P*) *CRM* (*$M^a$ transponit* 46 1 ℞)

[1] *iunge* 2, 32, 1

1 non] *CRM cum B* συμπληροῦται, οὐκ ἀπό, et non *PL* | suppleatur *$L^aRM^a$* | uel] et *R* 2 hoc *om. P* | in *om. $PL^a$* 3 audierit *$M^a$* | procedere] procedere prodere *$P^a$* | *s. a. Hal. PL* | XI k. aug.] *PL cum locis iungendis*, IX k. april. *Hal.* 4 uu. cc.] uc. *PL* 6 haberit *$M^a$* 7 et cc. *om. S* 8 xxu *PL* | scripturam (*uel* scriptam) int. *$R^a$* | sine dolo facta *RM*, γέγονε δίχα δόλου *B* 10 *s. a. Hal. PL* | s. *om. PL* | conss.] et coss. *Hal.*, *om. PL* 11 aa. et cc.] a. *S* | sotheri *SR*, sothiri *M*, sortiri *PL*, sortiti *C* | uigesimum *PL* 12 habuerint *PL* 13 *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* | id.] VI id. 2, 32, 1 15 ubi] ibi *index P* | cognitio restitutionis] restitutio *P index P M*, restitutionis *L*: ἡ διάγνωσις τῆς καταστάσεως *B* 10, 29 *rubr.* 16 agenda *C* | est *S* 17 imp. ant. a. seuero (seuerus *$R^a$?*)] impp. seu. et ant. *PL* (*in P bis scribitur*) 18 in *om. P* 19 *s. a. Hal. PL* | VI k. dec.] xui k. aprl. *PL* 20 laeto et cereali *Hal.* 21 aa.] aa. et cc. *CR* 22 in *om. M* | placuerit *C* 23 te adire *RM* 24 habeant *R* | conuenis] conuenis oportet *$PLR^b$* | *in PL Miraeo additur subscriptio c.* 3 25 iustus *R* 27 et apud] *M cum B* εἴτε καί, apud *$CR^b$*, apud ∗ *$R^a$* 28 petierunt *R* · αἰτήσουσιν *B* | iuris] iuris est *M* 29 nostri *M*

qui iudicem destinauerit, utpote pro tribunali cognoscens et in integrum dare restitutionem
1 et causas eius examinare: sic etenim non difficilis erit causarum examinatio. Sed ne quis
ita effuse intellectum nostrae constitutionis audeat esse trahendum, ut etiam apud compro-
missarios iudices uel arbitros ex communi sententia electos uel apud eos, qui dantur a
iudicibus, qui propriam iurisdictionem non habent, sed tantummodo iudicandi facultatem,
putet huiusmodi extendi sanctionem, cum hos generaliter uolumus tales causas dirimere,
qui uel certae administrationi, cui et iurisdictio adhaeret, praepositi sunt uel ab his fuerint
2 dati, et multo magis si a nostra maiestate delegata eis causarum sit audientia. Sed ne
quid penitus dubitandum relinquatur, et hoc addendum esse censemus, ut eis tantum quos
supra enumerauimus liceat de in integrum restitutione disceptare, siue hoc specialiter eis
fuerit mandatum, quod et ueteribus non fuerat incognitum, uel si generaliter iudices dati
sunt, uel in aliis speciebus, inciderit autem quaedam quaestio restitutionis. D. III K. SEPT.
CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

## XXXXVII (XXXXVIII)

## R DE REPVTATIONIBVS, QVAE FIVNT IN IVDICIO IN INTEGRVM RESTITVTIONIS R

1 IMP. SEVERVS A. TATIANO. Qui restituitur in integrum, sicut in damno [B 10, 30, 1]
morari non debet, ita nec in lucro: et ideo quidquid ad eum peruenit uel ex emptione uel
1 ex uenditione uel ex alio contractu, hoc debet restituere. Sed et si intercessor minor
2 uiginti quinque annis interuenit, in ueterem debitorem debet restitui actio. Sed et cum
adiit minor hereditatem et restituitur, mox quidquid ad eum ex hereditate peruenit, debet
3 praestare. Verum et si quid dolo eius factum est, hoc eum praestare conuenit. SINE DIE
ET CONSVLE.

## XXXXVIII (XXXXVIIII)

## R ETIAM PER PROCVRATOREM CAVSAM IN INTEGRVM RESTITVTIONIS AGI POSSE R

1 IMP. ALEXANDER A. LICINIANO. Causam in integrum restitutionis, si qua com- [B 10, 31, 1]
petit, etiam per procuratorem agi posse placet. D. XIII K. OCT. POMPEIANO ET PELIGNO
CONSS. a. 231

*P* (47. 48) *L* (47. 48) *CRM*

---

1 et in] in *C:* διαγινώσκων καὶ τὴν εἰς ἀκέραιον δοῦναι ἀποκατάστασιν *B* 2 causam *RM,* τὰς αἰτίας *B* | quis ita] quesita $M^a$ 3 compri- missarios $M^a$ 7 aderit $CRM^b$, προσπέπηγε *B* | propositi *RM* 8 delagata $M^a$ 10 supera numerauimus *R*, supra numerauimus *M* 11 fuerat] fuerit *M* 12 speciebus] $M^a$ *cum B* αἰτίαις, specialibus $CRM^b$ | *s. a. Hal. et PL Miraeus ad c.* 2 13 constant. (const. *om. Hal.*) ... uu. cc.] cap. post t̄. c̄. s̄s̄. lamp. et horesta (hores. *L*) *PL*, cap. post tertium consulatum lampadii et orestis *Mir.* 15 iudicium $L^bRM$, iudium *P*, *deficit* $L^a$ 17 imp. seuerus a.] *SR*, impp. (impr. *L*) alexander aa. *PL*, imp. antoninus a. *C*, imp. a. *M* | tatiano] *SC*, titiano *PLRM* 18 uel ex uend. *om.* $R^a$ 19 et *om. PL:* εἰ δὲ καὶ *B* 20 xx et u *M* | interuenit] $RM^a$, interuenerit $PLCM^b$ 22 uerum] uerum cum *C* | eum] eam *C* | *s. a. Hal. PL* | si non (sin̄ *L*) die et conss. *PL* 25 etiam] etiam et *S* | per] apud *L* | causa *PL* 26 restitutioni $M^a$? | possit *S* 27 impp. *P* | liciano *P*, luciano *L*, licinio *R* | causa *PLM* 28 *s. a. Hal. PL* | d. XIII] pp. xui *PL* | deligno *PL*

# XXXXVIIII (L)

## R IN INTEGRVM RESTITVTIONE POSTVLATA NE QVID NOVI FIAT R

1 [1]Imp. Gordianvs A. Secvndino militi. Postulata in integrum restitutione omnia in suo statu esse debere, donec res finiatur, perspicui iuris est, idque curabit is, ad cuius partes ea res pertinet. PP. xii k. Ivl. Gordiano A. et Aviola conss. [B 10, 32, 1] a. 239

# L (LI)

## R DE RESTITVTIONE MILITVM ET EORVM QVI REI PVBLICAE CAVSA AFVERVNT R

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Chiloni. Si Valerianus centurio cohortis duodecimae Alpinorum ante uita decessit, quam possessionem acciperet, heres eius ex persona defuncti restitutionis auxilium intra annum utilem ita recte implorabit, si Valerianus post exactos dies, quibus bonorum possessio defertur, in militia defunctus est. PP. k. Nov. Laterano et Rvfino conss. [B 10, 33, 1] a. 197

2 Imp. Alexander A. Petronio centvrioni. Si quid de bonis eorum, qui rei publicae causa absentes sunt, deminutum est actioneue qua competente eis aliquis liberatus fuit, in integrum restitutio perpetua iurisdictione intra annum utilem permittitur. PP. xiii k. Nov. Alexandro A. *cons.* [B 10, 33, 2] a. 222

3 Idem A. Flavio Aristodemo militi. Quod tempore militiae de bonis alicuius possessum ab aliquo est, posteaquam is rei publicae causa abesse desiit, intra annum utilem[2] amota praescriptione temporis medii possessionem uindicare permissum est: ultra autem ius possessoris laedere contra eum institutum non oportet. PP. non. Ian. Maximo ii et Aeliano conss. [B 10, 33, 3] a. 223

4 [3]Imp. Gordianvs A. Mestriano. Ignorare non debes eorum, qui rei publicae causa sine dolo malo absunt, si absentes boni uiri arbitratu non defenduntur, bona tantum possideri, uenditionem autem in id tempus differri, quo rei publicae causa abesse desierint. D. xii k. Ian. Gordiano A. et Aviola conss. [B 10, 33, 4] a. 239

5 [3]Idem A. Secvndino militi. Neque rei publicae causa absentibus nec aliis maioribus ad titulum in integrum restitutionis pertinentibus praescriptionem quadriennii post factam a fisco uenditionem obesse posse manifestum est. PP. vi id. Mai. Sabino et Venvsto conss. [B 10, 33, 5] a. 240

*P* (49 *praemissis ex libro tertio* 19 *R* 1. 2: 50 *R extat in indice titulorum*) *L* (49) *D* (*ad* 50, 2) *C* (*inde a u.* 24 gordianus *in litura a manu fere aequali* = *c*) *RM*

[1] *cf. ad* 2, 50, 4. 5 [2] uel rescissa usucapione, si rem militis possessor usucepit uel *secundum B ins.* (*u. i.*) [3] *fortasse inscriptiones c.* 4 *et* 5 *permutandae sunt et iungenda c.* 4 *cum* 2, 49, 1

2 ne quid noui fiat in int. rest. post. *C* | integro $M^a$ | restitutionis *S*, restitutio *P*, restitutionem *R index R* 3 nouum *R index R* $M^b$, *inc.* $M^a$ 4 impp. *PL* | secundo *SPL*, secundini *C* 5 is *om.* $M^a$ 6 partem *C* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 50, 1 8 et *om. M* 9 adfuerunt *S*, abfuerint *R*, affuerunt *CM*, adfuerint *index P* 10 imp. *M* | chilo *S* | ualerianus] ἐὰν Κούρτιος Βαλεριανὸς πρότερον ἐτελεύτησε *B*: Κούρτιος *uidetur corruptela uocis* centurio *uel* cohortis *esse* 11 uitae cessit $R^b$, uitam concessit *CM*, ui***cessit $R^a$ 12 implorauit *R*, ἐξαιτεῖ *B* 13 *s. a. Hal. et PL ad* 49, 1 14 et rufino conss. *om. PL* 15 petronio] *SR*, petrono *C*, patronio *M*, patrocinio *D* 16 casa $R^a$ | est] esse *D* | actoneue $R^a$, actione** $C^a$ | quam *D* | deliberatus *D*, *inc.* $R^a$ 18 *s. a. Hal.* | cons.] ii et marcello conss. (= *a.* 226) *Hal.* 19 flauio] *SM*, flauiano *C*, florentio *R* 20 is] $R^bM^b$, his qui $CM^a$, his * $R^a$ | intra *seqq.*] ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὡρισμένου ἢ ἀνασχιζομένης τῆς διὰ χρήσεως κυριότητος, ἐὰν διὰ χρήσεως ἐκτήσατο τὸ πρᾶγμα τοῦ στρατιώτου ὁ τοῦτο νεμόμενος, ἢ ἀναιρουμένης τῆς τοῦ μακροῦ χρόνου παραγραφῆς διεκδικεῖν αὐτὸ ἐπιτέτραπται *B* 21 possessionem] possessionem eius *M* | ultra *seqq.*] καὶ μὴ δεῖ ὑπὸ τοῦ νεμηθέντος καταβλάπτεσθαι *B male* 22 oportet] $C^bM^b$ *cum B* δεῖ, oportere $C^aR^bM^a$, oporter* $R^a$ | *s. a. Hal.* 26 autem in id *om.* $M^a$? 27 *s. a. Hal.* 28 secundi *M* 29 praescriptione $R^a$ 30 *s. a. Hal.*

6 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. GERMANO CENTVRIONI. Si, cum militaribus laboribus operam dares, creditoris tui heredes possessiones sibi obligatas distraxerunt, poteris adito praeside prouinciae in integrum restitutionem impetrare retractataque uenditione recipies possessiones, oblato ante debito uel pretio, si minus debito fuisset. PP. IIII NON. APRIL. VALERIANO ET GALLIENO AA. CONSS. [B 10, 33, 6] a. 254?

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MARINAE. Quae a patre geruntur, non decet pro disciplina militari a filiis ad irritum deuocari, praesertim cum nec patrem tuum in rebus humanis agentem adfirmes conquestum fuisse super huiusmodi contractu. D. NON. FEBR. CC. CONSS. [B 10, 33, 7] a. 294

8 [1]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Sancimus his solis, qui in expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora, quae in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis quam in petendis in integrum restitutionibus eis opitulari: illis temporibus, per quae citra expeditionis necessitatem in aliis locis uel in suis aedibus degunt, minime eos ad uindicanda memorata priuilegia adiuuantibus. D. VI[2] ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. [7, 35, 8 B 10, 33, 8] a. 529

## LI (LII)

## ℞ DE VXORIBVS MILITVM VEL EORVM QVI REI PVBLICAE CAVSA ABSVNT ℞

1 IMP. ALEXANDER A. SECVNDINAE. Temporalibus actionibus exclusis mulieribus, quae cum maritis rei publicae causa absentibus peregrinatae sunt, ad exemplum militum subueniri solere non est ignotum. PP. III NON. DEC. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. [B 10, 35, 47] a. 226

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. QVINTILIANO. Ei, quae diutissime fuit cum marito qui militiae operam daret, non officit praescriptio longi temporis: sed quia huiusmodi diutinae absentiae commenta callide adhibita atque composita obesse omnino non debent, decernimus, ut, si talis mulier domum ad se pertinere monstrauerit, quae in absentia eius uendita est, refuso pretio, quod re uera solutum est, eandem recipiat. D. VIII K. DEC. IPSIS *AA.* CONSS. [B 10, 35, 48] a. 293

## LII (LIII)

## ℞ DE TEMPORIBVS IN INTEGRVM RESTITVTIONIS TAM MINORVM ALIARVMQVE PERSONARVM, QVAE RESTITVI POSSVNT, QVAM HEREDVM EORVM ℞

1 IMP. GORDIANVS A. PVDENTI MILITI. In his, in quibus laesus es, cum minor annis uiginti quinque esses, toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postu- [B 10, 34, 1]

*D* (50, 8) *C* (*u.* 1...4 possessiones *in litura scripsit c*) *RM*

---

[1] *iunge* 6, 21, 17 [2] VIII (*Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 174)?

1 ualentinus *R* | gallianus *M* 3 impetrata *R*ᵃ | retractataque] *R*ᵇ, retractata *R*ᵃ, *ractaque *M*ᵃ, retractaque *cM*ᵇ, καὶ ἀναψηλαφωμένης *B* 4 possessionem *cM*, τὰ κτήματά σου *B* 5 *s. a. Hal.* 6 diocletiano et maximiano *R* | et cc. *om. S* 7 ad interitum *C* 8 patrem tuum] parent*um *M*ᵃ | eiusmodi *CM* 9 *s. a. Hal.* 10 iustinus *R* | qui in] militibus qui in *R*ᵇ, militibus qui *l. gem.*, τούτοις μόνοις οἵτινες ἐν ταξειδίοις ἀπησχολημένοι εἰσίν *B* 11 tam] tamen *R*ᵃ 13 expeditionibus *R*ᵃ*M*ᵃ, expeditionum *D cum l. gem.*, τοῦ ταξειδίου *B* | sedibus *M*ᵃ, οἴκοις *B* | degentibus *D* 14 uindicandam mem. pr. *M*ᵃ, uindicandum hoc priuilegium *l. gem.*: ἐκδικητέα τὰ μνημονευθέντα προνόμια *B* | *s. a. Hal.* | VI id.] k. *l. gem.*, IIII id. 6, 21, 17 19 temporibus *M*ᵃ 21 solerunt *R*ᵃ | *s. a. Hal.* 23 diocletiano et maximiano *R* | et cc. *om. SM* 24 cum *om. R*ᵃ 25 diuinae *M*ᵃ 26 pertinentem *R*, pertine*e *M*ᵃ: ἀποδείξει ... ἑαυτῇ προσήκειν *B* 27 eandem] eam *C* 28 *s. a. Hal.* | aa.] aa. et *Hal.* 32 heredi *C*ᵇ 33 prudenti *M* | in quibus] quibus *M*

lare potes: tempus etenim post impletam minorem aetatem praestitutum ex die missionis
iuxta rationem iuris computari debet. PP. III NON. OCT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238
2 IDEM A. SECVNDINO MILITI. Si intra legitimam aetatem uel, ea impleta, B 10, 34, 2
nondum exacto tempore praestituto pater tuus in fata concessit tuque ei heres extitisti et
intra uiginti quinque annos uel post eam aetatem intra id tempus, quod ad *in* integrum
restitutionem defuncto supererat, nomen militiae dedisti, praeses prouinciae causa cognita
per in integrum restitutionem ex persona defuncti subueniri tibi prouidebit. D. XI K. NOV.
PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238
3 [1]IDEM A. MVCIANO MILITI. Si intra annos, quibus in integrum restitutionis B 10, 34, 3
auxilium indulgetur, constitutus es uel eo tempore nomen militiae dedisti et expeditione
occupatus es, continuatum beneficium restitutionis per usucapionem, licet ante militiam
suppleta sit, non patitur te dispendio rei familiaris adfligi. D. VIIII K. NOV. PIO ET PON-
TIANO CONSS. a. 238
4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. DIONYSIO. Ex persona B 10, 34, 4
fratrum, si tibi eorum quaesita successio est, potes contra quem supplicas agere, non igno-
rans, quod, si minores quinque et uiginti annis militauerunt fratres tui atque in militia diem
functi sunt, in integrum restitutionis eis tempus non cesserit, sed omne ad successorem
transmiserint. S. VIII K. IAN. PHILIPPOPOLI CC. CONSS.[2] a. 294
5 IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. Ea, quae de temporibus Th. 2, 16, 2 mut. B 10, 34, 5
in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri conuenit, et si forte quis beneficio
nostro aetatis ueniam fuerit consecutus, ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio com-
petenti fuerit intimata eique administratio rei propriae permissa[3], ut ad persequendas in
integrum restitutionum finiendasque causas iure tempus habeat praestitutum, ita tamen, ut
numquam minoribus uiginti quinque annis constitutis de his, quae ante impetratam ueniam
1 aetatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur. Si quando sane in minoris
iura successerit minor, minime prohibeatur, cum quintum et uicesimum aetatis suae annum
2 transierit, in integrum restitutionis beneficio uti tempore illibato. Quod si maioris fuerit
minor iura nactus, quantum ad eas pertinet causas, quas ex persona maioris fuerit con-
secutus, tantum temporis ad exponendas in integrum restitutionis decidendasque causas
accipere debebit, quantum defuncto, cuius heres aut bonorum possessor docebitur extitisse,
3 reliquum fuerat. Cum uero maior successionem fuerit adeptus minoris, si quidem ciuili
iure ab intestato uel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita[4] hereditas, si uero
honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando in integrum restitu-
tionis negotio solida sine ulla diminutione tempora supputentur. D. NON. OCT. ROMAE[5]
CONSTANTINO A. ET LICINIO VTRISQVE II CONSS.[6] a. 312

*CR* (*inde a u.* 26 minime *in litura*) *M*

---

[1] *iunge* 3, 32, 4 | [2] k. Iun. AA. conss. (= *a.* 293, *Mommsen*)? [3] reserata *Th.* [4] cum creta fuerit uel adita *Th.* [5] d. VII k. Aug. Naisso. pp. Romae non. Oct. *Th.* [6] Constantino A. V et Licinio C. conss. (= *a.* 319, *u. i.*)?

---

1 praestitum *R*, pristinum *M^a^* 2 *s. a. Hal.* 4 ei] eius *R* 5 in *om. CRM* 7 *s. a. Hal.* 9 mutano *R*, muniano 3, 32, 4 10 indulgeretur *CR* | es *om. M* | expeditioni *CM^a^* 12 patimur *R^a^* | *s. a. Hal.* | VIIII] XII 3, 32, 4 14 et cc. *om. SM* | dionio *R^a^* 15 ignoras *R^a^* 16 si] et si *R:* ὅτι ἐάν *B* | militiam *C* | diem] die *R^b^*, de *M:* τὴν ἡμέραν αὐτῶν ἐλειτούργησαν *B* 17 non concesserit *C^a^* 18 *s. a. Hal.* 19 ad bassum *om. S* 20 restitutionis *RM*, τῶν ἀποκαταστασταστάσεων *B* (κ.π.) 21 fuerit *om. C^a^* 22 promissa *R^a^* 23 restitutiones *E^b^ Th. contra B:* ἐπεξελευτέας τὰς τῶν ἀποκατάσεων καὶ πληρωτέας δίκας: *cf. ad u.* 29 | iure] iuge *Th.*, νομίμως *B* | praestitum *R*, praestitumtum *M^a^?* 25 sane *om. R^a^* 26 annum aetatis suae *M*, τῆς ἡλικίας ἐνιαυτόν *B* (κ.π.) 27 in integrum] integri *Th. et sic u.* 29 *et* 33: τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως *ubique B* 28 causas] actiones *Th.*, τὰς αἰτίας *B* 29 restitutionis] *CM^b^ cum B:* εἰς τὸ ἐκθέσθαι τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως καὶ περαιῶσαι τὰς δίκας, restitutiones *M^a^ Th.* | dicendasque *M^a^* 32 ex *om. M* | successit *C* 33 examinando] *M^a^ Th.*, examinando ac terminando *CM^b^ contra B:* εἰς τὸ κινηθῆναι τὸ τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως πρᾶγμα 34 immutatione *C*, ὑπερθέσεως *B* | *s. a. Th. Hal.* 35 constantino a. VIII et constantio (*sic libri*) c. conss. (= *a.* 329) *Th.: ad a.* 319 *ducunt et locus, quo data est constitutio* (*cf.* 2, 20, 8), *et praefectura urbana Bassi*

6 Idem A. ad Ivlianvm pv. Petendae in integrum restitutionis temporibus obseruatis, si dilatio ab actore petatur, quae intra metas restitutionis[1] ualet artari, eandem quocumque flagitante causis cognitis tribui oportebit. sin uero eiusmodi postulantur curricula, quae intra spatium[2] receptum angustari non queunt (quippe si in confinio legitimi temporis petantur, et eius terminos prorogabunt), dilationem petitori denegari conueniet: in eius enim arbitrio fuerat tunc inferre litigium, cum petitae dilationis mora spatio [Th. 2, 7, 2 B 10, 34, 6]
1 superstite posset includi. Quod si defensio rei[3] dilationis suffragium postulauerit, eandem adserta causa citra obstaculum temporis deferri sancimus, quia nequaquam in ipsius steterat potestate, quando litigio pulsaretur. dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese ultra temporis definitionem[4] proferat. qua dilatione, si a reo[5] impetretur, etiam actor in requirendis probationibus uti minime prohibetur. D. xiiii k. Avg. pp. Romae ad senatvm Constantino C. v et Maximo conss. a. 327

7 Imp. Ivstinianvs A. Iohanni pp. Superuacuam differentiam utilis anni in integrum restitutionis a nostra re publica separantes sancimus et in antiqua Roma et in hac alma urbe et in Italia et in aliis prouinciis quadriennium continuum tantummodo numerari ex die, ex quo annus utilis currebat, et id tempus totius loci esse commune: ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen satis nobis absurdum esse uisum est. [B 10, 34, 7]
1 Quod non solum in minorum restitutionibus, quibus utilis annus incipit currere, ex quo uicesimi sexti anni dies illuxerit, sed etiam in maiorum hoc idem adhiberi sancimus, ut et hic pro utili anno memorata continuatio temporis obseruetur ad interponendam contesta-
2 tionem finiendamque litem. Et quemadmodum omnis minor aetas excipitur in minorum restitutionibus, ita et in maiorum tempus, in quo rei publicae causa afuerint uel aliis legitimis causis quae ueteribus legibus enumeratae sunt fuerint occupati, omne praecipiatur, et sit non absimilis in hac parte minorum et maiorum restitutio. D. k. Sept. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestae vv. *cc.* a. 531

# LIII (LIIII)

## ℞ QVIBVS EX CAVSIS MAIORES IN INTEGRVM RESTITVVNTVR ℞

1 Imp. Antoninvs A. Aemiliano. Si propter officium legationis ad me bona fide factae absens et indefensus condemnatus es, instaurationem iudicii iure desideras, ut ex integro defensionibus tuis utaris. nam eos quoque qui legationis officio funguntur in eo priuilegio esse, quo sunt qui rei publicae causa absunt, receptum est. PP. v non. Mart. dvobvs Aspris conss. [B 10, 36, 1] a. 212

*P* ([52, 7 *p*] 53 ℞) *L* (52. 53 ℞) *CR* (*u.* 1 ... 2 obseruatis *in litura*) *M*

[1] metas lege comprehensas *Th.* [2] lege *ins.* *Th.* [3] rei] possidentium *Th.* [4] ultra constitutionis regulam *Th.* 5 a possessore *Th.*

1 pu.] *C Th.*, pp. *SM* 3 sin] si in *uel* sim $M^a$ | huiusmodi $RM^b$, **iusmodi $M^a$ 4 queunt] potuerunt uel queunt (qui eunt $C^a$) *C* | confinitio *R* 5 et *om.* $C^a$ | petitoris derogari $R^a$, petitori de**gari $M^a$ 7 incudi $M^a$ | suffragia *Th.* 8 adsertam causam *C* 9 potestatem $R^aM^a$? | dare $C^a$ | dimersio $R^a$, dilatio *C* 10 actor *om.* $R^a$ | in requirendis] *Th.*, inquirendis *C*, pro requirendis *RM* 11 prohibitur $R^a$, prohibebitur *CM* | *s. a. Th. Hal.* | pp. romae ad senatum] *Th.*, romae *Hal.* 13 iustinus $M^a$ | a. *om.* *M* | utlis $L^a$ | in *om.* *R* 14 a] qua aruita $L^a$ | separentes $M^a$ | antiquam romam $R^a$ 16 annis $R^a$ | currebant $R^a$ | totus loci $R^a$, totis locis $M^a$ 17 enim *om.* $p^a$ | aliquid *pL* | crimen $p^a$ 18 utliis $L^a$ | ex] in $R^a$ 19 uigesimi *pL* | et ut *R*, ut *om.* $M^a$ 20 hic] huic $M^a$, h*** $R^a$ | constationem $M^a$ 22 affuerint $CM^a$, abfuerint $pLRM^b$ 23 causis *om.* $L^a$ | legibus] legibus si propter officium $L^a$ | numeratae $R^aM$ 24 sit non] si* $R^a$ | et maiorum] maiorumque *pL* | *s. a. Hal. pL* | constant. ... 25 cc. *om. pL* 25 cc.] cc. coss. *Hal.* 29 antonius $M^a$ | miliano *C*, amiliano *M* 30 et *om.* *B* (κ.π.) ἀπὼν ἀδιεκδίκητος | es] est $C^a$? 32 *s. a. Hal.* 33 duobus] duobus et *Hal.*

2 Idem A. Dionysio. Si idcirco apud arbitrum praesentiam tui facere non potuisti, quod sub custodia militari iussu praesidis detinebaris, idque in ueritate esse praesidi prouinciae probaueris, accipies causae instaurationem. PP. xiii k. Oct. Laeto et Cereale conss. [B 10, 36, 2] a. 215

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Procvlo decvrioni. In contractibus, qui bonae fidei sunt, etiam maioribus officio iudicis causa cognita publica iura subueniunt. D. non. Avg. Diocletiano A. ii et Aristobvlo conss. [B 10, 36, 3] a. 285

4 Idem AA. Prisciano. Res publica minorum iure uti solet ideoque auxilium restitutionis implorare potest. D. ii id. Nov. Diocletiano *A. ii* et Aristobvlo conss. [B 10, 36, 4] a. 285

5 Idem AA. et CC. Liciniano. Si ab hostibus cum patre ac matre captus, post his ibi defunctis legis Corneliae beneficio reuersus successiones eorum quaesisti, exemplo utilis actionis quae in integrum restitutis datur cum exceptionis annuae quae huic obici solet obiectu res uindicare non prohiberis. D. xvi k. Mai. CC. conss. [B 10, 36, 5] a. 294

## LIIII (LV)

## ℞ DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Catvlo. Cum in rem actioni possessio pariat aduersarium, alienatione etiam iudicii mutandi causa celebrata in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur, intellegis, quod si rem, ne secum agatur, qui possidebat uenumdedit et emptori tradidit, quem elegeris conueniendi tibi tributam esse iure facultatem. D. vi k. Dec.[1] Viminacio CC. conss. [B 10, 37, 13] a. 294

## LV (LVI)

## ℞ DE RECEPTIS ℞

1 Imp. Antoninvs A. Nepotianae. Ex sententia arbitri ex compromisso iure perfecto aditi appellari non posse saepe rescriptum est, quia nec iudicati actio inde praestari potest et ob hoc inuicem poena promittitur, ut metu eius a placitis non recedatur. sed si ultra diem compromisso comprehensum iudicatum est, sententia nulla est, nec ullam poenam committit qui ei non paruerit. PP. viiii k. Avg. Romae Antonino A. iiii et Balbino conss. [B 7, 2, 53] a. 213

*P* (53, 2...5. 54. 55) *L* (*ut P*) *C* (*transponit* 53, 5. 4) *RM*

[1] Oct. (*Mommsen*)?

1 idem] imp. (impp. *P*) alex. a. *PL* | arbitrium $R^a$ | tui] tuam $C^a$ 2 quod sub] quia $PL^a$, quia sub $L^b$, quo sub $M^a$ | ueritatem *PL* 3 *s. a. Hal. PL* | xiii k.] xuiii *P* | laeto et cereale (cereali *Hal.*) conss.] et cereale *PL* 5 dioclitiano et maximiano $R^a$ | aa.] a. *P*, aa. et cc. *CR* | decurione *M*, *om. C* 7 *s. a. Hal. et PL ad c.* 4: *hoc loco PL habent subscriptionem c.* 5 | d.] pp. *PL* | diocl.] diod. *PL* | a. ii *om. Hal.* | aristobole *P* | conss. *om. PL* 8 aa.] aa. et cc. *CR* | publico $P^a$ 9 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 3 | a. ii *om. Hal.* 10 aa. et cc.] a. *S*, aa. *PL*, a. a cesare *M* | lucinniano *L*, licimiano *C*, liconiano *R* | ac] *PLC*, et *RM* | captus] captus es *RM contra B* ληφθέντες μετὰ ταῦτα 11 his ibi] ibi is $M^a$, ibi $M^b$ | defunctus $C^a$ 13 obiti *R* | *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 3 | d. xvi] xiii *PL utroque loco* | k. *om. P ad c.* 3 15 de causa facta de alien. iud. mut. $PL^a$ 16 dioclitiano et maximiano *R* | aa. et cc.] aa. *S*, a. et c. *P*, aa. et c. *L* | catulio *CR* 17 actioni p. p. aduersarium] $L^bR^b$, actionem (actiaccionem $P^a$, actio** $R^a$, action* $M^a$) p. p. aduersario $PL^aCR^aM$: ἡ ... ἀγωγὴ ἀντίδικον ὑμῶν οἶδε τὸν νεμόμενον *B* | alienationem $R^a$ | iudicii *om.* $L^a$ | mutanda $P^a$ 18 permittitur $PL^aR^b$ 19 possidebit $P^a$ 20 iuris $PL^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* | uiminantio *PL*, uiminatii *Hal.* | cc. *om. PL* 22 de receptis arbitris *R contra BΣ* 21, 1, 44. 22, 5, 11 *p.* 539 23 impp. *P* | constantinus *S* | nepotentianae *M* | sentia $R^a$ | iure perf. aditi] $P^b$, iure perf. addicti $CRM^b$, iure perf. a*dicta $M^a$, iure adita $P^a$, addicti (ad*** $L^a$?) iure perf. *L* 24 appellare *PLCRM* 25 permittatur $M^a$ 27 apparuerit $P^a$ | *s. a. Hal. PL* | viiii] xi *PL* | a. iiii et balbino] iii et balbo *PL*

2 Imppp. Carvs Carinvs et Nvmerianvs AAA. Clementi. Si contra com- B 7, 2, 54
promissum aduersarius tuus apud electum arbitrum praesentiam sui facere detrectauit, pla-
citae poenae uidetur obnoxius. PP viii k. Ian. Caro et Carino conss. a. 283

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Petroniae. Arbitrorum B 7, 2, 55
ex compromisso sententiae non obtemperans, si sordes uel euidens gratia eorum qui arbi-
trati sunt intercessit, aduersus filiam tuam agentem ex stipulatu exceptione doli mali uti
poteris. sed et ex doli clausula, quae compromissi stipulationi subici solet, filiam tuam
conuenire non uetaberis. PP. iii id. Ian. ipsis AA. conss. a. 293

4 Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. Ne in arbitris cum sacramenti religione eli-
gendis periurium committatur et detur licentia perfidis hominibus passim definitiones iudi-
1 cum eludere, sanctissimo arbitrio et huiusmodi rem censemus esse componendam. Si igitur
inter actorem et reum nec non et ipsum iudicem fuerit consensum, ut cum sacramenti
religione lis procedat, et ipsi quidem litigatores scriptis hoc suis manibus uel per publicas
personas scripserint uel apud ipsum arbitrum in actis propria uoce deposuerint, quod sacra-
mentis praestitis arbiter electus est, hoc etiam addito, quod et ipse arbiter iuramentum
praestitit super lite cum omni ueritate dirimenda, eius definitionem ualidam omnimodo
custodiri et neque reum neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus
2 oboedire ei compellantur. Sin autem de arbitro quidem nihil tale fuerit uel compositum
uel scriptum, ipsae autem partes litteris hoc manifestauerint, quod iuramenti nexibus se
illigauerint, ut arbitri sententia stetur, et in praesenti casu omnimodo definitionem arbitri
immutatam seruari, litteris uidelicet eorum similem uim obtinentibus, siue ab initio hoc
fuerit ab his scriptum uel praefato modo depositum, dum arbiter eligebatur, siue post de-
finitiuam sententiam hoc scriptum inueniatur, quod cum sacramenti religione eius audien-
3 tiam amplexi sunt uel quod ea quae statuta sunt adimplere iurauerunt. Sed et si ipse
solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus et uel scriptis uel depositionibus, ut dictum est,
manifestum facientibus praestiterit iuramentum, quod cum omni ueritate liti libramenta
imponat, similem esse etiam in praesenti casu prioribus eius definitionem et eam omnimodo
4 legibus esse uallatam. Et in his omnibus casibus liceat uel in factum uel condictionem ex
5 lege uel in rem utilem instituere, secundum quod facti qualitas postulauerit. Sin autem in
scriptura quidem aut depositione nihil tale appareat, una autem pars edicat iuramentum
esse praestitum, quatenus arbitrali stetur sententia, huiusmodi litigatorum uel solius arbitri
sermones minime esse credendos, cum et, si quis iusiurandum datum esse non iudice sup-
posito nec hoc scriptura partium testante concesserit, incerti certaminis compositio, quae
inter homines imperitos saepe accidit, non aliquid robur iudicatis inferat, sed in huiusmodi
6 casu haec obtineant, quae ueteres super arbitris eligendis sanxerunt. Si quis autem post
arbitri definitionem subscripserit ἐμμένειν uel στοιχεῖν uel πληροῦν uel πάντα ποιεῖν uel διδόναι
(Graecis enim uocabulis haec enarrare propter consuetudinem utilius uisum est), etsi non
adiecerit ὁμολογῶ, et sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere quibus

*P* (55, 2) *L* (55, 2) *CRM*

1 impp. *PLRM*$^a$ | carinus et carus et *M* | numerius *S*, nūm̄t. *R*, numerarius *M* | aaa.] a. *PL* 2 arbitrium *L*$^a$ | detractauit *CRM* | placitis (*uel* placitae) poenis *R*$^a$ 3 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 5 4 et cc. *om. SR* 5 arbitri *M* 6 intercesserit *R* | agentem] agitarem *R*$^a$ 7 sed et] *R*$^b$ *cum B* ἀλλὰ καί, sed *CR*$^a$*M* | stipulatione *C*$^a$ 8 dubitaueris *C* | *s. a. Hal.* | aa.] aa. et *Hal.* 9 demontheni *R* 10 definitiones iudicum] per definitiones iudicium *R*$^a$ 11 ludere *M* | et *om. M*$^a$ 13 plubicas *M* 14 scripserunt *C* | sacramentis] sacris *R*$^a$ 17 et] censemus et *C*$^a$: cens. et n. reum *del. C*$^b$ | auctorem *R*$^a$ 18 arbitrio *R* 21 mutatam *R*$^a$, inmotam *M*$^a$ 22 ab his *om. M*$^a$ | debebatur *R*$^a$ | siue post] pu. *M*$^a$ | definitam *R* 24 curauerint *C* | et si *om. R*$^a$ | ipse] ip *M*$^a$ 25 et uel] *CR*$^b$*M*$^a$, uel *M*$^b$, et uel sine *R*$^a$ | dictum] scriptum *R*$^a$? 27 causa *R*$^a$?*M* 29 instituere] *CR*$^a$, actionem inst. *R*$^b$, inst. actionem *M* 30 edicat] *CR*$^b$*M*$^b$, se dicat *R*$^a$, dicat *M*$^a$ 31 praestitutum *R*$^a$ | arbitrati *C* 32 credendos esse *M* | quid *R* 33 incerti *om. M*$^a$ 34 robur] *T*$^b$, rubor *T*$^a$, rebus *CR*$^a$*M*$^a$, robus *R*$^b$, robur rebus *M*$^b$ 35 senserunt *C* 36 subscripserunt *C* | ἐμμένειν ... διδέναι] *Cuiacius*, ЄMMЄNIN uelo TOIXЄIM uel NANPORY(*uel* et *pro* Y)N uel NANTANO·YM uel DIUONAI *R*, emmenoi einuestoinechein uel ΠAHPOYN uel nantanoien uel aiaonai *M*, ЄMMЄNIM uel CTOIXЄIN uel ΠAHPOYN uel ΠANTAΠOIЄIN uel AIΛONAI *Taurin. F II* 15, *om. C* 37 gregis *M*$^a$ | etenim *R* | narrare *R* 38 omologos *C*, OMOΛOΓΩ *R*, OMOΔOΠOI *M* | compell'i *R*

consensit. qualis enim differentia est, si huiusmodi uerbis etiam ὁμολογῶ adiciatur uel
7 huiusmodi uocabulum transmittatur? Si enim uerba consueta stipulationum et subtilis,
immo magis superuacua obseruatio ab aula concessa est, nos, qui[1] nuper legibus a nobis
scriptis[2] multa uitia stipulationum multasque ambages scrupulososque circuitus correximus,
cur non et in huiusmodi scriptura totam formidinem ueteris iuris amputamus, ut, si quis
haec scripserit uel unum ex his, adquiescere eis compellatur et ea ad effectum omnimodo
perducere? cum non est uerisimile haec propter hoc scripsisse, ut tantum non contradicat,
sed ut etiam ea impleat, aduersus quae obuiam ire non potest. Recitata septimo mi-
liario in novo consistorio palatii Ivstiniani. d. iii k. Nov. Decio vc. cons. a. 529
5 [3]Idem A. Ivliano pp. Cum antea sancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neque
poena compromissi uallabat neque iudex dederat, sed nulla praecedente sententia communis
electio, ut in illorum sententia stetur, procreabat, si quidem pro parte pulsata forma arbi-
tralis procederet, exceptionem ei ueluti pacti generari, sin autem pro actore calculus po-
neretur, nihil ex eo procedere ei praesidii: sancimus in eos arbitros, quos praediximus
et quos talis consensus elegerit sub eo pacto in scriptis uel non in scriptis habito, ut
eorum definitioni stetur, si quidem subscripserint, postquam definitio procedit, quod non
displicet ambabus partibus eorum sententia, non solum reo exceptionem ueluti pacti gene-
rari, sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem, quatenus possit sententia eius
exsecutioni mandari, sed[4] in hac quidem regia ciuitate ab officio eminentissimae praefecturae
uel eius, cuius forum pars sequitur fugientis, in prouinciis autem tam per moderatores quam
1 apparitiones eorum, uel per iudices, quorum regimen pars pertimescat pulsata. Sin autem
minime quidem post sententiam subscripserint arbitri formam amplecti, sed silentio eam
roborauerint et non intra decem dies proximos attestatio missa fuerit uel iudici uel aduer-
sariis ab alterutra parte, per quam manifestum fiat definitionem non esse amplectendam,
tunc silentio partium sententiam roboratam esse et fugienti exceptionem et agenti memora-
2 tam actionem competere. Altera autem parte recusante secundum praefatum modum et
implere statuta minime cupiente nihil fieri praeiudicium neque pari uel exceptionem reo
uel actori actionem, exceptis uidelicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt
secundum nouellam nostri numinis constitutionem[5]: tunc etenim ea omnia seruari, quae
3 (1) lege nostra super huiusmodi audientia definita sunt. Licet non ignoramus Iulii Pauli opi-
nionem et aliorum prudentium certorum, qui tetigerunt quidem huiusmodi quaestionem,
quam in praesenti adgredimur, non autem perfectissime peregerunt, sed usque ad quasdam
temporales actiones standum esse existimauerunt, plenius tamen et generaliter definimus
conuentum in scriptis apud compromissum iudicem factum ita temporis interruptionem in-
4 (2) ducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. Ad haec [ΒΣ 21, 1, 44. 22, 5, 11 p. 539]
generaliter sancimus in his, quae apud compromissarios acta sunt, si aliquod in factum
respiciens uel professum est uel attestatum, posse eo et in ordinariis uti iudiciis. D. vi
k. April. Constantinopoli Lampadio et Oreste vv. cc. conss. a. 530

*CRM*

---

[1] ab aula c. est nos qui] aboleri c. est nosque (*Mommsen*)? [2] 6, 23, 25. 8, 37, 11 [3] *iunge* 4, 20, 20 [4] et? [5] *c.* 4 *h. t.*

---

1 omologos *C*, ΟΜΟΑΓΟ $R^a$, ΟΜΟΑΟΓΟ $R^b$, ΟΜΟΛΟΙω *M* 2 subtalis $M^a$ 3 nos] nosque $M^a$ 4 scrupulosque $R^a$ 5 in *om.* *C* | totam *om.* $R^a$ 6 eis *om.* *R* 7 producere $CR^aM$ | est] est ei *R* | haec] hoc *R* 8 sed] sed et *C* | *s. a. Hal.* *M* | recitata ... 9 iustiniani *M*, *om. Hal.* 9 d. iii ... cons. *om.* *M* 10 idem] impr. iustinianus *S* | pp. *om.* *M* | sanctum $R^aM^a$ | fuerit *M* 11 poenam *C* | communis ... 12 sententia *om.* $R^a$ 13 praecederet $R^a$ | exceptionem ei] exceptio $M^a$ | proponeretur *C* 14 praecedere *R* | praesidium *C* 15 talis] **tali $R^a$ | uel non in scriptis *om.* $R^a$ 16 subscripserat *C* 17 ambabus] ab aliis $R^a$ | generi $R^a$ 18 nomine *CRM* 22 arbitrio $R^a$ 23 attestatio ... aduersariis (—rio $R^b$)] adtestationis $R^a$ 24 fiat] ei fiat *C* 26 competente $R^a$ 27 parari $M^a$ 29 nominis *CRM* | opinonem $R^a$ 31 certorum] $R^aM^b$, ceterorum $R^cM^a$, certatorum $R^b$, et ceterorum *C* 32 apertissime *C* 34 interruptione *R* 35 ad haec] $M^b$, hec $M^a$, hoc *CR* 36 actitata $M^b$, ac***ta $M^a$, *om.* $R^a$ | si *om.* $R^aM^a$ 37 attestatum] adprobatum *C* | et *om.* *M* | *s. a. Hal. Contius* 1562 *et PL ad c.* 2 38 april. const.] *PL Contius*, *om. Hal.* | lampadio] inamp. *PL* | uu. cc. conss.] a. c. ss. *P*, a. c. conss. *L*

6 Idem A. Iohanni pp. Sancimus mulieres suae pudicitiae memores et operum, [B 7, 2, 56] quae eis natura permisit et a quibus eas iussit abstinere, licet summae atque optimae opinionis constitutae arbitrium in se susceperint uel, si fuerint patronae, inter libertos suam interposuerint audientiam, ab omni iudiciali agmine separari, ut ex earum electione nulla poena, nulla pacti exceptio aduersus iustos eorum[1] conuentores habeatur. D. k. Sept. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestae. a. 531

## LVI (LVII)
## ℞ DE SATISDANDO ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Non est iuris incerti [B 7, 14, 17] eum, qui apud acta factus est agentis procurator, non compelli ratam rem dominum habiturum satisdare: hoc enim casu ueluti praesentis procuratorem interuenire [cf. Dig. 3, 3, 65]
1 intellegendum est. Itaque etsi postea mutata uoluntate procuratorem esse noluerit, tamen
2 iudicium, quo quasi procurator expertus est, iudex ratum habere debebit. Sin autem ei ab aduersario opposita fuerit in ipso litis exordio defensionis adlegatio, etiam ipse quasi absentis in hac parte procurator satisdationem super excipienda lite praestare cogitur, qua non praecedente lis quae ei mandata est ulterius procedere a iudice non con-
3 ceditur. Rei autem procurator uel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine iudicatum solui satisdationem in omnibus causis praestare cogitur. D. viiii k. Nov. CC. conss. a. 294

## LVII (LVIII)
## ℞ DE FORMVLIS ET IMPETRATIONE ACTIONVM SVBLATIS ℞

1 Impp. Constantivs et Constans AA. Marcellino praesidi Phoenice. Iuris formulae aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur. D. x k. Febr. Constantio iii et Constante ii AA. conss. a. 342
2 [2]Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Hierio pp. Nulli [Th. 2, 3, 1 B 7, 14, 18] prorsus non impetratae actionis in maiore uel minore iudicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei et proposito negotio competentem eam esse constiterit. D. x k. Mart. Constantinopoli Tavro et Felice conss. a. 428

*P* (55, 6. 56) *L* (55, 6. 56) *CRM*

[1] reorum (*Mommsen: u. i.*)? [2] *iunge* 5, 3, 17. 5, 4, 22. 5, 11, 6. 6, 18, 1. 6, 24, 11. 6, 61, 2

1 idem] impr. iustinianus *S* | a.] aaa. *PL* | iohannes *R* 2 atque (et *C*) optimae *om.* $PL^a$ 3 susceperunt *RM* | inter] $RM^a$, et inter $PLCM^b$ | liberos $P^a$ 4 interposuerunt *CRM* | eorum $PL^aCRM^c$ 5 eorum (earum $P^bLM$) conuentores] earum contemptores *E*, ποινῆς ἀπαίτησιν ἢ παραγραφὴν τοῖς δικαζομένοις *B*: *uox* conuentor *suspecta est, cum uix alibi extet* | *s. a. PL Miraeus* 6 constant. ... orestae] cp. cp. p. sū. lamp. et horeste *P*, cp. p. sūlamp. et horeste *L*, constantinopo. lampadio et oreste conss. *Mir.* 8 satisdicendo $R^a$ 9 aa. et cc.] aa. *SM*, a. et c. *P*, aa. et c. *L* 10 procurator] cur*or $L^a$ | compellendi $P^a$ 12 etsi] ut si $R^a$, e* si $M^a$ | procurator $P^bLC^n$: εἰ καὶ ... ὁ δεδωκὼς αὐτὸν ἐντολέα ἀνακαλέσεται τὴν πρὸς αὐτὸν ἐντολήν *B* | uoluerit $P^a$, nouerit $M^a$ 13 ratam $P^a$ 14 aduers.] adu. suo *CRM* 16 qua] quasi $P^a$, quia $R^a$ | litis *L* | procecedere *P* | condicetur *R* 17 etiam] uel etiam $PL^a$ | gestorum] actorum $P^bL$ 18 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 57, 2 21 impetrationem *S*, interpretatione $R^a$ 23 impp. constantinus et constans aa. *C*, impp. c. a. (a. *om.* $R^b$) et constantius augusti *R*, imp. constans a. *M* | pheniciae *R* 24 aucupationi $R^b$, **cupationi $R^a$ | *s. a. Hal.* 26 ualentinus *R*, ualerius *M* | gerio *M* 28 eam *om.* *R* | extiterit *M* | *s. a. Th. Hal. M, ubi scripta est post* 58, 1 *inscr., et PL ad* 56, 1 | mart. const.] maii *Hal.*, mar. *M* 29 tauro et felice (—ci *M*)] *PLM*, felice et tauro *Th. Hal.*

# LVIII (LVIIII)

## ℞ DE IVREIVRANDO PROPTER CALVMNIAM DANDO ℞

1 [1]IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. In omnibus causis, siue propter B 7, 14, 19
litteras fuerit certatum siue propter instrumenta siue propter quicquam aliud, in quo
necessitas probationis incumbit, sancimus non aliter easdem probationes praestare compelli,
nisi prius qui eas exposcit iuramentum de calumnia praestauerit, quod non causa diffe-
rendi huiusmodi proposuit adlegationes: nam sacramenti timore contentiosa litigantium
1 instantia compescitur. Ne autem perperam in quaestionem seruorum quidam uenientes sui
animi crudelitatem exerceant, non aliter concedi eis qui quaestionem seruorum exposcunt
ad hoc uenire uel a iudicibus audiri, nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant, quod
non odio seruorum uel propter offensas coheredum ad hoc uenerunt, sed quia aliter rerum
hereditariarum ueritatem exquirere uel ostendere non possunt. D. XII K. OCT. CONSTAN-
TINOPOLI [2] DECIO VC. CONS. a. 529
2 [3]IDEM A. IVLIANO PP. Cum et iudices non aliter causas dirimere concessi- B 7, 14, 20
mus nisi sacrosanctis euangeliis propositis et patronos causarum in omni orbe terrarum,
qui Romano imperio suppositus est, prius iurare et ita perferre causas disposuimus [4]: ne-
cessarium duximus et praesentem legem ponere, per quam sancimus in omnibus litibus,
quae fuerint post praesentem legem inchoatae, non aliter neque actorem neque fugientem
in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem et responsionem, antequam
utriusque partis aduocati sacramentum legitimum praestent, ipsae principales personae
subeant iusiurandum. et actor quidem iuret non calumniandi animo litem mouisse, sed
existimando bonam causam habere: reus autem non aliter suis adlegationibus utatur, nisi
prius et ipse iurauerit, quod putans se bona instantia uti ad reluctandum peruenerit; et
postea utriusque partis uiros disertissimos aduocatos, quod iam dispositum est a nobis,
1 iusiurandum praestare, sacrosanctis uidelicet euangeliis ante iudicem positis. Sin autem
2 [1]IMP. CONSTANTINVS A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Si quis alterius nomine quolibet modo possidens immobilem rem litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, debet statim in iudicio dominum nominare, ut, siue in eadem ciuitate degat siue in agro siue in alia prouincia sit, certo dierum spatio ab iudice finiendo eoque ad notionem eius perducendo, uel ipse in locis in quibus praedium situm est perueniens uel procuratorem mittens actoris
1 intentiones excipiat. Si uero post huiusmodi indultum tempus minime hoc quod dispositum est facere maluerit, tamquam lite quae ei ingeritur ex die, quo possessor ad iudicium uocatus est, ad interrumpendam longi temporis praescriptionem contestata iudex, utpote domino possessionis nec post huiusmodi humanitatem sui praesentiam faciente, edictis legitimis proponendis eum citare curabit et tunc in eadem uoluntate eo permanente negotium summatim discutiens in possessionem rerum actorem mitti non differet, omni adlegatione absenti de principali quaestione seruata. D. X K. AVG. BASSO ET ABLABIO CONSS. a. 331

3 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. Actor rei forum, [B 7, 5, 82] siue in rem siue in personam sit actio, sequitur. sed et in locis, in quibus res propter quas contenditur constitutae sunt, iubemus in rem actionem aduersus possidentem moueri. D. X K. IVL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO ET BAVTONE CONSS. a. 385

*P* (18. 19, 3: 19 ℞ 1. 2 *post* II 49, 1) *LCRM*

---

[1] *iunge* 1, 21, 3 *et quae ibi laudantur*

---

2 conueniantur *M* | promittit *PL* 4 impp. *P* | eraclee *S*, heracliae *C* 5 facerit $P^a$ | loco] co $L^a$ 7 *s. a. Hal. PL* | d. VI id. mart.] pp. u id. (u idid. $P^a$) mai. *PL* | II *om. Hal.* 9 exiberi $SM^a$ | debet] *SRM*, debeat *C*, debeat uel esse queat *P*, debeat uel queat *L* 10 et cc. *om. SR* | penebracio *PL* 12 dominum $M^a$ 13 intellegis $PL^bM^b$, intellegas $L^a$? 14 personam *om.* $R^a$ 15 quam $M^a$ | aliam prouintiam *M*, prouincia *om. PL* | *s. a. Hal.* 16 impp. *PR* | ad uniuersos] ad *PL*, aduersus *R* 18 ut *om.* $PL^a$ | eodem] edem $M^a$ 19 eaque $R^a$ | nouationem $L^a$, notationem $R^a$? 20 auctoris $P^a$ 21 excipiat] *W*, excipiet *PLCRM* | si] $P^aC$, sin $P^bLRM$ | quod *om.* $P^aM^a$ 22 uoluerit *PL* | die] qie $L^a$ 23 interupendam *P* 24 huiusmodo *L* | proponendis] faciendis $PL^t$ 25 uoluntatem $M^a$ | eo] $R^bM$, eodem $PLCR^a$ | summatum $M^a$ 26 differret *M* 27 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 3: *in M post inscriptionem c.* 3 *adest* basso et albino: d. k. aug. pp. k. sept. constant. *leges iungendae* 28 impp. *PLCR* | ualentinus *CM*, et ualerius *R* | aa. *SC, om. P:* basso et albino *addit M* (*ex subscr. c.* 2) 29 et *om.* $PL^a$ 31 *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 | x] xuii *PL* | constantinopoli ... conss.] const. a. *PL*, constant. *om. Hal.*

## XX

## ℞ VBI DE HEREDITATE AGATVR ET VBI SCRIPTI HEREDES IN POSSESSIONEM MITTI POSTVLARE DEBENT ℞

1 [1] IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. MESSIAE. Illic, ubi res hereditarias [B 7, 5, 83] esse proponis, heredes in possessionem rerum hereditariarum mitti postulandum est. ubi autem domicilium habet qui conuenitur uel, si ibi ubi res hereditariae sitae sunt degit, hereditatis erit controuersia terminanda. PP. VII K. MAI. SAECVLARE ET DONATO CONSS. a. 260

## XXI

## ℞ VBI AGI OPORTET DE RATIOCINIIS TAM PRIVATIS QVAM PVBLICIS ℞

1 [2] IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. *AVRELIO* GERONTIO. [B 7, 5, 84] Eum, qui aliena negotia siue ex tutela siue quocumque alio titulo administrauit, ubi haec gessit, rationem oportet reddere. S. XIIII K. SEPT. AA. CONSS.[3] a. 293

2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MACEDONIO MAGISTRO MILITVM. Nemo [B 7, 5, 85] post depositum cingulum priuatae uitae redditus ob negotium, quod militiae causa est ei exortum, praestandi ratiocinii gratia eius numeri, in quo militauit uel quem ipse gessit, a quocumque pulsatus, fori praescriptionibus utatur. unumquemque enim super huiuscemodi causis, id est publicis, quas dum militaret exercuit, super ratiociniis militaribus, per quae suos contubernales adflixisse adseritur, in militari oportet iudicio respondere, in quo et instructio sufficiens et nota testimonia et uerissima possunt documenta praestari. D. PRID. K. IVN. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

## XXII

## ℞ VBI CAVSA STATVS AGI DEBEAT ℞

1 IMP. ALEXANDER A. AVRELIO ARISTOCRATI. Quae a te, cum tibi seruiret, [B 7, 5, 86] refugit et in aliam prouinciam se contulit, libertatem sibi uindicans non iniuria eo loco

*A*$^{ul}$ (22 ℞ 1) *P* (*om.* 21, 2) *L* (*om.* 21, 2) *CRM*

---

[1] *iunge* 8, 1, 2 [2] *iunge* 4, 50, 7. 7, 72, 9 [3] Diocletiano VII et Maximiano VI AA. conss. (= a. 299) 7, 72, 9 (*u. i.*)

---

2 herteidate *S* (*Heimbach*) | scriptum haeres *S* 3 possessione *M* | debet *S*, debeant *R* 4 ualerius *C*, ualt. *PL* | gallianus *M* 5 hereditarium *L*$^{t}$ 6 dominicalium *P*$^{a}$ | habeat *PL* | sunt] *W*, sint *PLCRM* 7 hereditariis *P*$^{a}$ | erit] egit *R*$^{a}$ | terminandi *R*$^{a}$ | *s. a. Hal. PL* | pp.] d. *Hal.* | seculari *Hal.* 9 tam publicis quam et priuatis *S* 11 aa. *om. R* | et cc. *om. S* | aurelio *suppleui ex* 4, 50, 7 | gerontio] *SM*, generatio *PL*, gerentio *C*, genrentio *R* 12 quacumque *R*$^{a}$?, ** quacumque *M*$^{a}$, ex quocumque *M*$^{b}$ 13 *s. a. M cum* 7, 72, 9: *in PL est subscriptio c.* 2: *apud Hal. est* d. VII k. aug. annibalione et asclepiodoto coss., *quod et ipsum fortasse ex c.* 2 *uenit, ubi consules omittit, ut inuento in Egnatiano libro nomine solius Asclepiodoti propter inscriptionem restituerit consules anni* 292 | aa.] *ita etiam ad* 4, 50, 7 *legisse Iustinianos ex ordine constitutionum constat* 14 theodisius *R*$^{a}$ | aa. maced. *om. M* | machedonium magistri *S* | militi *M* 15 post] potest *C*$^{u}$ | uitae *om. M*$^{a}$ | ei exortum est *M* 16 raiionii* *M*$^{a}$ 17 huiusmodi *RM* 18 id est publicis] ἕκαστος γὰρ περὶ δημοσίων αἰτιῶν *B* | rationis *M*$^{a}$ 19 afflixisse *R*$^{a}$, adstixisse *M* 20 *s. a. Hal. M et PL ad c.* 1, *fortasse et Hal. ad c.* 1 (*ubi uide*) | prid.] II *Hal.* 21 iun.] ian. *M* | constant. ... mariniano] cons. ācledoto (cons. cledo** *L*) et marino *PL*, asclippiodoto et marin. *M*, *om. Hal.* 23 status causa *M* | debet *S* 24 impp. *PR* | aurelio] *C*, aureliu *R*$^{b}$, aur. *PLM*, *om. SA*, *deficit R*$^{a}$ | aristograti *ACR*$^{b}$*M*, arestograti *S*, aristogratis *PL*, *deficit R*$^{a}$ | seruire *R*$^{a}$ 25 aufugi*t *M*$^{a}$ | iniuria] iuri *A*

litigare compellenda est, unde quasi fugitiua recessit. ideoque remittere eam in qua seruiret praeses prouinciae qui eo loco ius repraesentat curae habebit: sed non ubi deprehensa est audiri debet. PP. XIII K. SEPT. POMPEIANO ET PELIGNO CONSS. a. 231

2 IMP. DECIVS A. ET DECIVS *ET* QVI*N*TVS *CC.* FELICI. Procuratores nostros status causas examinare non posse omnibus notum est. PP. K. DEC. DECIO A. II ET GRATO CONSS. a. 250

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ZENONID*I*. Si in possessione libertatis constituta es, cum in status etiam quaestione actor rei forum sequi debeat, ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit quae ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur. D. PRID. ID. APRIL. BYZANTIO AA. CONSS. [B 7, 5, 87] a. 293

4 IDEM AA. ET CC. SISINNIAE. Si ex possessione seruitutis in libertatem quis proclamat, ibi agi oportere status causam, ubi domicilium constitutum habet qui se dominum dicit, non est ambigui iuris. D. II NON. MART. BYZANTIO[1] CC. CONSS. [B 7, 5, 88] a. 294

5 IDEM AA. ET CC. DIOGENI PRAESIDI INSVLARVM. Iam dudum a nobis statutum est, ut, si quae causae libertinitatis et seruitutis in prouinciis inter fiscum et priuatos exorerentur, ad rationalem uel magistrum priuatae rei, hoc est unde mota est quaestio, remitterentur, si quae uero ingenuitatis essent, a rectore prouinciae examinarentur. D. IIII NON. AVG. CC. CONSS. a. 294

6 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. In litibus, in quibus utrum ingenuus an libertinus sit aliquis quaeritur, quinquennii diuisionem, post quod diuino auditorio opus esse ueteres leges praecipiebant, in posterum cessare sancimus et huiusmodi lites etiam post memoratum tempus ad exemplum ceterarum uel in prouinciis apud earum moderatores uel in hac alma urbe apud competentia maxima iudicia examinari. quod etiam, si clarissima persona super tali condicione uel etiam seruili quaestionem patiatur, tenere censemus. D. III NON. AVG. [B 7, 5, 89] a. 528 uel 529

# XXIII

## ℞ VBI QVIS DE CVRIALI VEL COHORTALI ALIAVE CONDICIONE CONVENIATVR ℞

1 [2]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTI*NO* PV. Si quis uel curiae uel officiis iudicum aut aliis quibuscumque corporibus obnoxius intra prouinciam ab his erit quos aufugerat comprehensus, non expectata eius iudicis notione, sub quo per ambitum coeperat militare, penitusque emendicati honoris praescriptione submota ab iudice, qui in locis

$A^{ul}$ (22 ℞ 1. 4) *P* (22 ℞ 1. 2. *et* 22, 3...5 *post* 26, 1) *L* (22 ℞ 1. 3. 4. 2. 24 ℞ 1. 22, 5) *CRM*

[1] *Mommsen in loco erratum censet* [2] *iunge* 10, 32, 48 *et Th.* 6, 2, 15. 12, 1, 153...155

1 qua] *APLRM*$^a$, prouincia qua *CM*$^b$, prouincia in qua *M*$^c$ 2 presentat *M*$^a$ | reprehensa *APL* 3 uideri *P*$^t$*L*$^t$ | *s. a. Hal. PL* | XIII] xii *PL* | pompeio et religno (relig. *L*) *PL* 4 imp. (impp. *P*) ant. a elidoro *inscribunt* (*ex* 26, 4) *PL* | et quintus cc.] coetus c. *S*, quietus c. *CRM* | felici] felici procuratori nostri (*ex initio legis*) *S* | causam *PLC* 5 *s. a. Hal. PL* | decio a. II et grato] aa. a. ii et grto *P*, aaa. ii et grto *L* 6 et cc. *om. SM* | zezonide *S*, zenoniae *PLCRM*, senodide *W* | si *om. L*$^a$ | possessionem *PL*$^a$*CR* 7 es] est *PL*$^t$*CR* | questionem *PLCM*$^a$ 8 consistat *C* 9 *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* | prid. id. apr. byz.] *PL*, II id. maii *Hal.* | aa. *om. PL* 10 aa. et cc.] aa. a. cc. *P*$^a$, a. *S* | sisinne *S*, sifinniae *C*, sinme *M* | positione *A* 11 ibi] ubi *P*$^a$ | oportet *C* | habeat *A* 12 *s. a. Hal.: in L extat* d. 13 aa. et cc.] a. *S* | praesidi] praefec. *C, deficit M*$^a$ | est *om. R* 14 exorirentur *CRM*$^b$ 15 rei *om. PLR*$^a$*M*$^a$ | est] esset *M* 16 examinarent *P* | *s. a. Hal. PL* | d.] pp. *PL* 17 cc. *om. PL* 18 impp. *P* 19 quod *om. P* | adiutorio *C*$^a$, *cf. Dig.* 40, 14, 2. 4 20 esset *C*$^a$ 21 eorum *M*$^a$ 23 uel *om. P* | questione *PC*$^a$ 24 *s. a. Hal.: in P est subscriptio* 23, 2. *subscriptio Haloandrina uereor ne corrupta sit, cum die III non. Aug. annorum* 528 *et* 529, *in quos incidit Menae praefectura, nullae praeterea constitutiones datae sint: fortasse fuit* d. III id. Dec. Constantinopoli dn. Iustiniano pp. A. II cons. (*a.* 528), *ut iungendae sint* 4, 32, 26. 7, 39, 8 26 de *om. R* | consortali *M* | aliaue] uel *S* 27 conuenitur *S* 28 florentio *S*, floro *CR*, flore *M* | pu.] pp. *S*, po. *M* 30 notitia *CR* 31 ab] a *C*$^b$*R* | quis *R*

aditus fuerit, audiatur manifestarumque rerum probatione conuictus eorum societati quos declinauerat adgregetur. D. XII K. AVG.[1] MEDIOLANI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

2 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PP. Hac per- [Nou. Theod. 7, 2 mut.] petua lege sancimus prouincialibus iudiciis non posse fori praescriptionem opponere eos, qui ad curiam uocantur uel cohortalibus deberi dicuntur officiis uel aliis corporibus obnoxii sunt, eos etiam, qui superexactiones uel concussiones perpetrasse firmentur: exceptis uidelicet his qui armata militia praediti sunt, uel aliis qui spe- [Nou. Theod. 7, 3 mut.] ciali beneficio principali sese defendant, ita tamen ut, cui ex militari- [Nou. Theod. 7, 4 mut.] bus uiris curiae nomen uel cohortalis officii quaestio ingeratur, rector prouinciae super eius nomine tam ad sedem tuae magnificentiae quam ad magisteriam uel ad competentem referat potestatem, ut hi, qui uelut debiti postulentur, prouinciali iudicio destinati
1 ibi euentum iudicii expectent, ubi iura moueri praecipiunt huiusmodi quaestiones. Super publicis autem functionibus et debitis nemini liceat fori praescriptionem opponere praeter
2 eos qui specialiter excepti sunt. Ceteros excelsae tuae sedis et rectorum prouinciarum in quolibet negotio declinare minime posse iudicium decernimus, ita ut, [Nou. Theod. 7, 2 mut.] qui tam saluberrimam legem pertinaciter uiolare temptauerint, sciant a moderatoribus prouinciarum aduersus se tamquam in contumaces sententiam proferendam. D. XI K. OCT. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO A. V ET ANATOLIO CONSS. a. 440

## XXIIII

## ℞ VBI SENATORES VEL CLARISSIMI CIVILITER VEL CRIMINALITER CONVENIANTVR ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD OCTAVIANVM COMITEM HISPANIARVM. [Th. 9, 1, 1 Nomoc. 9, 30] Quicumque non illustris, sed tantum clarissima dignitate praeditus[2] uirginem rapuerit uel fines aliquos inuaserit uel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, *statim* intra prouinciam in qua facinus perpetrauit publicis legibus subiugetur nec fori praescriptione utatur. omnem enim huiusmodi[3] honorem reatus excludit. D. PRID. NON. DEC. SERDICAE ACC. V NON. MART. CORDVBAE GALLICANO ET BASSO CONSS. a. 317

2 [4]IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD SENATVM. Sena- [B 7, 5, 90] tores in pecuniariis causis, siue in hac urbe siue in suburbanis degunt, in iudicio tam praetorianae quam urbicariae praefecturae nec non magistri officiorum (quotiens tamen ad eum nostrae pietatis emanauerit iussio), in prouinciis uero ubi larem fouent aut ubi maiorem bonorum partem possident et adsidue uersantur respondebunt. D. K. MART.[5]

*P* (24 ℞ 1. 2) *L* (24 ℞ 1) *CRM*

[1] Ian. (*loci iungendi*)? [2] quicumque clarissimae dignitatis *Th.* [3] huiusmodi *om. Th.* [4] *iunge Th.* 9, 1, 13 [5] lecta in senatu III id. Febr. Valente v et Valentiniano AA. conss. (*a.* 376: *Th.* 9, 1, 13)?

1 auditus $R^a$ | fuerat $RM^a$? | manifestatu-rumque $M^a$ | quod $C^a$? (*cf. ad u.* 4) 2 *s. a. Hal.* 3 ualentinus *CM* 4 sancimus] sancimus quos declinauerat adgregetur (*ex u.* 1. 2) $C^a$ | prouincialiis *R* 5 curiam] *C Nou.*, curias *RM* | aliis] in aliis *R* 6 firmantur *Nou.* 7 armatae militiae *R* | sint *M* | aliis] ab.is $C^a$ 11 hii *CM* | debita $M^a$ | postulantur *M* 12 ibi] ubi $C^a$ | quaestiones] alias questiones hactiones $M^a$ 14 qui] *C*, et qui *R*, etiam qui *M* 17 *s. a. Nou.* 7, 2 *Hal. P ad* 22, 6 | XI] XII *Hal.*, XII *P uel* $P^a$ 18 constant. *om. Hal.* | ual. a. v et anat. uc. conss. *Nou.*, ual't. aaa. u. et anatorio ss. *P*, cyro uc. cos. *Hal.* 21 conueniatur *PLC* 22 impp. *P* | constantius $M^a$ | a. *om. P* | octauium *PM*, octauum *LC* | spaniorum *S* 23 illustris] *C cum Nomoc.* (κ.π.) συγκλητικός, illustri *PLRM* | uel f. a. inuaserit *om. C* 24 uel in] uel *C* | statim] *Th. cum Nomoc.* (κ.π.) παραχρῆμα, *om. libri* 25 in] sit in $L^a$ | leg. subiug. (subiung. *C*)] *CM Th.*, subiug. leg. *PLR*, νόμοις ὑποβαλλέσθω *Nomoc.* (κ.π.) 26 *s. a. Th. Hal. PL* | prid.] II *Hal.* | serdicae ... 27 cordubae *om. Hal. PL* 28 imppp. (impp. *P*) ualens (ualerius *M*) grat.] impp. grat. *CR* | ualentinus *PM* | aaa.] aa. *SC*, augusti *R* | ad] a *M* 29 hac] hac alma $M^b$ | subarbanis $P^a$ | tam] tamen *P* 31 emanauerat $R^a$ | foueat $C^a$, nouent $M^a$ 32 maiorum $C^a$ | conuersantur $PM^b$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 26, 2 | mart.] mart. ualentiniano a. et neoterio conss. (= *a.* 390) *Contius* 1566, *quod etsi non quadret ad inscriptionem, ex parte uerum esse potest, ut Valentiniani nomen inuenisset Contius in libro suo, suppleuisset alterum*

3 Imp. Zeno A. Arcadio pp. Quotiens uiro forte patricio uel ex patricio uel [B 7, 5, 91] ei, quem praetorianae uel urbicariae amplissimae sedis administratio illustrauit, uel consulari uiro, quem tam ordinaria processio quam sacra nostrae pietatis pariter sublimauit oratio, quiue magisteriae potestatis sudoribus clarus factus est, uel ei, qui magistri officiorum uel quaestoris officio functus aut sacri nostrae pietatis cubiculi praepositus post depositam administrationem senatorio ordini sociatus est, aut cui nostra serenitas domesticorum scholam regendam mandauit cuiue sacros nostri numinis thesauros aut res priuatas nostrae pietatis uel serenissimae Augustae nostrae coniugis gubernandas iniunxit, post depositam uidelicet administrationem crimen publicum priuatumue, cui tamen non per procuratorem respondere liceat, in hac alma urbe uel in prouinciis commoranti ingeratur, nullius alterius iudicis nisi nostrae pietatis huiusmodi esse cognitionem uel sacri tantummodo cognitoris, cui nostra serenitas huiusmodi negotii audientiam uice sua sacris apicibus mittendis mandauerit, ita tamen, ut apud talem iudicem, nullius officii uel scholae intercedente ministerio, more atque habitu sacrarum consultationum absque ulla uidelicet obseruatione dierum fatalium introductae causae uiris deuotissimis sacri nostri scrinii libellensibus sollemnia implentibus, audiantur: eo qui in crimen uocatus erit, ne quas ante probationes iniurias patiatur, sedendi quoque in aliqua secretarii parte, quae iudicibus inferior, alter-
1 cantibus uero superior esse uideatur, habituro licentiam. Adeo autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, ut nec sacro quidem cognitori, nec postquam crimen fuerit patefactum, contra huiusmodi uiros uel eorum substantias statuendi aliquid concedamus facultatem, sed hoc solummodo in huiusmodi uiros uice quoque principis audituro licebit, ut intentatum apud se crimen, si patefactum fuisset, ad principalem referat notionem.
1a Vltionis autem tantis inferendae dignitatibus modus non nisi in principis residebit arbitrio, cum sit certum oportere accusatoris calumniam (reo uidelicet protinus absoluendo) inconsulta quoque nostra serenitate prout leges sanciunt coerceri, nisi forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis: in hoc namque casu super coercenda huiusmodi
2 accusatoris calumnia non immerito consulenda erit principalis auctoritas. Viros autem illustres in hac inclita urbe degentes, qui sine administratione honorariis decorati fuerint codicillis, licet talem praerogatiuam nostrae iussionis meruerint, ut quod non egerint uideantur egisse, in criminalibus causis magnificae tuae sedis et illustrissimae urbicariae praefecturae nec non etiam uiri magnifici magistri officiorum (quotiens tamen ad eius iudicium specialis nostrae pietatis emanauerit iussio) sententiis respondere decernimus, ita ut huius-
2a modi uiri sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi uindicent facultatem. Sciant autem ipsi quoque nec de se uel suis facultatibus iudicaturos aliquid nec probatis criminibus,
3 nisi prius ad nostram pietatem rettulerint, posse statuere. Quotiens autem uiri illustres in prouinciis constituti (non hi tamen, quorum cognitio ad nostram maiestatem uel ad uice nostri numinis auditurum pertineat) in querimoniam fuerint criminalem uocati, et sedendi, cum celebratur cognitio, in secretariis iudicantium ius consequantur et iudices patefactis quoque criminibus ferendis contra huiusmodi uiros uel facultates eorum sententiis abstineant, dum nostrae pietatis ad suas meruerint relationes responsum: supplicio uidelicet, quod accusatoribus patefacta eorum calumnia ingerendum est, nec apud prouinciales iudices, si non, sicut superius dictum est, similem dignitatem habeant, differendo.
D. Constantinopoli. a. 485—486?

*CRM*

---

1 a. *om.* *S* 2 illustrat $C^bRM^b$, illustrat. $C^a$: ἀπὸ ἐπάρχων *B* 4 quiue] qui uel *CR* 5 propositus *M* 6 ordine $C^a$ 7 nominis *CRM* 8 pietatis] partis *CR* | gubenandam $M^a$ 9 publicum ... tamen *om.* *C* 10 licet *R* | nullus $C^a$ 14 more *om.* $M^a$ | consultotionum $M^a$ | obseruationem $C^a$ 15 sacris *C* 16 audiatur $M^a$ | crimine $CRM^b$ | quas] que *R* 17 sedent. $C^a$ | aliquo $C^a$ 19 cognitori] *CM*, cognitori nostro *R* 20 aliquod $M^a$ | concedimus *libri* 21 audituro] $C^b$, auditori $RM^b$, audituri $M^a$, *inc.* $C^a$: ἀκροώμενος *B* 22 intantum *C* | noticionem *R* 23 ultionem $R^a$ 27 calumniam $M^a$ 28 inclita *om.* *M* 29 egerunt *C* 31 etiam] et *M* | eius] ius $C^a$ | iudicium] offitium iuditium $M^a$ 32 ut] uel *M* 33 sciant autem *om.* $C^a$ 36 constitutis $C^a$ | hii *M* | ad uice] $M^a$, uice $RM^b$, ad iudicem *C* 37 nominis *M* | auditorum $C^aM^b$, auditorem $M^a$ 38 celebrantur $C^a$ 42 habent *C* 43 *s. a.* *Contius* 1562

# XXV

## ℞ IN QVIBVS CAVSIS MILITANTES FORI PRAESCRIPTIONE VTI NON POSSVNT ℞

1 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. [Nou. Theod. 7, 1 B 7, 5, 92] Omnes omnino domesticos et agentes in rebus et quaecumque alia praetenditur militia uel dignitas sub moderatoribus prouinciarum pro functionibus publicis respondere nulla fori praescriptione ualitura sancimus, si hac qui exiguntur publica debita uti temptauerint.
1 Immo et in aliis priuatis actionibus occupatos uolumus respondere, qui per prouincias *neg*otiantur uel conductorum uocabulis, cum non armata militia praediti sunt, defenduntur, siue domorum diuinarum siue uirorum potentium seu cuiuslibet condicionis sunt conductores, nisi forte commeatum ad rem propriam componendam unius anni indutias ostenderint se
2 accepisse. Eadem forma seruanda in his etiam, qui mercandi et militandi sacra beneficia meruerunt, ut etiam ipsi rectoribus prouinciarum respondeant. D. XIII K. FEBR. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439

# XXVI

## ℞ VBI CAVSAE FISCALES VEL DIVINAE DOMVS HOMINVMQVE EIVS AGANTVR ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. DIOSCORO. Non defensae mortis quaestionem apud procuratores nostros non oportere tractari quis ignorat, nec bona fisco peti posse, quam si de crimine constiterit apud eum, cui conuictis poenam inrogare licet? plane defunctis homicidii reis apud procuratores quoque causam agendam esse ratio permittit. PP. VII ID. MAI. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197 [B 7, 5, 93]

2 IDEM AA. ARISTAE. Non animaduertimus, cur causam ad officium procuratorum nostrorum pertinentem ad proconsulis notionem aduocare uelis. nam cum hoc quaeratur, an pater tuus mortem sibi consciuerit metu alicuius poenae ac propterea bona fisco debeant uindicari, iam non de crimine aut poena mortui, sed de bonis quaerendum est. D. XII K. OCT. APRO ET MAXIMO CONSS. a. 207 [B 7, 5, 94]

3 IMP. ANTONINVS A. HELIODORO. Procurator meus, qui uice praesidis prouinciae non fungitur, sicut exigere poenam desertae accusationis potest, ita iudicare, ut ea inferatur sententia sua, non potest. D. X K. SEPT. LAETO ET CEREALE CONSS. a. 215

4 IMP. ALEXANDER A. MAXIMAE. Cum uendente procuratore meo emisse te praedia dicas,
1 pretium eorum necessario soluere debes. Cum his, quibus mandantibus eadem praedia emisse te et tradidisse dicas, agente te procurator meus, si eius audientiam elegeris, cognoscet,

*P* (26 ℞ 1. 20, 3...6. 26, 3. 4) *L* (26 ℞. 22, 5) *CRM*

2 milites $R^b$, miles $R^a$ | perscriptionem *S* 3 possent *S* 4 ualentinus *CM* 5 omnimodomesticos $R^a$ | et *om. Nou.*: δομεστικοὶ καὶ μαγιστριανοὶ *B Coisl.* | militia uel] militiae *Nou.*: στρατείαν ἔχοντες ἢ ἀξίαν *B* 6 pro *om. Nou.* 7 debita publica *Nou.* 8 malumus *Nou.* | prouinciam *C* 9 negotiantur] *Nou. cum B* ἐμπορευόμενοι, otiantur $R^bM^t$, sociantur $R^aM^v$, sociatur *C* 10 seu] siue *M* 11 commeatu (*alias* commeatum) *Nou.*: εἰ μὴ ἄρα ἄδειαν λαβόντες εἰς τὸ διοικῆσαι τὰ καθ' ἑαυτοὺς πρὸς ἐνιαυτὸν ἀπελείφθησαν *B* | se *om. Nou.* 12 seruata *Nou.* | sacra] diualia *Nou.* 13 *s. a. Nou. Hal.* | XIII] III *Hal.* | febr. (*alias* mai.) *Nou.*, *om. Hal.* 16 cause fiscalis *SM*, causa fiscalis *C* | diuini $M^a$ | hominemque *L* 17 aguntur *S* 19 oportet *C* 20 quam] quod *P*, aliqua (aliq∗a $C^a$) quod *C* | consisterit *R* | cui *om. P* | coniunctis· *uel* conuinctis *C* 21 defunctus *C* 22 *s. a. Hal. P* | laterno *P* | et ruf. conss. *om. P* 24 nationem *C* 25 metalli cuius *C* 27 *s. a. Hal. et P ad* 24, 2 | et maximo *om. P* 28 impp. *P* | helidoro *P*, aliodore *M* 29 potest] non potest *P* | inseratur *P* 30 *s. a. Hal.: in P est subscriptio c.* 5 | cereali *Hal.* 31 impp. *P* | a. *om. R* | maximo *S* | emissa *P*, emississe *M* | dicis $P^a$ 32 his *om. C* | praeda $M^a$ 33 emisisse $R^a$ | te *om. C*

ut pecuniam quae pretii nomine tibi debetur et usuras quae fisco soluendae sunt consequi possis. PP. IIII ID. OCT. MAXIMO ET PATERNO CONSS. a. 233

5 IMP. CONSTANTINVS A. AD VRSVM. Ad fiscum pertinentes causas rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis. D. NON. FEBR. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO *IIII* CONSS. a. 315

6 IDEM A.[1] AD ITALICVM. Si quis aduersus conductorem nostrum aliquid agendum crediderit, uiro illustri comiti rerum priuatarum referri oportet, ne et iudici existimationis et officio eius salutis discrimen immineat. D. K. FEBR. . . . . . . . . . . . . . CONSS.[2] [B 7, 5, 95]

7 IDEM A.[3] AD BVLEPHORVM RATIONALEM SVMMAE REI. Dominicis colonis et patrimonialibus grauitatem tuam censuimus disceptatricem esse debere. duces enim et praepositos limitum et castrorum et rectores prouinciarum euocandis et arcessendis colonis abstinere oportet. D. XVI K. MART. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349 [B 7, 5, 96]

8 IDEM A.[4] AD TAVRVM PP. Cum aliquid colonus aut seruus rei priuatae nostrae contra disciplinam publicam adseratur perpetrare, ad iudicium rectoris prouinciae uenire cogendus est, sic uidelicet, ut praesente rationali uel procuratore domus nostrae inter eum et accusatorem causa tractetur et, si facinus fuerit adprobatum, iuris seueritas exseratur. D. V NON. MART. SIRMI DATIANO ET CEREALE CONSS. a. 358 [B 7, 5, 97]

9 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PHILIPPVM VICARIVM. Vniuersi fiduciam gerant, ut, cum quis eorum ab actore[5] rerum priuatarum nostrarum siue a procuratore fuerit uexatus iniuriis, super eius contumeliis uel depraedationibus deferre querimoniam sinceritati tuae uel rectori prouinciae non dubitet et ad publica*e* sententiam uindictae sine aliqua trepidatione conuolare. quae res cum fuerit certis probationibus declarata, sancimus et edicimus, ut, si in prouincialem hanc audaciam quisquam moliri fuerit ausus, publice uiuus concremetur. D. III NON. IVL. HERACLIAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365 [Th. 10, 4, 1 mut. B 7, 5, 98]

10 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POLEMIVM PP. Nullum ex officio rationalis, qui exactioni uel chartis inseruiat, in alio iudicio adduci oportet, nisi forte cuiuspiam caput accusatio legibus instituta pulsauerit. D. III K. MAI. ARCADIO ET BAVTONE CONSS. a. 385 [B 7, 5, 99]

11 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. ARTAXI PRAEPOSITO SACRI CVBICVLI. Hac lege sancimus, ut, siue agat domorum nostrarum colonus aut inquilinus aut [B 7, 5, 100]

*P* (26, 4. 6...9) *CRM*

---

[1] impp. Constantius et Constans AA.? [2] *ex* 11, 75, 1 d. VIII k. Febr. Bononiae Placido et Romulo conss. (= *a.* 343) *restituit Herrmann* [3] AA.? [4] *scribi debuit* imp. Constantius A. [5] Si quis ab actore *incipit Th.*

---

1 sunt] *C*, sint *PRM* 2 *s. a. Hal.* 4 *s. a. Hal. et P ad c.* 3 | constantino a. iu et licinio conss. *P*, constantinop. feliciano et titiano *Hal.* 6 itaricum *M* | agendum] esse agendum $P^a$ 7 inlusti *M* | ne] nec *C* | extimationis *PR* 8 *s. a. Hal.: in P est subscriptio c.* 7 10 idem a.] impp. const. a. *P* | bulepherum $P^b$, pulepherum $P^a$, boleforum *M* | rationalem summae rei *om. S* 11 enim] etenim *P* 12 militum $PCRM^b$ | et uocandis et *P* 13 *s. a. Hal. P et P ad c.* 6 | mart.] febr. *P hoc loco* | limenio et catulio (call' *P hoc loco*) *P*, *om. Hal., sed in addendis suppl.* licinio 14 a.] aa. *C* 16 si uidelicet $P^b$, si uudelicet $P^a$? 18 exoratur *R* | *s. a. Hal. P* | dacianus et cereale *P*, arbitrione et lolliano (= *a.* 355) *Hal.* 19 impp. ualent. et ualer. (ualentinus et ualerius *M*) aa. *CM*, imp. ual. a. *P* | ad phil. uic. (uic. *om. M*) *sumptum est ex Th.* 10, 4, 1, *cui inscribitur* imp. constantinus a. ad philippum uicarium urbis, *anni scilicet* 313 20 cum] si *Th.*, *om. P* | priuatorum $P^aR^a$ 22 differre $R^a$ | querimonia *C* | et *om. PC* | publicam *PCRM* 23 scientiam *PM* | cum] si *P* 24 edisicimus $M^a$ | prouintia *P*, prouintia** $R^a$ | quisquis *P* 25 concrementur *C* | *s. a. Hal.: in P est subscriptio c.* 11 | heracliae *uidetur additum ex subscriptione Th.* 10, 4, 1 (d. III non. mart. heracleae constantino a. III et licinio III conss.), *cum Valentinianus hoc die Mediolani, Valens Caesareae constiterit* 27 impp. *C* | grat.] grat. et *R*, *om. S* | ualentinus et theod. *M*, theod. et ualentinianus *S* | aa. *SC* | polymium *S*, polimum *R* 28 abduci *C* 29 *s. a. Hal.* 31 ualentinus *M* | aa.] a. *S* | arcaxi *S*, artaxati *R* | praeposito] pp. *SM* | sacri p cubic. $R^a$ 32 hanc legem *R*, *om. C*, *inc.* $M^a$ | nostrorum $CR^a$

seruus seu pulsetur ab aliquo super criminali uel ciuili negotio, non alibi quam tui culminis ac uiri spectabilis comitis domorum petatur examen: nullius adlegatione super fori praescriptione penitus admittenda. D. v id. April. Evdoxio et Dioscoro conss. a. 442

## XXVII

## R QVANDO LICEAT SINE IVDICE VNICVIQVE VINDICARE SE VEL PVBLICAM DEVOTIONEM R

1 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. ad provinciales. [Th. 9,14,2 B 60,39,16] Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicumque militum uel priuatorum ad agros nocturnus populator intrauerit aut itinera frequentata insidiis adgressionis obsederit, permissa cuicumque licentia dignus ilico supplicio subiugetur ac mortem quam minabatur excipiat et id quod intendebat incurrat. melius enim est occurrere
1 in tempore, quam post exitum uindicare[1]. Vestram igitur uobis permittimus ultionem et, quod serum est punire iudicio, subiugamus edicto: nullus parcat militi, cui obuiare telo oporteat ut latroni. D. k. Ivl. Tatiano et Symmacho conss. a. 391

2 Imppp. Arcadivs Honorivs et Theodosivs AAA. Hadriano pp. Opprimendorum desertorum facultatem prouincialibus iure permittimus. qui si resistere ausi fuerint, in his uelox ubicumque iubemus esse supplicium. cuncti etenim aduersus latrones publicos desertoresque militiae ius sibi sciant pro quiete communi exercendae publicae ultionis indultum. D. v non. Oct. Theodosio A. et Rvmorido conss. a. 403

## XXVIII

## R DE INOFFCIOSO TESTAMENTO R

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Victorino. [B 39,1,34] Cum de inofficioso matris suae testamento filius dicere uelit aduersus eum, qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet, non est iniquum hoc ei accommodari, ut perinde fideicommissarius teneatur, ac si pro herede aut pro possessore possideret. PP. v k. Ivl. Falcone et Claro conss. a. 193

2 Idem AA. Lvcretio. [B 39,1,35] Quamuis de inofficioso testamento acturum te bonorum possessionem accepisse proponas, tamen scriptis heredibus auferre possessionem inciuile est. D. iiii k. Dec. Dextro ii et Prisco conss. a. 196

3 Idem AA. Ianvario. [B 39,1,36] Si mater filiis duobus institutis tertio post testamentum suscepto[2], cum mutare idem testamentum potuisset, hoc facere neglexisset,

*A*[vl] (28 R) *P* (27. 28) *L* (27. 28) *CRM*

---

[1] uindicari *Th. contra B:* ἐπιζητεῖν ἑαυτῷ τὴν ἐκδίκησιν  [2] *fuit* nato (*u. i.*)

---

1 alibi] ab alio *M*[a]  3 admittenda sit *M* | *s. a. Hal. et P ad c.* 9 | eudoxio et dioscoro conss.] *P*, *om. Hal.*  5 quando] *SM*, ubi uel quando *PLCR* | licet *C* | unicuique sine iudice *C*  6 se uel] set *P*[t]*L*, uel *P*[v], se *uel* se* *R*[a] | deuotione *L*  7 impp. *LCR* | ualentinus *M* | et theod. et *P*, a. et theod. et *L* | aa. *C*  9 ad] uel ad *C* | nocturnos *L*[a]*C*[a] | aggessionis *L*[a]  10 cuiquam *P*[t]*L*[t], cui*** *C*[a], cuique *C*[b] | dignus] *P*[a]*LM Th.*, dign** *C*[a], dignos *P*[b], digno *C*[b]*R* | subiungetur *PL*[a]*C*  11 minebatur *R*  12 permittimus ultionem uobis *L*  13 serum] saeuum *P*[t]*L*[t], ser** *C*[a] | subiungamus *C* | obuiari *Th.* | telo *om. L*[a]  14 *s. a. Th. Hal. PL* | iul.] iun. *PL*  15 impp. arc. hon. et theod. aa. *C*, imppp. arc. et hon. et theod. aaa. *PL*, impr. (imppp. *M*) hon. arch. et theod. aaa. *SM*, impp. arch. et theod. augusti *R* | hadriano] ad adriano *S*  16 permittmus *R*[a]  17 desertosque *P*  19 *s. a. Hal. PL* | rumoridae *PL*, rumoridio *Hal.*  21 de inofficiosis testamentis *A*  23 uelim *R*[a]  24 proinde *libri*  25 *s. a. Hal. PL* | pp.] p. *PL* | falcedone et cloro *PL*  26 aa.] a. *S*  27 auferre] ἀφαιρεῖσθαι *B* (κ.π.)  28 *s. a. Hal. PL* | d. iiii] pp. iii *PL* | ii *om. Hal.*  29 aa.] a. *S* | duobus filiis *M* | institutis] i. heredibus *PLR*[b]  30 suscepto] τὸ ἀρχαιὸν ῥητὸν τῆς διατάξεως 'τεχθέντος' μνήμην εἶχεν μετὰ τὴν διαθήκην· σήμερον δὲ ἀφῃρέθη τὸ 'τεχθέντος' καὶ ἐγένετο 'συλληφθέντος' *BΣ* (*Thalelaeus*) | cum mut.] commut. *R*[a] | hoc] et hoc *L*[b]*C*[b]*M*, *inc. C*[a]

merito utpote non iustis rationibus neglectus de inofficioso querellam instituere poterat.
1 Sed cum eam in puerperio uita cessisse proponas, repentini casus iniquitas per coniecturam maternae pietatis emendanda est. quare filio tuo, cui nihil praeter maternum fatum imputari potest, perinde uirilem portionem tribuendam esse censemus, ac si omnes filios
2 heredes instituisset. Sin autem heredes scripti extranei erant, tunc de inofficioso testamento actionem instituere non prohibetur. PP. VIII K. IVL. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197

4 IDEM AA. SOTERICHO ET ALIIS. Cum ex causa fideicommissi secundum decretum praetoris in libertate morati sitis, filios etiam susceperitis, quamuis postea domini uestri testamentum inofficiosum sit pronuntiatum agente filio, non est aequum fieri uobis libertatis quaestionem. PP. VI ID. MART. ANTONINO III ET GETA II CONSS. a. 208

5 IMP. ANTONINVS A. AELIO. Si pater tuus post litem contestatam uel post- [B 39, 1, 37] quam propositum habuisset inofficiosum fratris testamentum dicere te herede relicto decessit, causam coeptam uel quocumque modo illi placitam exsequi non prohiberis. PP. PRID. NON. OCT. GENTIANO ET BASSO CONSS. a. 211

6 [1]IDEM A. INGENVO. Cum quaeritur, an filii de inofficioso patris testa- [B 39, 1, 38] mento possint dicere, si quartam bonorum mortis tempore testator reliquit, inspicitur. PP. VII K. IVL. ROMAE DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

7 IDEM A. SECVNDINO. Neptem defuncti actione de inofficioso testamento, [B 39, 1, 39] quamuis pater eius emancipatus fuerat defunctus, experiri posse ignorare non debes. PP. VI K. IVL. ROMAE LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

8 [2]IDEM A. FLORENTINO[3]. Parentibus arbitrium diuidendae hereditatis inter [BΣ 23, 1, 45] liberos adimendum non est, dum non minus, qui pietatis sibi conscius est, partis quae
1 intestato defuncto potuit ad eum pertinere quarta ex iudicio parentis obtineat. Qui autem agnouit iudicium defuncti eo, quod debitum paternum pro hereditaria parte persoluit uel alio legitimo modo, etiamsi minus quam ei debebatur relictum est, si is maior uiginti quinque annis est, accusare ut inofficiosam uoluntatem patris quam probauit non potest. PP. VII ID. FEBR. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

9 IDEM A. ROMANAE. De inofficioso testamento militis uel iure militari uel ciuili facto uel centurionis uel tribuni numeri nec filios posse queri ius certum est. PP. ID. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

10 IDEM A. QVINTILIANO. Si heredum Quintiani, quem patrem tuum esse [B 39, 1, 40] dicis, aduersus quos de inofficioso testamento acturus eras, iure successionis bona ad fiscum pertinent, uel ipsius Quintiani bona utpote uacantia fiscus tenet, causam apud procuratorem meum agere potes. PP. II ID. AVG. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

*P* (28, 3...5. 7. 8. [6 *post* 29, 3 *p*]) *L* (28, 3...5. 7. 6 *post* 29, 3) *CRM*

---

[1] *fortasse iungenda est Greg.* 3, 1, 1: Imp. Antoninus A. Aurelio Pontio Ingenuo. Fructus ante litem contestatam perceptos malae fidei possessores restituere placuit. PP. XII k. Iul. Romae duobus Aspris conss. [2] *iunge* 6, 30, 2 [3] imp. Alexander A. Flor. militi 6, 30, 2

---

1 potuerat *R*, poterit $M^b$ 2 casus] caus*s $R^a$ 3 paterne $P^aL^a$, *del.* $P^b$ | *aut* propraeter *aut* propter $C^a$ | factum $P^aL$ 4 impunitari $L^a$ | proinde *libri* 6 *s. a. Hal. PL* | laterno *PL* 7 aa.] a. *S* | sotherico *S*, sotherio *M* | causis *R* | secundum decr. praet. *om.* $C^aR^a$ 8 libertatem *C uel* $C^bM$ | commorati *M* 9 inofficioso $L^a$ | liberatis $M^a$ 10 *s. a. Hal. PL* | pp.] p. *PL* | III] II *Hal.*, et geta II *om. PL* 11 imp. anastasius a. *S*, id. aa. *M* 12 te herede relicto] $C^bR^bM^b$ *cum B:* μετὰ ταῦτα τελευτήσῃ, παραπέμπει αὐτὴν εἰς τοὺς κληρονόμους, nec derelicto *PL*$C^a$? $R^aM^a$? 13 *s. a. Hal. PL* | prid.] II *Hal.* 14 quentiano *P* 15 idem a. (aa. *M*) ingenuo (ingenio *CM*)] imp. ant. a. aelio (*ex c.* 5) *pL* | filii de i. patris] fratres de i. fratris $pL^a$? *contra B BΣ* 16 si quartam] quarta *p*, quartam $L^a$ | mortis] quae m. $pL^aM^a$ | *s. a. Hal.* 17 duobus] duobus et *Hal.* 18 a.] aa. *M* | accionem *PLCRM uel* $M^b$ 19 fuerit *PLR* | experri $M^a$ | *s. a. Hal. PL* 20 II *om. Hal.* | cereali *Hal.* 21 a.] aa. *M* | florentio *SC*, secundino *PL* | arbitrium *om.* $M^a$ 22 pietatis *bis* $P^a$? | sibi] meritis sibi $P^aL^aC$ 23 intestamento $L^aC^a$ | defuncti $L^a$ | quartam $PR^a$? $M^a$, id est quartam *L* | obtineant $M^a$ 24 agnorauit $M^a$ | debitum] de****ebitum $P^a$ 25 modo] m. uel $PL^a$? $R^a$? $M^b$ | debeatur *PL* 26 inofficiosum $C^aR^a$? | patris uolunt. *PL* | *s. a. Hal. PL* 27 VII] VI 6, 30, 2 28 a.] aa. *M* 29 filos $R^a$ | certum est *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* 31 a.] aa. *M* | quintiani] $CM^b$, quintiniani *R*, quintianum $M^a$?, Κουιντίνου *BΣ* (κ.π.) | quam $R^a$ 33 quintiani] *CRM*, Κουιντίνου *BΣ* (κ.π.) 34 potest $C^a$ | *s. a. Hal.*

11 Idem A. Ingenvo. In harenam non damnato, sed sua sponte harenario constituto legitimae successiones integrae sunt, sicuti ciuitas et libertas manet. sed si testamentum parens eius fecit, neque de inofficioso testamento accusatio neque bonorum possessio ei competit: nam talem filium merito quis indignum sua successione iudicat, nisi et ipse similis condicionis est. PP. iiii k. Ian. Ivliano et Crispino conss. a. 224

12 Idem A. Liciniano et Diogeniano. Si pater puellae, cuius uos curatores esse dicitis, filio ex semisse, ipsa autem ex triente et uxore ex reliquo sextante scriptis heredibus, fidei filiorum commisit, ut, si quis eorum intra uiginti quinque annos aetatis decederet, superstitibus portionem suam restitueret, praeterea uxori, ut id, quod ex causa hereditatis ad eam peruenisset, filiis post mortem suam restitueret, fideicommisit, calumniosam inofficiosi actionem aduersus iustum iudicium testatoris instituere non debetis, cum ex huiusmodi fideicommissaria restitutione tam matris quam fratris eius portio ad eam poterat peruenire. PP. non. Dec. Alexandro A. iii et Dione conss. a. 229 [B 39, 1, 41]

13 Imp. Gordianvs A. Prisciano. Cum duobus heredibus institutis, uno ex quinque, altero ex septem unciis, aduersus eum qui ex septem unciis heres scriptus fuerat iusta querella contendisse, ab altero autem uictum fuisse adlegas, pro ea parte, qua resolutum est testamentum, cum iure intestati qui obtinuit succedat, neque legata neque fideicommissa debentur, quamuis libertates et directae competant et fideicommissariae praestari debeant. PP. iii k. Febr. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

14 Idem A. Prisco. Eum, qui inofficiosi querellam delatam non tenuit, a falsi accusatione non submoueri placuit. idem obseruatur et si e contrario falsi crimine instituto uictus postea de inofficioso actionem exercere maluerit. PP. vi k. Dec. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239 [B 39, 1, 42]

15 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Aphrodisiae. Filiam praeteritam a matre ad successionem eius citra inofficiosi querellam adspirare non posse explorati iuris est. PP. v k. Avg. Philippo A. et Titiano conss. a. 245 [B 39, 1, 43]

16 [1]Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. et Valerianvs nob. C. Theodotae. Contra maiores uiginti quinque annorum duplicem actionem inferentes, primam, quasi testamentum non iure sit perfectum, alteram, quasi inofficiosum, licet iure perfectum, praescriptio ex prioris iudicii mora quinquennalis temporis non nascitur, quae officere non cessantibus non potest. PP. id. Avg. Tvsco et Basso conss. a. 258 [B 39, 1, 44]

17 Impp. Carinvs et Nvmerianvs AA. Florae. Cum filium tuum te praeterita sororem heredem instituisse proponas, inofficiosi querellam apud praesidem prouinciae persequi potes. PP. prid. id. Febr. Carino ii et Nvmeriano AA. conss. a. 284 [B 39, 1, 45]

18 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Favstinae. Cum te pietatis religionem non uiolasse, sed mariti coniugium quod fueras sortita distrahere noluisse ac [B 39, 1, 46]

*$A^s$* (*c.* 17) *P* (*c.* 12. 14...18) *L* (*ut P*) *D* (*ad c.* 13) *CRM*

[1] *iunge* 2, 40, 2

1 a.] aa. *M* | harena *M* 2 integrae] **tegres *$M^a$* | sicut *R* 3 eius *om.* *$M^a$* | fecit] non fecit *$C^a$* 4 sua *om.* *$R^a$* 5 *s. a. Hal.* 6 a.] aa. *M* | liciano *M,* iuliano *C* | curatores uos *M* 7 ex emissae *$M^a$* | sextante] exsestante *$C^a$* 9 decederit *PL* | praeterea ... 10 restitueret *bis* *$L^a$* 10 restituere *$C^a$* 11 actionem] calumpniam accionem *$P^a$* | aduersum *M* 13 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 13 14 impp. *D* 15 auciis *uel* uiciis *$R^a$* | aduersus ... unciis (uiciis *$R^a$*) heres] herer**** *$M^a$* | scriptis *$M^a$* | iustam querelam *$C^a$*, iustam quaerella *$M^a$* 17 iure] iure qui *$M^a$* | fideicommissa ... 18 competant et *om.* *$M^a$* 18 defendentur *$D^a$* | competent *$D^a$* 19 *s. a. Hal. D et PL ad c.* 12 | pp.] pp. a. *$P^a$* 20 a.] augusti *R* | crispo *C* | querela delata *$PL^b$* | a *om.* *PL* 21 e] ex *R* 22 uinctus *$M^a$* | *s. a. Hal.* *PL* | vi] uiii *PL* | a. *om.* *PL* 24 impp. *R* | a. et philippus c.] a. ad filippum c. *PL,* cesar *$R^a$*, a. *M* | astrodisiae *C,* aflodisiae *$R^a$* 26 *s. a. Hal.* *PL* | aug.] ap. *PL* | taciano cc. ss. *P,* taciano cc. conss. *L* 27 ualerius *M* | et *om.* *L* | gallius *M* | aa. *om.* *S* | et ual. *om.* *M,* et *om.* *L* | nob. c.] nouies uiiii *S,* nob' cum *PL,* nobilis c. *CR,* *om.* *M* 28 annis *$C^b$* 29 iure non *PL* 31 *s. a. Hal.* *PL* | tusco] iusto *PL* 32 carinus] carus carinus *C* | numerius *M* | praeteritam *$C^a$* 33 sorore *$P^tL^a$* 34 consequi *PL,* praesequi *$R^a$* | potest *$P^tL^aC^a$* | *s. a. Hal.* *PL* | prid.] ii *Hal.* | ii *om.* *PL* | aa. *om.* *PL* 35 imp. *R* | aa.] *$SR^a$*, aa. et cc. *$PLCR^bM$* 36 coniungium *R* | noluisses *$C^a$*

propterea offensum atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapsum esse dicas, inofficiosi testamenti querellam inferre non uetaberis. PP. Nicomediae xvi k. Mart. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

19 Idem AA. Apollinari. Si filia tua turpiter et cum flagitiosa foeditate uiuit, ut a successione tua eam excludendam putes, si non inconsulto calore, sed ex meritis eius ad id odium incitatus es, postremi iudicii liberum arbitrium habebis. D xv k. Ivl. Sirmi ipsis *v* et iiii AA. conss.[1] a. 293

20 [2]Idem AA. et CC. Sabiniano. Filia in orbitate patris relicta cum marito, B 39, 1, 47 cui matre uolente nupsit, colens concordiam iustas offensionis post eiusdem matris paenitentiam causas non praestat nec ex momentariis uoluntatibus matris nupta atque uidua esse iure compellitur. D. non. Ian. Sirmi CC. conss. a. 294

21 Idem AA. et CC. Alexandro. Fratris uel sororis filii, patrui uel auun- B 39, 1, 48 culi, amitae etiam et materterae testamentum inofficiosum frustra dicunt, cum nemo eorum qui ex transuersa linea ueniunt exceptis fratre et sorore ad inofficiosi querellam admittatur. de falso sane per accusationem criminis queri non prohibentur. D. vi id. Febr. CC. conss. a. 294

22 Idem AA. et CC. Statillae. Si maritus tuus facto testamento te quidem ex asse scripsit heredem, filia autem quam habuit in potestate exheredata facta minime probetur nihilque ei relictum est neque iustas causas offensae praestitisse conuincatur, eam de inofficioso testamento patris querentem totam hereditatem obtinere posse non ambigitur.
1 Quod si iam obtinuit uel postea uincat, quodcumque maritus mortis suae tempore debuisse tibi perhibetur, idem ab ea reddi oportet. D. id. Febr. Sirmi CC. conss. a. 294

23 Idem AA. et CC. Philippae. Testamenti factionem per testationem uos inter- B 39, 1, 49 dixisse matri profitentes iustitiam offensae manifeste testamini. D. v id. Sept. CC. conss. a. 294

24 Idem AA. et CC. Svccesso. Testamentum militis filii familias in castrensi peculio factum neque a patre neque a liberis eius per inofficiosi querellam rescindi potest. D. iii non. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

25 Idem AA. et CC. Menodoto. Filiis matrem, quae de mariti moribus secus B 39, 1, 50 suspicetur, ita posse consulere iure compertum est, ut eos sub hac condicione instituat heredes, si a patre emancipati fuerint, atque eo pacto secundum tabulas bonorum possessionem patrem cum re accipere non uideri, qui condicioni minime obtemperauit, neque ei nomine filiorum inofficiosi eo modo actionem posse competere, quibus nullam iniuriam fecerit mater, sed potius putauerit prouidendum, restituere debet[3]. D. iiii non. Ivl. Antiochiae Titiano et Nepotiano conss. a. 301

$A^{ul}$ (*c.* 19. 21. 23) *P* (*c.* 18. 20. 19. 21. 22. 23 [25 *p*]) *L* (*c.* 18. 20. 19. 21. 22. 23. 25) *CRM*

[1] d. xv k. Ian. Sirmi ipsis iiii et iii AA. conss. (= *a.* 290: *Mommsen*)? [2] *iunge* 5, 12, 17
[3] restituere debet *del.*

1 patrum $C^a$? | exhereditationis *R* 2 *s. a. Hal. PL* | pp. nicom. xui k. mar. ma. et aquili. conss. *PL*, s kal. maii. maximo ii et aquilino coss. *Hal.* 4 aa.] a. *SA*, aa. et cc. *C* | apolenari *SR* | si] fi $M^a$ | turpiter] eo quod turpiter *PL* | cum *om.* $P^a$ 5 eam *om. R* | putes] potest $A^u$ | inconsueto *A* | meritis (mentis *A*) eius] me $M^a$ 6 id] ** $M^a$, *om. PL* | postremis iudiciis $PL^a$ | liberarum $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | d.] pp. *PL* 7 v et iiii] et iiii *PL, om. Hal.* 8 idem] impr. dioclit. et maxim. *S* | aa. et cc.] aa. *S*, aa. et co. *P* | sabinianae *PL*, saluiano *R*, sabiane *M* 9 nupserit *M* | iustam offensionis … 10 causam *P*, iusta* offensionem … causas $L^a$ 10 non *om.* $M^a$ | commentariis $P^tL^t$ 11 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 21 12 aa. et cc.] a. *S* | alexandro] tatile (*cf. ad u.* 16) *S transpositis c.* 22. 21. 20 | filiis $L^a$ | aunnculis $M^a$ 14 qui] quae *C* | tranuersa $A^u$, trauersa *P*, transuera $C^a$ | uenit $AM^a$ 15 *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 20 | d.] pp. *PL ad c.* 20 | vi id. febr. *om. Hal.* 16 aa. et cc.] a. *S* | tatillae *PL*, tatile *S ad u.* 12 *CM*, alexandro *S h. l.* 17 potestatem $PLRM^a$ | exheredatam factam $RM^a$ 18 iustam causam *PL*, causas *om.* $C^a$ 20 tantam $C^a$? 20 quod] qui $P^a$ | uindicat $PL^aR$ | maritos $R^a$ 21 prohibetur *PC* | rediut $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | d.] s. *PL* 22 aa. et cc.] a. *S*, augusti cesare *R*, et cc. $M^a$ | philippo *SP* 23 matris $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. v] s. ui *PL* 24 aa. et cc.] augustus *S* | successio *M*, *om. S* | castrensis *R* 25 a patre neque *om.* $C^a$ | *s. a. Hal.* 27 aa. et cc.] a. *S* | menedoto *C*, menedote *SR*, medato $pL^b$, medoto *M*, serapioni suo salutem medato $L^a$ | filius $L^a$ 29 mancipati *R* 30 qui] cum *pL* | minime] minime filiorum $R^a$ | obtemperabit $pLCR^a?M$ 31 filiorum nomine *C* 32 *s. a. Hal. pL* | iiii] iii *L* 33 antiochiae … conss. *om. pL*

26 IDEM AA. ET CC. SERAPIONI SVO SALVTEM. Ex tribus unciis herede insti- [B 39, 1, 51]
tuto filio intra pubertatis annos directam non inutiliter a patre fieri substitutionem certum
est. D. V K. SEPT. NICOMEDIAE DIOCLETIANO VIIII ET MAXIMIANO VIII AA. CONSS. a. 304
27 IMP. CONSTANTINVS A. AD *LVCRIVM* VERINVM. Fratres uel [Th. 2, 19, 1 mut. B 39, 1, 52]
sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris uel sororis penitus arcean-
tur: consanguinei autem durante uel non agnatione contra testamentum fratris sui uel
sororis de inofficioso quaestionem mouere possunt, si scripti heredes infamiae uel turpitu-
dinis uel leuis notae macula adsparguntur uel liberti, qui perperam et [Th. 2, 19, 3 mut.]
non bene merentes[1] maximisque beneficiis suum patronum adsecuti instituti sunt, excepto
seruo necessario herede instituto. D. ID. APRIL. SIRMIO *CONSTANTINO A. V ET LICINIO C.*
CONSS. a. 319
28 IDEM A. AD CLAVDIVM PRAESIDEM DACIAE. Liberi de inofficioso querellam [Th. 2, 19, 2]
contra testamentum parentum mouentes probationes debent praestare, quod obsequium
debitum iugiter, prout ipsius naturae religio flagitabat, parentibus adhibuerunt, nisi scripti
1 heredes ostendere maluerint ingratos liberos contra parentes extitisse. Sin autem mater
contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter iubemus, utrum
filius nulla ex iusta causa laesus matrem nouissima laeserit uoluntate nec luctuosam ei et[2]
2 legitimam reliquerit portionem, ut testamento remoto matri successio deferatur[3]. Si tamen
mater inhonestis factis atque indecentibus machinationibus[4] filium forte obsedit insidiisque
eum uel clandestinis uel manifestis appetiit uel inimicis eius suas amicitias copulauit atque
in aliis sic uersata est, ut inimica eius potius quam mater crederetur, ut hoc probato inuita
etiam adquiescat filii uoluntati. D. VIII ID. FEBR. SERDICAE CRISPO II ET CONSTANTINO II
*CC.* CONSS. a. 321
29 [5]IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Quoniam nouella constitutio diui Leonis[6] [B 39, 1, 53]
ante nuptias donationem a filio conferri ad similitudinem dotis quae a filia confertur prae-
1 cepit, etiam ante nuptias donationem filio in quartam praecipimus imputari. Eodemque
modo cum mater pro filia dotem uel pro filio ante nuptias donationem uel auus paternus
aut maternus uel auia paterna aut materna pro sua nepte uel pro suo nepote uel proauus
itidem uel proauia paterna aut materna pro sua pronepte uel pro suo pronepote dederit,

*$A^{ul}$ (c. 27. 28) PLCRM*

[1] meritis (*Mommsen*)? [2] et] nec *Th.* [3] si tamen defuncto consanguinei agnati non sunt superstites *ins. Th.* [4] uotis *Th.* [5] *iunge* 5, 3, 18 [6] 6, 20, 17

1 aa. et cc.] a. *S* | sarapioni *S*, serapionio *C* | suo sal. *om. M* | salute *S* | tribuis uitiis $R^a$ 3 *s. a. Hal. PL* | diocletiano ... aa.] cc. *Hal.* | max. VIII] max̄. *P*, max̄x. *L* 4 constantio *A* | ad lucrium uerinum] *Th.*, ad uerianum *S*, ad uerinum *PL*, ad ueri*num $M^a$, uerino *ACR* 5 ab $P^aL^t$ | inoffitioso $M^a$ 6 durantes *A* | agnatione] ad agnitionem *A*, cognatione $P^a$, **gnatione $L^a$, agnitione *R* | fratris *om. A* 7 de inofficiosi $A^u$, deinde officiosi $A^l$ 8 lenis *A* | nota macule $PL^aR^a$ | asperguntur $A^lC$, aspargantur $M^b$ 10 seruo *om. A* | *s. a. Th. Hal. PL* | april.] aug. *Hal.* | sirmii *Hal.*, sir. *PL* | constant. a v et lic. c.] *Th.* 2, 19, 1 *Hal. in addendis* (*ex Sichardo*), crispo et const. *PL*, crispo II et constantino caes. II *Hal. hoc loco: cum libri in die et loco consentiant cum Th., in consulibus dissensio non potest inde orta esse, quod compilatores subscriptionem mutauerint ex alia Constantini constitutione, quam praeter Th.* 2, 19, 1. 3 *ad hoc caput concinnandum adhibuerint: quo casu etiam temporis ordinem turbassent: immo subesse uidetur error archetypi communis librorum PL et Egnatiani* 12 a.] aa. *A* | claudium *om. M* | daciae] *SAM Th.*, prouinciae *PLCR* | inofficiosi $AC^a$ 14 naturae ipsius *Th.* | adhibuerint *M* 15 heredes] heredes sese *A* 17 iusta *om.* $P^a$ | matrem *om. A* | nouissima] *A Th.*, in nouissima *PLCRM* | lesit *M* | nec] eo quod nec $PL^a$, eo nec $M^b$ | lectuosam $P^a$ | et] *e $M^a$ 19 indecedentibus $M^a$, indice**tibus $P^a$ | machinationibus *om. A* | abscedit $R^a$ 21 sic] si sic *A* | est *om. A* | probato] pro uoto *A* 22 uoluntatem *A*, uoluntate *L* | *s. a. Th. Hal. PL* | VIII] *Th.*, uii *PL*, iii *Hal.* | serdicae *om. PL* | prisco *P*, crispo c. *Th.* | II cc] II c. *Th.*, caes. II *Hal.*, *om. PL* 24 a *om. PL* | pp. *om. PL* 25 quae ad filiam $R^a$ 26 in *om.* $R^a$ 28 paterna uel materna *L*, materna aut paterna *C* | sua *om.* $L^a$ | nepote] pronepote $L^a$ 29 itidem] sit idem *PL* | paterna uel materna *P*, paterni aut materni $C^aM^a$? | nepte *C* | pronepote] nepote *C*, pronepte uel pro suo nepote $M^a$

non tantum eandem dotem uel donationem conferri, uerum etiam in quartam partem ad excludendam inofficiosi querellam tam dotem datam quam ante nuptias donationem praefato modo uolumus imputari, si ex substantia eius profecta sit cuius de hereditate agitur. D. K. MAI. IPSO A. II CONS. a. 479

30 [1]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Omnimodo testatorum uoluntatibus prospicientes
magnam et innumerabilem occasionem subuertendae eorum dispositionis amputare cense-
mus et in certis casibus, in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis uel alio modo
subuertendis moueri solebat actio, certa et statuta lege tam mortuis consulere quam liberis
eorum uel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat: ut, siue adiciatur testa-
mento de implenda legitima portione siue non, firmum quidem testamentum sit, liceat uero
his personis, quae testamentum quasi inofficiosum uel alio modo subuertendum queri pote-
rant, id quod minus portione legitima sibi relictum est ad implendam eam sine ullo gra-
uamine uel mora exigere, si tamen non ingrati legitimis modis arguantur, cum eos scilicet
ingratos circa se fuisse testator edixit: nam si nullam eorum quasi ingratorum fecerit men-
tionem, non licebit eius heredibus ingratos eos nominare et huiusmodi quaestionem intro-
ducere. et haec quidem de his personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint
et aliquam eis quantitatem in hereditate uel legato uel fideicommisso, licet minorem legi-
1 tima portione, reliquerint. Sin uero uel praeterierint aliquam eorum personam iam natam
uel ante testamentum quidem conceptam, adhuc uero in uentre constitutam, uel exhereda-
tione uel alia eorum mentione facta nihil eis penitus reliquerint, tunc uetera iura locum
habere sancimus, nullam ex praesenti promulgatione nouationem uel permutationem accep-
2 tura. Imputari uero filiis aliisque personis, quae dudum ad inofficiosi testamenti querellam
uocabantur, in legitimam portionem et illa uolumus, quae occasione militiae ex pecuniis
mortui eisdem personis adquisitae posse lucrari eas manifestum est, eo quod talis sit mili-
tia, ut uendatur uel mortuo militante certa pecunia ad eius heredes perueniat, ita tamen,
ut ille gradus eiusdem militiae inspiciatur, quem morte testatoris militans obtinet, ut tanta
ei pecunia in legitimam portionem computetur, quantam dari statutum est, si in eo gradu
3 mortuus esset is, qui militiam ex pecuniis testatoris adeptus est. Exceptis solis uiris spec-
tabilibus silentiariis sacri nostri palatii, quibus praestita iam specialia beneficia tam de
aliis capitulis quam de pecuniis super memorata militia a parentibus eorum datis, ne in
legitimam portionem eis computentur, rata esse praecipimus: in ceteris uero personis prae-
dictam obseruationem tenere uolumus. D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI IVSTINIANO A. II CONS. a. 528

31 [2]IDEM A. MENAE PP. Quae nuper ad testamenta conseruanda nec facile retractanda sanximus[3], ut ratione Falcidiae minime illis personis derelicta, quae ad inofficiosi testamenti querellam ex prioribus uocabantur legibus, non periclitentur testamenta, sed quod deest legitimae portioni, id est quartae parti ab intestato successionis, tantum repleatur, exceptis illis quibus nihil in testamento derelictum est, in quibus prisca iura illibata seruauimus, etiam ad testamenta sine scriptis facienda locum habere sancimus. D. III ID. DEC. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO PP. A. II CONS. a. 528

*PLCRM*

---

[1] *iunge* 6, 23, 24. 6, 41, 1 [2] *iunge* 6, 23, 26 [3] *c.* 30 *h. t.*

---

1 uearum *R* 3 ex] haec $R^a$ | profecto $C^a$ | de *om.* $M^a$ 4 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 30 5 testamentorum $L^a$ | proficientis $R^a$ 6 magnam] maga *incepit, mox emend. P* 7 et in] et in his $M^a$ 8 certa *bis* $P^a$? | statura $R^a$ 11 quasi *om.* $PL^aR^bM^a$ | poterat $R^a$ 12 est *om.* $PL^a$ | eam *om.* $P^aL$ 13 ingrati leg. modis non *CR* | aggrauantur $R^t$ 14 testor $M^a$ | dixit *C* 16 haec] hoc $LC^a$ 17 hereditatem *R* | legitimam portionem $C^a$ 18 relinquerint *R* 19 conceptum $P^a$ | uente $L^a$ 20 mentionem $C^a$ | eis] ei *PLM* | relinquerint *R* 21 praesentis $M^a$ | uel permutationem *om.* $R^a$ 22 ad *om.* *PL* | testamento $L^a$ 23 illas $P^aL^aC^a$?, illam $R^a$?$M^a$ 24 mortuis $R^a$ | hisdem $L^bCM^a$, *(e?)isdem $L^a$ | adquisita $R^a$ | malicia $P^a$ 25 uendetur *P* 26 morte] in morte *C* | militantis $M^a$? 27 ei *om.* *C* 28 ademptus *PL* 30 memoratam miliciam *PL* | ne] non $PLR^b$, non e $R^a$? 31 computetur *PLM* 32 *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 29 | a.] aa. *PL ad c.* 29 | conss. *PL utroque loco* 33 idem] impr. iustinianus *S* | meniae $P^a$ | retracda $M^a$ 34 sanctimus $L^a$?, sancimus $C^a$ | officiosi $P^a$ 35 quod] quidem $R^a$ 36 quarta pars $PLC^aM$ 37 in testamento nichil *LR* 38 *s. a. Hal. PL* | III] II *Hal.* | id. *om. P* 39 dn.] dec. *PL* | pp. *om. Hal* | conss. *PL*

32 Idem A. Menae pp. Quoniam in prioribus sanctionibus[1] illud statuimus, ut, si quid minus legitima portione his derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem mouere poterant, hoc repleatur nec occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur, hoc in praesenti addendum esse censemus, ut, si condicionibus quibusdam uel dilationibus aut aliqua dispositione moram uel modum uel aliud grauamen introducente eorum iura, qui ad memoratam actionem uocabantur, minuta esse uideantur, ipsa condicio uel dilatio uel alia dispositio moram uel quodcumque onus introducens tollatur et ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. D. II[2] k. April. Constantinopoli Decio vc. cons. a. 529 B 39, 1, 54

33 [3]Idem A. Demostheni pp. Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero derelinquat, minusculam autem alii uel aliis de sua stirpe progenitis, ipsam tamen legitimam siue in hereditate uel in legato uel in fideicommisso, ut non possit locus de inofficiosi testamenti querellae fieri, et ille quidem, qui ex paruulo genitoris sui consequitur substantiam, eam suscipere maluerit, qui autem ex maiore parte eam amplexus est, siue unus uel si plures sint, non statim et sine contentioso proposito uel ulla mora eam restituere uoluerit, sed expectato iudiciorum strepitu et multis uariisque certaminibus habitis post longum tempus ex sententia iudicis uix eam reddiderit, crudelitatem eius competenti poena adgredimur, ut, si haec fuerint subsecuta, non tantum in quod testator uoluit eum restituere condemnetur, sed etiam aliam tertiam partem quantitatis, quae fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere, ut auaritia eius legitimis ictibus feriatur: aliis omnibus, quae in eodem testamento uel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis. B 39, 1, 55

1 Legis autem ueteris iniquitatem tollentes, ut non diutius erubescat posita, quam Iulius Paulus in suis scripsit quaestionibus, hanc piissimam adgredimur sanctionem. cum enim infantem suum non posse ingratum a matre sua uocari scripsit neque propter hoc ab ultima suae matris hereditate repelli, nisi hoc odio sui fecerit mariti, ex quo infans progenitus est, hoc iniquum iudicantes, ut alieno odio alius praegrauetur, penitus delendum esse sancimus et huiusmodi causam liberis non tantum infantibus, sed etiam quamcumque aetatem agentibus opponi minime concedimus, cum possit sub condicione emancipationis hereditatem suam mater filio derelinquens et patris odium punire et iuri filii sui minime nocere nec suam naturam fallere. satis enim crudele nobis esse uidetur eum qui non sentit ingratum existimari. D. XV k. Oct. Chalcedone Decio vc. cons. a. 529

34 Idem A. Iohanni pp. Si quis filium suum exheredatum fecerit alio scripto herede, reliquerit autem ex eo nepotem uel uiuum uel in uentre nurus suae constitutum, deliberante uero scripto herede filius decesserit, nulla hereditatis petitione ex nomine de inofficioso constituta uel praeparata omne adiutorium nepotem dereliquit. nec enim pater nepoti aliquod ius, cum decesserit, contra patris sui testamentum dereliquit, quia B 39, 1, 56

*PLCRM*

[1] *c.* 30. 31 *h. t.* [2] II *fortasse delendum est* (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 174) [3] *iunge* 5, 9, 10

1 idem] impr. iustinianus *S* 2 legitimam portionem $C^a$ 3 nec] $C^a$ *cum B* (κ.π.): καὶ ἵνα μή, ne *PL*$C^b$*RM* 4 hoc] hoc et *C contra B* 5 moraram $P^a$ | uel aliud] aliud $C^a$ 6 introducentes $P^a$, intraducente $M^a$ | uocabuntur *M* 7 ipsa] et ipsa *P*$L^a$ *contra B* 8 procederet *PL*$C^a$?*R*$M^1$, προβῇ *praecedente* ἀναιρεθῇ *B* (κ.π.) | esse $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | II] prid. *PL* 9 constant. *om. Hal.* | uc. *om. PL* 10 idem] impr. iustinianus *S* | demonstreni $L^a$, domestini *M*, moene *S* | pp. *om. PL* 11 alii] alio *C*, aliis $M^a$? 12 siue *om. M* | hereditatem $C^a$ | in fid.] fid. $R^a$*M* 13 de inofficioso testamento *R*$M^b$ | querela *P*$L^1$$C^b$ | et *om.* $C^a$? | qui] quid $R^a$ 15 siue] si *RM, inc.* $C^a$ | uel si] *CRM*, uel ipsi *PL* | non *om.* $P^a$*L* | praeposito *M* | ulla mora] clamore *C*. mora *M* 16 noluerit *PL* | inspecto *PL*$R^b$, inspecto** $R^a$ 17 sentenciis *PR*, ententia $M^a$ | redigerit $M^a$ 18 in quod $P^v$$L^v$, in id quod $C^b$*M*, in (hoc *ins.* $P^b$) quo $P^1$$L^1$*R*, *inc.* $C^a$ 19 eum *om. C* | fuerit *M* 20 aliis] liis $M^a$ 21 scripte $M^a$ | pro *om.* $R^a$ 22 tollentem $R^a$ 23 aggredimur piissimam *L* 24 suum *om. CM* 25 ehditate $P^b$, *inc.* $P^a$ | sui fecerit] id fecerit $P^a$, fecerit sui $P^b$*L* 27 et] *RM*, ut *PLC* | causa *PL* 29 iuri] uiri $C^a$, *inc.* $L^a$$R^a$ 30 nec *om.* $P^a$ 31 *s. a. Hal. PL* | XV] *PL*, XII *Hal.* | chalcedone *om. Hal.* | conss. *PL* 32 idem] impr. iustinianus *S* | exhereditatum *R* 33 uel *om.* $C^a$*R* | uinum $R^a$ | uentrem $C^a$*R* | deliberande *L* 34 pecione $P^a$ 35 nepoti $P^a$$L^a$$M^b$? | dereliquit *PL* | neque $C^b$*M*, *** $C^a$ 36 qua $L^a$

postea et adita est ab extraneo hereditas et superuixit auo pater eius, ut neque ex lege
Vellaea possit in locum patris sui succedere et rescindere testamentum. et hoc nonnulli
1 iuris consulti in medio proponentes inhumane reliquerunt. Sed nos, qui omnes subiectos
nostros et filios et nepotes habere existimamus adfectione paterna et imitatione, secundum
quod possibile est omnium commodo prospicientes iubemus in tali specie eadem iura nepoti
dari, quae filius habebat, et nisi praeparatio facta est ad inofficiosi querellam instituendam,
tamen posse nepotem eandem causam proponere: et si non heres apertissimis probationibus
ostenderit ingratum patrem nepotis circa testatorem fuisse, testamento remoto ab intestato
eum uocari, nisi certa quantitas patri eius minor parte legitima relicta est: tunc etenim
secundum nouellam nostri numinis constitutionem[1] repletio quartae partis nepoti superest,
si qua patri eius competebat: et perfruatur nostro beneficio a uetustate quidem neglectus,
a nostro autem uigore recreatus, nisi pater adhuc superstes uel repudiauit querellam uel
quinquennium tacuit, scilicet post aditam hereditatem. D. III[2] K. AVG. CONSTANTINOPOLI
POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531
35 [3]IDEM A. IOHANNI PP. Si quando talis concessio imperialis processerit, per B 39, 1, 57
quam libera testamenti factio conceditur, nihil aliud uideri principem concedere, nisi ut
habeat consuetam et legitimam testamenti factionem. neque enim credendum est Roma-
num principem qui iura tuetur huiusmodi uerbo totam obseruationem testamentorum multis
1 uigiliis excogitatam atque inuentam uelle euerti. Illud etiam sancimus, ut, si quis a patre
certas res uel pecunias accepisset et pactus fuisset, quatenus de inofficiosi querella ad-
uersus testamentum paternum minime ab eo moueretur, et post obitum patris filius cognito
paterno testamento non agnouerit eius iudicium, sed oppugnandum putauerit, uetere iurgio
exploso huiusmodi pacto filium minime grauari secundum Papiniani responsum, in quo
definiuit meritis magis filios ad paterna obsequia prouocandos quam pactionibus adstrin-
1a gendos. Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones ad heredes paternos filius celebrauerit,
2 in quibus apertissime iudicium patris agnouerit. Et generaliter definimus, quando pater
minus legitima portione filio reliquerit uel aliquid dederit uel mortis causa donatione uel
inter uiuos sub ea condicione, ut haec inter uiuos donatio in quartam ei computetur, si
filius post obitum patris hoc quod relictum uel datum est simpliciter agnouerit, forte et
securitatem heredibus fecerit quod ei relictum est accepisse, non adiciens nullam sibi
superesse de repletione quaestionem, nullum filium sibi facere praeiudicium, sed legitimam
partem repleri, nisi hoc specialiter siue in apocha siue in transactione scripserit uel pactus
fuerit, quod contentus relicta uel data parte de eo quod deest nullam habet quaestionem:
3 tunc etenim omni exclusa querella paternum amplecti compellitur iudicium. Quae omnis
sanctio suas radices extendat non solum ad filium uel filiam, sed etiam ad omnes personas,
quae de inofficioso querellam contra mortuorum ultima elogia possunt mouere. D. K. SEPT.
CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

$A^{ul}$ (*c.* 35 *pr.*) *PLCRM*

[1] *c.* 30 *h. t.* [2] IIII (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 179)? [3] *iunge c.* 36 *et* 6, 28, 4

1 pater auo *PL* 2 uellaea] $L^bR^b$, nouella $PR^a$, uelleia $R^cM^b$, *inc.* $L^aC^aM^a$ | nonnulli iuris consulti hoc *PL* 3 praeponentes $C^a$ | relinquerunt *P*, reliquerint $L^a$ 5 omnium] de omnium *R*, de his omnium *C* | commoda $PLC^bM^b$ | perspicientes $PLCRM^a$? | iura] iura ab ultima patris sui hereditate $P^aL^a$? 6 habeat $PL^a$ | ad] ad de *P* 9 enim *M* 10 nominis *libri* | nepotis $M^a$ 11 pater $R^a$ 13 quinquennio $C^bM$ | *s. a. Hal.* *PL* | III] ii *P*, prid. *L* | const. *om. Hal.* 14 post conss. lamp. ii et horeste (hor. *L*) conss. (*om.* uu. cc.) *PL*, lampadio et oreste coss. *Hal.* 15 *inscriptionem om.* *A* | idem] impr. iustinianus *S* | a.] augusti *R* | consessio $A^l$, consensio $A^u$, con**essio $M^a$ 16 concedatur $PLR^b$ | cedere $R^a$ | nisi] ni $A^l$, *om.* $A^u$ 17 testamentis $A^c$ *ex emend.* $A^l$ | romanorum *PL* 19 excognitam *A* | euertere $R^a$, *inc.* $C^a$ 20 inofficiosi] $PLC^aM^a$, inofficioso $C^bRM^b$ 22 ueteri *C* 23 exploso] $W^v$, expulso *PLCRM* | huiusmo*o $L^a$ | in quo] id quod $C^a$? 24 meritis *om.* $P^aL^a$, merit** $C^a$ | magis *om.* $C^aRM$ | uocandos $P^aL^b$, uocandis $L^a$ | quam pact. adstringendos *om.* $L^a$ 25 hoc] hec $P^bLR^b$ | transactionis $R^a$ 28 ut haec] ut hoc $P^a$, et $M^a$ | quarta *CR* 29 forte] et forte *M* 31 praeiudicium $R^a$ 32 apochas $P^aL^a$ | transaccionem *PLM* 33 conuentus $L^a$ | habeat *RM* 34 enim *C* | exclusus *CRM*: πάσης ἀποκλειομένης μέμψεως *B* | complellitur $R^a$ 35 uel] uel ad *M* 36 *s. a. Hal.* *PL* 37 constant. ... uu. cc.] cp. (cap. *P*) lamp. et horeste (hor. *L*) uu. cc. *PL*, lampadio et oreste coss. *Hal.*

36 [1]IDEM A. IOHANNI PP. Scimus ante constitutionem[2] fecisse, qua cautum | B 39, 1, 58
est, si pater minorem debita portionem filio suo reliquisset, omnimodo, etsi non adiciatur
1 uiri boni arbitratu repleri filio, attamen ipso iure inesse eandem repletionem. Quaerebatur
itaque, si quis rem donatam uel inter uiuos uel mortis causa uel in testamento relictam
agnouerit et pro parte sua habuerit, deinde eadem res euicta uel tota uel pro parte
fuerit, an debeat ex nostra constitutione pars legitima post euictionem suppleri: uel si
ex lege Falcidia minuantur legata uel fideicommissa uel mortis causa donationes, debet
tamen ex hoc casu supplementum introduci: ne, dum totam Falcidiam accipere heres
1a nititur, etiam totum commodum hereditatis amittat. Sancimus itaque in omnibus istis
casibus, siue in totum euictio subsequatur siue in partem, emendari uitium et uel aliam
rem uel pecunias restitui uel repletionem fieri, nulla Falcidia interueniente, ut, siue ab
initio minus fuerit derelictum siue extrinsecus qualiscumque causa interueniens aliquod
grauamen imponat uel in quantitate uel in tempore, hoc modis omnibus repleri et nostrum
1b iuuamen purum filiis inferri. Repletionem autem fieri ex ipsa substantia patris, non si
quid ex aliis causis filius lucratus est uel ex substitutione uel ex iure adcrescendi, puta
usus fructus: humanitatis etenim gratia sancimus ea quidem omnia quasi iure aduen-
1c (1) ticio eum lucrari, repletionem autem ex rebus substantiae fieri. Cum autem quis extra-
neo herede instituto filio suo restituere eum hereditatem suam, cum moriatur, disposuerit,
uel in tempus certum restitutionem distulerit, quia nostra constitutio[3], quae antea posita
est, omnem dilationem omnem moram censuit esse abstrahendam, ut quarta pars pura et
1d mox filio restituatur, in huiusmodi specie quid faciendum sit, dubitabatur. Sancimus ita-
que quartae quidem partis *restitu*tionem iam nunc celebrari non expectata nec morte here-
dis nec temporis interuallo, reliquum autem, quod post legitimam portionem restat, tunc
1e restitui, quando testator disposuit. Sic etenim filius suam habebit portionem integram et
qualem leges et nostra constitutio definiuit, et scriptus heres commodum quod ei testator
2 dereliquit cum legitimo moderamine sentiet. Illud praeterea sancimus, ut tempora de in-
officiosi querellae ab adita hereditate secundum Vlpiani opinionem currant, Herennii Mo-
destini sententia recusata, qui a morte testatoris ilico cursum de inofficioso querellae tem-
poribus dabat, ut non liceat heredi quando uoluerit adire, ne per huiusmodi tramitem iterum
2a filius defraudetur debito naturali. Sancimus itaque, ubi testator decesserit alio scripto
herede et speratur de inofficioso querella, necessitatem habere scriptum heredem, si quidem
praesto est in eadem commanens prouincia, intra sex mensuum spatium, sin autem seorsum
utraque pars in diuersis prouinciis degit, tunc intra annale tantummodo spatium simili
modo per continuum a morte testatoris numerandum omnimodo adire huiusmodi heredita-
tem, uel manifestare suam sententiam, quod hereditatem minime admittit: expeditus etenim
ita tractatus inducitur filio memoratam mouere querellam: sin uero scriptus heres intra
statuta tempora minime adierit, per officium quidem iudicis scriptum compelli hoc facere.
2b In medio tamen, id est a morte quidem testatoris, ante aditam autem hereditatem, etsi

*PLCRM*

---

[1] *iunge c.* 35 *et* 6, 28, 4 [2] *c.* 30 *h. t.* [3] *c.* 31 *h. t.*

---

1 idem] impr. iustinianus *S* | fecisse] *CRM*$^a$*?*, fuisse relatam (relictam *P*$^a$) *PL*$^t$*M*$^b$, fecisse relatam *L*$^v$ 2 debitam *R*$^a$, *om* *M*$^a$ | adicatur *M*$^a$ 3 eadem repletione *PL* 5 uicta *C* 6 fuerint *M*$^a$ | debeant *M*$^a$ 7 facidia *L*$^a$ 8 tamen] tantum *P*$^a$ 9 in *om. PL*$^a$ | istis *om. P*$^a$ 10 parte *C* | emendare *M* | et *om. PL* 11 replicationem *C*$^a$ 14 filius *M*$^a$ | non] nam *PL*$^a$*?*, n** *M*$^a$ 15 quid] quidem *P*$^a$*?L* | lucratus est filius *PL* | accrescedis *P*$^a$, accrescendis *P*$^b$*L*$^a$ | putat *P*$^a$, ut puta *M*$^b$ 16 humanitas *L*$^a$ | auentio *M*$^a$ 17 replectionem *R* | quis] si quis *PL*$^a$*R*$^a$*M*$^a$, *inc. C*$^a$*:* si quis *fortasse uerum est, ut qui legem composuit scribere uoluerit* cum autem, si quis …, dubitabatur: sancimus quartae (*similiter B*) 18 morietur *C* 19 certum tempus *M* | ante *R* | composita *PL* 20 omnemque moram *L*, *inc. R*$^a$ | abstahendam *M*$^a$ 21 dubitatur *C*$^a$ 22 restitutionem] *dett. cum B* ἀποκαθίστασθαι, estimationem *PLCRM* | mortis *P*$^t$*L*$^t$ 23 nec … restat *om. P*$^a$ | temporibus *L* | qui *L*$^a$ | post] *CRM*$^a$, praeter *P*$^b$*LM*$^b$*?* | legitima portione *P*$^b$*L* 24 etenim] enim et *M*, etiam et *C* | suam *om. C* 25 legem *C*$^a$ | definiuit] disposuit *C* | scripus *L*$^a$ 27 querela *PLC*$^a$*RM* 30 defrudetur *R*$^a$, *inc. C*$^a$ 31 scriptum habere *M* 32 commanens in eadem *C* | mensium *CM*$^b$, mensum *M*$^a$ 33 annalem *M*$^a$ 34 omnimodo *om. PL* 35 uel manifestare *om. P*$^a$ | praesentiam *P*$^t$*L*$^t$ 36 ita contractus *P*$^t$*L*$^t$, tractatus ita *C* 38 in] ne in *M*$^a$

decesserit filius, huiusmodi querellam, licet non se praeparauerit, ad suam posteritatem
transmittet, ad extraneos uero heredes tunc tantummodo, quando antiquis libris insertam
faciat praeparationem. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET
ORESTAE VV. CC. a. 531
37 [1]IDEM A. IOHANNI PP. Cum antiquis legibus declaratum est, ut militaria [B 39, 1, 59]
testamenta de inofficioso querellam euadant, multi alii casus emergunt, in quibus dubita-
1 tiones exortas sopiri necesse est. In castrensibus etenim peculiis introducta est et alia
subdiuisio et peculii triplex inuenitur causa. uel enim paganum est peculium uel castrense
1a uel quod medietatem inter utrumque obtinet, quod quasi castrense nuncupatur. In tali
igitur peculio, quod quasi castrense appellatur, quibusdam personis licentia conceditur con-
dere quidem testamenta, sed non quasi militibus [Tract. de peculiis (Heimbach Anecd. 2 p. 257)]
quo uoluerint modo, sed communi et licito et consueto ordine obseruando, quemadmodum
constitutum fuerat in consulibus et praefectis legionum et praesidibus prouinciarum et
omnibus generaliter, qui in diuersis dignitatibus uel administrationibus positi a nostra
1b consequuntur manu uel ex publicis salariis quasdam largitates. Sed hae quidem personae
testamenti faciendi habent potestatem in ipsis tamen tantummodo peculiis, quae iam enu-
1c merata sunt, id est quasi castrensibus. Sed et ueterani, qui tempore quidem mili-* [(Tract.)]
tiae sibi peculium adquisierunt, militiam autem deposuerunt, testari (licito tamen modo)
1d non prohibentur. In his itaque omnibus quasi castrensibus peculiis dubitabatur, si contra
1e huiusmodi testamenta de inofficioso querellam extendi oportet. [2]Sed prior quaestio erat,
si omnes qui quasi castrense peculium habent testari in hoc possint, quia non omnibus
passim, sed quibusdam personis hoc priuilegii loco concessum est: quia[3] militibus quidem
et ueteranis testamenta facere in castrensi peculio undique concessum fuerat, sed militibus
quidem in expeditione constitutis iure suo, ueteranis autem iure communi: de aliis autem
personis omnibus, quae non per speciale priuilegium hoc acceperunt, si possint testari,
dubitatum fuerat, ut puta uiris disertissimis patronis causarum uirisque deuo- [Tract. l. c.]
tissimis memorialibus et agentibus in rebus nec non magistris studiorum liberalium, archiatris
1f (1) quoque et omnibus omnino, qui salaria uel stipendia percipiunt publica. In his itaque
omnibus sancimus, quia ad imitationem peculii castrensis quasi castrense peculium super-
uenit, omnibus[4], qui tale peculium possident, super ipsis tantummodo rebus, quae quasi
castrensis peculii sunt, ultima condere (secundum leges tamen) posse elogia: hoc [(Tract.)]
nihilo minus eis addito priuilegio, ut neque eorum testamenta de inofficioso querella ex-
1g pugnentur. Si enim patronus aduersus res, quas libertus eius ex castris quaesiuit sui
iuris indubitanter constitutus, praeteritus fuerit ab ingrato liberto, tamen contra eius-
modi peculium contra tabulas bonorum possessionem non habet secundum ueterum legum
sanctionem, quemadmodum oportet praefata peculia, quae ad instar castrensis peculii intro-
2 ducta sunt, de inofficioso querellae esse supposita? Sed haec obtinere oportet, donec in
sacris parentum suorum constituti sunt hi qui quasi castrense peculium possident. si enim
sui iuris efficiantur, procul dubio est eorum testamenta et pro ipsis rebus, quas antea ex
quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querellam sustinere, cum neque nomen

*P* (*c.* 36) *L* (*c.* 36) *CRM*

---

[1] *iunge* 1, 3, 49. 1, 5, 22 [2] § 1*e*...2*a* *epitomantur in* 6, 22, 12 [3] *requiritur* nam [4] *requiritur* omnes

---

1 parauerit *M*ᵃ 2 liberis *R*ᵃ 3 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 29, 4 5 idem] impr. iustinianus *S* 6 inofficiosi *R* | alii *om. R*ᵃ 7 sopori *R*ᵃ | in castrensibus ... est *om. R*ᵃ 8 etenim *R* 9 nuncupatur ... 10 castrense *om. R*ᵃ 10 castrensi *M*ᵃ 12 uoluerunt *M* | et licito] licito *M*ᵃ 13 in *om. C* | praef. leg.] ὑπάρχων λεγεώνων *Tract.* (κ.π.) | praes.] in praes. *M* 14 uel] atque *M* 15 plubicis *M*ᵃ | hee *M* 16 numerata *R* 17 qui] quod in (in *add. R*ᵇ?) *R* 18 tamen] tantum *R* 20 de inofficiosi *R*ᵇ, dein..(de?)fficiosi *R*ᵃ 21 non] non in *R* 24 expeditionem *C* 25 possunt *C* 28 omnino *om. R* | percipiunt *om. R*ᵃ | plubica *M* 29 quia] quibus *R*ᵃ 32 de inofficiosi *RM*ᵃ 33 si *seqq.*] εἰ γὰρ ὁ πάτρων κατὰ τῶν κτηθέντων τῷ ἀπελευθέρῳ ἰδιοκτήτων πεκουλίων οὐκ ἔχει τὴν κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντίωσιν *B* 34 praeteritus] et p. *M*ᵃ, etsi p. *M*ᵇ 35 peculia *M* 37 inofficiosi *R* 38 parentium *M*ᵃ | possidet *M*ᵃ 39 eorum] et eorum *M* | ante *C* 40 inofficiosi *R*

peculii permanet, sed aliis rebus confunditur et similem fortunam recipit, quemadmodum et ceterae res eorum, et unum congregatur ex omnibus patrimonium. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

## XXVIIII

## ℞ DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS ℞

1 IMP. PHILIPPVS A. NICANORI ET PAPINIANAE. Si, ut adlegatis, mater uestra ad deludendam inofficiosi querellam paene uniuersas facultates suas, dum ageret in rebus humanis, factis donationibus siue in quosdam liberos siue in extraneos exhausit ac postea uos ex duabus unciis fecit heredes easque legatis et fideicommissis exinanire gestiuit, non iniuria iuxta formam super inofficioso testamento constitutorum subueniri uobis utpote quartam partem non habentibus desideratis. PP. XIIII K. SEPT. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

2 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. AETIAE. Pater si omne patrimonium [B 41, 4, 3] suum impetu quodam immensae liberalitatis in filium effudit, aut in potestate is permansit, et arbitri familiae erciscundae officio congruit, ut tibi quartam debitae ab intestato portionis praestet incolumem, aut emancipatus fuerit, et, quia donatio non indiget alieno adminiculo, sed suis uiribus nititur, iuxta constitutiones is qui prouinciam regit ad similitudinem inofficiosi querellae auxilium tibi aequitatis impertiet. PP. VI K. AVG. MAXIMO II ET GLABRIONE CONSS. a. 256

3 IDEM AA. AELIANO. Precibus quidem tuis proposita rescripta eos parentes [B 41, 4, 4] denotant, qui, cum testamento facto uiui patrimonium suum immensis donationibus exinanissent, *i*nane nomen heredum liberis reliquissent. sed ad intestatos quoque eadem ratio aequitatis extenditur. PP. X K. NOV. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 257

4 [1]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. *CALPVRNIAE* ARISTAENE*TAE*. Si [Vat. 282] filius tuus immoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, praesidis prouinciae auxilio uteris, qui discussa fide ueri, si in integrum restitutionem ex filii persona competere tibi ob improbabilem donationis enormitatem animaduerterit, in remouendis his quae perperam gesta sunt tibi subueniet. ideoque non est tibi necessarium aduersus immo- [(Vat.)] dicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamenti. PP. IIII ID. FEBR. MEDIOLANI[2] MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

5 IDEM AA. COTTABEO. Si totas facultates tuas per donationes uacuefecisti, [B 41, 4, 5] quas in emancipatos filios contulisti, id, quod ad submouendas inofficiosi testamenti que-

*A*$^{vi}$ (29 ℞ 2. 3) *P* (29) *L* (29 ℞ 1...3. 25, 6. 29, 4. 5) *CRM*

[1] *iunge* 8, 53, 6 [2] Nicomediae (*Mommsen*)?

2 eorum et] *Bamb. D I* 3, eorum ** $M^a$, eorum ad $M^b$, eorum et ad *R*, et eorum ad *C* | congregantur *RM* | *s. a. Hal.* 3 post cons. ... uu. cc.] lampadio et oreste uu. cc. coss. *Hal., sed in addendis emendauit* post cons. ... uu. cc. anno secundo: *ad annum* 531 *hanc const. pertinere constat et propter diem* (*cf. Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 185) *et quia citatur in* 6, 22, 12, *quae eiusdem diei est* 6 et papianae *R*, *om.* $P^a$ | ad] a $M^a$ | excludendam *C* 8 siue *om. C* | in extr.] extr. $PLR^a$ 9 uiciis *R* | et] uel *CR* 10 super] de *R* | officioso *PL* 11 *s. a. Hal. PL* | pp.] p. *P* | xuii *PL* | taciano *PL* | conss. *om PL* 12 galianus *M* | aetiae] *APLR*, actiae *C*, atie *M*, anthiae *S* | omni $L^a$ 13 libertatis $C^a$ | filio $R^a$ | potestatem $C^a$ | is] $ACR^a$, eius $PL^a$, eius is $L^bR^bM$ 14 et *om. CR* | arbitrii $L^a$ | intestatu $P^a$ 15 aut] aut si ante $P^a$, aut si $P^bR^bM^b$, aut**** $L^a$ | indiet $P^a$, diget $M^a$ 16 iuxta] iux $M^a$ | prouincias *A* 17 de inofficioso *C* | *s. a. Hal. PL* | k. aug.] id. ian. *PL* | II et glabrione] et glauiore *PL* 19 aa.] a. $SA^l$ | adiano *R* 21 inane] $W^a$, et inane *APLCRM* | heredm $L^a$ | sed] sed et *R* 22 *s. a. Hal. PL* | pp.] p. *L* | ipsis ... conss. *om. PL* 23 aa.] aa. ct cc. *C* | calpurniae aristaenetae] *Vat.*, aristinae *SPLCRM* 24 liberalitis $P^a$ | praesides $L^a$ 25 utaris *Vat.* | ueri fide *C* | in integrum] integrum $C^aR^aM^a$, integri *Vat.* | compere $P^a$ 26 qui *R* 27 tibi] si tibi $P^a$ 28 testamenta $M^a$ | *s. a. Vat. Hal. et PL ad* 28, 36 | pp. IIII] *Vat.*, d. VI *Hal.*, ui *PL* | mediol. *om. Hal. PL* | II *om. Vat.* 30 aa.] aa. et cc. *C* | quotabeo *M* | uacui fecisti $L^a$, uacuas fecisti $CM^b$ 31 quasi in $M^a$ | submouendam i. t. querelam *CM*

rellas non ingratis liberis relinqui necesse est, ex factis donationibus detractum, ut filii uel nepotes, qui postea ex quocumque legitimo matrimonio nati sunt, debitum bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum reuertetur. D. II K. MART. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

6 IDEM AA. DEMETRIANAE. Cum donationibus in fratrem tuum collatis facul- [B 41, 4, 6] tates patris tui exhaustas esse eundemque patrem uestrum ea quae superfuerant codicillis inter uos diuisisse proponas, si uoluntatem eius non agnouisti nec beneficio aetatis aduersus haec iuuari poteris nec tantum dos a patre data et fideicommissum continent, quantum ad submouendam querellam sufficiat, de enormitate donationum ad exemplum inofficiosi testamenti praeses prouinciae iurisdictionis suae partes exhibebit. PP. VI K. MAI. CONSS. VT SVPRA. a. 286

7 IDEM AA. *AVRELIO* AMMIANO. Si mater tua ita patrimoninm suum [Vat. 280 B 41, 4, 7] profunda liberalitate in fratrem tuum euisceratis opibus suis exhausit, ut quartae partis dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti querellam aduersus te sufficeret, in his donationibus quas tibi largita est non habeas, quod immoderate gestum est reuocabitur. PP. V ID. MAI. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

8 IDEM AA. AVXANONI. Si liqueat matrem tuam interuertendae quaestionis in- [B 41, 4, 8] officiosi causa patrimonium suum donationibus in unum filium collatis exhausisse, cum aduersus eorum cogitationes, qui consiliis supremum iudicium anticipare contendunt et actiones filiorum exhauriunt, aditum querellae ratio deposcat, quod donatum est pro ratione
1 quartae ad instar inofficiosi testamenti conuicti deminuetur. Nam quod uxor a marito in se matrimonii tempore donationis causa collatum emancipato filio communi consentiente domino donauit, uelut ex bonis patris, de cuius substantia prohibente matrimonio non potuit exire, datum accipi rationis est: in cuius bonis si idem consilium et euentus comprehendatur, lex, quam patrimonio matris ediximus, obseruabitur. PP. III ID. SEPT. CC. CONSS. a. 294

9 [1]IMP. CONSTANTIVS A.[2] OLYBRIO. Non conuenit dubitari[3], quod [Th. 2, 20, 1 B 41, 4, 9] immodicarum donationum omnis querella ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit introducta et sit in hoc actionis utriusque uel una causa uel similis aestimanda uel idem et temporibus et moribus. D. XIIII K. IVN. TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

## XXX
## DE INOFFICIOSIS DOTIBVS

1 IMP. CONSTANTIVS A. AD MAXIMVM PRAESIDEM CILICIAE. Cum [Th. 2, 21, 1 B 41, 4, 10] omnia bona a matre tua dote dicantur exhausta[4], concordare legibus promptum est, ut ad

*P* (29) *L* (29) *CRM*

[1] *iunge Th.* 2, 19, 4 [2] et C. *addit Th.* [3] illud omnino dubitari non conuenit *Th.* [4] cum omnis hereditas dote dicatur exhausta *Th.*

1 detractatum $M^a$ 3 reuertetur] *C,* reuertitur *PLRM* | *s. a. Hal. PL* | d. II] pp. prid. *PL* 5 dimitrie *S,* demetrie *M* 6 patris] patres $P^a$ 7 uos] uiuos *PL* | diuidisse $P^aC^aR$, diuisse $M^a$ | poponas $R^a$ 8 hoc $PLR^b$ | iuuare $M^a$ | dos] modo $P^1L^1$ | et *om.* $P^a$ | fideicommissam $L^a$ | continet $CR^b$ 10 *s. a. Hal. PL* | VI *om. Hal.* | conss. ut supra *om. PL* 12 aurelio] *Vat., om. libri* | ammiano] *SCRM,* mammiano *PL,* anniano *Vat.* 14 dimidiam *Vat.,* dimidimidium $L^a$ | quod] patris quod $R^a$, quam *Vat.* | ad *om. C* | querela $M^a$ | sufficere constat *Vat.* 15 immoderato $C^a$, immoderat $R^a$ 16 *s. a. Hal. PL: in Vat. legitur* dat. nicomediae V non. mart. augustis III et II conss. | id. mai.] m. aaai. *PL* | maximo II (II *om. PL*) ... conss.] coss. ut supra *Hal.* 17 anxanoni *PL,* auxoni *C* | tuam] uestram *M* 18 donis $P^a$ 19 antipare $L^a$ | et act. filiorum *om.* $R^a$ 20 datum *PL* 21 deminuitur *PLR* 22 matrimoii *P* | consent.] non consent. $P^a$ 24 potuerit *L* | comprehenditur *PL,* conprendatur *M* 25 diximus *CM* | *s. a. Hal. PL* | pp. ... sept.] ui. id. x. *PL* 27 const. *PLC,* constantinus *SRM* 28 immocarum $P^a$, immedicarum $R^a$ | omnis] $CM^a$ *Th.,* omnibus $PLRM^b$ | similitudine *L* 29 fuerat $R^a$ | inducta *Th.* 30 idem] eadem *C* | et temp.] temp. *Th.* | et moribus *om.* $P^a$ | *s. a. Th. Hal.: in PL est subscriptio* 31, 3 | iun.] *Th.,* iul. *Hal.* 33 constantinus *S* | d max. pr. cicilie *bis* $M^a$ | sicilie *SC,* cicilie *M* 34 dote] $CM^a$ *Th.,* in dote $RM^b$

exemplum inofficiosi testamenti aduersus dotem immodicam exercendae actionis copia tribuatur et filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur. D. XIIII K. IAN. SIRMIO DATIANO ET CEREALE CONSS. a. 358

# XXXI
## ℞ DE PETITIONE HEREDITATIS ℞

1 IMP. TITVS AELIVS[1] ANTONINVS A. AVGVRINO PROCONSVLI AFRICAE. Senatus consultum auctore diuo Hadriano auo meo factum[2], quo cautum est, quid et ex quo tempore euicta hereditate restitui debeat, non solum ad fisci causas, sed etiam ad priuatos [B 42, 1, 59]
1 hereditatis petitores pertinet. Vsuras uero pecuniarum ante litis contestationem ex die uenditionis hereditariarum rerum ab eo factae qui antea possidebat collectas nec non etiam fructus bonae fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores extiterunt.
2 Post litem autem contestatam tam fructus non uenditarum rerum, non solum quos perceperunt, sed etiam quos percipere poterant, quam usuras pretii rerum ante litis contestationem uenditarum ex die contestationis computandas omnimodo reddere compellantur. PP. VI K. FEBR. CLARO ET CETHEGO CONSS. a. 170

2 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. MARCELLO MILITI. Si post motam controuersiam Menecratis bonorum partem dimidiam Musaeus ab herede scripto quaestionis illatae non ignarus comparauit, tam ipse quasi malae fidei possessor quam heredes eius [B 42, 1, 60]
1 fructus restituere coguntur. Si uero uenditionem lite antiquiorem esse liquido probaretur, ex eo die fructus restituantur, ex quo lis in iudicium deducta est. fructibus enim augetur
2 hereditas, cum ab eo possidetur, a quo peti potest. Emptor autem, qui proprio titulo possessionis munitus non est, etiam singularum rerum iure conuenitur. D. K. IVL. SEVERO ET VICTORINO CONSS. a. 200

3 IDEM AA. EPICTAE. Hereditas materterae petita non infringit alterius hereditatis petitionem, quae uenit ex alia successione. sed et si quaestionis titulus prior inofficiosi testamenti causam habuisset, iudicatae rei praescriptio non obstaret eandem hereditatem ex alia causa uindicanti. PP. V ID. AVG. GETA II CONS. [B 42, 1, 61] a. 205

4 IMP. ANTONINVS A. VITALIANO. In restituenda hereditate compensatio eius habebitur, quod te in mortui infirmitate in sumptumque funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaueris. PP. VII K. MART. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. [B 42, 1, 62] a. 213

5 IDEM A. POSTVMIANAE. De hereditate, quam bona fide possidebas, si contra te pronuntiatum est, in restitutione eius detrahetur, quod creditoribus eiusdem hereditatis exsoluisse te bona fide probaueris: nam repeti a creditoribus, qui suum receperint, non potest. PP. VI K. IVN. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. [B 42, 1, 63] a. 213

6 IMP. ALEXANDER A. FIRMINO. Si putas non iure tutores datos nepotibus tuis, quod eos dicas in potestate tua esse, petere ab his hereditatem filii tui emancipati [B 42, 1, 64]

*P* (31 ℞ 2. [3 *p*] 4. 5) *L* (31 ℞ 2...5) *CRM*

[1] Titus Aelius *del.* [2] *Dig.* 5, 3, 20, 6

2 *s. a. Th. Hal.* | d. IIII kal. iun. *Hal.* | sirmio *om. Hal.* 3 cereali *Hal.* 5 repetitione *SP* 6 impp. *C,* imppp. *M* | ant.] et ant. *M* | a.] aaa. *SM,* aa. *C, om.* $R^a$ | auguriano *S,* agori *M* | proconsule *S* 11 extiterint *R* 13 p̄oterant $R^a$ | rerum pretii *C* 14 *s. a. Hal.* 17 menecreatis $PL^a$, menecretis $L^b$, menegratis *C* | muses $P^aL^a$ 18 mala $C^a$ 19 litem $L^a$ antiquiores *R* | liquide *C* | probatur *C,* probetur $R^a$ 20 iudicio $PLCR^a$ | est] fuerit *C* 21 autem *om.* $M^a$ 22 non est etiam] $P^a$, est etiam $P^bLCRM$, est *B:* ὁ δὲ ἀγοραστὴς ἀπὸ ἰδικοῦ τίτλου νεμόμενος, τουτέστιν ὡς ἠγοραχώς, τῇ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα κινουμένῃ ἐνάγεται καὶ οὐχὶ τῇ τῶν κληρονομιαίων ἀπαιτήσει | *s. a. Hal. PL* | seuero] seuero a. II *Hal.*, a. n. *PL* 24 epictesidi *R* | hered.] si $p^aL$ | infringitur $M^a$ 25 et *om.* $pLRM^a$ | titulis $M^a$ 27 *s. a. Hal. et PL ad* 29, 9: *in pL hoc loco extat* pp. | pp. v id. aug.] ui id. iun. *PL* | geta II conss. *PL,* geta et plautiano coss. (= *a.* 203) *Hal.* 28 antonius *M* | a. *om. C* | restuenda $P^a$ 29 habebitur] inducitur *PL,* γενήσεται *B* | in *om.* $L^a$ | infirmitatem *PL* 30 *s. a. Hal. PL* | VII *om. Hal.* | IIII] iii *PL* 31 fide *om.* $M^a$ 32 restitutionem *PLM* | detrahitur *PLR,* detrahentur $M^b$, retrahentur $M^a$ | quod] quae *M* 33 bone $C^a$ | receperunt *C,* perceperint $M^a$ 34 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 7 36 dicis *P*

non moreris, cuius commodum ad te pertinere dicis, iudice statuturo, an a praesidalibus actis discedendum sit, qui eis tutores dedit, cum in tua potestate negarentur esse. PP. x k. Ivl. Ivliano *et* Crispino conss. a. 224

7 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Restitvtae. Hereditatis [B 42, 1, 65]
petitionem, quae aduersus pro herede uel pro possessore possidentes exerceri potest, prae-
scriptione longi temporis non submoueri nemini incognitum est, cum mixtae personalis
1 actionis ratio hoc respondere compellat. A ceteris autem tantum specialibus in rem actio-
nibus uindicari posse manifestum est, si non agentis intentio per usucapionem uel longum
tempus explosa sit. PP. xi k. Avg. CC. conss. a. 294

8 [1]Idem AA. et CC. *Avrelio* Asterio. Liber nec ne fuerit testator, ante [B 42, 1, 66] omnia disquiri debet, cum hereditas petatur. D. iii k. April.[2] CC. conss. a. 294

9 Idem AA. et CC. Demophiliae. Si scripti delatam sibi successionem cognati [B 42, 1, 67] repudiauerunt et hanc honorario uel ciuili iure quaesisti, res hereditarias, quae in eadem causa durant, hereditatis petitione uindicare potes. D. iii k. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

10 Idem AA. et CC. Theodotiano. Si filius familias delatam sibi heredita- [B 42, 1, 68] tem per longum tempus detinuit, eo ipso utpote agnita hereditate patri suo eius commodum adquisisse uidetur. D. xiii k. Ian. CC. conss. a. 294

11 [3]Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Aeternali proconsvli [Th. 11, 39, 12 B 42, 1, 69] Asiae. Cogi possessorem ab eo qui expetit titulum suae possessionis edicere inciuile est praeter eum, qui dicere cogitur, utrum pro possessore an pro herede possideat. D. xii k. April. Constantinopoli Arcadio iiii et Honorio iii AA. conss. a. 396

12 Imp. Ivstinianvs A. Iohanni pp. Cum hereditatis petitioni locus fuerat, [B 42, 1, 70]
exceptio adsumebatur, quae tuebatur hereditatis petitionem, ne fieret ei praeiudicium.
magnitudo etenim et auctoritas centumuiralis iudicii non patiebatur per alios tramites uiam
1 hereditatis petitionis infringi. Cumque multae uarietates et controuersiae ueterum exortae
sunt, eas certo fine concludentes sancimus, si quis hereditatis petitionem uel *susceperit uel*
suscipere sperat uel mouere[4], alius autem superueniens uel ex deposito uel commodato uel
legato uel ex fideicommisso uel ex aliis causis inquietare uel reum uel agentem ex persona
defuncti crediderit sibi esse necessarium, si quidem pro legato uel fideicommisso hoc faciat,
rem expeditae quaestionis esse, cum possit scriptus heres cautione interposita non differre
hanc petitionem, sed recte exigi uel legatum uel fideicommissum sub cautela uel satis-
datione pro qualitate personarum, quod, si non obtinuerint eius iura, restituet legatarius uel
fideicommissarius ei datam pecuniam cum usuris ex quarta centesimae parte currentibus,
uel agrum cum fructibus quos percepit, uel domum cum pensionibus, scilicet in utroque
eorum expensis antea necessariis et utilibus deductis: uel si ipse maluerit litem quidem
contestari, expectare autem hereditatis petitionis euentum, hoc ei liceat facere, ut restitutio,
1a (1) si competeret, cum legitimis augmentis legatario uel fideicommissario accedat. Sin autem

*P* (31, 7...11 *et* 6 *post* 36, 17) *L* (31, 7...11) *CRM*

---

[1] *iunge* 6, 59, 4. 7, 16, 27 *Consult.* 6, 18 [2] Sirmio *ins. Cons.* [3] *iunge* 6, 23, 17 [4] mouerit (*u. i.*)?

---

1 statuto *P* | a *om. C* 2 discendendum $M^a$ | esse *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* 3 et] ii et *Hal.* 4 imp. *M* | et cc. *om. PM* | restituta $M^a$ | heditatis $L^b$, ∗editatis $L^a$ 5 uel pro] uel *C* 8 si non] sine $P^a$ 9 exclusa $CM^a$? | *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 5 | cc. conss. *om. PL utroque loco* 10 aurelio] *Consult.* 6, 18, *om. libri* | astrerio $P^bL$, sterio $M^b$, stesio $M^a$ | nec] ne $L^a$ 11 cum] antequam *C contra B* | petantur $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* | conss. *om. PL* 12 demophole *S* 13 repudiauerint $R^a$ | uel ciuili] ut ciuile $M^a$ | quesiste $M^a$ 14 *s. a. Hal. PL* | nicomediae cc. *om. PL* 15 theudationo *S*, theodosiano *PLRM* 16 eius *om.* $PL^a$, commodum eius $L^b$ 17 uideatur $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | xiii] ui *PL* | cc. conss. *om. PL* 18 proconsule $L^a$ 19 asiae] asiae africae *PL*, *om. S* | edicere] *C Th.*, dicere *PLRM* 20 edicere *Th.* | *s. a. Th. Hal.: in PL est subscriptio c.* 12 21 iiii et h. iii aa.] *Th.*, et h. aa. iiii et iii *Hal.* 23 ei *om.* $R^a$ 24 enim *R* | centumiuralis $R^a$ 26 fini $CR^bM^l$ | qui *C* | uel suscep. ... 27 mouere] *dett.*, uel suscep. *om. CRM:* ἢ ὑπεδέξατο ἤδη τὸν ἀγωγὴν ... ἢ ἐλπίζῃ ἐνάγεσθαι αὐτῇ ἢ ἐνάγῃ περὶ αὐτῆς *B*, *quae uidentur legisse* mouerit: *sane eum, qui heredem se esse putat, hereditate nondum petita omnimodo teneri uix iustum est* 28 ex fideic. uel ex] *RM*, fideic. uel *C* 29 si quidem] sibi $C^a$ 31 sub] sub ea *M* 34 perceperit *R*, percipit $M^a$ 35 ante *R* | ipse] ipse id est (ipse idem *C*) legatarius uel fideicommissarius $CM^a$ 36 expect.] et exspect. *C*

ex contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis uel eius rei de qua agitur,
si quidem res sint uel depositae uel commodatae uel pignori datae uel aliae quae extant,
non differri sub praetextu hereditatis petitionis memoratum iudicium, quemadmodum, si pro
fenerata pecunia uel alia personali actione agatur contra possessorem uel petitorem, non
1*b* debet iudicium differri, sed exitum suum accipere. Postquam etenim hereditatis petitionis
iudicium finem accipiat, tunc inter petitorem hereditatis et possessorem rationibus contractis
non aliter possessor, si uictus fuerit, hereditatem restituere compellitur, nisi pro omnibus
1*c* quae rite ab eo gesta sunt petitor ei satisfaciat. Quod si petitor fuerit uictus, simili modo
a possessore iudicis officio ei satisfiat uel, si hoc fuerit praetermissum, negotiorum gesto-
2 rum uel ex lege condictione. Sin autem libertates uel a possessore uel a petitore fidei-
commissariae petantur uel directae ipso iure dicantur competere, annale tantummodo spa-
2*a* tium expectetur a morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis iudi-
cium intra id spatium terminum accipiat, secundum euentum iudicii et libertates uel effectum
2*b* habeant uel euanescant. Sin autem tempus annale emanauerit, tunc libertatis fauore et
humanitatis intuitu competant quidem directae libertates, ex fideicommissariis autem in
libertatem serui eripiantur, ita tamen, si non falsum testamentum approbetur: sub ea sci-
licet condicione, ut, si actores sint uel alias ratiociniis suppositi, et postquam perueniant
in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias et rationes reddere: iure patronatus
3 uidelicet competente ei, qui ex legibus ad id possit uocari. Illo, ne in posterum dubitetur,
obseruando, ut et ipsa hereditatis petitio omnimodo bonae fidei iudiciis connumeretur. D.
K. SEPT. CONSTANTINOPOLI *POST CONSVLATVM* LAMPADI*I* ET ORESTAE *VV. CC.* a. 531

## XXXII

## R DE REI VINDICATIONE R

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. CAECILIAE. Etiam per alienum seruum [B 15, 1, 81]
bona fide possessum ex re eius qui eam possidet uel ex operis serui adquiri dominium uel
obligationem placuit. quare tu quoque si bona fide possedisti eundem seruum et ex num-
mis tuis mancipia eo tempore comparauit, potes secundum iuris formam uti defensionibus
1 tuis. Mancipium autem alienum mala fide possidenti nihil potest adquirere, sed qui tenet
non tantum ipsum, sed etiam operas eius nec non ancillarum partum et animalium fetus
reddere cogitur. PP. III NON. MAI. EBORACI FAVSTINO ET RVFO CONSS. a. 210
2 IDEM AA.[1] ARISTAENETO. Si inferiorem partem aedificii, quae solum con- [B 15, 1, 82]
tingit, ad te pertinere probare potes, eam, quam uicinus imposuit, accessisse dominio tuo
1 non ambigitur. Sed et id, quod in solo tuo aedificatum est, quoad in eadem causa manet,
iure ad te pertinet. si uero fuerit dissolutum, materia eius ad pristinum dominium redit,

$A^{ui}$ (32 R 2) *P* (32 R 1 [2 *p*]) *L* (32) *CRM*

---

[1] *requiritur* imp. Antoninus A.

---

2 uel sint *C* | commendatae *R* 6 finem ... 12 iudicium *om.* $R^a$, *suppleuit manus coaeua* 7 erit *C* | restituere hereditatem *C* | compelletur *C*, compellatur $R^b$, ἀναγκάζεται *B* 9 a possessore ... satisfiat] *C*, possessor (a possessore $M^v$) ... satisfaciat $R^bM$ | uel] quod $R^b$ 10 condictionem $R^b$, conditionem $M^a$ 11 directo $R^b$ 12 spectetur $R^bM$ | numeratum $R^bM^a$ 13 intra] in $M^a$ | teminum $M^a$ 14 autem] *atem $M^a$ 15 ex] et $C^a$ | fideicommissariis $M^a$ 17 aliis $CM^b$ | peruenerint *C* 18 ei *C* | res hered. *om.* $R^a$ 20 et *om.* *M* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 11 21 post ... uu. cc.] lampadio et oreste coss. *Hal.*, lamp. *PL: anno* 530 *Iohannes nondum pp. fuit* 23 rei] re $P^a$ 24 caeciliae *om.* $P^a$ 25 operibus *R:* ex re uel ex operis *Latine BΣ* 26 si tu quoque *PL:* ὅθεν καὶ σὺ εἰ *BΣ* (κ.π.) 28 male *R* 29 acillarum $M^a$ 30 *s. a. Hal. PL* | etboraci fausto conss. (*om.* et rufo) *PL* 31 aa.] a. *S* | aristeno *S*, aristenete *A*, arestoneto *C*, aristineto *R* | contigit $M^a$ 32 accisse $R^a$ 33 sed et] *A cum BΣ* (κ.π.) ἀλλὰ καί, sed *pLCRM* | solo tuo] soluto $L^a$ | quoad] $C^bR^bM$, quod *ApLR**, *inc.* $C^a$: ἐφ' ὅσον *BΣ* (κ.π.) 34 iure] $RM^b$ *cum BΣ* (κ.π.) κατὰ νόμον, et iure $ApL^a$?*C*, ex iure $L^b$, ** iure $M^a$ | ad] a $L^a$ | pertinet] petim* $M^a$ | dominum $C^bR$: πρὸς τὴν ἀρχαίαν δεσποτείαν *BΣ* (κ.π.)

siue bona fide siue mala fide aedificium extructum sit, si non donandi animo aedificia alieno solo imposita sint. PP. XII K. NOV. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

3 IMP. ALEXANDER A. DOMNINAE. Mater tua uel maritus fundum tuum inuita [B 15, 1, 83] uel ignorante te uendere iure non potuit, sed rem tuam a possessore uindicare etiam non
1 oblato pretio poteris. Sin autem postea de ea uenditione consensisti uel alio modo proprietatem eius amisisti, aduersus emptorem quidem nullam habes actionem, aduersus uenditricem uero de pretio negotiorum gestorum exercere non prohiberis. PP. III K. NOV. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

4 [1]IMP. GORDIANVS A. MVNIANO MILITI. Aduersus eos, qui a malae fidei [B 15, 1, 84] possessoribus fundum bona fide comparauerunt, ita tibi actio competit, si prius, quam usucapionem implerent uel longae possessionis praescriptionem adipiscerentur, dominium ad te peruenerit. PP. XII K. NOV. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

5 IDEM A. HERASIANO. Domum, quam ex matris successione ad te pertinere [B 15, 1, 85] et ab aduersa parte iniuria occupatam esse ostenderis, praeses prouinciae cum pensionibus
1 quas percepit aut percipere poterat et omni causa damni dati restitui iubebit. Eius autem quod impendit rationem haberi non posse merito rescriptum est, cum malae fidei possessores eius quod in rem alienam impendunt, non eorum negotium gerentes quorum res est, nullam habeant repetitionem, nisi necessarios sumptus fecerint: sin autem utiles, licentia eis permittitur sine laesione prioris status rei eos auferre. PP. II ID. FEBR. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

6 [2]IDEM A. AVSTRONIO *MILITI*. Si ea pecunia quam deposueras is apud [B 15, 1, 86] quem collocata fuerat sibi possessiones comparauit ipsique traditae sunt, tibi uel omnes tradi uel quasdam compensationis causa ab inuito eo in te conferri iniuriosum est. PP. V ID. IVL. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

7 IMP. PHILIPPVS A. ET *PHILIPPVS* C. *AVRELIO* ANTONIO. Partum [Greg. 3, 2, 3 B 15, 1, 87] ancillae matris sequi condicionem nec statum in hac specie patris considerari explorati iuris est. PP. XIIII K. NOV. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

8 IDEM A. ET C. PHILIPPO MILITI. Si, ut proponis, pars diuersa pecunia tua [B 15, 1, 88] quaedam nomine suo comparauit, praeses prouinciae utilem uindicationem obtentu militiae tibi eo nomine impertiri desideranti partes aequitatis non negabit. idem mandati quoque seu negotiorum gestorum actionem inferenti tibi iurisdictionem praebebit. PP. II NON. MART. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

9 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. ANTONIO. Doce ancillam, de [B 15, 1, 89] qua supplicas, dotalem fuisse in notione praesidis: quo patefacto indubiu*m* erit uindicari ab uxore tua nequiuisse. PP. III K. MART. CARO ET CARINO AA. CONSS. a. 283

$A^{ui}$ (*c.* 2. 7) *P* (*c.* [2 *p*] 3...7. 9) *L* (*c.* 2...7. 9) *CRM*

---

[1] *iunge* 2, 52, 3 [2] *iunge* 4, 34, 3

---

1 male $R^a$ | instructum *M* 2 sunt $A^u$?*R* | *s. a. Hal.: in pL adest* pp. 3 domninae] *M*, domine *S*, dominiae *PL*, domnae *C*, dominae *R* 4 te *om. R* 5 alio] alio p $M^a$ 6 quidem emptorem *C* 7 *s. a. Hal. PL* 8 a. cons.] conss. *PL*, a. II et marcello coss. (= *a.* 226) *Hal.* 9 gordianus *om.* $M^a$ | muniano] *SR*, miniano *P*, miliano *L*, mucrano *C*, muciano 2, 52, 3, *om. M* | qui a] qui $PL^a$, qua $M^b$ | mala $C^{*}$ 11 implererent $M^a$ | ad te *om. M* 12 *s. a. Hal. PL* | XII] xi *PL*, VIIII 2, 52, 3 14 aduersa] alia $P^tL^t$ 15 damni dati] dampnitatis $PR^a$, dampnita $L^a$ 16 habere $R^a$ | mala fide *C* 17 negotio $M^a$ 18 repetionem $P^a$ | utiles] utiles sumptus fecerit *L* 19 eis] esse *C*, ei *M* | priore $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | II] prid. *PL* 21 austronio mil.] 4, 34, 3, astronio *S*, ⅄stronio *PL*, austronomio *C*, ustronio *M*, ustrioniosse *R* | ea] ex ea $C^bM^b$ *cum B* ἐκ τῶν ... νομισμάτων, *om.* $P^tL^t$ 22 collata *PLC* | possessionis $L^a$ | ipseque $P^a$ | traditi $M^a$ 23 quasdam] quasdam ex his $LM^b$ | *s. a. Hal. PL* | pp. v] d. 4, 34, 3 24 gordiano ... conss. *om. PL* 25 imp. phil. a. et phil. c.] *Greg.*, imp. philippo *A*, idem a. et c. (cc. *CRM*) *PLCRM*, idem a. *S* | aurelio] *Greg.*, *om. libri* | antonio *om. C* 26 statum] tantum $P^a$ | consid.] consid. placet $PL^a$ 27 *s. a. Greg. Hal. PL* | XIIII] *Greg.*, XIII *Hal.*, x *PL* | philippo a. *om. PL* | taciano *PL* 28 c.] cc. *CM* 31 praestabit *C* | *s. a. Hal.* 33 impp. *PLCR* | carinus et numerius et carmenius *M* | numerianus] noiano *PL* | aaa.] aaa. et c. *S*, aa. *C* | anthoni *S*, antonino *PLR* 34 ntione $P^a$ | indubium] indubium non *PLCR*, dubium non *M* 35 *s. a. Hal. PL* | III] ui *PL*

10 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Ianvario. Cum super uernis [B 15, 1, 90] mancipiis nulla instrumenta te habere adseueres, in iudicio, in quo negotium coeptum esse proponitur, id quod in precem contulisti postulare debuisti. iudex enim non ignorat seruorum dominia etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis probationibus uel ipsorum interrogatione posse ostendi. PP. viii id. Febr. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

11 Idem AA. et CC. Gaiano. Si quis sciens agrum alienum sewit uel plantas [B 15, 1, 91] imposuit, postquam eae radicibus terram fuerint amplexae, solo cedere rationis est. do-
1 mini enim magis segetem uel plantas, quam per huiusmodi factum solum suum facit. Sane eum, qui bona fide possidens haec fecerit, per doli mali exceptionem contra uindicantem dominium seruare sumptus iuris auctoritate significatum est. D. iiii k. Mart. Sirmi AA. conss. a. 293

12 Idem AA. et CC. Alexandro. Inciuile atque inusitatum est quod postulas, [B 15, 1, 92] ut mancipium, quod tradidisti et hoc modo dominium eius transtulisti, inuito eo ex nostro rescripto tibi adsignetur. unde intellegis semel ancilla emptoris facta filios etiam postea natos eius dominium sequi, cuius mater eorum eo tempore fuit. sane de pretio, si non te hoc probatum fuerit recepisse, conueni aduersarium tuum. D. vi id. April. AA. conss. a. 293

13 Idem AA. et CC. Evtychio. Ordinarii iuris est, ut mancipiorum orta quaestione [B 15, 1, 93] prius exhibitis mancipiis de possessione iudicetur ac tunc demum proprietatis causa ab eodem iudice decidatur. D. id. April. AA. conss. a. 293

14 Idem AA. et CC. Septimae. Cum a matre domum filii te sciente comparasse [B 15, 1, 94] proponas, aduersus eum dominium uindicantem, si matri non successit, nulla te exceptione tueri potes. quod si uenditricis obtinet hereditatem, doli mali exceptione, pro qua portione ad eum hereditas pertinet, uti non prohiberis. D. iii k. Ivl. AA. conss. a. 293

15 Idem AA. et CC. Avrelio Procvlino. Quotiens duobus in solidum prae- [B 15, 1, 95] dium iure distrahitur, manifesti iuris est eum cui priori traditum est in detinendo dominio
1 esse potiorem. Si igitur antecedenti tempore possessionem emisse ac pretium exsoluisse apud praesidem prouinciae probaueris, obtentu non datorum instrumentorum expelli te pos-
2 sessione non patietur. Erit sane in arbitrio tuo pretium quod dedisti cum usuris recipere, ita tamen, ut perceptorum fructuum et sumptuum ratio habeatur: cum et si [cf. Vat. 315] ex causa donationis utrique dominium rei uindicetis, eum, cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conuenit[1]. D. xv k. Oct. AA. conss. a. 293

16 Idem AA. et CC. Ianvario. Si in area communi domum aliquis extruxit, [B 15, 1, 96] hanc uobis communem iuris fecit ratio. cuius portionem ab eo, qui bona fide possidens

*$A^{ui}$ (c. 15) P (c. 10. 12...16) L (ut P) CRM*

[1] Idem Vlpiae Rufinae. Cum ex causa donationis uterque dominium rei tributariae uindicetis, eum, cui priori possessio uel soli tradita est, haberi potiorem conuenit. Dat. xii kal. Mart. Dorocortoro Tiberiano et Dione conss. (*a.* 291) *Vat.*

1 aa.] aa. et cc. *C, om. R* | uernis] $C^bM^v$, uniuersis $PLRM^t$, *inc.* $C^a$ 2 asseueras *P* | iudicium *PL* 3 prece *R* 4 aprobationibus $M^a$ 5 *s. a. Hal. PL* | pp. *om., sed in addendis suppl. Hal.* | ipsis *om. PL* | conss. *om. PL* 6 aa. et cc.] c. *S*, a. et cc. *C* | galano *S*, caiano *C* | seruit $CRM^a$ | uel] aut *C* 7 eae] he $R^a$ | domino $CRM^t$ 8 segetes *C* 9 iudicantem *R* 10 *s. a. Hal.* 12 aa. et cc.] a. *S* | alexi *C* 14 tibi *om.* $P^a$ | intellegeris $M^a$ | ancillae e. factae $M^a$, *inc.* $R^a$ 16 te hoc] $CM^b$, hoc $P^b$, hoc ante $P^aLR^aM^a$, te $R^b$ | fuit *C* | conuenit $P^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. vi] G *Hal.* | april. aa. conss. *om. PL* 18 aa. et cc.] a. *S* | eutychio] *M*, euticio *C*, eutichiano *S*, cythithio *PL*, eutythio *R* 19 exutis $P^tL^tC^aRM$: χρὴ πρότερον παραστῆναι τὰ ἀνδράποδα *B* | dmum $L^a$ 20 *s. a. Hal. PL* 21 aa. et cc.] a. *S* | septimiae *PLM* 22 aduersum *PL* 23 poteris *R* 24 portione] proportione $M^a$ | permanet *R* | *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* 25 aa. et cc.] a. *S* | aurelio] *C*, aureli *APLR*, *om. SM* | proculini *R* | quoties *M* 26 eum] ei $L^a$ 27 potiorem] priorem $P^tL^t$ | tempore] tempore te *PL*, te *non agnoscunt BΣ* (κ.π.) | possionem $M^a$ 28 prouinciae *om. A contra BΣ* (κ.π.) | non] man $R^a$ | possessionem $A^uL^a$ 29 non *om.* $P^a$ 30 ut] u $L^a$ | cum *om. A contra BΣ* (κ.π.) | et *om.* $M^a$ 31 trad. soli $A^u$, soli *om. BΣ* (κ.π.) 32 haberi pot.] habere pot. causam *R*, βελτίονα εἶναι *BΣ* (κ.π.) | *s. a. A Hal. PL* | xv] *A*, ii *Hal.*, xii *PL* | oct. aa. conss.] aug. *A* 34 fecerit $PLC^uR^aM$, ἐποίησεν *BΣ* (κ.π.)

aedificauit, si uelis uindicare, sumptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoueri. D. ID. NOV. SIRMI AA. CONSS. a. 293

17 IDEM AA. ET CC. SABINO. Si fundum uestrum, uobis per denuntiationem [B 15, 1, 97] admonentibus uolentem ad emptionem accedere, quod distrahentis non fuerit, non recte is contra quem preces funditis comparauit uel alio modo mala fide contraxit, tam fundum uestrum constitutum probantibus quam fructus, quos eum mala fide percepisse fuerit probatum, aditus praeses prouinciae restitui iubebit. D. XII K. DEC. SIRMI AA. CONSS. a. 293

18 [1]IDEM AA. ET CC. CLARO. Re tua apud aliquem manente proprietatis error [B 15, 1, 98] nihil tibi nocere potuit, nisi alia contra te causa interuenerit. D. VIIII K. IAN. AA. CONSS. a. 293

19 IDEM AA. ET CC. CALLISTRATO. Indicia cetera, quae iure non respuuntur, [B 15, 1, 99] non minorem probationis quam instrumenta continent fidem: quo iure, si de proprietate domus ambigis negotiumque integrum est, uti non prohiberis. VIII K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

20 IDEM AA. ET CC. QVARTILLAE. Non seruum, quem res tuas detinere ad- [B 15, 1, 100] seueras, sed eius dominum de rebus repetendis conueniendum esse perspicis. VI K. MART. CC. CONSS. a. 294

21 IDEM AA. ET CC. HERODI. A possidentibus uindicata mancipia, quorum [B 15, 1, 101] dominium ad uos pertinere intenditis, si, posteaquam impleueritis intentionem, haec[2] non restituantur, iurisiurandi sollemnitate secuta condemnatio procedere debet. D. VI ID. OCT. CC. CONSS. a. 294

22 IDEM AA. ET CC. DIODOTO. Certum est mala fide possessores omnes fruc- [B 15, 1, 102] tus solere cum ipsa re praestare, bona fide uero extantes, post litis autem contestationem uniuersos. D. III K. NOV. CC. CONSS. a. 294

23 IDEM AA. ET CC. MAGNIFERO. Si mancipium tuum per uim uel furtum [B 15, 1, 103] ablatum alii ex nulla iusta causa distraxerunt, uindicanti tibi dominium soluendi pretii nulla necessitas inrogatur. D. XVI K. DEC. CC. CONSS. a. 294

24 IDEM AA. ET CC. IVLIANO. Nullo iusto titulo praecedente possidentes ratio [B 15, 1, 104] iuris quaerere prohibet dominium. idcirco cum etiam usucapio cesset, intentio dominii non absumitur: unde hoc casu postliminio reuerso citra beneficium actionis rescissoriae directa permanet integra uindicatio. D. XVI K. DEC. CC. CONSS. a. 294

25 IDEM AA. ET CC. EVGNOMIO. Sollemnibus pensionibus rei pro alio satis- [B 15, 1, 105] facientem non interueniente uenditione solutionis causa minime dominum facit. D. XVI K. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

26 [3]IDEM AA. ET CC. HELIODORO. Morae litis causam possessoris non in- [B 15, 1, 106] struunt ad inducendam longae possessionis praescriptionem, quae post litem contestatam in praeteritum aestimatur. D. X ID.[4] DEC. CC. CONSS. a. 294

*$A^{ul}$* (*c.* 22) *P* (*c.* 16...25 [26 *p*]) *LCRM*

[1] *fortasse* 8, 43, 2 *iungenda est* [2] *confirmat BΣ*(κ.π.): haec *del.* (*Mommsen*) [3] *cf.* 7, 33, 15 *aut numerus mutandus est aut* x k. *scr.*

1 malis *$P^a$* 2 *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* 4 ammouentibus *$P^a$* 5 precem *$PL^bR$* | fudistis *C*, funditus *$R^a$* 7 *s. a. Hal. PL* | XII] xuiiii *PL* | dec. ... conss. *om. PL* 9 alia] aliqua *$L^a$* | *s. a. Hal. PL* | d. VIIII] GIII *Hal.*, d. uiii *P*, d. xuiii *L* 10 certa *$P^cL^v$*, c**** (coepta?) *$P^a$* | qua *$M^a$* 12 que *om. $L^a$* | *s. a. Hal. PL* | VIII] uii *PL* 14 aa. *om. PL* | herodi quartillae *$L^a$* | adseueres *M* 15 repetentisrepetis *$M^a$* | percipis *R* | *s. a. Hal. PL* 16 cc.] aa. *PL* 17 herodi] *PL*, yrodeae *S*, gerocli *C*, ierocli *R*, georodi *M* 18 contenditis *C* | postquam *C* 19 condemnationem facere debet *C contra BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal. PL* | d.] petita *Hal.* 20 cc. conss. *om. PL* 21 diocletae *uel* diodetae *P*, diocletae *L* 22 soluere *$PLR^a$?, inc. $M^a$* 23 uniuersis *A* | *s. a. Hal. PL* | III] ui *PL* 24 aa. *om. $M^a$* | manifero *R* | uim] uim rerum *$C^a$* | frurtum *$R^a$* 25 iusta *om. $P^a$* | pretium *C* 26 irrogetur *CRM* | *s. a. Hal. PL* | d. XVI] x *Hal.* | cc. *om. PL* 27 praecedente titulo *CRM* 28 prohibebis *$M^a$* | cessit *$M^a$*, p**e cesset *$R^a$* 29 assumitur *P*, a*sumitur *$L^a$*, adsumitur *M* | rescissoriae] res**sossoriae *$P^a$* 30 pertinet *C* | *s. a. Hal. PL* | d. XVI] G. X *Hal.* | dec. cc. *om. L*, k. dec. cc. *om. P* 31 eugomio *S*, eugnomano *$P^a$*, eugnomono *$P^bL$*, eugnomonio *R*, eunomio *M* | sollempni *$P^a$* | aliis *M* | satisfaciente *$PLCR^a$* 32 dominium *$P^cLCR^aM^a$* | *s. a. Hal. PL* | XVI *om. $L^a$* 33 cc. conss. *om. PL* 34 helieodoro *R*, eliodonro *$M^a$* 36 *s. a. Hal.*

27 IDEM AA. ET CC. PHILADELPHO. Seruum emptor non traditum sibi praesentem uindicare non potest. D. XVIII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. [B 15,1,107] a. 294

28 [1]IDEM AA. ET CC. SOPATRO. Res alienas possidens, licet iustam causam nullam habeat tenendi, non nisi suam intentionem implenti restituere cogitur. D. VIII[2] K. IAN. CC. CONSS. [B 15,1,108] a. 294

# XXXIII

## ℞ DE VSV FRVCTV ET HABITATIONE ET MINISTERIO SERVORVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. POSIDONIO. Si usus fructus omnium bonorum testamento uxoris marito relictus est, quamuis cautionem a te prohibuerat exigi, tamen non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere poteris quam oblata secundum formam senatus consulti cautione. PP. VI K. OCT. ANVLLINO ET FRONTONE CONSS. [B 16,8,24] a. 199

2 IDEM AA. FELICI. Verbis testamenti, quae precibus inseruisti, usum fructum legatum tibi animaduertimus. quae res non impedit proprietatis dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro usu fructu tui iuris. PP. VI ID. MAI. ANTONINO A. II ET GETA II CONSS. [B 16,8,25] a. 205

3 IMP. ANTONINVS A. ANTONIANO. Si patri tuo usus fructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet, cum morte eius, cui fuerat legatus usus fructus uel alio
1 modo adquisitus, ad proprietatem regredi solet. [3]Vsufructuario autem superstite licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur. PP. III K. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. [B 16,8,26] [cf. Vat. 42] a. 213

4 IMP. ALEXANDER A. VERBICIO. Vsu fructu constituto consequens est, ut satisdatio boni uiri arbitrio praebeatur ab eo apud quem id commodum peruenit, quod nullam laesionem ex usu proprietati adferat. nec interest, siue ex testamento siue ex uoluntario contractu usus fructus constitutus est. PP. VI ID. MART. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. [B 16,8,27] a. 226

5 IDEM A. . . . . . EVOCATO ET ALIIS. Si pater usum fructum praediorum in tempus uestrae pubertatis matri uestrae reliquit, finito usu fructu postquam uos adoleuistis, posterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciens de alieno percepit. PP. K. APRIL. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. [B 16,8,28] a. 226

6 IDEM A. STRATONICAE. Interest, usum fructum solum maritus tuus in dotem acceperit, an proprietas quidem doti data sit, uerum pactum intercessit, ut moriente eo tibi eadem possessio redderetur. nam usufructuarius quidem proprietatem pignorare non potuit: qui autem proprietatem aestimatam in dotem accepit, non ideo minus obligare eam [B 16,8,29]

*A*$^{ui}$ (32, 27. 33 ℞) *P* (*om.* 33, 6) *L* (*om.* 33, 6) *CRM*

---

[1] *iunge* 6, 59, 9 [2] XV (6, 59, 9)? [3] Aurelio Loreo cui et Enucentrio. Fructuario superstite licet ... tollitur. Subscripta V id. Febr. Sirmi AA. V et IIII conss. (*a.* 293) *Vat.*

---

1 philapelpho *PL,* philadelfiae *C* | praesentem *om.* *L*$^a$ 2 *s. a. Hal. PL* | d. XVIII] G. XII *Hal.* | nicom. cc. conss. *om. PL* 3 et cc. *om. L* | sopatre *M* 4 impleti *M*$^a$ | *s. a. Hal. P: in L extat* d. | VIII] x non *P* 7 abitationem et ministerium *S* 9 aa.] aa. et c. *S* | possidoni *PR* 10 relictos *M*$^a$ | prohibuerit *L* | exigi] testamento exigi *PL*$^a$ *contra B* (κ.π.) 11 oblatam ... 12 cautionem praebueris (praeb. *om. M*$^a$) *L*$^a$*?M* | secundum formam *om. R*$^a$ 12 *s. a. Hal. PL* | pp.] p. *PL* | anullino ... conss. *om. PL* 13 aa.] aa. et cc. *PL* | felicae *P* | usus *R* 14 tibi *om. M*$^a$ | doninum *M*$^a$ 15 *s. a. Hal. PL* | id. ... 16 conss.] aa. *PL* 17 a. *om. C* | atoniano *R,* antonio *C* 18 nihil *om. M*$^a$ | fuerit *PL* | usu *C* 19 ususfructuario *R* 20 *s. a. Hal. PL* 22 beruicio *C* | constito *M*$^a$ 25 uoluntaterio *M*$^a$ | usu *PC* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 6 | idib. *Hal.* 27 a.] a. et c. (cc. *L*) *PL* | aduocato *C* | et aliis *om. S* | pater] pater uester *C,* papter *M*$^a$? 28 tempore *PLC*$^a$ | posteaquam *CRM* 29 posterioris temporis] posteriores *P*$^t$*L*$^t$ | fructos *R* | perceptos *om. M*$^a$ 30 *s. a. Hal.* 31 interest] inter *R*$^a$ | usus *R*$^a$ 32 accepit *RM*$^b$ 33 ususfr. *R* | pignorari *C* 34 existimatam *R*

potuit, quoniam soluto matrimonio restituenda tibi aestimatio eius fuit. PP. K. IVL. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230

7 IMP. GORDIANVS A. VLPIANO MILITI. Eum, ad quem usus fructus pertinet, [B 16, 8, 30] sarta tecta suis sumptibus praestare debere explorati iuris est. proinde si quid ultra quam impendi debeat erogatum potes docere, sollemniter reposces. PP. K. FEBR. ARRIANO ET PAPO CONSS. a. 243

8 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HIERONI. Neque fructuarium [B 16, 8, 31] ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usum fructum habet, neque successores eius ulla temporis ex ea causa tenentes praescriptio munit. VI K. IVL. AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. AVXANVSAE. Usu fructu matri tuae praediorum et man- [B 16, 8, 32] cipiorum relicto tam alienatio quam manumissio interdicta est. sane mancipia, quorum testamento ministerium matri relictum est, cum in his dominium non habet, nec tradendo cuiquam nec manumittendo ad testatoris heredem pertinentia quicquam facit. D. K. DEC. AA. CONSS. a. 293

10 IDEM AA. ET CC. POMPONIO. Si domina proprietatis uxori tuae usum [B 16, 8, 33] fructum locauit sub certa annua praestatione, morte conductricis ei quae locauit etiam utendi fruendi causa non est deneganda. D. XIII K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

11 IDEM AA. ET CC. *CLAVDIO* THEODOTO. Habitatio morte finitur: nec [Vat. 43 B 16, 8, 34] proprietatem qui habitationem habuit legando dominii uindicationem excludit. SVBSCRIPTA IIII K. OCT. VIMINACI CC. CONSS. a. 294

12 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Ambiguitatem antiqui iuris decidentes [B 16, 8, 35] sancimus, siue quis uxori suae siue alii cuicumque usum fructum reliquerit sub certo tempore, in quo uel filius eius uel quisquam alius peruenerit, stare usum fructum in annos, in quos testator statuit, siue persona, de cuius aetate compositum est, ad eam peruenerit siue non: neque enim ad uitam hominis respexit, sed ad certa curricula: nisi ipse cui usus fructus legatus sit ab hac luce fuerit subtractus: tunc etenim ad posteritatem usum fructum transmitti non est possibile, cum morte usum fructum penitus extingui iuris indubitati sit.

1 Sin autem talis fuerit incerta condicio, 'donec in furore filius uel alius quisquam remanserit', uel in aliis similibus casibus, quorum euentus in incerto sit, si quidem resipuerit filius uel alius, pro quo hoc dictum est, uel condicio extiterit, usum fructum finiri: sin autem adhuc in furore is constitutus decesserit, tunc quasi in usufructuarii uitam eo relicto manere usum fructum apud eum. cum enim possibile erat usque ad omne uitae tempus usufructuarii non ad suam mentem uenire furentem uel condicionem impleri, humanissimum est ad uitam eorum usum fructum extendi. quemadmodum etenim, si decesserit usufructuarius ante completam condicionem uel furorem finitum, extinguitur usus fructus, ita humanum est extendi eum in usufructuarii uitam, etsi antea decesserit furiosus uel alia condicio defecerit. D. K. AVG. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

13 IDEM A. IVLIANO PP. Cum antiquitas dubitabat usu fructu habitationis legato, [B 16, 8, 36] et primo quidem cui similis est, utrumne usui uel usui fructui an neutri eorum, sed ius proprium et specialem naturam sortita est habitatio, postea autem si possit is cui habitatio legata est eandem locare uel dominium sibi uindicare, auctorum iurgium decidentes com-

*A*$^{ui}$ (*c.* 7) *P* (*c.* 7...11) *L* (*ut P*) *CRM*

---

1 quoniam] cum $M^a$? | existimatio *R* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 4  2 clemente] *PL*, clementino *Hal.*  4 exprorati *A* | est] et *A* | quid *om. A*  5 debet *R* | reposcis $AP^rL^v$, repo•(s?)ses $P^a$ | *s. a. Hal. PL* | arriano et papo *om. PL*  7 et cc. (c. *S*) *om. M* | hieronine *S*, geroni *CM*, ethieroni *R*  8 quorum $L^a$ | usu *R* | fructum *om. P*  9 *s. a. PL Miraeus*  10 ausanusae *PLM*, auxanisse *C*  11 manumisso $M^a$  13 heredum $PL^b$?$R^a$?, heredes *M* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 10  15 pompilio *R*, pomp. *PL* | uxori tuae *om.* $M^a$?  16 sub] su $M^a$  17 fruendi *om.* $P^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 9 | d. *om. Hal.* | xii *PL* | aa. *om. PL*  18 claudio] *Vat., om. libri* | theodote *PL*, theodoro *RM*  19 qui] ea quae *Vat.* | *s. a. Vat.: in PL est subscriptio c.* 17  21 imp.] mpp. $R^a$  22 uxoris $M^a$ | usus *R*  25 perspexit *RM*  26 usu *C*  27 est] *T*, est penitus *CRM* | usum fructum morte *M* | penitus *om.* $M^a$ | dubitati $R^a$  28 sit] est $RM^b$ | si *C*  31 si *M* | is *om. C* | constitus $M^a$ | ususfructuarii *R* | uita $CM^a$  32 usus *R*, usu *C* | fuctum $M^a$  33 ususfructuarii *R* (*item u.* 35 *et* 36)  35 contionem $R^a$  36 est] et *M* | ēxtendi $R^a$  37 *s. a. Hal.*  39 usufructui *CRM*  40 si possit is] supositis $M^a$

1 pendioso responso omnem huiusmodi dubitationem resecamus. Et si quidem habitationem
reliquerit, ad humaniorem declinare sententiam nobis uisum est et dare legatario etiam
locationis licentiam. quid enim distat, siue ipse legatarius maneat siue alii cedat, ut merce-
2 dem accipiat? Et multo magis, si habitationis usum fructum reliquerit, cum et nimiae
3 subtilitati satisfactum uideatur etiam nomine usus fructus addito. In tantum etenim ualere
habitationem uolumus, ut non antecellat usum fructum nec dominium habitationis speret
legatarius, nisi specialiter euidentissimis probationibus ipse legatarius possit ostendere et
dominium ei domus esse relictum: tunc enim uoluntati testatoris per omnia oboediendum
4 est. Quam decisionem locum habere censemus in omnibus modis, quibus habitatio consti-
tui potest. D. XVIII[1] K. OCT. LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

14 IDEM A. IVLIANO PP. Antiquitas dubitabat, si quis fundum uel aliam rem B 16, 8, 37
cuidam testamento reliquerit, quatenus usus fructus apud heredem maneat, si huiusmodi
1 constat legatum. Et cum quidam inutile legatum esse existimabant, quia usus fructus num-
quam ad suam redit proprietatem, sed semper apud heredem remanet, et forsitan hoc existi-
mabant, quia et secundus heres et deinceps successores unus esse uidentur et non potest
huiusmodi usus fructus secundum ueterem distinctionem solitis modis extingui, alii autem
huiusmodi legatum non esse respuendum existimauerunt: tales altercationes decidentes cen-
semus et huiusmodi legatum firmum esse et talem usum fructum una cum herede finiri et
illo moriente uel aliis legitimis modis eum amittente expirare. quare enim iste usus fructus
sibi tale uindicat priuilegium, ut generali interemptione usus fructus ipse solus excipiatur?
2 quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimum est. Et propter hoc et usum
fructum finiri et ad proprietatem suam redire et utile esse legatum sancientes huiusmodi
paucissimis uerbis totam eorum ambiguitatem deleuimus. D. XV[2] K. OCT. LAMPADIO ET
ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

15 IDEM A. IVLIANO PP. Inter antiquam prudentiam dissensio incidit, si per B 16, 8, 38
seruum usus fructus domino fuerit adquisitus et ex quibusdam casibus (multi enim rebus
incidunt mortalibus) pars huiusmodi serui in alium peruenerit, utrum omnis usus fructus, qui
antea per seruum ad aliquem peruenerit, apud eum remaneat an totus tollatur uel ex parte
1 deminuatur, ex parte autem apud eum resideat? Et super huiusmodi dubitatione tres sen-
tentiae uertebantur, una, quae dicebat ex particulari alienatione serui totum usum fructum
deminui, alia in tantum usum fructum deminui, in quantum et seruus alienatur, tertia,
quae definiebat partem quidem serui posse alienari, usum fructum autem totum apud eum
remanere, qui ante seruum in solidum habebat. et in nouissimam sententiam et summum
2 auctorem iuris scientiae Saluium Iulianum esse[3] inuenimus. Nobis autem haec decidenti-
bus placuit Saluii Iuliani admitti sententiam et aliorum qui in eadem fuerunt opinione,
quibus humanius uisum est non interemptionem usus fructus studiosam esse, sed magis
retentionem, quatenus, etsi pars serui alienetur, tamen nec pars usus fructus depereat, sed
maneat secundum suam naturam integer atque incorruptus et, quemadmodum et ab initio
fixus est, ita conseruetur ex huiusmodi casu nullo deterioratus modo. D. X[4] K. OCT.
LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

16 IDEM A. IVLIANO PP. Corruptionem usus fructus multiplicem esse ueteribus B 16, 8, 39
placuit, uel morte usufructuarii uel capitis deminutione uel non utendo uel aliis quibusdam

*CRM*

---

[1] XVIII *del.* (*Zeitschr. für Rechtsgesch.* 11 *p.* 178) [2] XV *del.* (*cf. not.* 1) [3] isse? [4] X *del.* (*cf. not.* 1)

---

2 reclinare *RM* | usum $M^a$ | dari *M* 4 usus *R* 5 tanto *M* 7 nisi … legatarius *om. R* | euidentibus *M* 8 ei *om. R* | esse domus *R* 10 *s. a. Hal.* 11 idem] impr. iustinianus *S* 13 legatum inutile *R* 14 permanet *C* 15 unius *W: non tam mendum subesse quam minus apte significatum uidetur heredis heredem appellatione heredis contineri* | uidetur $RM^b$ 18 et huiusmodi] huiusmodi *M* 20 tale sibi *M* | usu fructus *C* 21 manifestissimus $R^a$, manifestum *M* | hoc et] hoc *C* 22 proprietatem] propri $R^a$ 23 *s. a. Hal.* 25 idem] impr. iustinianus *S* | iulia *M* 27 utrum … 28 peruenerit *om.* $M^a$ 28 permaneat *C* | ex] et alia ex $M^a$, *om. C* 31 usus *R* | et *om. R* 32 usus *R* 33 nouissima sententia *M* 34 saluum $R^aM^a$ | esse iulianum *R* | autem *om. C* 35 placui $M^a$ | fuerint *R* 36 quibus] quibus i $R^a$ | humanum $RM^b$, humanum s $M^a$ | usu *CRM* 37 usu *M* 39 *s. a. Hal.* 41 idem] impr. iustinianus *S* | usu *M*

non ignotis modis. sed de usu fructu quidem hoc indubitatum fuerat: de personali autem actione, quae super usu fructu nascitur, siue in stipulationem usus fructus deductus siue ex testamento relictus est, dubitabatur, morte quidem usufructuarii et capitis deminutione et eam tolli omnibus concedentibus, non utendo autem, si per annum uel per biennium forsitan eundem usum fructum non petierit usufructuarius, si personalis actio tollitur, altercantibus.
1 Sed nos haec decidentes sancimus non solum actionem quae pro usu fructu nascitur, sed nec ipsum usum fructum non utendo cadere, nisi tantummodo morte usufructuarii et ipsius rei interitu, sed usum fructum, quem sibi aliquis adquisiuit, hunc habeat, dum uiuit, intactum, cum multae et innumerabiles causae rebus incidunt mortalibus, per quas homines iugiter detinere quod habent non possunt, et est satis durum per huiusmodi difficultates amittere quod semel possessum est, nisi talis exceptio usufructuario opponetur, quae, etiam
2 si dominium uindicabat, poterat eum praesentem uel absentem excludere. Sed nec per omnem capitis deminutionem huiusmodi detrimentum imminere nostris patimur subiectis. quare enim, si filius familias fuerit is qui usum fructum habet, forte ex castrensi peculio, ubi nec usus fructus adquiritur ei[1], possessum, per emancipationem eum amittat? sed secundum quod definitum est tunc eum tantummodo desinere, cum usufructuarius uel res pereat, et tantummodo eum cum anima uel rei substantia expirare, nisi praedictae excep-
3 tionis uigor reclamauerit. Excepta uidelicet tali capitis deminutione, quae uel libertatem uel ciuitatem Romanam possit adimere: et[2] tunc enim usus fructus omnimodo ereptus ad suam reuertatur proprietatem. D. K. OCT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

17 IDEM A. IOHANNI PP. Ex libris Sabinianis quaestio nobis relata est, per [B 16, 8, 40] quam dubitabatur, si usus fructus per seruum adquisitus uel per filium familias capitis deminutione filii magna uel media uel morte uel emancipatione uel serui quacumque aliena-
1 tione uel morte uel manumissione potest adhuc remanere. Et ideo sancimus in huiusmodi casibus neque, si seruus uel filius familias in praefatos casus inciderit, interrumpi patri uel domino usum fructum qui per eos adquisitus est, sed manere intactum, neque, si pater capitis deminutionem magnam uel mediam passus fuerit uel morte ab hac luce fuerit exemptus, usum fructum perire, sed apud filium remanere, etiamsi heres a patre non relinquatur.
2 Vsum fructum enim per eum adquisitum apud eum remanere et post patris calamitatem oportet, cum plerumque uerisimile est testatorem contemplatione filii quam patris usum fructum ei reliquisse. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

## XXXIIII
## ℞ DE SERVITVTIBVS ET DE AQVA ℞

1 IMP. ANTONINVS A. CALPVRNIAE. Si quas actiones aduersus eum, qui [Synopsis p. 269b] aedificium contra ueterem formam extruxit, ut luminibus tuis officeret, competere tibi existimas, more solito exercere non prohiberis. is, qui iudex erit, longi temporis consuetudi-

$A^{ul}$ (34 ℞ 1) *P* (33, 17. 34) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] in cuius potestate est *ins.* (*Mommsen*) [2] et *del.* (*Mommsen*)

---

1 sed *om.* $M^a$ | usus *R* 2 usu] usus *R* | usu *M* 4 et eam] eam $C^b M^a$ | uel per] *R*, uel *M*, aut *C* 5 usus *R* | ususfructuarius *R*, *item u.* 11 *et* 16 6 hoc nos *M* | saccimus *M* 7 usufructiarii $R^a$ 8 usus *R*, usu $M^a$ 10 habeant *R* 11 ammisisse *C* 12 nec *om.* $M^a$ 13 non patimur $M^a$ 14 castrense $C^a$ 15 usu *M* | ei] *CRM*, patri ei $Q^b$ 17 perat $M^a$ 18 praeclamauerit *C* 20 *s. a. Hal.* 21 idem] impr. iustinianus *SPL* | sabinianus $R^a$ 22 usu *C* | adquiritur *PL* | per *om PL* | capites $M^a$ 23 magna] uel magna *C* 24 manumissione] emancipatione manumissione $P^a$ | remare $M^a$ 26 usus *R* | fructus $R^a$ | qui] quod $C^a$ 27 ab] ex *C* 28 usus *R* | manere $P^b L$, *deficit* $P^a$ | non *om.* $P^a$ | relinquetur *PL* 29 usus *R* | manere *PL* | calamitates *R* 30 opotet $L^a$ | est] est et *PLR* | contemplatione] $P^a M^a$, magis *superscripsit* $P^b$, magis cont. *LR*, cont. magis *C*, pocius *post* filii *inserit* $M^b$ 31 *s. a. Hal. et PL ad c.* 11 | lampadii ... 32 cc.] lampadio (lamp. *L*) et or. uu. *PL* 34 et de] *APLC*, et *SRM* 35 antonius *M*, *om.* *A* | carphoniae *S*, calphurnae $R^a$, sealpurnie *M* | si aquae sanctiones *A* 36 ut] uel $C^a$ | liminibus *A* | officisset $PL^a$?, efficeret $R^a$ | compere $P^a$ | aestimas $A^l$, extimas *PLR*

nem uicem seruitutis obtinere sciet, modo si is qui pulsatur nec ui nec clam nec precario possidet. PP. III ID. NOV. GENTIANO ET BASSO CONSS. a. 211

2 IDEM A. MARTIALI. Si aquam per possessionem Martialis eo sciente duxisti, [B 58, 7, 2] seruitutem exemplo rerum immobilium tempore quaesisti. quod si ante id spatium eius usus tibi interdictus est, frustra sumptus in ea re factos praestari tibi postulas, cum in aliena possessione operis facti dominium, quoad in eadem causa manet, ad eum pertinet cuius est possessio. PP. K. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

3 IDEM A.[1] RICANAE. Et in prouinciali praedio constitui seruitus aquaeductus uel aliae seruitutes possunt, si ea praecesserint quae seruitutem constituunt: tueri enim placita inter contrahentes debent. quare non ignorabis, si priores possessores aquam duci per praedia prohibere iure non potuerunt, cum eodem onere perferendae seruitutis transire ad emptores eadem praedia posse. PP. K. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

4 IDEM A. CORNELIO. Aquam quae in alieno loco oritur sine uoluntate eius, [B 58, 7, 4] ad quem usus eiusdem aquae pertinet, praetoris edictum non permittit ducere. PP. ID. AVG. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

5 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. LVCIANO MILITI. Si quid pars aduersa contra seruitutem aedibus tuis debitam iniuriose extruxit, praeses prouinciae reuocare ad pristinam formam, damni etiam ratione habita, pro sua grauitate curabit. PP. K. FEBR. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

6 IMP. CLAVDIVS A. PRISCO. Praeses prouinciae usu aquae, quam ex fonte iuris tui profluere adlegas, contra statutam consuetudinis formam carere te non permittet, cum sit durum et crudelitati proximum ex tuis praediis aquae agmen ortum sitientibus agris tuis ad aliorum usum uicinorum iniuria propagari. PP. VII K. MAI. CLAVDIO A. ET PATERNO CONSS. a. 269

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. IVLIANO. Si manifeste doceri [B 58, 7, 5] possit ius aquae ex uetere more atque obseruatione per certa loca profluentis utilitatem certis fundis inrigandi causa exhibere, procurator noster, ne quid contra ueterem formam atque sollemnem morem innouetur, prouidebit. PP. IIII NON. MAI. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

8 IDEM AA. ET CC. ANICETO. Altius quidem aedificia tollere, si domus serui- [B 58, 7, 6] tutem non debeat, dominus eius minime prohibetur. in pariete uero tuo si fenestram Iulianus ui uel clam fecisse conuincatur, sumptibus suis opus tollere et integrum parietem restituere compellitur. D. K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. ZOSIMO. Si in aedibus uicini tibi debita seruitute parietem altius aedificauit Heraclius, nouum opus suis sumptibus per praesidem prouinciae tollere compellitur. sed si te seruitutem habuisse non probetur, tollendi altius aedificium uicino non est interdictum. PP. V K. IVL.[2] SIRMI AA. CONSS. a. 293

*$A^{ul}$ (c. 2. 4) PLCRM*

---

[1] *scribi debuit* imp. Alexander A. [2] Ian. (*Mommsen*)?

---

1 ui] uin *uel* um $M^a$ | nec clam] clam $R^a$ 2 *s. a. Hal. PL* | gentino *PL* 3 a.] aa. *P* | martialis *A*, marce..li $R^a$ | deduxisti *R* 4 mobilium $A^l PLM^a$, nobilium $A^u$, .mobilium $R^a$ 5 praestare $R^a$ 6 possesseone $P^a$ | quod $APLM^a$ | eadem] ea *A* | permanet *R* 7 *s. a. Hal. PL* | iul.] iiin *PL* | II *om Hal.* 8 ricine *M* | seruitutus $M^a$ 10 ducti $R^a$ 11 prohiberi *PL*, prohib'eri $M^a$ | potuerint $M^a$ | honore $P^a$ | proferendae *PL* | transisse *CRM* 12 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 7 13 idem] ee id. *A* 14 *s. a. Hal. PL* 16 impp. *PLC* | a. *om. PL* | et phil. c. *om.* $M^a$ | c. luciano] claudiano *PL*, cesar conclutiano *R* | diuersa *CRM* 17 seruitutem *om.* $M^a$ 18 *s. a. Hal. PL* | praesente … 19 conss. *om. PL* 20 claudianus *R*, glaudius *M* | a. *om. PC* | aquae usu (usum $C^b$) *C* 21 statutae *C*, statuti $M^a$ | permittit $PLCR^a$ 22 agmen aque *M* | scientibus $L^a$ 23 *s. a. Hal. PL* | a. et paterno] aa. *PL* 25 imp. *R* | aa.] aa. et cc. *C* | iulio *C*, iul. *PL* | docere $M^a$ 26 per cepta $P^a$ | perfluentis *R* 27 certos fundos $P^v L^v$ | irrogandi $R^a$ | formam *om. C* 28 atque *bis* $L^a$ | *s. a. Hal. PL* . *et PL ad c.* 3 | IIII non.] iii non. *L hoc loco*, ui k. *PL ad c.* 3 | II *om. PL hoc loco* 30 anicito *C*, niceto *S*, agniceto *PL*, anigero *R* 31 debeant $P^a$, debet *C* 32 cam $P^a$ 33 compellitur restit. *PL*, restit. compelletur *C* | *s. a. Hal. PL* 34 aa. *om. PL* 35 aedificaut $M^a$ | compelletur *C* 36 uicini $PL^a$, *om.* $R^a$? 37 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 10

10 IDEM AA. ET CC. NYMPHIDIO. Si tibi seruitutem aquae deberi praeses animaduerterit nec hactenus non utentem spatio temporis amisisse perspexerit, uti te iure proprio prouidebit. nam si hoc minime probetur, loco proprio facto opere dominus fundi continere aquam et facere, quominus ager tuus rigari possit, non prohibetur. PP. XI K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

11 IDEM AA. ET CC. AVRELIO. Per agrum quidem alienum, qui seruitutem non debet, ire uel agere uicino minime licet: uti autem uia publica nemo recte prohibetur. D. XI K. NOV. SIRMI [1] CC. CONSS. a. 294

12 IDEM AA. ET CC. VALERIAE. Non modus praediorum, sed [B 58, 7, 10 Synopsis p. 269c] seruitus aquae ducendae terminum facit. PP. III K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

13 [2]IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Sicut usum fructum, qui non utendo [B 58, 7, 10] per biennium in soli rebus, per annale autem tempus in mobilibus uel se mouentibus deminuebatur, non passi sumus huiusmodi sustinere compendiosum interitum, sed et ei decennii uel uiginti annorum dedimus spatium [3], ita et in ceteris seruitutibus obtinendum esse censuimus, ut omnes seruitutes non utendo amittantur non biennio, quia tantummodo soli rebus adnexae sunt, sed decennio contra praesentes uel uiginti annorum spatio contra absentes, ut sit in omnibus huiusmodi rebus causa similis differentiis explosis. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

14 IDEM A. IOHANNI PP. Cum talis quaestio in libris Sabinianis uertebatur: [B 58, 7, 11] quidam etenim pactus est cum suo uicino, ut liceat ei uel per se uel per suos homines per agrum uicini transitum facere iterque habere uno tantummodo per quinquennium die, quatenus ei licentia sit in suam siluam inde transire et arbores excidere uel facere, quidquid ei fuerit uisum, et quaerebatur, quando huiusmodi seruitus non utendo amittitur, et quidam putauerunt, si in primo uel secundo quinquennio per eam uiam non itum est, eandem seruitutem penitus tolli quasi per biennium ea non utendo deperdita, singulo die quinquennii pro anno numerando, aliis aliam sententiam eligentibus, nobis placuit ita causam dirimere, ut, quia iam per legem latam a nobis [4] prospectum est, ne seruitutes per biennium non utendo depereant, sed per decem uel uiginti annorum curricula, et in proposita specie, si per quattuor quinquennia nec uno die uel ipse uel homines eius eadem seruitute usi sunt, tunc eam penitus amittat uiginti annorum desidia. qui enim in tam longo prolixoque spatio suum ius minime consecutus [5] est, sera paenitentia ad pristinam seruitutem reuerti desiderat.
1 Cum autem apertissimi iuris est fructus aridos conculcatione quae in area fit suam naturam et utilitatem ostendere, aliquis uicinum suum uetabat ita aedificium extollere iuxta suam aream, ut uentus excluderetur et paleae ex huiusmodi obstaculo secerni a frugibus non possent, quasi uento suam uim per omnem locum inferre ex huiusmodi aedificatione uetito, cum secundum regionis situm et auxilium uenti aream accedit. sancimus

*A[ui]* (*c.* 10...13) *P* (*c.* 10 *suppl. p*) *LC* (*c.* 10 *collocat post c.* 13) *RM*

---

[1] *requiritur* Durostori (*Mommsen*) [2] *iunge* 7, 31, 1 [3] 3, 33, 16 [4] *c.* 13 *h. t.* [5] exsecutus (*Mommsen*)?

---

1 idem] impp. diocl. et max. *C* | nymphidio] *SA[i]*, nymphido *pL*, simphidio *C*, namphydio *R*, nifidio *M*, *om. A[u]* | debere *AR[a]* 2 non] te non *C*, *om. A* | utente *AL[b]M[v]*, utententes *pL[a]?* | amisse *L[a]* | prospexerit *A[i]C*, aspexerit *R*, perspexeris *M[a]* | uti te] *A[u]C*, uti re *A[i]*, ut iterum *p*, iterum *L*, uti ***terum *R[a]*, uti iterum *R[b]*, uti te iterum *M[b]*, *inc. M[a]* | iuri *pLM[b]* | prouidebit] iubebit *C* 3 loco] in loco *R* 4 irrigari *CM* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 9 | pp.] d. *PL* 6 aurelio] *SCRM*, auri *A*, aureliano *PL* 7 *s. a. Hal. PL* 8 cc. *om. PL* 9 ualeriane *PL*, aureliae *M* 10 faciat *PL[a]?* | *s. a. Hal. PL* | pp. III k.] d. x *PL* | nicomediae *om. Hal.* 11 iustianus *M* | usus *R* 12 tempus] spacium *PL* | in] im *A[u]R[a]* 13 ei] in *A* 15 censemus *PL* | qua *M[a]* 16 uel *om. R* 17 *s. a. Hal. PL* | d.] ** *uel* *** *P* 18 post ... cc. *om. PL* 19 idem] impr. iustinianus *SC* | a.] augusti *R* | sabianis *M* 21 uno] in uno *LR* 23 seruitutes *L[a]* | ammittitur *M* 27 ut] et *R* | perspectum *R[b]M*, *perspectum *R[a]* 28 pereant *C[a]*, depereunt *R[a]* | posita *P[a]* 30 ea *M* | amittant *PLCM[a]*, amitti *R*, amittatur *M[b]* | etenim *CRM* | in *om. P[a]* 31 est *om. C[a]* | poenitentiam *P[a]* | reuertere *R[a]* 32 oridos *L[a]* | aream *CM* 33 fit] sit *R* | aedificium] hedificium suum *PLR[b]* 34 recluderetur *C* | ex *om. C* 35 possint *PLR* | ueto *M[a]* 36 cum *om. M[a]* | et *om. M*

itaque nemini licere sic aedificare uel alio modo uersari, ut idoneum uentum et sufficientem ad praefatum opus infringat et inutilem domino aream et fructuum inutilitatem faciat. D. XI K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC.[1] a. 531

## XXXV
## ℞ DE LEGE AQVILIA ℞

1 IMP. ALEXANDER A. GLYCONIDI. Damnum per iniuriam datum immisso in | B 60, 3, 58 | siluam igne uel excisa ea, si probari potest, actione legis Aquiliae utere. PP. VII ID. NOV. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

2 IMP. GORDIANVS A. MVCIANO. Legis Aquiliae actione expertus aduersus | B 60, 3, 59 | eum, quem domum tuam deposuisse uel incendio concremasse damnoque te adflixisse proponis, ut id damnum sarciatur, competentis iudicis auctoritate consequeris. quin etiam, si aqua per iniuriam alio deriuata est, ut in priorem statum restituatur, eiusdem iudicis cura impetrabis. PP. VIII ID. NOV. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

3 IDEM A. DOLENTI. Ex morte ancillae, quam caesam conquestus es, tam | B 60, 3, 60 | legis Aquiliae damni sarciendi gratia actionem quam criminalem accusationem aduersus obnoxium competere posse non ambigitur. PP. V K. APRIL. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ZOILO. Contra negantem | B 60, 3, 61 | ex lege Aquilia, si damnum per iniuriam dedisse probetur, dupli procedit condemnatio. D. XV K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. CLAVDIO. De pecoribus tuis, quae per iniuriam inclusa | B 60, 3, 62 | fame necata sunt uel interfecta, legis Aquiliae actione in duplum agere potes. D. XV K. NOV. AA. CONSS. a. 293

6 IDEM AA. ET CC. PLINIO. De his, quae per iniuriam depasta contendis, ex | B 60, 3, 63 | sententia legis Aquiliae agere minime prohiberis. PP. XV K. NOV. CC. CONSS. a. 294

## XXXVI
## ℞ FAMILIAE ERCISCVNDAE ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. MARCIANO. Si non omnem paternam | B 42, 3, 57 | hereditatem ex consensu diuisisti[2] nec super ea re sententia dicta uel transactio subsecuta est, iudicio familiae erciscundae potes experiri. PP. VIII K. OCT. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197

*A*^ul (35 ℞ 1...5) *PLCRM*

---

[1] D. xv k. Nou. Const. post cons. Lamp. et Or. uu. cc. anno secundo (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 180)? [2] diuisistis (*Mommsen cum B:* ἐὰν ... διεῖλοντό τινες)?

---

1 nemine $M^a$ | seruari $P^a$ | uti *R* 2 utilitatem *C* | facit $R^a$ 3 *s. a. Hal.* 6 liconidi *SM*, gluconidi *A*, ciconidi *C*, clyconidio *R* | per iuriam *P*, per in**iuriam $M^a$ 7 silua *C* | igni *A* | probare potes $PLM^b$ | *s. a. Hal. PL* | VII] uiii *PL* | nou.] non. *P* 8 alexandro a. cons.] a. conss. *P*, * *** *L*, alexandro a. II et marcello coss. (= *a.* 226) *Hal.*: alexandro *in PL aberrauit in inscriptionem c.* 2 9 luciano *A*, alexandro *PL* (*ex subscr. c.* 1) | legis aqu. actionem apertius *A*, si legis aqu. actione expertus es (es *om.* $R^b$) $PL^aR^b$ *contra BΣ* (κ.π.) 10 diposuisse *R* | damnaque *R* | adfluxisse $R^a$ 11 auctoritatem *A* | consequere *A*, consequeri $M^a$ 12 alio] alueo *A*, alia $L^a$, ἀλλαχοῦ *BΣ* (κ.π.) | diriuata *PLR* | recipiatur *C* 13 impetrabitis $C^a$ | *s. a. Hal. PL* | id. *om. PL* | a. et auiola *om. PL* 14 dolentio *PL* | morte] more $C^a$, morte quam $M^a$ | es] est $L^a$ 15 disarciendi *A* 16 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 4 18 et cc. *om. SPM* 19 per iuriam $L^a$, per uniuriam $M^a$? | prohibetur *A* 20 *s. a. Hal. et PL ad c.* 3 | heracliani *PL* | aa. conss. *om. PL* 21 aa. et cc.] a. *S* | per iuriam $L^a$, per uniuriam $M^a$, iniuria $A^1$ 22 actionem *PL* | potest $R^a$ | *s. a. Hal.* 25 sentententia $P^a$ | *s. a. PL Miraeus* | xv] *P*, u *L Mir.* 27 de familia herciscunde iudicium *S*, de familiae (—lia $M^a$) herc. $CM^a$ 30 iudio $M^a$ | hercundae $P^a$ | *s. a. Hal.: Q* laterano *pro* auitiano *scripsit in inscr. c.* 2: *in PL est subscriptio c.* 7

2 IMP. ANTONINVS A. AVITIANO. Vxor tua si mortuo patre tuo, cui dotem numerauerat, cum heres ei extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuit, familiae erciscundae actionem ad exsequendam dotem secundum iuris pridem placitum aduersus coheredes tuos nactus es eamque retines, etiam si postea, dum tibi nupta est, decessit. PP. H ID. FEBR. B 42, 3, 58

3 IDEM A. RVFO. Aduersus coheredes diuidendae hereditatis iudicio secundum iuris formam experire. iudex datus, si quid a coherede etiam tuae portionis ex hereditate sublatum fuerit probatum, adiudicationibus factis secundum iuris formam eum tibi condemnabit. expilatae enim hereditatis crimen frustra coheredi intenditur, cum iudicio familiae erciscundae indemnitati prospiciatur. PP. VII . . . NOV. B 42, 3, 59

4 IMP. ALEXANDER A. ANTONIO. Si filius familias fuisti et res mobiles uel se mouentes, quae castrensis peculii esse possunt, donatae tibi a patre sunt, eas quoque in cetero peculio castrensi non communes cum fratribus tuis habes. praedia autem, licet eunti tibi in castra filio pater donauerit, peculii castrensis non sunt. diuerso iure ea praedia habentur, quae ex occasione militiae filiis familias obueniunt: haec enim castrensi peculio cedunt. B 42, 3, 60

5 IDEM A. STATILIAE. In ipsius mariti tui fuit potestate mutare, quod iratus in seruos suos testamento cauerat, ut unus quidem in perpetuis uinculis moraretur, alter uero exportandus uenumdaretur. proinde si offensam istam clementia flexit (quod, licet scriptura non probetur, uel aliis tamen rationibus doceri nihil impedit, praesertim cum posteriora eorum talia merita deprehenduntur, ut ira domini potuerit mitigari), nouissimam eius uoluntatem arbiter familiae erciscundae sequetur. B 42, 3, 61

6 IMP. GORDIANVS A. POMPEIO MILITI. Ea quae in nominibus sunt non recipiunt diuisionem, cum ipso iure in portiones hereditarias ex lege duodecim tabularum diuisa sunt. PP. B 42, 3, 62

7 IDEM A. AELIANO. Si qua fideicommissorum petitio inter coheredes consistat, praetor uel praeses prouinciae eius rei disceptator constitutus uel iudex familiae erciscundae iudicio aditus, ut uoluntas testatricis seruetur, suas partes debet accommodare. PP. K. SEPT. GORDIANO . . . . . CONSS. a. 239 uel 241 B 42, 3, 63

8 IDEM A. TELESPHORO. Bona, quaecumque sunt tibi communia cum fratre tuo ex hereditaria successione patris uel matris, cum eodem familiae erciscundae iudicio experiens, ut diuidantur, impetrabis. PP. VI NON. . . . ARRIANO ET PAPO CONSS. a. 243 B 42, 3, 64

9 IDEM A. NERVIAE. Non est ambiguum, cum familiae erciscundae titulus inter bonae fidei iudicia numeretur, portionem hereditatis, si qua ad te pertinet, incremento fructuum augeri. B 42, 3, 65

10 IDEM A. PHILOTERAE. Quotiens inter omnes heredes testator successionem diuidit ac singulos certis possessionibus cum mancipiis, quae in isdem sunt constituta, iubet esse contentos, uoluntati eius salua legis Falcidiae auctoritate obtemperandum esse manifestum est: nec mutat, quod in sequentibus uerbis mancipia sua uniuersa nulla facta eorum B 42, 3, 66

*P* (*c.* 8. 3. [6. 7 *p*]) *L* (*c.* 6...8. 3) *CRM* (*c.* 9 *collocat post c.* 13)

---

1 antonius *RM* | uitiano *RM* 2 numeraueras $R^aM^a$ 3 ad *om.* $M^a$ | coheres $M^a$ 4 nanctus $C^a$ | *s. a. Hal.* 5 idem] imp. ant. *PL* | coheredes] coheredes tuos *M* | diuidendae *om.* $L^a$ 7 approbatum iudicationibus *C* 8 dintenditur $P^a$? 9 indemnitati] $P^a$, indempnitati eius $P^bLCRM$ | prospicitur *PL* | *s. a. PL* 10 antonino *M* 11 se] sese *C* | eos $M^a$ 14 ex occasione] occasionem *R*, ex casione $M^a$ 16 stratille *M* | iratus (iratus es $C^a$) in seruos suos] $CR^b$, in seruos suos $R^a$, in seruos suos iratus *M*: ὀργισθεὶς κατὰ τῶν ἰδίων οἰκετῶν *B* (κ.π.) 17 moretur $C^a$, moreretur *R* 18 si *om.* $R^a$ | offensum $R^a$ | clementiam $R^a$ 19 docere $C^a$ | impendit *R* | cum] si *C* 20 poterit *CM* 22 pompeiano *M* | omnibus $M^a$ 23 in portiones hereditarias] *edd. cum B* πρὸς τὰ κληρονομιαῖα μέρη, in portione hereditaria *pLM*, in portionem hereditariam *CR* 24 diiussa *R* | *s. a. pL* 26 uel *om.* $pL^a$ | discept. const. rei *M* 27 addictus $C^bRM^b$, adductus $C^a$, a.dictus $M^a$ | debebunt *pL* 28 *s. a. PL ad c.* 1: *in pL hoc loco extat* pp. | k.] aa. k. *PL* 29 a.] aa. *PL* | talesphoro *PLR*, teleforo *M* | cum fratre tuo *om.* $P^aR^aM$ 30 iudicio *om.* *C* 31 experieris *P* | impetraberis $L^a$ | *s. a. PL* | apriano *PL* 32 a.] augusti *R*, aa. *M* | ambiguus $M^a$ 34 augere $M^a$ 35 philophetae *R* 36 possionibus $M^a$ 37 uoluntatis $M^a$

discretione commendanda putauit heredibus, cum utique his ea uideatur insinuasse, quibus etiam testamento relinquenda esse decreuit.

11 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. ANTONIAE. Inter filios ac filias bona [B 42, 3, 67] intestatorum parentium pro uirilibus portionibus aequo iure diuidi oportere explorati iuris est. PP. XVI K. MART. . . . . . . . CONSS.

12 IMPP. GALLVS ET VOLVSIANVS AA. RVFO. Non ideo diuisio inter te ac [B 42, 3, 68] fratrem tuum, ut proponis, facta irrita habenda est, quod eam scriptura secuta non est, cum fides rei gestae ratam diuisionem satis adfirmet. PP. PRID. ID. MART. GALLO *A. II* ET *V*OLVSIANO CONSS. a. 252

13 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SATVRNINO. Certum est libe- [B 42, 3, 69] rorum peculia post mortem patris in hereditate diuidenda ad communionem esse reuocanda. frater autem et coheres tuus ob contractus, quibus uiuente patre etiam ignorante ipso obligatus fuit, conuenire te et alterum fratrem tuum coheredem uestrum ultra non potest, quam ut de peculio suo recipiat tantam quantitatem, in quantam condemnatus est his, cum quibus ipse contraxit.

14 IDEM AA. HERMIANO. Si familiae erciscundae iudicio, quo bona paterna [B 42, 3, 70] inter te ac fratrem tuum aequo iure diuisa sunt, nihil super euictione rerum singulis adiudicatarum specialiter inter uos conuenit, id est ut unusquisque euentum rei suscipiat, recte possessionis euictae detrimentum fratrem tuum et coheredem pro parte agnoscere praeses prouinciae per actionem praescriptis uerbis compellet.

15 IDEM AA. ET CC. THEOPHILAE. Si diuisionem conuentione factam etiam pos- [B 42, 3, 71] sessio consensu secuta dominium pro solido rerum, quas pertinere ad patrem tuum placuit, ei firmauit, earum uindicationem habere potes, si patri tuo successisti. si uero placitum diuisionis usque ad pactum stetit, arbiter familiae erciscundae iudicio uobis datus communionem inter uos finiri prouidebit. a. 293

16 IDEM AA. ET CC. HERACLIANO. Filii patris testamentum rescindendi, si hoc [B 42, 3, 72] inofficiosum probare non possunt, nullam habent facultatem. sed si tam circa testamentum quam etiam codicillos iudicium eius deficiat, uerum quibuscumque uerbis uoluntas eius declarata sit, licet intestato ei fuerit successum, ex senatus consulto retentionis modo seruato familiae erciscundae iudicio aditum iudicem sequi uoluntatem oportere iuris auctoritate significatur. D. VIII K. SEPT. AA. *conss.* a. 293

17 IDEM AA. ET CC. COMMODIANO. Coheredibus diuisionem inter se facientibus [B 42, 3, 73] iuri absentis et ignorantis minime derogari ac pro indiuiso portionem eum, quae initio ipsius fuit, in omnibus communibus rebus retinere certissimum est. unde portionem tuam cum reditibus arbitrio familiae erciscundae percipere potes, ex facta inter coheredes diuisione nullum praeiudicium timens. D. VII K. DEC. SIRMI AA. CONSS. a. 293

*P* (36, 11...15 [16 *p*] 17. 31, 6) *L* (36, 11...17) *CRM*

---

3 impp. *R* | a. et phil. c.] a. et c. phil. *S*, c. *PL*, a. *M* 4 parentum *CM* | uiribus $P^a$ 5 *s. a. PL: possit tamen ad c.* 13 *pertinere* | xuii *PL* 6 impp. (imp. *R*) gallus (gall'us *P*) et u. aa. (aa. *om. P*)] imp. euulsianus a. *C* | rufino *S* | ac] et *CRM* 7 eas $R^a$ 8 *s. a. PL* | gallo n. et lusiano conss. *PL* 10 aa. saturninio *PL*, aa. et cc. saturnino *C*, saturnino augusti *R* 11 hereditatem diuidendam *PLR* 12 coheredes $P^a$ | patre *om.* $L^a$ 13 fuerit *R* 14 ut *om.* $P^a$ 15 *de subscriptione c.* 13 *u. ad u.* 5 16 aa.] aa. et cc. *C* | herminio *PL*, hermiane *M* | familiae] malie $M^a$ 17 ac] et *C* | uictione $M^a$ 18 adiudicaturum $C^a$ | euentuntum $M^a$ 19 et (et h $M^a$) coheredem tuum (t.. $R^a$) *CRM* 20 *subscriptio, quam c.* 14 *adscribunt PL Miraeus, solita transpositione ex c.* 16 *huc aberrasse uidetur: nam ad h. c. non pertinere docet omissio Caesarum in inscriptione* 21 diuisionem conuentione (—nem $P^a$) factam (factam *om.* $L^a$)] $PLR^aM^a$, diuisione conuentione facta *C* 22 consensum *CM uel* $M^b$ | ad patrem tuum pertinere *CRM* 23 eorum *C* 24 ad] ap *uel* apud $P^a$ | iodicii $PLC^a?M^a$ 26 aa.] a. *p* | commodiano eracliano (*cf. u.* 32) *S*, hereliano *C* | testamenti $CM^a$ 27 probare non *bis* $M^a$ | possint *p* | sed] *M cum B* (κ.π.), sed et *PLCR* | circa testamentum q. e. codicillos] eius testamento q. e. codicillis *pL*: τοῦτο μὲν περὶ διαθήκης τοῦτο δὲ περὶ κωδικέλλου *B* (κ.π.) 30 addictum *CRM* | iudicem *om.* $p^a$ 31 *s. a. PL ad c.* 14: *in L hoc loco extat* a. | conss. *om. PL* 32 commodiano] lysigrati *S* (*cf. u.* 26 *et p.* 287, 8) 33 iuris $R^a$ | pro indiuisione $M^a$ | eum] eam $P^vL^vR^b$ | in initio $CM^b$, innicio *uel* inuicio $P^a$ 34 ipsius] eius *C* 35 familiae arbitrio *M* | coherede $P^a$ 36 timensmens $P^b$, times $L^a$ | *s. a. PL Miraeus*

18 IDEM AA. ET CC. DOMNAE. Filiae, cuius pater nomine res comparauit, si [B 42, 3, 74] non post contrarium eius iudicium probetur, per arbitrium diuidendae hereditatis praecipuas adiudicari saepe rescriptum est. his itaque, si patri successisti, quem nomine tuo quaedam comparasse dicis, aduersus sororem tuam apud praesidem prouinciae, si res integra
1 est, uti potes. In communi autem hereditate quin sumptus ab uno facti bona fide familiae erciscundae iudicio uel negotiorum gestorum actione seruari possint, non est ambiguum. D. XVIII K. IAN. AA. CONSS. a. 293

19 IDEM AA. ET CC. LYSICRATIAE. Incerti iuris non est in familiae erciscundae iudicio earum etiam rerum, quas ex coheredibus quidam de communibus absumpserunt uel deteriores fecerunt, rationem habendam eiusque rei ceteris praestandam indemnitatem. D. XVIII K. IAN. AA. CONSS. a. 293

20 IDEM AA. ET CC. PACTVMEIAE. In familiae erciscundae iudicio ab uno pro [B 42, 3, 75] solido rei ueluti communis uenumdatae pretium non uenit, sed mandati, si praecessit, coheres uenditoris agere potest uel negotiorum gestorum, si ratam fecerit uenditionem. nam si uelut propriam unus distraxit ac pretium possideat, hereditas ab eo petenda est. III . . . FEBR. CC. CONSS. a. 294

21 IDEM AA. ET CC. FORTVNATO. Si cogitatione futurae successionis officium [B 42, 3, 76] arbitri diuidendae hereditatis praeueniendo pater communis iudicio suo qualicumque indicio suam declarauit uoluntatem, inter eos qui successerunt exemplo Falcidiae retentionis habita ratione familiae diuidendae causa datus arbiter (uirili praeterea portione eorum, quae nulli specialiter uel generaliter adsignauit, facta diuisione) in adiudicando patris sequetur uoluntatem. VI K. DEC. CC. CONSS. a. 294

22 IDEM AA. ET CC. DIONYSIO. Seruum communem non consentientibus cohe- [B 42, 3, 77] redibus, sed per errorem ad eum qui possidet pertinere credentibus tenens, cum omnis uerus titulus deficiat, suum non facit, sed in eo portiones hereditarias adsignatas penes singulos successores remanere manifestum est. a. 294

23 IDEM AA. ET CC. HERMOGENI. Licet pacto diuisionis aduersus singulos [B 42, 3, 78] actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari non possit, tamen ad exhibendam fidem his quae conuenerant, stipulationis et iuris adhibito remedio, qui placitum excedit urgueri potest, cum et hoc omisso, si non contrarium conuenisse probaretur, praescriptis uerbis conueniri potuisset. S. a. 294

24 [1] IDEM AA. ET CC. SOCRATI. Filium, quem habentem fundum portionem [B 42, 3, 79] hereditatis fratribus et quibusdam aliis sub condicione uerbis precariis restituere sanxit testator, post eius euentum, hereditaria parte praedii in quartae ratione retenta, compensato praeterea quod a coheredibus uice mutua percepit et, si quid deest, in supplementum

*P* (*c.* 18...22 [23 *p*]) *L* (*c.* 18...23) *CRM*

[1] *iunge* 6, 20, 16

1 idem] impp. dioc. et max. *PL* | aa. et cc.] a. *S* | pater *bis* $P^a$ 2 probatur *C* | arbitrum *M* 5 bone fidei $C^*$? 6 posse *C* | ambiguum est *PL* 7 *s. a. PL, nisi ea transposita est ex c.* 19 | xuii *L* 8 lysicratiae] *CR*, pactumlelisygratiae *S* (*cf. u.* 12 *et* 286, 32), lysignatiae *PL*, lisicrati *M* | incertis $M^a$ 9 ex *om.* $P^a$ | communionibus $M^a$ | assumpserunt $PL^aC$, asumpserint $M^a$ 10 habendam] hab. esse *R*, esse hab. $M^b$ | eiusque rei] eius rei quae $P^a$, quae *PL*, *inc.* $M^a$ | praestat *PL*, presta... $M^a$ | *s. a. PL Miraeus, cf. ad u.* 7 | XVIII] xiii $P^a$, XVIIII *Mir.* 12 fortunato pactumiae *S* (*cf. u.* 8. 17), pactumiae *C*, pactumeice *R*, pactummie *M* 13 inuenit $P^aL$ | mandata $M^a$ 14 fuerit $L^a$ 15 possidet $M^a$ 16 *s. a. PL Miraeus* 17 dionysio fortunato *S* (*cf. u.* 23) 18 suo *om.* $M^a$ | qualiscumque $R^a$ 19 suam] suo $R^aM^a$ | declarauerit *C* | qui] qui e* $R^a$, qui ei $R^bM^b$ 21 sequatur $M^a$ 22 *s. a. PL* | cc. *om. PL* 23 dionysio] *C*, ermogeni dianisio *S* (*cf. u.* 17. 27), dionisocli $PL^b$, dioclnisocli $L^a$, dionisolii $R^a$, dionisodi $R^b$ | coheredem $R^a$ 24 tenens] ten** $P^a$, tene*s et $L^a$ | omni $L^a$ 25 deficiens $P^tL^t$ | fatiat $M^a$ 26 permanere *C* | *in PL additur subscriptio c.* 24 27 socrati hermogeni *S* (*cf. u.* 32), hermogeniano *C* 28 ad] ed $M^a$ 29 uuris $M^a$ | qui] qui per $M^a$ 30 contractum *pL* 31 conuenire *L* | posset *M* | s. *habet L* 32 socrati] dionysio *S* (*cf. u.* 23), sacrati *M* 33 fratribus hereditatis fratribus $M^a$ 34 quarta $R^a$ | rationem *C*

deducto, quod a ceteris in eo fundo soluitur supra quartam habens, reddere compelletur.
D. V K. IAN. CC. CONSS. a. 294
25 IDEM AA. ET CC. DIOCL. Ex causa donationis uel aliunde tibi quaesita, si [B 42, 3, 80]
aui successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes. D. ID. APRIL. TVSCO
ET ANVLLINO CONSS. a. 295
26 [1]IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. Inter omnes dumtaxat heredes suos, qui ex
quolibet uenientes gradu tamen pares uideantur esse, uel emancipatos, quos praetor ad
successionem uocat, siue coeptum neque impletum testamentum uel codicillus seu epistula
parentis esse memoratur siue quocumque alio modo scripturae quibuscumque uerbis uel
indiciis inueniantur relictae, iudicio familiae erciscuudae, licet intestato ad successionem
liberi uocentur, seruato senatus consulti auxilio defuncti dispositio custodiatur, etsi sollem-
1 nitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Si uero in huiusmodi uolun- [6, 23, 21, 3]
tate designatis liberis alia sit mixta persona, certum est eam uoluntatem quantum ad illam
dumtaxat permixtam personam pro nullo haberi. D. ROMAE K. . . . . CRISPO II ET CON-
STANTINO *II CC.* CONSS. a. 321

# XXXVII

## ℞ COMMVNI DIVIDVNDO ℞

1 IMP. ANTONINVS A. LVCIANO. Frater tuus si solam portionem praedii ad [B 12, 2, 32]
se pertinentem distraxit, uenditionem reuocari non oportet, sed aduersus eum, cum quo
tibi idem praedium commune esse coepit, communi diuidundo iudicio consiste: ea actione
aut uniuersum praedium, si licitatione uiceris, exsoluta socio parte pretii obtinebis aut pretii
1 portionem, si alius meliorem condicionem attulerit, consequeris. Quod si diuisio praedii
sine cuiusquam iniuria commode fieri poterit, portionem suis finibus tibi adiudicatam possi-
debis: hoc uidelicet custodiendo, ut post litis contestationem nemo nec partem suam ceteris
eiusdem rei dominis non consentientibus alienare possit. PP. K. MART. ROMAE ANTONINO
A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213
2 IMP. ALEXANDER A. AVITO MILITI. Si probatum fuerit praesidi prouinciae [B 12, 2, 33]
fratrem tuum uineas communes pignori dedisse, cum partem tuam, quam in uineis habes,
creditori obligare non potuerit, praeses prouinciae restitui tibi eam iubebit cum fructibus,
quos creditor de parte tua percepit. Idem praeses prouinciae de diuisione uinearum inter

*P* (36, 25. 26. 37) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *argumento similis, uerbis dissimilis est Th.* 2, 23, 1 *data ad Verinum eodem anno uel potius a.* 324 (*Crispo III et Const. III CC. conss.*) *IIII k. Sept.*

1 soluetur *R* | compellitur $R^b M$ 2 *s. a. Hal. et PL Miraeus ad c.* 23 | d.] pp. *PL Mir.* | k.] 6, 20, 16, non. *PL Mir.* | cc. conss. *om. PL Mir.* 3 diocl.] *PLCM*, dioclitiano *R*, *om. S* 4 successiones *R* | repueris $P^a$ | potest $L^a$. *post* potes *BΣ* (*κ.π.*) *addunt haec:* ἐὰν γὰρ ταῦτα ὁ σὸς πάππος εἰς σὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ὑπεξουσιότητι ὄντα εἰσήγαγεν, ἀβστινατεύων ἑαυτὸν (σαυτὸν *scr.*) ἀπὸ τῶν ἐκείνου πραγμάτων τὸν χωρισμὸν αὐτῶν μάτην αἰτεῖς *et antea* 3 tibi *reddunt* αὐτεξουσίῳ ὄντι *eademque redeunt in indice B: ea tamen additamentum Thalelaei esse disertis uerbis testatur scholion* ὁ παραιτούμενος *ut uidetur Theodori* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 26 7 parens uideatur $R^a$ 8 codicillos $C^a$ | seu] siue $L^b C$ 10 inueniatur $M^a$ 11 seruat $L^a$ | auxilio *bis* $P^a$ | custodiatur ... 12 dispositio *om.* $P^a$ | custod.] fuerit destit custod. $L^a$ | si *om.* $M^a$ 12 uoluntate ... 13 eam *om.* $R^t$ 13 permixta *C* | eam] in eam *uel* meam $M^a$ | illum $P^a L$ 14 dumtaxat *om.* $M^a$ | permixtam *om. C* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 25 | romae] n. *PL* | et const. II cc. (caes. II *Hal.*) conss.] const. conss. *PL* 17 *rubricam om.* $P^a$ | communi] de communi $SP^b LCRM$ | diuidundum *S*, diuidendo *M* 18 luciano] *SPL*, lucano *CRM* | solum $R^a$ 20 coeperit *R* | consiste ea] consistente $PL^a$, consiste e $L^b$: κινεῖ τὸ κομοῦνι διβιδοῦνδο· διὰ ταύτης δὲ τῆς ἀγωγῆς *BΣ* (*κ.π.*) 21 aut un.] autem un. *uidetur legisse Thalelaeus:* διὰ ταύτης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὁλόκληρον τὸ κτῆμα *BΣ* (*κ.π.*) 23 poss possidebis $M^a$ 24 nec *om.* $PL^a M^b$ *contra BΣ* (*κ.π.*) μηδεὶς μηδέ 25 posset $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | ant. a. IIII] a. ui *PL* 27 uito *CM* 29 potuit *C*, potuerat *R* | eam tibi *M*, eam *om. C*, tibi *om. BΣ* (*κ.π.*) 30 de diu.] diu. $M^a$

te et creditorem fratris tui cognoscet et iubebit eum accepta pecunia, quanti statuerit partem fratris tui ualere, eam partem quam de fratre tuo accepit tibi restituere aut[1] aestimata tua parte ad creditorem fratris tui data pecunia quanti aestimauerit eam transferre. PP. II ID. SEPT. ALEXANDRO A. *CONS.* a. 222

3 IDEM A. VERECVNDIANO. Ad officium arbitri, qui inter te et fratrem tuum [B 12, 2, 34] diuidendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, quae manent communia tibi et illi. nam ea, quorum partem is uendidit, cum emptoribus tibi communia sunt et aduersus singulos

1 arbitrum petere debes, si ab illorum quoque societate discedi placeat. Cum autem regionibus diuidi aliquis ager inter socios non potest, uel ex pluribus singuli aestimatione iusta facta unicuique sociorum adiudicantur, compensatione inuicem pretii facta eoque, cui maioris res pretii obuenit, ceteris condemnato, ad licitationem nonnumquam etiam extraneo emptore admisso, maxime si se non sufficere ad iusta pretia alter ex sociis sua pecunia uincere uilius licentem profiteatur. PP. V NON. MAI. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HERODAE. Si maior [B 12, 2, 35] quinque et uiginti annis soror tua tecum res communes diuisit, quamuis non instrumentis, sed aliis probationibus earum dire*m*ptam communionem probetur, stare finitis conuenit.

1 Quod si minor fuit nec tempus in integrum restitutioni praefinitum adhuc excessit, an in integrum propter diuisionem restitui debeat, causa cognita prouinciae praeses aestimabit.

2 Idem eorum etiam, quae uobis permanent communia, fieri diuisionem prouidebit, tam sumptuum, si quis de uobis in res communes fecit, quam fructuum, item doli et culpae, cum in communi diuidundo iudicio haec omnia uenire non ambigitur, rationem, ut in omnibus aequalitas seruetur, habiturus. D. VIII ID. FEBR. CC. CONSS. a. 294

5 IDEM AA. ET CC. SECVNDINO. In communionem uel societatem nemo com- [B 12, 2, 36] pellitur inuitus detineri: quapropter aditus praeses prouinciae ea, quae communia tibi cum sorore perspexerit, diuidi prouidebit. D. VIII K. SEPT. CC. CONSS. a. 294

# XXXVIII

## ℞ COMMVNIA VTRIVSQVE IVDICII TAM FAMILIAE ERCISCVNDAE QVAM COMMVNI DIVIDVNDO ℞

1 IMP. ANTONINVS A. MARCO. Diuisionem praediorum uicem emptionis obtinere placuit. [B 12, 3, 1] PP. VI K. DEC. GENTIANO ET BASSO CONSS. a. 211

2 IMP. ALEXANDER A. EVPHRATAE. Etiamsi is diuisioni arbitrum dedit, cui [B 12, 3, 2] ius dandi non fuit, tamen si socii quondam diuisioni consensum dederint, quod quisque eorum secundum placita possedit, pro parte socii dominium nactus est. PP. XVI K. DEC. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

*S* (37, 5) *P* (37, 2. 4. 5. 38) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] te *ins.* (*Mommsen*)

1 te *om.* $P^a$ | cognouisset $R^a$ | quanta $M^a$, *inc.* $R^a$ 2 tui *om.* *C* *contra* *BΣ* (κ.π.) 3 quanta *P* | *s. a. Hal.: in P est subscriptio c.* 3, *in L erasa est* 4 cons.] II et marcello coss. (= *a.* 226) *Hal.* 6 tibi ... 7 communia *om.* $M^a$ 7 singulorum $R^a$ 8 quoque *om.* $R^a$ | placet $M^a$ 9 existimatione *RM* 11 maiores $R^a$ | res pretii] *R*, pretii $M^a$, pretii res $CM^b$ 13 licitantem $CM^b$ | *s. a. Hal. et P ad c.* 2 | mai.] mui. $P^a$ | et crisp. conss. *om.* *P* 14 herodae] *SCM*, et herode $PL^bR$, et herede $L^a$ 15 tecum *om.* *Bamb. D I* 3 *cum* *BΣ* (κ.π.) 16 sed] ἀλλὰ καὶ *BΣ* (κ.π.) | eorum $R^a$ | direptam *libri*, διαιρεθῆναι *BΣ* (κ.π.) 17 maior $M^a$? | fuerit *C* | restitutionis $CR^b$ | an] tamen $P^a$, tamen ut $P^b$, *** $L^a$ 18 praeses prou. *C* *cum* *BΣ* (κ.π.) 20 si quis ... fructuum *om.* $M^a$ | fecit communes *C* 21 diuidendo *R* 22 aequabilitas $P^bL^bRM$: ἡ ἰσότης *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal.* *PL* | d.] pp. *PL* 23 aa.] augti *R* | secundino *om.* *C* | commune *S* 24 ea quae] equa *S* 25 prospexerit *M* | prouideat *S* | *s. a. Hal.* *SPL* | d. ... conss.] sub die mse. uii. *S* 27 comm.] de comm. *C* 28 diuidundum *S*, diuidendo *R* 29 antonius *R* | marto *R*, *deficit* $M^a$ 30 *s. a. Hal.* *PL* 31 a. euphratae *om.* $P^a$, a. *om.* $P^b$ | arbitrium $L^aM^a$ | cui ius dandi] $C^bR^aR^cM^b$, cuius dandi $C^a$, cuius (cui ius $P^bR^b$, cui $L^b$) dandi licentia $PLR^b$? 33 placitum *C* | possederit *M* | natus $M^a$ | *s. a. Hal.* *PL* | dec.] nou. *PL* a. III] a. a. *PL*

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. *AVRELIAE* SEVERAE. [Consultatio 2, 6 mut. B 12, 3, 3] Maioribus etiam, per fraudem uel dolum uel perperam sine iudicio factis diuisionibus, solet subueniri, quia in bonae fidei·iudiciis et quod inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabitur. PP. XVII K. IVL. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

4 IDEM AA. AD MAXIMVM. [B 12, 3, 4] Si patruus tuus ex communibus bonis res comparauit sibi negotium gerens, non omnium bonorum socius constitutus, pro competentium portionum modo indemnitati tuae cqnsuli oportet: et ideo rem emptam eum communicare contra formam iuris postulas. PP. XVI K. NOV. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

5 IDEM AA. ET CC. FRONTONI ET GLAFIRIONI. [B 12, 3, 5] De instrumentis, quae communia fratrem uestrum tenere proponitis, rector aditus prouinciae, apud quem haec collocari debeant, aestimabit. PP. VI ID. FEBR. SIRMI AA. CONSS. a. 293

6 IDEM AA. ET CC. THESIDIANAE. [B 12, 3, 6] Si cum patruo uestro hac condicione diuisionem fecistis, ut se nullum dolum malum adhibuisse iuraret, nec fidem placitis exhibuit, quominus res indiuisas requiratis, eorum placitum quae in diuisionem uenerunt nihil uobis nocere potest. D. V K. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294

7 IDEM AA. ET CC. SEVERIANO ET FLAVIANO. [B 12, 3, 7] Si fratres uestri pro indiuiso commune praedium citra uestram uoluntatem obligauerunt et hoc ad uos secundum pactum diuisionis nulla pignoris facta mentione peruenit, euictis partibus quae ante diuisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantum constitit, ex stipulatu, si intercessit, alioquin quanti interest praescriptis uerbis contra fratres agere potestis. nam si fundi scientes obligationem dominium suscepistis, tantum euictionis promissionem sollemnitate uerborum uel pacto promissam probantes, eos conueniendi facultatem habetis. D. II NON. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

8 IDEM AA. ET CC. NICOMACHO. [B 12, 3, 8] Si inter uos maiores annis uiginti quinque rerum communium diuisio relicta uel translata possessione finem accepit, instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. D. NON. DEC. CC. CONSS. a. 294

9 IDEM AA. ET CC. DEMETRIANO. [B 12, 3, 9] Familiae erciscundae uel communi diuidundo iudicium ita demum, si corpora maneant communia, agi potest. D. VI ID. DEC NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

10 IDEM AA. ET CC. GALLICANO. [B 12, 3, 10] Scriptura testamenti, qua specialiter omnia diuisa continentur, quominus[1] res quarum testator non fecit mentionem heredes inquirere nihil impedit. SINE DIE ET CONSVLE.

11 IMP. CONSTANTINVS A. GERVLO[2]. [Th. 2, 25, 1 B 12, 3, 11] Possessionum diuisiones sic fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque seruorum uel colonorum adscripticiae

*PLC* (*transponuntur* 38, 6. 5. 7. 9. 8) *RM*

---

[1] quominus *del.* (*Mommsen*) [2] rationali trium prouinciarum *addit Th.*

---

1 aa.] a. et c. *S*, aa. et cc. *C* | aureliae seuerae] *Consult.*, seuere *W*, seuero *SPLCRM* 4 *s. a. Consult. Hal. PL* | XVII] XVI *Hal.*, uii *PL* | IIII et III] iiii et IN *PL*, VI et constantio III *Cons.*, *om. Hal.* 5 aa.] a. et c. *S*, aa. et cc. *M* | tuus *om.* $M^a$ 6 negotium tibi (sibi $P^rL^v$) *PL*, αὐτῷ τὸ πρᾶγμα *BΣ* (κ.π.) | non *om.* $M^a$ | sicius $L^a$, sotus $M^a$ | constitutis $M^a$, constitus $R^a$ 7 et *om. C contra BΣ* (κ.π.) | eum communicare] communicari *R*, ἐκεῖνον εἰς κοινὸν ἀγαγεῖν *BΣ* (κ.π.) 8 *s. a. Hal. PL* | IIII] u *PL* 9 cc. *om. PLR* | frontoni et] *CM*, frontonie *S*, frontini et *PL*, frontino *R* | glafirioni] *C*, gallaphyroni *S*, glafironi *M*, gapirioni *PL*, gaphirioni *R* 10 proponis *C* | collecari $P^a$ 11 *s. a. Hal. PL* | pp.] d. *PL* | id.] id. k. *L* | conss.] cc. conss. *L*, cc. et cc. ss. *P* 12 thesianae *PL* 13 fecisti $C^a$ | ut] et $L^a$ | malum *om. R* | palacitis $M^a$ 15 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 7 16 aa. et cc.] a. *PL* | indiuisio $R^a$ 19 fuerint *PL* | ex stipulatu si] exstipulat (*uel* —latur) $R^a$ | intercesserit *R* 20 scriptis $P^a$ | contra fratres *om.* $L^a$ 22 facto $R^a$ | promissa $PLR^b$ | *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 6 d. II *om. PL utroque loco* 23 cc.] aa. *PL. ad c.* 6 | conss. *om. PL utr. l.* 24 nichomacho *SLM*, nichomatio *C* 25 relicta *om.* $R^a$ | possessio $P^aL^a$ 26 *s. a. Hal. PL* | cc. *om. PL* 27 *S transponit c.* 9 *et* 10 *et omissa summa c.* 11 *ad inscriptionem c.* 11 *alteram summam c.* 10 *adponit* 28 iudicio $LR^a$ | *s. a. Hal.* 30 calliconio *S*, calligono *R* 31 continetur $M^a$ | inquirere] $P^aM^a$, inquirerent $C^aR^b$, inquirent $R^a$, possint (possit *L*) inquirere $P^bL$, inquirere possint $C^bM^b$ 32 *s. a. Hal. PL* | sine] f. sine *L* | conss. *PL* 33 *in PL est inscriptio c.* 10, *cf. S ad u.* 27 | gerulo] *Th.*, cyrillo *S*, gerilo *CM*, cerylo *R* 34 possessionem $R^a$ | diuisionem *R* | opotet $R^a$ | possessorem *Th.*

condicionis seu inquilinorum proxima[1] agnatio uel adfinitas[2] permaneret. quis enim ferat liberos a parentibus, a fratribus sorores, a uiris coniuges segregari? igitur si qui dissociata in ius diuersum mancipia uel colonos[3] traxerint, in unum eadem redigere cogantur. D. III K. MAI. PROCVLO[4] ET PAVLINO CONSS. a. 334?

12 [5]IMP. IVSTINIANVS A. AD SENATVM. Illud aequitatis uouere rationibus bene nobis apparuit. si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit uel dederit uel pro filia sua dotem et hoc quod dedit iterum in eundem reuertatur uel stipulatione uel lege hoc faciente, uel et si alio dotem uel ante nuptias donationem dante stipulationis paternae tenor uel forte legis hoc induxerit, ille autem testamento condito uel filios suos uel extraneos scripserit heredes et nihil de huiusmodi rebus, quae ad eum reuersae sunt uel peruenerunt, disposuerit, inueniantur autem alii liberi eius res a paterna substantia lucrati uel per ante nuptias donationes uel dotes uel militiae causa, quas utpote testamento existente non coguntur conferre, tunc filius uel filia easdem res, quae ad patrem reuersae sunt uel peruenerunt, habeant praecipuas, ad simile tamen lucrum computandas, ut in praesenti casu tantum habeat ipsa uel ipse, quantum eius fratres ex patre sunt consecuti secundum eos modos quos supra diximus et quos conferre propter testamentum non coar-
1 tantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum a patre collatum est, neque ipsos sibi praecipue hanc partem uindicare, sed, quasi paternae facta substantiae sit, inter omnes secundum institutionis tenorem diuidi. et haec quidem, si inter fratres patris elogium com-
2 positum sit. Sin autem extranei sint scripti heredes et nihil in testamento suo neque in hac parte testator dixerit, tunc omnimodo praecipuum habeat filius uel filia, quod ad patrem reuertitur uel peruenit. si tamen minus in fratres collatum est, amplius autem ex huiusmodi casu ad patrem peruenit, illo quod ad similem quantitatem concurrit excepto cetera quasi paternae substantiae facta secundum modum institutionum diuidantur: illo procul dubio obseruando, quod, si minus sit quod pater ex huiusmodi causa habuit ea quantitate quae in fratres collata est, tota huiusmodi portio ad eas personas perueniat, quarum occa-
3 sione res ad patrem reuertitur. Ea igitur, quae in paterna persona diximus, obtinere uolumus etiam in auum et proauum paternum uel maternum et in matrem et in auiam uel proauiam paternam uel maternam. D. XI K. AVG. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

## XXXVIIII
## ℞ FINIVM REGVNDORVM ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. NICEPHORO. Regionem certam fundi propriis finibus eius mutatis dominus eius distrahere ac residuum retinere non prohibetur. nec amplius emptor, quam quod ratione[6] secundum uen- [Epanagoge p. 265 B 58, 9, 14]

*A^{ui}* (39 ℞) *P* (*om.* 38, 12) *L* (*om.* 38, 12) *CRM*

---

[1] uel colonorum ... proxima *om. Th.* [2] uel adfinitas *om. Th.* [3] uel colonos *om. Th.* [4] Optato (*I. Gothofredus*)? [5] *iunge* 2, 44, 4. 5, 4, 24. 6, 25, 6 [6] metatione?

---

1 seu] siue *C* | inlignorum *M^a*? | proxima] *C*, proximorum *PLRM* | enim *om. M^a* 2 si *om. Th.* | quis *P^a* 3 in] un *M^a* | traxerit *L*, traxerunt *Th.* 4 redigere eadem *Th.* | *s. a. Th. Hal., nisi forte Hal. subscriptionem restituerit ex Sichardo: in PL est subscriptio c.* 12 5 iustinianus] const. *C* 6 pro] in *M* | conscripsit *M* 7 eum *C* 8 alio] ab alio *RM^b* 9 suos uel] suos seu *C* 11 peruenerunt] *W*, peruenerint *CRM* | liberi alii *R* 12 uel per dotes uel per ante nuptias donationes *R* 13 exigente *C* | inferre *RM^t* 14 peruenerint *RM* | computandae sunt *RM^a*? 15 habeant *R^a* 18 factam *M* 19 patris *om. C* 22 reuertetur *M^a* | collectum *R^a*, collatus *M^a* 25 casa *M^a* 26 occasionem *M^a* 27 res *om. C* 28 et proauum] uel proauum *C* | in auiam] auiam *C* | uel proauiam ... 29 maternam *om. C* 29 *s. a. Hal. et PL ad c.* 11, *sed in L* d. ... constant. *erasa sunt* 32 finium] de f. *SC* 33 impp. d. et m.] id. *PL* | et cc. *om. M* | nicyphoro *S*, hicephoro *PL*, nicophoro *C*, nichoforo *M* 34 proprii *C* | dominum ... 35 prohibemus *P^tL^tR^b* | eius *om. C* 35 amplus *M^a* | ratione] traditione *proposuit Cuiacius*

ditionis fidem ad se peruenit, uindicare potest praetextu terminorum temporis antecedentis uenditionem. D. ID. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

2 IDEM AA. ET CC. TATIANO. Successionum uarietas et uicinorum noui consensus, additis uel detractis agris alterutro, determinationis ueteris monumenta saepe permutant. D. VIIII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

3 [1] IMP. CONSTANTINVS A. AD TERTVLLIANVM [2]. Si quis super iuris sui [Th. 2, 26, 1 mut.] locis prior de finibus detulerit querimoniam, quae proprietatis controuersiae cohaeret, prius super possessione quaestio finiatur et tunc agrimensor ire praecipiatur ad loca, ut pate-
1 facta ueritate huiusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne huiusmodi quaestio terminetur, se subtraxerit, nihilo minus agrimensor in ipsis locis iussione rectoris prouinciae una cum obseruante parte hoc ipsum faciens perueniet. D. VIII K. MART. BESSI GALLICANO ET SYMMACHO CONSS. a. 330

4 IDEM A. AD BASSVM PP. Si constiterit eum, qui finalem detulerit [Th. 2, 26, 2 B 58, 9, 18] quaestionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare uoluisse, non solum id quod male petebat amittat, sed quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat iuris alieni, qui inreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum adimere [3] temptauit, amittat. LECTA APVD ACTA XII K. IVL. GALLICANO ET SYMMACHO CONSS. a. 330

5 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. NEOTERIO PP. [4] [Th. 2, 26, 4] Quinque pedum praescriptione submota finalis iurgii uel locorum libera peragatur intentio. PP. ALEXANDRIAE VII K. AVG. ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 385

6 IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. [Th. 2, 26, 5 mut. B 58, 9, 20] Cunctis molitionibus et machinis amputatis decernimus in finali quaestione non longi temporis, sed triginta tantummodo annorum praescriptionem locum habere. D. PRID. NON. NOV. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

## XXXX

## ℞ DE CONSORTIBVS EIVSDEM LITIS ℞

1 IMP. IVLIANVS A. SECVNDO PP. Explosis atque reiectis prae- [Th. 2, 5, 1 B 12, 3, 12] scriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortium studio protrahendae disceptationis excogitare consueuerunt, siue unius fori omnes sint siue in diuersis prouinciis uersentur,

$A^{ul}$ (39, 5. 6) *P* (39. 40 [℞ *p*] 1) *LCRM*

---

[1] *iunge* 8, 4, 5 [2] u. p. comitem dioeceseos Africae *addit Th.* [3] diripere *Th.* [4] k. n. *addit Th.*

---

1 peruenerit *C* 2 *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* | cc.] aa. *Hal.* 3 idem aa. et cc.] impr. iustinianus a. *S* | uerietas $M^a$ 4 ueteris *om.* $P^a$ | monimenta $P^bL^tR^bM^b$, mo**menta $R^a$ 5 *s. a. Hal. PL* | d. VIIII] pp. uiii *PL.* | cc.] aa. et *Hal.* 6 constantinus] contan. *P* | tertillianum *L*, terturianum *M* | qui *C* | uiris sui *C*, sui iuris sui $L^a$, sui iuris *Th.* 7 questionem *M* | quae] quae cum $L^bC$ | proprietates $L^a$ 8 possessionem *C* | agrimensor] mensor $M^a$ 9 terminet *C*, est terminetur $M^a$, *deficit* $R^a$ 10 ipsius $M^a$ 11 ipsum *om.* $M^a$ | *s. a. Th. Hal. PL* | VIII] *Th.*, XVI *Hal.*, ui *PL* | bessi] *PL*, ueronae *Hal.*, *om. Th.* 13 a.] aa. *PL* | pp.] *CM cum Th. dett.*, pu. *S cum libris bonis Th.*, puc *P*, puc̄. *L*, praefecto urbis *R* | consisterit $R^a$ 15 repetebat *C* | sed] sed et *PL* | quod $CM^r$ | contentus suo] suorum $P^a$, suorum contentus $P^bL$ 16 qui ... fuerit] is qui ... fuerit *Th.*, si qui ... fuerit *C*, qui ... si fuerit $R^a$ | tanti $C^aR^a$ 17 tetauit $P^a$? | *s. a. Th. Hal. PLQ* | lecta apud acta] d. *PL* | XII (XIII *Hal.*) ... 18 conss. *om. Q* | symmacho] sirmi *PL* 19 impp. *LCR* | ualentinus thodosius *M* | et arcadius *om. L* | aa. *C* | necterio *A*, neotorio *PL* | pp. *om. PL* 20 prescriptio $M^a$ | locorum *om.* $P^a$ 21 *s. a. Th. Hal. PL* | alexandriae *om. Hal. PL* | VII] *Th.*, VIII *Hal. PL* | arcadio ... conss.] *Th.*, apc̄ *PL*, arc. a. II et rufino coss. (= *a.* 392) *Hal.* 22 impp. *LCR* | aaa. *om.* $AR^a$, aa. *C* | pp. *om. PL* 23 machinationibus $PLC^bR^b$ 24 *s. a. Th. Hal. PL* | prid.] II *Hal.* 25 constant. *om. Hal.* | a. *om. Th.* 27 litis] militis *S* 28 iulius *M* | a. *om. R* 29 studium $P^a$ | pertrahendae *LM* 30 consuerunt $C^aR$

nec adiuncta praesentia consortis uel consortium agendi uel respondendi iurgantibus licentia pro parte pandatur. D. III NON. SEPT. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. SALLVSTIO PP. Commune [Th. 2, 12, 2 B 12, 3, 13] negotium post litem legitime ordinatam et quibusdam absentibus in solidum agi sine mandato potest, si praesentes rem ratam dominum habiturum cauere parati sunt, uel, si quod ab his petitur, iudicatum solui satisdatione firmauerint. PP. VI ID. DEC. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

# XXXXI

## ℞ DE NOXALIBVS ACTIONIBVS ℞

1 IMP. ALEXANDER A. MARCELLO. Si extat corpus nummorum, quos ablatos [B 60, 5, 44] ex patris tui hereditate ab eo, quem liberum esse constitit, adlegas, uindicare eos uel ad exhibendum agere non prohiberis. nam quamuis alias noxa caput sequatur et manumissus furti actione teneatur, quae in heredem non competit, cum tamen seruus a domino aliquid auferat, quamuis furtum committat, furti tamen actio non est nata neque aduersus ipsum, si postea manumissus est, locum habet, nisi furtiuas res et post manumissionem contractat. PP. XIII K. DEC. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IMP. GORDIANVS A. QVINTILIANO ET ALIIS. Si serui uestri inscientibus [B 60, 5, 45] uobis uel etiam prohibentibus furtim arbores ceciderunt, quibus etiam propria poena iuxta legem saltui datam fuerat praestituta, frustra ueremini, ne ex persona eorum ultra noxae deditionem sitis obstricti, cum ex delictis seruorum domini ignorantes uel prohibentes, si noxali actione conueniantur, ita condemnari debeant, ut aut noxae dedere aut condemnationem sufferre habeant in sua potestate. PP. III NON. IVN. GORDIANO ET AVIOLA CONSS. a. 239

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. EVTYCHIO. Siue seruum [B 60, 5, 46] plagii paras accusare sollemniter, praesidem prouinciae adire non prohiberis, siue dominum eius sollicitati serui noxali iudicio uel furti malueris conuenire, suam tibi notionem praeses prouinciae commodabit non ignorans, quod, si dominum elegeris et eo non consentiente quod intendis commissum probaueris, uel noxae dedendae uel damni sarciendi ac poenae praestandae habeat facultatem. PP. V NON. OCT. SIRMI AA. CONSS. a. 293

4 IDEM AA. ET CC. SOSIO. Si seruus ignorante domino uel sciente et pro- [B 60, 5, 47] hibere nequeunte res tuas ui rapuit, dominum eius apud praesidem prouinciae, si necdum utilis annus excessit, quadrupli, quod si hoc effluxit tempus, simpli noxali iudicio conuenire potes: qui si noxae maluerit seruum dedere, nihilo minus cum ipso quantum ad eum peruenit experiri non prohiberis: nam si eo conscio et prohibere ualente, detracta noxae deditione conuentus ad summam condemnationis soluendam omnimodo compellendus est.
1 Sane si criminis publici accusationem propter uxorem tuam a seruo raptam intendendam

*PLCRM*

---

1 praesententia $C^a$ | uel resp.] et resp. *M* 2 pandatur] quam datur *$R^a$?* | *s. a. Th. Hal. PL* | antiochiae *om. Hal. PL* | mamertiano *PL* 3 imp. *R* | ualentinus *RM* | ualens] ualerius *M* | aa. sallustio *om. R* 5 quid *$P^b$C* 6 *s. a. Th. Hal.: in PL est subscriptio* 41, 1 | iouiniano a. et *Hal.* 9 noxialibus *S* 10 existat *$PLR^bM$* | oblatos *$R^a$* 12 sequatur (consequ. *$M^a$*) capud *M* | manusmissus *$R^a$* 15 furtiua *C* | et *om. PL* | contrectat *M* 16 *s. a. Hal. et PL ad* 40, 2 | dec.] nou. *PL* 17 quintalliano *R* | nescientibus *$CM^b$* 18 furto *C* 19 fuerit *PR* | praestitata *$P^a$* 20 satis *$L^aR^a$* 21 conueniatur *$R^a$* | ut aut] *$CR^bM^b$*, aut *$PLM^a$*, ut *$R^a$*: ut *uidentur legisse Graeci:* ἵνα εἰς νόξαν *B* | condempnationes *PLCR*, τὴν καταδίκην *B* 22 offerre *C* | habent *L* | *s. a. Hal. PL* | III] iiii *P* | iun. *om. PL* 23 et cc. *om. SM* | eutycio c. *S*, eutycio *C* 24 plagii paras] plagiari. *$P^a$*, plagii *$P^bL$* 25 sollictati *P* 26 prouinciae *om. M* | si] sibi *$P^a$* | et] ex *$M^a$* | eum non consentientem *$PLC^a$* 27 dedendo *$PL^a$* 28 habet *L* | *s. a. Hal. PL* | pp.] d. *PL* | oct.] cc. *$P^a$* 29 a. et c. *S*, a. et cc. *R* | solio *PL* | seruum *$R^a$* 30 rapuerit *R* | apud praesidem] a preside *$M^a$* 32 noxiae *L* | quatum *$P^a$* 34 condemnationem *C* 35 publicis *$R^a$* | propter ... raptam *bis* *$L^a$* | intentandam *$P^bLM$*, intendandam *$R^a$*

putaueris, non contra dominum, sed contra eum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. PP. XVIII K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. MENOPHILO. Si tibi per furtum nec manifestum ancillam [B 60, 5, 48] seruus ope consilioque domini cum aliis rebus subtraxit, cum inter seruum et liberum ciuile iudicium consistere non possit, eum[1] ob hoc delictum dupli poenali actione et de rebus propriis uindicatione uel condictione conuenire potes. S. V K. APRIL. CC. CONSS. a. 294

# XXXXII

## ℞ AD EXHIBENDVM ℞

1 IMP. ALEXANDER A. CRESCENTI MILITI. Si dominium ancillae, de qua agis, [B 15, 4, 21] ad matrem tuam pertinuit nec iure a patre tuo uenumdata est eiusque proprietatem tibi uindicare paratus es, praeses prouinciae exhiberi eam iubebit, ut apud iudicem de rei ueritate quaeratur. PP. K. MAI. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

2 [2]IDEM A. SYRO. Si criminis alicuius reus seruus postulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non celari debet. PP. XI K. DEC. ALEXANDRO A. CONS. [B 15, 4, 22] a. 222

3 IDEM A. FELICISSIMAE. Neque ad exhibendum actio neque proprietatis uindicatio, si nunc competit, propterea perempta est, quod aliquando aduersus te ad exhibendum actione aliter pronuntiatum est, quia commutatione litis alia res esse incipit. PP. K. SEPT. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 15, 4, 23] a. 223

4 [3]IDEM A. FLACCILLAE. Non ignorabit iudex instrumenta tui iuris, quae penes [B 15, 4, 24] diuersam partem fuisse probaueris, si ab eisdem non exhibeantur, iurisiurandi in litem facultatem deferri tibi oportere. PP. III K. MART. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230

5 IMP. GORDIANVS A. SABINIANO MILITI. Ad exhibendum actione non tantum [B 15, 4, 25] eum qui possidet, sed etiam eum teneri, qui dolo fecit, quominus exhiberet, merito tibi a non contemnendae auctoritatis iuris consulto Modestino responsum est. PP. II ID. FEBR. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

6 IMP. PHILIPPVS A. POLEMONIDI. Instrumenta ad ius tuum pertinentia par- [B 15, 4, 26] tem diuersam inuasisse adseuerans, si quidem crimen intendis, sollemnibus accusationibus[4] impletis fidem adseuerationi tuae fac, sin uero ad exhibendum intendis, iudiciorum more experire. PP. II ID. MART. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. VITALIANO. Exhibitionis necessi- [B 15, 4, 27] tate tenetur, qui facultatem habens culpam uel dolum in explendo praecepto committit, ita ut, qui rem deteriorem exhibuit, aequitas exhibitionis proficiat, ut, quamuis ad exhibendum agi non potest, in factum tamen actio contra eum detur. PP. XVI K. IVN. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

8 IDEM AA. ET CC. PHOTINO. Si res tuas commodauit aut deposuit is, cuius [B 15, 4, 28]
1 precibus meministi, aduersus tenentem ad exhibendum uel uindicatione uti potes. Quod

*P (om. 42, 3) L (ut P) D (ad 42, 3) CRM*

---

[1] erum (*Mommsen*)? [2] *iunge* 9, 2, 2. 9, 35, 1 [3] *iunge* 2, 3, 12 [4] accusationis (*Cuiacius*)?

---

1 eum *om. R* | facimus $C^a$ 2 *s. a. Hal. PL* | pp.] d. *PL* | ian.] *PL*, sept. *Hal.* 4 abstraxit *M* 5 eum] αὐτὸν τὸν δεσπότην *B* 6 *s. a. Hal. PL* | s.] d. *PL* 8 ad] ubi ad *PL* | exhibendum] exhibendum actio in personam et uiuit xxx annis *C* 9 a. *om. PR* 10 tuum pertimuit $R^a$ 11 de rei (re $R^a$?) ueritate] rei ueritatem *C* 12 *s. a. Hal. PL* | conss. *PL* 14 perduci *C* | *s. a. Hal.: in P est subscriptio c.* 3, *in L erasa est* 15 felicissimo *M* 17 *s. a. Hal. et P ad c.* 2 18 aeliano] a. *P* 19 flauiochae *S*, facille *CM* 20 probauerit $R^a$ | hisdem *RM* 21 *s. a. Hal. PL* | clem. *PL*, clementino *Hal.* 22 sauianiano $S^a$, sabino *PL*, sabiano *M* 23 a non cont. auct.] non cont. auct. a *R*, ante cont. auct. $M^a$ 24 *s. a. Hal. PL* | II *om. PL* 25 gordiano *om. PL* 26 a. *om. C* | poremonidi *M* 27 sollempnis $L^a$ 28 asseuerationis *PLRM* | fac] facito *C* 29 *s. a. Hal. PL* | II] prid. *PL* | peregrino] rer. *PL* 30 uitalianus $R^a$?, uitorianis *M* 31 committat $PL^a$ | ita] **a $R^a$, *om.* $M^a$ 33 agi] cogi $P^r L^v$ | facto $PL^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 8 35 aa. et cc.] a. *S* | potino *S*, fotine *M* 36 meministis $R^a$ | uti *bis* $M^a$

si pactus sit, ut tibi restituantur, si quidem ei qui deposuit successisti, iure hereditario depositi actione uti non prohiberis: si uero nec ciuili nec honorario iure ad te hereditas eius pertinet, intellegis nullam te ex eius pacto contra quem súpplicas actionem stricto iure habere: utilis autem tibi propter aequitatis rationem dabitur depositi actio. S. v K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. FAVSTINO. Si ex quocumque contractu apud praesidem [B 15, 4, 29] prouinciae iure debitum cui oportuerat te reddidisse probaueris, chirographa tua, ex quibus iam nihil peti potest, et instrumenta ad eum contractum pertinentia tibi naturaliter liberationem consecuto exhiberi ac reddi iubebit. S. VIII K. SEPT. CC. CONSS. a. 294

## XXXXIII

## ℞ DE ALEAE LVSV ET ALEATORIBVS ℞

1 *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Δημοσθένει ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Ἡ τῶν κύβων . . . . . . .
Alearum lusus antiqua res est et extra operas pugnantibus concessa, uerum pro tempore prodiit in lacrimas, milia extranearum nominationum suscipiens. quidam enim

*PLCRM: pro* 43, 1 *dedimus uersionem Latinam ad libros Harleianum* 5117 (= *H*) *WG, illi saeculo XII, his saeculo XIII adiectam*

---

1 qui deposuit] quidem posuit $M^a$ 3 ex *om.* $P^aC$ | ex eius (eiusmodi *Bamb. D I* 3) pacto contra q. suppl. (c. q. s. *om. M*)] οὐδεμίαν ἀγωγὴν ἔχεις κατ' αὐτοῦ, καθ' οὗ ἐδεήθης, ἀπὸ τῶν τοιούτων συμφώνων *B*, *quasi esset* ex eiusmodi pacto contra eum contra quem suppl. 4 aequitates $M^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 7 | s.] p. *PL* 5 heracl. *PL* | aa. *om. PL* 6 faustine *M* 9 liberatione $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | s.] pp. *PL* 11 *in S tit.* 43 *collocatur post sequentem, in R rubrica et nota constitutionis graecae continuantur rubricae sequentis tituli* | et] *SM*, et de *R*, uel de *C* 12 greg. lex graeca *S*, constitutio graeca *R*, haec constitutio graeca est *M: inscriptionem restitui ex* 1, 4, 25 *quae gemella est h. c.* § 3 | ἡ τῶν κύβων] *ita ordiri h. c. testantur Parat. ad Const.* 3 *et* 4 13 *Latina constitutionis interpretatio, quam supra proposui ad libros HWG redactam, in HW ut in permultis aliis libris ad marginem suppleta est, in G addita est in folio, quod in medio libro quinto uacuum relictum erat, praemissis his* hec const. debet esse s[upra] de relig. et sup. fu. et debet ibi legi. Inperator iustinianus iohani pp. *hanc inscriptionem, quae redit in aliis libris uelut in Paris.* 4523 *Veronensi* 180 (*in W est* impr.), *falsam esse ex loco gemino constat: num autem omnino spuria sit, sicut eae, quae extant ad* 3, 10, 2 *et ad epitomen legis Rom. Visig.* (*p.* 248, 6), *an ueniat ex c.* 2 *h. t., definiri nequit. dubitari tamen non poterit, quin eiusdem originis sit, cuius est interpretatio, quam non ad constitutionem ipsam, sed ad epitomen quandam factam esse tam ex loco gemino quam ex indicibus Anatolii et Thalelaei apparet, ut Graeca qui uertit non inuenerit in libro codicis Iustiniani, sed aut in scholiis Basilicorum aliaue qua sylloga iuris Graeci aut in commentario aliquo codicis uelut Isidori. index Thalelaei extat in B* 60, 8, 5: Ἡ διάταξις κωλύει τὰ παίγνια καὶ πέντε ὑπεξαιρουμένων ὁρίζει καί τινα ἐπιτίμια κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς ἐπισκόποις ζητεῖν καὶ κωλύειν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα συναλλάγματα ἀνατρέπειν. δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῶν ἐπιτετραμμένων πέντε παιγνίων καὶ ἀπαίτησιν τῶν ἐντεῦθεν χρεωστηθέντων, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρούντων παραβῆναι τὴν διάταξιν. *Anatolii indicem exhibet Nomoc.* 13, 28: (§ 1) Ὁ ἡττηθεὶς εἰς κόττον οὐκ ἀπαιτεῖται καὶ καταβαλὼν ἀναλαμβάνει μετὰ διαδόχων ἀπὸ τοῦ νικήσαντος καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ διηνεκῶς καὶ πέρα τριακονταετίας. εἰ δὲ μὴ θέλουσιν ἀναλαβεῖν, ὁ θέλων καὶ μάλιστα ὁ τῆς πόλεως ἐν ᾗ τοῦτο γέγονε πατὴρ ἢ ἔκδικος ἀπαιτεῖ καὶ δαπανᾷ εἰς ἔργα τῆς πόλεως. καὶ ἡ γενομένη ἐπὶ κόττῳ ἀσφάλεια ἄκυρός ἐστι καὶ ἀποδίδοται. εἰ δὲ καί τις ἐν σχήματι κόττου ἡττηθῇ θερμίοις ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ, οὐκ ἀπαιτεῖται. (§ 3) τῶν ἐπισκόπων ἄδειαν ἐχόντων ταῦτα ζητεῖν, βοηθούντων αὐτοῖς τῶν ἀρχόντων καὶ πατέρων καὶ ἐκδίκων. (§ 4) μόνον δὲ παίζειν ἔξεστι μονόβολον καὶ κονδομονόβολον (μονίβολον καὶ κονδομονίβολον *libri*) καὶ κυΐντανὸν (καὶ *ins. libri*) κόνδακα χωρὶς τῆς πόρπης (ὁρπῆς *libri plerique*) καὶ περιχυτὴν καὶ ἱππικὴν ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας. (§ 5) καὶ οἱ μὲν σφόδρα πλούσιοι νομίσματος ἑνὸς ἑκάστην σύνθεσιν παίζουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ πάνυ ἥττονος· τὸ δὲ πλέον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει καὶ διδόμενον ἀποδίδοται. προνοοῦσι τούτων οἱ ἄρχοντες, δέκα λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῖς παραβαίνουσιν ἢ συγχωροῦσι παραβαίνεσθαι. | lusus] *Augustinus*, usus *WG*, ludus *H* | extra *aut corruptum est ex* circa *aut perperam uersum cf. Dig.* 11, 5, 2, 1 | pugnantibus] $W^a$, pugnatoribus *HG*, pugnatorum $W^b$ | concessa *om. HG* 14 extraneorum nominantium *W*, extraneorum uenationum *H*, extranearum nationum *G*

ludentes nec ludum scientes, sed nominationem tantum, proprias substantias perdiderunt die noctuque ludendo in argento apparatu lapidum et auro. consequenter autem ex
1 hac inordinatione blasphemare conantur et instrumenta conficiunt. Commodis igitur subiectorum prouidere cupientes hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in priuatis seu publicis locis ludere neque in specie neque in genere: et si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddatur et competentibus actionibus repetatur ab his qui dederunt uel eorum heredibus aut his neglegentibus a patribus seu
2 defensoribus locorum: Non obstante nisi quinquaginta demum annorum [ʽΡοπ. p. 237, 67
3 aliqua praescriptione: Episcopis locorum hoc inquirentibus et praesidum [(ʽΡοπ.) 1, 4, 25
4 auxilio utentibus. Deinde uero ordinent quinque ludos, ton monobolon ton [(1, 4, 25)
5 condomonobolon ke kondacca ke repon ke perichyten. Sed nemini permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum, etsi multum diues sit, ut, si quem uinci contigerit, casum grauem non sustineat. non solum enim bella bene ordinamus et res sacras, sed et ista: interminantes poenam transgressoribus, potestatem dando episcopis hoc inquirendi et auxilio praesidum sedandi.

D. x k. Oct. Constantinopoli Decio cons. a. 529

*HWG*

---

1 ludentes] uel l. *G* | scientes ludum *H*, ludum facientes *G* | nominatione *H*, numeratione *G* | tamen *HG* | perdiderunt] ammiserunt *G* 2 argentu *L* | lapidum *om.* *G* 3 inmoderatione *G* | conantur] noscuntur *G* | conficiunt] concipiuntur *G* 4 prou. cup.] *WH*, prospicientes *G* | decernimus] cernimus *W*ᵃ | priu. seu publ. locis] *W*, publ. uel priu. uel domibus uel locis etiam *G*, priu. domibus seu locis publ. *H* 5 neque] nec *G* | in specie neque in genere] *HG*, in genere neque in spetie *W*, inspicere *edd.* 7 hiis *W* | dederunt] *G*, dederint *W*, uicerint *L* | uel] et *H*, ut *G* | aut] aut et *G* | hiis *W* | a patr. seu def. locorum] *W*, seu fideiussoribus eorum *G*, seu (s* seu *H*ᵃ) defens. eorum *H*: *in fine* § 1 *desiderantur quae habet Nomocanon* (*u. s.*) καὶ δαπανᾷ εἰς ἔργα τῆς πόλεως. καὶ ἡ γενομένη ἐπὶ κόττῳ ἀσφάλεια ἄκυρός ἐστι καὶ ἀποδίδοται. εἰ δὲ καί τις ἐν σχήματι κόττου ἡττηθῇ θερμίοις ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ, οὐκ ἀπαιτεῖται 8 non … 9 praescriptione] *HG*, non o. nisi q. demum aliqua praescr. *W*: οὐκ ἀντίκειται χρόνος τοῖς ἀπαιτοῦσι τὸ καταβληθὲν εἴς τι τῶν ἀπηγορευμένων παιγνίων, εἰ μὴ μόνος ὁ πεντηκονταετής *index Anatolii* (ʽ*Ροπ.*) 9 *ad ipsius constitutionis uerba propius accedit locus geminus. antecesserint praeterea necesse est, quae leguntur in B* (*u. s.*) *eandem curam iniunctam esse praefecto urbi et praesidibus prouinciarum et, si qui contractus propter ludum initi fuerint, eos rescindendos esse* | inquir.] prouidentibus *G* 10 utentibus auxilio *H*, auxilio prouidentibus *G* | deinde] deinceps *W* | *pro* ordinent *qui uertit* ordinat *uidetur scripsisse* | tonmonobolon … 11 perichyten] tō monolouon. toncondomolon. ketiudacca (*uel* ketuidacca) keuyon. keperichian *H*, bemolouon. Gre. tonleodomeuolon retindoctahereponreppit hit *W*, conomonolon comodonoualon. keiquidalha. reipon. reiperusnā *G*. *quae lectiones in singulos ludos ita discribenda sunt:* ton monobolon] ton monolouon *H*, bemolouon *W*, conomonolon *G* — ton condomonobolon] ton condomolon *H*, ton leodomeuolon *W*, comodonoualon *G* — ke kondacca (= καὶ κόνδακα)] ketiudacca *H*, retindocta *W*, keiquidalha *G* — ke repon] herepon *W*, reipon *G*, keuyon *H* — ke perichyten] keperichian *H*, reppit hit *W*, reiperusnā *G*. *retinuit igitur interpres Graecum sermonem, quem neque intellexit et aut integrum non habuit aut ipse mutilauit: desiderantur enim quae sunt in Nomocanone* (*u. s.*) κυϊντανός *et* ἱππική, *nisi forte in* repon *latet* ἵππον *uel* ἱππικόν. *Graecis autem ipsis et rem et uerba difficultates parasse probant qui interpretandi periculum fecerunt. ita in Nomocanonis libro Vatic. Palat.* 408 *indicem Anatolii in hunc modum mutatum inuenit Pitra:* μόνον δὲ παίζειν ἔξεστι μονίβολον (*supra uersum additur* δρόμον) τὸν καὶ δρόμον καὶ κονδομονίβολον τὸ καὶ πήδημα καὶ κυάντανον τὸν ὑποδυέντος εὑρεθέντα καὶ κόνδακα χωρὶς ἀκοντίστερα λέγει τῆς πόρτης (*supra uersum additur* χωρίς) περόνης αὐτοῦ τοῦ σιδήρου καὶ περιχυτὴν (*supra uersum est* πάλων) καὶ ἱππικὸν ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας. *similia leguntur apud Balsamonem ad h. l.* (*Voellus p.* 1131): γίνωσκε δὲ, ὅτι μονόβολον λέγεται ὁ δρόμος, κοντομονόβολον τὸ πήδημα, κυντανὸς κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης ὁ ἀκοντισμὸς ἄνευ περόνης ἤτοι σιδήρου, ἀπὸ Κυΐντου τινὸς οὕτω κληθείς, περιχυτὴ ἡ πάλη καὶ ἱππικὸν τὸ ἱπποδρόμιον 11 etiam in] *G*, in *W*, etiam *H* 12 hiis *W* | ludere] habere *G* | unum] dimidium *G* | sit diues *W* | quem] quidem *G* | contingerit *G* 13 *ante* non solum *supple ex Nomoc., quod supra unum solidum promissum fuerit, exigi non posse aut, si solutum fuerit, repeti* | et res] set etiam res *W*, sed et res *G* | istam *W* | terminantes *G* | poenam] *poena, quae secundum Nomoc. et B est X auri librarum, statuitur in magistratus, qui aut legem exsecuti non fuerint aut ab aliis id fieri permiserint* 13 hoc] hec *H* | inquirentibus *W*, inquirend' *G* 15 sedandi] *HG*, sociandi *W* 16 *s. a. l. gem.*

2 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.*
Prohibemus etiam, ne sint equi lignei: sed si quis ex hac occasione uincitur, hoc ipse
1 recuperet: domibus eorum publicatis, ubi haec reperiuntur. Si autem noluerit reci-
2 pere is qui dedit, procurator noster hoc inquirat et in opus publicum conuertat. Similiter prouideant iudices, ut a blasphemiis et periuriis, quae ipsorum inhibitionibus debent comprimi, omnes penitus conquiescant.

# XXXXIIII

## R DE RELIGIOSIS ET SVMPTIBVS FVNERVM R

1 IMP. ANTONINVS A. DIONYSIAE. Si ui fluminis reliquiae filii tui continguntur [B 59, 3, 1] uel alia iusta et necessaria causa interuenit, aestimatione rectoris prouinciae transferre eas in alium locum poteris. PP. VIII K. NOV. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IDEM A. HILARIANO. Inuito uel ignorante te ab alio illatum corpus in [B 59, 3 not.] puram possessionem tuam uel lapidem locum religiosum facere non potest. si autem uoluntate tua mortuum aliquis in locum tuum intulerit, religiosus iste efficitur: quo facto monumentum neque uenire neque obligari a quoquam prohibente iuris religione posse in dubium non uenit. PP. K. MAI. *SABINO* II ET ANVLLINO CONSS. a. 216

3 IMP. ALEXANDER A. PRIMO. Legatum a defuncto tibi relictum et quod [B 59, 3 not.] in funus uel morbum eius erogasse te boni uiri arbitratu probaueris, praeses prouinciae solui tibi iubebit. PP. V NON. IVL. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

4 IDEM A. LICINIO. Si sepulchrum monumenti appellatione significas, scire [B 59, 3 not.]
debes iure dominii id nullum uindicare posse, sed et, si familiare fuit, ius eius ad omnes
1 heredes pertinere nec diuisione ad unum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quae circa id sunt, si semper uicinis aedificiis usui hominum destinatis cesserunt, eius sunt, cui illa, quorum partes esse uisae sunt, ex diuisione obtigerunt. PP. VI NON. NOV. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

5 IDEM A. CASSIO MILITI. Militis uoluntatem, quam circa monumentum sibi [B 59, 3 not.] faciendum testamento expressit, et mater et pater heredes eius neglegere non debent. nam etsi delatio hoc nomine praeteritis constitutionibus amota est, inuidiam tamen et conscientiam circa omissum supremum huiusmodi officium et contemptum iudicium defuncti euitare non possunt. PP. VIII K. MAI. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

*$A^{ul}$* (44 R) *P* (44 [R *p*] 3) *L* (44 R 3) *C* (44 R *collocat post c.* 1) *RM: pro* 43, 2 *dedimus interpretationem Latinam ex libris HWG* (*cf. p.* 295)

---

1 *inscriptionem restitui ex c.* 1 *h. t.: cf. etiam supra ad* 295, 13 2 *interpretatio Latina huius constitutionis in libris HWG praecedenti continuatur. Graeci indices extant Thalelaei in B* 60, 8, 6: Ἡ διάταξις κωλύει τὰ λεγόμενα ξύλινα ἱππικά, κίνδυνον ἀπαιτοῦσα κατὰ τῶν παιζόντων καὶ δήμευσιν κατὰ τῶν οἴκων, ἐν οἷς τὰ τοιαῦτα γένηται παίγνια. δίδοται δὲ καὶ ἀνάδοσις τῷ ἡττηθέντι καὶ καταβαλόντι, ἢ ἐὰν μὴ βούληται ἀναλαβεῖν, κελεύει ταῦτα εἰς ἔργα δημόσια τῆς πόλεως ἐκείνης δαπανᾶσθαι, *et Anatolii in Nomoc.* 13, 28: Οὔτε τοῖς καλουμένοις ξυλίνοις ἱππικοῖς οὔτε ἄλλῃ κυβείᾳ παίζειν ἔξεστι, πλὴν τῶν ἐπιτραπέντων ἐν τῇ προλαβούσῃ διατάξει. καὶ οἱ τόποι, καθ᾽ οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἱππικοῖς παίζουσι, δημόσιοι γίνονται καὶ τὰ διδόμενα ἀποδίδονται, ἢ μὴ βουλομένων ἀναλαβεῖν τῶν δεδωκότων ἀπαιτοῦνται διὰ τοῦ ἐπάρχου καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ προσκυροῦνται τοῖς ἔργοις τῶν πόλεων | etiam] et *W* | lignei] lieni *G* | uincerint *W*, uincat *G* | hoc ipsum recuperetur *W* 3 eorum *om. W* | ubi haec rep.] et *G* | sin *H* | noluerint $H^a$ | recuperare *W* 4 dederit *W* | procurator noster] *secundum Anatolium repetunt praefectus uel praesides* | et *om. G* | similiter et iudices prouideant *W* 5 ut a peri. et blasph. *W*, *om. G* | ipsorum] res *W* 6 debet *W* | comprimi] puniri *W* | omnes] homines *G*, *om. H* 8 relig.] relig. locis *L* | et *om. AR* | funerum] *in R sequitur rubrica tit.* 43 *et* const. gca 9 antonius *M* | dionysiae] *S*, dioniae *C*, doniae *RM* 11 *s. a. Hal.* 12 te *om.* $CR^a$ 13 sin *M* 15 obligare *R* | in *om. R* 16 *s. a. Hal.* | sabino] aquilino *Hal.* 17 primo] *SCM*, rimo *PLR* 18 probauerit $L^a$ 19 *s. a. Hal. PL* | v] ui *PL* | iul.] iū. *PL* 20 momenti $R^a$ 21 id] ad $M^a$ | et *om. CM* 22 hereses $M^a$ | diuisionem $R^aM$ | profana] proponat $M^a$ 24 uisa $R^bM^a$ | *s. a. Hal.* 26 a.] augusti et cesares *R* | cassiano *M* 27 testamentum $R^a$ | et mater] mater $CM^a$ 28 inuidam $R^a$ 29 omissum] omnium omissum $R^a$ | eiusmodi $R^bM$ 30 *s. a. Hal.*

6 Idem A. Primitivo et aliis. Monumentorum inscriptiones neque sepulchrorum iura neque dominium loci puri ad libertos transferunt. praescriptio autem longi temporis, si iustam causam initii habuit, uobis proficiat. PP. viii k. Ivl. Ivliano et Crispino conss. [B 59, 3 not. a. 224

7 Imp. Gordianvs A. Clavdio. Statuas sepulchro superimponere uel monumento, quod te extructurum profiteris, ornamenta quae putas superaddere non prohiberis, cum in iure suo eorum quae minus prohibita sunt unicuique facultas libera non denegetur. PP. iii k. Avg. Gordiano A. ii et Pompeiano conss. [B 59, 3, 7 a. 241

8 [1]Imp. Philippvs A. Ivliae. Ius familiarium sepulchrorum ad adfines seu proximos cognatos non heredes constitutos minime pertinet. PP. xvi k. Ivl. Peregrino et Aemiliano conss. [B 59, 3 not. a. 244

9 Idem A. et Philippvs C. Favstinae. Locum quidem religiosum distrahi non posse manifestum est. uerum agrum purum monumento cohaerentem profani iuris esse ideoque efficaciter uenumdari non est opinionis incertae. PP. vi k. Dec. Philippo A. et Titiano conss. [B 59, 3 not. a. 245

10 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Aqvilinae. Si necdum perpetuae sepulturae corpus traditum est, translationem eius facere non prohiberis. PP. viii id. Dec. Diocletiano iii et Maximiano AA. conss. [B 59, 3, 10 a. 287

11 [2]Idem AA. Gavdentio. Obnoxios criminum digno supplicio subiectos sepulturae tradi non uetamus. PP. viii id. April. ipsis iiii et iii AA. conss. [B 59, 3 not. a. 290

12 Idem AA. Victorino. Mortuorum reliquias, ne sanctum municipiorum ius polluatur, intra ciuitatem condi iam pridem uetitum est. PP. iii k. Oct. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

13 Idem AA. et CC. Dionysio. Ius sepulchri tam hereditarii quam familiaris ad extraneos etiam heredes, familiaris autem[3] ad familiam, etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quemquam qui non heres est pertinere potest. S. iii id. Nov. Sirmi CC. conss.[4] [B 59, 3 not. a. 294

14 [5]Idem AAA.[6] Cynegio pp. Nemo humanum corpus ad alterum locum sine Augusti adfatibus transferat. D. iiii k. Mart. Constantinopoli Honorio nob. pvero et Evodio conss. [Th. 9, 17, 7 B 59, 3, 14 a. 386

15 Ἐν οὐδενὶ τόπῳ οὐδὲν τέλος παρ' οὐδενὸς προσώπου ὑπὲρ τῶν διακομιζομένων σωμάτων παρέχεται. [B 59, 3, 15

*$A^{ui}$* (44, 12) *P* (44, 8...14) *L* (*ut P*) *CRM*: *index c.* 15 *restitutus est ex B*

---

[1] *fortasse iungenda est* 1, 18, 3 [2] *cf.* 9, 49, 6 [3] *idem Graeci* (*u. i.*): heredes familiaris, [hereditarii] autem (*Mommsen*)? [4] AA. conss. (*a.* 293, *Mommsen*)? [5] *iunge* 1, 2, 3 [6] Imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. *requiritur* (*u. i.*)

---

3 *s. a. Hal.* 5 imp. gord.] idem *C* | gladio *R* 6 profitearis *C* 7 in iure suo] non iure suo *$R^a$*, iniurie sue *$M^a$* | quae] qui *$M^a$* | unicuiusque *R* 8 *s. a. Hal.* 9 iuliano *S* | familiarum *$P^a$* 10 *s. a. Hal.* 12 idem] impr. philippus *S* | philippus *om. R*, et phil. c. *om. CM* | faustino *PL* 13 purum uero agrum *C*, purum *om. $M^a$* | monumento] momentomomento *$P^a$* | adherentem *C* 14 *s. a. Hal. PL* | a. *om. PL* 15 thiano *PL* 16 aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. *C*, *om. R* | aquilianae *R*, aquilie *M* 17 traditum est corpus *R* | *s. a. Hal. PL* | pp.] d. *PL* 18 dec.] febr. *Hal.* | iii et max.] *PL*, iv et max. iii *Hal.* 19 aa.] a. et c. *S* 20 tradi] traditum *R* | *s. a. Hal.*: *in PL est subscriptio c.* 13 21 aa.] a. et c. *S* | uictorino *om. PL* | reliquas *$R^a$* | sanctum] secundum *$C^a$* | ius *om. $R^a$* 22 *s. a. Hal.* 23 et cc. *om. PL* | dionysio] uictorino (*ex u.* 21) *S* | ius *seqq.*] εἴτε ἐξ αὐτοῦ τοῦ τελευτήσαντος ὁ τάφος ἐστὶ δεξάμενος τὴν ἀρχὴν εἴτε ἐξ ἄλλων τινῶν παραπεμφθεὶς εἰς τὸ τοῦ τελευτήσαντος πρόσωπον, δύνανται θάπτειν ἐν αὐτῷ οἱ κληρονόμοι, εἴτε συγγενεῖς εἰσιν εἴτε ἐξωτικοί. ἐν δὲ τῷ φαμιλιαρίῳ τάφῳ, κἂν μὴ ὦσι κληρονόμοι, οἱ ἀπὸ τῆς φαμιλίας δύνανται θάπτειν *B* | familiarii *PL* 24 familiari *$M^a$* | nullos *$P^a$* 25 pertingere *C* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 11 | s.] d. *PL* 27 idem aa. (augusti *R*) *PLRM*, idem aa. et cc. *C*, *deficit S*: idem aaa. *in* 1, 2, 3 *et in Th. refertur ad Gratianum Valentinianum et Theodosium* | humatum corpus nemo *Th.*: humanum *etsi minus recte legatur, confirmant tamen B* ἀνθρώπινον σῶμα, *ut lectio* humatum *in dett.* (*u. g.* *$W^b$*) *debeatur emendationi* 28 sine *om. $L^a$* | augustam fatibus *$L^a$?*, augustis affatibus *C* | *s. a. Th. Hal. PL* | iiii] *Th.*, iii *Hal. PL* | mart. *om. PL* 29 nob.] nobili *Hal PL* | enodio *PL* 30 constitutio greca *RM*

# LIBER QVARTVS

## I

## ℞ DE REBVS CREDITIS ET DE IVREIVRANDO ℞

1 Imp. Antoninvs A. Hercvliano. Causa iureiurando ex consensu utriusque [B 22, 5, 43] partis uel aduersario inferente delato et praestito uel remisso decisa nec periurii praetextu retractari potest, nisi specialiter hoc lege excipiatur. PP. xv k. Ivl. Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

2 Imp. Alexander A. Felici. Iurisiurandi contempta religio satis deum [B 22, 5, 44] ultorem habet. periculum autem corporis uel maiestatis crimen secundum constituta diuorum parentum meorum, etsi per principis uenerationem quodam calore fuerit periuratum, inferri non placet. PP. vi k. April. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Severae. In bonae fidei con- [B 22, 5, 45] tractibus nec non etiam in aliis causis inopia probationum per iudicem iureiurando causa cognita res decidi potest. PP. x k. Sept. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

4 Idem AA. Maximae. Si ad excludendam tutelae actionem pupillus ius- [B 22, 5, 46] iurandum tutori dedit, postea eandem litem exercere non prohibetur. PP. k. Ivl. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

5 Idem AA. Ivliano. Cum etiam a pupillorum tutoribus uelut ab ipsis [6, 42, 20 B 22, 5, 47] pupillis relicta fideicommissa uideantur[1], super fideicommisso praeses prouinciae [(6, 42, 20)] cognoscet et, si id tibi relictum esse constiterit, reddi tibi efficiet. idem, si infitietur, ad iusiurandum, ut desideras, tutorem adiget. PP. iii non. Dec. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

6 Idem AA. Bessio. Cum proponas partibus placuisse iurisiurandi religione [B 22, 5, 48] generis et ingenuitatis quaestionem decidi, praeses prouinciae iuxta decretum arbitri ad uoluntatis uestrae placitum amitae tuae filiis consulet. PP. v id. Febr. Tiberiano et Dione conss. a. 291

$A^{ui}$ (1 ℞ 2) *P* (1 ℞ 1...4 [5 *p*] 6) *LCRM*

---

[1] cum etiam ... uideantur] etiam ... debentur *l. gem.*

---

3 et de] *S* (*Bluhme*) $A^{u}$*C*, et *PLRM*, fide *S* (*Heimbach*) | iureiurandis *S* 4 antonius *M* | berculliano *R* 5 remisso] remisso sacramento $P^{a}L^{a}$: ὅρκου ... συγχωρηθέντος τμηθεῖσα *B* (κ.π.) 6 *s. a. Hal. PL* 8 alexander *om. S* 10 parentum] $ACR^{b}$, parentium $PLR^{a}$ | per *om.* $P^{a}$ | colore $PLM^{b}$: κατά τινα θερμότητα *Graeci* 11 *s. a. Hal. PL* | k.] *Hal.*, id. *PL* 12 aa.] aa. et cc. *C*, a. *M* 13 aliis causis] *sic* *BΣ* (κ.π.): ἐν ταῖς ἄλλαις δίκαις, aliis ceteris causis *PCRM*, aliis causis ceteris *L* 14 potest] *R cum B et BΣ* (κ.π.): τὸ πρᾶγμα δύναται τέμνεσθαι, oportet *PLCM* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 6 15 aa.] aa. et cc. *C* | si] s. si *L* | iusiurandam $P^{a}$ 16 *s. a. Hal.* 18 aa.] aa. et cc. *C* | a *om. pL* | uelut] uel *pL* 19 pupillis *om. l. gem.* | fideicommisso] *CM*, fideicommissis $pLR^{b}$, fideicommissis* $R^{a}$? 21 *s. a. Hal. pL cum l. gem.* | iii non.] *pL cum l. gem.*, iiii kal. *Hal.* | dec. ... conss. *om. pL* 22 aa.] a. et c. *S*, aa. et cc. *C* | bessio] *PLM*, basso *S*, bessiae *R*, *om. C*: *uiri nomen scriptum est secundum B* | proponis *R* | iusiurandi *R* 23 generis et ingenuit. (ingenut. $M^{a}$) quaest.] res $P^{t}$, et ing. questionem *** $L^{a}$, et generis et ing. quest. $L^{b}$: περὶ γένους καὶ εὐγενείας *BΣ* | ad] et *C* 24 nostrae $P^{a}$ | consulae $R^{a}$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 3

ASHMOLEAN MUSEUM OXFORD

7 IDEM AA. ET CC. EVTYCHIANAE. Nec filius nec quisquam alius neque litigando neque paciscendo, sed nec iusiurandum citra uoluntatem domini rei deferendo praeiudicium ei facere potest. unde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit nec ratum habuisti, nihil tibi oberit. S. ID. NOV. AA. CONSS. [B 22, 5, 49] a. 293

8 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Actori delato uel relato iureiurando, si iurauerit uel ei remissum fuerit sacramentum, ad similitudinem iudicati in factum actio competit. S. XII K. MAI. CC. CONSS. [B 22, 5, 50] a. 294

9 IDEM AA. ET CC. MARCIANO. Delata condicione iurisiurandi reus (si non per actorem, quominus de calumnia iuret, steterit) per iudicem soluere uel iurare, nisi referat iusiurandum, necesse habet. S. V K. MAI. SIRMI CC. CONSS. [B 22, 5, 51] a. 294

10 IDEM AA. ET CC. PROTOGENI. In actione etiam depositi, quae super rebus quasi sine scriptis datis mouetur, iusiurandum ad exemplum ceterorum bonae fidei iudiciorum deferri potest. S. V K. DEC. CC. CONSS. [B 22, 5, 52] a. 294

11 IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Si quis iusiurandum intulerit et nec- [B 22, 5, 53]
dum eo praestito postea, utpote sibi adlegationibus abundantibus, hoc reuocauerit, sanci-
mus nemini licere penitus iterum ad sacramentum recurrere (satis enim absurdum est redire
ad hoc, cui renuntiandum putauit, et, cum desperauit aliam probationem, tunc denuo ad
1 religionem conuolare) et iudices nullo modo eos audire ad tales iniquitates uenientes. Si
quis autem sacramentum intulerit et hoc reuocare maluerit, licere quidem ei hoc facere et
alias probationes, si uoluerit, praestare, ita tamen, ut huiusmodi licentia usque ad litis
2 tantummodo terminum ei praestetur. Post definitiuam autem sententiam, quae prouocatione
suspensa non sit uel quae, postquam fuerit appellatum, corroborata fuerit, nullo modo
reuocare iuramentum et iterum ad probationem uenire cuidam concedimus, ne repetita lite
finis negotii alterius causae fiat exordium. D. XV K. OCT. CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 529

12 IDEM A. DEMOSTHENI PP. Generaliter de omnibus iuramentis, quae in [B 22, 5, 54]
litibus offeruntur uel a iudice uel a partibus, definiendum est. cum enim iam increbuit
iudices in plenissima definitione sacramentum imponere, euenit, ut prouocatione lite suspensa
hi quidem, qui iusiurandum praestare iussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur, proba-
tiones autem rerum cadant, cum multum discrepat iuramentum hereditarium a principali
sacramento. necessitate itaque rerum coacti et probationibus pinguius subuenientes ad
1 huiusmodi uenimus sanctionem. Omne igitur iuramentum, siue a iudicibus siue a partibus
illatum uel in principio litis uel in medio uel in ipsa definitiua sententia, sub ipso iudice
1*a* (1) detur non expectata uel ultima definitione uel prouocationis formidine. Sed iuramento illato,
cum hoc a partibus fuerit factum et a iudice approbatum uel ex auctoritate iudicis cuicum-
que parti illatum, si quidem is cui imponitur sacramentum nihil ad hoc fuerit reluctatus,
et hoc[1] praestetur uel referatur, necessitate imponenda ei cui refertur relationis subire

*PLCR* (*ante c.* 7 *erasa est c.* 8, *quae redit suo loco*) *M*

---

[1] et hoc] hoc uel (*u. i.*)?

---

1 et cc. *om. PL* | euticiane *S*, cytichianae *PL* | filiis $P^a$ 2 sed *om. BΣ* (κ.π.) | citra] contra *M*, παρὰ γνώμην *BΣ* (κ.π.) | domini] $L^aM^b$ *cum BΣ* (κ.π.): τοῦ δεσπότου *et adnotatione Thalelaei:* οὐδὲν πρόκριμα γίνεται τῷ πατρὶ τοῦ παιδὸς τὸν ὅρκον ἐπενεγκόντος, dominae $PL^bCRM^a$ 3 citra] $W^a$ *cum BΣ* (κ.π.) χωρίς, contra *PLCRM* 4 nec] *C cum BΣ* (κ.π.): καὶ μὴ συνήνεσας, nec hoc *PLRM* | *s. a. Hal. PL* | s. *om. PL* | aa.] *PL*, aa. et *Hal.* 5 cc.] ccc. *P* 6 fuerit] *PLM*, sit *CR* 7 *s. a. Hal. PL* | s. *om. PL* 8 aa. et cc.] a. *S* | reus] res $P^a$ 9 actionem $P^a$ | stetiit $L^a$ | 10 iuiurandum $P^a$ | *s. a. Hal. PL* | s. *om. PL* | cc.] aa. *Hal.* 11 aa. et cc.] a. *S* | protogoenio *PL*, *deficit* $M^a$ 12 quasi] qu*as $M^a$ | datis *om.* $M^a$ 13 *s. a. Hal. PL* | s. v] ui *PL* 14 iustinianus a.] const. *P*, *inc.* $L^a$, iustinus a. $M^a$ 15 eo] e $L^a$ | hoc *om. C* 16 recurrere] *C*, percurrere *PLRM* | est *om. PL* 17 cum] $L^rC^bRM^b$, cui $PL^tC^aM^a$ 18 conuiolare $R^a$ | talem iniquitatem *C* 19 qui *C* 21 ei] eius $M^a$? 23 concedemus *C* | ne] nec $M^a$ 24 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 13, *in M est* dat. 25 idem] impr. iustinianus *S* | a.] aa. et cc. *C* | demonsteni *L* | pp. *om. PL* | offeruntur in lite *C* 26 a partibus] partibus $CM^b$ | increbuit] $PLCM^b$, increbruit $RM^a$ 28 iussi] ausi $P^aL^a$, uisi $M^a$ 29 autem *om. PL* | multo $M^a$ | iuramentum] sacramentum *C* 31 sacramentum *C* 32 in princ.] princ. $P^a$ 36 et hoc ... referatur] ἢ ἐπομνύσθω ἢ ἀντεπιφερέτω αὐτόν *B* | cui] $CRM^a$, cui cura $P^tL^t$, cui iure $P^rL^rM^b$

sacramentum, uel, si hoc recusauerit, quasi illato sacramento praestito causa uel capitulum
decidatur, nullo loco prouocationi relinquendo. quis enim ferendus est ad appellationis
2 ueniens auxilium in his, quae ipse facienda procurauit? Sin autem is, cui sacramentum
illatum est uel a parte uel a iudice, hoc subire minime uoluerit, licentiam quidem habeat
sacramentum recusare, iudex autem, si hoc omnimodo praestandum existimauerit, sic cau-
sam dirimat, quasi uolente eo sacramentum sit recusatum, et ita cetera siue capitula siue
totius negotii summa examinentur et lis suo Marte percurrat, nullo ei obstaculo obuiante.
2a Ipse autem, qui sacramentum sibi illatum dare recusauerit, uel hoc attestetur uel, si forte
2b non audeat, habeat sibi in ultima prouocatione repositum auxilium. Et si iudex appella-
tioni praesidens bene quidem illatum iusiurandum, non rite autem recusatum pronuntia-
2c uerit, res secundum quod iudicatum est permanebit. Sin autem non rite quidem illatum,
recte autem recusatum sacramentum pronuntiauerit, tunc ei licebit emendare sententiam
iudicis, quae quasi ex recusato sacramento processit, et nihil penitus nec praeiudicii nec
iniusti dispendii cuicumque incurret, sed et causae cursus ab initio usque ad nouissimum
3 terminum non impediatur et lis aequa lance trutinabitur. Siue autem illatum iuramentum
fuerit praestitum siue recusatum, ipsi parti quae hoc intulit nullum prouocationis remedium
in hoc seruabitur, cum nimis crudele est parti quae hoc detulit propter hoc ipsum, quod
4 iudex eius petitionem secutus est, superesse prouocationem. His de praesentibus personis
4a statutis nec absentes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subiugamus. Et si persona non
praesens inueniatur, cui sacramentum illatum est, lite forte per procuratorem uentilata,
necesse est uel ipsam principalem personam datis certis indutiis ad iudicem uenire, ut ea
quae de sacramentis statuta sunt impleat uel, si iudex existimauerit in prouincia ubi degit
sub actorum testificatione iuramentum ab ea uel dari uel referri uel recusari, hoc pro-
4b cedere, ut singulis casibus euentus iam definitus imponatur. Licentia concedenda etiam
parti alteri uel per se uel per procuratorem super hoc ipsum ordinatum adesse his, quae
de iuramento aguntur, uel si neutrum facere maluerit, et ex una parte, sub fide tamen
4c gestorum, iuramentum praestari uel referri uel recusari. Expensis propter huiusmodi cau-
sam praestandis officio iudicis trutinandis, an ab utraque parte uel altera oportet eas
4d dependi. Nullo tamen ex hoc litibus impedimento generando, sed, donec ea procedunt,
aliis uel capitulis uel litis membris a iudice examinandis et, postquam fuerint ei intimata
gesta super iuramento subsecuta, tunc iterum ad hoc capitulum iudice redeunte et eo
4e adimpleto ad cetera perueniente. Omnibus aliis, quae de praesentibus sancita sunt, et in
5 absentium parte obseruandis. In omnibus autem casibus, in quibus sacramenta praestan-
tur, obseruationem iudicialem permanere censemus secundum personarum qualitatem, siue
sub ipso iudice praestari oportet iuramentum siue in domibus, siue sacris scripturis tactis
6 siue in sacrosanctis oratoriis. Similique modo in sua firmitate manere, quae de calumniae
iureiurando uel relato sacramento legibus cauta sunt uel a nobis uel a retro diuis princi-
pibus inducta. non enim, ut aliquid derogetur antiquioribus legibus, haec prolata sunt,

*PLCRM*

---

2 nullo loco] nulloco $L^a$ | prouocationis *C* 3 ipse *om.* *CR* | autem *om.* $P^a$ 4 illatum est] $L^bCRM$, relatum $L^a$, est relatum (relato $P^a$) *P*: ᾧτινι πρωτοτύπως ὁ ὅρκος ἐπηνέχθη *B* 5 extimauerit *LR* 6 sacramento $R^a$ 7 summa *om.* $R^a$ | ei] eo $R^a$ 8 illutum $R^a$ | recusuuerit $P^a$ 9 in *om.* $M^a$ | et si] *C cum B*: καὶ εἰ μέν, si *PLRM* 10 pronuntiauerit] probauerit *C* 11 iudicatum] *C*, iudicata *PLRM* 13 sacramento] *CRM*, *om.* *PL* 14 incurrit *C* 15 trutinetur *C*, tritunabitur $R^a$ | illatum *om.* $M^a$ 17 ipsum hoc *R* 19 et *om.* *PL* 20 illatum] insertum $P^tL^t$ 21 indiciis $R^a$ 22 estimauerit *L*, exstimauerit *RM* 23 auctorum *C* | ea] eo $PL^a$ | uel dari] dari *C* 24 cabus $L^a$ | imponitur $L^a$ 25 per procurat.] per curat. *C*, procurat. $M^a$ | quae] qui *C* 26 et *om.* *C* 27 uel recusari *om.* $R^a$ 28 trucinandis $P^aL^aR^a$ | altera] alterutra $P^vL^v$, ** $M^a$ 29 ex] $PLC^bM$, nec ex *R*, nec $C^a$ 31 capitulum] placitum *C* 32 adimpleo $L^a$ | sancita] al' (= alias) sanccita $R^a$, sancta $M^a$ 33 seruandis $M^a$ | autem *bis* $P^a$ 34 secundum] et secundum *C* | praestari oportet iuramentum siue sub ipso iudice *C* 35 iuramentum *om.* $M^a$ 36 sacrissanctis *C* 37 uel a retro] *PL*, et a retro *R*, et retro *CM*, ἢ τοῖς πάλαι βεβασιλευκόσιν *B* 38 inducta] indulta *C*, introducta $M^b$, διηγορευμένα *B* | legibus *om.* *C*

sed ut, si quid deesse eis uidebatur, hoc repleatur. RECITATA SEPTIMO IN NOVO CONSISTORIO PALATII IVSTINIANI. D. III K. NOV. DECIO VC. CONS. a. 529

13 IDEM A. IOHANNI PP. Cum quis legatum uel fideicommissum utpote sibi [B 22, 5, 55] relictum exigebat et testamento forte non apparente pro eo sacramentum ei ab herede delatum est et is religionem suam praestauit, adfirmans sibi legatum uel fideicommissum derelictum esse, et ex huiusmodi testamento id quod petebat consecutus est, postea autem manifestum factum est nihil ei penitus fuisse derelictum, apud antiquos quaerebatur, utrum iureiurando standum est, an restituere debet hoc quod accepit: uel, si re uera ei relictum fuerat legatum uel fideicommissum, si demus licentiam heredi Falcidiam, si competat, ex
1 hoc retinere. Nobis itaque melius uisum est repeti ab eo legatum uel fideicommissum nullumque ex huiusmodi periurio lucrum ei accedere, sed et si uerum fuerit inuentum, quartae detentionem introduci (si tamen locum habeat), ne quis ex hoc delicto sibi lucrum impium adferre nostris legibus concedatur. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

## II

## ℞ SI CERTVM PETATVR ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. MODESTINO. Neque aequam neque usi- [B 23, 1, 45] tatam rem desideras, ut aes alienum patris tui non pro portionibus hereditariis exsoluatis tu et frater coheres tuus, sed pro aestimatione rerum praelegatarum, cum sit explorati iuris hereditaria onera ad scriptos heredes pro portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinere. quod nec ipse ignorare uideris, cum creditoribus secundum formam iuris pro portione tua caueris. D. K. IVL. CILONE ET LIBONE CONSS. a. 204

2 IMP. ANTONINVS A. HERMOGENI. Quamuis pecuniam tuam Asclepiades suo [B 23, 1, 46] nomine crediderit, stipulando tamen sibi ius obligationis quaesiuit. quam pecuniam ut possis petere, mandatis tibi ab eo actionibus consequeris. PP. VII K. MAI. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

3 IMP. GORDIANVS A. SEMPRONIO. Eos, qui officium administrant, neque per [B 23, 1, 47] se neque per suppositas personas tempore officii sui in prouincia fenus agitare posse saepe rescriptum est. PP. VIII K. SEPT. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

4 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. MAXIMO. Si absentis pecuniam nomine [B 23, 1, 48] eius fenori dedisti ac reprobato nomine mandatis actionibus experiris, praeses prouinciae
1 iurisdictionem suam praebebit. Idem, si cessare mandatum animaduerterit, utilem tibi aduersus debitorem eo nomine actionem competere non negabit. PP. XV K. MART. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

*PLCRM*

---

1 *s. a. Hal. PL* | septimo (septies *Hal.*) in nouo] uiii id. nou. $PL^b$, uiii id. dec. nou. $L^a$ | consstorio $P^a$ 2 III k. nou.] *Hal.*, k. aug. *PL* | cons. *om. PL.* 3 idem] impr. iustinianus *S* 4 et] ac *C* | ei] et $P^a$, ei et *L* 5 praestauit] *PLCM*, praestitit *R* 6 esse] esse sibi *M* | petebat] $CR^vM^b$, placebat $PLR^tM^a$ 7 factum est] *RM*, est *PL*, est factum *C* | derelictum fuisse *C* 8 iureiurandum $L^a$ | est] esset *C* | sistituere $P^a$? | deberet *C* | hoc *om.* $L^a$ 9 fuerat] *CR*, fuerit *PLM* | demus] *LRM*, denique *P*, detur *C* | licentia *C* 10 est] est et *R*, est uel $M^b$ 13 *s. a. Hal. et PL ad c.* 11 | post cons. ... 14 uu. cc.] pt. conss. lamp. et hort. uu. cc. conss. *PL* 16 petetur $L^bC$ 18 ut aes] ues $L^a$ | pro *om.* $C^a$ 19 coheres *om. B* (κ.π.) | exploratis $P^a$ 21 emolumentis $P^a$ | ipse *om.* $PL^a$: ὅπερ οὐδὲ αὐτός *B* (κ.π.) | uideris] $L^vCR^tM$ *cum B* (κ.π.): δοκεῖς, debueris $PL^tR^v$ | secundum *om.* $L^a$ | iuris formam *M* 22 *s. a. Hal. PLM* | k. iul.] *Hal. M*, *om. PL* | chilone *Hal. PL*, cillone *M* | conss. *om. M* 23 imp. antoninus (antonius *RM*)] idem *S* | germogenii *M* 24 ius] us $L^a$ | quaesiit $M^a$ 25 *s. a. Hal. M* | p. uii k. mad. messalino et sabino consulibus *M* 27 semphronio *PLM* | officium] ex officio *C*, ὀφφίκιον *B et* *BΣ* 29 *s. a. Hal. PL* | VIII] *Hal.*, uiiii *PL* 30 impp. *C* | et phil. c. *om. M* | maximo] *CRM*, max. *PL* 31 eius *om.* $M^a$ 33 eo nomine actionem] $P^bL$, eo actionem $P^a$, actionem eo nomine *CRM* | *s. a. Hal.*: *in PL est subscriptio c.* 9

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ARISTODEMO ET PROCVLO. [B 23, 1, 49]
Si non singuli in solidum accepta mutua quantitate uel stipulanti creditori sponte uos
obligastis, licet uni numerata sit pecunia uel intercessionis nomine hanc pro rea suscepistis
obligationem, frustra ueremini, ne eius pecuniae nomine uos conuenire possit, quam alii
1 mutuo dedit, si intra praestitutum tempus rei gestae quaestionem detulistis. Ac multo
magis inanem timorem geritis, si pecunia numerata oleum susceptum instrumento sit colla-
tum, cum, si reddendi stipulatio nulla subiecta est et huius rei est habita sollemnis con-
testatio, in suo statu remanente eo, quod uere factum intercessit, ex olei accepti scriptura
nihil deberi manifestum est. S. V NON. MAI. AA. CONSS. a. 293
6 IDEM AA. ET CC. NICANDRO. Si ex pretio debitae quantitatis facta noua- [B 23, 1, 50]
tione per stipulationem usuras licitas contra quem supplicas stipulatus es [1], falsa mutuae
datae quantitatis demonstratio praemissa, cum obligationis non defecerat substantia, quo-
1 minus usque ad modum placitum usurae possint exigi, nihil nocet. Si uero citra uinculum
stipulationis tantum mutuam pecuniam datam conscriptum est et eius praestari fenus con-
uenit, simulatis pro infectis habitis huiusmodi placitum nihil de praecedenti mutauit obli-
gatione. S. XV K. DEC. [2] AA. CONSS. a. 293
7 IDEM AA. ET CC. PACTVMEIAE. Non unde originem pecunia quae mutuo datur [B 23, 1, 51]
habet, sed qui contraxit si [3] propriam numerauit, in huiusmodi obligationibus requiritur.
S. V NON. OCT. [2] SIRMI AA. CONSS. a. 293
8 IDEM AA. ET CC. PROCVLO. Si pro mutua pecunia, quam a creditore poscebas, [B 23, 1, 52]
argentum uel iumenta uel alias species utriusque consensu aestimatas accepisti, dato auro
pignori, licet ultra unam centesimam usuras stipulanti spopondisti, tamen sors, quae aesti-
matione partium placito definita est, et usurarum titulo legitima tantum recte petitur. nec
quicquam tibi prodesse potest, quod minoris esse pretii pignus quod dedisti proponis, quo-
minus huius quantitatis solutioni pareas. S. XVII K. IAN. AA. CONSS. a. 293
9 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Cum te in Gallia cum Syntropho certum [B 23, 1, 53]
auri pondus itemque numeratam pecuniam mutuo dedisse, ut Romae solueretur, precibus
adseueras, aditus competens iudex, si duos reos stipulandi uel re pro solido tibi quaesitam
actionem siue ab heredibus Syntrophi procuratorem te factum animaduerterit, totum debi-
tum, alioquin quod dedisti solum restitui tibi iubebit. S. XV K. IAN. AA. CONSS. a. 293
10 [4] IDEM AA. ET CC. *Egi* CRISPINO. Eo, quod a multis proprii debiti singu- [B 23, 1, 54]
lorum obligationis uno tantum instrumento probatio continetur, exactio non interpelletur.
nam si pro pecunia quam mutuo dedisti tibi uinum stipulanti qui debuerant spoponderunt,
negotii gesti paenitentia contractum habitum recte non constituit irritum. S. PRID. NON.
FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294
11 IDEM AA. ET CC. MAXIMIANO. Incendium aere alieno non exuit debitorem. [B 23, 1, 55]
S. II ID. FEBR. SIRMI *CC.* CONSS. a. 294

*P* (2, [10 *p*] 11. 8 *post* 10, 9) *L* (2, 10. 11. 8 *post* 10, 9) *D* (*ad c.* 7) *C* (*transpon.* 2, 10. 9) *RM*

---

[1] est ($R^b$)? [2] *mensis c.* 6 *uel* 7 *corruptus est* [3] ut *ins.* ($Q^b$) [4] *iunge* 4, 49, 12

---

1 aa. et cc.] a. *S*, aa. *M* | aristodomo *R* 3 rea] $C^a$ *cum B:* ὑπὲρ τῆς γυναικός, re $M^a$, reo $R^aM^b$, eo $C^b$ 6 si] $RM^a$, si pro $CM^b$ 9 *s. a. Hal.* 11 contra] $CRM^a$, ab eo contra $M^b$ 12 oblagationis $R^a$ 13 exgi $M^a$ 14 tantum] tantummodo *M* 15 obligationem $RM^a$? 16 *s. a. Hal.* 17 pactumeiae] *R*, pactumiae *SC*, pactumegie *M* 18 si] $D^bCRM$, ** si ~ (et si non?) $D^a$ | obligationibus] in obl. $R^a$ 19 *s. a. Hal.* 20 idem aa. et cc.] imp. philip. (phill. *P*) a. *PL* 21 iumentum *PL*, ὑποζύγια *B* | species] *CRM*, res *PL*, πράγματα *B* | data $R^a$ 22 unam *om. Bamberg. D I* 3 *cum B:* εἰ καὶ ὑπὲρ ἑκατοστήν | usuram *M* 23 partium placito] *PL*, placito (—ta $R^a$) partium *CRM* 25 *s. a. Hal.* 27 soluetur $R^a$ 30 tibi] *PLR*, *om. CM* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 4 | s. *om. PL* | xv ... conss.] xu k. ian. a. ss. *P*, x***n a. u *L*? 31 egi] *S ad* 4, 49, 12, *om. libri* | crispino] orispino *uel* drispino *p* | eo] et $pL^t$ 32 obligationes $p^a$ 34 *s. a. Hal. pL et* 4, 49, 12 | prid.] *pL et* 4, 49, 12, II *Hal.* | non. ... 35 conss. *om. pL* 35 cc.] 4, 49, 12, aa. *Hal.* 36 maximiano] $P^aCRM$, maximino *S*, maximo $P^bL$ 37 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 12 | cc.] aa. *Hal.*

12 Idem AA. et CC. Theophanio. Si in rem communem cum Ione mutuam sumpsisti pecuniam nec re nec sollemnitate uerborum uos obligastis in solidum et post integrum soluisti, de restituenda tibi parte contra Ionem experiri, ut debitum posceres[1], iudice cognoscente potes. S. xv k. Sept. CC. conss. | B 23, 1, 56 | a. 294

13 Idem AA. et CC. Frontoni. Eum, qui mutuam sumpsit pecuniam, licet in res alienas, creditore non contemplatione domini rerum eam fenori dante, principaliter obligatum obnoxium remanere oportet. S. xvii k. Nov.[2] Nicomediae CC. conss. | B 23, 1, 57 | a. 294

14 Idem AA. et CC. Hadriano. Mutuae pecuniae, quam aliis dedit, creditor citra sollemnitatem uerborum subscribentem instrumento non habet obligatum. Sine die AA.[3] conss. | B 23, 1, 58 | a. 293

15 Idem AA. et CC. Charidemo. Non aduersus te creditores, qui mutuam pecuniam sumpsisti, sed eius, cui hanc credideras, heredes experiri contra iuris euidenter postulas formam. S. v k. Dec. Nicomediae CC. conss. | B 23, 1, 59 | a. 294

16 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Theodoro pp. Quisquis iudici fenebrem pecuniam mutuauerit, si in prouincia fuerit uersatus, quasi emptor legum atque prouinciae, uel si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti, exilii poena una cum ipso iudice plectetur. D. xvii k. Nov. Basso et Philippo conss. | B 23, 1, 60 | a. 408

17 [4]Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Super chirographariis instrumentis haec pro communi utilitate sancienda duximus, ut, si quis pecunias credere supra quinquaginta libras auri uoluerit uel super reddito debito securitatem accipere, cum amplius sit memorata quantitate, sciat non aliter debere chirographum a debitore uel creditore percipere, quam si testimonium trium testium probatae opinionis per eorum subscriptiones idem chirographum capiat. nam si citra huiusmodi obseruationem chirographum pro pecuniis memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur, minime hoc admitti ab iudicantibus oportet. quod in futuris creditis uel debitorum solutionibus locum habere oportet. D. k. Ivn. Constantinopoli dn. Ivstiniano pp. A. ii cons. | B 23, 1, 61 | a. 528

## III

## ℞ DE SVFFRAGIO ℞

1 Imppp. Theodosivs Arcadivs et Honorivs AAA. Rvfino pp. Si qui desideria sua explicare cupientes ferri sibi a quoquam suffragium postulauerint et ob referendam uicem se sponsione constrinxerint, promissa restituant, cum ea quae optauerint consequantur: | Th. 2, 29, 2 |
1 si artibus moras nectent, ad solutionem debiti coartandi sunt. Sed si quid eo nomine in auro uel argento uel ceteris mobilibus datum fuerit, traditio sola sufficiat et contractus

*P* (2, 15. 16. 13. 17. 3, [℞ *p*] 1) *L* (2, 15. 16. 13. 17. 3) *CRM*

[1] *idem Graeci:* aut indebitum poscere (*Mommsen*)? [2] Dec. (*Mommsen Zeitfolge p.* 368. 439)? [3] et (*Mommsen*) *uel* CC.? [4] *iunge* 4, 20, 18. 4, 21, 17

2 nec soll.] sed soll. $R^a$ | et post integrum] $Q^b$ *cum BΣ* (κ.π.): καὶ μετὰ ταῦτα τέλειον κατέβαλες, etiam (**iam $M^a$) post integrum $R^aM^a$, et eam post integrum $R^bM^b$, et eam post integram *C* 3 ut deb. posceres] ἵνα τὸ χρέος ἀπαιτήσῃς *BΣ* (κ.π.) 4 *s. a. Hal. et PL ad c.* 11 | s. xv] *Hal.*, p. xuii *PL* 5 aa. et cc.] aa. *PL* | phontoni *PL*, frontino *C*, *deficit* $M^a$ 6 creditore ... dante] $P^aL^vR^bM^a$, creditori ... danti $P^bL^tCR^aM^b$ 7 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 17 9 in instrumento *C* | *s. a. Hal.* 11 aa. et cc.] a. *PL* | caridimo *S*, tharidemo *M* 12 sumpsisti pecuniam *CM* | credideris $M^a$ 13 *s. a. Hal. PL* | nicomediae] nic. *PL*, *om. Hal.* 14 pp.] p. *M*, *om. PL* 15 mutauerit $M^a$ | fuerit] $P^vL^vCR^b$, fuit $P^tL^tR^aM$ | atque] at $P^a$ 16 uel *om.* $M^a$ | poenae $L^a$ | unam *P* 17 *s. a. Hal.* 18 pp. *om. PL* 20 sit pro memorata $P^a$, memorata sit *C* 21 a deb. uel cred.] $P^bLRM$, a deb. $P^a$, a cred. uel a deb. *C* | percipere *om.* $L^a$ 22 idem] id est $R^a$ 23 contra *R* 24 excidentibus $R^a$ | ab] a *R* 25 creditos·$R^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 13 | k.] *PL*, x k. *Hal.* 26 iustinum *P* | pp. *om. Hal.* | conss. *PL* 29 imppp. archad. et honor. et theod. aa. *C*, imppp. arch. hon. et theod. aaa. *M* | imppr. *L*, impp. *R* | honorium $P^a$ | desidera $R^a$ 30 postulauerit $R^a$, postularint *Th.* | ferendam $P^aR^a$ 32 nectent] *Th.* $R^a$, nectant $PLCR^bM$ | ad] ab $R^a$ | sunt] *W Th.*, *om. PLCRM* 33 auro uel (uel in *RM*) argento] *Th. CRM*, aurum uel argentum *PL* | ceteris] $M^a$, in ceteris *Th.*, ceteris rebus $PLCRM^b$ | data $P^a$ | sufficiat] *Paris.* 4517 *Th.*, sufficiet *PLCRM*

habebit perpetuam firmitatem, quoniam collatio rei mobilis inita integra fide hac ratione
2 cumulatur. Quod si praedia rustica uel urbana placitum continebit, scriptura, quae ea in alium transferat, emittatur, sequatur traditio corporalis et rem fuisse completam gesta testentur: aliter enim ad nouum dominium transire non possunt neque de ueteri iure dis-
3 cedere. Quod si quis, dum solo commonitorio *de* suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac uiolentiae retinebitur atque in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso, qui non dubitauit inuadere, quod petere debuisset. D. III NON. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSS. a. 394

## IIII

## ℞ DE PROHIBITA SEQVESTRATIONE PECVNIAE ℞

1 [1]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PP. Quotiens ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. oportet enim debitorem primo conuinci et sic ad solutionem pulsari[2]. quam rem non tantum iuris ratio, sed et[3] ipsa aequitas persuadet, ut probationes secum adferat debitoremque conuincat pecuniam petiturus. D. *V* ID. IVL. RAVENNAE HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422 [Th. 2, 28, 1 B 24, 1, 17]

## V

## ℞ DE CONDICTIONE INDEBITI ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA.[4] MVCIANO. Pecuniae indebitae per errorem, non ex causa iudicati solutae esse repetitionem iure condictionis non ambigitur. si quid igitur probare potueris patrem tuum, cui heres extitisti, amplius debito creditori suo
1 persoluisse, repetere potes. Vsuras autem eius summae praestari tibi frustra desideras: actione enim condictionis ea sola quantitas repetitur, quae indebita soluta est. PP. III K. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213 [B 24, 1, 18]

2 IDEM AA.[5] SECVNDINAE. Si citra ullam transactionem pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata es, aduersus eam quae te delegauit condictionem habere potes. PP. XIIII K. IAN. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213 [B 24, 1, 19]

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PAMPHILO. Cum et soluta indebita quantitas ab ignorante repeti possit, multo facilius quantitatis indebitae interpositae scripturae condictio competit uel doli exceptio agenti opponitur. S. III NON. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293 [B 24, 1, 20]

*P* (5, 2 *suppl. p*) *LCRM*

---

[1] *iunge* 2, 13, 2. 4, 26, 13. 8, 15, 8. 11, 48, 17. 12, 60, 4 [2] solutioni succumbere *Th.* [3] cum iuris ratio tum *Th.* [4] *debuit esse* imp. Antoninus A. [5] A.? (*cf. not.* 4)

---

1 perpetem *Th.* | rei] regi $R^a$ 2 scriptam $P^a$ 3 aliam $P^a$ 4 dominium] $P^rLC^aR^bM$ *Th.*, dominum $P^rC^bR^a$ | uetere $PLRM^a$ 5 de] *Th.*, *om. libri* | suffragii $R^a$ | utitur $R^aM$ 6 deducetur *L* | eo a] ea $R^a$ 7 *s. a. Th. Hal. PL* | III] *Hal. cum Th. Paris.* 4404 *aliis*, ui *P*, u *L*, IIII *alii libri Th.* 8 constant.] *Th.*, *om. Hal. PL* | II aa. *om. PL* 11 horius *P* | aa. *om. M* | quoties *C* 12 contracti $M^a$ 14 et *om.* $CM^a$ 15 *s. a. Th. Hal. PL* | v] *Th. libri dett. cum legibus iungendis*, VI *Hal. PL*, VII *Th. libri boni* | XIII] xui *P*, *om. L* 17 condicione $SPLCRM^a$ *et sic saepius* 18 aa. *om. M* 19 ex causa] excusata $L^a$ | iudicate $R^a$ | abigitur *R* 20 igitur quid *R* | debiti *R* 21 potest $R^a$ 22 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 2 24 aa.] *CRM*, a. *S*, aa. et cc. *pL* | secundini *M* si citra *rel.*] εἰ χωρὶς διαλύσεως χρήματα ἰνδεβίτως τῷ ἀλλοτρίῳ δανειστῇ ἐπερωτηθῆναι ἐδελεγατεύθης *ΒΣ* (κ.π.), *quasi scriptum sit* indebite *et omissum* ullam 26 *s. a. Hal. pL et PL ad c.* 1 | XIIII] *Hal. pL h. l.*, xu *PL ad c.* 1 | k. ian. ... conss. *om. pL h. l.* | anton. a. IIII] ui *PL ad c.* 1 27 et cc. *om. S*, *deficit* $M^a$ | pamphilio $S^a$ | cum et] et *om. ΒΣ:* ὁπότε ἡ καταβληθεῖσα 28 posset *PL* 29 *s. a. Hal. PL* | s. III] *Hal.*, d. ui *PL* 30 byzantii *om. PL?*

4 IDEM AA. ET CC. HERACLIO. Ea, quae per infitiationem in lite crescunt, [B 24, 1, 21] ab ignorante etiam indebita soluta repeti non posse certissimi iuris est. sed et si cautio indebitae pecuniae ex eadem causa interponatur, condictioni locum non esse constat. S. V ID. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. ATTALO. Si a patre emancipatus ei non intra tempora [B 24, 1, 22] praestituta iure honorario successisti, quidquid indebitum postea per errorem utpote patris successor dedisti, eius condictionem tibi competere non est incerti iuris. S. XIIII K. MAI. AA. CONSS. a. 293

6 IDEM AA. ET CC. MNASEAE. Si per ignorantiam facti non debitam solutam[1] [B 24, 1, 23] quantitatem pro alio soluisti et hoc adito rectore prouinciae fuerit probatum, hanc ei cuius nomine soluta est restitui eo agente prouidebit. S. VI ID. AVG. AA. CONSS. a. 293

7 IDEM AA. ET CC. DIONYSIAE. Fideicommissum uel legatum indebitum per [B 24, 1, 24] errorem facti solutum repeti posse explorati iuris est. S. V ID. SEPT. AA. CONSS. a. 293

8 [2]IDEM AA. ET CC. ZIPARO. Creditoris falso procuratori soluenti aduersus [B 24, 1, 25] eum indebiti repetitio, non obligationis liberatio competit. S. XV K. NOV.[3] CC. CONSS. a. 294

9 1 IDEM AA. ET CC. GRATIANAE. Indebitum solutum sciens non repetit. Citra [B 24, 1, 26] mandatum autem ab alio re distracta dominus euicta re uel ob praecedens uitium satis emptori faciens non[4] indebitum praetendere, sed per eiusmodi factum ratum contractum habuisse probans a se debitum ostendit solutum. S. IIII NON. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

10 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Si quis seruum certi nominis aut quan- [B 24, 1, 27] dam solidorum quantitatem uel aliam rem promiserit et, cum licentia ei fuerat unum ex his soluendo liberari, utrumque per ignorantiam dependerit, dubitabatur, cuius rei datur a legibus ei repetitio, utrumne serui an pecuniae, et utrum stipulator an promissor habeat
1 huius rei facultatem. Et Vlpianus quidem electionem ipsi praestat qui utrumque accepit, ut hoc reddat quod sibi placuerit, et tam Marcellum quam Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi qui utrumque persoluit electionem donat, qui et antequam dependat ipse habet electionem quod uelit praestare, et huiusmodi sententiae sublimissimum testem adducit Saluium Iulianum summae auctoritatis hominem et praetorii edicti ordinatorem.
2 Nobis haec decidentibus Iuliani et Papiniani placet sententia, ut ipse habeat electionem recipiendi, qui et dandi habuit. D. K. AVG. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTA VV. CC. CONSS. a. 530

11 IDEM A. IVLIANO PP. Pro dubietate eorum, qui mente titubante indebitam [B 24, 1, 28] soluerunt pecuniam, certamen legislatoribus incidit, utrumne id, quod ancipiti animo per-
1 soluerunt, possint repetere an non. Quod nos decidentes sancimus omnibus, qui incerto animo indebitam dederunt pecuniam uel aliam quandam speciem persoluerunt, repetitionem

*PL* (5, 7. 8 *suppl. l*) *CRM*

[1] *firmant Graeci* (*u. i.*): solutam *del.* ($PL^a$) *uel* solutamue *scr.* (*Mommsen*) [2] *iunge* 8, 41, 6 [3] Durostoro *ins.* 8, 41, 6 [4] potest *ins.* (*edd.*)

1 heracleo *S*, heradio *PLR?* | inficationem $R^a$ | litem *C uel* $C^bM$ 3 *s. a. Hal. PL* 4 byz. aa.] biza. *PL* 5 aptalo *M* | ei] $L^bCRM^a$, es ei $PL^aM^b$ 6 utputa *M* 7 *s. a. Hal. PL* | XIIII] *Hal.*, uiii *PL* 9 mnaseae] nasee *W*, masea *S*, maseas *PL*, mnasi *C*, manseas *R*, mansea *M* | solutam *om.* $PL^a$: τὴν ἰνδεβίτως καταβληθεῖσαν ποσότητα *BΣ* (κ.π.) 10 audito $C^a$ 11 *s. a. Hal. P: in L est subscriptio c.* 8 12 aa.] a. *M* 13 *s. a. Hal. l* | s.] ss. *l* 14 ziparo] *PlCRM cum S in* 8, 41, 6 zeparo *S h. l.*, derziparo *et similia libri ad* 8, 41, 6 | soluente $R^a$ 15 eum *om.* $R^a$ | debiti *R* | repecio $M^a$ | *s. a. Hal. lM et PL ad c.* 16 | s.] *PLl cum* 8, 41, 6, s. petit. *Hal.*, *om. M* | xv] *Hal. M*, xui *PL*, x *sequentibus abscissis l*, XII 8, 41, 6 | cc.] *PL cum* 8, 41, 6, aa. *Hal. l*, *om. M* 16 gratianae *om. S* 17 districta $P^a$ 18 huiusmodi *M* | contractum ratum *M* 19 *s. a. Hal. PL* | IIII] *Hal.*, ui *PL* 20 qui *C* | ceruum $L^a$ | quandam sol. quantit.] *PL*, quantit. quandam (quondam $R^a$) sol. *CRM* 22 dependerit] soluerit *PL* | rei] re *R* 23 et *om. M* 24 accipit *C* 26 papianus *R* | autem *om. PL* | donat ... 27 electionem *bis* $R^a$ 27 habet] *PL*, habeat *CRM* | quod] quos *C* 28 saluium] *M*, saluum $P^bLCR$, s.luum $P^a$ | et *om.* $M^a$ | praetorii] *PL*, praetoriani *CRM* | edicto $M^a$ 29 dicentibus $P^a$, dicidentibus *R*, cidentibus $M^a$ | electione $PL^a$ 30 habet $L^a$, habebat *C* | *s. a. Hal. PL* | d.] s. *PL* | const. ... 31 conss.] lamp. pp. et hon. cc. *PL* 32 idem] impr. iustinianus *S* | a.] aa. $P^a$ | diubietate $P^a$? 33 incidit] intulit $PL^t$

non denegari et praesumptionem transactionis non contra eos induci, nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. D. K. OCT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTA VV. CC. CONSS. a. 530

## VI

## ℞ DE CONDICTIONE OB CAVSAM DATORVM ℞

1 IMP. ANTONINVS A. CALLISTHENI. Pecuniam quam[1] te ob dotem accepisse [B 24, 1, 29] pactumque interpositum (ut fieri, cum iure matrimonium contrahitur, adsolet) proponis: impediente quocumque modo iuris auctoritate matrimonium constare nullam de dote actionem habet[2] et propterea pecuniam, quam eo nomine accepisti, iure condictionis restituere debes et pactum, quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset haberi oportet. PP. VI K. AVG. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

2 IMP. ALEXANDER A. ASCLEPIADI. Si, ut proponis, pater tuus ea lege sorori [B 24, 1, 30] tuae praedia ceteraque quorum meministi donauit, ut creditoribus ipsa satisfaceret ac, si placita obseruata non essent, donatio resolueretur, eaque contra fidem negotii gesti uersata est, non est iniquum actionem condictionis ad repetitionem rerum donatarum tibi qui patri successisti decerni. PP. XIIII K. DEC. ALBINO ET MAXIMO CONSS. a. 227

3 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. AVRELIO ET ALEXANDRO. Ea lege [B 24, 1, 31] in uos collata donatio, ut neutri alienandae suae portionis facultas ulla competeret, id efficit, ne alteruter eorum dominium prorsus alienaret, uel[3] ut donatori uel heredi eius condictio, si non fuerit condicio seruata, quaeratur. PP. K. APRIL. VALERIANO IIII ET GALLIENO III AA. CONSS. a. 257

4 IDEM AA. ET VALERIANVS C. AEMILIAE. Si, cum exiguam pecuniam re [B 24, 1, 32] uera susciperes, longe maiorem te accepisse cauisti eo, quod tibi patrocinium aduersarius repromitteret, cum dicas fidem promissi non secutam, ut libereris obligatione eius, quod non acceptum propter speratum patrocinium spopondisti, per condictionem consequeris. PP. V K. MAI. AEMILIANO ET BASSO CONSS. a. 259

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MARTIALI. Si militem ad nego- [B 24, 1, 33] tium tuum procuratorem fecisti, cum hoc legibus interdictum sit, ac propter hoc pecuniam ei numerasti, quidquid ob causam datum est, causa non secuta restitui tibi competens iudex curae habebit. PP. X K. OCT. IPSIS IIII ET III *AA.* CONSS. a. 290

6 IDEM AA. ET CC. CVRIONI ET PLOTIONI. Cum ancillam patrem uestrum ei, [B 24, 1, 34] contra quem supplicastis, dedisse proponatis, interest multum, utrumne donandi animo dedit,

*P* (5. 6 ℞ 3. 2. 4. 6) *L* (5. 6 ℞ 3. 2. 4. 6) *CRM*

---

[1] quoniam (*Mommsen*)? [2] nulla de dote actio locum habet? [3] ne ... uel *del.* (*Mommsen*)

---

2 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 6, 1  5 conditionibus (condict. $L^b$) *PL* | causa *L* | doctorum $M^a$  6 antonius *R* | callistheni] *SM*, calistae *C*, calestini *R*  7 proponi $M^a$  8 nullam *seqq.*] οὐδὲ ἡ προὶξ ἔσχεν ὑποκατάστασιν (*scr.* ὑπόστασιν) οὐδὲ ἡ περὶ τῆς προικὸς πρὸς ἀπαίτησιν ἀγωγὴ κινεῖται *B*  10 perinde ac si interpositum *om.* $R^a$ | oportet] oportet potest $M^a$  11 *s. a. Hal. M et PL ad* 4, 5, 11 | II *om. M*  12 asclepiade *S*, asclepiada $R^a$, *om.* $P^a$  14 placita obseruata (seruata *uel* ..seruata $M^a$) non essent] ita (placita $P^r$) obseruatum non esset $PL^t$: τὰ συμφωνηθέντα μὴ φυλάξῃ *B* (κ.π.) | resorueretur $L^a$ | eque $L^a$ uersa $M^a$  16 *s. a. Hal. PLM* | XIIII] *Hal.*, ui *PL*, iii *M* | maximiano *PL* | conss. *om. M*  17 imp. *CR* | ualentinianus *S* | gallianus *M* | aa.] augustus *R*, *om. M* | aurelio] ar. *PL* | et alexandro (—drō $M^a$)] $SR^aM$, et alex. *PL*, et alexandrae $R^b$, *om. C*  18 ullam $C^a$  19 ne *seqq.*] τῷ μὲν νόμῳ ἡ ἐκποίησις οὐ κεκώλυται, ὁ δὲ ἐκποιήσας κατέχεται τῷ τῆς ἀπαιτήσεως δικαίῳ *B* | alteruter] alterum $P^tL^t$, alterutrum $C^a$ | prosus $L^a$ | heredi eius] *PL*, eius heredi *CRM* | condictio] conditio $P^tL^tR^a$  20 condicio] $C^bR^bM^b$, condictio $C^aR^a$, *om. PL*, *inc.* $M^a$ | *s. a. Hal.*  22 idem] impp. ual. et gall. *PL* | aa.] a. *SR* | et ual. c.] et c. ualerio consuli *S*, *om. M*  23 aduers.] aduers. tuus *C*, ὁ διάδικος *B* (κ.π.)  24 liberis $P^aLR^a$ | obligationem $P^a$  25 *s. a. Hal. PL: in M est* pp.  26 et *om. L*  27 martiali] martiali militi *S*, marcelliani *R*  28 hoc *om.* $R^a$  29 tibi *om.* $C^a$  30 *s. a. Hal.* | aa. *om. Hal.*  31 aa.] a. $P^aR$ | curioni] *PLR*, carioni *S*, cirioni *CM* | plotioni] *PLCR*, putioni *S*, plotoni *M*  32 supplicastis] $P^aC$ *cum B* (κ.π.) ἐδεήθης, supplicatis $P^bLRM$

an ob manumittendam filiam, quam ancillam existimabat, cum perfecta quidem donatio reuocari non possit, causa uero dandi non secuta repetitio competat. S. II ID. MAI. AA. CONSS. a. 293

7 IDEM AA. ET CC. GERONTIO. Si repetendi, quod donabas uxori eius, quem [B 24, 1, 35] ad proficiscendum tecum huiusmodi liberalitate prouocare proposueras, nullam addidisti condicionem, remanet integra donatio, cum leuitati perfectam donationem reuocare cupientium iure occurratur. S. VII K. SEPT. AA. CONSS. a. 293

8 IDEM AA. ET CC. FLAVIANO. Dictam legem donationi, si non impossibilem [B 24, 1, 36] contineat causam, ab eo qui hanc suscepit non impletam condictioni facere locum iuris dictat disciplina. quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo certam dixisti legem nec huic illa, cum posset, paruit, successores ipsius de repetendis quae dederas, si hoc tibi placuerit, conuenire non prohiberis. S. III ID. FEBR. *CC.* CONSS. a. 294

9 IDEM AA. ET CC. BIBVLO. Si liber constitutus, ut filiae tuae manumittantur, [B 24, 1, 37] aliquid dedisti, causa non secuta de hoc tibi restituendo condictio competit. nam si quid seruus de peculio domino dederit, contra eum nullam actionem habere potest: sed dominum, qui semel accipere pecuniam pro libertate passus est, aditus rector prouinciae hortabitur salua reuerentia (fauore scilicet libertatis) placito suo stare. S. III ID. FEBR. SIRMI *CC.* CONSS. a. 294

10 IDEM AA. ET CC. CONONIANAE. Pecuniam a te datam, licet causa, pro [B 24, 1, 38] qua data est, non culpa accipientis, sed fortuito casu secuta non est, minime repeti posse certum est. S. III NON. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

11 [1]IDEM AA. ET CC. STRATONICAE. Aduocationis causa datam pecuniam, si [B 24, 1, 39] per eos qui acceperant, quominus susceptam fidem impleant, stetisse probetur, restituendam esse conuenit. S. XVII[2] K. IAN. CC. CONSS. a. 294

## VII

## ℞ DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM ℞

1 IMP. ANTONINVS A. INGENVO. Si ex cautione tua conueniri coeperis, nullam [B 24, 2, 10] te pecuniam accepisse, sed ob turpem causam et quam fieri prohibitum est interpositam ei, qui super ea re cogniturus est, probandum est et eo impleto absolutio sequetur. SINE DIE ET CONSVLE.

2 IDEM A. LONGINO. Cum te propter turpem causam contra disciplinam temporum meorum domum aduersariae dedisse profitearis, frustra eam restitui tibi desideras, cum in pari causa possessoris melior condicio habeatur. PP. XV K. DEC. LAETO II ET CEREALE CONSS. [B 24, 2, 11] a. 215

*P* (6, 7 *suppl. p*) *LCRM*

---

[1] *fortasse iungendae sunt* 2, 40, 4. 5, 42, 3 [2] XVIII 2, 40, 4. 5, 42, 3

---

1 exstimabat *R* | dampnatio $C^a$ 2 scuta $L^a$ | competit *PLR* | *s. a. Hal.* 4 aa.] a. *R* 5 addisti *p*$M^a$, addii *uel* addis *uoluit, mox scribendo emend. L* 7 *s. a. Hal. pL* | s. VII ... conss.] *Hal.*, s. iii *pL* 9 continet $L^a$ | conditionis $R^a$ 10 disciplinam $C^a$ 11 illa *om. C* | ipsius] illius *M* | repentendis $M^a$ 12 placuit *M* | *s. a. Hal. PL* | III] *Hal.*, iiii *PL* | cc.] aa. *Hal*, *om. PL* 13 aa.] a. *M* | bibulo] *C*, bibillo *R*, birillo *S*, bibino *PL* 14 quid] quis $P^a$ 15 actione $M^a$ 16 hortabt̄ $M^a$ 17 staret $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | III] *Hal.*, iiii *PL* 18 cc.] aa. *Hal.*, *om. PL* 19 cononianae] *PLCM*, hononiae *S*, conianae *R* | a] ad $C^a$ | pro qua] $M^b$, per qua $M^a$, per quam *PLCR*: ὑπὲρ ἧς *B* 20 fortuitu *C* | subsecuta *PL*, secutam $R^a$ 21 *s. a. Hal. PL* | nic. *PL* 22 statonice $M^a$ aduocanis $P^a$ 23 statuendam $R^a$ 24 conp***uenit $R^a$ | *s. a. Hal. PL* 26 de conditionem $SL^a$ | tupem *M* 27 coeperis] poteris coeperis $P^a$ 28 interposita $PL^b$, eo impleto interposita $L^a$: ἐκτεθῆναι τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν *B* (κ.π.) 29 super ea re *om.* $C^a$ | et] *CR cum B* (κ.π.) καὶ τούτου δειχθέντος, *om. PLM* | sequetur] *PLM cum B* (κ.π.): παρακολουθήσει, sequitur *CR* | *s. a. Hal. PL* | s. sine die et conss. *PL* 31 a.] aa. et cc. *C* | propter] ob *C* 32 tibi *om. M* 33 causa] cau $M^a$ | condictio *M* | habetur *L*, habebitur *C* | *s. a. Hal.*

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Dizoni militi. Quod euitandi [B 24, 2, 12] tirocinii causa dedisse te apud competentem iudicem ei de quo quereris indubia probationis luce constiterit, instantia eius recipies: qui memor censurae publicae post restitutionem pecuniae etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. PP. iii k. Avg. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

4 Idem AA. et CC. Rvfino. Quotiens accipientis, non etiam dantis turpis [B 24, 2, 13] inuenitur causa, licet haec secuta fuerit, datum condici tantum, non etiam usurae peti possunt. S. vii id. Ian. Sirmi AA. conss. a. 293

5 Idem AA. et CC. Bitho. Promercalem te habuisse uxorem proponis: unde [B 24, 2, 14] intellegis et confessionem lenocinii preces tuas continere et cautae quantitatis ob turpem causam exactioni locum non esse. quamuis enim utriusque turpitudo uersatur ac soluta quantitate cessat repetitio, tamen ex huiusmodi stipulatione contra bonos mores interposita denegandas esse actiones iuris auctoritate demonstratur. S. vi id. Mai. CC. conss. a. 294

6 Idem AA. et CC. Evtychiae. Ob restituenda quae subtraxerat accipientem [B 24, 2, 15] pecuniam, cum eius tantum interueniat turpitudo, condictione conuentum hanc restituere debere conuenit. D. xv k. Ivn. CC. conss. a. 294

7 Idem AA. et CC. Zenonidae. Eum, qui ob restituenda quae abegerat [B 24, 2, 16] pecora pecuniam accepit, tam hanc quam quae per hoc commissum tenuit restituere debere conuenit, licet mortua uel alio fortuito casu perisse dicantur, cum in hoc casu in rem mora fiat. D. v k. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

## VIII

## ℞ DE CONDICTIONE FVRTIVA ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Hermogeni. Praeses [B 60, 10, 21] prouinciae sciens furti quidem actione singulos quosque in solidum teneri, condictionis uero nummorum furtim subtractorum electionem esse ac tum demum, si ab uno satisfactum fuerit, ceteros liberari iure proferre sententiam curabit. S. vi k. Mai. CC. conss. a. 294

2 Idem AA. et CC. Aristaeneto. Ante oblationem interemptae rei furtiuae [B 60, 10, 22] damnum ad furem pertinere certissimum est. D. k. Mai. CC. conss. a. 294

## VIIII

## ℞ DE CONDICTIONE EX LEGE ET SINE CAVSA VEL INIVSTA CAVSA ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Vlpio. Licet ante tempus [B 24, 3, 1] debita exigi non possunt, tamen si te ex primipilo debitorem fisci constitutum ac patri-

*P* (7, 3. 5. 12, 3. 7, 4. 6. 7. 8. 9 ℞) *L* (7, 3. 5. 4. 6. 7. 8. 9 ℞) *CRM*

1 aa. *om. R* | dryoni *S* 2 queris *PLR* 3 consisterit *R* | instantiam *C* 4 multum $C^a$ | *s. a. Hal.* 6 aa.] a. *R* 7 interuentur $L^a$, interuenitur $L^b$ | haec] ex *R* | condici conci. $M^a$ 8 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 5 9 idem] impp. dioc. et max. *PL* | aa.] a. *R* | bitho promercalem] bithopro. mercalem *PL*$C^a$*R*, bithrobo. mercalem *M*, bichoporo mercalem $C^b$, bithio *S* | proponis uxorem *C*, uxorem *om.* $R^a$ 10 lencii $M^a$ 11 turpitudo utriusque *R* | uersatur] causa uers. $R^a$ 13 esse] *C*$M^b$ *cum B* (κ.π.): ἀρνητέας εἶναι, *om. PLR*$M^a$ | monstratur *C* | *s. a. Hal. PL et PL ad c.* 4 | s. *om. PL h. l.* | cc. conss.] *Hal.*, con. ss. *P ad c.* 4, conss. *L ad c.* 4, aa. conss. *PL h. l.* 14 stituenda $M^a$ 15 conuentum $P^a$ 16 *s. a. Hal. PL* | d.] *Hal.*, s. *PL* 17 zenonidae] *SCM*, zenonideae *PL*, zenoniclae *R* | obegerat *C* 18 tam] tamen $R^a$ | quam] quamque *C* 19 fortuitu *C* 20 moram $C^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. v] *Hal.*, s. u *L*, s. ii *P* | nic. *PL* | cc.] *PL*, aa. *Hal.* 23 impp. d. et m.] idem *PL* | aa. et cc. *om. M* | hermogeni] hermogeni praesidi prouincie *S*, ermoni *M* 25 tunc *C* 26 fuit *PL* | procurabit *C* | *s. a. Hal. PL* | s. vi k. mai.] *PL*, dat. k. maiis *Hal.* | cc.] *Hal.*, aa. *PL* 27 et cc. *om. PL* | aristineto *SP*, calisteneto *M* | obligationem $P^a$ 28 *s. a. Hal. PL* | d.] s. *PL* | cc.] co. *P*, *om. L* 30 ex] in *S* | et *om.* $PL^a$ | sine] ne *S* 32 aa. et cc.] *W*, aa. *SCR*, *om.* $M^b$, *deficit* $M^a$ | ulpiane *C*, *deficit* $M^a$ 33 te *om. R*

monium tuum exhaustum praeses prouinciae compererit, ut ad solutionis securitatem solum fenebris pecuniae subsidium superesse uideatur, commonebit debitorem tuum, si saltem ipse soluendo sit, ut ante definitum tempus debita tibi repraesentet, ut fisco, cuius ob necessitates publicas causam potiorem esse oportet, debita pecunia exsoluatur. S. XIII K. AVG. SIRMI CC. CONSS.[1] a. 294

2 IDEM AA. ET CC. SCYLACIO. Dissolutae quantitatis retentum instrumentum [B 24, 3, 2] inefficax penes creditorem remanere et ideo per condictionem reddi oportere non est iuris ambigui. S. III NON. APRIL. AA. CONSS. a. 293

3 IDEM AA. ET CC. GALATIAE. Mala fide possidens de proprietate uictus [B 24, 3, 3] extantibus fructibus uindicatione, consumptis uero condictione conuentus horum restitutioni parere compellitur. S. VI ID. FEBR. CC. CONSS. a. 294

4 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Si non est numeratum, quod uelut acceptum te sumpsisse mutuo scripsisti, et[2] necdum transisse tempus statutum uel intra hunc diem habitam contestationem monstrando reddi cautionem praesidali notione postulare potes. D. XVII K. IAN. CC. CONSS. a. 294

# X
## R DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS R

1 IMP. GORDIANVS A. VALERIAE. Data certae pecuniae quantitate ei cuius [B 24, 3, 5] meministi in uicem debiti actiones tibi aduersus debitorem, pro quo soluisti, dicis esse mandatas et, antequam eo nomine litem contestareris, sine herede creditorem fati munus implesse proponis. quae si ita sunt, utilis actio tibi competit. PP. V K. MAI. ATTICO ET PRAETEXTATO CONSS. a. 242

2 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. CELSO. Nominibus in dotem datis, [B 24, 3, 6] quamuis nec delegatio praecesserit nec litis contestatio subsecuta sit, utilem tamen marito actionem ad similitudinem eius qui nomen emerit dari oportere saepe rescriptum est. PP. XIIII K. FEBR. SAECVLARI II ET DONATO CONSS. a. 260

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. RVSTICIANO. Ob causas proprii [B 24, 3, 7] debiti locatoris conueniri colonos pensionibus ex placito satisfacientes perquam iniuriosum est. PP. PRID. D. IAN. TIBERIADE MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

4 [3]IDEM AA. LICINIAE. Bonam fidem in contractibus considerari aequum est. [B 24, 3, 8] PP. NON. OCT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

5 IDEM AA. ET CC. CAMERINO ET MARCIANO. Sicut initio libera potestas [B 24, 3, 9] unicuique est habendi uel non habendi contractus, ita renuntiare semel constitutae obliga-

*P* (9, 2...4. 10, 1 R 3...5) *L* (9, 2...4. 10 R 1. 3...5) *CRM*

[1] S. XIII k. Mart. Sirmi AA. conss. (= *a.* 293: *Mommsen*)? [2] et *del.* (*Mommsen*) [3] *iunge* 5, 74, 1

2 uidentur $C^a$ 3 sit] fit *R* 4 publicis $R^a$ | oportet] *C*, oporteat *RM* | *s. a. Hal.* 6 aa.] a. *C* | et cc. *om. PL* | scyllatio *S*, sculatio *PLR*, silatio *C*, sillatio *M* 8 *s. a. Hal. PL* | aa.] cc. *Hal.* 9 aa.] a. *C* | galiciae *C*, golatie *M* | mala fide] $C^bR^bM$, male fidei *PL*, mala fidei $C^aR^a$ 11 *s. a. Hal. PL* | s. VI id. febr.] *PL*, dat. id. februariis *Hal.* 12 aa.] a. *CR* | cc.] c. *C* | acceptum] $PL^aR^bM^a$?, accepturum $L^bCR^aM^b$ 13 hanc *R* 14 potest $R^a$? 15 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio* 10, 2 17 oblicationibus *M* 18 ualiae *S*, *deficit* $M^a$ | ei] eius $P^tL^t$ 20 contestareris] $CR^b$, contesteris $PLM^b$, contesta**ris $R^a$, con****eris $M^a$ | sine herede] in heredem $P^tL^t$ 21 si ita] ta *M* | *s. a. Hal.* 23 ualentinianus *S* | celsae *R* | datis] dotis $R^a$ 24 nec delegato $R^a$, delegatio non *C* | secuta *R*, consecuta *M* | sit *om.* $M^a$ | tamen mar. actionem *om.* $M^a$ 25 dare *R* 26 *s. a. Hal. M et PL ad* 9, 4 | XIIII] *Hal.*, xuii *PL*, uix *M* | saec. II (II *om. M*) et donato] scl. ii et d. *PL* 27 impp. diocl. et max.] idem $PLR^b$ | aa.] $SR^aM$, aa. et cc. $PLCR^b$ | rusticano *R* 28 ex] et *uidetur legisse Thalelaeus:* τοῖς κανόσι καὶ τῷ συναρέσαντι μισθώματι *B* | placitis $R^a$ | satis *om.* $M^a$ 29 *s. a. Hal. PL* | tiberi. *PL* | II *om. PL* 30 aa.] *PLM*, aug. et c. *S*, aa. et cc. *CR* | lucinniae *R*, camerino et martiano *C* 31 *s. a. Hal. PL* | pp.] *PL cum* 5, 74, 1, III *Hal.* | ipsis IIII (iun. $P^aL$) et III] *PL cum* 5, 74, 1, *om. Hal.* 32 mortiano *M*, licinniae *C* (*cf. u.* 30) 33 uel non habendi *om.* $P^a$

tioni aduersario non consentiente minime potest. quapropter intellegere debetis uoluntariae obligationi semel uos nexos ab hac non consentiente altera parte, cuius precibus fecistis mentionem, minime posse discedere. D. NON. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293

6 IDEM AA. ET CC. MAVRICO. Si in solutum nomen debitoris sui tibi debitor dedit [B 24, 3, 10] tuus ac te in rem tuam procuratorem fecit, [1] pignora, quae specialiter uel generaliter habes obligata, persequere. quod si ab his, quibus fuerant obligata, cum potiores erant, distracta probentur, ab emptoribus auocari non posse perspicis. D. VIIII K. IVL.[2] SIRMI AA. CONSS. a. 293

7 [3] IDEM AA. ET CC. EVELPISTO. Si a creditore nomen comparasti, ea pignora, [B 24, 3, 11] quae uenditor nominis consequi posset, apud praesidem prouinciae uindica. nam si debitum ex eius persona[4] res obligatas tenentes non transferant[5], iure communi pignora distra-
1 here non prohiberis. Saue si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus uenumdantibus qui possident comparauerunt uel longi temporis praescriptione muniti perhibentur, pignorum distrahendorum te non habere facultatem perspicis. S. III K.[6] IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

8 IDEM AA. ET CC. CRESCENTIONI. Si quidem donationis causa ei, quem [B 24, 3, 12] adfectione patris te dilexisse proponis, tuam accipere pecuniam permisisti, et hanc tuam liberalitatem remunerans te a procuratore suo aliam pecuniam sumere praecepit, rebusque humanis ante perceptionem fuit exemptus, nec quod dederas recuperare, cum perfectam habuit donationem, nec quod tibi dari mandauerat, necdum tibi traditum petere potes a procuratore. quod si mutuo dedisti nec a delegato dari nouandi causa stipulatus es, successores eius solutioni parere compellentur. S. XIII K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

9 [7] IDEM AA. ET CC. GLYCONI. Negantes debitores non oportet armata ui [B 24, 3, 13] terreri, sed petitore quidem non implente suam intentionem uel exceptione submoto absolui. conuictos autem condemnari ac iuris remediis ad solutionem urgueri conuenit. D. ID. FEBR. CC. CONSS. a. 294

10 IDEM AA. ET CC. RVFINO. Aduersus debitorem electis pignoribus personalis [B 24, 3, 14] actio non tollitur, sed eo, quod de pretio seruari potuit, in debitum computato de residuo manet integra. D. III NON. APRIL. CC. CONSS. a. 294

11 IDEM AA. ET CC. PAVLAE. Nimia credulitate circumuenta es, quia, quod [B 24, 3, 15] colonis in rem suam mutuo dedisti, a domino praedii postulare posse credidisti: nec ad eum obligandum actorum ipsius adiuuat te praesentia. D. VIII K. AVG. CC. CONSS. a. 294

*P* (10, 5 [6 *p*] 7. 9. 2, 8. 10, 10. 11) *L* (10, 5...7. 9. 2, 8. 10, 10. 11) *C* (*transpon.* 10, 7. 8. 6) *RM*

[1] *exciderunt* superstite eo ex eius persona (*u. i.*) [2] Ian. (*Mommsen*)? [3] *iunge* 9, 33, 3 [4] ex eius persona *del.* (*u. i.*) [5] offerant? [6] VII id. 9, 33, 3: id. *ibi confirmatur die* 9, 33, 4. 5, *ut hoc loco* k. *die c.* 5. 6 [7] *Cuiacius iungit* 7, 53, 9 (s. non. Nou. CC. conss.)

1 minime] *libri*, nemo *Hal. cum B:* οὐδείς 2 non *om.* $P^a$ | fecisti *R* 3 recedere *M* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 8 | aa.] aa. et *Hal.* 4 maurico] *pLCM*, mauricosi *R*, mauricio *S* 5 tuam] suam $C^bM^a$ *cum BΣ* (κ.π.): ἲν ῥὲμ σούαμ | pignera *pL: excidisse talia, qualia supra proponuntur, docent BΣ* (κ.π.): καὶ ἐποίησεν ἲν ῥὲμ σούαμ προκουράτωρα καὶ περίεστι, δύνασαι ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ τὰ ἐνέχυρα ἅπερ *et adnotatio Thaleluei:* ἀντέθηκε δὲ ὁ ἥρως Πατρίκιος ἑαυτῷ τὴν διάτ. α΄ τούτου τοῦ τίτλου λέγων· τίνος ἕνεκεν περιόντα ἀπαγγέλλει τὸν χρεώστην, ὁπότε ἐν ἐκείνῃ τῇ διατάξει καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ τὴν οὐτιλίαν δέδωκε; καὶ ἀπέλυσεν οὕτως· ὅτι ἡ διάταξις αὕτη οὐδαμοῦ τὴν οὐτιλίαν ἀνεῖλεν τελευτήσαντος αὐτοῦ, ἀλλὰ ζῶντος αὐτοῦ μέμνηται, ὡς μέλλουσα ἀντεισάγειν τὸ ex eius persona: *uide ad u.* 10, *cf. etiam Zeitschrift für Rechtsgesch.* 10, 62 | geraliter $M^a$ | habes] ἔχεις *BΣ* (κ.π.): *expectes* habet 6 ab *om.* $pL^aM^a$ 7 auocari] $M^a$, euocari *pLR*, reuocari *C:* ἐκ τῶν ἀγοραστῶν ... ἀπαιτηθῆναι *BΣ* (κ.π.) | prospicis *pLM* | *s. a. Hal.: in p extant* s. uiii 8 a. et c. *PL* | uelpisto *CM* 9 nominis *om. C* | consequi] *PLC*, persequi *RM* | possit $R^a$ | uendicas $P^a$ 10 *uerba* ex eius persona *uidentur ex u.* 5, *ubi desiderantur, huc translata esse* | transferat $P^a$, προσφέρουσιν *B* | iure] iure pignoris $P^aL^a$ 11 creditoribus] $PLM^a$, a cred. $CRM^b$ | ordinem *R* | uendantibus $M^a$ 12 tempore $R^a$ 13 prospicis *RM* | *s. a. Hal.* 14 cc.] cc. et *R* | crescentioni] *SR*, crescentio *CM* 15 duxisse $M^a$ | permisisti pecuniam *C* 16 renumerans *R* 17 desideras $C^a$ | perfectum $C^a$ 19 es] est $C^a$ 20 *s. a. Hal. et PL ad c.* 5 | s. *om. Hal.* | sirmi *om. Hal.* 21 clyconi *S* 22 intentionem] conditionem $L^a$ 23 coniunctos $R^a$ | urgeri *P* | *s. a. Hal. PL* | d. ... 24 conss.] *Hal.*, pp. u. id. f. conss. *PL* 25 pignoribus *bis* $M^a$ 26 de pretio] dēptio *R* 27 integra] *PLR*, integra petitio *CM* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 11 28 idem] impp. dioc. et max. $PLCR^b$ | paulinae *S* | crudelitate $C^a$ | quia *om.* $CM^a$ 29 a domino] ad omnino $C^a$ | credisti $P^a$ 30 praesentia te adiuuat *C* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 10 | VIII k. aug.] *Hal.*, uiiii k. mai. (*non* mar.) *PL*

12 Idem AA. et CC. Iovino. Ob aes alienum seruire liberos creditoribus iura [B 24, 3, 16] compelli non patiuntur. D. xiii k. Nov. CC. conss. a. 294

13 Idem AA. et CC. Barsimio. Eum, cui mutuam dedisti pecuniam, ad solu- [B 24, 3, 17] tionem urguere competenti debes actione. nam aduersus negotiatores, quos ex mercibus pecunias abstulisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem. D. xi k. April.[1] CC. conss. a. 294

14 Idem AA. et CC. Hermodoto et Nicomacho. Est in arbitrio uestro, per- [B 24, 3, 18] sonali debitoris heredes actione, an eum, qui ab his distracta sibique tradita pignora tenet, in rem Seruiana, si non longi temporis praescriptione munitus sit, an utrosque conueniatis. D. v k. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

# XI

## ℞ VT ACTIONES ET AB HEREDE ET CONTRA HEREDEM INCIPIANT ℞

1 Imp. Ivstinianvs A. Iohanni pp. Cum et stipulationes et legata et alios [B 24, 3, 19] contractus post mortem compositos antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominum utilitate recepimus[2], consentaneum erat etiam illam regulam, qua uetustas utebatur, more humano emendare.
1 Ab heredibus enim incipere actiones uel contra heredes ueteres non concedebant contemplatione stipulationum ceterarumque causarum post mortem conceptarum.
2 Sed nobis necesse est, ne prioris uitii materiam relinquamus, et ipsam regulam e medio tollere, ut liceat et ab heredibus et contra heredes incipere actiones et obligationes, ne propter nimiam subtilitatem uerborum latitudo uoluntatis contrahentium impediatur. D. xv k. Nov. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestae vv. cc. a. 531

# XII

## ℞ NE VXOR PRO MARITO VEL MARITVS PRO VXORE VEL MATER PRO FILIO CONVENIATVR ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Asclepiodotae. Frustra dispu- [B 24, 4, 1] tas de contractibus cum marito tuo habitis, utrumne iure steterint an minime, cum tibi sufficiat, si proprio nomine nullum contractum habuisti, quominus pro marito tuo conueniri possis, quod nec, si sponte pro eo intercessisses, quicquam a te propter senatus consultum exigi iure potuisset. D. prid. id. April. Diocletiano iii et Maximiano AA. conss. a. 287

*PLCRM*

---

[1] Nou. *uel* Dec. (*Mommsen*)? [2] 8, 37, 11

---

1 iobino *libri* | seruire] obedire *C* | iura creditoribus *C* 2 *s. a. Hal. PL* | s. xui. k. nou. (non. *P*) conss. (*om.* cc.) *PL* 3 baresimio *M* | ad] ab $C^a$ 4 urgere *P* | debeas actionem $C^a$ 5 pecuniam *C* | habeas *PL* | *s. a. Hal. PL* | d. xi] *Hal.*, s. xui *PL* 7 hermedito *S*, hermodo $R^a$ | et nic∗macho $C^a$, *om. S* 8 debitores $C^a$ | actione] in accione $P^bL$ | sibique] ∗ $R^a$ 9 in rem seruia $M^a$, seruiana in rem *C* | an] an in $P^a$ 10 *s. a. Hal. PL* | d.] s. *PL* | nic. *PL* 12 actiones et] actione *S* 13 incipiantur *S*, incipiat $L^aC$ 14 a. *om. M* 16 recepimus] *W*, recipimus *PLCRM*, ἐδεξάμεθα *B* (κ.π.) 19 uitiis $C^a$ 21 uoluntati *PL*: τὸ πλάτος τῆς βουλήσεως *B* (κ.π.) 22 *s. a. Hal. PL* | xv] xii *L* | orestae] *Hal.*, orest. *PL* | uu. cc.] conss. *PL* 25 mater] matre $PL^a$, patre *S* 26 aa.] aa. et cc. *C*, *om. R* | cclepiodote $M^a$, sclepiodote $M^b$ | deputas $PL^aM^a$? 28 tuo *om.* $M^a$ | conuenire $P^cL^c$ 29 intercessisse $R^a$ 30 exigi iure] $P^bL^bC^bRM$, et exigi iure $P^a$, exigi $L^a$, exig∗∗∗∗ $C^a$ | *s. a. Hal.*

2 Idem AA. Terentiae. Ob maritorum culpam uxores inquietari leges uetant. [B 24, 4, 2] proinde rationalis noster, si res quae a fisco occupatae sunt dominii tui esse probaueris, ius publicum sequetur. D. iii non. Sept. Diocletiano [1] et Maximiano AA. conss. a. 287

3 Idem AA. et CC. Carpophoro. Cum te possessiones non in dotem pro [B 24, 4, 3] filia tua dedisse, sed ad sustentandam eam extra dotis causam filiae tuae praedia adsignasse proponas, ciuilium munerum uel onerum municipalium obtentu ex persona mariti eius [2], quomodo matres ex persona filiorum interpellari non possunt, cum neque maritum pro uxoris obligatione conueniri posse constat, nisi ipse pro ea se obnoxium fecit. certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari. iii id. Sept. Sirmi AA. conss. a. 293

4 Idem AA. et CC. Philoterae. Cum te ideo ex persona filii tui comme- [B 24, 4, 4] mores conueniri, quod pro debitis eius aliquid intulisse uidearis, defensionibus tuis uti apud eum, cuius super ea re notio est, minime prohiberis, ut is ad solutionem alieni debiti urgueri te non patiatur. D. x k. Sept. Titiano et Nepotiano conss. a. 301

## XIIII

## ℞ NE FILIVS PRO PATRE VEL PATER PRO FILIO EMANCIPATO VEL LIBERTVS PRO PATRONO CONVENIATVR ℞

1 [3]Imp. Gordianvs A. Candido militi. Neque ex eius filii persona, qui, cum [B 24, 4, 5] sui iuris esset, mutuam pecuniam accepit, pater eius, si non fidem suam obstrinxit, conueniri potest, neque ex eius quem in potestate habet, si sine eius iussu contractum est neque contra senatus consultum Macedonianum mutua data est, amplius dumtaxat de

1 peculio actionem sustinere cogitur. Quapropter pater quoque tuus, si ei pecunia a creditore fratris tui extorta est, ob quam reddendam non tenebatur, praesidis prouinciae auctoritate eam recuperabit. PP. iii non. Oct. Pio et Pontiano conss. a. 238

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Neoterio et Evtolmio. Ne [B 24, 4, 6] contra iuris auctoritatem ab eo, qui patrem uestrum, a quo emancipatos uos dicitis, ad munus ciuile deuocauerat, inquietemini, praeses prouinciae prouidebit. D. viii k. Febr. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

3 Idem AA. et CC. Theogeni. Si filius familias inuito patre decurio creatus [B 24, 4, 7] fuerit, pro eo patrem inquietari non posse iure manifestissimo cautum est. S. x k. Mai.[4] Sirmi CC. conss. a. 294

*P* (*om.* 13, 3 *et* 12, 3 *collocat ante* 7, 4) *L* (*om.* 13, 3) *CRM*

[1] iii *ins.* (*Mommsen*) [2] non facta non tenentur *similiaue exciderunt* [3] *iunge* 2, 22, 1
[4] xvi (= xg: *u. i.*) k. Mart.?

1 aa.] $PLM^b$, a. et c. *S*, aa. et cc. *CR*, a. $M^a$ | terentinae *PM*, terontinae *L* | inquietare $M^a$ 2 noster si] $L^bCR^cM^b$, nisi $PL^a$?, si $R^bM^a$, *om.* $R^a$ 3 sequatur $P^tL^t$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 4 4 et cc. *om. PL* | carphoro *S*, rufino *C* | possessionem *C* | dote *PLM* 5 sed *om.* $C^a$ | ad] a $L^a$ | sustendam $R^aM^a$ 6 onerum] $M^b$, honorum $PLCR^b$. hone** $M^a$, *deficit* $R^a$ | obtentum $C^a$ | mariti] mari $P^a$ 7 matris $C^a$ 8 conuenire $C^a$ | se *om. R* 9 enim est] est ēni *C* | *s. a. Hal.* 10 philiotere *S*, filatere *M* 11 pro] per $P^a$ 12 super ea re] superare $P^a$ | noticio *M* 13 urgeri $P^a$ | patitur *L*, patietur $RM^a$ | *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 15 ne] nec $M^a$ | uel] nec $M^a$ | mancipato $M^a$ 16 uel] et $R^a$ | conueniatur] uel seruus pro domino conueniatur *PL: additamentum non agnoscit B* 24, 4 *rubr.* 17 *inscriptionem om.* $M^a$ | impp. *C* | candito *S*, candiano 2, 22, 1 | ex *om.* $P^a$ 18 esses $C^a$ 19 iussu eius *C* | contractus $PL^a$ 20 consuetus *L* | maced.] maced. si $P^aL^aM^b$ | mutua] pecunia mutua *R*, mutua pecunia $M^b$ | est data *C* 21 pater] filius $P^aL^a$? | tuus quoque *C* 22 exorta $C^a$ 23 *s. a. Hal. PL* 24 aa.] aa. et cc. *C* | neutherio *SM* | eutolmio] $S^bC$, eutolmione *R*, euutumio $S^a$ *secundum Bluhmium*, eulltulmio $S^a$ *sec. Heimbach*, utelin*io $P^a$, utelinoio $P^b$, utelimio *L*, eutol*** *uel* eutol**** $M^a$, eutolimio $M^b$ 25 mancipatos $R^a$ 26 deuocauerit $PL^a$, aduocauerat *C* | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 3 28 teogenii *R* 29 patre $R^a$ | cautum est] $RM^b$, cautum $M^a$, declaratur *C*: διηγόρευται *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 | s. x] *PL*, gx *Hal.* 30 sirmi] *L*, *om. Hal. P* | cc.] *Hal. L*, ii *P*

4 Idem AA. et CC. Achaeo. Patris nomine superstitis filium nec munerum civilium nec debiti causa personali posse conveniri constat actione. S. xii k. Mart. Sirmi CC. conss. B 24, 4, 8 a. 294

5 Idem AA. et CC. Lampetio. Ex patroni uel domini contractu liberti uel serui conueniri non possunt. S. iii id. April. CC. conss. B 24, 4, 9 a. 294

## .XIIII

## ℞ AN SERVVS EX SVO FACTO POST MANVMISSIONEM TENEATVR ℞

1 Imp. Severvs A. Ioviano. Quamuis cum statulibero contraxeris, tamen ex ante gesto te non habere cum eo post impletam condicionem libertatis actionem scire debes. PP. iiii id. Dec. Dextro ii et Prisco conss. B 24, 5, 1 a. 196

2 Imp. Antoninvs A. Baetico. Creditoribus tuis, qui tibi in seruitute pecuniam crediderunt, nulla aduersus te actio competit, maxime cum peculium tibi non esse legatum proponas. PP. iii k. Sept. Laeto ii et Cereale conss. B 24, 5, 2 a. 215

3 [1]Imp. Alexander A. Avrelio Herodi. Promissae tibi pecuniae a seruo tuo, ut eum manumitteres, si, posteaquam manumisisti, stipulatus ab eo non es, aduersus eum petitionem per in factum actionem habes. PP. id. Sept. Alexandro A. cons. B 24, 5, 3 a. 222

4 Imp. Gordianvs A. Heroni. Licet seruitutis tempore quae pecuniam matris tuae subripuisse dicitur, ob eiusmodi admissum conueniri non poterat, ad libertatem tamen perducta (nam caput noxa sequitur) furti actione tenetur. PP. id. Sept. Pio et Pontiano conss. B 24, 5, 4 a. 238

5 Idem A. Chresto. Si, ut adlegas, antequam a domina manumittereris, fundos eius coluisti posteaque adempto peculio libertate donatus es, ob reliqua, si qua pridem contracta sunt, res bonorum, quas postea propriis laboribus quaesisti, inquietari minime possunt. PP. xvi k. Dec. Arriano et Papo conss. B 24, 5, 5 a. 243

6 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Feliciano. Siue serui sunt ii, quorum precibus fecisti mentionem, domi eos conueni, quia inter dominos ac seruos iudicium constare nullum potest: siue post delictum manumissi sunt, ex antecedentibus post
1 datam libertatem eos nulla ratio iuris a dominis quondam conueniri patitur. Sane si post manumissionem quid illicite commiserunt, hoc apud praesidem prouinciae argue accepturus ex iure sententiam. D. ii id. April. Byzantio AA. conss. B 24, 5, 6 a. 293

*PLCRM*

---

[1] *iunge* 6, 2, 4

---

1 aa. et cc.] a. *S* | achaeo] aquaeo $R^a$, aquo eo $R^b$, augeo *M* 2 causam $P^a$ | *s. a. Hal. PL* | s.] *Hal.*, pp. *PL* 4 lampetio] *PLCM*, lampadio *S*, iampetio *R* | dominii $M^a$ 5 *s. a. Hal. PL* | s. iii] *PL*, dat. *Hal.* 7 factu *R* | post] per *S* | manumissione *L* 8 teneatur] non teneatur *S*, ἐνέχεται *B* 24, 5 *rubr.* 9 iouiano] *SM*, iuliano *PLC*, iouentiano *R* 10 te *om.* $R^a$ | condictionem $M^a$ 11 *s. a. Hal. PL* | iiii] iii *PL* 12 antonius *RM* | baetico] *PLM*, ueticho *S*, uetico *C*, uetito *R* 13 nullam $C^a$ | te aduersus te $L^a$, aduersum te *C* 14 proponis *R* | *s. a. Hal. PL* | ii *om. Hal.* 15 aurelio] 6, 2, 4, *om. libri* 16 eum] cum $R^a$ | manumitteret $R^a$ 17 petitionem] $P^bL^bCRM$ *cum S et B*Σ (*Theod.*) *ad c.* 1 *h. t.*: πλὴν ὑπέξελε τὴν γ' διάτ. τοῦ προκειμένου τίτλου λέγουσαν τὸν δοῦλον ἐνάγεσθαι μετὰ ἐλευθερίαν, nullam petitionem $P^aL^a$? *cum B* (*Thal.*): οὐδεμίαν κατ' αὐτοῦ ἀπαίτησιν ἔχεις: *uide Dig.* 4, 3, 7, 8 | *s. a. Hal PL* 18 heroni] *SPL*, hieroni *CR*, geroni *M* | matri *R* 19 potuerat *CM* 20 producta *C* | noxia $P^bLC^aM^b$? | tenetur] non tenetur $P^a$, ἐνάγεται *B* | *s. a. Hal.* 22 chestro *C* | manumittereris] $R^bM$, manumitteris $PLCR^a$ 24 inquietare $L^aM^a$ 25 *s. a. Hal : in PL est subscriptio c.* 6 | ariano et pappo *Hal.* 26 et cc. *om. S* 27 hii $CM^b$, hi $PLRM^a$, ἐκεῖνοι *B* | mtionem *R* | domi] $L^bC^bR^bM^a$ *cum B*: ἐν τῷ οἴκῳ σου τούτους μεθόδευσον, a dominis $PC^a?R^aM^b$, *inc.* $L^a$ | conueni] $L^bC^bR^bM^b$ *cum B* (*u. s.*), conueniri $PC^aR^aM^a$, conueni•• $L^a$ | dominus $R^a$ 29 quodam *C* 30 commiferint *R* 31 *s. a. Hal. et PL ad c.* 5 | d. ii] *Hal.*, s. prid. *PL* | bizanio *PL*, byzantii *Hal.* | aa.] aa. ii *PL*

## XV

## ℞ QVANDO FISCVS VEL PRIVATVS DEBITORIS SVI DEBITORES EXIGERE POTEST ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Valeriano. Propter aes alienum pupilli [B 24, 6, 68 res tutoris, qui nihil ex bonis eius tenet, pignori capi non oportet. PP. xi k. Ivn. Laterano et Rvfino conss. a. 197

2 Imp. Antoninvs A. Marco. Si in causa iudicati Valentis, quem tibi condemnatum esse proponis, nihil est, quod sine quaestione pignoris loco capi et distrahi possit, debitores eius conuenti ad solutionem auctoritate praesidis prouinciae compelluntur. D. vi[1] non. April. Geta cons. a. 205

3 Imp. Gordianvs A. Primiano. Si debitum non infitiantur hi, quos obnoxios [B 24, 6, 70 debitoribus fisci esse proponis, potest uideri non esse iniquum quod desideras, ut ad solutionem per officium procuratoris compellantur. nam si quaestio aliqua refertur, id concedi non oportere et ipse perspicis. PP. vi k. Febr. Sabino ii et Venvsto conss. a. 240

4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Zosimo. Non prius ad [B 24, 6, 71 eos, qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionem fiscalem extendi oportere, nisi patuerit principales reos idoneos non esse, certissimi iuris est. S. xii k. Mai. AA. conss. a. 293

5 Idem AA. et CC. Nanidiae. In solutum nomine dato non aliter nisi man- [BΣ 24, 3, 5 datis actionibus ex persona sui debitoris aduersus eius debitores creditor experiri potest. suo autem nomine utili actione recte utetur. D. k. Ian. CC. conss. a. 294

## XVI

## ℞ DE ACTIONIBVS HEREDITARIIS ℞

1 Imp. Gordianvs A. Hermeroti. Pecuniam, quam tibi a matre debitam [B 24, 7, 1 fuisse dicis, ab heredibus eius coheredibus tuis pro parte tibi competenti petere debes. sed et res, si quae tibi ob idem debitum obligatae sunt, persequi non prohiberis. PP. xi k. Mart. Gordiano A. ii et Pompeiano conss. a. 241

2 Imp. Decivs A. Telemachae. Pro hereditariis partibus heredes onera here- [B 24, 7, 2 ditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit, nisi intercedat pignus uel hypotheca: tunc enim possessor obligatae rei conueniendus est. PP. xiiii k. Nov. Aemiliano et Aqvilino conss. a. 249

*P* (15 ℞ 1. 2. 4. 5. 16 ℞ 1. [3 *p*] 2) *L* (15, ℞ 1. 2. 4. 5. 16 ℞ 1. 3. 2) *C* (*transpon.* 16, 3. 2) *RM*

[1] iii *uel* iiii?

2 debitoris] debitores *SR*[a]*M* | suis *M*[a] 3 debitoris *M* | possunt *C* 5 pignore *PL* | *s. a. Hal.: in PL subscribitur* p. ui n. ap. Ḡ. conss., *quae uidentur ad c.* 2 *pertinere* 7 imp. antonius a. *RM*, impp. seu et ant. aa. *C* | condemnatum] iudicatum *P*[1]*L*[1]: καταδικασθεὶς *B* 8 loca *P*[a] 10 *in PL est subscriptio c.* 3. *subscriptio, quam PL ad c.* 1 *habent, cum non possit ad c.* 1 *pertinere, cui soli secundum epitomae rationem attribuenda foret, non potest referri nisi ad c.* 2, *eaque transpositio ita explicanda est, ut in epitoma omissis primitus c.* 2 *et* 3 *subscriptio c.* 3 *continuauerit c.* 1, *deinde c.* 2 *praemissa subscriptione c.* 1 (*quasi ea pars esset inscriptionis c.* 2) *suppleta sit ante subscriptionem c.* 3. *quod si uerum est, sicut in* 5, 72, 1 *littera* G. *significat* Geta *et ducit ad annum* 205, *qui eodem modo saepius exprimitur* (*u. g.* 4, 32, 5. 6, 9, 2): *nec obstat, quod hoc anno Seuerus et Antoninus Augusti fuere, cum multae constitutiones inde ab hoc tempore in inscriptionibus Antoninum solum nominent* 11 primiano] *Q*[b], bimiano *S*, primanio *CRM* | hii *CM*[b] 13 compelluntur *R*[a] | referatur *C*, *inc. R*[a] 14 et] *CM*, etiam *R* | prospicis *RM* | *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 | ii *om. Hal.* 15 imp. *R* | aa. et cc.] aaa. et c. *S*, aa. *M* 16 ostendi *PL* | oportet *PL* 17 *s. a. Hal. PL* | xii] *Hal.*, u *PL* 18 nanidiae] *S*, nauidiae *PLC*, nanide *R*, manide *M* | dato *om. R*[a] 19 aduersus eius debitores *om. C* | experri *P*[a] 20 utitur *C* | *s. a. Hal. PL* | cc. *om. PL* 22 de hereditariis actionibus *R* 23 hermoroti *R* 24 fuis *M*[a] competente *L*[a] 25 sequi *C* | *s. a. Hal. PL* 26 a. *om. PL* 27 talemachae *PLR*, tele***** *M*[a] 29 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 3

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MAXIMAE. Heredem [B 24, 7, 3] mariti quondam tui de dote reddenda tibi conueni: personalem enim actionem contra debitores hereditarios decerni tibi frustra postulas. PP. XIIII K. MAI. AA. CONSS. a. 293

4 IDEM AA. ET CC. CRISPO. Sub praetextu aetatis pupilli debitoris hereditarii [B 24, 7, 4] creditorum exactionem differri non posse nimis euidens est. unde cum te tutorem proponas, quemadmodum a pupillis creditoribus satisfiat, eniti debes. D. X K. DEC. SIRMI AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. IVLIO. Vt debitum ante de hereditate tibi soluatur ac [B 24, 7, 5] tunc, si ad te pertineret, quaeri iubeamus, praepostera petitio est. etenim cum tibi soceri successionem quaesitam patuerit, debiti petitionem per confusionem extingui non ambigitur. D. PRID. NON. Mart. SIRMI CC. CONSS. a. 294

6 IDEM AA. ET CC. DOMNO. Si adulta, cuius curam geris, pro triente [7, 72, 7 B 24, 7, 6] patruo suo, quem etiam tutelam eius administrasse proponis, heres[1] extitit nec ab eo quicquam exigere prohibita est, debitum a coheredibus pro besse petere non prohibetur, cum ultra eam portionem qua successit petitio[2] non confundatur. nam aduersus adultam tuam rescindi postulas testamentum, si quidem coheredes eius adeuntes hereditatem se etiam obligant et, si non soluendo constituti probentur[3], postulata separatio nullum ei damnum fieri patietur. D. K. DEC. CC. CONSS. a. 294

7 IDEM AA. ET CC. APOLAVSTO. Creditores hereditarios aduersus legatarios [B 24, 7, 7] non habere personalem conuenit actionem, quippe cum euidentissime lex duodecim tabularum heredes huic rei faciat obnoxios. D. VI ID. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

# XVII

## ℞ EX DELICTIS DEFVNCTORVM IN QVANTVM HEREDES CONVENIANTVR ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MACEDONAE. [B 24, 7, 8 cf. Hermog. 2, 1] Post litis contestationem eo qui uim fecit uel concussionem intulit uel aliquid deliquit defuncto successores eius in solidum, alioquin in quantum ad eos peruenit conueniri iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur. D. V K. MAI. SIRMI CC. CONSS. a. 294

*P* (16 [3 *p*] 2. 5. 4. 7. 17) *L* (16, 3. 2. 5. 4. 7. 17) *C* (*transpon.* 16, 3. 2. 5. 4) *R* (16, 5 *om.* $R^a$) *M*

---

[1] Si uxor tua pro triente patruo suo heres *l. gem.* [2] actio *l. gem.* [3] nam ... probentur] sin autem coheredes soluendo non sint *l. gem.*

---

1 imp. *R* | maximo *S*, *deficit* $M^a$ | heredes *M* 2 tui mariti quondam *C* 3 *s. a. Hal. et PL ad c.* 2: *in pL hoc loco extat* s. | pp.] d. $PL^b$, *om.* $L^a$ | XIIII] *Hal. L*, xuii *P* 4 crispino *C* | hereditariis $P^a$?$P^rL^r$ 5 creditoris $P^rL^rC$ | actionem $PL^a$ | tutore $M^a$ 6 quemadmodum] et q. *R* | debeas $C^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 6 8 idem] impp. dioc. et max. *PLC* | aa. et cc.] a. *S*, aa. *P* | ut] et $L^a$?$C^a$ | de hereditate tibi] $P^rC$, hereditatem tibi $P^rL^a$, aditam hereditatem tibi $L^b$, tibi de hereditate *M* | ac] at $CM^a$ 9 iubemus $PL^a$ 10 patuerit] *C*, paruerit *PLM*: ἡ ... ἀπόδειξις *B* | debiti petitionem per confusionem] $P^rL^rCM$, debitum (*uel* debitum **) cond*tionem $P^a$, debiti conditionem (per conf. *addit* $L^b$) $P^bL^t$ 11 *s. a. Hal.* 13 patru $M^a$ 14 coheredibus] $R^a$ *cum l. gem.*, quoheredibus eius $CR^bM$ 15 nam aduersus *seqq.*] τὸ δὲ ἀνατρέψαι τὴν διαθήκην οὐδὲν αὐτῇ συμβάλλεται, ἀλλὰ καὶ βλάπτει *B* 16 etiam se *C* 17 obligent $R^a$ | et] ac *RM* | si *om.* $M^a$ | postulata (postulatione $R^a$?) separatione *CRM*, separatio postulata *l. gem.* 18 *s. a. Hal. et PL ad c.* 4 | cc.] aa. *Hal.* 19 aa. et cc.] a. *M* | apolausto] *P*, apoplausto *S*, apolaustro *L*, aplausto *C*, apolansto *R*, aplauto *M* 20 uenit $P^a$ 21 rei] re $M^a$ | *s. a. Hal. PL* 23 dilectis *S* | in] id est $L^a$ 24 conueniatur $PL^a$ 25 impp. ... aa.] imp. a. *C* | macedonie *R* 26 uel aliquid] ne al. $C^a$?, ue al. $C^b$ 27 peruenerit *C* 28 est *om.* *R* | ditentur scelere *C* | *s. a. Hal. PL* | v] ui *PL* | cc. *om.* *PL*

# XVIII

## ℞ DE CONSTITVTA PECVNIA ℞

1 Imp. Gordianvs A.[1] Felici. Si pro alieno debito te soluturum constituisti, [B 26, 3, 1]
pecuniae constitutae actio non solum aduersus te, sed etiam aduersus heredes tuos perpetuo
competit. D. vii k. Ivl. Sirmi CC. conss. a. 294

2 Imp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Recepticia actione cessante, quae sollem- [B 26, 3, 2]
nibus uerbis composita inusitato recessit uestigio, necessarium nobis uisum est magis pecu-
1 niae constitutae naturam ampliare. Cum igitur praefata actio, id est pecuniae constitutae,
in his tantummodo a ueteribus conclusa est, ut exigeret res quae in pondere numero men-
sura sunt, in aliis autem rebus nullam haberet communionem et neque in omnibus casibus
longaeua sit constituta, sed in speciebus certis annali spatio concluderetur, et dubitaretur,
si pro debito sub condicione uel in diem constituto eam possibile est fieri et si pure con-
stituta pecunia contracta ualeret, hac apertissima lege definimus, ut liceat omnibus consti-
tuere non solum res quae pondere numero mensura sunt, sed etiam alias omnes siue
mobiles siue immobiles siue se mouentes siue instrumenta uel alias quascumque res, quas
in stipulationem possunt homines deducere: et neque sit in quocumque casu annalis, sed
(siue pro se quis constituat siue pro alio) sit et ipsa in tali uitae mensura, in qua omnes
personales sunt actiones, id est in annorum metis triginta: et liceat pro debito puro uel in
diem uel condicionali constitui: et non absimilem penitus stipulationi habeat dignitatem,
suis tamen naturalibus priuilegiis minime defraudata: sed et heredibus et contra heredes
competat, ut neque recepticiae actionis neque alio indigeat res publica in huiusmodi casi-
bus adminiculo, sed sit pecuniae constitutae actio per nostram constitutionem sibi in omnia
sufficiens, ita tamen, ut hoc ei inhaereat, ut pro debito fiat constitutum (cum secundum
antiquam recepticiam actionem exigebatur et si quid non fuerat debitum), cum satis absur-
dum et tam nostris temporibus quam iustis legibus contrarium est permittere per actionem
recepticiam res indebitas consequi et iterum multas proponere condictiones, quae et pecu-
1*a* nias indebitas et promissiones corrumpi et restitui definiunt. Vt non erubescat igitur tale
legum iurgium, hoc tantummodo constituatur, quod debitum est, et omnia, quae de recep-
ticia in diuersis libris legislatorum posita sunt, aboleantur et sit pecunia constituta omnes
1*b* casus complectens, qui et per stipulationem possint explicari. Et neminem moueat, quod
sub nomine pecuniae etiam omnes res exigi definimus, cum et in antiquis libris prudentium,
licet pecunia constituta nominabatur, tamen non pecuniae tantum per eam exigebantur, sed
1*c* omnes res quae pondere numero mensura constitutae sunt. Sed et possibile est omnes
res in pecuniam conuerti. si enim certa domus uel certus ager uel certus homo uel alia
res quae expressa est in constituendis rebus ponatur, quid distat a nomine ipsius pecuniae?
1*d* Sed ut et subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed uana nominum uocabula amplecti
desiderant, ita omnes res ueniant in constitutam, tamquam fuisset ipsa pecunia constituta,
cum etiam ueteres pecuniae appellatione omnes res significari definiunt et huiusmodi uoca-
bulum et in libris iuris auctorum et in alia antiqua prudentia manifestissime inuentum est.

*P* (18 ℞ 1) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC.?

---

3 soliturum *PL* 5 competit *om.* $C^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 2 6 pp. *om.* $R^a$ 9 mensuraue $R^bM^b$ 11 cluderetur $M^b$, clude*** $M^a$ | dubitaretur] debita redderetur $C^a$ 12 condictione *M* | constitutum $C^a$ 13 hanc apertissimam legem $C^a$ | definiuimus *R* 14 mensuraue $R^bM$ | etiam *om. C:* ἔτι δὲ καὶ *B* | omnes alias *M* 15 siue immobiles] siue mobiles $R^a$, *om. C:* κινητὸν ἀκίνητον *B* | quas] quasi $C^a$ 16 possint $CR^bM$ | annali *C* 17 pro alio] alio $R^a$ 18 metu $C^a$? | puro *om.* $M^a$ 19 condictionali *M* 20 defraudatas $R^a$, defraudata sit $R^b$: ἀποστερουμένη *B* | sed et] *RM cum B* ἀλλὰ καί, set *C* 21 repetitiae $R^a$ 22 sit] si *M* 24 et *om. C* | fuerit *C* 28 et *om. R* | repticia $M^a$ 30 et per] per $R^a$ 31 res omnes *C* 32 constituta pecunia *R* | non *om.* $R^a$ 33 res omnes quae *C* 35 rebus] in rebus $M^a$ 36 uana nominum] una ** $M^a$ 37 fuisset] si fuisset $CM^b$ 38 significare *M*

2 His uidelicet, quae argenti distractores et alii negotiatores indefense constituerint, in sua firmitate secundum morem usque adhuc obtinentem durantibus. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

3 IDEM A. IOHANNI PP. Diui Hadriani epistulam, quae de periculo diuidendo [B 26, 3, 3] inter mandatores et fideiussores loquitur, locum habere et in his qui pecunias pro aliis simul constituunt necessarium est: aequitatis enim ratio diuersas species actionis excludere nullo modo debet. D. K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

## XVIIII

## ℞ DE PROBATIONIBVS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. FAVSTINO. Vt creditor, qui pecuniam [B 22, 1, 35] petit, numeratam implere cogitur, ita rursum debitor, qui solutam adfirmat, eius rei probationem praestare debet. PP. PRID. K. IVL. DEXTRO II ET PRISCO CONSS. a. 196

2 IMP. ANTONINVS A. AVLVZANO. Possessiones, quas ad te pertinere dicis, [B 22, 1, 36] more iudiciorum persequere. nec enim possessori incumbit necessitas probandi eas ad se pertinere, cum te in probatione cessante dominium apud eum remaneat. PP. XV K. DEC. LAETO ET CEREALE CONSS. a. 215

3 [1]IMP. ALEXANDER A. LEAENAE ET LVPO. Ex persona collegae aui uestri [B 22, 1, 37] conueniri non debetis, si eundem collegam tempore depositi officii soluendo fuisse ostenderitis. PP. V K. IAN. POMPEIANO ET PELIGNO CONSS. a. 231

4 [1]IDEM A. AVITO. Proprietatis dominium non tantum instrumento emptionis, sed [B 22, 1, 38] ex quibuscumque aliis legitimis probationibus ostenditur. PP. K. NOV. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

5 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. SERTORIO. Instrumenta domestica seu [B 22, 1, 39] priuata testatio seu adnotatio, si non aliis quoque adminiculis adiuuentur, ad probationem sola non sufficiunt. PP. VII ID. APRIL. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

6 IDEM A. ET C. ROMVLO. Rationes defuncti, quae in bonis eius inueniuntur, [B 22, 1, 40] ad probationem sibi debitae quantitatis solas sufficere non posse saepe rescriptum est.
1 Eiusdem iuris est et si in ultima uoluntate defunctus certam pecuniae quantitatem aut etiam res certas deberi sibi significauerit. PP. ID. MAI. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

7 IMP. GALLIENVS A. SABINO. Exemplo perniciosum est, ut ei scripturae cre- [B 22, 1, 41] datur, qua unusquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit. unde neque fiscum neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationem praebere posse oportet. PP. PRID. NON. SEPT. GALLIENO A. V ET FAVSTINO CONSS. a. 262

*$A^{ul}$* (19 ℞ 2) *P* (18, 3. 19) *L* (*ut P*) *CR* (19, 1...5 *inscr. in litura perierunt*) *M*

---

[1] *ordinem c.* 3 *et* 4, *quae transponendae fuissent, confirmant S et B*

---

2 *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 | constant. *om. Hal.* 3 uu. cc.] uc. *P*, ***c. *L* 4 idem] impr. iustinianus *S* 5 mandatorem *R* | in *om.* $R^{a}$ 6 diuersae $P^{1}L^{1}$ 7 *s. a. Hal. PL* | constant. *om. Hal.* | post conss. lamp. et horeste (hor. *L*) uc. *PL*, post lamp. et orestae uu. cc. consulatum *Hal.* 12 nuatam *P* 13 *s. a. Hal. PL* 14 antoninus] iustinianus *S*, const. *C* | auluzano] $A^{l}$, auliizano $A^{u}$, aulciano *S*, alutano *PL*, aulozano *C*, auluxano *M* 16 *s. a. A Hal.: in PL est subscriptio c.* 3 | xv] *Hal*, aū. $A^{u}$, autem $A^{l}$ 17 cereale] *A*, cereali *Hal.* 18 a. *om. C* | et luppo *S*, et iuppo *C*, *om.* $P^{a}$ 19 soluenda $P^{a}$ | ostenderetis *C* 20 *s. a. Hal. et PL ad c.* 2 | v] *Hal.*, u. lu *PL* 21 a. auito] *S*, a. uito *PLCM* 22 *s. a. Hal. PL* | alex. a. conss. *PL*, alexandro a. III et dione conss. (= *a.* 229) *Hal.* 23 philippus a. et *om. PLM* | c.] con *M* | serturioni *S* 24 quoque aliis *R* | adiuuetur *PLRM*$^{a}$ 25 sufficit *LR* | *s. a. Hal. PL* | a. *om. PL* 26 a. et cc. *PL*, aa. et cc. *C* 28 in *om. R* | ultimo $L^{a}$ 29 *quae sequuntur in B contra defunctum fidem haberi ipsius rationibus et testamento, in quibus se debere professus sit, ea Thalelaeus uidetur addidisse, cf. ad* 3, 36, 25 | *s. a. Hal. PL* | mai.] *PL*, mart. *Hal.* | titiano] tc̄ *PL* 30 gallius $M^{a}$, gallus $M^{b}$ 32 oporteat *PL*, portet $M^{a}$, ὡμολόγηται *BΣ* (κ.π.) 33 *s. a. Hal. PL* | pp. pri. non. sep. (sep. a $L^{a}$) gall. a. ii et faustino conss. *PL*, pp. III non. mart. gallieno a. VII et sabinillo coss. (= *a.* 266) *Hal.*

8 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Pvblicio et Optato. Frustra [B 22, 1, 42] ueremini, ne ab eo qui lite pulsatur probatio exigatur. PP. xiii k. Dec. Basso et Qvintiano conss. a. 289

9 Idem AA. et CC. Marcianae. Cum te minorem quinque et uiginti annis [B* 22, 1, 43] esse proponas, adire praesidem prouinciae debes et de aetate probare. D. id. April. AA. conss. a. 293

10 Idem AA. et CC. Isidoro. Neque natales tui, licet ingenuum te probare [B 22, 1, 44] possis, neque honores, quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem pro filiae tuae ingenuitate continent, cum nihil prohibeat et te ingenuum et eam ancillam esse. D. xviii k. Mai. AA. conss. a. 293

11 Idem AA. et CC. Antoniae. Si scriptum heredem ab amita tua uel testa- [B 22, 1, 45] menti uitio uel quacumque alia ratione non posse obtinere hereditatem probari a te posse confidis, de hac hereditate apud rectorem prouinciae agere potes. S. v k. Mai. Heracliae AA. conss. a. 293

12 Idem AA. et CC. Chroniae. Cum res non instrumentis gerantur, sed in [B 22, 1, 46] haec gestae rei testimonium conferatur, factam emptionem et in uacuam possessionem inductum patrem tuum pretiumque numeratum quibus potes iure proditis probationibus docere debes. D. v non. Oct. AA. conss. a. 293

13 Idem AA. et CC. Ivstino. Non epistulis necessitudo consanguinitatis, sed [B 22, 1, 47] natalibus uel adoptionis sollemnitate coniungitur, nec aduersus absentem hereditatis diuidundae gratia uelut contra fratrem pro ancilla petitus arbiter substantiae perimit ueritatem.
1 Siue itaque quasi ad sororem, quam ancillam te posse probare confidis, epistulam emisisti, siue familiae erciscundae quasi pro coherede petitus arbiter doceatur, fraternitatis quaestio per haec tolli non potuit. D. k. Dec. AA. conss. a. 293

14 Idem AA. et CC. Mvciano. Non nudis adseuerationibus nec ementita pro- [B 22, 1, 48] fessione, licet utrique consentiant, sed matrimonio legitimo concepti uel adoptione sollemni filii ciuili iure patri constituuntur. si itaque hunc contra quem supplicas alienum esse confidis, per te uel per procuratorem adfirmationem eius falsam detege. D. k. Dec. AA. conss. a. 293

15 Idem AA. et CC. Antonino. Vis eius, qui se dominum contendit, ad impo- [B 22, 1, 49] nendum onus probationis seruo minime prodest. cum igitur aufugisse te de domo Seueri profitearis, uerum nec ab illo iusto initio, sed per uiolentiam adseueres esse detentum, inquisito prius, an in possessionem libertatis sine dolo malo constitutus sis, tunc etiam, onus probationis qui debeat subire, per huiusmodi euentum declarabitur. D. vi k. Ian. AA. conss. a. 293

16 Idem AA. et CC. Philippo et Sebastianae. Siue possidetis praedia, quae [B 22, 1, 50] a patre communi sibi fratres emancipati donata contendentes uindicant, ipsis incumbit facti probationis necessitas, siue ipsis ea praedia, quasi a patre uestro sibi donata, tenentibus uos heredes constituti patris petitis, ut intentionem uestram non constitisse detegant,

*P* (19, 8...10 [11 *p*] 12. 15. 16) *L* (19, 8...12. 15. 16) *CRM*

---

1 imp. *R* | aa. ... optato *om. M?* | aa. et cc. *C* | publio *PL* 2 *s. a. Hal. PL* | xiii] *Hal.*, xui *PL* | dec. *om. Hal.* | bassa $P^a$ 4 minores $L^a$ | uiginti et quinque *C* 5 *s. a. Hal. PL* | d.] s. *PL* 7 tales $R^a$ 8 commemores $P^a$ 9 ingenuitatem $L^a$ | *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 11 11 amita] miti $M^a$ | testamenti] $CR^bM^b$, de testamenti $pLR^aM^a$ 12 a te] hereditate $L^a$ 13 de hac *om.* $p^aL^a$ | *s. a. Hal. pL et PL ad c.* 10 | s.] *Hal. pL h. l.*, d. *PL ad c.* 10 | v ... 14 conss.] iu. *p*, *om. L h. l.* | heracliae] *Hal.*, heracl. *P*, heracd. *L ad c.* 10 14 aa.] aa. et *Hal.* 15 chroniae] *R*, chironiae *S*, cho. *PL*, throniae *CM* 16 conferantur $R^a$ 18 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 14 | aa.] aa. et *Hal.* 20 diuidendae *M* 21 ueluti *R* 24 *s. a. Hal.* 25 et cc. *om. C* | muciano] *SW*, municiano *C*, minutiano *RM* 28 *s. a. Hal. et PL ad c.* 12 30 antonino $CRM^b$, *deficit* $M^a$ 31 proprobationis $P^a$ | autfugisse $PL^b$, autfuisse $L^aR^a$ 32 nec] ne $R^a$ | adseueres esse detentum (detentum *om.* $P^a$)] *PLM*, detentum asseueres *CR* 33 possessione *CR* | liberatis $R^a$ 34 *s. a. Hal.: in PL est subscriptio c.* 16 36 a. et c. *PL*, et cc. *om. C* | philippo] *S*, philippae *PLCRM*, *u. ad u.* 39 38 ea *om. M* 39 constituti] $PL^bCR^bM^b$ *cum BΣ* (κ.π.) κληρονόμοι γενόμενοι, constitutae $L^aR^aM^b$ | constituisse $PL^aM^a$?, συνίστασθαι *BΣ* (κ.π.)

unde domini facti sunt, emergente quaestione docere compelluntur. D. x k. Febr. CC. conss. a. 294

17 Idem AA. et CC. Pavlinae. Matrem tuam consecutam libertatem ac te | B 22, 1, 51 | post editam, ut ingenua probari possis, ostendi conuenit. quod enim fratribus tuis nulla mouetur quaestio, ad defensionem tuam nihil prodesse potest. D. v id. Febr. CC. conss. a. 294

18 Idem AA. et CC. Violentillae. Cum precibus tuis significes ignorante te | B 22, 1, 52 | praedium eum cuius meministi sibi uelut a te donatum instrumentis inseri fecisse, si uera
1 sunt quae indidisti, nec ad nomen factae donationis fundus iste peruenit. Vnde adito iudice competenti probare te oportet contra tuam uoluntatem hunc fundum instrumento aduersarium tuum sibi adscribi laborasse, ut secundum tenorem rescripti nostri possis consequi sententiam. D. vii id. April. Byzantii CC.[1] conss. a. 294

19 Idem AA. et CC. Menandro. Exceptionem dilatoriam opponi quidem | B 22, 1, 53 | initio, probari uero, postquam actor monstrauerit quod adseuerat, oportet. D. xvi k. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

20 Idem AA. et CC. Phronimae. Si de possessione seruitutis emptionis instru- | B 22, 1, 54 | mentis subtractis in libertatem proclamat Eutychia, cum petitori probationis onus incumbat, intentione sua defecta his iuuari minime potest. nam si in seruitutem petatur, ad emptionis probationem non est indiciis aliis opus, sed instrumentorum furtum monstrare sufficit. iiii non. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

18 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AVRELIO CASTORI. In- [B 23, 3, 66] debitas usuras, etiam si ante sortem solutae non fuerint ac propterea minuere eam non potuerint[1], licet post sortem redditam creditori fuerint datae, exclusa iuris uarietate repeti posse pensa ratione firmatum est.

19 IDEM AA. ET CC. AVRELIAE IRENAEAE. Acceptam mutuo sortem cum usuris [B 23, 3, 67] licitis creditori post testationem offer ac, si non suscipiat, consignatam in publico depone,
1 ut cursus usurarum legitimarum inhibeatur. In hoc autem casu publicum intellegi oportet uel sacratissimas aedes uel ubi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit.

*P* (32, 15...17. 19) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] etiam ... potuerint *confirmant Graeci, uidentur tamen deberi explanationi interpretis*

---

1 a.] a. et c. *S* | eustaciae *S*, eustatue *CM*, eusthiae *R* | et aliis] *S secundum Bluhmium, om. libri* | etiam] et *C* 2 rationem] tionem $R^a$ 5 ullo iure *om.* $M^a$ 6 a.] a. et c. *S* | aurelio] *SQ*, aurae *CM*, aureni *R* | arcasiani] *S secundum Heimb.*, arasiani *S sec. Bluhmium, om. libri* | dedit pecuniam *C* 8 domimum $M^a$ | redigit $CM^a$ 9 legitimarum *om.* $M^a$ | uberiore (uberioe. $R^a$) sorte] *RM*, uberior usurae *C* | poterit *RM* 10 contractum] pactum *M* 11 *s. a. PL ad c.* 11: *in M subscr. erasa est* | conss. *om. PL* 12 portorio] *S, om. libri* | allegas $L^vCRM$ 13 condictione $M^a$ | numero *om.* $CM^a$ 14 reddere $R^a$ | formam $P^a$ 15 illius *R* | ultra] uel ultra $PL^a$? | *in PL subscribitur* d. n. m. attico et praetextā, *quae referri possunt uel ad hanc uel ad seq. const.: in M subscr. erasa est* 17 aa. *R* | flauio] *S, om. libri* | sulpio *S*, supplicio *C* 18 allegas *CRM* | modiactio $PL^a$ | is *om.* $M^a$ 19 adimentas $R^a$ | fraude *R* | legitimarum usurarum *R* 20 aduersum *R* | improbam petitionem] improbatam *scripsit, mox* improbam petionem *reposuit P* | pp. (p. *L*) *extat in PL, in M subscr. erasa est: uide ad u.* 15 21 impp. *R* | et phil. c.] *SCR, om. PLM* | aurelio] *S, om. libri* | euxeno] *C*, exuino (*sic Bluhme*, exiuno *Heimb.*) et aliis *S*, euxeni *PL*, euseni *R*, auxeno *M* 22 tuum *om.* *BΣ* (κ.π.), *uidetur tamen legisse Thalelaeus secundum adnotationem* θεμάτισον δέ, ὅτι οὐ χώραν εἶχε τὸ δόγμα, ὡς τῆς μητρὸς ἐπὶ ἐλπίδι κέρδους ἰντερχεδευσάσης | in *om.* $P^a$ | uice *PL* 23 euentuum $P^a$ 24 possint $P^a$ | *in PL additur subscriptio c.* 22 25 impr. dioclitianus et maximianus et c. *S*, idem a. *CRM* | aurelio] *S, om. libri* | casturio *R*, castro *M* 26 sortes $R^a$ 27 potuerunt *C* 28 pensa] $RM^a$, perpessa $C^a$, perpensa $C^bM^b$ | ratione] cione $M^a$ 29 aa. et cc.] *R*, a. et c. *S*, a. *PLC*, a. et cc. *M* | aurelio *S, om. libri* | cyrinaee *S*, irineae *PL*, hireneae *CR*, yrenee *M* 30 creditori licitis *C* | post] pos $L^a$ | offer ac] $R^b$, offer at $PL^bC$, offer.. $L^aM^b$, offert ac $R^a$, offer $M^a$ | deponat $PL^a$ 31 cursu $R^a$ | legitimarum usurarum *C* 32 sacratissimam $R^a$

2 Quo subsecuto etiam periculo debitor liberabitur et ius pignorum tollitur, cum Seruiana etiam actio manifeste declarat pignoris inhiberi persecutionem uel solutis pecuniis uel si
3 per creditorem steterit, quominus soluatur. Quod etiam in traiecticiis seruari oportet.
4 Creditori scilicet actione utili ad exactionem earum non aduersus debitorem, nisi forte eas receperit, sed uel contra depositarium uel ipsas competente pecunias.

20 IDEM AA. ET CC. AELIO NICOPOLITANO. Constitutionibus sacris, quae ultra [B 23, 3, 68] certum modum usuras fenebris exigi pecuniae prohibent, mandatoribus etiam uel fideiussoribus subuentum est: quibus quasi mandator uel fideiussor conuentus uti potes. SVB DIE . . . .

21 IDEM AA. ET CC. CHRESIMONI. Si usuras praestari pignore dato conuenerat et [B 23, 3, 69] in continenti, numeratione facta, postea uel ante, propter quod debitum solutionem feceras, non designasti, habuit creditor in usuras tibi accepto ferendae solutae quantitatis facultatem.

22 IDEM AA. ET CC. COMINIO CARINO. Pignoribus quidem interuenientibus [B 23, 3, 70] usurae, quae sine stipulatione peti non poterant, pacto retineri possunt. uerum hoc iure constituto, cum huiusmodi nullo interposito pacto tantum certae summae poenam praestari conuenisse proponas, nec peti nec retineri quicquam amplius et ad pignoris solutionem urgueri te disciplina iuris perspicis. PP. ID. IVL. IPSIS . . . . CONSS.

23 IDEM AA. ET CC. IASONI. Oleo quidem uel quibuscumque fructibus mutuo [B 23, 3, 71] datis incerti pretii ratio additamenta usurarum eiusdem materiae suasit admitti. D. III K. OCT. VIMINACI *CC. CONSS.* a. 294

24 IDEM AA. ET CC. CVLCIAE. Si mater tua maior annis constituta negotia [B 23, 3, 72] quae ad te pertinent gesserit, cum omnem diligentiam praestare debeat, usuras pecuniae tuae, quam administrasse fuerit comprobata, praestare compelli potest. D. XIIII K. DEC. IPSIS CC. CONSS. a. 294

25 [1]IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Pro auro et argento et ueste facto [B 23, 3, 73] chirographo licitas solui uel promitti usuras iussimus.

26 [2]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP.[3] Eos, qui principali actione per excep- [B 23, 3, 74] tionem triginta uel quadraginta annorum, siue personali siue hypothecaria, ceciderunt, non posse super usuris uel fructibus praeteriti temporis aliquam mouere quaestionem dicendo ex his temporibus eas uelle sibi persolui, quae non ad triginta uel quadraginta praeteritos annos referuntur, et adserendo singulis annis earum actiones nasci: principali enim actione non subsistente satis superuacuum est super usuris uel fructibus adhuc iudicem cognos-
1 cere. Super usurarum uero quantitate etiam generalem sanctionem facere necessarium

*P* (32, 19 [20 *p*] 23. 24. 21. 25. 26) *L* (32, 19. 20. 23. 24. 21. 25. 26) *CRM* (*transponit* 32, 24. 23. 32, 25 *om.* $M^a$)

---

[1] *I. Gothofredus iungit* 2, 27, 2. 5, 37, 22. 5, 72, 4, *quibus subscribitur* d. id. Mart. Sirmi Constantino A. VII et Constantio C. conss. (= *a.* 326) [2] *iunge* 7, 39, 8 [3] II *ins.* 7, 39, 8

---

1 tolletur *PL* 3 soluatur] *PL,* soluantur *CRM* | in traiecticiis] interiecticiis *C* 4 utili] ιμφάκτουμ *BΣ* (κ.π.) | eorum $P^a L R^a$ 5 reciper** $R^a$ | sed *om.* $M^a$ | uel contra] *libri cum B,* uel *om. BΣ* (κ.π.) | competentes $P^a$, competent* **** $R^a$ 6 aa. et cc.] a. *C* | aelio] aurelio *S* | nicopolytano *S, om. libri* 8 est] esse $L^a$, *deficit* $M^a$ | mandatorum $C^a$ | potest $C R^a M^a$ | *s. a. pL, ubi est* sub d. 9 aa.] a. *PLC* | et cc.] et cesar *C, om. PL* | cressimoni *S,* chersimoni $P^a$, chersimioni $P^b L$, cresimonii *C,* resimioni *R,* chrosmioni *M* | praestar $M^a$ | pignori *PLC:* δοθέντος ἐνεχύρου *BΣ* (κ.π.) 11 designastis $M^a$ | accepti offerendae $PL^t$, accepta ferendae *R,* accepto* ferendae $M^a$ 12 aa. et cc.] a. *CM* | comminio *S, om. libri* 14 nullo] $M^a$, iure nullo $CRM^b$: μηδενὸς τοιούτου συμφώνου γενομένου *BΣ* (κ.π.) 16 percipis *R* | *s. a. PL ad c.* 17, *ubi est:* pp. id. iulii (iul* *L*) ipsis cc. 17 aa. et cc.] a. *PLCM* | iasoni] iasoniano cyliciae *S* (*u. ad u.* 21), iasone *C* 18 *s. a. PL* 19 ui. minaci *PL* | cc. conss. *om. PL, ex loco suppleuit Mommsen* 20 aa. et cc.] a. *PLCM* | culciae] *C,* liciae *PLR,* glusie *M: in S excidit c.* 24, *cf. ad u.* 18 21 pertinet gesserit *R,* gesserit pertinet $M^a$ | omne diligentia *C* 22 praestari $CM^a$ | *s. a. PL* 23 cc. conss.] cc. *PL* 24 auro et] auro *C* | et ueste] καὶ ὑπὲρ ἐσθῆτος *B:* recte *pro his proponit Ihering Jahrbücher für Dogmatik* 12 *p.* 338, *cf. tamen* 4, 46, 3 ob uestium auri argentique debitum *et* 5, 37, 22 *pr.* aurum argentum gemmas uestes 25 *in PL est subscriptio c.* 27 26 impp. *L* | a. *om. M* | eos *om.* $M^a$ | pro excepcione *M* 29 ex] *e $M^a$ | eas] ea $CM^b$ | quae non] quoniam $PL^a$?, non *ante* 31 referuntur *collocat M* 30 eorum $L^v R M^a$ | actionem *R* 31 non subsistente] absistente *PC,* subsistente (*uel* **bsistente) $L^a$, ***sistente $M^a$ 32 uero] autem *C* | quantitatem *CR* | gnalem *L*

esse duximus, ueterem duram et grauissimam earum molem ad mediocritatem deducentes.
2 Ideoque iubemus illustribus quidem personis siue eas praecedentibus minime licere ultra
tertiam partem centesimae usurarum in quocumque contractu uili uel maximo stipulari:
illos uero, qui ergasteriis praesunt uel aliquam licitam negotiationem gerunt, usque ad
bessem centesimae suam stipulationem moderari: in traiecticiis autem contractibus uel
specierum fenori dationibus usque ad centesimam tantummodo licere stipulari nec eam
excedere, licet ueteribus legibus hoc erat concessum: ceteros autem omnes homines dimi-
diam tantummodo centesimae usurarum posse stipulari et eam quantitatem usurarum etiam
in aliis omnibus casibus nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem usurae exigi
3 solent. Nec liceat iudici memoratam augere taxationem occasione consuetudinis in regione
4 obtinentis. Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis, nullam peni-
tus de superfluo habeat actionem, sed et si acceperit, in sortem hoc imputare compelletur,
interdicta licentia creditoribus ex pecuniis fenori dandis aliquid detrahere uel retinere
siliquarum uel sportularum uel alterius cuiuscumque causae gratia. nam si quid huiusmodi
factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, ut tam ipsa minuenda
5 pars quam usurae eius exigi prohibeantur. Machinationes etiam creditorum, qui ex hac
lege prohibiti maiores usuras stipulari alios medios subiciunt, quibus hoc non ita inter-
dictum est, resecantes iubemus, si quid tale fuerit attemptatum, ita computari usuras, ut
necesse esset, si ipse qui alium interposuit fuisset stipulatus: in quo casu sacramenti
etiam illationem locum habere sancimus. D. ID.[1] DEC. CONSTANTINOPOLI IVSTINIANO PP.
A. II CONS. a. 528

27 IDEM A. MENAE PP. De usuris, quarum modum iam statuimus, prauam quorundam
interpretationem penitus remouentes iubemus etiam eos, qui ante eandem sanctionem am-
pliores quam statutae sunt usuras stipulati sunt, ad modum eadem sanctione taxatum ex
tempore lationis eius suas moderari actiones, illius scilicet temporis, quod ante eandem
1 fluxit legem, pro tenore stipulationis usuras exacturos. Cursum insuper usurarum ultra
duplum minime procedere concedimus, nec si pignora quaedam pro debito creditori data
sint, quorum occasione quaedam ueteres leges et ultra duplum usuras exigi permittebant.
2 Quod et in bonae fidei iudiciis ceterisque omnibus in quibus usurae exiguntur seruari
censemus. D. K. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. a. 529

28 IDEM A. DEMOSTHENI PP. Vt nullo modo usurae usurarum a debitoribus [B 23, 3, 75]
exigantur, et ueteribus quidem legibus constitutum fuerat, sed non perfectissime cautum.
si enim usuras in sortem redigere fuerat concessum et totius summae usuras stipulari,
quae differentia erat debitoribus, qui re uera usurarum usuras exigebantur? hoc certe
1 erat non rebus sed uerbis tantummodo leges ponere. Quapropter hac apertissima lege
definimus nullo modo licere cuidam usuras praeteriti uel futuri temporis in sortem redi-

*A*[ui] (32, 27) *PLCR* (*u.* 6 licere ... 11 constitutionis *in litura*) *M*

---

[1] d. III id. (7, 39, 8)?

---

1 duximus] *M*, diximus *PLCR* | ueterem *om. C* 2 siue] sui *C* | eos *R* 3 usurarum] usurarum ** $M^a$, usurarum nomine $M^b$ 4 licitam *om. C contra B* | ad essem *R* 7 omnes *om. C cum S, ubi extant uerba* ceteros autem homines dimidia (*sic*): οἱ δὲ λοιποὶ πάντες *B* 9 omnibus aliis *L* 10 occasionem $P^a$*C*, *deficit* $R^a$ 11 quis] quid $L^a$ 12 habet *L* | sorte *PL* | compellitur *M* 15 ut] ui $M^a$ 17 prohibiti] $RM^a$, proh. sunt $PLCM^b$? | usuris postulari *C* | modios $R^a$ | ita *om. C* 18 usuras computari *CR* 18 ut nec. esset] *R*, nec. est ut $PL^a$?, nec. esset $L^bCM^a$?, nec. est tamquam $M^b$ 20 *s. a. PL Contius* 1571 | id. dec. *om. Contius* | iustin. a. pp. a. ii conss. *PL*, pp. a. II *om. Contius* 22 idem a.] impr. iustinianus a. et c. *S* | quarum] quorum *A* | eorundam *C* 24 modicum (*emend. in* $A^u$) *A* | * (per?) eandem sanctionem $R^a$ 25 inlationis *C* | eius] eius legis *C* | illius scil.] *AC*, scil. illius *PLRM* | quod ante *om.* $R^a$ 26 insuper *om. C* 27 pro debito] a debitore *A* 28 sint] $AM^a$?, sunt $PLCRM^b$ | et *om. CRM* | promittebant *C* 29 bona fide $R^a$ | usurae] usus *A* 30 censuimus $P^a$ | *s. a. PL hoc loco et ad c.* 25 | constantin. *om. PL ad c.* 25 | uc. cons.] cc. *PL ad c.* 25, conss. *PL h. l* 31 idem] mpr. iustinianius *S* | demotheni *R* | pp.] p. *M* 32 et *om.* $PL^a$: καὶ τοῖς παλαιοῖς *BΣ* (κ.π.) | legibus quidem *C* 33 in sortem ... usuras *om.* $P^a$ | et *om. C* 34 differentia erat] differat *P, sic uel* differat $L^a$ 35 ponere] *pponere $P^a$, imponere $M^b$ | hac apertissima aper lege $P^a$, hanc apertissimam legem $R^a$ 36 definiuimus $PL^a$ | cuidam] *PLRM*, cuiquam *C*

gere et earum iterum usuras stipulari, sed, si hoc fuerit subsecutum, usuras quidem semper usuras manere et nullum aliarum usurarum incrementum sentire, sorti autem antiquae tantummodo incrementum usurarum accedere. PP. K.[1] OCT. CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 529

## XXXIII

## ℞ DE NAVTICO FENORE ℞

1 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

2 (1) IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SCRIBONIO HONORATO. Traiecticiam pecuniam, quae periculo creditoris datur, tamdiu liberam esse ab obseruatione communium usurarum, quamdiu nauis ad portum appulerit, manifestum est. PP. IIII ID. MART. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

3 (2) IDEM AA. AVRELIAE COSMIANAE. Cum dicas pecuniam te ea lege dedisse, [B 53, 5, 18] ut in sacra urbe tibi restitueretur, nec incertum periculum, quod ex nauigatione maris metui solet, ad te pertinuisse profitearis, non dubium est pecuniae creditae ultra licitum te usuras exigere non posse. PP. PRID. ID. MART. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

4 (3) IDEM AA. AVRELIAE IVLIANAE. Cum proponas te nauticum fenus ea condicione dedisse, ut post nauigium, quod in Africa*m* dirigi debitor adseuerabat, in Salonitanorum portum naue delata fenebris pecunia tibi redderetur, ita ut nauigii dumtaxat quod in Africa*m* destinabatur periculum susceperis, perque uitium debitoris, nec loco quidem nauigii seruato, illicitis comparatis mercibus quae nauis continebat fiscum occupasse: amissarum mercium detrimentum, quod non ex marinae tempestatis discrimine, sed ex praecipiti auaritia et inciuili debitoris audacia accidisse adseueratur, adscribi tibi iuris publici ratio non permittit.

5 (4) IDEM AA. ET CC. PVLLIO IVLIANO EVCHARISTO. Traiecticiae quidem pecuniae, quae periculo creditoris mutuo datur, casus, antequam ad destinatum locum nauis perueniat, ad debitorem non pertinet, sine huiusmodi uero conuentione infortunio naufragii non liberabitur. D. VIII ID. OCT. RE*TI*ARIAE *CC. CONSS.* a. 294

*P* (32. 33 ℞ 2. 3. 5) *L* (*ut P*) *CR* (*u.* 17 quod ... 22 debitoris *in litura*) *M*

---

[1] d. XV k. (*cf. Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 175)?

---

1 et *om. C* | iterum] tamen $R^a$ | stipulari ... 2 usuras *om.* $P^a$ | si] *CM,* etsi $P^b$*LR:* ἀλλ' εἰ τοιοῦτόν τι παρακολουθήσει *ΒΣ* (κ.π.) | semper usuras] *RM cum ΒΣ* (κ.π.): ἀεὶ τόκους, usuras semper $P^b$*L,* semper $P^a$ (*u. ad u.* 1) *C* 2 nullam $R^a$ | sentire ... 3 incrementum *om.* $M^a$ 3 *s. a. PL* | chalcedone] calc. *P* | uc. cons.] cc. *PL* 7 constitutio graeca *RM,* lex i greca uersiculum *S* 8 aa.] aa. et c. *S, om. M* | scribonio honorato] scribonio *S,* honorato *libri* | traiecticiam] traiecticiam quidem *L,* traiectiam *R* 9 debitoris $L^a$ | ab obseruatione] obseruationem *C* 10 *s. a. PL* | II *om. PL* 12 aa.] a. et c. *S,* a. *LM* | aureliae] *S, om. libri* | consmiane *S,* cosmianei *PL,* cosmanae *R* | te *om. M* 13 restituetur *C* 14 netui $M^a$ | profiteris *PLM* 15 *subscriptio, quam supra dedi ex PL, ex instituto epitomatoris potius ad c.* 4 *pertinet* | II *om. PL* 16 aa.] a. et c. *S,* a. *M* | aureliae] *S secundum Bluhmium,* aureliane *S sec. Heimb., om. libri* | iulianae] *SC,* iuniae *RM* 17 post *om.* $M^a$ | africa *libri* | dirigere *C,* diri** $M^a$ | salomonitarum *M* 18 nauem delatam *C,* naue delata $M^a$ | africa *C,* asfrica *M* 19 perque] *Mb,* per *C,* perq** $M^a$ 20 mercedibus $M^a$ 21 mercium *om. C* | maritae $M^a$ | crimine $M^a$ | auaritie ciuili $M^a$ 22 accessisse *C,* *disse $M^a$ 23 *de subscriptione uide ad u.* 15 24 idem] depositi idem $R^a$, *in P ante c.* 5 *rubrica deleta est* | aa. et cc.] et c. *S* | pullio iuliano] *S, om. libri* | eucarista *S,* fuscarito *C* 25 dantur $M^a$ 26 condicione *C* | fortunio *P,* infortu*n*** $M^a$ 27 *s. a. PL* | retiariae cc. conss.] *Mommsen,* reuariae $PL^a$

# XXXIIII

## ℞ DEPOSITI ℞

1 Imp. Alexander A. Mestrio militi. Si incursu latronum uel alio fortuito casu[1] ornamenta deposita apud interfectum[2] perierunt, detrimentum ad heredem eius qui depositum accepit, qui dolum solum[3] et latam culpam, si non aliud specialiter conuenit, praestare debuit, non pertinet. quod si praetextu latrocinii commissi uel alterius fortuiti casus[4] res, quae in potestate heredis sunt uel quas dolo desiit possidere[5], non restituuntur, tam depositi quam ad exhibendum actio, sed etiam in rem uindicatio competit. PP. IIII id. Ivl. Maximo II et Vrbano conss. [Collatio 10, 8 B 13, 2, 35] a. 234

2 Imp. Gordianvs A. Celsino militi. Vsurae in depositi actione sicut in ceteris bonae fidei iudiciis ex mora uenire solent. D. k. Nov. Pio et Pontiano conss. [B 13, 2, 36] a. 238

3 [6]Idem A. Avstronio militi. Si depositi experiris, non immerito etiam usuras tibi restitui flagitabis, cum tibi debeat gratulari, quod furti eum actione non facias obnoxium, si quidem qui rem depositam inuito domino sciens prudensque in usus suos conuerterit, etiam furti delicto succedit. D. id. Ivl. Gordiano A. et Aviola conss. [BΣ 13, 2, 36] a. 239

4 Idem A. Timocrati militi. Si deposita pecunia is qui eam suscepit usus est, non dubium est etiam usuras debere praestare. sed si, cum depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condemnatio est, ultra non potes propter usuras experiri: non enim duae sunt actiones alia sortis alia usurarum, sed una, ex qua condemnatione facta iterata actio rei iudicatae exceptione repellitur. [B 13, 2, 37]

5 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. et Valerianvs C. Clavdio. Propter instrumenta quidem, quae te deposuisse cum aduersario tuo dicis, ut residua pecunia quae ex conductione debebatur dissoluta ea reciperes, si id quod placuerat implesti, sequestrem potes conuenire. quamuis autem haec reddita non fuerint, tamen aduersus eum a quo fundum conduxeras, si omne quod ex hoc contractu debebatur reddidisti, ipsis solutionibus tutus es. D. id. Ivl. Aemiliano et Basso conss. [B 13, 2, 38] a. 259

6 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Antonio Alexandro et[7] Vlpiano Antipatri. Is, penes quem utrasque partes transactiones uel alia instrumenta commendasse dicis, legem qua haec suscepit seruare necesse habet. [B 13, 2, 39] a. 293

*$A^{ul}$* (34 ℞ 1) *P* (34 ℞ 1...4. 6) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] uel a. f. casu *om. Collatio* [2] ab eis *ins. Coll.* [3] dolum tantum (*omissis* et ... conuenit) *Coll.* [4] uel ... casus *om. Coll.* [5] uel quas ... possidere *om. Coll.* [6] *iunge* 3, 32, 6 [7] et *del. aut u.* 30 *scr.* dicitis

2 de depositi *S*, de depositis *AL*, de positis *P*, de deposito $M^a$ 3 mestrio] demetrio *S* | militi] *Collatio S, om. libri* | si *om. Coll.* 4 fortuitu *ACR* | perierunt] *CRM cum Coll. Berol. Vind.*, perierint *APL cum Coll. Verc.* | heredes *Coll.* 5 acceperit *A* | non *om.* $L^a$ 6 si] si ex *Coll.* | latrocii $R^a$ 7 fortuitu $A^lC^a$, fortuti $P^a$, | potestate] testate $M^a$ 8 non restituuntur *om. A* | restituitur *P, inc.* $L^a$ | ad *om. Coll.* | etiam] et *Coll.* 9 *s. a. Coll. PL* | IIII id.] *PL*, VI k. *Coll.* | II] *bis Coll., om. PL* 10 militi] *S, om. libri* 11 *s. a. PL* | ponpiano *PL* 13 idem] imp. gordianus *M* | a.] aa. *R* | autronio *PLR*, astroniae *M* | militi] *S, om. libri* | experiaris *C* | etiam *om. BΣ* (κ.π.) 14 facis *M* 16 conuertit *C*, conuert**it $M^a$ | succedit] ὑπεισέρχεται *BΣ* (κ.π.), succumbit *C?* | *s. a. PL et* 3, 32, 6 | d. id.] *PL*, pp. v id. 3, 32, 6 | a. *om. PL* 17 timograti *S cum libris* | militi] *S, om. libri* 18 usuras debere] $R^bM^b$, usuras $P^aM^a$, debere usuras $P^bLC$, usuras deb** $R^a$: ἀναμφιβόλως καὶ τόκους ὀφείλει παρασχεῖν *BΣ* (κ.π.) 19 es] $Q^b$, est $PLCRM^b$, est ** $M^a$: ἐκίνεις *BΣ* (κ.π.) | facta condemnatio] *RM*, condempnatio facta *PLC*: ἐγίνετο ἡ καταδίκη *BΣ* (κ.π.) | potes] $Q^b$ *cum BΣ* (κ.π.) δύνασαι, potest *PLCRM* | propter *om.* $M^a$ 21 interrata $C^a$ | *in PL est subscriptio c.* 5 22 ualerius *RM*, ualent. *C* | gallus *M* | ualerianus (ualerius *SR*) c.] cc. *CM* | propter] si p. *C* 23 te *om.* $RM^a$?: σαυτόν *BΣ* (κ.π.) 24 sequesterem potest $M^a$ 25 fuerant *C* 26 reddidistis $R^a$ | ipsi $C^a$ 27 es] est $C^aR^a$, εἶ *BΣ* (κ.π.) | *s. a. PL ad c.* 4 | aemiliano ... conss.] *P, inc. L* 28 aa. et cc.] et c. *S* | antonio] *S, om. libri* | alexandro] *SM*, alexandrae *PL*, alex. *C*, alexandriae *R* 29 et ulpiano antipater *S, om. libri* 30 habet] habet actio $M^a$ | *subscriptio quam hoc loco posuerunt PL, uerisimilius c.* 8 *restituenda est*

7 Idem AA. et CC. Antiocho Attico Calpvrniano Democrati. Desiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. nam si custodiam pecuniae suscepisti, quam aliis a te datam instrumentum, quo hanc tibi reddi conscriptum profiteris, arguit, solutionem eius competentem improbe recusas. [B 13, 2, 40]

8 Idem AA. et CC. Avrelio Alexandro. Si is, qui depositam a te pecuniam accepit, eam suo nomine uel cuiuslibet alterius mutuo dedit, tam ipsum de implenda suscepta fide quam eius successores teneri tibi certissimum est. aduersus eum autem qui accepit nulla actio tibi competit, nisi nummi extant: tunc enim contra possidentem uti uindicatione potes. D. iiii k. Mart. Sirmi *AA.* conss. [B 13, 2, 41] a. 293

9 Idem AA. et CC. Avrelio Menophilo et ceteris. Cum hereditas personam dominae sustineat, ab hereditario seruo, priusquam patri uestro successeritis, res commendatas secundum bonam fidem ab eius qui susceperat successoribus apud rectorem prouinciae petere potestis. PP. vii id. Nov. Sirmi *AA.* conss. [B 13, 2, 42] a. 293

10 Idem AA. et CC. Septimiae *Qvadratillae*. Qui[1] depositum non restituit, suo nomine conuentus et condemnatus[2] ad eius restitutionem cum infamiae periculo urguetur. Svbscripta pridie idvs Decembres Nicomedia CC. conss. [Collatio 10, 6 B 13, 2, 43] a. 294

11 Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. Si quis uel pecunias uel res quasdam per depositionis accepit titulum, eas uolenti ei qui deposuerit reddere ilico modis omnibus compellatur nullamque compensationem uel deductionem uel doli exceptionem opponat, quasi et ipse quasdam contra eum qui deposuit actiones personales uel in rem uel hypothecarias praetendens, cum non sub hoc modo depositum accepit, ut non concessa ei [B 13, 2, 44]
1 retentio generetur, et contractus qui ex bona fide oritur ad perfidiam retrahatur. Sed et si ex utraque parte aliquid fuerit depositum, nec in hoc casu compensationis praepeditio oriatur, sed depositae quidem res uel pecuniae ab utraque parte quam celerrime sine aliquo obstaculo restituantur, ei uidelicet primum, qui primus hoc uoluerit, et postea legiti-
2 mae actiones integrae ei reseruentur. Quod obtinere sicut iam dictum est oportet et si ex una parte depositio celebrata est, ex altera autem compensatio fuerit opposita, ut integra omni legitima ratione seruata depositae res uel pecuniae prima fronte restituantur.
3 Quod si in scriptis attestatio non per dolum uel fraudem fuerit ei qui depositum suscepit ab alio transmissa, ut minime depositum restituat, hocque per iusiurandum adfirmauerit, liceat ei qui deposuit sub defensionis cautela idonea praestita res depositas quantocius recuperare. Recitata septimo miliario in novo consistorio palatii Ivstiniani. d. iii k. *Nov.* Decio cons. a. 529

12 Idem A. Iohanni pp. Superuacuam ueterum differentiam e medio tollentes, si quis certum pondus auri uel confecti uel in massa constituti deposuerit et plures scripsit [B 13, 2, 45]

$A^{ul}$ (34, 10) *P* (34, 8...10) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] dolo malo *ins. Collatio* [2] et condemnatus *om. Coll.*

1 antiocho antico carpuniano (militi *inserit* $S^a$) democrati *S*, attico *omissis reliquis libri* 3 quo] $M^b$, quod $CRM^a$ | reddit *C* 5 aurelio] *S, om. libri* | alexandrae *R* 9 *s. a. PL ad c.* 6, *ubi est:* d. iiii (iiii *om. L*) k. mr. sr. cc.: *consules ex loco restituit Mommsen* 10 aurelio] *S, om. libri* | menopolo *S* 11 dominae] de nomine $P^t$, *inc.* $L^a$ | successissetis $L^b$ *R* 12 susceperit *C* 13 *s. a. PL* | aa. conss.] cc. *PL* 14 septime *SR* | quadratillae] *Collatio, om. libri cum S* 16 *s. a. Collatio: in PL est subscriptio c.* 11 17 demotheni *R* 20 actionales $R^a$ | in] per in *R* | uel] uel in *C* 21 hypothecariam *M* | acceperit *C* 22 gereretur $M^a$ | ex *om. C* 23 ex *om.* $R^a$ 24 sed] *CM*, sed et *R* 26 ei] quoque ei *M* | sicuti *C* 27 altero $R^a$ 28 legima $M^a$ 29 criptis $M^a$ | adtestationem $R^{a}$' 31 quantocius] quantum eius *C* 32 recipere uel recuperare *C* | recitata septimo mil. (recit. qua∗ttuor mil. *Q*, lecta a quatuor militario *Russ.*, recitata septimiliario *'alias* IIII' *Cont.*) in n. c. p. iustiniani *habent Q Russardus Contius* 1562: *quae cum non redeant nisi in constitutionibus datis die* III *k. Nou. a.* 529, *dubitari non potest, quin, quae habent PL ad c.* 10 d. iii k. iū. d. cc., *ea huc pertineant: nam ad c.* 12, *cui secundum epitomae condicionem restituenda forent, minime quadrant propter Iohannis praefecturam quae incipit a.* 531 34 idem] impr. iustinianus *S* | a.] aa. *R* | ueterem *C* 35 massa] mensa *C*

heredes et unus ex his contingentem sibi portionem a depositario accepit, alter supersederit uel alias fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, et postea depositarius in aduersam inciderit fortunam uel sine dolo depositum perdiderit, sancimus non esse coheredi eius licentiam uenire contra coheredem suum et ex eius parte auellere, quod ipse ex sua parte consequi minime potuerit, quasi eo quod coheres accepit communi constituto, cum, ubi certae pecuniae depositae fuerant et suam partem unus ex heredibus accepit, nemini ueniret in dubium bene eum accepisse partem suam et non debere aliam partem attingere. nobis etenim non uidetur esse homo obnoxius neque in massa neque in specie neque in pecunia numerata qui suam partem suscepit, ne industria poenas desidiae soluat. si enim et alius heres tempora opportuna quemadmodum coheres eius obseruasset, et suum uterque recipiebat et sequentibus altercationibus minime locus relinquebatur. a. 531–

## XXXV

## ℞ MANDATI ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. LEONIDAE. Aduersus eum cuius negotia gesta sunt de pecunia, quam de propriis opibus uel ab aliis mutuo acceptam erogasti, mandati actione pro sorte et usuris potes experiri: de salario quod promisit a praeside prouinciae cognitio praebebitur. [B 14, 1, 63]

2 IMP. ANTONINVS A. STATIO MARCELLINO. Cum ex causa fideiussionis pecuniam patrem tuum exsoluisse proponas, habes mandati actionem, qua non solum pecuniam, sed etiam pignora in obligationem eam deducta potes consequi. PP. VIII. [B 14, 1, 64]

3 IDEM A. GERMANO. Si pater tuus tibi sui iuris constituto actionem aduersus debitores suos mandauit, potuit ipse praesens aduersus eos re integra experiri. si quid itaque ab eo apud iudicem actum est, rescindi nulla ratio patitur. PP. VI K. NOV. SABINO *II ET ANVLLINO CONSS.* [B 14, 1, 65] a. 216

4 IMP. ALEXANDER A. AVRELIO VVLNERATO. Etiamsi contrariam sententiam reportauerunt, qui te ad exercendas causas appellationis procuratorem constituerunt, si tamen nihil culpa tua factum est, sumptus, quos in lite probabili ratione feceras, contraria mandati actione petere potes. S. VIII ID. IAN. [B 14, 1, 66]

5 IDEM A. IVLIANO. Si maritus sororis tuae tibi procurans petere bonorum possessionem noluit, cum ipso tibi congrediendum est. quam querellam ita cum effectu habes, si mandasse te, ut peteretur bonorum possessio, eumque neglexisse arguas. [B 14, 1, 67]

6 IMP. GORDIANVS A. AELIO SOSIBIO MILITI. Si fideiussor pro reo patiente fidem suam adstrinxit, mandati cum eo post exsolutam pecuniam uel factam condemnationem potest exercere actionem. PP. III NON. SEPT. PIO ET PONTIANO CONSS. [B 14, 1, 68] a. 238

*P* (35 ℞ 4. 1...3. 7. 6) *L* (*ut P*) *C* (*transpon.* 35, 6. 7. 4. 5) *RM*

---

2 alias] *C cum B* (κ.π.) ἄλλως, alio $RM^b$, *om.* $M^a$ | fortuitu *CR* 4 heredem *C* | ex eius] eius $R^a$ 5 coheredes $C^a$, *inc.* $R^a$ 6 partem *om. C* 7 uenire $CM^a$ | bene eum] ben* $R^a$ | alteram *R* 8 homo] hoc modo *C* | in massam n. in speciem n. in pecuniam numeratam *CM:* ἐν βώλῳ οὔτε ἐν εἴδει οὔτε ἐν ἀργυρίοις *B* (κ.π.) 11 recipiebat] $CM^a$, *inc.* $R^a$, reciperet $M^b$, reciperent $R^b$, ἀνελάμβανε *B* (κ.π.) | artercacionibus $M^a$, *om.* $R^a$ 13 mandati] $SM^b$, demandatis $P^aLCR$, mandatis $P^b$, de mandato $M^a$ 14 leoni *S*, leoniae $R^a$, *deficit* $M^a$ 15 de pecunia ... erogasti *om.* $M^a$ 16 actionem *C* | experi *R* | solaria $R^a$ | a] apud *L* 17 *in PL adicitur subscriptio c.* 6 18 impp. *P* | antoninus a. statio] *S*, anast. *a. C*, anestasius a. *M*, ant. (*uel* antoninus) a. *PLR* 19 qua] quia $C^a$ 20 eam] $PL^a$?*R cum B:* εἰς ταύτην τὴν ἐνοχήν, *om.* $L^bCM$ | *s. a. PL* 21 a.] a. et c. *S* | sui] *cf. Dig.* 46, 2, 20 *pr.* 22 debitores ... aduersus *om.* $P^a$ | praeses *R* | experri $M^a$ 23 *s. a. PL* | pp. ... 24 conss.] p. ui k. n. sab. *P*, ***** sab. *L* 25 aurelio] *S, om. libri* | sentiam $L^a$ 27 tua *om.* $L^a$ 28 *s. a. PL* 29 a.] aa. *R* 31 cumque $R^a$ 32 impp. *L* | aelio] $S^b$, aurelio $S^a$, *om. libri* | sosibio] *CR*, sostiu *S*, sosidio *P*, sosido *L*, sosibi *M* | militi] *S, om. libri* | reo] eo $M^a$ 33 cum eo *post* 33 potest *collocat C* | exolutum $P^a$ 34 *s. a. PL h. l. et ad c.* 1 | p. iii n. (nn. *L*) s. pio et pontiano conss. *PL h. l.*, d. iiii non. s. pio et pontiano *PL ad c.* 1

7 Idem A. Avreliano militi. Si litteras eius secutus, qui pecuniae[1] auctor fuerat, ei qui tibi litteras tradidit pecunias credidisti, tam aduersus eum, qui a te mutuam sumpsit, quam aduersus eum, cuius mandatum secutus es, mandati[2] actio tibi competit.[3] [B 14, 1, 69]

8 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. et Valerianvs nob. C. Avrelio Lvcio. Si tibi pupillorum pater, ut pecuniam in rem suam seruis eius crederes, mandauit et in hanc rem aeque ipso praecipiente pignora sunt obligata, et mandati actione pupillos post mortem patris conuenire et exsequi ius obligationis pignorum poteris, si in solutione cessabitur. D. iiii k. Ian. Aemiliano et Basso conss. a. 259 [B 14, 1, 70]

9 [4]Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Marcello. Cum per procuratorem causam tuam laesam esse dicas, mandati actio aduersus eum tibi competit.[5] [B 14, 1, 71]

10 Idem AA. et CC. Avrelio Papio. Si pro ea contra quam supplicas fideiussor seu mandator intercessisti et neque condemnatus es neque bona eam dilapidare postea coepisse comprobare possis, ut iustam metuendi causam praebeat, neque ab initio ita te obligationem suscepisse, ut eam possis et ante solutionem conuenire, nulla iuris ratione, antequam satis creditori pro ea feceris, eam ad solutionem urgueri certum est. fideiussorem uero seu mandatorem exceptione munitum et iniuria iudicis damnatum et appellatione contra bonam fidem minime usum non posse mandati agere manifestum est. a. 293 [B 14, 1, 72]

11 Idem AA. et CC. Avrelio Gaio. Procuratorem non tantum pro his quae gessit, sed etiam pro his quae gerenda suscepit, et tam propter exactam ex mandato pecuniam quam non exactam, tam dolum quam culpam, sumptuum ratione bona fide habita, praestare necesse est. D. . . . k. Ivn.[6] Sirmi *AA.* conss. a. 293 [B 14 1, 73]

12 Idem AA. et CC. Firmo. Cum mandati negotii contractum certam accepisse legem adseueres, eam integram secundum bonam fidem custodiri conuenit. unde si contra mandati tenorem procurator tuus ad te pertinentem fundum uendidit nec uenditionem postea ratam habuisti, dominium tibi auferre non potuit. PP. xvii k. Ivn.[7] Sirmi AA. conss. a. 293 [B 14, 1, 74]

*P* (35, 7. 6. 9. 11. 12) *L* (*ut P*) *C* (*transponit* 35, 6. 7. 4. 5) *RM*

---

[1] pecuniae *del.* (*Mommsen*) [2] mandati *del.* [3] *post c.* 7 *in P ad marginem saec. XI adscripta est constitutio incertae originis, quae in L interponitur inter c.* 7 *et c.* 6, *in D inter c.* 20 *et c.* 9: *extat etiam in codice Parisiensi* 3858*C fol.* 37*b* (= *Par.*), *in quo est c.* 420 *collectionis canonum descriptae in Maassenii Biblioth. Latina iuris can. ms. p.* 248 (*cf. Hermes* 4 *p.* 371). *uerba sunt haec:* impp. diocl. et maximianus aa. (*sic Par.*, imp. iustinianus a. *PLD*) honorato. iudicem causidicum et procuratorem omnes, qui incesti matrimonii (—nio *Par.*) nati fuerint, fieri prohibemus et omnimodo nullam professionem recipere nisi tantum (et *ins. PL*) taxeotalem (taneot. *Par.*) uel (et *PLD*) curialem, si necessitas accedat (accedit *PLD*). si uero prohibitum honorem ab aliquo susceperint (—rat *PL*[a]), sacrilegii poena (penae *PL*) condemnabuntur. si quis ex praedictis aliquem in ius uocauerit patrocinii causa, primum quidem omnino suis careat actionibus, siue iustam (iustis *P*[a], iustas *D*) habeat intentionem (int. hab. *L*, hab. intentiones *D*) siue non (siue i. h. i. s. non *om. Par.*), ita quoque, ut principali rescripto resuscitari (—re *PL*) non placeat (—cet *Par. D*): deinde quicquid damni aduersario acciderit, sacramento (sacramenti eius *D*) resarciatur [4] *fortasse iungenda est* 4, 27, 1 [5] D. k. Iul. ipsis iiii et iii AA. conss. (= *a.* 290) 4, 27, 1 [6] Ian.? [7] Ian. (*Mommsen, Zeitfolge p.* 375)?

---

1 a.] aa. *R* | militi] *S, om. libri* 2 tradidit] *M*, tradiderit *PLR*, tradit *C* | tam *rel.*] τὸν δανεισάμενον ἔνοχον ἔχει καὶ [τὸν] ἐντειλάμενον τῇ ἀπαιτήσει *B* | qui ... 3 eum *om. M*[a] | mutuum *R* 3 sumpsit] s. pecuniam *C* | es] est *C*, *om. R* | *in PL est subscriptio c.* 8 4 impp. (imp. *C*) ual. et gall. aa. et] impr. gordianus a. et c. *S*, impp. ualerius et gallius (gallus *M*[b]) aa. et *M* | et ualerianus nob. c.] et ualerius c. uiiii *S*, et ualerius c. *R*, et c. ualinobis *M*, *om. C* | aurelio] *S*, *om. libri* 5 licyo *S*, *om. M* | pater pupillorum *M* | seruus *R*[a]*M*[a] | crederis *M*[a] 6 hanc re *M*[a], hac re *M*[b] | pupillos *om. C* 7 ius] us *M*[a] 8 *s. a. PL ad c.* 7 | aemiliano] mil. *PL* | conss. *om. PL* 9 aa.] aa. et c. *S* 10 inesse *C* | tibi competit eum *C* | *in PL est subscriptio c.* 12 11 aa. et cc.] *M*, a. *S*, a. et cc. *R*, aa. *C* | aurelio] *S*, *om. libri* 12 seu] uel *C* | condemn.] ei condempn. *M*[a] 13 comprobari possit *M* | ut iustam] et iusta *C* 14 possit *M*[a] | solutionem] se *M*[a] | conueniri *C* 15 ratione] rationem conuenire *C* | creditoris *M*[a] 16 et *om. M*[a] | iniuriam *C* 17 appellationem *CM*[a] 18 aurelio] *S*, *om. libri* 19 gressit *R*[a] 21 *s. a. PL, qui habent* d. nn. k. iun. sirmi conss. 22 et cc. *om. PL* | firmo] *CRM*, marcellino *S* (*ex c.* 9?), zosimo (*ex c.* 13) *PL* | certa acc. lege *PL* 25 domum *M*[a] | afferre *L*[a] | *s. a. PL h. l. et ad c.* 9 | pp.] d. *PL ad c.* 9 | sirmi a. cc. *PL. h. l.*, cc. *PL ad c.* 9

13 Idem AA. et CC. Zosimo. A procuratore dolum et omnem culpam, non etiam improuisum casum praestandum esse iuris auctoritate manifeste declaratur. D. k. Febr. Sirmi *CC.* conss. [B 14, 1. 75] a. 294

14 Idem AA. et CC. Hermiano. Si secundum mandatum Tryphonis ac Felicis equos tua pecunia comparatos uel in solutum a proprio debitore tibi traditos uni de his utriusque uoluntate dedisti, ad parendum placitis eos mandati iudicio conuentos bona fides urguet. D. vi k. April. Sirmi *CC.* conss. [B 14, 1, 76] a. 294

15 Idem AA. et CC. Avrelio Precario Athenaeo. Mandatum re integra domini morte finitur. D. xvii k. Mai. *CC. conss.* [B 14, 1, 77] a. 294

16 Idem AA. et CC. Vzando. Ad comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit fide rupta quanti interest mandatoris tenetur. iii k. Oct. [B 14, 1, 78] a. 294?

17 Idem AA. et CC. Avrelio Gorgonio. Salarium incertae pollicitationis peti non potest. [B 14, 1, 79] a. 294?

18 Idem AA. et CC. Tvsciano. Post solutionem a se factam, qui dari mutuo mandauit, ab eo, pro quo intercessit, uel successoribus eius quod solutum est etiam cum usuris post moram recte reddi postulat. D. vii k. Oct. Sirmi . . . conss. [B 14, 1, 80] a. 294?

19 Idem AA. et CC. Avrelio Evgenio. Pretii rerum distractarum, quas uenales mandato praecedente acceperas, ultra licitum usuras ex stipulatione uel mora praestare, licet pignora data probentur, compelli non potes. S. xiiii k. Nov. Sirmi . . . . conss. [B 14, 1, 81] a. 294?

20 Idem AA. et CC. Avrelio Epagatho. Si contra licitum litis incertum redemisti, interdictae conuentionis tibi fidem impleri frustra petis. [B 14, 1, 82]
1 Quod si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidem sumptus recte postulas.

21 Imp. Constantinvs A. Volvsiano pp.[1] In re mandata non pecuniae solum, cuius est certissimum mandati iudicium, uerum etiam existimationis periculum est. nam suae quidem quisque rei moderator atque arbiter non omnia negotia[2], sed pleraque ex proprio animo facit: aliena uero negotia exacto officio geruntur nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa uacuum est. [B 14, 1, 83] a. 313—

22 Imp. Anastasivs A. Evstathio pp. Per diuersas interpellationes ad nos factas comperimus quosdam alienis rebus fortunisque inhiantes cessiones aliis competen- [B 14, 1, 84]

*P* (35, 13...19) *L* (*ut P*) *CR* (*u.* 6 eos ... 14 a se *et u.* 23 non ... 26 negotia *in litura a manu prima*) *M* (*transpon.* 35, 18. 17)

[1] pu.? [2] omnia ex re (*u. i.*)?

1 idem ... zosimo a *om* $M^a$ | aa. et cc.] $Q^b$, a. et c. *S*, aa. *PLCRM*$^b$ | zosimo] aurelio hermoniano *S: unde aut hoc loco aut u.* 4 *supplendum est* aurelio 2 esse] * $R^a$, *om.* $M^a$ | *s. a. PL* 3 sirmi cc. conss.] sir. cc. *PL* 4 hermoniano *S*, germiano *M: cf. ad u.* 1 5 tuam pecuniam $P^a$ 6 placidis $M^a$ 7 *s. a. PL* | sirmi cc. conss.] sir. cc. *PL* 8 aurelio precario athenaeo] *S*, precario *libri* 9 domini *om.* $M^a$ | dfinitur $R^a$ | *s. a. PL* | cc. conss. *om. PL, suppleuit Mommsen* 10 *omissa inscriptione c.* 16 *antecedenti subiungit* $M^a$ | et cc. *om. PL* | zando *S* 11 mandatori *M* | *subscriptionem habent PL, non tamen liquet, utrum ad hanc an ad sequentes constitutiones pertineat. quod ad consules huius constitutionis et c.* 18 *et* 19 *attinet, ex ordine temporis conicias eas omnes incidere in a.* 294 (*CC. conss.*), *ut aut dies subscriptionis in c.* 16 *mutandus aut subscriptio ad c.* 18 *referenda sit. cui tamen non conuenit quod legitur* Sirmi *in c.* 18. 19, *cum Diocletianus inde ab extremo mense Augusto anni* 294 *Sirmium non redierit: exeunte Septembre egit Viminacii, a d. xiiii k. Nou. inter Transmariscam et Dorostolum. subscriptio c.* 19 *fortasse pertinet ad* 37, 2, *ut scribendum sit* AA. conss. 12 et cc. *om. PL* | aurelio] *S*, *om. libri* | gordiano *S* 14 turciano *S*, tusiano *PLM*, tusiano pp. *C*, *om. R* 15 quod] quo $M^a$ 16 *s. a. PL: cf. ad u.* 11 17 et cc. *om. PLC* | aurelio] *S*, *om. libri* | eugenio pp. *C* | reum $P^a$ 19 pignora data] pingnorata $L^a$ | *s. a. PL: cf. ad u.* 11 | sirmi .... conss.] sir. et cc. *P*, sir. conss. *L?* 20 et cc. *om. C* | aurelio] *S*, *om. libri* | pegatho *S*, eupagotho pp. *C*, epagotho *R*, eupagato *M* 21 fidem tibi *C* 23 pp. *om. M* 24 certissimum est *C* 25 rei] ei $M^a$ | negotia sed] $M^b$, negotia *CRM*$^a$: οὐ πάντα κατὰ τὸ πρᾶγμα, πολλὰ δὲ ἐξ οἰκείας ποιεῖ προαιρέσεως *B*, *quasi scriptum fuerit* non omnia ex re sed, *eodemque ducit adnotatio Thalelaei* ἕκαστος ... διοικεῖ τὰ ἴδια πράγματα οὐ πάντως κατὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, ἀλλὰ ἰδίᾳ βουλήσει αὐτὰ διοικεῖ 26 nec] ne *C* 28 eustathio] *S*, eustachio *C*, eustochio *R*, euchatio *M* 29 rebus] conuenire nulla iuris racione antequam satis creditori pro e faceris eam ad solucionem rebus (*uide p.* 359, 14) $M^a$ | que *om.* $M^a$ | inhiantes] ante *C*

tium actionum in semet exponi properare hocque modo diuersas personas litigiorum uexa-
tionibus adficere, cum certum sit pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea
1 suppetebant, sua uindicare quam ad alios ea transferre uelle. Per hanc itaque legem
iubemus in posterum huiusmodi conamen inhiberi (nec enim dubium est redemptores
litium alienarum uideri eos esse, qui tales cessiones in se confici cupiunt), ita tamen, ut,
si quis datis pecuniis huiusmodi subierit cessionem, usque ad ipsam tantummodo solutarum
pecuniarum quantitatem et usurarum eius actiones exercere permittatur, licet instrumento
2 cessionis uenditionis nomen insertum sit: Exceptis scilicet cessionibus, quas inter cohere-
des pro actionibus hereditariis fieri contingit, et his, quascumque uel creditor uel is qui
res aliquas possidet pro debito seu rerum apud se constitutarum munimine ac tuitione
acceperit, nec non his, quas in legatarios seu fideicommissarios, quibus debita uel actiones
seu res aliae relictae sunt, pro his fieri necesse sit: nulla etenim tali ratione intercedente
redemptor, sicuti superius declaratum est, magis existit, qui alienas pecuniis praestitis subiit
3 actiones. Sin autem per donationem cessio facta est, sciant omnes huiusmodi legi locum
non esse, sed antiqua iura esse seruanda, ut cessiones tam pro exceptis et specialiter enu-
meratis quam aliis causis factae seu faciendae secundum actionum, quaecumque cessae
sunt uel fuerint, tenorem sine quadam imminutione obtineant. D. X K. AVG. AREOVINDA
ET MESSALA CONSS. a. 506

23 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Anastasio diuae memoriae principi iustis- [B 14, 1, 85
sima constitutio conscripta est tam humanitatis quam beniuolentiae plena, ut ne quis
alienum subeat debitum cessione in eum facta et amplius consequatur a debitore his, quae
praestauit cessionis auctori, exceptis quibusdam casibus, qui specialiter illi sanctioni conti-
nentur. sed cum hi, qui circa lites morantur, eandem piam dispositionem in sua natura
remanere minime concesserunt, inuenientes machinationem, ut partem quidem debiti uendi-
tionis titulo transferant in alium creditores, reliquam autem partem per coloratam cedant
donationem, generaliter Anastasianae constitutioni subuenientes sancimus nulli licere partem
quidem debiti cedere pecuniis acceptis et uenditione actionum habita, partem autem dona-
tionis titulo uideri transferre, sed, si uoluerit, pure totum debitum donare et per donatio-
nem actiones transferre, non occulte nec per artes clandestinas pecunias suscipere, publice
autem simulatam donationem celebrare, sed undique puram et non dissimulatam facere
1 donationem: huiusmodi enim cessionibus non aduersamur. Si quis autem occulte aliud
quidem agere conatur et pecunias pro parte accepit et uendidit particulatim actiones, par-
tem autem donare simulat uel ipsi, qui emptionem actionis subiit, uel forsitan alii per sup-
positam personam (quia et hoc saepius perpetratum esse didicimus), huiusmodi machina-
tionem penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat, quam ipse uero contractu re ipsa
persoluit: sed omne, quod superfluum est et per figuratam donationem translatum, inutile
esse ex utraque parte censemus, ut neque ei qui cedit actiones neque ei qui eas suscipere

*CRM*

---

1 proparare $M^a$, praeparare $M^b$ *cum B* (κ.π.) παρασκευάζειν | litigiorum] *C cum B* (κ.π.) ταῖς τῶν δικῶν ὀχλήσεσι, litigatorum *RM* | uel exaccionibus $M^a$ 3 ea] $CM^b$ *cum B* (κ.π.) ταῦτα, eos $R^a$, eas $R^bM^a$ 4 inhibere $M^a$ 5 esse *om. C* 6 utque *C* | lutarum $M^a$ 7 actionem *C*, τὰς ἀγωγάς *B* (κ.π.) 8 in…rtum $R^a$ 9 pro actionibus] probationibus *C* | is qui … 10 possidet *om.* $C^a$ 10 minime *C*, ••• $M^a$ 11 in] inter *C*, εἰς *B* (κ.π.) | accionis $M^a$ 12 enim *C* 13 superius $R^b$, perius $R^a$, supra $CM^b$, super his $M^a$, ἀνωτέρω *B* (κ.π.) 14 legis *C*, νόμῳ *BΣ* (κ.π.) 15 exceptis] •ectis $R^aM^a$ | numeratis *M* 16 cessae] $CR^bM^b$, necesse $R^aM^a$: uel cessae *legit BΣ* (κ.π.): ἢ ἐξεχωρήθησαν ἤ 17 tenore *C* | *s. a. Patauinus* 688 19 anastasio d. m. principi] anastasio d. (diui $M^a$) m. principe $RM^a$, anastasii d. m. principis *C*, ab anastasio d. m. principe $M^b$: Ἀναστασίῳ τῷ τῆς θείας μνήμης βασιλεῖ [συνεγράφη] *BΣ* (κ.π.) 20 ne] neque *R* 21 eum] eo *C* 22 praestabit *CR* | continetur $C^a$ 23 hi] $RM^a$, hii $CM^b$: οὗτοι *BΣ* (κ.π.) | lite *C* 24 machinatione *R* 25 titulum $M^a$ | creditores] *M cum BΣ* (κ.π.): μετενέγκωσιν οἱ δανεισταὶ εἰς ἕτερον, creditorem *CR* 26 constitutionis subuenientis $R^a$ | parte *C*, parti $M^a$ 27 et] pro *legunt BΣ* (κ.π.): χρημάτων ληφθέντων πρὸ πράσεως τῶν ἀγωγῶν γενομένης 28 debitum totum *R* 29 actionis *C*: τὰς ἀγωγάς *BΣ* (κ.π.) | non] *C cum BΣ* (κ.π.), hoc non *RM* | pecunias *om.* $M^a$ *contra BΣ* (κ.π.) | autem (aut $M^b$) publice *M* 30 simultam $M^a$ 33 emptione actionem *C*, emptione (—nem $M^b$) actionis partem $R^bM^a$: ἀγορασίαν τῆς ἀγωγῆς *BΣ* (κ.π.) 35 ipse *om. BΣ* (κ.π.) 37 ut] *libri omnes, deficit BΣ* (κ.π.)

curauit aliquid lucri uel fieri uel remanere uel aliquam contra debitorem uel res ad eum
2 pertinentes esse utrique eorum actionem. Sed et si quis donationem quidem omnis debiti facere adsimulauerit, ut uideatur esse tota donatio, aliquid autem occulte susceperit, et in hoc casu hoc tantummodo exactionem sortiri, quod datum esse comprobetur, et si hoc a debitore persoluatur, nulla contra eum uel substantiam eius ex dissimulata donatione oria-
3 tur molestia. Et iustum quidem fuerat hoc remedium debitoribus ab Anastasianis temporibus impertiri, ex quibus etiam lex lata est, quam homines astute lacerandam esse existimauerunt. sed ne uideamur in tanta temporum nostrorum beniuolentia aliquid acerbius admittere, in futuris post praesentem legem casibus haec obseruari censemus, ut omne, quod contra legem Anastasianam excogitatum est, hoc in posterum nostro perfruatur remedio. a. 531—53

24 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.*

Ἡ παροῦσα διάταξις μέμνηται μὲν τῆς Ἀναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως διατάξεως [B 14, 1, 86 τῆς γενομένης περὶ τῶν ἐκχωρήσεων, ἥτις βούλεται τὸν χρήματα δεδωκότα καὶ ἀγωγὰς ἐκχωρηθῆναι[1] μηδὲν πλέον ἀπαιτεῖν ἐκ τῶν ἐκχωρηθεισῶν ἀγωγῶν, εἰ μὴ μόνον ἅπερ δέδωκεν ὑπὲρ αὐτῶν. εὑροῦσα δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ διατάξει πρόσωπά τινα ὑπεξῃρημένα κελεύει καὶ ἐπὶ τούτων τῶν προσώπων τὸ αὐτὸ νόμιμον κρατεῖν καὶ μηκέτι φυλάττεσθαι τὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ διατάξει γενομένην ὑπεξαίρεσιν, ἀλλὰ τὸν δεδωκότα χρήματα μόνον αὐτὰ λαμβάνειν μετὰ τῶν τόκων καὶ πλέον οὐδέν. εἰ δὲ δωρεά τις καθαρὰ γένοιτο ἀγωγῶν, τὴν ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς ἐκχώρησιν ἰσχύειν βούλεται, εἰ μὴ ἄρα κατὰ περιγραφὴν ἐγένετο.| a. 531—53

## XXXVI

## ℞ SI SERVVS SE EMI MANDAVERIT ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AVRELIAE DIONYSIAE. [B 14, 1, 87
Si extero seruus se mandauerit emendum, quamuis nec ex persona serui (quia hoc[2] liber mandare non potest) nec ex domini (quoniam qui mandat, ut a se res comparetur, inutiliter mandat) consistere credebatur actio, tamen optima ratione, quia non id agitur, ut ex ipso mandato, sed propter mandatum ex alio contractu nascatur actio, domino quaeri pla-
1 cuit obligationem. Si itaque domino ignorante emi te mandasti ac te nummos subministrante peculiares soluti sunt, emptori minime liberatio per huiusmodi factum potuit peruenire. nec tamen si tradita nec manumissa es, etiam mandati de ancilla et empti de
2 pretio consequendo tam contrarias actiones ei exercere concedi placuit. Sane in illius arbitrio relictum est, utrumne mancipium an pretium consequi uelit, cum ex peculio quod eius fuit solutio celebrata obligationis uinculo emptorem liberare non potuit. SVBDITA K. OCT. SIRMI IPSIS AA. CONSS. a. 293

*CRM: index c. 24 restitutus est ex B*

---

[1] ἐκχωρηθέντα (*Heimbach*)? [2] hoc *habet etiam BΣ* (κ.π.): ἐπειδὴ τοῦτο ἐλεύθερος: *fuitne* nisi?

---

1 aliqua *C* 2 eorum *om. Rᵃ* | sed] se *Mᵃ* | omnis debiti facere] nominis *Rᵃ* 3 adsimulauerint *Rᵃ* | ut] et *Mᵃ* | in *om. Rᵃ* 4 hoc tant.] tant. *R* | exactione *RM* | esset *Mᵃ* | comprobaretur *R* | a] ad *Mᵃ?* 5 uel] et uel *R* | simulata *C* 6 fuerit *Rᵃ?* 7 lata] *CMᵇ*, data *RMᵃ?: εἰσενέχθη BΣ* (κ.π.) | est] et *Rᵃ* | esse *om. M* | exstimauerunt *RM* 9 haec] *edd. cum BΣ* (κ.π.) ταῦτα, hoc *CRM* | ut] *edd. cum BΣ* (κ.π.) ὡς, et *CRM* | omnem *Rᵃ* 10 anasianam *Mᵃ* | hoc] haec *M*, τοῦτο *BΣ* (κ.π.) 12 constitutio graeca *RM: inscriptionem suppleui* 13 *dedi indicem B ex Coislin.* 152 (*secundum Heimb.*) *et Paris.* 1352 (*sec. Cuiac. Obseru.* 16, 16 *et Fabrot.*). *ad finem indicis additur:* Ἑλληνικὴ δὲ οὖσα τῆς κατὰ πόδα παραδόσεως οὐ δεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν διάστιξιν 17 ἐν ἐκείνῃ] *Coisl.*, ἐκείνῃ *Fabr.*, ἐκείνην *Cui.* 18 αὐτὰ λαμβάνειν] ἀντιλαμβάνειν *Cui.* | καὶ πλέον οὐδέν *om. Cui.* 22 se emi mandauerit] *SC*, emi mandauerit (—rat *R*) se *RM* 23 aurelio *S, om. libri* 28 nonmos *Mᵃ* 30 es] est *Mᵃ, inc. Rᵃ* | epti *R*, ἐξ ἔμπτο *BΣ* (κ.π.) 31 actiones tam contrarias *C*, οὕτως ἐναντίας ἀγωγάς *BΣ* (κ.π.) 32 mancipio *Mᵃ* 33 *s. a. Russardus*

# XXXVII

## ℞ PRO SOCIO ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AVRELIO. Societatem [B 12, 1, 83] uno pecuniam conferente alio operam posse contrahi magis obtinuit. D. III NON. MAI. AA. CONSS. a. 2 3

2 IDEM AA. ET CC. PANNONIO. Cum proponas te praedium coniuncto dominio [B 12, 1, 84] cum patruo tuo comparasse in possessionemque tam te quam ipsum inductum, iuris ratio efficit, ut dominium fundi ad utrumque pertineat. sane quia pretium a te solo numeratum et sollemnibus pensitationibus cessante socio satisfactum esse dicis, iudicio societatis id quod eo nomine praestari oportuerit consequeris.

3 IDEM AA. ET CC. AVRELIO VICTORINO MILITI. Cum in societatis contrac- [B 12, 1, 85] tibus fides exuberet conueniatque aequitatis rationibus etiam compendia aequaliter inter socios diuidi, praeses prouinciae, si patrem tuum salinarum societatem participasse et non recepta communis compendii portione rebus humanis exemptum esse reppererit, commodum societatis, quod deberi iuxta fidem ueri constiterit, restitui tibi praecipiet. PP. VI K. SEPT. . . . . . CONSS.

4 IDEM AA. ET CC. AVRELIO CELERI. Si societatis iure uel transactioni stipu- [B 12, 1, 86] latione subdita bonorum omnium aequis partibus inter te et Fabiam diuisionem recte fieri placuit, quo minus haec rata seruentur, nihil interest, utrumne testatus, qui fuerit obligatus, an intestatus rebus sit humanis exemptus.

5 IDEM AA. ET CC. AVRELIO THEODORO. Tamdiu societas durat, quamdiu [B 12, 1, 87] consensus partium integer perseuerat. proinde si iam tibi pro socio nata est actio, eam inferre apud eum, cuius super ea re notio est, non prohiberis. D. XII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

6 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. De societate apud ueteres dubitatum est, [B 12, 1, 88] si sub condicione contrahi potest: puta 'si ille consul fuerit' societatem esse contractam. sed ne simili modo apud posteritatem sicut apud antiquitatem huiusmodi causa uentiletur, sancimus societatem contrahi posse non solum pure, sed etiam sub condicione: uoluntates etenim legitime contrahentium omnimodo conseruandae sunt. D. PRID.[1] a. 531

7 IDEM A. IOHANNI PP. Sancimus ueterum dubitatione semota licentiam [B 12, 1, 89] habere furiosi curatorem dissoluere, si maluerit, societatem furiosi, et sociis licere ei renuntiare. et quemadmodum in omnibus aliis contractibus legitimam auctoritatem ei dedimus, ita et in hac parte eum permittimus competenter commodis furiosi prouidere. D. . . . . . . CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS. a. 531

*P* (37 ℞ 1. 3. 5 [6 *p*] *L* (37 ℞ 1. 3. 5. 6) *CRM*

[1] d. prid. k. Mai. Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestis uu. cc.?

3 impp. d. et max.] idem *PL* | et cc. *om. M* | aurelia *PL*, aurelius *R*, aureli *M* 4 conferentem *C* | otinuit $R^a$ | *s. a. PL* 5 aa. conss.] a. et cc. *P*, *inc. L* 6 *inscriptionem om.* $M^a$ | pannonio] *CR*, pamponio $M^b$, aurelio uictorino militi (*ex c.* 3) *S* | proponis *R*, personas $M^a$ 7 tuo *om. C contra* *BΣ* (κ.π.) | tam te] tante $C^a$ | inductum] coniunctum $M^a$? 8 dominum $M^a$ | solo] $CR^bM^b$, solum $R^aM^a$: παρά σου μόνου *BΣ* (κ.π.) | numeratum] *R*, numer. est *CM*: ἠριθμῆσθαι καὶ *BΣ* (κ.π.) 9 iudicio] in iud. *R* 10 oportuerat *M* | *de subscriptione uide ad p.* 360, 11 11 aurelio uictorino militi] *S ad c.* 2, aurelio *S h. l.*, uictorino *PLCR*, uictoriano *M* 12 exuberet conueniatque ... diuidi] $CM^b$, exiberi conueniat quae ... diuidi $PLRM^a$ | compedia $M^a$ 15 *s. a. P* (*in L penitus erasa est*): *fortasse pertinet ad c.* 4 16 sep. cc. *P* 17 *inscriptionem om.* $M^a$ | aurelio] *S*, *om. libri* | si *om. C* | transactioni] *ita* *BΣ* (κ.π.): εἰ δικαίῳ κοινωνίας ἢ τῇ διαλύσει ἐπερωτήσεως ὑποβληθείσης, transactionis *CRM* | stipulationis $R^a$ 18 inter] in $R^a$ | fabiam] $C^b$, fam*iam $C^aM^a$, famiam *R*, faniam $M^b$: μεταξὺ σοῦ καὶ Φαβίου *BΣ* (κ.π.) 19 fuerat *C* 20 *de subscriptione uide ad u.* 15 21 aa.] a. *M* 23 est] ἔσται *B* (κ.π.) | non *om.* $L^a$ | *s. a. PL* | nicomediae cc. conss.] nicom, cc. *PL* 25 societate] sotietat $p^a$ 26 si sub] sub $R^a$ | puta] ut puta $CM^b$ 27 dissimili *C* | apud] ad *pL* | apud] *W*, ad *pLCR*, *om. M* 29 omnino *M* | *s. a. pL* 30 pp.] p. *M* | ueteri *C* | remota *C* 31 curatores *M* | si maluerit *om.* $M^a$ 32 aliis omnibus *M* | ei] eis *M* 33 et *om. C* | hac *om.* $M^a$ | eum] eis $M^1$ | permitti *R* | *s. a. Contius* 1571 34 orest. *Contius*

# XXXVIII

## ℞ DE CONTRAHENDA EMPTIONE ℞

1 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. AVRELIO PAVLO. Vendi- [B 19, 5, 11 Epit. 16, 43] tiones, etsi in alio loco quam in quo possessiones constitutae sunt fiant, non ideo irritae esse creduntur. D. XII K. MAI.

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AVRELIO AVITO. Emptionem et [B 19, 5, 12] uenditionem consensum desiderare nec furiosi ullum esse consensum manifestum est. intermissionis autem tempore furiosos maiores uiginti quinque annis uenditiones et alios quoslibet contractus posse facere non ambigitur. D. VIII ID. MAI. MAXIMO *II* ET AQVILINO CONSS. a. 286

3 IDEM AA. ET CC. VALERIAE VIACRAE. Si donationis causa uenditionis [B 19, 5, 13] simulatus contractus est, emptio sui deficit substantia. sane si in possessionem rei sub specie uenditionis causa donationis, ut te aleret, induxisti, sicut donatio perfecta facile rescindi non potest, ita legi, quam tuis rebus donans dixisti, parere conuenit.

4 IDEM AA. ET CC. AVRELIO LVCIANO. Cum res tibi donatas ab [Vat. 293 B 19, 5, 14] herede donatricis distractas esse proponas, intellegere debueras duplicari tibi titulum possessionis non potuisse, sed ex donatione et traditione[1] dominum factum frustra emisse, cum rei propriae emptio non possit consistere, ac tunc demum tibi profuit, si ex donatione te non fuisse dominum demonstretur. sane quoniam omnia bona tibi ab ea donata et tradita dicis[2], ad hoc a filio facta uenditio rerum maternarum adferre perfecta etiam donatione poterit defensionem, ne uel exemplo inofficiosi testamenti possit haec auocare[3]. PP. IIII K. IVN. *AA.* CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. VMBIGAE GRATIAE. Cum ipse tutor nihil ex bonis pupilli quae distrahi possunt comparare palam et bona fide prohibetur, multo magis uxor eius hoc facere potest. D. VIII K. DEC. AA. CONSS. a. 293

6 IDEM AA. ET CC. AVRELIO LVCRETIO. Si Gaudentius in matrem tuam titulo uenditionis sine quadam fraude dominium mancipii transtulit, non idcirco, quod post inter eos matrimonium et diuortium secutum dicitur, iuri eius quicquam derogatum est: quod uindicare, te matri tuae successisse probans, minime prohiberis.

7 IDEM AA. ET CC. AVRELIO ISIONI. Si ancillam ex emptione sibi [B 19, 5, 17 (Zach.)] quaesitam mater tua donatione a secundo marito postea se simulauit accepisse, tituli falsi

*$A^{ul}$* (38 ℞) *P* (38 ℞ 1. 2. 5. 7. 3. 6) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] quod autem res tibi ab herede don. distr. esse pro[ponis, duplicari] tibi t. p. n. potuisse constat, sed ex perfecta uenditione *Vat., ubi praecedunt alia* [2] uobis ab ea d. et tr. dicitis *Vat.* [3] quibus omnibus praeses prouinciae notionem praebebit *addunt Vat.*

---

2 emptione] *$SAR^aM^a$*, uenditione et emptione (epmt. *P*) *$PLR^bM^b$*, emptione et uenditione *C* 3 impp. ual. (ualerius *RM*) et gall. (gallianus *M*) aa.] *SRM,* idem aa. et cc. *PL,* impp. diocl. et max. aa. et cc. *C* | aurelio] *S, om. libri* 4 fiunt *PLR* 5 esse *om. $P^a$* | *s. a. PL* 6 impp. d. et m.] idem *PL* | aurelio] *S, om. libri* | auio *S* 7 consensum *om. $P^a$* | nec] ne *$L^a$* 8 uenditiones] *$PLM^b$*, uenditionis *$M^a$*, uenditionem *CR:* πρᾶσιν καὶ οἱονδήποτε συνάλλαγμα *B* 9 ambiguitur *$M^a$* | *s. a. PL* | II *om. PL* 11 uiacre *S* (*secundum Bluhmium*), *om. libri* 12 defecit *CM* | possessione *M?* | 13 donationis] *$PL^aR^bM^b$*, *om. $L^bCR^aM^a$?* | donatio perfecta] *PL*, perf. don. *$RM^b$*, don. (*om.* perf.) *$CM^a$* 14 tuis] suis *$P^tL^t$* | parere] *$LM^a$*, pareri *$PCRM^b$* | *in PL additur subscriptio c.* 5 15 et cc. *om. M* | aurelio] *Vat. S, om. libri* | liciano *S* 16 distractas esse] *dett. cum Vat.* (*u. s.*), distractas *$RM^a$*, distracta *C,* distractas tibi *$M^b$* 18 tum *$GW^a$* *Vat.* | profuerit *Vat.* 19 demonstraretur *C,* monstretur *Vat.* | bona *om. Vat.* | donata] dona *$M^a$* 21 haec] *$CR^b$ Vat.*, hoc *M, inc. $R^a$* | aduocare *$CR^a$* | *s. a. Vat.* 22 aa.] *scripsi ex more Iustinianorum,* diocl. et maximiano v et IIII *Vat.* 23 umbige *S, om. libri* | gretiae *R* 25 potest] non p. *$P^a$* | *s. a. PL ad c.* 3 | aa. cc. conss. *PL* 26 et cc. *om. L* | aurelio] *S, om. libri* 27 mancipia *$R^a$* 28 uendicari *$M^a$* 29 te] te si *C* | successisti *C* | *in PL additur subscriptio c.* 7 30 et cc. *om. PLM* | aurelio] *S, om. libri* | isioni] *CRM,* lysinioni *S,* istioni *PL* | exemptionem *uel* exeptionem *$R^a$*, emption *$P^a$*

figmentum dominium ei duplicare uel auferre non potuit. S. non. Mart. Sirmi CC. conss. a. 294

8 Idem AA. et CC. Herodi et[1] Diogeni. Si non donationis causa, sed uere [B 19, 5, 18] uineas distraxisti nec pretium numeratum est, actio tibi pretii, non eorum quae dedisti repetitio competit. D. xvii k. April. CC. conss. a. 294

9 [2]Idem AA. et CC. Severo militi. Empti fides ac uenditi sine [B 19, 5, 19 (15 Heimb.)] quantitate nulla est. placito autem pretio non numerato, sed solum tradita possessione istiusmodi contractus non habetur irritus, nec idcirco is qui comparauit minus recte possidet, quod soluta summa quam dari conuenerat negatur. sed et donationis gratia praedii facta uenditione si traditio sequatur, actione pretii nulla competente perficitur donatio. D. viii k. April. Sirmi CC. conss. a. 294

10 Idem AA. et CC. Avreliae Gordianae. Si mater tua uelut ex bonis [B 19, 5, 20] patris praedium suum comparauit, cum rei propriae non consistat emptio et hanc simulatam proponas, huiusmodi placitum mutare substantiam ueritatis et ei nocere non potuit. D. vii id. April. CC. conss. a. 294

11 Idem AA. et CC. Avrelio Paterno. Inuitum compa- [B 19, 5, 17 (Heimb.) Epit. 16, 44] rare uel distrahere postulantis causam iustam non continet desiderium. PP. iii non. Dec. CC. conss. a. 294

12 Idem AA. et CC. Avrelio Paciano. Non idcirco minus emptio perfecta [B 19, 5, 18] est, quod emptor fideiussorem non accepit uel instrumentum testationis uacuae possessionis omissum est: nam secundum consensum auctoris in possessionem ingressus recte possidet.
1 Pretium sane, si eo nomine satisfactum non probetur, peti potest: nec enim licet in continenti facta paenitentiae contestatio consensu finita rescindit.

13 Idem AA. et CC. Avrelio Decio Lolliano. In uendentis uel [B 19, 5, 19 Epit. 16, 45] ementis uoluntatem collata condicione comparandi, quia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est. idcirco dominus inuitus ex huiusmodi conuentione rem propriam uel quilibet alius distrahere non compellitur.

14 [3]Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Flaviano pp. Illyrici[4]. [Th. 3, 1, 6 B 19, 5, 20] Dudum proximis consortibusque concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent neque homines suo arbitratu uendenda distraherent. sed quia grauis haec uidetur iniuria, quae inani honestatis colore uelatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, superiore lege cassata unusquisque suo arbitratu quaerere uel probare possit emptorem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohi- [(Th.)] buerit. D. vi k. Ivn. Vincentiae Tatiano et Symmacho conss. a. 391

15 Imp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Super rebus uenumdandis, si [B 19, 5, 21 (25 Zach.)] quis ita rem comparauit, ut res uendita esset, quanti Titius aestimauerit, magna dubitatio

*A*[ul] (38, 14) *P* (38, 8...12. 14) *L* (*ut P*) *D* (*ad* 38, 13) *CRM*

[1] et *del.* [2] *fortasse iungenda est* 7, 26, 8 [3] *iunge* 1, 18, 12 [4] et Italiae *addit Th.*

1 afferre *PL*[a] | *s. a. PL h. l. et ad c.* 6 | s.] pp. *PL ad c.* 6 | sirmi cc. conss.] sir. *PL h. l*, sir. cc. *PL ad c.* 6 3 et cc. *om. CM* | herodi et] *S, om. libri* 4 nec ... dedisti *om. C*[a] 5 competit] tibi c. *R* | *s. a. PL* | cc. conss.] cc. *PL* 6 ad seuerum *PL*, seuerus *R* | militi] *S, om. libri* 8 habeatur *C* | is *om. M*[a] 9 et] *RM*[b] *cum B:* ἀλλὰ καί, *om. PLCM*[a] 10 praedii *R*[a]*?* | proficitur *P*[a]*R*[a] 11 *s. a. PL* | sirmi cc. conss.] sir. cc. *PL* 12 aurelio *S* (*Bluhme*), *om. libri* | gordianae] *SRM*, gordiano *PLC* 13 cum] et cum *R* | et hanc] hanc *C* 14 placito *R*[a] 15 *s. a. PL* | cc. conss.] cc. *PL* 16 *inscriptionem om. M*[a] | aurelio] *S, om. libri* 17 *s. a. PL* 18 cc. conss.] cc. *PL* 19 aa. et cc.] a. *S*, aa. *P*[a] | aurelio] *S, om. libri* | pactiano *C*, patiae *M* 20 testationis u. poss.] emptionis *P*[a]*L*[a] 23 penit. contestatione *P*[a]*L*[a], contestatio paenit. *C* | rescindi *P* | *in PL additur subscriptio c.* 14 24 aurelio decio] *S, om. libri* | lolliano] *CM*, tolliano *R*, iuliano *SD* 25 uoluntate *DRM* | condictione *C*, conditio *R*, condicio.. *M*[a] 26 idcirco] *M*[a], et idcirco *DC*, idcircoque *RM*[b] 28 impp. *A*[u]*LCR* | grat. ualent. (ualentinus *M*) et theod.] *APLRM cum Th.* (idem), ualent. grat. et theod. *S*, grat. ualerianus theodorus *C*, ualent. theod. et arcadius *rectius* 1, 18, 12 | aa. *R* 29 pp.] p. *M* 30 arbitrio *RM* 31 uidentur *C* | inanis *R* | uelatur] uidetur *P*[a]*L*[a], uideatur *R*[a] 34 *s. a. Th. PL et PL ad c.* 12 | vi] u *PL h. l.* | iun.] ian. *PL ad c.* 12 | uincentiae ... symmacho] uicearciae et taciano *PL h. l.*, uicent. (uinc. *L*) et summaco *PL ad c.* 12 35 pp.] p. *M* | uendendis *R* 36 ita rem] res ista *C* | comparauerit *R* | existimauerit *C*

1 exorta est multis antiquae prudentiae cultoribus. Quam decidentes censemus, cum huiusmodi conuentio super uenditione procedat 'quanti ille aestimauerit', sub hac condicione stare uenditionem, ut, si quidem ipse qui nominatus est pretium definierit, omnimodo secundum eius aestimationem et pretia persolui et uenditionem ad effectum peruenire, siue in scriptis siue sine scriptis contractus celebretur, scilicet si huiusmodi pactum, cum in scriptis fuerit redactum, secundum nostrae legis[1] definitionem per omnia completum et absolutum
2 sit. Sin autem ille uel noluerit uel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse uenditionem quasi nullo pretio statuto: nulla coniectura, immo magis diuinatione in posterum seruanda, utrum in personam certam an in uiri boni arbitrium respicientes contrahentes ad haec pacta uenerunt, quia hoc penitus impossibile esse credentes per huius-
3 modi sanctionem expellimus. Quod et in huiusmodi locatione locum habere censemus. D. K. AVG. LAMPADIO ET ORESTE CONSS. a. 530

## XXXVIIII

## ℞ DE HEREDITATE VEL ACTIONE VENDITA ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. GEMINIO. Aes alienum here- [B 19, 4, 25 (Heimb.)] ditate nomine fisci uendita ad onus emptoris bonorum pertinere nec fiscum creditoribus hereditariis respondere certum et absolutum est. D. III NON. NOV.

2 IMP. ANTONINVS A. TITIO FLORIANO. Ratio iuris postu- [B 19, 4, 26 BΣ 18, 7 sch. 59] lat, ut creditoribus hereditariis et legatariis seu fideicommissariis te conuenire uolentibus tu respondeas et cum eo, cui hereditatem uenumdedisti, tu experiaris suo ordine. nam ut satis tibi detur, sero desideras, quoniam eo tempore, quo uenumdabatur hereditas, hoc non est comprehensum. quamuis enim ea lege emerit, ut creditoribus hereditariis satisfaciat, excipere actiones hereditarias inuitus cogi non potest.

3 IMP. ALEXANDER A. QVINTIANO ET TIMOTHEO. Nominis uenditio et [8, 41, 1 B 19, 4, 27] ignorante uel inuito eo, aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet. D. VIII ID. FEBR. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

4 IDEM A. AVRELIO DIOGENI MILITI. Qui nondum certus de quan- [B 19, 4, 28 Epit. 16, 24] titate hereditatis, persuadente emptore quasi exiguam quantitatem, eam uendidit, bonae fidei iudicio conueniri[2], ut res tradat uel actiones mandet, non compellitur suoque iure eorum persecutionem habet. D. XVII K. OCT. MAXIMO *II* ET AELIANO CONSS. a. 223

5 IDEM A. NONARIO ONESIMO. Emptor hereditatis actionibus mandatis eo iure uti debet, quo is cuius persona fungitur, quamuis utiles etiam aduersus debitores hereditarios actiones emptori tribui placuerit. PP. K. MART. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

6 IDEM A. POMPONIO[3] MILITI. Qui tibi hereditatem uendidit, [7, 10, 3 B 19, 4, 29 BΣ 47, 1, 34] antequam res hereditarias traderet, dominus earum perseuerauit et ideo uendendo [(7, 10, 3)]

*P* (39 ℞ 1. 3...6) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] 4, 21, 17 [2] conuentus? [3] Pompeio *l. gem.*

---

1 cultoribus prudentiae (pdentiae *R^a?*) *R*, cultoribus *om. M* 2 conueracio *M^a* 3 stare uendicionem *bis M^a* | ut] et *C*, et ut *R^a* | finierit *M* 4 exsolui *C* 5 si *om. R^a* 8 statutum *M^a* 11 quod et] que *M^a* 12 *s. a. Merillius* 14 uel] et *L^aC* | actio uenditi *S* 15 imp. *C* | geminiano *C*, gemino *R* | hereditatem *C* 16 neque *C* 17 *subscriptio supra data, quam habent PL, aut huc pertinet aut ad c.* 2 18 antonius *M* | titio] *S, om. libri* 20 cui *om. C* 21 uenundebatur *R* 23 excipere act. her. inu.] *W^aQ*, excipere act. her. inu. tamen *CR*, tamen excipere acc. her. inu. *M* | *de subscriptione uide ad u.* 17 24 quintiano et] *S, om. libri* | theomoto *S* 25 ignorare *P^a* | *s. a. PL cum l. gem.* | d. VIII (uiiii *P*)] *PL*, pp. V *l. gem.* 26 II] *l. gem., om. PL* | conss. *om. PL* 27 aurelio] *S, om. libri* | diogeni *om. C, deficit M^a* | militi] *S, om. libri* | certum *C* 28 prosuadente *C* | exguam *M^a* 29 suoque] *PL^a*, suo quoque *L^bCRM:* οὐκ ἀναγκάζεται πληρῶσαι ..., ἀλλ' ὡς ἂν μὴ γενομένης τῆς πράξεως καὶ τὰ πράγματα διακατέχει καὶ τὰ χρέη δύναται ἀπαιτῆσαι *Epit.* 30 persecionem *M^a* | habeat *C* | *s. a. PL* | II *om. PL* 31 nonario (nouario *Bluhme*)] *S, om. libri* | onesimae *RM*, diogeni *PL* 32 is] his utitur *C* 33 *s. a. PL* 34 pompinio *R* | militi] *S, om. libri* 35 perseuerauerit *PLR*

eas aliis dominium transferre potuit. sed quoniam contractus fidem fregit, ex empto actione conuentus quod tua interest praestare cogitur. PP. VIII K. IVL.[1] AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MANASEAE[2]. Postquam eo de- [B 19, 4, 30] cursum est, ut cautiones quoque debitorum pignori darentur, ordinarium uisum est, ut post nominis uenditionem utiles emptori, sic (ut responsum est) uel ipsi creditori postulanti dandas actiones.

8 IDEM AA. ET CC. VIGILIANO. Ex nominis emptione dominium rerum obli- [B 19, 4, 31] gatarum ad emptorem non transit, sed uel in rem suam procuratori facto uel utilis secundum ea, quae pridem constituta sunt, exemplo creditoris persecutio tribuitur. S. XV.

9 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Certi et indubitati iuris est ad similitu- [B 19, 4, 32] dinem eius, qui personalem redemerit actionem et utiliter eam mouere suo nomine conceditur, et eum, qui in rem actionem comparauerit, eadem uti posse facultate. cum enim actionis nomen generale est omnium siue in rem siue in personam actionum et apud omnes ueteres iuris conditores hoc nomen in omnibus pateat, nihil est tale, quod differentiam in huiusmodi utilibus actionibus possit introducere. D. K. NOV. CONSTANTINOPOLI *POST CONSVLATVM* LAMPADII ET ORESTIS VV. *CC.* a. 531

## XXXX

## ℞ QVAE RES VENIRE NON POSSVNT ET QVI VENDERE VEL EMERE VETANTVR ℞

1 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. [B 19, 1, 80 (Heimb.) Epit. 16, 50] FAVSTO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. Fucandae atque distrahendae purpurae uel in serico uel in lana, quae blatta uel oxyblatta atque hyacinthina dicitur, facultatem nullus possit habere priuatus. sin autem aliquis supra dicti muricis uellus uendiderit, fortunarum se suarum et capitis sciat subiturum esse discrimen.

2 IDEM AAA. CARIOBAVDI DVCI MESOPOTAMIAE. Comparandi serici a barbaris facultatem omnibus, sicut iam praeceptum est, praeter comitem commerciorum etiamnunc iubemus auferri.

3 [3]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD SENATVM ET POPVLVM. [B 19, 1, 81 Epit. 16, 49] Quia nonnunquam in diuersis litoribus distrahi publici canonis frumenta dicuntur, uendentes et ementes sciant capitali poenae se esse subdendos et in fraudem publicam commercia contracta damnari. D. XVII K. MART.[4] CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

*P* (39, 6. 9. 7 [8 *p*]) *L* (39, 6. 9. 7. 8) *C* (*transponit* 40, 4. 3) *RM*

---

[1] pp. VI k. Aug. *l. gem.* [2] Mnaseae (*cf.* 4, 5, 6)? [3] *iunge* 11, 23, 2 *et Th.* 6, 2, 12. 13. 6, 4, 31. 12, 6, 24. 13, 5, 27. 13, 9, 5 [4] Mai. Mediolani (*u. i.*)?

---

1 actione *om.* $M^a$ 2 *s. a. PL cum loco gemino* | agr. et clem. cc. *PL* 4 aa.] aa. et c. *S*, *om. M* | manaseae] *PLM*, menasee *S*, manasae *C*, maneaseae *R* 5 ut post] $PL^a$?*C*, post $L^bRM$: καὶ ὅτι ὁ ἀγοραστὴς τοῦ γραμματείου καὶ ὁ ὑποθήκῃ αὐτὸ λαβὼν δύναται καὶ ὁ δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς κινεῖν τὰς ὡρισμένας ἀγωγὰς κατὰ τοῦ χρεωστοῦ *B* (*Tipucitus*) 6 utilis *C*, *inc.* $M^a$ 7 *in PL est subscriptio* 40, 3 9 procuratori] $pL^a$?*M*, procuratore $L^bCR$ | utiles $p^a$ 10 *s. a. pL* 11 iustinus $M^a$ | certi] aperti $P^bL$, aerti $P^a$ 12 et … 13 actionem *om.* $P^a$ | suo nomine … 13 actionem *om.* $L^a$ 13 posse] potest $R^a$ 14 est *om.* $P^a$ | omnibusum $R^a$, dominium *C* 15 ueteris *L* | in *om. C* 16 inducere *R* | *s. a. PL, qui habent:* d. k. nu. cp. cp. lamp. et hor. uu. conss., *ubi* cp. *alterum corruptum est ex* pc. 19 ueniri $RM^a$, uendere *S* 21 impp. *CR* | ualentinus *RM*, ualerianus *C* | theodorus *C*, et theodosius *M* | arcadius] arduinus *M* | aa. *CR*, *om. M* 22 frausto *RM* | com. s. l.] *R*, comiti *M*, consuli *C* | fugandae *C*, fuscande $M^a$ 23 syrico *C*, sirico *RM* | iantina *R*, iactina $M^b$ 24 si *C* | dictis *C* 25 esse *om. C* 26 aa. *CR*, a. *SM* | mesopotamiae *om. S* | a] et a *R* 27 est *om. C* | comitem] committere *C* 28 auferre *R* 29 et] et ad *C* 30 litobus $M^a$ | distrai publi $M^a$, distrahen**(tibus?) blici $R^a$ 31 poena *CM* | se *om. C* 32 contracta *om. C* | *s. a. PL ad* 39, 7 | mart. caes. et attico conss.] mar. caus. et aticc. *PL*, mai. med. caes. et att. conss. *loci iungendi*

4 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Favstino pp. Ne frumentum, quod [B 19, 1, 82] deuotissimo exercitui mittitur, in praedam lucrumque uertatur, hac sanctione decernimus, ut, quicumque hoc fuerint forte mercati, honestiores quidem stilum proscriptionis incurrant, inferiores autem uilioresque personae capitali supplicio subiaceant. a. 410 uel

## XXXXI

## ☧ QVAE RES EXPORTARI NON DEBEANT ☧

1 Imppp. Valentinianvs Valens et Gratianvs AAA. ad Theodotvm[1] magistrvm militvm. [B 19, 1, 83 (Heimb.)] Ad barbaricum transferendi uini et olei et liquaminis nullam quisquam habeat facultatem ne gustus quidem causa aut usus commerciorum. a. 370—3

2 Imp. Marcianvs A. Constantino pp. Nemo alienigenis barbaris cuiuscumque gentis [B 19, 1, 84] ad hanc urbem sacratissimam sub legationis specie uel sub quocumque alio colore uenientibus aut in diuersis aliis ciuitatibus uel locis loricas et scuta et arcus sagittas et spathas et gladios uel alterius cuiuscumque generis arma audeat uenumdare, nulla prorsus isdem tela, nihil penitus ferri uel facti iam uel adhuc infecti ab aliquo distrahatur. perniciosum namque Romano imperio et proditioni proximum est barbaros, quos indigere
1 conuenit, telis eos[2], ut ualidiores reddantur, instruere. Si quis autem aliquid armorum genus quarumcumque nationum barbaris alienigenis contra pietatis nostrae interdicta ubicumque uendiderit, bona eius uniuersa proscribi protinus ac fisco addici, ipsum quoque capitalem poenam subire decernimus. a. 455—4

## XXXXII

## ☧ DE EVNVCHIS ☧

1 Imp. Constantinvs A. Vrsino dvci Mesopotamiae. Si quis post hanc [Nomoc. 1, 14] sanctionem in orbe Romano eunuchos fecerit, capite puniatur: mancipio tali nec non etiam loco, ubi hoc commissum fuerit domino sciente et dissimulante, confiscando. D. vi k. Mart.

2 Imp. Leo A. Viviano pp. Romanae gentis homines siue in barbaro [B 19, 1, 85 (Heimb.)] siue in Romano solo eunuchos factos nullatenus quolibet modo ad dominium cuiusdam transferri iubemus: poena grauissima statuenda aduersus eos, qui hoc perpetrare ausi fuerint, tabellione uidelicet, qui huiusmodi emptionis siue cuiuslibet alterius alienationis instrumenta conscripserit, et eo, qui octauam uel aliquod uectigalis causa pro his

*A*[ul] (42) *C* (*transponit* 40, 4. 3) *RM*

---

[1] Theodosium (*I. Gothofredus*)? [2] quos ind. conu. telis, eis (*Mommsen*)?

---

1 pp.] p. *M* 2 uertantur *RM*[a] | hanc *C* | sanctionem *M*[a] 3 proscriptiones *R*[a] | incurrunt *M*[a] 4 subiacent *CM*[a] | *tempus constitutionis definiui ex praefectura Faustini, quae incidit in annos* 410 (11, 2, 6) *et* 413 (12, 19, 5): *incertior est coniectura I. Gothofredi hanc legem cum* 11, 2, 6 *iungendam esse* 6 debeant] *R*, debent *C*, debet *M*, licet *S* 7 impp. *CR* | ualentinus *RM*, ualerianus *C* | ualens *om. C* | aa. *CR*, *om. M* | ad theod.] theodoto *S* 8 barbacum *M*[a] 9 ne] *C*, nec *RM* 11 sacrat. urbem *C* 12 aduenientibus *M* | in *om. M* | uel locis *om. C* | lor. et] lor. *CM* | scutum *R* 13 spadas *R* | cuiusque *R* | gmeris *R*[a] 14 facti iam] factuam *C*, factii *R* | distrahatur *bis R*[a] 17 nationum quarumcumque *C*, quarumcumque in actionum *R*[a] 18 ac fisco] *M*, ad fiscum *CR* 19 subicere *C* | *de annis* 455—457 *constat, quia in codice Iustiniano Valentiniani nomen non omittitur. reliquae ad Constantinum pp. datae constitutiones* (1, 3, 25. 1, 4, 13. 10, 22, 3 *pertinent ad a.* 456 22 ursino] *SAM*, aurelio sino *R*, aurelio ursino *C* | quis] quis autem *C* 23 urbe *R* | eunuchus *CR*[a] | caput *R*[a] | puniantur *M*[a] 24 fecerit *R* | dissimulantem *C*, simulante *R* | *s. a. A* 26 pp. *om. S* 27 facto *C* | dominum *R*[a] 28 poenas grauissimas statuentes *C* | hoc] *A*[u]*M*, haec *A*[l]*CR* | perpetrari *CRM*[a] 29 qui] qui in *R* 30 aliquod] *AC*, aliquid *RM* | causa *om. C*

1 susceperit, eidem poenae subiciendo. Barbarae autem gentis eunuchos extra loca nostro imperio subiecta factos cunctis negotiatoribus uel quibuscumque aliis emendi in commerciis et uendendi ubi uoluerint tribuimus facultatem. a. 457–465

## XXXXIII
## ℞ DE PATRIBVS QVI FILIOS DISTRAXERVNT ℞

**1** IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AVRELIAE PAPINIANAE. [B 19, 1, 86 (Heimb.)] Liberos a parentibus neque uenditionis neque donationis titulo neque pignoris iure aut quolibet alio modo, nec sub praetextu ignorantiae accipientis in alium transferri posse manifesti iuris est. D. XVI K. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

**2** IMP. CONSTANTINVS A. PROVINCIALIBVS SVIS[1]. [Th. 5, 8, 1 mut. B 19, 1, 87] Si quis propter nimiam paupertatem egestatemque uictus causa filium filiamue sanguinolentos uendiderit, uenditione in hoc tantummodo casu ualente emptor obtinendi eius seruitii habeat faculta-
1 tem. Liceat autem ipsi qui uendidit uel qui alienatus est aut cuilibet alii ad ingenuitatem propriam eum repetere, modo si aut pretium offerat quod potest ualere, aut mancipium pro huiusmodi[2] praestet. D. XV K. SEPT. SERDICAE CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTIO C. IIII CONSS. a. 329

## XXXXIIII
## ℞ DE RESCINDENDA VENDITIONE ℞

**1** IMP. ALEXANDER A. AVRELIO MARONI MILITI. [B 19, 10, 65 (Heimb.) Epit. 16, 29] Si pater tuus per uim coactus domum uendidit, ratum non habebitur, quod non bona fide gestum est: mala fide enim emptio irrita est. aditus itaque nomine tuo praeses prouinciae auctoritatem suam interponet, maxime cum paratum te proponas id quod pretii nomine illatum est emptori refundere. D. XI K. MART. ANTONINO ET ALEXANDRO CONSS. a. 222

**2** IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AVRELIO LVPO. [B 19, 10, 66 (72 Zach.) Epit. 16, 30] Rem maioris pretii si tu uel pater tuus minoris pretii distraxit, humanum est, ut uel pretium te restituente emptoribus fundum uenditum recipias auctoritate intercedente iudicis, uel, si emptor elegerit, quod deest iusto pretio recipies. minus autem pretium esse uidetur, si nec dimidia pars ueri pretii soluta sit. PP. V K. NOV. *DIOCLETIANO A. II* ET ARISTOBVLO CONSS. a. 285

**3** IDEM AA. ET CC. TITIAE ET MARCIANAE. [B 19, 10, 67] De contractu uenditionis et emptionis iure perfecto alterutro inuito nullo recedi tempore bona fides patitur, nec ex

$A^{ul}$ (42. 43. 44 ℞ 2) *P* (43. 44) *L* (43. 44) *CRM*

[1] Italis suis *Th.* [2] pro hoc eiusmodi (*Mommsen: u. i.*)?

2 aliis] ab his *C* 3 uoluerit *C* | tribuimur $A^{u}$, tribuerint $A^{l}$ | *constitutiones ad Viuianum pp. datae, quarum dies extat, sunt annorum* 459 *et* 460 5 traxerunt $A^{l}$, traxerint $A^{u}$ 6 et c. *S, om. PL* | aurelio *S, om. libri* | papianae *AM,* papiniae *S* 8 nec] ne *C* | sub textu *A* | accipientes *PLRM:* προσχήματι τῆς τοῦ λαμβάνοντος ἀγνοίας *B* | transferre $R^{a}M$ 9 posse *om.* $R^{a}$ | *s. a. PL, qui habent* d. xui (xu *L*) k. d. nic. cc. (*om.* conss.) 10 constatinus *M* | suis] sub *A, om. SPL* 11 sanguinolentus $APLCR^{l}M^{a}$ 12 optinenti $R^{a}$ | habet *L,* habeant $M^{a}$ 13 licet $R^{a}$ | alienus *A* 14 eum propriam *M* | quo *A* 15 huiusmodi] eo eiusmodi *dett.,* ὑπὲρ αὐτοῦ *B,* eiusdem modi alium (seruum *suppl.*) *Th.* | *s. a. Th.* *PL* | sept. .. 16 conss.] s. *PL* 18 rescindende $P^{a}$ 19 a. *om. L* | aurelio matroni militi *S,* maroni *CRM,* maxoni *PL* 20 gestum ... 21 fide *om.* $R^{a}$ | gestum est] gestum *PL* 22 interponit *C,* interponens $R^{a}$ | paratam $P^{a}$ 23 *s. a. PL, qui habent* d. xi k. mr. ant. et alex. cc. 24 aurelio] *S, om. libri* 25 luppo $ASP^{a}C$, iuppo *R* | ut *om. LC* 26 uenditum *om.* $R^{a}$ 27 iusto] de iusto $PL^{a}$ | recipias *edd.* 28 ueri pr. sol. sit] *AQ,* fuerit pr. sol. $P^{a}LR^{a}$, fuerit ueri pr. sol. $P^{b}C$, fuerit iusti pr. sol. $R^{b}$, pr. sol. sit $M^{a}$, iusti pr. sol. sit $M^{b}$ | *s. a. PL, qui habent* pp. u k. nou. pn. et aris. cc.: *consulatum restituit Beck* 30 titiae et] *S, om. libri* 31 recedi] recedi side (*uel* fide) $M^{a}$

rescripto nostro. quo iure fiscum nostrum uti saepe constitutum est. D. VIII ID. FEBR. AA. *conss.* a. 293

4 IDEM AA. ET CC. SEMPRONIO EVDOXIO. Ad rescindendam uenditionem et malae fidei probationem hoc solum non sufficit, quod magno pretio fundum comparatum minoris distractum esse commemoras. D. NON. APRIL. BYZANTIO *AA.* CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. CLAVDIO RVFO. Si dolo aduersarii deceptum uenditio- [B 19, 10, 68] nem praedii te fecisse praeses prouinciae aditus animaduerterit, sciens contrarium esse dolum bonae fidei, quae in huiusmodi maxime contractibus exigitur, rescindi uenditionem
1 iubebit. Quod si iure perfecta uenditio est a maiore uiginti quinque annis, intellegere debes consensu mutuo perfectam uenditionem resolui non posse. D. XV K. NOV. SIRMI *AA.* CONSS. a. 293

6 IDEM AA. ET CC. NOVISIO GAIANO *VETERANO*. Non est probabilis causa, [B 19, 10, 69] propter quam rescindi consensu factam uenditionem desideras. quamuis enim duplum offeras pretium emptori, tamen inuitus ad rescindendam uenditionem urgueri non debet. a. 293

7 IDEM AA. ET CC. MVCATRAVLO MILITI. Ratas manere semper perfectas iure uenditiones uestra etiam interest. nam si oblato pretio rescindere uenditionem facile permittatur, eueniet, ut et si quid uos laboribus uestris a fisco nostro uel a priuato comparaueritis, eadem lege conueniamini, quam uobis tribui postulatis. a. 293

8 [1]IDEM AA. ET CC. AVRELI*AE* EVODIAE[2]. Si uoluntate tua fundum tuum [B 19, 10, 70] filius tuus uenumdedit, dolus ex calliditate atque insidiis emptoris argui debet uel metus mortis uel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata uenditio. hoc enim solum, quod paulo minori pretio fundum uenumdatum significas, ad rescindendam emptionem inualidum est. quod[3] uidelicet si contractus emptionis atque uenditionis cogitasses substantiam et quod emptor uiliori comparandi, uenditor cariori distrahendi uotum gerentes ad hunc contractum accedant uixque post multas contentiones, paulatim uenditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic quod obtulerat addente, ad certum consentiant pretium, profecto p*er*spiceres neque bonam fidem, quae emptionis atque uenditionis conuentionem tuetur, pati neque ullam rationem concedere rescindi propter hoc consensu finitum contractum uel statim uel post pretii quantitatis disceptationem: nisi minus dimidia iusti pretii quod fuerat tempore uenditionis datum est, electione iam emptori praestita seruanda. D. K. DEC. AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. DOMITIO CIVALENSI. Pretii causa non pecunia [B 19, 10, 71 (80 Zach.)] numerata, sed pro eo pecoribus in solutum consentienti datis contractus non constituitur irritus. D. XV K. IAN. SIRMI *AA.* CONSS. a. 293

10 IDEM AA. ET CC. AEMILIO SEVERO. Dolus emptoris [B 19, 10, 72 Epit. p. 385 not. 33] qualitate facti, non quantitate pretii aestimatur. quem si fuerit intercessisse probatum, non aduersus eum, in quem emptor dominium transtulit, rei uindicatio uenditori, sed contra illum cum quo contraxerat in integrum restitutio competit.

*P* (44, 3...6. 9. 10) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 2, 19, 9. 2, 20, 6. 2, 31, 2 [2] Hymnodae *loci iungendi* [3] quod *del.* (*Mommsen*)

---

1 fiscum] et fiscum *M* | *s. a. PL, qui habent* d. uiii id. f. aa. et cc. 3 et cc. *om. C* | simpronio *S, om. libri* | mala *R* 5 *s. a. PL, qui habent* d. nn. ap. bizantio cc. 6 claudio] *S, om. libri* 9 quinque et uiginti *M* 10 *s. a. PL, qui habent* d. xu k. n. sir. cc. (sir. cc. *om. L*) 12 *inscriptiones c.* 6 *et* 9 *permutauerunt PL* | nouisio gaiano et ueterano *S*, gaiano *CM*, gathano *PL ad c.* 9 *R* | non] si non *C* | probalis $M^a$ 13 uendicionenem $P^a$? 14 urgeri *C* 15 et cc. *om. C* | mucatraulo] *SR*, mucrataulo *C*, mucra *sequentibus erasis M* | semper *om.* $M^a$ | iura $R^a$ 16 obligato $M^a$ 17 et *om. M* 19 et cc. *om. R* | aurelio *S, om. libri* | eubodiae *C* 21 mortis] motis $R^a$ | tegi $M^a$ 22 minori] muri $M^a$ | uenditum *C* 23 quod] quod et $R^a$ 25 concedant *C* 27 respiceres *C*, prospiceres *RM* | conuenditionem $R^a$ 28 neque] ne $M^a$, nec $M^b$ | consensum $R^aM^a$ 29 post *om.* $R^a$ 30 uenditionis] iuste uend. *C* | eptori $R^a$ 31 *subscriptio restituta est ex locis iungendis* 32 *inscriptionem c.* 6 *et* 9 *permutauerunt PL* | et cc *om. R* | dominio *PL* | ciualensi] *S, om. libri* 34 *s. a. PL h. l.* | sirmi aa. conss.] sir. cc. *PL* 35 emilio *S, om. libri* 37 uindicatio] uenditio $R^a$ 38 *in PL additur subscriptio c.* 18

11 IDEM AA. ET CC. AVRELIAE MAGNAE. Venditor factum [B 19, 10, 73 BΣ uol. 2 p. 604]
emptoris, quod eum tempore contractus latuit, post arguendo, non qui eo tempore scierit,
1 quo id ageretur, et consensit, de dolo queri potest. Igitur cum patrem tuum, ut maius
comprehenderetur instrumento pretium, quam rei quae distrahebatur esse conuenerat, con-
2 sensisse profitearis, propter hoc solum de circumscriptione frustra queritur. Sane si placi-
tum pretium non probetur solutum uel in quantitatem debiti per errorem facti compensari
cautum fuit, hoc reddi recte postulatur.
12 IDEM AA. ET CC. ANTIOCHO. Non idcirco minus uenditio fundi, quod [B 19, 10, 74]
hunc ad munus sumptibus necessariis urguentibus non uilioris pretii uel urguente debito
te distraxisse contendis, rata manere debet. illicitis itaque petitionibus abstinendo ac
pretium, si non integrum solutum est, petendo facies consultius.
13 IDEM AA. ET CC. AVRELIO NICAE DECARIA. Si maior annis [B 19, 10, 75 Epit. 16, 61]
uiginti quinque fundum distraxisti, propter hoc solum, quod ementi, ne compararet, socer
tuus denuntiauit, emptionem a te rescindi bona fides non patitur.
14 IDEM AA. ET CC. AVRELIO BASILIDAE MILITI. Ea condicione distractis [B 19, 10, 76]
praediis, ut quod rei publicae debebatur qui comparauit restitueret, uenditor a se celebrata
solutione quanti interest experiri potest, non ex eo, quod emptor non satis conuentioni
fecit, contractus irritus constituitur. S. XV K. IAN. NICOMEDIAE *CC.* CONSS. a. 294
15 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS [Th. 3, 1, 4 B 19, 10, 77 (84 Zach.)]
AAA. AD HYPATIVM PP. Quisquis maior aetate[1] praedia etiam procul posita distraxerit,
paulo uilioris pretii nomine repetitionis rei uenditae[2] copiam minime consequatur. neque
inanibus immorari sinatur obiectis, ut uires sibimet locorum causetur incognitas, qui fami-
liaris rei scire uires uel merita atque emolumenta debuerat. D. VI NON. MAI. MEDIO-
LANI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383
16 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD [Th. 10, 17, 3 B 19, 10, 78]
MAGNILLVM VICARIVM AFRICAE. Si quos debitorum mole depressos necessitas publicae
rationis adstringat proprias distrahere facultates, rei qualitas et redituum quantitas aesti-
metur nec sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur et possessioni-
1 bus uiliore distractis plus exactor ex gratia quam debitor ex pretio consequatur. Hi
postremo sub empti titulo perpetuo dominii iure potiantur, qui tantum adnumerauerint
fisco, quantum exegerit utilitas priuatorum. etenim periniquum est, ut alienis bonis sub
gratiosa auctione distractis parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori.
D. XIII K. IVL. AQVILEIAE. ACC. ID. IAN. HADRVMETI POST CONSVLATVM TATIANI ET
SYMMACHI VV. CC. a. 392
17 [3]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PP. Hi, [Th. 3, 1, 8 B 19, 10, 79 (86 Zach.)]
qui imposita munera ciuitatum fuga[4] destituunt et ineundos furtim existimant esse con-

*P* (44, 10. 11. 13. 14) *L* (*ut P*) *C* (*transponit c.* 13. 14. 12: *c.* 14 *inde a u.* 15 condicione, *c.* 12 *et* 15 *usque ad u.* 23 scire uire *in litura scripsit c*) *RM* (*transponit c.* 14. 13)

---

[1] atque administrandis familiarum suarum curis idoneus comprobatus *ins. Th. eademque legerunt B* (*Zach.*): εἴ τις ὡς μείζων τῶν κε' ἐνιαυτῶν καὶ ἐπιτηδείως διοικῆσαι τὴν ἰδίαν φαμιλίαν δοκιμασθείς, *cf. Tipucitum* (*Heimb.*): ὁ μείζων τῶν κε' ἐνιαυτῶν καὶ ὁ συγγνώμην ἡλικίας λαβών [2] paulo ... uenditae] etiamsi praedii forte totius quolibet casu minime facta distractio est, repetitionis in reliquum pretii nomine uilioris *Th* [3] *iunge* 1, 54, 6. 9, 41, 17. 10, 32, 51 [4] fuga munera ciuitatis *Th.*

---

1 aurelio *S, om. libri* 2 eum *om. PL* 3 quo] quod *PLR*[a] 4 concessisse *M*[a]? 6 prohibetur *M*[a] 8 axiocho *S*, antiochononi *R* 9 uilioribus *M*[a] | debito te] debitore *M*[a] 10 illitis *M* 12 et cc. *om. PL* | aurelio nice decaria *S*, nicae *PL*, niceae *C*, nicene *M*, *om. R* 13 ne] nec *C* 15 et cc. *om. C* | aurelio basilidae militi] *S*, basilidae *libri* 16 ut] et ut *R* 17 expiri *P*, experi *R* 18 constituetur *R* | *s. a. PL* | nic. cc.] nico. *PL* 19 impp. *M*[b], imp. *c*, mpp. *R* | ualent. et theod.] ual. *c*, et ualentinus *M* 20 aa. *cRM* | ad hyp.] ipatio *M* | pp.] p. *M, om. S* 21 repetitionis ... minime *om. R*[a] 23 debueras *C*, debuerit *Th.* | *s. a. Th.* 25 impp. *C*, mpp. *R* | ualentinus *RM* | et arc. aaa. (aa. *C*)] aa. *R* 26 magnilium *C* | uicario *M* | publicis rationibus *R*[a] 27 redditum *M* 28 nec] *Th. cum B* καὶ μή, ne *libri* | et] *Th. cum B* καί, ut *libri* | possessiones *C*[a] 29 hii *C* 30 postemo *R*[a] | empti] emp *M*[a] | dominii] *Q Th.*, dominio *CRM* | qui] hi qui *C* 32 actione *RM*[a] 33 *s. a. Th.* 35 mesalino *M* | pp. *om. S*

tractus, intellegant sibi nihil haec profutura esse commenta et pretio emptorem fugae conscium[1] multandum esse, quod dederit. D. XII K. SEPT. THEODORO CONS. a. 399

18 IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. NESTORIO [B 19, 10, 80 (87 Zach.)] COMITI RERVM PRIVATARVM. Vestium et argenti seu mancipiorum coemendorum, si quando a priuatis nostris ea contigerit uenumdari, palatini sciant sibi copiam denegatam: poena in eos amissionis pretii exercenda. D. III K. IAN. R. ARCADIO . . . . . a. 402 ue

## XXXXV

## ℞ QVANDO LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE ℞

1 IMP. GORDIANVS A. LICINIO RVFINO. Re quidem integra ab emptione et uenditione utriusque partis consensu recedi potest: etenim quod consensu contractum est, contrariae uoluntatis adminiculo dissoluitur. at enim post traditionem interpositam nuda uoluntas non resoluit emptionem, si non actus quoque priori similis retro agens uenditionem intercesserit. [B 19, 5, 22 (Heimb.)]

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AVRELIO FELICI. Per- [B 19, 5, 22. 23]
fectam emptionem atque uenditionem re integra tantum pacto et consensu posse dissolui
1 constat. Ergo si quidem arrae nomine aurum datum sit, potes hoc solum[2] secundum fidem
2 pacti recuperare. Si uero partem pretii persoluisti, ad ea, quae uenditorem oportet ex
uenditione praestare, magis actionem quam ad pretii quantitatem, quam te dedisse significas, habes. D. NON. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293

## XXXXVI

## ℞ SI PROPTER PVBLICAS PENSITATIONES VENDITIO FVERIT CELEBRATA ℞

1 IMP. ANTONINVS A. GEMINIO MATERNO. Venditionem ob tributorum cessationem factam reuocari non oportet neque priore domino pretium offerente neque creditore eius iure hypothecae siue pignoris. potior est enim causa tributorum, quibus priore loco omnia cessantis obligata sunt. [B 19, 13, 1]

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. [Vat. 22 mutil. B 19, 13, 2 (Heimb.) Epit. 15, 57. 58]
ATINIAE PLOTIANAE. Si deserta praedia ob cessationem collationum uel reliqua tributorum ex permissu praesidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, distracta sincera fide iusto pretio sollemniter comparasti, uenditio ob sollemnes praestationes
1 necessitate facta conuelli non debet. Sin autem uenditio nulla iusta auctoritate prae- [(Vat.)]
sidis praecedente facta est, hanc ratam haberi iura non concedunt, idque quod frustra

*P* (45) *L* (45) *CRM*

[1] fugae conscium *om. Th.* [2] *firmant B (u. i.): fuitne* sit solum, potes hoc (*Mommsen*)?

1 hoc nihil sibimet esse profutura *R* 2 conscium ... dederit] ****** $C^a$ | *s. a. Th.* | theodoro uc. cons. *Th.* 3 mpp. *R* | honorius] et h. *S* | aaa.] aaa. et c. *S*, aa. *CR* | nesterio *C*, nestorium *S* 4 rerum priu. *om. M* | seu] seu et *R* 6 poenam $CR^a$ | *s. a. PL ad c.* 10 *in quibus est* d. iii k. ian. r. arc.: *supplendum est aut* Rauennae Arcadio et Honorio AA. v conss. (402) *aut* Romae Arcadio A. VI et Probo conss. (406). *Nestorius comes rei priuatae occurrit anno* 401 *in* 11, 73, 1, *a.* 405 *in* 12, 23, 9 8 liceat] *SC*, licet *PLRM* 9 impp. *R* | lycinio *S*, *om. libri* 11 at] $L^bM^b$, et $PL^aCRM^a$ 12 emptiones $PL^a$ | prioris $CR^aM^a$ 14 imp. *R* | et cc. *om. SM* | aurelio] *S*, *om. libri* 15 atque] et *C* 16 potest (potes *P*) ... 17 recuperari $PL^aCR$, δύνασαι τοῦτο μόνον ἀναλαβεῖν *B* 17 patem $M^a$ | soluisti *CM* 18 quam *om.* $M^a$ | ad *om.* $PL^a$ 19 *s. a. PL, qui habent* d. nn. ap. biz. a. cc. (c. *P*) 22 fuerint *S* 23 impp. *R* | geminio] *S*, *om. libri* 24 facta *C* 25 siue] uel *C* | omnia cess. obl. sunt priore loco *C* 27 aa.] aa. et c. *S*, a. *M* 28 attiniae *S*, *om. libri* | paucione *C* | collationem $R^a$ 29 ex permissu ... tributorum *om.* $R^a$ 30 iuxsto $R^a$ | sollempnis (sollempni*s $R^a$) praestationis necessitatem *R* 31 non *om.* $C^a$ 32 hac $M^a$ | idque] id itaque *R*

gestum est reuocari oportet, ita ut indemnitati tributorum omnibus modis consulatur.
2 Quae omnia tractari conuenit praesente eo, quem emptorem extitisse proponis.

3 IMP. CONSTANTINVS A. AD EGNATIVM FAVSTINVM PRAESIDEM [Th. 11, 9, 2 B 19, 13, 3] BAETICAE. Si quis fundum uel mancipia aliamue rem[1] ob cessationem tributorum uel etiam ob uestium auri argentique debitum, quae annua exactione soluuntur, occupata conuento debitore et apud iudicem interpellatione celebrata, cum solutio cessauerit, sub hasta distracta comparauerit, perpetuam emptionis accipiat firmitatem. sin autem minoris forte persona fuerit inserta, necesse sit legitimae defensionis adesse uenditioni personam, nihilque intersit, utrumne officium summae rei procuratoris an certe rectoris prouinciae id quod debitum fuerit proposuerit[2]. D. PRID. ID. DEC. FELICIANO ET TITIANO CONSS. a. 337

## XXXXVII

## ℞ SINE CENSV VEL RELIQVIS FVNDVM COMPARARI NON POSSE ℞

1 IMP. ALEXANDER A. CAPITONI. Ex conuentione quidem, qua [2, 3, 11 B 19, 14, 1 (Heimb.)] pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret, ut tributa ipsa agnosceret[3], actio tibi aduersus eam cómpetere non potest, et si pactum in stipulationem deductum probetur. sed et si fundus aestimatus ita, ut pars instrumenti significat, in dotem datus est, ex uendito actio, ut placitis stetur, non competit[4]. PP. NON. DEC. IPSO A. III ET DIONE II CONSS. a. 229

2 IMP. CONSTANTINVS A. AD ANTONIVM MARCEL- [Th. 11, 3, 1 B 19, 14, 2 Epit. p. 378 not. 34] LINVM PRAESIDEM[5]. Rei annonariae emolumenta tractantes cognouimus hanc esse causam maxime reliquorum, quod nonnulli captantes[6] aliquorum momentarias necessitates sub hac condicione fundos comparant[7], ut nec reliqua eorum fisco inferant et immunes eos
1 possideant. Ideoque placuit, ut, si quem constiterit huiusmodi habuisse contractum atque hac lege[8] possessionem esse mercatum, tam pro solidis censibus fundi comparati quam pro reliquis uniuersis eiusdem possessionis obnoxius teneatur, cum necesse sit eum qui comparat censum rei comparatae agnoscere, nec licere cuidam[9] rem [Th. 3, 1, 2 mut.]

*CRM*

---

[1] aliamue rem *om. Th.* [2] sin ... proposuerit] cum, si minoris forte p. f. i., n. sit quempiam legitimae defensionis indiguisse persona: praesertim cum ad iuris etiam praesentis et ueteris aequitatem illud quoque indulgendum esse ducamus, ut scilicet par condicio etiam in hac pignorum capione seruetur, quae ob fiscale debitum fuerint occupata, nihilque intersit, utrumne officium summae rei uel (uel *del.: u. s.*) procuratoris an certe rector prouinciae id quod debitum fuerit deleget, si etiam in hac debitores forte cessauerint condicione iuris expressa *Th.* [3] ut et tributa ipsa agnosceret et creditoribus, quibus fuerant praedia obligata, usuras solueret *l. gem.* [4] sed si ... actio ut pl. st. competit *l. gem.* (*u. i.*) [5] prouinciae Lugdunensis primae *addit Th.* [6] captati *Th.* [7] fundos opimos comparent et electos *Th.* [8] hoc genere *Th.* [9] alicui *Th.*

---

1 indempnitate *C*, dempnitate $M^a$ 2 extitisset *C*, extitiss* $M^a$ 3 ad egn. faust. praesidem (presidi *S*)] *S Th.*, faustino praesidi (pp. *R*, praesuli *M*) *CRM* 4 baeticae *om. C* | mancipium *C*, macipia *M* 5 que] quod *C* | debiti *C* 8 necesse] neces $M^a$ | uenditionis *C* 9 procuratoris an certe rectoris] procuratores *C* 10 *s. a. Th.* 12 comparare $CM^a$ 14 conuencioni $M^a$ 15 pacta *R* | ipsa] illa *C* 16 stipulatione *CR* 17 deducta *C* | fundum *C* 18 uenditio $R^a$ | actio *om.* $M^a$ | non competit] $CR^a?R^cM$ *cum Graecis*, competit $R^b$? *cum loco gemino, et ita uidetur scripsisse imperator: negatio autem et copula u.* 17 et *post* sed *insertaene sint a compilatoribus an debeantur Thalelaeo* (*cf. BΣ* 29, 5, 26 *Enantiophanis et scholia recentiora ad B* 11, 1, 72), *non liquet* | *s. a. l. gem.* 20 antonium] *S Th.*, *om. libri* | marcellianum *C* 21 praesidem] *Th.*, praesidem annonariae *S*, *om. libri* 23 eos] eorum *C* 24 constiterat *R* 25 hac] ha $M^a$ | solidis] soli**** $R^a$, solitis $Q^a$ 26 possessio $M^a$ | obnoxiis *C* 27 lucere $R^a$

sine censu comparare uel uendere. D. k. Ivl. Agrippinae Constantino A. v et Licinio C. conss. a. 319

3 Imp. Ivlianvs A. ad Secvndvm pp. Omnes pro his agris quos [Th. 11, 3, 3 B 19, 14, 3] possident publicas pensitationes agnoscant nec pactionibus contrariis adiuuentur, si uenditor aut donator apud se collationis sarcinam pactione illicita uoluerit retinere, etsi [(B)] necdum translata sit professio censualis, sed apud priorem fundi dominum forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes pro possidentibus exigantur. D. xiiii k. Mart. Antiochiae Ivliano A. iiii et Sallvstio conss. a. 363

## XXXXVIII

## ℞ DE PERICVLO ET COMMODO REI VENDITAE ℞

1 Imp. Alexander A. Ivliae Secvndinae. Post perfectam uenditionem [B 19, 6, 14] omne commodum et incommodum, quod rei uenditae contingit, ad emptorem pertinet. auctor enim ex his tantum causis suo ordine tenetur, quae ex praecedente tempore causam euictionis parant, et ita, si ei denuntiatum est, ut causae agendae adesset, et non absente emptore contra eum pronuntiatum est. D. k. Sept.[1] Maximo *ii et Aeliano conss.* a. 223

2 Idem A. Gargilio Ivliano. Cum conuenit, ut singulae amphorae uini [Epit. 16, 6] certo pretio ueneant, antequam tradantur, imperfecta etiam tunc uenditione periculum
1 uini mutati emptoris, qui moram mensurae faciendae non interposuit, non fuit. Cum autem uniuersum quod in horreis erat postea uenisse sine mensura et claues emptoribus traditas adlegas, perfecta uenditione quod uino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet.
2 Haec omnia locum habent non solum si uinum, sed etiam si oleum uel frumentum uel his similia uenierint et ea aut deteriora aut penitus corrupta fuerint. PP. v k. April. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

3 [2]Idem A. Daphenae. Dolum auctoris bona fide emptori non nocere certi [B 19, 6, 15] iuris est. PP. iiii k. Oct. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

4 Imp. Gordianvs A. Silvestro militi. Cum inter emptorem et uenditorem [B 19, 6, 16] contractu sine scriptis inito de pretio conuenit moraque uenditoris in traditione non intercessit, periculo emptoris rem distractam esse in dubium non uenit. PP. xv k. Ian. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

5 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Avrelio Leontio. [Vat. 23 mutil. B 19, 6, 17] Cum speciem uenditam per uiolentiam ignis absumptam dicas, si uenditionem nulla condicio suspenderat, amissae rei periculum te non adstringit. PP. iii non. Nov. Atvbino Diocletiano A. ii et Aristobvlo conss. a. 285

*V* (*incipit u.* 20 pertinet) *P* (48) *L* (48) *CRM*

---

[1] Febr.? [2] *iunge* 8, 56, 1

---

1 *subscriptio restituta est ex Th.* 11, 3, 1 3 iulianus] iustin. *C* 4 aut] atque *R* 5 sarcina *C* | etsi] ut si *C* 6 tranlata $M^a$ | professione *C* 7 possidentes pro possidentibus] possidentebus $M^a$ | *s. a. Th.* 11 iulie secunde *S*, iuliae *om. libri* 12 contigit *M* 13 tantummodo *R* | praecente $M^a$ | causae euictiones pariant $PL^a$, causam euictionis sperant $R^t$ 14 ut] ob *C* 15 *s. a. PL qui habent* d. k. sep. max. 16 aa. *R* | gargilio] *S*, *om. libri* 17 certo] cum certo $M^a$ | ueniant $M^a$ 19 postea] positum postea $P^v$, positum $M^a$ | uenisset$PL^a$? 20 alleges *CR* | post perfectam uenditionem $M^a$ | accedit $PLM^a$ 21 haec] haec autem *C* | habent] *VL*, habeant *PCRM* 22 uenerint $PL^b$, uerint $L^a$, uenierunt *R* | *s. a. V* 24 damphynae *S*, ampnae *PL*, aphnae *R* | bona fide] *V*, bonae fidei *PLCRM* 25 *s. a. VPL, cf.* 8, 56, 1 | pp.] d. *PL* | oct.] mar. *PL* | ii *om. PL* 26 imp.] imp. a. *R* | militi] *S*, *om. libri* 27 contractu] ** contractu $V^a$, contractus $PL^a$ | initio $VP^tL^tR^b$ | moramque $C^a$?$M^a$ | tradictione $M^a$ 28 intercessisset *R*, intercesserit *M* | non uenit] conuenit *V* | *s. a. VPL* | pp. xv] *V*, d. xiiii *PL* 29 a. *om. PL* 30 aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. $CR^bM$ | aurelio] *S Vat.*, *om. libri* 31 assumptam *PLC*, adsumptam $RM^a$ | nullam $P^aC$, ulla $M^a$ | condio $P^a$, condictio $C^a$ 32 te non] rei $C^a$ | constringit *V*?, astringat $PL^a$, adstringet *Vat.* | *s. a. V*: *in Vat. extat* pp., *in PL est subscriptio c.* 6 | iii] *sic uel* ii *uel* iiii *V*

6 [1]IDEM AA. ET CC. AVRELIO CYRILLO. Mortis casus ancillae distractae [B 19, 6, 18] etiam ante traditionem sine mora uenditoris dilatam non ad uenditorem, sed ad emptorem pertinet, et hac non ex praeterito uitio rebus humanis exempta solutionem emptor pretii non recte recusat. S. XV K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

## XXXXVIIII

## ℞ DE ACTIONIBVS EMPTI ET VENDITI ℞

1 IMPP. ANTONINVS A. AELIANAE. Aduersus eum, cui agrum uendidisti, uenditi iudicio consiste: nec enim tibi in rem actio cum emptore, qui personaliter tibi sit obligatus, competit. PP. IIII ID. IVN. LAETO ITERVM ET CEREALE CONSS. [B 19, 8, 56] a. 215

2 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS C. FLAVIO DOMITIANO. [B 19, 8, 57] Venditi actionem ad recipiendum residuum pretium intendere aduersario tuo poteris.
1 Nec quod in compensationem uenerit, quasi et tu inuicem deberes, id obesse tibi poterit, si in bonae fidei contractu, in quo maiores etiam uiginti quinque annis officio iudicis in iis quae dolo commissa sunt adiuuantur, iusto errore te ductum uel fraude aduersarii captum, quasi debitum id esset quod re uera non debebatur, pepigisse monstraueris.
2 Fructus quoque perceptos ante uenditionem contractam, quos, cum uenditioni non accessissent, eundem emptorem inuasisse proponis, eodem iudicio reposces. PP. ID. MART. AEMILIANO ET BASSO CONSS. a. 259

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SERAPODORO. Ex arrali pacto [B 19, 8, 58] personalis dumtaxat paciscentibus actio praeparatur. PP. IIII ID. IVL. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

4 IDEM AA. MVCIANO. Si traditio rei uenditae iuxta emptionis [B 19, 8, 59 Epit. p. 378 not. 58] contractum procacia uenditoris non fiat, quanti interesse compleri emptionem fuerit arbitratus praeses prouinciae, tantum in condemnationis taxationem deducere curabit. PP. VIII ID. SEPT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

5 [2]IDEM AA. ET CC. DECIMO CAPLVSIO. Curabit praeses prouinciae compellere [B 19, 8, 60] emptorem, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretii quam penes se habet cum usuris restituere, quas et perceptorum fructuum ratio et minoris aetatis fauor, licet nulla mora intercesserit, generauit. PP. XII K. OCT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

6 IDEM AA. ET CC.[3] NERATIO. Venditi actio, si non ab initio aliud conuenit, [B 19, 8, 61] non facile ad rescindendam perfectam uenditionem, sed ad pretium exigendum competit. S. VI ID. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293

*VP* (48 [6 *p*] 49 ℞ 1. 3. 4. 6) *L* (48. 49 ℞ 1. 3. 4. 6) *C* (48. 49, 2. ℞ 1. 3. 4. 6. 5: 49, 2 *iteratur post* 49, 17) *RM*

[1] *iungenda uidetur* 4, 49, 16 [2] *iunge* 2, 40, 3 [3] Aurelio *suppl.* (*u. i. S*)

1 et cc. *om. C* | aurelio] *S, om. libri* | quirillo *S*, cirillae *pLCM* 2 etiam] et *C* 3 praeterio *L^a* | excepta *C*, sed (sed *del. L^b*) ex menta *p^a L^t*, exemptam *M^a* 4 *s. a. V et PL ad c.* 5: *in pL hoc loco extat* s. | xv] *PL*, xu *uel* xui *V*, xiii *PL ad* 4, 49, 16, uiii *V ad* 4, 49, 16 | nicomediae (nic. *V*) cc. conss. *om. PL* 7 impp. *P* | antonius *M* | aelienae *R* | uenditi *om. M^a* 8 eptore *R^a* 9 *s. a. V: in PL est subscriptio c.* 2 10 impp. ... ual. c.] mpr. ualerius et galienus aa. et ualerius (nobilis *ins. R^b*) cesar *R*, imppp. ualerius et gallius et ualentinus aaa. *M*, et ual. c. *om. C utroque loco* | flauio] *S, om. libri* | domitiano *om. R^a* 11 residuum *om. C altero loco* 12 compensatione *C* | quasi et] et quasi et *V*, quasi *C^a altero loco* 13 in quo] quo *R^a* | maioris *C alt. l.* | uiginti et quinque *M* | annorum *C^a alt. l.* 14 te reductum *et alt. loco* deductum (*om.* te) *C* | fraudem *R^a* 15 non] ns *C^a alt. l.* | pegisse *R^a* 16 uendicionis *M^a* 17 inuasisse ... reposces *om. R^a* | *s. a. V et PL ad c.* 1: *in D c.* 3 *sic inscribitur:* imp. marti. emil. et basso ss | mart.] *D*, ma*t. (*uix* mai.) *V*, mai. *L*, miā *P* 18 et basso] bs. *PL* 19 imp. *R* | aa.] a. et c. *S*, aa. et cc. *M* | serapiodoro *SC* 20 *s. a. VPL* | IIII] *V*, iii *PL* | IIII et III aa. conss.] cc. *PL* 22 aa.] a. *S* 23 prouicacia *V* 24 arbitratum *V* | prouinciae *om. M^a* 25 *s. a. VPL* | pp.] p. *P* | ipsis ... conss. *om. PL* 26 et cc. *om. C* | decimo] *S cum* 2, 40, 3, decimio *VRM*, decimidio *C* | caplusio] *S, om. libri* 28 habeant *C* | minor *C* 29 *s. a. V* 30 et cc. *om. C* | neratio] *VM*, narratio *R^a*, aurelio *S*, mutiano et heratio *C, cf. c.* 4 31 existendum *C*, exig*(u?)endum *P^a* 32 *s. a. VPL* | s.] d. *PL* | byz. *V*, biz. *PL* | aa. conss.] cc. *PL*

7 IDEM AA. ET CC. DIODORO. Si seruos distraxisti ac pretium de peculio [B 19, 8, 62] eorum, quod ad te pertinebat, nesciens unde solueretur accepisti, consequens est integram te pretii actionem habere, cum proprii uenditoris nummi soluti non praestant emptori liberationem. S. XVII K. MAI. MELANTHIADE AA. CONSS. a. 293

8 [1]IDEM AA. ET CC. AVRELIO EVSEBIO. Si pater tuus uenum [B 19, 8, 63 Epit. 16, 55] portionem suam dedit nec induxit in uacuam possessionem praedii, ius omne penes se eum retinuisse certum est. neque enim uelut traditionis factae uectigal exsolutum, si simula-
1 tum factum intercessit, ueritatem mutare potuit. Quapropter aditus praeses prouinciae, si animaduerterit in uacuam possessionem neque patrem tuum neque successores eius emptorem uel heredes ipsius quocumque loco factos induxisse, non dubitabit nihil esse translatum pronuntiare. et si te ex empto ad inducendum in uacuam possessionem perspexerit conueniri, aestimabit, an pretium sit exsolutum: ac si reppererit non esse satis pretio factum, hoc restitui tibi prouidebit. S. V K. MAI. AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. AVRELIAE ZANIAE ANTIPATRAE. Si minor a uenditore [B 19, 8, 64] siue sciente siue ignorante dicebatur capitatio praedii uenditi et maior inuenta sit, in tantum conuenitur, quanto, si scisset emptor ab initio, minus daret pretii. sin uero huiusmodi onus et grauamen functionis cognouisset, nullam aduersus uenditorem habet actionem. S. XV K. IVN.[2] PHILIPPOPOLI AA. CONSS. a. 293

10 IDEM AA. ET CC. TITIO ATTALO. Cum uenditorem carnis fide conuentio- [B 19, 8, 65] nis rupta tempore placito hanc non exhibuisse proponas, empti actione eum quanti interest tua tunc tibi praestitam fuisse apud praesidem prouinciae conuenire potes. S. XVII K. IAN. AA. CONSS. a. 293

11 IDEM AA. ET CC. FLAVIAE EVCARPIAE. Si ancillam tibi ex causa uendi- [B 19, 8, 66] tionis traditam uenditor manumisit, libertatem alienae factae praestare non potuit. quod si post uenditionem ante traditionem manumisit, pleno iure dominus constitutus ciuem Romanam facere non prohibebatur: tibi personali propter ruptam fidem contra uenditorem actione competente. S. X K. IAN. AA. CONSS. a. 293

12 [3]IDEM AA. ET CC. EGI CRISPINO. Sicut periculum uini mutati, quod certum fuerat comparatum, ad emptorem, ita commodum aucti pretii pertinet. utque hoc uerum est, sic certae qualitatis ac mensurae distracto uino fidem placitis seruandam conuenit: quo non restituto non pretii quantitatis, sed quanti interest empti competit actio. S. PRID. NON. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

13 IDEM AA. ET CC. FLAVIO ALEXANDRO. Fructus post perfectum iure con- [B 19, 8, 67] tractum emptoris spectare personam conuenit, ad quem et functionum grauamen pertinet: uenditorque pretium tantum ac, si moram intercessisse probetur, usuras officio iudicis exigere potest. S. IIII NON. DEC. CC. CONSS. a. 294

*VP* (49, 7. 11. 8. 12. 13) *L* (*ut P*) *D* (*ad* 49, 10) *C* (49, 7. 11. 8. 9. 10. 12. 13) *RM*

[1] *fortasse iungenda est* 4, 52, 3 [2] Iul. (*Mommsen, Zeitfolge p.* 377)? [3] *iunge* 4, 2, 10

1 et cc. *om. C* | hysidoro *S*, diodoto *C* | pretio $L^a$ 2 pertinebit *V* | unde] nexde $V^a$ | soluetur $PL^a$ 3 pretii *om. V*, τὴν τοῦ τιμήματος ἀγωγήν *B* | laberationem $R^a$ 4 *s. a. V: in PL est subscriptio c.* 9 5 et cc. *om. LCM* | aurelio] *S, om. libri* | uenum (benu $V^a$) p. s. dedit] $VR^bM$, uenumdando p. s. dedit *PL*, uenumdedit p. s. *C*, uenumd***t p. s. dedit $R^a$ 6 eum] cum *C* 8 intercessit factum *CR* 9 animaduerteret *V* 10 quecumque *V* 11 ducendum $M^a$ | in] ad *C*, eum in $RM^b$ | possess.] p. praedii $RM^b$ | prospexerit *VPLRM* 12 coueniri *P* | ac] a $L^a$ 13 *s. a. V* 14 et cc. *om. C* | aurelio zanie *S*, *om. libri* 15 maor $R^a$ 16 quanto] *V*, quantum *CRM* 17 nullum *V* 18 *s. a. V et PL ad c.* 6 | s.] pp. *PL* | xui $P^a$ | ian. $L^a$ | aa. conss. *om. PL* 19 et cc. *om. C* | titio] *S, om. libri* | talo *CM* | carnis *om.* $R^a$ 20 exhibuisset *C* | empti] *VQ*, ex empti *DCRM* 21 tunc ... fuisse] si tunc ... fuisset (fuisse $R^a$) *DCR* | tibi praestita *R*, praestita tibi *C* | conueniri $R^a$ | potest *C* | *s. a. V* 23 et cc. *om. C* | flauiae] *S, om. libri* | eucarpe *S* 24 traditam] additam $R^l$ 25 uedicionem $M^a$ 26 prohibebitur *V*, prohibetur $CR^b$ 27 *s. a. VPL* | s.] d. *PL* | aa. conss.] cc. *PL* 28 cc. *om. P*, et cc. *om. C* | egi] *S, om. libri* | crispino] *SM cum* 4, 2, 10, crispo *VPLCR* 29 acti $R^a$ | atque *PL* | sic] si $V^aPLCM^a$ 30 mensurae] m. qualitatis *V* | seruandam] s. esse *CR* | quod *V* 31 *s. a. VPL* | s. ... 32 conss.] *V*, prid. n. sir. cc. *PL* 33 et cc. *om. CM* | flauio] *S, om. libri* | alexander *R* 34 spectare] *V*, exspectare *PLCRM* | pertinet] peruenit *R* 35 que] $VLR^bM^a$, quoque $PCR^aM^b$ | mora *PLM* | probatur *PL* 36 *s. a. VPL* | s. ... conss.] *V*, d. iii n. dec. *PL*

14 IDEM AA. ET CC. AVRELIO RVSONI. Emptor seruorum recte de his[1] tradendis et de eorum fuga itemque sanitate erronesque non esse aut noxa solutos repromitti sibi recte postulat. S. V K.[2] DEC. CC. CONSS. [B 19, 8, 68] a. 294

15 IDEM AA. ET CC. AVRELIO ANTONINO AELIANO. Vltra modum tritici distracti citra pactum in solutione mora non facta nihil emptor exigere potest. S. XV K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

16 [3]IDEM AA. ET CC. AVRELIO CYRILLO. Post perfectam uenditionem fetus quidem pecorum emptori, uenditori uero sumptus, si quos bona fide fecerit, restitui debere notissimum est. S. VIII K. IAN. CC. CONSS. [B 19, 8, 69] a. 294

17 IDEM AA. ET CC. HERMIANO ET HERMIPPO. Expulsos uos de fundo per uiolentiam a Nerone, quem habere ius in eo negatis, profitentes nullam uobis aduersus eum, ex cuius uenditione fundum possidetis, actionem competere probatis. igitur ad instar interdicti seu actionis promissae experiendum esse perspicitis. [B 19, 8, 70]

## L

## ⁊ SI QVIS ALTERI VEL SIBI SVB ALTERIVS NOMINE VEL ALIENA PECVNIA EMERIT ⁊

1 IMP. ANTONINVS A. MERCATORI SECVNDO. Si pecunia patris fundus mancipiaque comparata sunt, tamen cum emptiones matris tuae nomine factas esse proponis, ignorare non debes traditione matrem tuam dominam fuisse constitutam. plane si pecuniae petitionem competere tibi propter numerationem pretii existimas, ciuiliter consiste. PP. III K. AVG. ANTONINO *A.* *IIII* ET BALBINO CONSS. [B 19, 15, 1 (Heimb.)] a. 213

2 IMP. ALEXANDER A. SEPTIMIAE. Si emancipatis uobis fundos, quos nomine uestro, cum in potestate ageretis, pater emerat, tradidit uel in possessione eorum uoluntate patris fuistis, dominium adquisistis. D. XIII K. APRIL. ANTONINO ET ALEXANDRO CONSS. [B 19, 15, 2 Epit. p. 391 not. 101] a. 222

3 IDEM A. FABIO PATERNO. Mancipia quorum meministi si, ut proponis, nomine tuo itemque fratris tui cui successisti empta uobis tradita sunt, licet instrumento emptionis matrem tuam pecuniam numerasse contineatur, persequi ea more iudiciorum non prohiberis. D. XV K. IVL. MODESTO ET PROBO CONSS. [B 19, 15, 3] a. 228

4 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS C. AVRELIO CYRILLO. Quamuis instrumento emptionis socrus nomen inscripseris, tamen si possessionem tenes, [B 19, 15, 4]

*V* (*deficit in* 13 esse per) *P* (49, 15 16. 50) *L* (*ut P*) *C* (*post* 49, 17 *iteratur* 49, 2) *RM*

[1] de his recte? [2] id. (*Mommsen*)? [3] *iungenda uidetur* 4, 48, 6

1 et cc. *om. M* | aurelio] *S, om. libri* | rusoni] *VRM*, rosino *S*, rufoni *C* | eptor $R^a$ 2 sanitatem $R^a$ 3 recte *om. C* | *s. a. V* 4 aa. et cc.] a. *C* | aurelio] *S, om. libri* | antonino] *SCR*, ant. *V*, antonio *M* | heliano *S, om. libri* 5 solutionem *VPLR* | emptor *om.* $R^a$ | existere *C* | *s. a. VPL* | nicomediae] nic. *VPL* 7 et cc. *om. C* | aurelio hermiano cyrillo pp. *S*, cyrillo *libri:* hermiano *omittitur* 4, 48, 6 *et uidetur adiectum ex c.* 17, *quam omittit S* 8 pecorum] praetorum $C^a$ 9 *s. a. V: in PL est* d. xiii k. nic. cc., *quae utrum huc pertineant an ad c.* 17, *incertum est* | VIII] *V*, xiii *PL*, xv 4, 48, 6 10 et cc. *om. C* | herminiano *R* | hermippo pp. *C*, iermippo $M^a$ | expulsus $M^a$ 11 negratis $C^a$ | profitentis $R^a$ | uobis] uero $M^a$ 12 eam *R* | uenditionem *C* | possidentis $C^a$ 13 promissa] permisse $CM^b$ | prospicitis *C* | *de subscriptione u. ad u.* 9 15 alteri uel] alterius *S* 16 aliena *om. C* 17 antonius *M* | mercatori] *S, om. libri* | secundo] *SC*, secundino *PLRM* 18 emptionis $R^a$ | tuae *om. R* 19 tradicionem $M^a$ | constituta *C* 20 existimans $M^a$ 21 *s. a. PL* | a. IIII *om. PL* 22 septumae *L*, septimae *CM* 23 nomine] m̄.. $R^a$ | ageritis $RM^a$ | emerit $PL^aR$ | tradiderit $PL^a$? | possessionem $CRM^a$ 24 fuisti *C* | adquisisti *R* | *s. a. PL* 26 idem] imp. alex. *PL* | fauio *S, om. libri* | si] sic *C* | nomini *R* 28 pecunias $CM^b$, pecunia $M^a$ 29 *s. a. PL* 30 impp. ... ual. c. (ualerius c. *S*, ualent. com. *C*)] imppp. (impp. *L*) ualent. et gall. ual. aaa. *PL*, imp. ualerius et galienus et ualerianus cesar *R*, impp. ualerius et gallius aa. ualerio consuli et *M* | aurelio] *S, om. libri* 31 inscripserit *C* | tenens $L^bRM$

dominus effectus es. ob eam rem frustra calumniam mulieris, quamuis ipsa contractus tabulas habeat, formidas. D. III NON. MAI.

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. VERO. Cum propria pecunia [B 19, 15, 5] tua te comparante possessionem quondam uxoris tuae nomen tantummodo accommodasse dicas eandemque occasione custodiae suae commissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatem eiusdem fundi usurpasse, rector prouinciae, pro sua exercitatione cognitum habens donationem a non domina uxore tua in filiam suam collatam nullum praeiudicium dominio tuo attulisse, docenti tibi ueritatem precibus tuis adsistere restituere eandem possessionem habita etiam fructuum taxatione curabit. D. PRID. ID. SEPT. IPSIS *IIII ET III AA.* CONSS. a. 290

6 IDEM AA. ET CC. AVRELIO DIONYSIO. Multum interest, utrumne [B 19, 15, 6 Epit. 16, 40]
uxore tua comparante pecuniam numerasti eique possessio tradita est, an contractu emptio-
1 nis a te nomine tuo habito tantum uxoris nomen post instrumentis scribi feceris. Nam
si quidem uxor tua nomine suo emit eique res traditae sunt nec in te quicquam de his
processit, non nisi de pretio aduersus eam, in quantum tu pauperior et illa locupletior
2 facta est, habes actionem. Quod si emisti quidem tu et tibi tradita possessio est, tantum
autem nomen instrumento uxoris quondam tuae scriptum est, res gesta potior quam scrip-
3 tura habetur. Sin uero ab initio negotium uxoris gerens comparasti nomine ipsius, empti
actionem nec illi nec tibi adquisisti, dum tibi non uis nec illi potes: quare in dominii quae-
stione ille potior habetur, cui possessio tradita est. D. XIIII K. SEPT. VIMINACIO *AA.*
CONSS. a. 293

7 [1]IDEM AA. ET CC. AVRELIO GERONTIO. Cum per eos qui negotia tua gere- [B 19, 15, 7] rebant olei materiam te comparasse contractusque fidem pretio suscepto rupisse uenditorem proponas, si quidem ex empto his qui iuri tuo subiecti fuerint contrahentibus tibi quaesita est actio, per te uel cui mandaueris, si uero sui iuris constituti secundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt ac sibi empti quaesierunt actionem, per eos uel quibus illi dederint mandatum adi competentem iudicem, qui secundum bonam fidem, quae in huiusmodi contractibus obseruari solet, satisfieri prouidebit. S. XIIII K. SEPT. AA. CONSS.[2] a. 293

8 IDEM AA. ET CC. MAXIMAE VALENTINAE. Qui aliena pecunia comparat, non [B 19, 15, 8] e cuius nummi fuerunt, sed sibi tam actionem empti quam dominium, si tamen ei fuerit tradita possessio, quaerit. cum itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quaedam comparasse contendas, de tua pecunia hunc conueniendo facies consultius. nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non competit. D. PRID. NON. FEBR. SIRMI *CC.* CONSS. a. 294

*P* (50, 4...6. 8) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *iunge* 3, 21, 1. 7, 72, 9 [2] Diocletiano VII et Maximiano VI AA. conss. (= *a.* 299) 7, 72, 9

1 factus *R* | es] es et *C* 2 habet $L^t$, habere $L^v$ | reformidas *CM*, formulas $R^a$ | *s. a. PL* 3 aa.] aa. et ualerius c. *S* | uero] uocato *C*, *quod nescio an ortum sit ex* euocato, *ut scribendum sit* Vero euocato 4 te comparante possessionem] *edd.*, comparante possessionem $P^aL^a$?, comparate (—rante $P^b$) possessioni $P^bL^bM$, te comparante possessioni *C*, te comparante (—rate $R^b$) possessiones $R^t$, te comparate possessioni $R^v$ 5 dicis $C^a$ 6 usurpasse] us. d***s $L^a$ | cognitam $PL^a?R^bM^a?$, cognitiam $R^a$ 7 donatione *C* 8 dominium tuum $R^a$ 9 taxationem *C* | *s. a. PL* 10 IIII et III aa. *om. PL* 11 aaa. et cc. *PL*, a. et c. *SM* 13 instrumento $P^bL$, instrumenta $P^a$? 14 his] eis *C* 16 est *om.* $M^a$ | et *om. C* | possessio est] possessionem $C^a$ 17 instrumentum $P^a$ | uxororis *P* | tuae quondam *LC* 18 si *RM* 19 quaesisti *RM* | potest *C* | quare] qua $P^a$ 20 possessio] *CR*, possessio a domino *PLM*: ᾧτινι ἡ νομὴ παρεδόθη *Epit.* | *s. a. PL*, *nisi ea pertinet ad c.* 7 | aa. conss.] cc. *PL* 22 et cc. *om. C* | aurelio] *S*, *om. libri* 23 te materiam $CM^b$, te mariam $M^a$ | rupisse] corrupisse *C* 24 fuerant *RM* 25 constitui $M^a$ 26 habuerint *C* | quaesierint *R* 27 dederit $M^a$ | qui] qui uidelicet $CM^a$? 28 *subscriptionem restitui ex* 3, 21, 1, *cf. ad c.* 20 30 aa. et cc.] a. et c. *S*, aaa. *PL*, aa. *CRM* | maximae] *S*, *om. libri* | ualentino *PC*, ualentinianae *R* 31 ei (eius *C*) cuius nummi fuerunt (fuerunt nummi $L^bR^b$) sed sibi] $P^bL^bCR^bM^b$, eius nomine cuius fuerint sed suo sibi $P^a$, eius nomine cuius fuerant nummi sed suo non ei cuius nummi fuerunt sed sibi $R^a$, *deficiunt* $L^aM^a$ | emempti *L*, *om.* $R^a$ | ei] $M^a$ | tamen] *** $L^a$, *om.* $L^bCR^a$ 32 rebus] bus $P^a$ 33 contraueniendo $P^a$, conuendo $M^a$ | consultum $R^a$ 34 *s. a. PL qui habent* d. pr. n. f. sir. cc.

9 IDEM AA. ET CC. EMINIO RVFINIANO. Nihil prohibet altero pecuniam numerante in alium uel utriusque contrahentis consensu uel certe uenditore tantummodo uolente dominium transferri: eo etiam manifeste constituto, ut inter absentes per mediam personam uel per nuntium uel per epistulam talis contractus perfici possit. D. V NON. .... SIRMI *CC.* CONSS. [B 19, 15, 9] a. 294

# LI

## ℞ DE REBVS ALIENIS NON ALIENANDIS ET DE PROHIBITA RERVM ALIENATIONE VEL HYPOTHECA ℞

1 IMP. ALEXANDER A. CATTIANO MILITI. Si praesidi prouinciae probatum fuerit Iulianum nullo iure munitum seruos tuos scientibus uendidisse, restituere tibi emptores seruos iubebit. quod si ignorauerint et eorum facti sunt, pretium horum tibi soluere Iulianum iubebit. D. VIIII[1] ID. IVL. *IVLIANO* ET CRISPINO CONSS. [B 19, 8, 71 (Heimb.)] a. 224

2 IMP. GORDIANVS A. GRATTIAE AELIAE. Distrahente marito rem iuris tui, si consensum non accommodasti, licet sigillo tuo uenditionis instrumentum fraude conquisita signaueris, eiusmodi tamen commentum emptori usucapione non subsecuta uel longi temporis praescriptione non munito nullam praestitisse potest securitatem. [B 19, 8, 72 Epit. p. 408 not. 34]

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AVRELI*O* VALERIANO. Venditrici succedenti hereditario iure perfectam recte uenditionem rescindere ac dominium reuocare non licet: sed et si hoc ex persona sua uindicet, uel exceptione te doli mali, si hanc uiam elegeris, tueri uel euicta re, etsi defensione monstrata nolueris uti, quanti tua interest poteris experiri. S. XVI K. NOV. SIRMI AA. CONSS. a. 293

4 [2]IDEM AA. ET CC. DOMITIO APHOBIO. Mancipia patris, qui fundum a Philippo conduxerat, successione tibi quaesita domino fundi pro debitis in solutum mater tua dando nihil tibi auferre potuit. et ideo si tu maior uiginti quinque annis effectus ab ea negotium gestum non fecisti ratum, oblato debito, si non haec locator iure pignoris obligata sibi uendidit, petere poteris. D. III ID. FEBR. CC. CONSS. [B 19, 8, 73] a. 294

5 IDEM AA. ET CC. AVRELIO AEGRO. Si fundum tuum pater post emancipationem te non consentiente uenumdedit neque ei successisti neque possidens longi temporis praescriptione munitus est, eum tibi agenti rector prouinciae reddi efficiet. VIII ID. M. SIRMI *CC.* CONSS. [B 19, 8, 74] a. 294

6 IDEM AA. ET CC. AVRELIO RVFO. Nemo res ad te pertinentes non obligatas sibi nec ex officio uendendi potestatem habens distrahendo quicquam tibi nocere potuit. D. K. NOV. [Epit. p. 408 not. 34]

*P* (50, 9. 51 ℞ 1. 2. 5...7. 3) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] VIII? [2] *iunge* 2, 25, 1. 8, 42, 18

---

1 et cc. *om. C* | eminio] *S, om. libri* | rufiniano] *RM*, rufiano *S*, ruphinano *P*, ruphino *LC* 2 utrisque $PL^{a}$ | contrahentes $M^{a}$ | modo *om. RM* 3 dominio $P^{t}L^{t}$ | transferre $R^{a}$ | manifesto $R^{a}$ 4 uel per nunt.] ueluti p. n. $P^{v}L^{v}$ *contra B* διὰ μέσου προσώπου καὶ δι' ἀγγέλου καὶ ἐπιστολῆς | talis *om. C* | *s. a. PL qui habent* d. u. n. sir. cc. 7 et de] et *SR* 8 alienationem *S* | uel] in $PL^{a}$ | epotheca *S* 9 gattiano *S*, tatiano *C*, catriano *M* | militi] *S, om. libri* 11 emptorem $CM^{a}$? | ignorauerit $M^{a}$ | horum] $PL^{t}$, eorum $L^{v}CRM$ | iulianum tibi soluere *CRM* | 12 *s. a. PL* | iul. iuliano] iul. *PL* 13 gratiae *S*, graciae *C*, grãe **** *R*, graeciae *PLM* | helie *S, om. libri* 14 non] *CR*, non ei *PLM* | commodasti $PLR^{a}M^{a}$ 15 fraude conquaesita *R*, fraudem conquisitam *C* | commento $P^{a}$?$L^{t}CR^{a}$ 17 *in PL est subscriptio c.* 4 18 et cc. *om. PL* | aurelio] aurelio et *S, om. libri* | ualeriano *om. R* 19 recte *om.* $M^{a}$ | ueditionem $P^{a}$ | ac] et *PL* 20 et *om.* $R^{a}$ | sua *om.* $M^{a}$ 21 etsi] ex si $R^{a}$ 22 *s. a. PL* 23 domitio] *S, om libri* | aphibio *S*, apobio *C* | patris] tris $M^{a}$ 24 conduxerant $M^{a}$ | tibi *om. R* 25 et *om. M* 27 *s. a. PL ad c.* 2 | III *om.* 8, 42, 18 | febr. cc. conss.] 8, 42, 18, f. *PL*, aug. cc. conss. 2, 25, 1 28 idem] impp. dioc. et max. *PL* | et cc. *om. PLM* | aurelio] *S, om. libri* | agio *M* 29 consentientem *C* 30 *s. a. PL* 31 sirmi cc. conss.] sir. cc. *P, om. L* 32 aurelio] *S, om. libri* | ruphinae *PL* 34 *s. a. PL*

7 [1]Imp. Ivstinianvs A. Iohanni pp. Sancimus, siue lex alienationem [B 19, 8, 75 BΣ 38, 9, 3] inhibuerit siue testator hoc fecerit siue pactio contrahentium hoc admiserit, non solum dominii alienationem uel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam usus fructus dationem uel hypothecam uel pignoris nexum penitus prohiberi: similique modo et seruitutes minime imponi nec emphyteuseos contractum, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas uel testatoris uoluntas uel pactionum tenor qui alienationem interdixit aliquid tale fieri permiserit. D. k.[2] Nov. Constantinopoli[3].

## LII

## ℞ DE COMMVNIVM RERVM ALIENATIONE ℞

1 Imp. Gordianvs A. Apollodoro evocato. Si nulla usucapionis [B 19, 8, 76 (Heimb.)] praerogatiua uel diuturni silentii praescriptio emptorem possessionis, quam a coheredibus patrui tui distractam suggeris, pro portione tua munit, in rem actio incolumis perseuerat: aut si receptum ius securitatem emptori praestitit, est arbitrium tibi liberum conueniendi eos, qui pro portione satis illicitam uenditionem celebrauerunt.

2 Idem A. Herenniano militi. Multum interest, utrum coheredes tui posses- [B 19, 8, 77] sionem communem distraxerunt, an uero fiscus, cum partis dominus esset, soliditatem iuxta proprium priuilegium uendidit. etenim si a fisco facta est uenditio, fidem eius infringi minime rationis est. si uero coheredes soliditatem uendiderunt, licet emptor ab his delegatus partem pretii fisco soluerit alteramque in cautionem deduxit, tamen portioni tuae ea uenditio non potest obsistere.

3 [4]Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Avrelio Evsebio. Falso [B 19, 8, 78] tibi persuasum est communis praedii portionem pro indiuiso, antequam communi diuidundo iudicium dictetur, tantum socio, non etiam extraneo posse distrahi. PP. id. Febr. . . . . conss.[5]

4 Idem AA. et CC. Vlpiano militi. Portionem quidem tuam militantis alie- [B 19, 8, 79] nare frater tuus non potuit. eius autem partem pretio soluto tibi restitui postulare nec militari grauitati conuenit.[6]

5 Idem AA. et CC. Olympiano. Si maior annis uiginti quinque uelut pro- [B 19, 8, 80] pria nesciens communia cum fratribus tuis praedia distraxisti, licet nullum instrumentum intercesserit nec quicquam specialiter conuenit, alienae portionis euictione secuta quanti interest emptoris solues.

*P* (51, 7. 3. 52 ℞ 3. 5) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *fortasse iungenda est* 4, 54, 9 [2] d. xv k. (4, 54, 9)? [3] post consulatum Lampadii et Orestis uu. cc. (= *a.* 531) *suppl.*, *cf. Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 185 [4] *fortasse iungenda est* 4, 49, 8 [5] S. v k. Mai. AA. conss. 4, 49, 8 [6] PP. id. Febr. CC. conss. *suppl.* (*u. ad u.* 23)

---

1 iust. a.] iustinus *M*, *deficit* $P^a$ | pp.] p. *M* | siue lex] si quis $P^a$, siue $P^b$, si lex $P^v$, si **** $L^a$ | alienatione $P^aC$ 2 sine pacto *C* 5 seruitutis *C* 7 *s. a. PL* 10 gord. a.] alexander *M* | apolloro *R* | euocato] *S*, *om. libri* 11 emptoris $R^a$ 12 tui *om. C* | muniit *RM* 14 portione] p. tua *M* 15 a.] aa. *C* | hereiano *S*, heremniano *M* | militi] *S*, *om. libri* | multum] m. autem *C* | quodheredes $C^a$ 16 dominis $R^a$ 17 facta a fisco *C* 18 solidatem *R* 20 ea] e $M^a$ 21 impp. (imp. *RM*) d. et m.] idem *PL* | et max. aa. et cc.] a. et max. a. et c. *S* | aurelio] *S*, *om. libri* | eusebio *om. R* 22 porcione *PL* | communis *C* | diuidendo *R* 23 dicetur $PLR^aM^a$ | *subscriptio supra posita, quam habent PL, uidetur magis ad c.* 4 *pertinere* 25 tuam quidem *C* | mulitantis $M^a$ 26 pater $CR^a$?, ὁ κοινωνός *B* 28 olimiano *M* 29 nesciens] $P^aL^a$?, nescienti $P^bL^bRM^b$, nescien** $M^a$, nescienti alteri *C* | licet *om. C* 31 emptoris] *PL*, emptori *CRM* | *in PL additur subscriptio* 53, 1

## LIII

## ℞ REM ALIENAM GERENTIBVS NON INTERDICI RERVM SVARVM ALIENATIONE ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. PVBLICIAE CAPRIOLAE. Non est interdictum tutoribus uel curatoribus, etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua causa res suas alienare. potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere obligare fisco nostro: nam et priuato potuisset. D. NON. IVN. ANTONINO ET GETA CONSS. a. 205 [B 19, 16, 1]

## LIIII

## ℞ DE PACTIS INTER EMPTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS ℞

1 IMPP. ANTONINVS A. CLAVDIAE DIOTIMAE. Si ea lege praedium uendidisti, ut, nisi intra certum tempus pretium fuisset exsolutum, emptrix arras perderet et dominium ad te pertineret, fides contractus seruanda est. D. V ID. . . . SABINO *II* ET ANVLLINO CONSS. a. 216 [B 19, 1, 88]

2 IMP. ALEXANDER A. CHARISIO MILITI. Si fundum parentes tui ea lege uendiderunt, ut, siue ipsi siue heredes eorum emptori pretium quandoque uel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, teque parato satisfacere condicioni dictae heres emptoris non par*et*, ut contractus fides seruetur, actio praescriptis uerbis uel ex uendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quae post oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt. D. K. SEPT. ALEXANDRO *A*. CONS. a. 222 [B 19, 1, 89]

3 IDEM A. FELICI MILITI. Qui ea lege praedium uendidit, ut, nisi reliquum pretium intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur, si non precariam possessionem tradidit, rei uindicationem non habet, sed actionem ex uendito. D. III ID. IVL. [B 19, 1, 90]

4 IDEM A. CLAVDIO IVLIANO ET PROCVLIANO. Commissoriae uenditionis legem exercere non potest, qui post praestitutum pretii soluendi diem non uindicationem rei eligere, sed usurarum pretii petitionem sequi maluit. [B 19, 1, 91 (95 Zach.)]

5 IMP. GORDIANVS A. AVRELIO LONGINO EVOCATO. Initio uenditionis si pactus es, ut is cui uendidisti possessionem pretii tardius exsoluti tibi usuras pensitaret, non immerito existimas etiam eas tibi adito praeside ab emptore praestari debere. nam si initio contractus non es pactus, si coeperis experiri, ex mora dumtaxat usuras tam ab ipso debitore quam ab eo, qui in omnem causam empti suam fidem adstrinxit, de iure postulabis. [B 19, 1, 92]

6 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. *O*LYBRIO ROMVLO. Cum te fundum tuum certae rei contemplatione inter uos habita exiguo pretio in alium transtulisse [B 19, 1, 93]

*P* (54 ℞ 1...4) *L* (*ut P*) *CRM*

---

2 ingerentibus *R* | interdicti $M^a$ 3 alienationem $SCM^b$, alienationes *R* 4 impp.] mp. *R* | aa.] aa. et c. *S, om. M* | publiciae] *Q*, publicae *SCRM* | capriolae] *S, om. libri* 5 uel] et *C* 6 honore $R^a$, here $M^a$ 7 *s. a. PL* 10 positis *S* 11 claudiae] *S, om. libri* 12 pretium *om. C* | arram $CR^a$: τῶν ἀρραβώνων *B* 13 ad] a *C* | pertinet *C* | *s. a. PL qui habent* d. u id. cc. sau. et anul. (miul. *L*) cc.: *prius* cc *corruptum uidetur aut ex forma Langobardica litterae* a, *ut supplendum sit* aug. (a. = aug. *PL ad* 2, 3, 7. 2, 17, 2. 3, 34, 4) *aut ex* oc., *ut passim in PL scribitur pro* oct. 15 a. *om. M* | caresio *S*, charisto *PLC*, carisio *M* | militi] *S, om. libri* 16 ipse *C* | heres $PL^aR$, here** $M^a$? 17 condictioni *C* 18 paret] $M^b$, pareret $PLCRM^a$ | uel *om.* $P^a$ | uedito *uel* uetuto $P^a$ 19 ad *om.* $R^a$ 20 *s. a. PL, qui habent* d. k. s. alex. aa. cc. 21 a.] aa. *PLR* | militi *om. PL* 22 non *om.* $PL^a$ | precariam] praecipuam $P^tL^t$ 23 habeat *PC* | *s. a. PL: possit tamen ad c.* 7 *pertinere* 24 claudio iuliano et proculiano] *S*, iuliano *libri* | commissariae $P^aL^a$, *om. C* 25 praestitum $P^aL$ 27 aurelio longino euocato] *S*, longino *libri* 30 es] est *C* | experiri] experiri deberi (—re $R^b$) $R^bM^a$ 31 abstrinxit *M* 33 impp. *C*, mp. *R* | carus] c. et *C* | numerius *M* | aaa.] aaa. et c. *S*, aa. *CR*, aaa. et ccc. *M* | solubrio *S, om: libri* | te] tu *C*

commemoras, poterit ea res tibi non esse fraudi, quando non impleta promissi fide dominii tui ius in suam causam reuerti conueniat. et ideo aditus competens iudex fundum cuius mentionem facis restitui tibi cum fructibus suis sine ulla ludificatione sua auctoritate perficiet, praecipue cum diuersa pars receptis nummis suis nullam passa uideri possit iniuriam.

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. FABIANO MVSCO. Si a [B 19, 1, 94] te comparauit is cuius meministi et conuenit, ut, si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inempta, remitti hanc conuentionem rescripto nostro non iure petis. sed si se subtrahat, ut iure dominii eandem rem retineat, denuntiationis et obsignationis depositionisque remedio contra fraudem potes iuri tuo consulere.

8 IDEM AA. ET CC. AVXANONI. Tempore contractus inter emptorem et uen- [B 19, 1, 95] ditorem habitam conuentionem integram seruari, si ab ea posteriore non recedatur pacto, certum est.

9 [1]IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Si quis ita paciscatur in uenditionis [B 19, 1, 96]
uel alienationis contractu, ut nouo domino nullo modo liceat in loco uendito uel alio
modo sibi concesso monumentum extruere uel alio modo humani iuris eum eximere, sanci-
mus, licet hoc apud ueteres dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fouendum et
1 immutilatum permanere. Forsitan enim multum eius intererat, ne ei uicinus non solum
quem nollet adgregetur, sed et pro quo specialiter interdictum est. cum etenim uenditor
uel aliter alienator non alia lege suum ius transferre passus est nisi tali fretus conuen-
tione, quomodo ferendum est aliquam captionem ex uaria pati eum interpretatione? D. XV
K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

# LV

## ℞ SI SERVVS EXPORTANDVS VENEAT ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. PETRONIAE FLAVILLAE. Lege uendi- [B 19, 7, 12]
tionis exportata mancipia sub denuntiatione manus iniciendae libertatem ab emptore, uel
1 qui successit in locum eius, antequam fides rumpatur, accipere possunt. Quae tamen fisco
post manumissionem uindicantur et in perpetuam seruitutem eadem lege ueneunt, cum in
2 his ciuitatibus conuersantur, quas contrahentes exceperant. Ante manumissionem inicien-
dae manus facultas non denegatur atque ideo non petuntur in publicum. PP. XV K. OCT.
SEVERO A. II ET VICTORINO CONSS. a. 200

2 IDEM AA. SEZO NEDYMO. Si, ut manus iniectionem haberes, cauisti tibi, [B 19, 7, 13] iure tuo uti potes. quod si hoc omisisti et poenam stipulatus es, homo quidem fisco commissus est, tu uero nactus ex stipulatu actionem. in omnibus tamen quaeritur, an domini uoluntate in locum prohibitum uenerit. PP. VII K. NOV. SEVERO A. II ET VICTORINO CONSS. a. 200

*V* (*incipit u.* 21 ex uaria) *P* (54, 8) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *iungenda uidetur* 4, 51, 7

1 commemores *C* | quando *om.* $R^a$ 2 aditus *bis* $R^a$ 3 facis] satis $R^a$ | ulla *om.* $M^a$ | perficiet] $M^b$, perciet $M^a$, perficiet et *CR* 4 aduersa *C* | numinis suis $R^aM$, suis nummis *C* | passam |*R* 6 impp.] mp. *hic et deinceps fere constanter R* | fauiano *S*, *om. libri* 7 is] aliquid is *C* | ut *om.* $CR^a$ 8 praescripto $R^a$ 9 obsigationis $R^a$ 10 potest *C* | *de subscriptione cf. ad p.* 381, 23 11 auxononi *S* 12 obseruari *C* | ab *om. PL* | posteriori $L^a$ | recidatur $PL^a$ 13 *in PL subiungitur subscriptio* 55, 2 14 pp.] p. *M* 16 cesso $M^a$ 17 dubitatur *M* 18 non solum uicinus *M* 19 enim *RM* 20 aliter] $W^a$ *cum BΣ* 11, 1, 60 (κ.π.): ὁπότε γὰρ ὁ πράτης ἢ ὁ ἄλλως ἐκποιῶν, alter *CRM* 21 *s. a. V Merillius* 24 ueniat *SM*, *deficit V* 25 seuerus] et deuerus $M^a$, *deficit V* | aa.] aa. et c. *S*, *deficit V* | petronae *R*, petroni. ea *C*, *deficit V* | flauillae] *S*, *om. libri* | legem $V^a$ 26 uel *om.* $M^a$ 28 ueniunt $CRM^a$ | in *om.* $M^a$ 29 exceperunt *M* | ante *om.* $M^a$ 30 *s. a. V* 32 aa.] a. et c. *S* | sezo] *S*, *om. libri* | nedimosi si *C* 33 uti] uti haberes $M^a$ 34 nanctus $M^a$ | omnibus] rebus *C* | quaeretur $R^a$ 35 *s. a. V et PL ad* 54, 8 | VII] uiii *PL* | a. II *om. PL* 36 conss. *om. PL*

3 IMP. ALEXANDER A. NOVIO LIBERTO. Ancilla, quae exportanda uenit nec [Epit. 16, 78] exportata est, sed ab emptore in eadem ciuitate morante empta et[1] manumissa est, aduersus legem uenditionis libera fieri non potuit: et ideo aditus a te procurator meus partibus suis fungetur. PP. IIII ID. MART. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

4 IDEM A. AVRELIO PAPIAE. Moueor, quod te a seruis tuis dominum eorum [B 19, 7, 14] uenisse adfirmas sub ea lege, ne in patria moreris, et ab eo, cui te prior emptor uendi-
1 derat, manumissum esse dicis. Quare competens iudex aduersus eum, quem praesentem esse dicis, cognitionem suam praebebit et, si ueritas accusationi aderit, exsecrabile delictum
2 in exemplum capitali poena uindicabit. Sed quoad usque probaueris quae intendis, status tuus esse uidetur, qui in te post manumissionem deprehenditur. PP. XI K. IVL. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

5 IDEM A. SEXTIANO SERAPIONI. Qui exportandus a domino de ciuitate sua [B 19, 7, 15] uenit, nec in urbe Roma morari debet: qui autem de prouincia certa, nec in Italia. si itaque contra legem constitutam factum probare potes, utere iure, quod propterea tibi competit. PP. VII K. FEBR. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. a. 225

## LVI

## ℞ SI MANCIPIVM ITA VENIERIT, NE PROSTITVATVR ℞

1 IMP. ALEXANDER A. SOCRATI. Praefectus urbis amicus noster eam, quae [B 19, 17, 1] ita uenit, ut, si prostituta fuisset, abducendi potestas esset ei, cui secundum constitutionem diui Hadriani id competit, abducendi faciet facultatem: quod si eum patientiam accommodasse contra legem quam ipse dixerat, ut in turpi quaestu mulier haberetur, animaduerterit, libertate competente secundum interpretationem eiusdem principis perduci eam ad praetorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, ut lis ordinetur, iubebit. nec enim tenor legis, quam semel comprehendit, intermittitur, quod dominium per plures emptorum personas ad primum qui prostituit sine lege simili peruenit. PP. III K. NOV. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IDEM A. SEVERO. Mulierem, quam ita uenisse adlegas, ne prostitueretur [B 19, 17, 1] aut, si prostituta fuerit, libera esset, per officium militare exhiberi apud tribunale oportet, ut, si controuersia referatur pacto (quod tamen si uerum est, libertas mulieri existente condicione competit), agatur causa apud eum cuius de ea re notio est. haec autem lex et nisi in tabulas uenditionis inserta sit, quamuis epistula uel sine scriptis facta ostenditur, ualet. PP. K. DEC. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

3 IDEM A. AVRELIO AELIO. Eam, quae ita uenit, ne corpore quaestum faceret, [B 19, 17, 2] nec in caupona sub specie ministrandi prostitui, ne fraus legi dictae fiat, oportet. PP. ID. IAN. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. a. 225

*VCRM*

---

[1] empta et *del.* (*Mommsen*)

---

2 nouio] *VRM*, anouio *C*, nobilio *S* | liberto] *S*, *om. libri* 2 est sed] *CR*$M^b$, esset *V*$M^a$*?* | empta] *V*$M^a$, in qua empta *CR*$M^b$ 4 fungitur *C* | *s. a. V* 5 aurelio] *S*, *om. libri* 6 patriam *C* | et *om.* $M^a$ | prior emptor] priorem *V*, priore emptor $R^a$ 7 quaere $R^a$, *om. C* | compens $R^a$*?* 8 accusacionis $M^a$ | adierit *C* 9 quodad $M^a$ | probaberis *VCR uel* $R^b$ 10 in te] inter *V* | reprehenditur $C^a$*R*$M^a$ | *s. a. V* 12 sextiano] *S*, *om. libri* | sarapioni *SR* 13 romana *C* | si taque $R^a$ 14 constitutum *V*$R^a$$M^a$ 15 *s. a. V* | VII] *sic uel* III *V* 17 uenerit *R*, *deficit V* | prostituatum *S*, *deficit V* 18 socrati praefectus urbis] socrati (—te *S*) pp. *SC*, socrati pp. praefectus (p···· $M^a$) urbis *M*: *initium constitutionis usque ad* praefectus ur *periit in V* 19 uenit] conuenit *C* | adducendi $M^a$ | cui] cuius $M^a$, cui ius $M^b$ | constitutione *V* 20 diu $M^a$ | faciet] *VC*, impertiet *R*$M^b$, *om.* $M^a$ 21 dixerit *V* | turpi] tempori $M^a$*?* 22 libertatem $M^a$ 23 ut lis] *V*$M^c$, ut ·lis $M^a$, ut ibi lis *CR*$M^b$ 24 legis *om.* $M^a$ | emptorem $V^a$ 25 *s. a. V* 27 seuero] *S*$Q^a$, seuero praef. urb. *VR*, seuero pp. (p. *M*) *CM* | ne *om.* $M^a$ 28 prostituta] pro $M^a$ | liberam esse *C*$M^a$, esset *om. R* | tribunale] $M^a$, tribunalem *VC*, tribunal *R*$M^b$ 29 mulieris *R* 30 noticio *M* 31 in tabulas] *V*, tabulas $M^a$, tabulae *C*$R^a$, tabulis $R^b$$M^b$ 32 ualet *om.* $R^a$ | *s. a. V* 33 aurelius *R* | aelio] helie *S*, *om. libri* 34 cauponam *C* | ne] nec *C* | *s. a. V*

# LVII

## ℞ SI MANCIPIVM ITA FVERIT ALIENATVM, VT MANVMITTATVR VEL CONTRA ℞

1 Imp. Alexander A. Patricensi. Si[1] Patroclius, posteaquam te Hermiae [B 19, 7, 16] donationis causa dedit lege dicta, ut, si quindecim annis continuis seruisses, ad libertatem perducereris ita, ut ciuis Romanus esses, tempore peracto, si modo Patroclius non contrariae uoluntatis fuerit aut si iam decesserit, ad libertatem peruenisti, quoniam placuit non solum ad uenditos, sed etiam ad donatos eam legem, ut manumitterentur, pertinere, nec te potuit semel translato dominio in Hermiam postea alii Patroclius uendere: et ideo non de praestanda tibi libertate, quam ex constitutione iam fueras adeptus, litigare debuisti, sed libertatem quam obtinueras defendere. PP. vi id. Nov. Alexandro A. cons. a. 222

2 Idem A. Evtychiano. Si ea lege Chreste seruum, sed naturalem filium [B 19, 7, 17] uenumdedit, ut emptor eum manumitteret, quamuis non est manumissus, ex constitutione diuorum Marci et Commodi ad Aufidium Victorinum liber est. PP. non. Dec. Alexandro A. cons. a. 222

3 Idem A. Fvlcinio Maximo. *Si* Iusta Saturnino puellam nomine Firmam agentem tunc annos septem hac lege uendiderit, ut, cum haberet annos uiginti quinque, libera esset, quamuis factum ab emptore praestandae libertatis pacto non sit insertum, sed ut libera
1 esset expressum, tamen constitutioni diuorum Marci et Commodi locus est. Ideoque impleto uicensimo quinto anno Firma libera facta est nec obest ei, quod uicensimo septimo anno manumissa est, quae iam ex constitutione libera erat: et is, quem post uicensimum quintum annum ex te conceptum enixa est, ingenuus est. PP. x k. Febr. Ivliano et Crispino conss. a. 224

4 Imp. Gordianvs A. Corneliae Ivcvndae. Si is, qui pretium pro [B 19, 7, 20 (Zach.)] te acceperat, ut statuto tempore te libertate donaret, moram repromissae libertati praestitit, ex eo te liberam esse factam manifestum est, ex quo, cum posset dari libertas, non est praestita. et ideo ex te natos ingenuos uideri procreatos non est incertae opinionis. PP. vi k. Mai. Sabino et Venvsto conss. a. 240

5 Idem A. Avrelio Marino. Ea quidem mancipia, quorum uenditio [B 19, 7, 21 (Zach.)] eam legem accepit, ne ad libertatem perducantur, etiamsi manumittantur, nancisci libertatem non possunt. neque enim condicio, quae personae eius cohaesit, immutari facto
1 eius qui ea lege comparauit potest. Nec tamen, poenae exactio si qua addita est condi-
2 cioni non seruatae, iustam exigendi tribuit causam. Qua igitur ratione te poterit uocare

*VCRM*

---

[1]) si *del.* (*Mommsen*)

---

2 mancium *R, deficit V* 4 patricensio *V?* 6 producereris *RM,* produceris *C,* *** (per *Bluhme*) ducereris *V* | ita *om. R* | ciues *C* | temporis $M^a$*?* | contr. uolunt. non *C* 7 fuerat *M* | si iam] *CRM,* si etiam *V?:* ἢ καὶ ἐτελεύτησεν *B* | decesserat *CM* 8 manumitteretur *C* 10 libertatem *C,* liberta $M^a$ | quam ... 11 libertatem *bis* $R^a$ | ademptus *R* 11 defendere] defere $V^a$ | *s. a. V* | conss. *V* 12 a.] aa. *R* | eutuchiano *V,* euticiano *S,* eutichiano liberto *C* (*recte fortasse*), euticiano. **** $M^a$, eunichiano libertus (libertus *del.* $R^b$) *R* | chrestes *V,* chertae *R,* crhestem $M^a$*?* | sed] seu *C* | filiam $M^a$ 14 anfidium *V* | *s. a. V* 15 conss. *V* 16 a. fulcinio] a. et c. fulcio *S* | maximo] *S, om. libri* | si iusta] $M^b$, si iuxta $R^b$, iusta $VM^a$, iuxta $R^a$, cum pro iusta *C* | puella *C* 17 esset] extitisset *CR* 18 pato $V^a$ | sit] fit *C* 19 esset] *t est $C^a$, esset et $C^b$ | locus est] $VCM^a$, in semestribus scriptae locus est *R,* locus est in semenstribus scripte $M^b$: *additamentum uenire uidetur ex Dig.* 18, 7, 10 | idemque $R^a$ 20 uicesimo *M, om.* $R^a$ | quod] quod o $R^a$ | uicens. (uiges. *R,* uices. *M*) sept.] xxu $C^a$, xxui $C^b$ 21 quem] quae *C* | uigesimum *R,* uicesimum *M* 22 quintum annum *om.* $R^a$ | ex te *om.* $M^a$ | enixa es *V,* est enixa *C* | *s. a. V* 24 corneliae] *S, om. libri* | iocundo *S* 25 libertatem $CM^a$ | praestitae *C* 26 factam] *V,* fectam $M^a$, effectam $CM^b$, confectam *R* | posse $R^a$, possit $R^bM$ 27 procreatus *C,* procurator $M^a$ | *s. a. V* 28 et uenusto] et uen *non apparuit Bluhmio: hodie u.* 27 nis pp. ... 28 uenus *perierunt* 29 aurelio] *S, om. libri* | marcino *R* 30 legem *om.* $M^a$ | producantur *libri* 31 possint *C* 32 lege *om.* $M^a$ 33 iustae *C,* iuxta $M^a$

ad officium procuratoris, qui eam legem uenditioni dedit, *perspici non potest*, cum nec in priuatorum contractibus fiscus se interponere debeat et litterae ad te missae personae factum, si non ipse manumiseris, *non* contine*ant*. PP. XVI K. SEPT. SABINO ET VENVSTO CONSS. a. 240

6 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HELVIDIAE RVFINAE. [B 19, 7, 22 (Zach.)] Si puellam ea lege uendidisti, ut manumitteretur et, si manumissa non esset, centum aurei praestarentur, non seruata fide nihilo minus eam raptam e uestigio seruitutis ad libertatem, quae praestari potuit, constitit nec pecunia quasi rupta fide suscepta recte petetur, cum non mutata uenditoris uoluntate condicionis potestate post[1] manumittentis factum repraesentari optima ratione placuit. S. XVI K. IVN. IPSIS AA. CONSS. a. 293

## LVIII

## ℞ DE AEDILICIIS ACTIONIBVS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. DECENTIO VEROMILIO. Si non simpliciter, [B 19, 10, 60 (Heimb.)] sed consilio fraudis seruum tibi nescienti fugitiuum uel alio modo uitiosum quis uendidit isque fugitiuus abest, non solum in pretium serui uenditorem conueniri, sed etiam damnum quod per eum tibi accidit competens iudex, ut iam pridem placuit, praestari iubebit. PP. IIII K. IVN. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

2 IMP. GORDIANVS A. PETILIO MAXIMO. Cum proponas seruum, quem pridem comparasti, post anni tempus fugisse, qua ratione eo nomine cum uenditore eiusdem congredi quaeras, non possum animaduertere: etenim redhibitoriam actionem sex mensum temporibus uel quanto minoris anno concludi manifesti iuris est. PP. K. DEC. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AVRELIO MVCIANO. [B 19, 10, 68 (Zach.)]
Si apud priorem dominum fugisse mancipium non doceatur, fuga post uenditionem inter-
1 ueniens ad damnum emptoris pertinet. Sin autem uenditor non uitiosum etiam in poste-
rum fieri seruum temere promiserit, quamuis hoc impossibile esse uidetur, secundum fidem
tamen antecedentis uel in continenti secuti pacti experiri posse non ambigitur: posteriores
2 enim casus non uenditoris, sed emptoris periculum spectant. Verum cum seruum quem
comparaueras ad eum qui distraxerat redisse contendis, iudex competens perspectis omnibus pro repertae rei qualitate proferre curabit sententiam. PP. XV K. MAI. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

4 IDEM AA. Si praedium quis sub ea lege comparauerit, ut, si [B 19, 10, 63 (Heimb.)] displicuerit, inemptum erit, id utpote sub condicione uenditum resolui et redhibitoriam

*VP* (58 ℞ 1...3) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] manumittendo moram factam *similiaue uidentur excidisse*

1 prospici non *VRM*, non prospici non *C* 3 non] $V^b$?$T^b$, *om.* *V uel* $V^a$*CRM* | continent *VRM*, continet *C* | *s. a. V* 4 diocletianus] docl. *V* | heluidie *S* (*Bluhme*), heloidie *S* (*Heimb.*), *om. libri* 5 et si] et $M^a$ 6 e *om. R* 8 petitur *C* | condicionis potestate] *VC*, contra conditionis potestatem $RM^b$, contradiccionis potestate $M^a$?: τὸ δὲ πρόστιμον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει, ἐπειδὴ ἡ τοῦ συμφώνου δύναμις τὴν ὀφείλουσαν παρὰ τοῦ πράτου ἐλευθερίαν ἐπιτίθησιν *B* 9 *s. a. V:* s. XVI k. iun. *incerta sunt*, ipsis *dubitans legit Bluhmius solus* 11 diliciis *SM, deficit V* | act.] et act. *S, deficit V* 12 antonius *M* | a.] a. et c. *V* | decentio] *SCM*, dicentio *PL*, adecentio *R, inc. V* | ueromilio] *S, om. libri* 13 quis] quod $M^a$? 14 isque] his qui $M^a$, is quidem $PL^a$? 15 accedit *V* | praestare *PL* | *s. a. VPL* | pp.] *V*, d. *PL* 16 messala et sabino conss.] mens. sau. cc. *P, om. L, inc. V* 17 peticio *PLR* | maximo] *S, om. libri* 18 fuisse $CR^a$ 19 reddibitoram $R^a$ | mensum] *V*, mensuum *PL*, mensium *CRM* 20 manifestissimi *C* | *s. a. VPL* | pp.] d. *PL* 21 a. *om. PL* | auiol*(o?) *P* | conss. *om. PL* 22 aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. *C* | aurelio] *S, om. libri* 23 fuisse *C* | docetur *PL* 25 tenere *C* | inpossibile hoc *PL* 26 antecedentis] ant* $M^a$ | pacti secuti *L* 27 causus $P^a$ | spectant] *V*?, exspectant *PLCRM* 28 prospectis *libri* | pro reppertae rei omnibus *C* 29 *s. a. V: in PL est subscriptio* 59, 2 | xv] *sic uel* xii *V* | max. II ** aq*ilino *apparere uidentur in V:* aquilino *confirmatur inscriptione c.* 4 *in M* (*u. i.*) 31 aa.] *V*, a. et c. *S*, aa. et cc. *R*, a. et cc. asiae *C*, aa. aquilino *M* (*ex subscriptione uidelicet c.* 3) | qui $CM^a$? | ea] hoc *CM* | comparauit *V* (*Bluhme*)? | si *om.* $M^a$ 32 inemptum erit *om.* $R^a$

1 aduersus uenditorem competere palam est. Idem obseruatur et si pestibilis fundus, id
est pestibulas uel herbas letiferas[1] habens, ignorante emptore distractus sit: nam in hoc
etiam casu per eandem actionem eum quoque redhibendum esse. . . K. MART.
5 IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS[2] AAA. NEBRIDIO PV. [Th. 3, 4, 1 B 19, 10, 64]
Habito semel bonae fidei contractu mancipioque suscepto et pretio soluto ita
demum repetendi pretii potestas est ei qui mancipium comparauerit largienda, si illud,
quod dixerit fugitiuum, poterit exhibere. hoc enim non solum in barbaris, sed etiam in
prouincialibus seruis iure praescriptum est. D. III K. IVL. CONSTANTINOPOLI HONORIO
NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

## LVIIII

## R DE MONOPOLIIS ET DE CONVENTV NEGOTIATORVM ILLICITO VEL ARTIFICVM ERGOLABORVMQVE NEC NON BALNEATORVM PROHIBITIS ILLICITISQVE PACTIONIBVS R

1 *Αὐτοκράτωρ Λέων Α.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

31 [1] IMP. LEO A. ASPARI MAGISTRO MILITVM. Milites nostros alienarum rerum [B 20, 1, 92] conductores seu procuratores aut fideiussores uel mandatores conductorum fieri prohibemus, ne omisso armorum usu ad opus rurestre se conferant et uicinis graues praesumptione cinguli militaris existant. armis autem, non priuatis negotiis occupentur, ut numeris et signis suis iugiter inhaerentes rem publicam, a qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant. D. PRID. NON. IVL. CONSTANTINOPOLI LEONE A. CONS. a. 458

32 IMP. ZENO A. ADAMANTIO PV. Ne cui liceat, qui aliquam domum alienam [B 20, 1, 93] uel locum aut ergasterium nomine conductionis accepit, alteri, qui post eum domini uoluntate ad eandem conductionem accessit, litem inferre, quasi rem illicitam aut agenti damnosam temptauerit, sed patere facultatem dominis domos suas uel ergasteria uel loca cui uoluerint locandi, ipsis nihilo minus qui conduxerint ab omni super hoc molestia liberis conseruandis: nisi forte pacta per scripturam specialiter inita cum dominis uel cum his qui
1 postea conduxerunt, legibus uidelicet cognita, agentis intentionibus suffragantur. Quod si quis huiusmodi controuersiam sacris iussionibus interdictam crediderit commouendam, si priuatus est, acriter caesus exilii subeat poenam, si militat, decem librarum auri dispendio feriatur.

33 IDEM A. SEBASTIANO PP. Conductores rerum alienarum seu [8, 4, 10 mut. B 20, 1, 94] alienam cuiuslibet rei possessionem precario detinentes seu heredes eorum, si non eam dominis recuperare uolentibus restituerint, sed litem usque ad definitiuam sententiam expectauerint, non solum rem locatam, sed etiam aestimationem eius uictrici parti ad similitudinem inuasoris alienae possessionis praebere compellantur. D. V K. APRIL. CONSTANTINOPOLI THEODERICO CONS. a. 484

34 Ἑκατέρῳ ἡ διάταξις ἐπιτρέπει καὶ τῷ μισθώσαντι καὶ τῷ μισθωσαμένῳ ἐξεῖναι ἐντὸς [B 20, 1, 95] ἐνιαυτοῦ λύειν τὴν μίσθωσιν καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις, καὶ μὴ διδόναι πρόστιμον ὡς ἐκ παραβασίας, εἰ μὴ ἄρα ἐν ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος ἀπετάξαντο ἰδικῶς τῷ τοιούτῳ συμφώνῳ ἢ ἀγράφως ἀπεῖπον.

35 IMP. IVSTINIANVS A. AD SENATVM. Licet retro principes multa de militibus, [B 20, 1, 96] qui alienas possessiones uel domus conductionis titulo procurandas suscipiunt, sanxisse manifestum est, tamen quia res sic est contempta, ut neque interminationis sacratissimae constitutionis milites memores ad huiusmodi sordida audeant uenire ministeria et relictis studiis publicis signisque uictricibus ad conductiones alienarum rerum prosilire et armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed contra uicinos et forsitan aduersus ipsos miseros colonos, quos procurandos susceperunt, conuertere, necessarium duximus ad hanc sacratissi-
1 mam uenire constitutionem altius et plenius huiusmodi causam corrigentes. Iubemus itaque

*A[ul]* (65, 33) *P* (*om. c.* 30. 31. 35) *L* (*ut P*) *CRM: c.* 34 *dedimus ad indicem B*

[1] *iunge* 12, 35, 15

1 *s. a. Nou. Th. et* 1, 14, 5  2 festo uc. conss. *Nou.*  3 a.] aa. *R[a]*, *om. C* | aspero *R* | militum] mil. nō. *S*  4 ductores *R[a]* | seu proc. *om. M[a]* | aut] uel aut *C*  5 praesumptiones *R[a]*  6 militares *R[a]*  8 *subscriptionem restitui ex* 12, 35, 15  9 zeno] leo *M[a]* | adamantium *SCR*, ad damatium *M* | pu.] pp. *SC*, p. *M* | liteat *P[a]*  10 nomine] in integrum *C*  12 patre *P[a]* | facultates *C* | domus *RM[a]* | ergasterias *C* | loca] loca non (non *del. P[b]*) locata *PL[a]?*  13 locandis *C* | conduxerant *M* | libris *M[a]*  14 pacta] factam *C* | scripturas *PL* | iniecta *P[a]* | cum his] his *CRM*  15 conduxerint *C* | legibus] l. et *L[a]* | suffragentur *R*  16 quis] quis ut *P*, quis • *L[a]* | crediderint *C*  17 subiit *C*  19 a.] aa. *R[a]* | pp.] p. *M*, *om. P* | seu] sed et *A*  20 heres *P[a]*  21 diffin••am *P[a]*  22 solum] soriulum *L[a]*  23 *s. a. l. gem.*  25 lex xxxiu greca *S*, constitutio graeca *R*. *breuior index extat in Epit.* 7, 21: ἐξεῖναι ἐντὸς ἐνιαυτοῦ λύειν τὴν μίσθωσιν ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις καὶ μηδὲν διδόναι πρόστιμον ὡς ἐκ παραβασίας. εἰ μὴ ἄρα ἐν ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος ἀπετάξατο τούτῳ ἰδικῶς. *praeterea c.* 34 *citatur in dictato de consiliariis his uerbis* non praetermittas illam pulcherrimam legem, qua cauetur licere intra annum sine poena a contractu in conductionibus recedere  26 μή] *B*, μηδέ *Synopsis* (*M* 13, 31 *Zach.*)  27 ἄρα *om. Syn.* | ἰδικῶς] *Syn.*, *om. B*, *u. s. Epit.*  32 mysteria *R[a]*  33 conductionem *R*  34 auctoritatem non in honestes *R[a]*

omnes omnino, qui sub armis militant, siue maiores siue minores (milites autem appellamus eos, qui tam sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam quam in undecim deuotissimis scholis taxati sunt, nec non eos, qui sub diuersis optionibus foederatorum nomine sunt decorati) saltem in posterum ab omni conductione alienarum rerum temperare scituros, quod ex ipso contractus initio sine aliquo facto uel aliqua sententia cadant militia et non sit regressus eis ad pristinum gradum neque a beneficio imperiali neque a consensu uel permissu iudicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne, dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimant, suas militias suamque opinionem amittant, ex militibus pagani, ex decoratis infames constituti: et quod post huiusmodi conductionem, quam penitus interdiximus, a publico susceperint, et hoc sine aliqua mora uel procrastina-
2 tione reddere compellantur. Scituris et ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad conductionem permiserint nostra lege eorum conamine uiolata, quod nulla eis exactio contra eos concedatur, ut, qui alieni appetens constitutus militem procuratorem elegerit, et suis
3 cadat redditibus. Pateat autem omnibus huiusmodi copia apud competentes iudices accusationis, ut, qui in hac causa delator existat, laudandus magis quam uituperandus intellegatur: poena, quam contra milites nostrorum praeceptorum contemptores et ipsos, qui eis conductionem rerum ad se pertinentium permiserint, statuimus, in futuris causis obtinente[1].

# LXVI

## ℞ DE EMPHYTEVTICO IVRE ℞

1 IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Ius emphyteuticarium neque conductionis B 20, 2, 1
neque alienationis esse titulis addicendum, sed hoc ius tertium sit constitutum ab utriusque memoratorum contractuum societate seu similitudine separatum, conceptionem definitionemque habere propriam et iustum esse ualidumque contractum, in quo cuncta, quae inter utrasque contrahentium partes super omnibus uel etiam fortuitis casibus pactionibus scriptura interueniente habitis placuerint, firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri: ita ut, si interdum ea, quae fortuitis casibus sicut[2] eueniunt, pactorum non fuerint conuentione concepta, si quidem tanta emerserit clades, quae prorsus ipsius etiam rei quae per emphyteusin data est facit interitum, hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum mansit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur: sin uero particulare uel aliud leue damnum contigerit, ex quo non ipsa rei penitus laedatur substantia, hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet adscribendum. a. 476—

2 IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. In emphyteuticariis contractibus B 20, 2, 2
sancimus, si quidem aliae pactiones in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptae, easdem et in aliis omnibus capitulis obseruari et de reiectione eius qui emphyteusin suscepit,
1 si solitam pensionem uel publicarum functionum apochas non praestiterit. Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neque pecunias soluerit neque

*P* (66 ℞ 2) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] D. XI k. Aug. Constantinopoli Lampadio et Oreste uu. cc. conss. (*a.* 530) *suppl. Buchholtz recte, cf. Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 184 [2] secus?

4 temporale $R^a$ 5 ipsos contractus ab initio $R^a$, ipso contractu ab initio $R^b$ 6 a benef.] benef. *M* | imperati $M^a$ | consensu] concessu *CM* 7 permisso *R* | toleranda *C*, tollerandum $R^a$ 9 infame *C*, ex infames $M^a$? 12 condictionem permiserit *C* | eorum *om.* $R^a$ | eis] eas $R^a$ 13 qui] quod $R^a$ 14 redditibus tibus $M^a$? | copiam $R^a$ | competens $R^a M^a$? | 15 existat ... 16 milites *om.* $R^a$ 16 penam *C*, poe $M^a$ | nostrorum (nostrarum $M^b$) praeceptionum *CM*, nostros (n.... $R^a$) praeceptorum *R* 17 conductione *C* | rerum ad se *om. C* | permiserunt *R* | optinentes *C* 19 de iure emfiteutico (—tentico $P^a$?) *P* 20 sebastianus *R* | pp.] p. *M* 23 esse *om. C* 24 inter] in *R* | fortis $M^a$ 25 illabataque *M* 26 ut si *om.* $R^a$ | quae] quae de $CM^b$ 27 si] siq $R^a$ | tante emerserint *M* | quae] qui $R^a$ | per *om. R* 29 cui] cum *C* | remansit *C* | qui] per $R^a$ | urguebat *C* 33 demonsteni *L* | pp. *om. M* 34 sacci.mus *P* 35 suscipit *R* 37 pecuniam *C*, pecuas $P^a$

apochas domino tributorum reddiderit, uolenti ei licere eum a praediis emphyteuticariis
repellere: nulla ei adlegatione nomine meliorationis uel eorum quae emponemata dicuntur
uel poenae opponenda, sed omnimodo eo, si dominus uoluerit, repellendo neque praeten-
dente, quod non est super hac causa inquietatus, cum neminem oportet conuentionem uel
admonitionem expectare, sed ultro sese offerre et debitum spontanea uoluntate persoluere,
2 secundum quod et anteriore lege nostri numinis generaliter cautum est[1]. Ne autem ex
hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere et reditum minime uelle
suscipere, ut ex huiusmodi machinatione triennio elapso suo iure is qui emphyteusin sus-
cepit cadat, licentiam ei concedimus attestatione praemissa pecunias offerre hisque obsig-
natis et secundum legem depositis minime deiectionis timere periculum. D. XV K. OCT.
CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 529

3 IDEM A. IVLIANO PP. Cum dubitabatur, utrum emphyteuta debeat cum [B 20, 2, 3
domini uoluntate suas meliorationes, quae Graeco uocabulo emponemata dicuntur, alie-
nare uel ius emphyteuticum in alium transferre, an eius[2] expectare consensum, sancimus,
si quidem emphyteuticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas ob-
seruari: sin autem nullo modo huiusmodi pactio posita est uel forte instrumentum emphy-
teuseos perditum est, minime licere emphyteutae sine consensu domini suas meliorationes
1 aliis uendere uel ius emphyteuticum transferre. Sed ne hac occasione accepta[3] domini
minime concedant emphyteutas suos accipere pretia meliorationum quae inuenerint, sed eos
deludant et ex hoc commodum emphyteutae depereat, disponimus attestationem domino
2 transmitti et praedicere, quantum pretium ab alio re uera accipit. Et si quidem dominus
hoc dare maluerit et tantam praestare quantitatem, quantam ipsa ueritate emphyteuta ab
3 alio accipere potest, ipsum dominum omnimodo haec comparare: Sin autem duorum men-
suum spatium fuerit emensum et dominus hoc facere noluerit, licentia emphyteutae detur,
ubi uoluerit, et sine consensu domini suas meliorationes uendere, his tamen personis, quae
non solent in emphyteuticis contractibus uetari ad huiusmodi uenire emptionem: necessi-
tatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum praefatum modum uendita sit,
accipere emphyteutam uel, ius emphyteuticum ad personas non prohibitas sed concessas
et idoneas ad soluendum emphyteuticum canonem transponere si emphyteuta maluerit, non
contradicere, sed nouum emphyteutam in possessionem suscipere, non per conductorem nec
per procuratorem, sed ipsos dominos per se uel per litteras suas uel, si hoc non potue-
rint uel noluerint, per depositionem in hac quidem ciuitate apud uirum clarissimum ma-
gistrum censuum uel praesentibus tabulariis per attestationem, in prouinciis autem per
4 praesides uel defensores celebrandam. Et ne auaritia tenti domini magnam molem pecu-
niarum propter hoc efflagitent, quod usque ad praesens tempus perpetrari cognouimus, non
amplius eis liceat pro subscriptione uel depositione nisi quinquagesimam partem pretii uel
5 aestimationis loci, qui ad aliam personam transfertur, accipere. Sin autem nouum emphy-
teutam uel emptorem meliorationis suscipere minime dominus maluerit et attestatione facta
intra duos menses hoc facere supersederit, licere emphyteutae et non consentientibus

*PLCRM*

[1] 8, 37, 12 [2] non *ins.* (*Mommsen*) [3] adrepta (*Mommsen*)?

2 inpenemata $C^a$ 3 poena *PLRM* | eos (eas $L^a$) ... repellendos neque praetendentes quod non sunt s. h. c. inquietati *PL*, eos ... repellendos neque praetendente quod nón est ... inquietatus *R* | praetendentem *C*, praecedente $M^a$ 6 et] ** $C^a$, *om.* *L* | anteriori $R^aM$ | nominis $P^bLRM$, nomines $P^a$ 7 domini *C* 10 leges *R* | *s. a. Cuiacii notae in Cod.: in PL est subscriptio c.* 3 11 cons.] III cons. *Cui.* 12 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *R* | pp.] p. *M* | dubitatur *R* 14 spectare $C^a$ 15 hoc casu] haec *PL* | habet *L* 17 emphiteutam $CRM^a$ | suas *om.* $M^a$ 18 hac] anc $P^a$, ha* $M^a$, *om.* *R* 19 minime *P* 20 emphyteuticae $M^a$ | disposuimus *L*, imponimus $R^a$? | adtestastionem $P^a$, attestatione *R* 21 accepi* $M^a$, accipi potest $R^bM^b$, δίδοται *B* | hoc dominus *C* 22 quantam] quam $M^a$ 23 comparere $R^a$ | mensium *M* 24 emersum *PL* 26 emptonem $P^a$ 28 emphitetam $R^a$ | ius ... 29 si emphyteuta] si ius (si *** $C^a$) ... emphyteuta (—tam *C*, si emph. $M^b$) *CM* 29 uoluerit *C* 30 nonuum $R^a$ | ductorem $R^a$ | nec per] uel *CR*, nec $M^a$ 31 potuerit $P^a$ 32 clarissimum *om.* *C* | magistro *R* 33 censium *L* | per] apud *R*, *om.* *M* 34 celebranda *C* | auaritaa $L^a$ | tendi $P^aL^a$ 36 per subscriptionem uel deposicionem *PL* | quinquagesimum $L^a$ 37 nouam $R^a$ 39 consentibus *R*

ASHMOLEAN OXFORD

6 dominis ad alios ius suum uel emponemata transferre. Sin autem aliter fuerit uersatus, quam nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat. D. XV K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

4 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.*

Ἐὰν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ὁ μὲν ἐμφυτευτὴς προσφέρῃ τῷ δεσπότῃ τὸν τῆς [1, 4, 32 B 20, 2, 4]
ἐμφυτεύσεως κανόνα, ὁ δὲ δεσπότης ἀναβάλληται δέξασθαι αὐτὸν ἢ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διάγων
ἢ ἐν ἐπαρχίαις, ἐξεῖναι τῷ ἐμφυτευτῇ προσάγειν αὐτῷ τὸ ἐμφύτευμα καὶ μελλούσης περαιοῦσθαι
τῆς τριετίας, εἰ μὴ ἀνάσχοιτο λαβεῖν, σφραγίζειν αὐτὸ καὶ ἐπιμαρτύρεσθαι περὶ τούτου ἢ τὸν
ἐνδοξότατον ἔπαρχον τῆς πόλεως ἢ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους τῶν ἱερῶν πραιτωρίων ἢ τὸν
πρόσφορον ἄρχοντα, ᾧτινι ὑπόκειται ὁ τοῦ χωρίου δεσπότης· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις ἢ παρὰ τῷ
ἄρχοντι ἢ ἐν ἀπουσίᾳ τοῦ ἄρχοντος παρὰ τῷ ἐκδίκῳ τῶν τόπων ῆ παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς
πόλεως, καθ' ἣν ὁ δεσπότης τοῦ κτήματος διάγει, πράττειν περὶ τούτου, ὥστε καὶ τὴν ἐξ ἑνὸς
1 τῶν εἰρημένων προσώπων προστεθῆναι τῷ πράγματι μαρτυρίαν. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτως Ελοιτο
λαβεῖν προσαγόμενον τὸ ἐμφύτευμα ὁ δεσπότης, κερδαινέτω μὲν αὐτὸ ὁ ἐμφυτευτής, μηδεμίαν
2 ἀγωγὴν ἔχοντος εἰς ἀπαίτησιν αὐτοῦ τοῦ δεσπότου. Μήτε δὲ ἡ ἐμφύτευσις λυέσθω παρατρεχούσης
τῆς τριετίας μήτε τῶν ἐφεξῆς ἐνιαυτῶν ἀπαιτείτω τὸν εἰωθότα κανόνα ὁ δεσπότης, ἕως ἂν αὐτὸς
ἄνωθεν ὀχλήσας τῷ ἐμφυτευτῇ καὶ διαμαρτυρίαν αὐτῷ στείλας ἄρξηται αἰτεῖν τὸν ἐμφυτευτικὸν
κανόνα· τότε γὰρ οὐ μὴν τοῦ προλαβόντος χρόνου παντὸς ἀπαιτείτω τὸν κανόνα ὁ δεσπότης,
ὡς αὐτὸς αἴτιος τοῦ μὴ λαβεῖν αὐτὸν γεγονώς, τοῦ δὲ τρέχοντος χρόνου μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν
3 αὐτοῦ ἀπαιτείτω τὸ ἐμφύτευμα. Ἐὰν δὲ ἐπὶ τριετίαν μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν τοῦ δεσπότου μὴ
καταβάλῃ ὁ ἐμφυτευτὴς εὐγνωμόνως τὸν κανόνα, ἀκολούθως ἐξωθείτω αὐτὸν ὁ δεσπότης τῆς
ἐμφυτεύσεως κατὰ τὴν δευτέραν τούτου τοῦ τίτλου διάταξιν. (a. 531-

***PLCRM: index c. 4 restitutus est ex B***

---

2 disposiit *L[a]* | *s. a. PL hoc loco et ad c.* 2 3 hor. uu. cc: cons. *PL h. l.*, hor. cc. *PL ad c.* 2 4 ccs. graeca *P*, constitutio greca *R: idem W alii initio libri quinti praemittunt: inscriptionem suppleuimus* 5 *de indice B cf. ad l. gem.* 18 τοῦ *om. B*

# LIBER QVINTVS

## I

## ℞ DE SPONSALIBVS ET ARRIS SPONSALICIIS ET PROXENETICIS ℞

1 [1]Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Bianori. Alii despon- B 28, 1, 15
sata renuntiare condicioni ac nubere alii non prohietur. D. xviii[2] k. Mai.[3] AA.
conss. a. 293
2 [4]Imp. Constantinvs A. et Constantivs C. ad Pacatianvm pv. Th. 3, 5, 4 B 28, 1, 16
Si is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium exsequi nuptias in eadem prouincia
degens[5] supersederit, eiusque spatii fine decurso in alterius postea coniunctionem puella
peruenerit, nihil fraudis ei sit, quae nuptias maturando uota sua diutius ludi non passa
est. D. prid. id. April. Marcianopoli Pacatiano et Hilariano conss. a. 332
3 [6]Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Th. 3, 5, 10 rest. B 28, 2, 2
Evtropio pp. Arris sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus uel sponsa decesserit,
quae data sunt iubemus restitui, nisi causam, ut nuptiae non celebrentur, defuncta per-
sona iam praebuit. D. xv k. Ivl. Thessalonicae Gratiano v et Theodosio AA.
conss. a. 380
4 [7]Impp. Honorivs et Theodosivs AA. ad Mari*n*ianvm *pp.* Si Th. 3, 5, 12 B 28, 1, 18
pater pactum de filiae nuptiis inierit et humana sorte consumptus ad uota non potuerit
peruenire, id inter sponsos firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum,
nihilque permittatur habere momenti, quod cum defensore, ad quem minoris commoda per-
1 tinebunt, docebitur fuisse transactum. Periniquum est enim, ut contra patriam uolunta-
tem redempti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, cum plerumque etiam
ipsius feminae aduersus commoda propria inueniatur laborare consilium. D. iiii[8] non.
Nov. Ravennae Honorio xiii et Theodosio x AA. conss. a. 422

*S* (1, 3) *PLCMN*

[1] *iunge* 9, 12, 3 [2] viii (9, 12, 3)? [3] Heracliae *ins.* 9, 12, 3 [4] *iunge Th.* 3, 5, 5 [5] in eadem prou. degens, *quod om. Th., additum uidetur propter* 5, 17, 2 [6] *iunge* 5, 2, 1. 6, 23, 16. 9, 49, 8. 12, 7, 1 *et Th.* 3, 5, 11. 4, 19, 1. 9, 27, 2. 9, 42, 9: *eiusdem constitutionis partes, quamquam ad diuersos directae, uidentur esse* 5, 7, 1. 8, 36, 3 *et Th.* 8, 15, 6: *cf. etiam* 5, 9, 1. 6, 56, 4 [7] *iunge* 5, 9, 4. 5, 18, 11. 5, 19, 1. *Th.* 3, 5, 12 [8] iii *leges iungendae*

3 de exsponsalibus *M* | arris et $L^a$, arris *om.* $P^a$ 5 et cc. *om. PLC* | dianori *C* | desponsata] $W^b$, desponsatae *libri:* ἡ ἄλλῳ μνηστευθεῖσα *B* 6 *s. a. PL* | d. *om. P* | aa. conss. *om. P* 8 imp. constant. a. et costa. c. *N*, impp. const. et constan. aa. *PL*, impp. constant. et constans aa. *C*, impp. constantinus et constantius *M*, idem a. *Th.* | ad capatianum *C*, ad paccatium *M*, pacatiano *Th.* | pu.] *Th.*, pp. *CMN*, *om. PL* 11 peruenerat *C* | fraudi *C* | diutius *om.* $N^a$ 12 *s. a. Th. PL* | marc. ... conss.] marciano. policatian. et nilarin. cc. *PL* 13 impp. *C* | ualent.] et ual. *PLCN*, ualentinus *M* | aa. *C*, *om. S* 14 pp.] p. *M*, *om. C* 15 causis *S* | celebrent *S* 16 praebuitur *S* | *s. a. loci iungendi* 18 ipp. *N* | marinianum pp.] *Th.*, marianum *libri* 19 pater pactum] pat** pater $N^a$ | de *om.* $P^aL^a$ | aduocata $P^a$ | poterit *N* 20 sponsos] *MN Th.*, sponsum (spons**s $P^a$) et sponsam *PLC* 21 pertinebant *L* 23 etiam] et *N* 24 aduersus] contra *PL* | inueniantur $M^a$ | *s. a. Th. PL* | d. ... 25 aa.] p. n. d. rau. n. et the. *PL* 25 honorio] dd. nn. honorio *Th.*

5 [1]IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ERYTHRIO PP. Mulier iuris sui constituta arrarum
sponsalium nomine usque ad duplum teneatur, id est in id quod accepit et aliud tantundem
nec amplius, si post completum uicesimum quintum annum uel post impetratam ueniam
aetatis atque in competenti iudicio comprobatam huiusmodi arras suscepit: in simplum
autem, id est tantummodo quod accepit, si minoris aetatis est, siue uirgo siue uidua sit,
siue per se siue per tutorem uel curatorem uel aliam personam easdem arras acceperit.
1 Patrem uero uel matrem, legitimae uidelicet aetatis constitutos, siue simul siue separatim
arras pro filia susceperint, auum autem uel proauum pro nepte seu pronepte, in duplum
2 tantummodo conuenit teneri. Quae ita custodiri censemus, si non propter personam uel
condicionem aut aliam causam legibus uel generalibus constitutionibus interdictam futurum
matrimonium constare prohibetur: tunc enim quasi nullo facto, utpote sine causa easdem
3 arras praestitas tantummodo reddi consequens esse praecipimus. Hoc quoque his adicimus,
ut etiam, si legibus prohibitae non sint speratae nuptiae, post arras autem [1, 4, 16 mut.]
sponsalicias sponsa coniugium sponsi propter turpem uel impudicam conuersationem aut
religionis uel sectae diuersitatem recusauerit uel eo, quod quasi uir coitum, ex quo spes
subolis oritur, facere non potuerit, uel ob aliam iustam excusationis causam, si quidem
probatum fuerit ante datas easdem arras sponsalicias hoc idem mulierem uel parentes
4 eius cognouisse, sibi debeant imputare. Sin uero horum ignari sponsalicias arras suscepe-
rint uel post arras datas aliqua iusta causa paenitentiae intercesserit, isdem tantummodo
5 redditis super alterius simpli poena liberi custodiantur. Quae omnia simili modo etiam de
sponsis super recipiendis nec ne arris praestitis custodiri censemus: quadrupli [(1, 4, 16)]
uidelicet poena, quae anterioribus legibus[2] definita erat, in qua et arrarum quantitas im-
putabatur, cessante, nisi specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes de
6 eadem quadrupli ratione placuit. Extra definitionem autem huius legis si cautio poenam
stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas uires habebit, cum in
contrahendis nuptiis libera potestas esse debet. D. K. IVL. CONSTANTINOPOLI MARCIANO
CONS. a. 472

6 Ἡ διάταξις βούλεται τὸν προξενοῦντα γάμον μάλιστα μὲν μηδὲν λαμβάνειν. εἰ δὲ [B 54, 15, 4]
ὅλως ἀνέχεται λαβεῖν, εἰ μὲν μηδὲν συνεφώνησε περὶ τούτου, μηδὲν ὅλως λαμβάνειν· εἰ δὲ
συνεφώνησε, μὴ ὑπὲρ τὴν εἰκοστὴν μοῖραν τῆς προικὸς καὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπιζητεῖν,
ἐὰν ἡ προῖξ ἄχρι διακοσίων λιτρῶν ἐστὶ χρυσίου· ἔλαττον δὲ εἰ βούλεται λαβεῖν, ἐπιτρέπει
1 αὐτῷ. Εἰ δὲ καὶ ὁσησδήποτε ποσότητός ἐστιν ἡ προῖξ, περαιτέρω τῶν δέκα λιτρῶν τοῦ χρυσίου
2 οὐκ ἐπιτρέπει τῷ προξενητῇ λαμβάνειν, οὐδὲ εἰ τελεία ἐστὶν ἡ προῖξ ἢ ἡ πρὸ γάμου δωρεά. Εἰ
δὲ παρὰ ταῦτά τις συμφωνήσει, μὴ ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καταβληθὲν ἀναδιδόσθω, εἴτε

*PLCMN: index c.* 6 *ex B restitutus est*

[1] *iunge* 1, 18, 3. 5, 6, 8. 5, 30, 3 [2] *cf.* 5, 2, 1 (*p.* 403 *not.* 3) 5, 8, 1 (*p.* 420 *not.* 2) *Th.* 3, 5, 11

1 imp. *N* | anthemius] anton. *C* | aa.] aa. et cc. *M* | neritrio *L*, eritherio *N*, ericio $M^b$, *deficit* $M^a$ | pp. *om. C, deficit* $M^a$ | sui iuris *L* 2 teneantur $M^a$ 3 uices. et quintum annum *CMN, om.* $L^a$ 5 quod] qui *L* | uirgo siue *om. C* 6 se siue] se aut *PL* | uel cur.] *PL,* seu cur. *C,* aut cur. *M,* aut procuratorem *N* | alias personas *PL* | susceperit $L^a$ 8 autem uel] aut *PL*, * uel $M^a$ | nepote $P^aC$ | pro pronepte $L^bM^b$, pro nepote *N* 10 aliquam *C* 11 utputa *M* 12 praecimus $M^a$, perspicimus *N* | hoc quoque his] *PL,* his quoque hoc *C,* his ** quoque $M^a$, his quoque *N* 14 impudicam] prodigam $L^vN$ | aut] uel *N* 15 coitum] $P^vL^vCMN$, coneptum $P^a$, conceptum $P^bL^t$ 17 mulieres *PL* 18 sponsaliceas $M^a$ | susceperit *C* 20 simplici *N* | etiam] et *N* 21 custodiri censemus *bis* $N^a$ 22 quae] quae in $CM^b$ | imputatur *M* 23 nisi cialiter $P^a$ | consesu $P^a$ | de adem $P^a$ 25 ex utraque] extraque $M^a$ 26 debet esse *M* | *s. a. L cum l. gem.* | iul. constant. ... 27 cons.] iun. cap. mar. cons. *** grc. (*id est* const. graeca) *L* 28 constitutio graeca *L* (*u. s.*) *N: excidisse hoc loco constitutionem de proxeneticis, cuius indicem supra exhibuimus, testatur index Coislinianus ad B* 54, 15: περὶ προξενητῶν βι. ε′ τοῦ κώδ. τίτ. α′ διάτ. ϛ′ περὶ προξενητῶν γάμων: *praeterea in libro Bamberg. D I* 3 *ad rubricam h. t, adnotatur de proxeneticis agi in Graecis. Basilicorum textum ex libro deperdito edidit Cuiacius obseru.* 11, 18: *initium usque ad u.* 33 λαμβάνειν *extat in Synopsi Π* 31, 1 (*Zach. p.* 576), *usque ad u.* 30 ἐπιζητεῖν *in Epit.* 21, 16 *aliis* 29 δέ] *Cui. Epit.*, δὲ καὶ *Syn.* 30 προγαμιαίας] *Cui.*, πρὸ γάμου *Syn. Epit.* 32 ἡ προῖξ ἐστι *Syn.*

χρήματα ἔλαβεν εἴτε πράγματα ἢ ἀνεδόθη αὐτῷ ὁμολογία χρέους ἢ ὅλως ἔλαβέ τι κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον, κινουμένων τῶν ἀγωγῶν οὐ μόνον κατὰ τοῦ λαβόντος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων, καὶ οὐ μόνον παρὰ τοῦ δεδωκότος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων· ὡρισμένου δέκα χρυσίου λιτρῶν ἐπιτιμίου τοῖς παρὰ ταῦτα πράττειν ἐπιχειροῦσιν.

## II

## ℞ SI RECTOR PROVINCIAE VEL AD EVM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT ℞

1 [1] Impp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Evtro- [Th. 3, 6, 1 B 28, 1, 20
pio pp. Si quis in potestate publica positus atque honore administrandarum prouinciarum,
qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis quae matrimonium contracturae sunt
potest esse terribilis, arras sponsalicias [2] dederit, iubemus, ut deinceps, siue parentes siue
eaedem mutauerint uoluntatem, non modo iuris laqueis liberentur poenaeque statutae ex-
pertes sint [3], sed extrinsecus data pignora lucratiua habeant, si ea non putent esse red-
1 denda. Quod ita late patere uolumus, ut non solum circa administrantes, sed et circa
administrantium filios nepotes ac [4] propinquos, participes (id est consiliarios [5]) domesti-
2 cosque locum habeat [6], quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id
postea matrimonium non uetamus, quod tempore potestatis ob eas personas, de quibus
locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. D. xv k. Ivl.
Thessalonicae Gratiano v et Theodosio AA. conss. a. 380

## III

## ℞ DE DONATIONIBVS ANTE NVPTIAS VEL PROPTER NVPTIAS ET SPONSALICIIS ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Metrodoro. Multum interest, si ea, [B 28, 3, 1 quae donat uir futurus, tradiderit uxori et postea in dotem acceperit, an uero donandi animo dotem auxerit, ut uideatur accepisse, quod non accepit. priore enim casu donatio non impeditur, et res, quae in ea causa sunt, dotis effectae iudicio de dote peti possunt: posteriore autem nihil actum est donatione et, quod in dotem datum non est, non potest repeti.

2 Imp. Alexander A. Attalo. Si praesidi prouinciae probaueris, ut Eucliam [B 28, 3, 2 uxorem duceres, munera te parentibus eius dedisse, nisi tibi Euclia nupserit, restitui tibi quod dedisti iubebit.

*P* (3, 3 ℞ [2 *p*]) *L* (3, 3. 2 ℞) *CMN*

---

[1] *iunge* 5, 1, 3 *et quae ibi laudantur* [2] arras sponsalicias] sponsalia *Th.* [3] poenaeque expertes sint quae quadruplum statuit *Th.*, *cf.* 5, 1, 5, 4 [4] ac *om. Th.* [5] id est consil. *om. Th.* [6] locum habeat] censeamus *Th.*

---

7 dederit *M* 8 impp. *C*, imp. *N*, *deficit* $M^a$ | ualentinus $M^b N$, ualer. *C*, *def.* $M^a$ | theodorus *C*, *def.* $M^a$ | aa. *C*, *om.* $M^b$, *def.* $M^a$ 9 pp.] p. $M^b$, *def.* $M^a$ 10 sunt] *Th.*, sint *libri* 11 dederint *N* 12 eandem $CM^a$ | mutauerim *uel* mutaueris $M^a$ | statuae *M* | expertae *C* 14 et] etiam *N*, *om. C* 15 participes] *C Th.*, ac p. *MN* | donesticosque $M^a$ 16 habeant *M* | tamen *om. N* | id] id est *C* 17 ob eas potestatis $M^a$ 18 ponsarum $M^a$ | *s. a. Th.* 19 gratiano … aa.] dd. nn. grat. a. v et theod. a. I *Th.* 21 uel] *CN*, et *PLM* 22 sponsaliciis] proxeneticis $P^t L^t$ (*cf. p.* 401, 4) 23 seuero et antonino *N* 25 dote *C* | casu] causa *C* 26 cauta *C* 27 dote *C* 29 eucliam] *pC*, euchiam *L*, euclea *N*, eutichiam $M^b$, *inc.* $M^a$ 30 euclia] *p*, euchiam *L*, eucleam *N*, eunuclia *C*, eutichia $M^b$, *inc.* $M^a$

3 IDEM A. MARCELLAE. Pollicitatione a fratre quondam tuo sponsalium causa [B 28, 3, 3] facta, et[1] si in stipulationem deducta ideo praestanda non fuerit, quoniam in dote uxor maritum fefellit, exceptionem aduersus actionem ex stipulatu recte obicies.

4 IMP. GORDIANVS A. MARCO. Quod sponsae ea lege donatur, ut tunc domi- [B 28, 3, 4] nium eius adipiscatur, cum nuptiae fuerint secutae, sine effectu est. PP. VIII K. DEC. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

5 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA.[2] THEODORAE. Ea, quae tibi [9, 9, 18 B 28, 3, 5] ut sponsae daturum se repromisit is, qui te ficto caelibatu, cum aliam matrem familias domi[3] reliquisset, sollicitauit ad nuptias, petere cum effectu non potes, cum tu sponsa uxore domi posita non fuisti. ACCEPTA XV ID. MAI. ANTIOCHIAE TVSCO ET BASSO CONSS. a. 258

6 IMP. AVRELIANVS A. DONATAE. Cum in te simplicem donationem dicas [B 28, 3, 6] factam esse die nuptiarum et in ambiguo possit uenire, utrum a sponso an a marito donatum sit, sic distinguendum est, ut, si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias uideatur facta esse donatio, quod si penes se dedit sponsus, retrahi possit: uxor enim fuisti.

7 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. IVNCIANAE. Si, cum ante [B 28, 3, 7] nuptias munera darentur, ita conuentum est atque huiusmodi conscripta pactio est, ut, si qua fors extitisset contra uoluntatem eius et matrimonium distraxisset, tunc quae data erant apud eum qui dedisset heredemue eius remanerent, potest qui eius hereditatem accepit, cui pacta puella munera supra dicta lege susceperat, eadem iure postulare. PP. K. APRIL.

8 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. EVPHROSYNO. Si ante [B 28, 3, 8] matrimonium maior quinque et uiginti annis constitutus sponsae suae, licet ante sponsalia, fundum donauit eamque in uacuam induxit possessionem, postea nullo titulo superstitem uel testamento eundem relinquentem alienare potuisse certi ac manifesti iuris est. D. K. MAI. TIRALLO AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. IVLIANO. Cum te sponsae filii tui quaedam donasse con- [B 28, 3, 9] fitearis, perfectam donationem rescindi nec nostro oportet rescripto, quam tua uoluntas iurisque auctoritas fecit ratam. VIII K. IAN. *AA. CONSS.* a. 293

10 IDEM AA. ET CC. DIONYSIO. Si filiae tuae sponsus ei mancipium donauit [B 28, 3, 10] ac tu in eum iumenta liberalitatis ratione contulisti nec nuptiis secutis contra iuris ratio-

*P* (3, 3 *R* [2. 4 *p*] 8. 5...7. 9. 10) *L* (3, 3. 2 *R* 4. 8. 5...7. 9. 20 *in.* 10) *CMN*

---

[1] et *del.* (*Mommsen: u. i.*) [2] et C. *ins. l. gem.* [3] in prouincia *l. gem.*

---

1 pollicitationem ... 2 factam *C* | causa] sau $P^a$ 2 et si *seqq.*] *idem legerunt Graeci:* τῆς ἐπαγγελίας ... γενομένης, εἰ καὶ εἰς ἀπερώτησιν κατενεχθῇ, διὰ τοῦτο οὐκ ὀφείλει παρασχεθῆναι, ἐπειδὴ ἐν τῇ προικὶ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα ἠπάτησεν *om. rel. B,* ἐὰν ἀπατήσῃ γυνὴ τὸν ἄνδρα περὶ τὴν προῖκα καὶ μὴ πληρώσῃ αὐτὴν ἣν ὑπέσχετο ἐπίδοσιν καὶ κινήσῃ κατ' αὐτοῦ, ἐκβάλλεται δόλου παραγραφῇ *BΣ* | stipulacione *M* | ido $M^a$ | fuerunt $N^a$ 3 obicis $PL^a$ 4 gratianus *M* | sponte $C^a$ 5 effectus $M^a$?, affectu $N^a$ | *s. a. L* 6 auiola] auol. $L^a$ 7 ualerius et gallus *M* | theodorae] *PL,* theodosiae *CMN,* theod. *libri ad l. gem.* 9 relinquisset *PL* | potest *C* 10 uxor $P^a$ | *s. a.* $L^b$ *cum l. gem.: in CN extat* accepta | xv] $L^b$, *om. l. gem.* | antiochiae ... 11 conss. *om.* $L^b$ 12 impp. *N* | aurelius a. *C,* aug. aur. *N* 13 ab sponso $CM^a$ 14 est ut] ut *C* | domu $N^a$ 17 impp. *LCN* | et carinus et *C* | numerius *MN* | aa. *C* | iuncianae] *C,* incianae *PL,* lucinianae *M,* lucianae *N* 18 huiusmodo *L* | scripta *PL* 19 qua] quando *M* | sors $PLM^b$ 20 eius (ex eius $P^a$) her.] her. eius *N* 21 cui] ut *C,* quorum $M^b$, pro quo cui $M^a$ | puellam *C* | lege supra dicta *N,* lege praedicta *C* | susceperat *om.* $P^a$, *post* munera *collocat L* | iura *PL* 22 *s. a.* $L^b$ 23 et cc. *om. PLM* 24 matrimonio *PL* | xx et u *N* 25 eandemque *M* | superstite $PLCM^b$: οὐκέτι δύναται ἢ περιὼν ἐκποιεῖν *B* 26 ceti $N^a$ | manistfesti $P^a$ | *s. a. PL* 27 conss.] et cc. *PL* 28 idem aa. et cc.] impp. dioc. et max. aa. *PL* | iuliae *PL* | conf. perfectam donationem (perfecta donatione *P*) rescindi] $PLN^b$, perfecta donatione conf. rescindi *C,* conf. resindi perfectam donacionem *M, deficit* $N^a$ 29 quam] que $M^a$ 30 *s. a. PL* | aa. conss. *om. PL* 31 et cc. *om. PL* | ei] e $M^a$

nem quod dederat abstulit, non inuicem datorum restitutio, sed eius quod illicite rapuit repetitio competit.

11 IDEM AA. *ET CC.* NEAE. Si tibi res proprias liberalitatis causa sponsus [B 28, 3, 11] tuus tradidit, eo, quod ab hostibus postea interfectus est, irrita donatio fieri non potest.

12 IDEM AA. ET CC. TIMOCLEAE ET CLEOTIMAE. Si mater uestra filiae suae [B 28, 3, 12] sponso uel marito praedia sine ulla repetendi lege donauit et eum in uacuam induxit possessionem, nuptiis diuortio solutis perfecta non dissoluitur donatio. S. VI ID. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

13 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. De rebus in sponsam donationis gratia [B 28, 3, 13] collatis creditores mariti facti, si non prius obligatas sibi probent, eam conuenire minime possunt.

14 IDEM AA. ET CC. AVRELIAE. Si consentiente matre sua sponsus filiae tuae [B 28, 3, 14] mancipia donauit et his acceptis in dotem non aestimatis in matrimoni*o* post decessit, mater eademque heres eius pretium offerens restitutionem eorum improbe recusat.

15 IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM PV. Cum ueterum sen- [Th. 3, 5, 2 mut. B 28, 3, 15] tentia displiceat, quae donationes in sponsam nuptiis quoque non secutis decreuit ualere, ea, quae largiendi animo inter sponsos et sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi condiciones iubemus, ut, siue adfinitatis coeundae causa siue non ita, uel in potestate patris degentes uel ullo modo proprii iuris constituti tamquam futuri causa matrimonii aliquid sibi ipsi uel consensu parentum mutuo largiantur, si quidem sponsus uel parens eius sortiri noluerit uxorem, id quod ab eo donatum fuerit nec repetatur traditum et, si quid apud donatorem resedit, ad sponsam et heredes eius submotis ambagibus transfera-
1 tur. Quod si sponsa uel is in cuius agit potestate causam non contrahendi matrimonii praebuerit, tunc sponso eiusque heredibus sine aliqua deminutione per condictionem aut
2 per utilem in rem actionem redhibeantur. Quae similiter obseruari oportet et si ex parte sponsae in sponsum donatio facta sit. D. XVII K. NOV.[1] CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

16 IDEM A. AD TIBERIANVM VICARIVM HISPANIARVM. Si ab sponso [Th. 3, 5, 6 B 28, 3, 16] rebus sponsae donatis interueniente osculo ante nuptias hunc uel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere praecipimus, dimidiam ad defuncti uel defunctae heredes, cuiuslibet gradus sint et quocumque iure successerint, ut donatio stare pro parte media et solui pro parte media uideatur: osculo uero non interueniente, siue sponsus siue sponsa obierit, totam infirmari donationem et donatori sponso
1 uel heredibus eius restitui. Quod si sponsa interueniente uel non interueniente osculo donationis[2] titulo (quod raro accidit) fuerit aliquid sponso largita et ante nuptias hunc uel

*P* (3, 10...13. 16. 15. 17. 18. 4 *R* 1. 3, 14) *L* (*ut P*) *C* (*inter c.* 10 *et* 11 *collocatur c.* 20) *MN*

[1] pp. VI k. supra scriptas Romae *ins. Th.* [2] sponsaliorum *Th.*

1 non] tibi non *C contra BΣ* (*κ.π.*) | daturum $C^a$ 2 competit] tibi comp. *C contra BΣ* (*κ.π.*) | *quod in PL subscribitur* u. (d. u. $L^b$) id. feb. sir. cc. conss. (sir. cc. conss. *om. P*), *pertinere uidetur ad c.* 12 3 aa.] a. *C* | et cc. *om. libri* | noe *C*, neeae *N* 5 aa. et cc.] *N*, aa. *PLM*, a. *C* | timoclea et cleotimae *N*, ecleoctimae $P^a$, timodie *C*, ecleoctimae et timocleae $P^bL$, timocleae dootimae *M* | suae] tuae *C* 6 in uacuam eum *C contra BΣ* (*κ.π.*) 7 diuotio $P^a$ | *s. a. L et PL ad c.* 10 | s. VI] *L h. l.*, d. (d. *om.* $PL^a$) u *PL ad c.* 10 9 aa. et cc.] *N*, aa. *PLM*, a. *C* 11 possint *CM*, δύναται *BΣ* (*κ.π.*) 12 aa. et cc.] aa. *PL*, a. *C* | aureliae] aurl'. *PLN*, sirenio *C*: ἀντιγράφει πρὸς τὴν μητέρα τῆς κόρης *BΣ* | tua $L^a$ 13 receptis *M* | matrimonium *libri*, ἐν τῷ γάμῳ *B* 14 herede *L* | *in PL est subscriptio* 4, 1 15 maximianum *N* | pu.] pp. *C*, p. *M* 17 lagiendi $L^a$ | celebrentur *PL* | eiusmodi *MN* 18 iubebit $L^a$ | coeudae $P^a$ | siue] date sunt siue *N* 21 sortiri] $PL^a$ *Th.*, sortiri filium $L^bCMN$ *cum BΣ* (*κ.π.*) κληρώσασθαι τὸν υἱόν | nec] ne $M^a$ 22 et] et ad *L* | transferatur ambagibus *C* 23 potestatem *PL* 24 sine *om.* $M^a$ 25 actionem *om. BΣ* (*κ.π.*) | redibeatur *C* 26 *s. a. Th. PL* | XVII] xuiii *PL* | constantino ... 27 conss.] *Th.*, cons. a. et lic. conss. $L^b$, *om.* $PL^a$ 28 aa. *PM*, aaa. *L* | tiberium comes *L* | spaniarum *N*, spaniae *M* | ab] $M^a$ *Th.*, a $PLCM^bN$ 29 contingnerit *L*, contingerit *N* 30 praecipimus] dicimus *N* | ad] autem ad *C* 31 quodcumque $M^a$ 32 dimidia *PLN* | et *om.* $N^a$ | exsolui *PL* | uideatur solui pro parte media *N* 34 uel] siue *Th.* | sponsam *C* | uel non interu.] uel non *C*, *om. N*

illam mori contigerit, omni donatione infirmata ad donatricem sponsam siue eius succes-
sores donatarum rerum dominium transferatur. D. ID. IVL. CONSTANTINOPOLI[1] NEPO-
TIANO ET FACVNDO CONSS. a. 336
17 [2]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PP. Mino- [Th. 3, 5, 13 BΣ 47, 1, 66
ribus aetate feminis etiam actorum testificatione in ante nuptias donatione ad eas facta
omissa, si patris auxilio destitutae sint, iuste consulitur, ut firma donatio sit. D. X K.
MART. CONSTANTINOPOLI TAVRO ET FELICE CONSS. a. 428
18 [3]IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Si liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad
secundas migrauerit nuptias uel non migrauerit, nihil omnino filiis prioris coniugii ex do-
natione ante nuptias, quam ipse uel alius pro ipso uxori quondam eius matri communium
liberorum donauerat, seruare cogatur, quoniam et mater liberis ex priore matrimonio ex-
tantibus post secundas nuptias multoque amplius, si non fuerit alteri marito sociata, nihil
isdem filiis ex dote, quam patri eorum ipsa uel alius pro ea obtulerit, seruare compellitur.
D. K. MAI. ZENONE A.[4] CONS. a. 479
19 IMP. IVSTINVS A.[5] ARCHELAO PP. Si constante matrimonio consilium augendae dotis
inierit uel uxor forte uel eius nomine quilibet alius, nihilo minus marito quoque liceat seu
pro marito cuilibet alii tanto donationem ante nuptias additamento maiorem facere, quanto
dotis augetur titulus, nec obsit in huiusmodi munificentiis interdictas esse liberalitates
tempore nuptiarum: indulgendum est namque consensui communi partium, ne, cum nege-
1 tur augendae potestas donationis, dotis etiam pigrius constituatur augmentum. Idemque
licere praecipimus etiam in his matrimoniis, in quibus interdum accidit ante nuptias qui-
dem donationem nullam esse, solam uero dotem marito mulierem obtulisse, ut etiam tunc
muliere dotem augente liceat marito quoque donationem in uxorem suam eiusdem quanti-
tatis facere, quantum aucta dos continere dignoscitur: pactis uidelicet de redhibitione uel
retentione auctae dotis uel donationis, prout partes consenserint, pro iam statuto modo
ineundis siue iniungendis ueteribus pactis, quae initio nuptiarum de ante nuptias dona-
2 tione et dote principaliter constituenda inita sunt. Iura etiam hypothecarum, quae in
augenda dote uel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eaedem hypo-
thecae contractae sunt, et non ad prioris dotis uel ante nuptias donationis tempora refe-
3 rantur. Sed et si e contrario maritus et uxor ad deminuendam dotem et ante nuptias
donationem consenserint, licere eis ad similitudinem deminutionis quae in dote fit etiam
ante nuptias minuere donationem, ut pacta de amborum deminutionibus ineunda firma et
legitima esse intellegantur: exceptis uidelicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore
matrimonio liberos habens ad secundas migrauerit nuptias aut uxor similiter ex anteriore
matrimonio liberis ei existentibus secundo marito se iunxerit. in hoc enim secundo matri-
monio uel a parte mariti uel a parte mulieris uel ab utraque, si hoc etiam euenerit, inter-
dictam esse deminutionem dotis et ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris
matrimonii machinari uideatur, censemus. a. 527?

*P* (3, 16. 15. 17. 18) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] accepta XIIII k. Mai. Hispali *ins. Th.* [2] *iunge* 2, 57, 2. 5, 4, 22. 5, 11, 6. 6, 18, 1. 6, 24, 11, 6, 61, 2 [3] *iunge* 3, 28, 29 [4] ipso A. II 3, 28, 29 [5] Impp. Iustinus et Iustinianus AA. (*cf. c.* 20 § 9 *h. t.*)?

---

2 donatorum *N, inc.* $M^a$ | *s. a. Th.* $L^b$ 4 imp. theodorus *N* | ualerianus *C*, ualerius *M* | aa. *om. M* | gerio *M* | pp.] p. *M*, *om. PL* 5 etiam] *Th. N*, et $P^b$*LC*$M^b$, e $P^a$, *om.* $M^a$ | teestificatione *P* 6 consuletur $M^a$ | *s. a. Th. L uel* $L^b$ 7 constant. ... conss. *om. L* 8 ipp. *N* | a. *om. P* | pp.] p. *M*, *om. P* | priore] primo *M* 9 secundus $M^a$ | uel non migr. *om.* $P^a$ | omnino nichil *C*, omnino *om.* $L^b$*MN* | filius $L^a$ | priori $M^a$ 10 quam ipse] qua nupse *C* | communium] comd'nium $M^a$ 11 donauerit *C* 12 que *om. C* | nihil] nichil omnino *C* 13 eisdem *C* | patre $M^a$ | aliis *PL* | obtulit *N* 14 *s. a.* $L^b$ 15 iustinianus *C* | archelegio *M* 16 ingerit $N^a$ 18 in *om. N* 20 etiam dotis *C* | prigrius *C*, pig $M^a$*?* 21 licere *om.* $M^a$ | quibus] qui $M^a$ | ante nuptias quidem] quod $M^a$ 24 de *om.* $M^a$ 27 constitutaenda $N^a$ | sunt inita *N* | in] de in *C* 28 initium *om.* $M^a$ | eaedem] eodem *C* 29 sint *M* | non *om. C* 30 e *om. M* 31 ei $M^a$ 35 extantibus *N* 36 a parte mulieris] mulieris *C* | euenerit] acciderit *N* 38 censemus *om.* $M^a$

20 Imp. Ivstinianvs A. Iohanni pp. Cum multae nobis interpellationes factae sunt ad-
uersus maritos, qui decipiendo suas uxores faciebant donationes, quas ante nuptias anti-
quitas nominauit, insinuare autem eas actis interuenientibus supersedebant, ut ineffectae
maneant et ipsi quidem commoda dotis lucrentur, uxores autem sine nuptiali remedio
relinquantur, sancimus nomine prius emendato ita rem corrigi et non ante nuptias dona-
1 tionem eam uocari, sed propter nuptias donationem. Quare enim dotem quidem et con-
stante matrimonio mulier marito dare conceditur, donationem autem marito nisi ante
nuptias facere non permittitur? et quae huius rei differentia rationabilis potest inueniri,
2 cum melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus quam maribus subueniri? Sicut
enim dos propter nuptias fit et sine nuptiis quidem nulla dos intellegitur, sine dote autem
nuptiae possunt celebrari, ita et in donationibus, quas mariti faciunt uel pro his alii,
debet esse aperta licentia et constante matrimonio talem donationem facere, quae quasi
antipherna possit intellegi et non simplex donatio. ideo enim et antiqui iuris condito-
3 res inter donationes etiam dotes connumerant. Si igitur et nomine et substantia nihil
distat a dote ante nuptias donatio, quare non etiam ea simili modo et matrimonio con-
4 tracto dabitur? Sancimus itaque omnes licentiam habere siue priusquam matrimonia con-
traxerint siue postea donationes mulieribus dare propter dotis dationem, ut non simplices
donationes intellegantur, sed propter dotem et propter nuptias factae. simplices etenim
donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias uetitae sunt: et propter alias
causas et libidinem forsitan uel unius partis egestatem, non propter ipsam nuptiarum
5 adfectionem efficiuntur. Si igitur dote iam praestita maritus nulla ante nuptias facta
donatione donare mulieri res maluerit, ita tamen, ut dotis quantitatem non excedant, et
hoc ipsum significauerit, quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem iam
conscriptam et ipse ad donationem uenerit, licebit ei hoc facere et supponatur pactis
dotalibus huiusmodi donatio. et si quidem hoc fuerit specialiter expressum, pacta con-
6 uenta seruari oportet. Sin autem donatio quidem talis facta sit, utpote autem dotali
instrumento antecedente nulla pacta tali donationi post nuptias inserantur, re ipsa uidea-
tur esse hoc pactum, et secundum dotales conuentiones intellegantur et in tali dona-
tione pacta fuisse conuenta, ut aequis passibus utraque ambulet tam dos quam donatio.
7 Ita tamen, ut Leoniana constitutio[1], quae super exaequatione pactionum loquitur non in
quantitate, sed in partibus, maneat in his casibus intacta, et non solum ea immutilata
custodiatur, sed etiam nostra[2], quam de interpretatione eius fecimus ambiguitatem eius
tollentes: disparibus etenim pactionibus factis maiorem lucri partem ad minorem deducen-
8 (1) dam esse censemus, ut eodem modo uterque minorem partem lucretur. Similique modo
si facta quidem fuerit talis donatio, quae antea quidem ante nuptias uocabatur, nunc
autem propter nuptias, non autem ante nuptias fuerit actis interuenientibus insinuata, licebit
et constante matrimonio eam insinuare, nullo obstaculo penitus ex nuptiarum interuentu
9 faciendo: si enim fieri eas post nuptias concedatur, multo magis insinuari. Similique modo
et ea constitutio[3], quam pro augendis tam dotibus quam ante nuptias donationibus fecimus,

*p* (*c.* 20 *usque ad* 3 nominauit.) *L* (*c.* 20 *usque ad* 3 nominauit *inter c.* 9 *et* 10) *C* (*c.* 20 *collocatur ante c.* 11) *MN*

---

[1] 5, 14, 9 [2] 5, 14, 10 [3] *c.* 19 *h. t.*

---

1 impp. *N* | iohanni *om. N* 2 antiquas *M*[a] 3 nominauit et cetera *reliquis omissis L*, nominauerit *C* | insinuari *N* 4 dotis commoda *N* | sine *om. M*[a] 6 eam] eandem *N* | uocari] nominari *C* | quidem *om. C* 7 mulieri *N* | dare *om. M*[a] 8 permittatur *C* 9 maribus] *C*, maritis *MN* | subuenire *CN* 10 fit] sit *C* 11 nupitie *N* | possint *M* | faciunt mariti *M* 12 facere donationem *N* | quae q. a. possit] *C*, quia q. a. haec (haeae *M*) possunt *MN* 15 ea] *M*, *om. CN* | simili] si nullo *N* | contractu *CM* 16 matrimonio *M*[a]*N*[a] | contraxerit *N* 17 donacionis *M*[a] | dationem] *N*, dationes *CM*[b], donationes *M*[a] 21 effectionem *M*[a] 26 ut puta *M* 27 accedente *N* | post] propter *N* 30 leonita *M*[a] 31 immutalita *M*[a] 32 nostram *M*[a] | facimus *M* 33 actionibus *N*[a] | maioris *C*, *cf.* 5, 14, 10 35 si *om. M*[a] | antea] an *C* 36 ante nuptias *om. C* | atuenientibus *N*[a] 37 et] etiam *N* 38 conceditur *C* 39 et *om. M* | agendis *M*[a]

intacta illabataque conseruetur: omnibus uidelicet, quae de simplicibus donationibus inter maritum et uxorem constante matrimonio uel a ueteribus uel a nobis statuta sunt, in suo robore duraturis. a. 531—5

## IIII

## ℞ DE NVPTIIS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. POTITO. Cum de nuptiis puellae quaeritur nec inter tutorem et matrem et propinquos de eligendo futuro marito conuenit, arbitrium praesidis prouinciae necessarium est. D. NON. MAI. ANVLLINO ET FRONTONE CONSS. [B 28, 4, 25] a. 199

2 IDEM AA. TROPHIMAE. Si nuptiis pater tuus consensit, nihil oberit, quod instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripsit. [B 28, 4, 26]

3 [1] IDEM AA. VALERIAE. Libertum, qui patronam seu patroni filiam uel coniugem uel neptem uel proneptem uxorem ducere ausus est, apud competentem iudicem accusare poteris moribus temporum meorum congruentem sententiam daturum, quae huiusmodi coniunctiones odiosas esse merito duxerunt. ID. NOV. DEXTRO *II* ET PRISCO *CONSS.* [B 28, 5, 31] a. 196

4 IMP. ALEXANDER A. PERPETVO. Liberi concubinas parentum suorum uxores ducere non possunt, quia minus religiosam et probabilem rem facere uidentur. qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt. III ID. APRIL. MODESTO ET PROBO CONSS. a. 228

5 IDEM A. MAXIMAE. Si, ut proponis, pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate, cognitis nuptiis uestris non contradixit, uereri non debes, nepotem suum ne non agnoscat. [B 28, 4, 27]

6 IMP. GORDIANVS A. VALERIAE. Etsi contra mandata principum contractum sit in prouincia consentiente muliere matrimonium, tamen post depositum officium si in eadem uoluntate perseuerauerit, iustae nuptiae efficiuntur: et ideo postea liberos susceptos natosque ex iusto matrimonio legitimos esse responsum uiri prudentissimi Pauli[2] declarat. XII K. SEPT. GORDIANO *A.* ET AVIOLA *CONSS.* [B 28, 4, 28] a. 239

7 IDEM A. APRO. Si, ut proponis, post querellam de marito a filia ad te delatam dissociatum est matrimonium nec te consentiente ad eundem regressa est, minus legitima coniunctio est cessante patris uoluntate, in cuius est potestate: atque ideo non paenitente filia petitionem dotis[3] repetere non prohiberis. PP. IIII K. NOV. SABINO ET VENVSTO CONSS. [B 28, 5, 21] a. 240

*P* (4 ℞ 1. 3, 14. 4, 2. 3. 5. 6 [7 *p*]) *L* (4 ℞ 1. 3, 14. 4, 2. 3. 5...7) *C* (3, 20 *collocatur ante* 3, 11) *MN*

---

[1] *c.* 3 *collocari debuit ante c.* 1 [2] *Dig.* 23, 2, 65, 1 [3] non renitente filia petitioni dotis (*Cuiacius: u. i.*)?

---

2 constituta *C* 3 *hanc constitutionem iam anno* 533 *emissam fuisse indicant Inst.* 2, 7, 3 6 seuero et ant. *N* | petito *LC* 8 *s. a.* $L^b$ *et PL ad* 3, 14 | d.] $L^b$, pp. *PL* | ancolino *L ad* 3, 14 | phontone *PL*, fontene $L^b$ 9 conss. *om.* $L^b$ 10 aa.] a. *M* | consenserit *C* 11 pertinente $N^a$ | scripsit $L^a$*: in PL additur subscriptio c.* 4 12 uelerie *PL* 13 compentem *P* 14 quae] quia $P^tL^a$?*C*, qui $L^b$*:* οἵτινες χρόνοι *BΣ* (*κ.π.*) 15 coniunctiones odiosas] *N cum BΣ* (*κ.π.*): τὰς τοιαύτας συναφείας μισητέας, coniunctionem odiosam *PLCM* | deduxerunt $PL^a$, dixerunt *C*, ὑπολαμβάνουσι *BΣ* (*κ.π.*) | *s. a.* $L^b$ | II *om.* $L^b$ | conss. *om.* $L^b$ 17 haec *N* 18 strupri *C* | *s. a. PL ad c.* 2 | probo] prisco *PL* 19 a.] aa. *PL* | maximo *C*, maximian. *N* 20 nepotem suum ne] $PL^tC$, ut nep. suum ne $L^v$, ne nep. suum *MN* 21 cognoscat *C: in PL additur subscriptio c.* 7 22 a. *om. P* | mandati $L^a$ 23 consentientem *C* 24 perseuerauerit] *T cum B:* ἐὰν ... στέρξῃ τὸν ... γάμον ἡ γυνή, perseuerauerint *N*, perseuerauerunt *PLCM: cf. Dig.* 23, 2, 65, 1 26 *s. a.* $L^b$ | a. *om.* $L^b$ | conss. *om.* $L^b$ 27 a.] aa. *M* | apro *om. C* | a *om. pL* | filio $N^a$ | ad te] a te *pL*, *om. BΣ* (*κ.π.*) 28 egressa $N^a$ 29 coniunctio est] coniunctionem (*uel* —ne) $L^a$ | in] perseuerauerunt in $L^a$ | non paenitente filia petitionem dotis (petitionis dotem $N^a$)] *pLN*, non penitentem (*uel* —tes) filia peticione.. dot.. $M^a$, non petente filia petitionem dotis $CM^b$*: lectionem librorum* $pLN^b$ *confirmat BΣ* (*κ.π.*): διὰ τοῦτο μεταμελουμένης τῆς θυγατρὸς τὴν ἀπαίτησιν τῆς προικὸς ἀναλαμβάνειν οὐ κωλυθήσῃ, *ad quae Thalelaeus adnotat* τουτέστι ἀντιλεγούσης τῆς ἀπαιτήσεως τῆς προικός 30 *s. a.* $pL^b$ *et PL ad c.* 5 | pp. IIII] *PL*, pp. iii *p*, iiii $L^b$ *hoc loco* | k. nou. ... 31 conss. *om. p*

8 Idem A. Romano. In copulandis nuptiis nec curatoris, qui solam rei familiaris sustinet administrationem, nec cognatorum uel adfinium ulla auctoritas potest interuenire, sed spectanda est eius uoluntas, de cuius coniunctione tractatur. D. v k. Mart. Gordiano *A. II* et Pompeiano conss. B 28, 4, 29 a. 241

9 Imp. Probvs A. Fortvnato. Si uicinis uel aliis scientibus uxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti et ex eo matrimonio filia suscepta est, quamuis neque nuptiales tabulae neque ad natam filiam pertinentes factae sunt, non ideo minus ueritas matrimonii aut susceptae filiae suam habet potestatem.

10 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Pavlinae. Cum te non ex senatore patre procreatam ob matrimonium cum senatore contractum clarissimae feminae nomen adeptam dicas, claritas, quae beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis uirum postea sortita es redacta ad prioris dignitatis statum, deposita est.

11 Idem AA. Alexandro. Si inuita detinetur uxor tua a parentibus suis, interpellatus rector prouinciae amicus noster exhibita muliere uoluntatem eius secutus desiderio tuo medebitur. B 28, 4, 30

12 Idem AA. Sabino. Ne filium quidem familias inuitum ad ducendam uxorem cogi legum disciplina permittit. igitur, sicut desideras, obseruatis iuris praeceptis sociare coniugio tuo quam uolueris non impediris, ita tamen, ut in contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat. D. non. Nov. Diocletiano *A. II* et Aristobvlo conss. a. 285

13 Idem AA. et CC. Onesimo. Neque sine nuptiis instrumenta facta matrimonii ad probationem sunt idonea diuersum ueritate continente, neque non interpositis instrumentis iure contractum matrimonium irritum est, cum omissa quoque scriptura cetera nuptiarum indicia non sunt irrita. B 28, 4, 31

14 Idem AA. et CC. Titio. Neque ab initio matrimonium contrahere neque dissociatum reconciliare quisquam cogi potest. unde intellegis liberam facultatem contrahendi atque distrahendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere. B 28, 4, 32

15 Idem AA. et CC. Titiano. Vxorem libertam suam manumissori, si non sit ex his personis quae specialiter prohibentur, ducere non est interdictum, et ex eo matrimonio iustos patri filios nasci certissimum est. Epanagoge 16, 20

16 Idem AA. et CC. Rhodoni. Patrem, qui filiam exposuit, at nunc adultam sumptibus et labore tuo factam matrimonio coniungi filio desiderantis fauere uoto conuenit. qui si renitatur, alimentorum solutioni in hoc solummodo casu parere debet. B 28, 4, 33

17 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC.[1] Nemini liceat contrahere matrimonium cum filia nepte pronepte, itemque matre auia proauia et ex latere amita Coll. 6, 4, 5

*P* (4, 8. 9. 11...13 [14 *p*]) *L* (4, 8. 9. 11...14) *C* (*cf. ad u.* 15) *MN*

[1] Exemplum edicti Diocletiani et Maximiani (AA. et *ins.*) nobilissimorum Caesarum *Coll.*

1 idem] imp. alex. *PL* 2 nec] ne $P^a$ | uel] nec $L^a$ 3 *s. a. PL* 4 a. II *om. PL* 5 a. *om. C* 7 natam] natura $P L^a ? N^a ?$ | sint *MN* 8 suam] *C*, suae *PLMN* | *in PLD huic constitutioni subiungitur subscriptio a.* 285, *quae ad c.* 12 *pertinere uidetur* 9 imp. *N* 10 patre *om.* $N^a$ 11 ademptam *C* | quae] que ob $N^a$ 13 idem] impp. dioc. et maxi. *PL* | aa. alexandro] aa. et cc. *C* 14 exhibebita $N^a$ 15 *inter c.* 11 *et* 12 *C inserit constitutionem, quam alii libri alio loco exhibent, uelut G post c.* 10, *T post* 5, 5, 2. *eius uerba secundum hos tres libros haec sunt:* imp. ualerianus (ual. *CT*) a. probo (probo *om. G*). ubi iuris (enim *pro* iuris *C*) auctoritas desit, ibi (ubi $G^a$) nullum matrimonium uideri (numerum *pro* matr. uideri *C*) contractum saepe rescriptum est. *alienam eam esse ab hoc Codice apparet ex plurimis posteriorum constitutionum h. t. tam in* $B\Sigma$ 28, 4. 5 *quam in Nomoc. citationibus, quarum numeri cum huius editionis numeris conueniunt* 16 aa.] a. *C* | ne] nec $L^b C^b M N$ 17 sideras obserua iuris conceptis $P^a$ 18 impedieris *PL* | in *om.* $L^a$ | tui patris *C* 19 *s. a. PLD tam hoc loco quam ad c.* 9 | non. nou.... conss.] nou. uou. *PL h. l.*, non. nou. ↄↄ *D h. l.*, nou. diocli. et aristobulo conss. *D ad c.* 9, n. no. dic. et aristb. conss. *P ad c.* 9, non. dec. et aristob. conss. *L ad c.* 9 20 aa. et cc.] a. *C* | oneffimo *M* 21 sunt *om.* $P^a$ | non *om.* $PL^t$ 22 omissa] amissa *legit Thalelaeus:* ἀπολλυμένου τοῦ συμβολαίου *B* | quoque *om.* $N^a$ 23 inducia $M^a$ 24 aa. et cc.] a. *C* | atilio *C* 25 reconciliarereconciliare $L^a$ 26 non] iuris non $N^a$ | oporteres $pL^a$*:* s. *initium fuerit subscriptionis* 27 aa. et cc.] a. *C*, a. et cc. *M* 28 sint $N^a$ | dicere $N^a$ | et *om. M* 29 certum $N^a$ 30 aa. et cc.] a. *C* | rudoni *M*, rodori *N* | filiam] f. suam *C* | at] ac *N* | adailtam $N^a$ 31 matr.] in matr. $C M^b$ | coniugi $M^a$ | desideratis $N^a$ 33 imp. *N* | et cc. *om. M* 34 neptem $N^a$ | amata $N^a$

ac matertera, sorore sororis filia et ex ea nepte, praeterea fratris filia et ex ea nepte, itemque ex adfinibus priuigna nouerca nuru socru ceterisque, quae iure antiquo prohibentur: a quibus cunctos *u*olumus abstinere. D. k. Mai. Damasco Tvsco et Anvllino conss. a. 295

18 Imppp. Valentinianvs Valens et Gratianvs AAA. ad senatvm. [Th. 3, 7, 1 B 28, 4, 34] Viduae intra quintum et uicesimum annum degentes, etiam si emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia non conueniant.
1 Quod si in condicionis delectum mulieris uoluntas *repugnat* sententiae propinquorum, placet admodum, ut in uirginum[1] coniunctionibus sanctum est, habendo examini auctoritatem quoque iudiciariae cognitionis adiungi, ut, si pares sunt genere ac moribus petitores, is potior aestimetur, quem sibi consulens mulier adprobauerit.
2 Sed ne forte ii, qui gradu proximo ad uiduarum successiones uocantur, et honestas nuptias impediant, si huiusmodi rei suspicio processerit, eorum uolumus auctoritatem iudiciumque succedere, ad quos, etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum peruenire non possit. D. xvii k. Avg. Gratiano A. ii et Probo conss. a. 371

19 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Evtychiano pp. Celebrandis inter consobrinos matrimoniis licentia huius legis salubritate indulta est, ut reuocata prisci iuris auctoritate restinctisque calumniarum fomentis matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum, siue ex duobus fratribus siue ex duabus sororibus siue ex fratre et sorore nati sunt, et ex eo matrimonio editi legitimi et suis patribus successores habeantur. D. iii id. Ivn. Nicaeae Stilichone ii et Anthemio conss. a. 405

20 [2]Impp. Honorivs et Theodosivs AA. ad Theodorvm pp. [B 28, 4, 35] In coniunctione filiarum in sacris positarum patris[3] expectetur arbitrium: si sui iuris puella sit intra quintum et uicesimum annum constituta, ipsius quoque exploretur adsensus. si patris auxilio
1 destituta, matris et propinquorum et ipsius quoque requiratur adultae iudicium. Si uero utroque orbata parente sub curatoris defensione consistat et inter honestos competitores matrimonii oriatur forte certamen, ut quaeratur, cui potissimum puella iungenda sit, si puella cultu uerecundiae propriam noluerit depromere uoluntatem, coram positis propinquis iudici deliberare permissum sit, cui melius adulta societur[4]. a. 408–

21 [5]Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Basso pp. [BΣ 28, 5, 20] A caligato milite usque ad protectoris personam et sine aliqua sollemnitate matrimoniorum liberam cum ingenuis dumtaxat mulieribus contrahendi coniugii permittimus facultatem[6]. a. 426

*P* (4, 18. 20. 21) *L* (4, 18. 20. 21) *CMN*

[1] pupillarum *Th.* [2] *iungenda uidetur* 5, 8, 1 [3] patris *ins.* (*Mommsen*) [4] D. k. Nou. Rauennae Honorio viii et Theodosio iii AA. conss. (*a.* 409) 5, 8, 1 [5] *fortasse iungendae sunt* 6, 7, 4 *et Th.* 4, 6, 7: *cf. Th.* 4, 6, 8 [6] D. iii k. April. Rauennae Theodosio xii et Valentiniano ii AA. conss. 6, 7, 4

1 sor. filia et] sor. filia *C* 2 ex *om. C* | nurum socrum *N*, socru nuru *Coll.* | quae *om.* $N^a$ | antiquo iure *Coll.* 3 uolumus] $W^b$ *Coll.*, se uol. *CMN* | *s. a. Coll.* 5 imppp. ualent. ual. (imppp. ualens ualerius *M*, imp. ualent. et ualer. *N*) et gr. aaa.] *MN*, impp. ual. et ualen. aa. *PL*, imp. ualerianus a. *C* 6 uices. et quintum *Th.*, xxu *N* | mancipacionis $P^a$ 7 secundis nuptiis *C* | non sine p. sent. *Th.* 8 coniunctionis $L^vCM^aN^b$, conuictionis $N^a$ | delectum] $MN^a$? *Th.*, dilectum *C*, delictum *PL*, delectu $N^b$ | repugnat (certat *Th.*) sententiae] *Th. cum B* εἰ δὲ ἐναντιοῦνται ἑαυτοῖς, *ubi ex Thalelaei supplemento praecedunt:* εἰ δὲ ἐτελεύτησεν ὁ πατήρ, γνώμῃ τῶν συγγενῶν [γαμείτω], patri rep. (repugnant $M^a$) sent. (et *addit* $M^b$) *CM*, patris rep. (patris sententiae repugnant $L^a$) patris sent. et $P^aL^aN$, patris sent. rep. et $P^bL^b$ | pl.ceat $N^a$ 9 sancitum $M^b$, sanctitum *N* | examine $PL^a$ | iudicarie *P* 10 pares sint gen. $MN^b$, pares gen. sunt $P^a$ | ac] aut *C* | competitores *C* 11 ii] hi *PLMN* | proximiore *C* 12 successionem *PLC* | et] $L^bN$, etiam *Th.*, *om.* $PL^aCM$ | huiusmodi] huius *Th.* 14 tamen] t. ad *N* | hereditas *L* | possint *N* | *s. a. Th.: in PL est subscriptio c.* 19 15 probo] probo uc. *Th.* 16 etitiano $M^a$ 17 salubritatem *N* 19 ex duobus] du.bus $M^a$, duobus $M^b$ | duabus] duobus *C* | fratre] fratres $M^a$ | sint *N* 20 legitim *N* | partibus $N^a$ | *s. a. M et PL ad c.* 18 | niceae ... 21 anthemio] nicesticone primo *P*, nicesticone i. *L*, niceae *om. M* 22 theodorus *N* | ad theodorum] mucro *C* | coniunctionem *PL* 23 expetetur *M* 24 et *om. N* 26 parentes *C* | honestas $P^a$ 27 ut] $P^tL^tM^a$?*N*, et $P^vL^vCM^b$ 28 uoluerit *C* 29 iudicio $PL^t$ | adulte $N^a$ | *in PL additur subscriptio c.* 25 *uel* 26 *haec:* p. k. oct. cp. lamp. et or. uc. conss. 30 impp. theod. et ualentinus *M*, imp. theodoro et ualentino *N* | pp. *om. N*

22 [1]IDEM AA. HIERIO PP. Si donationum ante nuptias uel dotis in- [Th. 3, 7, 3. BΣ 28, 5, 20] strumenta defuerint, pompa etiam aliaque nuptiarum celebritas omittatur, nullus aestimet ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem uel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege impediente consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI FELICE
ET TAVRO CONSS. a. 428

23 IMP. IVSTINVS A. DEMOSTHENI PP. Imperialis beneuolentiae proprium hoc esse iudicantes, ut omni tempore subiectorum commoda tam inuestigare quam eis mederi procuremus, lapsus quoque mulierum, per quos indignam honore conuersationem imbecillitate sexus elegerint, cum competenti moderatione subleuandos esse censemus minimeque eis spem melioris condicionis adimere, ut ad eam respicientes improuidam et minus honestam electionem facilius derelinquant. nam ita credimus dei beneuolentiam et circa genus humanum nimiam clementiam quantum nostrae naturae possibile est imitari, qui cottidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur et paenitentiam suscipere nostram et ad meliorem statum reducere: quod si circa nostro subiectos imperio nos etiam facere differamus,
1 nulla uenia digni esse uidebimur. Itaque cum iniustum sit seruos quidem [Nomoc. 13, 21] libertate donatos posse per diuinam indulgentiam natalibus suis restitui postque huiusmodi principale beneficium ita degere, quasi numquam deseruissent, sed ingenui nati essent, mulieres autem, quae scaenicis quidem sese ludis immiscuerunt, postea uero spreta mala condicione ad meliorem migrauere sententiam et inhonestam professionem effugerunt, nullam spem principalis habere beneficii, quod eas ad illum statum reduceret, in quo, si nihil peccatum esset, commorari potuerint: praesenti clementissima sanctione principale beneficium eis sub ea lege condonamus, ut, si derelicta mala et inhonesta conuersatione commodiorem uitam amplexae fuerint et honestati sese dederint, liceat eis nostro supplicare numini, ut diuinos adfatus sine dubio mereantur ad matrimonium eas uenire permittentes legitimum:
1a His, qui eis coniungendi sunt, nullo timore tenendis, ne scitis praeteritarum legum infirmum esse uideatur tale coniugium, sed ita ualidum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla praecedente inhonesta uita uxores eas duxerint, siue dignitate praediti sint siue alio modo scaenicas in matrimonium ducere prohibeantur, dum tamen
1b dotalibus omnimodo instrumentis, non sine scriptis tale probetur coniugium. Nam omni macula penitus direpta[2] et quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus redditis neque uocabulum inhonestum eis inhaerere de cetero uolumus neque differentiam aliquam eas habere
2 cum his, quae nihil simile peccauerunt: Sed et liberos ex tali matrimonio procreandos suos et legitimos patri esse, licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat, ut bona eius tam ab intestato quam ex testamento isti quoque sine ullo impedimento percipere possint.
3 Sed etsi tales mulieres post diuinum rescriptum ad preces earum datum ad matrimonium uenire distulerint, saluam eis nihilo minus existimationem seruari praecipimus tam in aliis omnibus quam ad transmittendam quibus uoluerint suam substantiam et suscipiendam
4 competentem sibi legibus ab aliis relictam uel ab intestato delatam hereditatem. Similes uero tale merentibus ab imperatore beneficium mulieribus illas etiam esse uolumus, quae dignitatem aliquam, etsi non serenissimo principi supplicauerunt, ultronea tamen donatione

*CMN*

---

[1] *iunge* 2, 57, 2. 5, 3, 17. 5, 11, 6. 6, 18, 1. 6, 24, 11. 6, 61. 2 *Th.* 4, 6, 8 [2] dirempta (*Mommsen*)?

---

1 gerio *M* | donationem *C* 2 aestimet] *libri cum Th.* 3 deesset $N^a$ 5 *s. a. Th.* 7 iustinus] *M*, iustinianus *CN: Iustini hanc legem esse constat cum ex inscr. c.* 24 *tum ex c.* 29 § 8 *et Procopii hist. arc. c.* 9 (*ed. Dindorf p.* 66) 9 honorem *C*, honere $N^a$ 10 elegerunt *C* | censuimus $N^a$, cen**mus $M^a$ 11 honest* $M^a$, *om.* $N^a$ 15 statum] *C*, eam st. *M*, st. eam *N* | si *om.* $M^a$ 19 mala *om.* $M^a$ 20 effugerint *M* 21 reducerent $M^a$ | nihil] *C*, nihil inhonesti (—ste $N^a$) *MN* 24 dederunt *M* 25 eas] eis $M^a$ 26 praeterarum $M^a$ 27 inualidum $N^a$ 29 prohibebantur *C* 31 direptam *CN* 32 de cetero] decreto $M^a$ 33 his] in his *N* | et *om.* $M^a$ 34 priori *N* | habeant *MN* 35 praecipere *N* 38 uoluerit *C* 39 intestamento $N^a$ 40 esse *om. C* 41 aliquam] aliquam habent $M^a$ | supplicarunt $MN^a$?, supplicauerint $N^b$ | ultroneam t. donacionem *MN*

ante matrimonium meruerint, ex qua dignitate aliam etiam omnem maculam, per quam
5 certis hominibus legitime coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. His illud
adiungimus, ut et filiae huiuscemodi mulierum, si quidem post expurgationem prioris uitae
matris suae natae sint, non uideantur scaenicarum esse filiae nec subiacere legibus, quae
5*a* prohibuerunt filiam scaenicae certos homines in matrimonium ducere. Sin uero ante pro-
creatae sint, liceat preces offerentibus inuictissimo principi sacrum sine ullo obstaculo
mereri rescriptum, per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scaenicae matris
filiae: nec iam prohibeantur illis copulari, quibus scaenicae filias uel dignitatis uel alterius
causae gratia uxores ducere interdicitur, ut tamen omnimodo dotalia inter eos etiam in-
6 strumenta conficiantur. Sed et si a scaenica matre procreata, quae usque ad mortem suam
in eadem professione durauit, post eius obitum preces imperatoriae clementiae obtulerit et
diuinam indulgentiam meruerit liberationem maternae iniuriae et nubendi licentiam sibi con-
donantem, istam quoque posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui
7 dudum scaenicae filiam uxorem ducere prohibebantur. Immo et illud remouendum esse
censuimus, quod etiam in priscis legibus, licet obscurius, constitutum est, ut matrimonia
inter impares honestate contrahenda non aliter quidem ualeant, nisi dotalia instrumenta
confecta fuerint, his uero intercedentibus omnimodo firma sint sine aliqua distinctione per-
sonarum, si modo liberae sint et ingenuae mulieres, nullaque nefariarum uel incestarum
7*a* coniunctionum suberit suspicio. Nam nefarios et incestos coitus omnibus modis amputa-
mus, sicut et illos, qui praeteritarum legum sanctione specialiter uetiti sunt, exceptis uide-
licet his, quos praesenti lege permisimus legitimique matrimonii iure muniri prae*ce*pimus.
8 His itaque per hanc generalem legem ita constitutis et de cetero conseruandis, praeteritas
etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto tempore factas secundum praedictam disposi-
tionem iudicari praecipimus, ut, si quis talem uxorem ab initio nostri imperii, prout dictum
est, iam duxerit et liberos ab ea procreauerit, iustos eos et legitimos et tam ab intestato
quam ex testamento pater successores habeat et legitima in posterum nihilo minus ea
uxore permanente procreandi quoque liberi legitimi sint. a. 520—
24 Imp. Ivstinianvs A. ad senatvm. Sancimus, si quis nuptiarum fecerit men- B 28, 4, 36
tionem in qualicumque pacto, quod ad dandum uel faciendum uel non dandum uel non
faciendum concipitur, et siue nuptiarum tempus dixerit siue nuptias nominauerit, non aliter
intellegi esse condicionem ad*i*mplendam uel extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festi-
uitas, et non esse tempus inspiciendum, in quo nuptiarum aetas uel feminis post duodeci-
mum annum accesserit uel maribus post quartum decimum annum completum, sed ex quo
uota nuptiarum re ipsa processerint. sic etenim et antiqui iuris contentio dirimetur et
immensa librorum uolumina ad mediocrem modum tandem peruenient. D. Constantino-
poli xi k. Avg. Lampadio et Oreste conss. a. 530
25 Idem A. Ivliano pp. Si furiosi parentis liberi, in cuius potestate consti- B 28, 4, 37
1 tuti sunt, nuptias possunt contrahere, apud ueteres agitabatur. Et filiam quidem furiosi
marito posse copulari omnes paene iuris antiqui conditores admiserunt: sufficere enim
2 putauerunt, si pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur. et Vlpianus
quidem rettulit constitutionem imperatoris Marci, quae non de furioso loquitur, sed gene-
raliter de filiis mente capti, siue masculi siue feminae sint qui nuptias contrahunt, ut hoc

*CMN*

---

1 aliam] $M^a$, et aliam *$CM^bN$* | omnibus $N^a$ 2 legitime *om. C* 3 huiusmodi *N* 4 matri $M^a$ 5 prohibuerint *C* | antea *N* 6 sunt *C* | in- iunctissimo *$CM^a$* | ullo *om. M* 7 meri *C* | ita nubere eis *C* | sunt *C* 9 gratias *C*[?] | dotalia] talia $M^a$ 10 confiteantur *C* | matre *om.* $M^a$ 11 durauerit *C* | imperatori $M^a$ 12 liberatione *N* 13 in *om C* | matrimo- nium $M^a$ 14 prohibeantur *$CM^aN$* 15 cen- semus *M* | in *om.* $N^a$ 19 subierit *C* | citus $M^a$ 20 sanctioni $M^a$ | uestiti $N^a$ 21 que] nam- que $N^a$ | praecipimus *libri* 22 et] *N, om. CM* | praeteritas] et pr. *N* 24 iudicare *N* 25 procreauit *$M^bN$*, procreuit $M^a$ 26 pater] *C*, patris *M*, patri *N* 27 procreati *C* 28 imp. iustinianus (iustinus $M^a$)] idem *C* 29 quale- cumque $N^a$ | faciendum] ad f. *M* | uel non fac. *om. C* 30 nuptias *om.* $M^a$ 31 condici- mus *C* | ad (ad *om.* $N^a$) complendam *libri* | uel extenuandam *om.* $N^a$ 32 esset *C* 34 et- enim et] etenim *C* 35 perueniant *MN* | *s. a. Merillius* 36 xi] x *alii libri Merillii* 38 possint *N* | agitabantur $M^a$ 39 copu- lare *N* | conditores antiqui *C* 40 iulianus *$CMN^a$ contra BΣ* 41 furiosi *C* 42 sunt *C* | contrahuntur *C* | haec *C*

facere possint etiam non adito principe, et aliam dubitationem ex hoc emergere, si hoc,
quod in demente constitutio induxit, etiam in furiosis obtinendum est, quasi exemplo
3 mente capti et furiosi filios adiuuante. His itaque dubitatis tales ambiguitates decidentes
sancimus hoc repleri, quod diui Marci constitutioni deesse uidetur, ut non solum [1, 4, 28]
dementis, sed etiam furiosi liberi cuiuscumque sexus possint legitimas contrahere nuptias,
4 tam dote quam ante nuptias donatione a curatore eorum praestanda: Aestimatione tamen
in hac quidem regia urbe excellentissimi praefecti urbis, in prouinciis autem uirorum clarissimorum earum praesidum uel locorum antistitum tam opinione personae quam moderatione dotis et ante nuptias donationis constituenda[1], praesentibus tam curatoribus de-
5 mentis uel furiosi quam[2] his, qui ex genere eorum nobiliores sunt: Ita tamen, ut nulla
ex hac causa oriatur uel in hac regia urbe uel in prouinciis iactura substantiae furiosi uel mente capti, sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento praegrauetur. D. K. OCT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

26 IDEM A. IVLIANO PP. Si quis alumnam suam libertate donauerit et in [B 28, 4, 38]
matrimonio suo collocauerit, dubitabatur apud antiquos, utrumne huiusmodi nuptiae legi-
1 timae esse uideantur, an non. Nos itaque uetustam ambiguitatem decidentes non esse
uetitum matrimonium censemus. si enim ex adfectu omnes introducuntur nuptiae et nihil impium neque legibus contrarium in tali copulatione spectamus, quare praedictas nuptias inhibendas existimauerimus? nec enim homo sic impius inueniatur, ut, quam ab initio loco filiae habuit, eam postea in suo collocauerit matrimonio, sed ei credendum est, qui eam ab initio non ut filiam educauit et libertate donauit et dignam esse postea suo puta-
2 uit matrimonio. Ea uidelicet persona omnimodo ad nuptias uenire prohibenda, quam ali-
quis, siue alumna sit siue non, a sacrosancto suscepit baptismate, cum nihil aliud sic inducere potest paternam adfectionem et iustam nuptiarum prohibitionem, quam huiusmodi nexus, per quem deo mediante animae eorum copulatae sunt. D. K. OCT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

27 IDEM A. IOHANNI PP. Sancimus nuptias, quae inter masculos et feminas [B 28, 4, 39]
maiores uel minores sexagenariis uel quinquagenariis lege Iulia uel Papia prohibitae sunt, homines uolentes contrahere et ex nullo modo uel ex nulla parte tales nuptias impediri. a. 531 uel 532

28 IDEM A. IOHANNI PP. Si libertam quis uxorem habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an soluatur matrimonium, apud Vlpianum quaerebatur, quia lex
1 Papia inter senatores et libertas stare conubia non patitur. Nos igitur dei sequentes iudi-
cium non patimur in uno eodemque conubio mariti felicitatem uxori fieri infortunium, ut, quantum uir in altum tollatur, tantum et coniux eius decrescat, immo magis penitus de-
2 pereat. Absit itaque a nostro tempore huiusmodi asperitas et firmum maneat matrimonium
et uxor marito concrescat et sentiat eius fulgorem stabileque maneat matrimonium ex

$A^{vl}$ (*c.* 26) *CMN*

---

[1] statuenda *l. gem.* [2] dementis quam furiosi nec non *l. gem.*

---

1 possunt *CN* | etiam] *N*, et *$CM^b$*, *om.* *$M^a$* | mergere *$M^a$* 2 in dem.] dem. *C* 3 adiuuante] *$M^a$?*, adiuuantes *CN*, adiuuantem *M uel $M^b$* | ambiguitas *uel* ambiguita *$M^a$* 4 diui] diu *$M^a$* 5 possunt *C* 6 a] ac *$N^a$* 7 quidem] *M l. gem.*, *om.* *CN* | excellentissima *$M^a$* | prouintias *$N^a$* 10 sint *N* 12 procedebant *$N^a$* | infortunum *M* 13 incremento *N* | *s. a. Merillius cum l. gem., fortasse etiam PL ad c.* 20 (*p.* 410, 29) | constantinopoli *om. Mer.* 15 quis] quis autem *A* | libertati *C*, libertatem *$N^a$?* 16 dubitatur *C* 17 nos] non *$N^a$* | uetustam] et istam *C*, **stam *$M^a$* 18 introducantur *CM* 19 neque] et *A contra BΣ* (*κ.π.*) | expectemus *CM* 20 inuenitur *N* 21 loco *om.* *$N^a$* | suum coll. matrimonium *C* | est *om. A* 22 ab] *N cum BΣ* (*κ.π.*), et ab *ACM* | libertatem *M* | et … putauit] ut … putaret *A contra BΣ* (*κ.π.*) 23 peruenire *A* 26 *s. a. A. Merillius, fortasse etiam PL ad c.* 20 (*p.* 410, 29) 27 uu. cc. conss. *om. A* 28 iohanni] *CN*, iuliano *M* 29 uel minores *om.* *$CN^b$*, *inc.* *$N^a$*: ἡ διάταξις ἐπιτρέπει τὸν μείζονα τῶν ξʹ ἐνιαυτῶν συνάπτεσθαι τῇ ἐλάττονι τῶν νʹ ἐνιαυτῶν *B* | sexagenarii uel quinquagenarii *M* 30 ulla *C* | *hanc constitutionem ante XV k. Nou.* 532 *datam esse colligitur ex* 6, 58, 12 31 iohanni] iuliano *$M^b$*, iulia *$M^a$* | scribantur *$CM^a$* 32 iulianum *C* | quia] quod *M* 34 uxoris *$M^a$* 35 et *om. MN* 37 stabuleque *$M^a$* | maneat *om.* *$M^a$*

3 huiusmodi superuentu minime deminutum. Simili modo si priuati hominis filia ad liberti
ueniat conubium et postea pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus, taceat
Papiae legis crudelissima sanctio et neque per hunc modum dissoluatur matrimonium inter
4 facti senatoris filiam et libertum, ne soceri prosperitas sine genero inueniatur. Melius est
enim legis Papiae seueritatem in utroque casu compescere, quam eam sequendo hominum
matrimonia dispergere non ex uitio mulieris et mariti, sed ex prospera alterutrius partis
fortuna: cum enim ex una radice uitium nascitur, consequens est, ut una lege tollatur. a. 531 i

29 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς* . . . . . . Πάσης . . . . . . . .

[Μ]ηδεὶς τὴν μὴ βουλομένην ἑλκέτω εἰς σκηνὴν μηδὲ τὴν ἑκουσίως κατελθοῦσαν κωλυέτω
ὕστερον βουλομένην ἡσυχάσαι μηδὲ προτροπὴν διδότω καὶ λαμβανέτω αὐτῶν ἐγγύας περὶ τοῦ
1 μηκέτι ἀφίστασθαι τῆς σκηνῆς. Πᾶς οὖν ἐν οἱᾳδήποτε τάξει ὢν βίου ἢ οἱανδήποτε ἀρχὴν
ἄρχων εἰ τοῦτο ποιήσειεν, ἐξέστω τῇ γυναικὶ καὶ τῷ ἄρχοντι προσιέναι, εἰ μὴ αὐτός ἐστιν
ὁ βιαζόμενος, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ἐκεῖνοι ἀποστήσωσι τὸν τὴν γυναῖκα βιαζόμενον, εἰδότα
ὡς, ἐὰν ἀντιστῇ, τῆς πόλεως ἐκβάλλεται καὶ δημεύεται. ταῦτα μέν, εἴ τις ἑλκύσειέ τινα πρὸς
2 τὴν σκηνήν.. Εἰ δὲ τὴν ἑκουσίως κατελθοῦσαν κωλύει πάλιν ἀποστῆναι, καὶ ἡ τῶν ἐγγυῶν
3 δόσις λυέσθω καί, εἴ τι ἀπητήθησαν δοῦναι οἱ ἐγγυηταί, διπλᾶ λαμβανέτωσαν. Ὁμοίως δὲ [εἰ]
καὶ αὐταὶ αἱ γυναῖκες ἀπητήθησάν τι παρασχεῖν, εἰς διπλάσιον ἀπολαμβανέτωσαν, τοῦ ἄρχοντος
4 καὶ τοῦ ἐπισκόπου ταῦτα ἐκβιβαζόντων. Καὶ αὐτὸ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐγγύας ἐξέστω ἀπαιτεῖσθαι
5 τὰς εἰς σκηνὴν κατελθούσας περὶ τοῦ μηκέτι ἀφίστασθαι. Ἐξουσίαν ἔχοντος τοῦ ἐπισκόπου, ἐὰν
ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων ἐστὶν ὁ βιαζόμενος, ἐναντιοῦσθαι αὐτῷ καὶ ἀζημίους φυλάττειν τοὺς
ἐγγυητάς· εἰ δὲ μὴ ἐνδίδωσιν ὁ ἄρχων, ἐξέστω τῷ ἐπισκόπῳ μηνύειν, ὥστε τὸν ἄρχοντα ἀπο-
6 στῆναι τῆς ἀρχῆς καὶ δημευθῆναι καὶ διηνεκῶς ἐξορισθῆναι. Ἐξουσίας οὔσης ταῖς τοιαύταις
7 γυναιξὶ καὶ προσομιλεῖν γάμοις καὶ ἄνευ θείας ἀντιγραφῆς. Ἀλλὰ τ[αύτην τὴν] διάταξιν κρατεῖν
τοῖς ἰδίοις χρόνοις, κωλ[υομένων] πάντων τῶν ἐξ ἀρχῆς κωλυομένων γάμ[ων], πλὴν τούτου τοῦ
8 νῦν ἐπινοηθέντος τοῦ ποτε μὲν δεομένου θείας ἀντιγραφῆς, νῦν δὲ οὐκέτι. Ταῦτα πάντα νομο-
θετήσασα ἡ διάταξις ἐπιφέρει τότε κρατεῖν, ἡνίκα μείνωσι σωφρονοῦσαι· εἰ γὰρ μετὰ τὸ γῆμαι
πάλιν βουληθῶσι γενέσθαι σκηνικαί, οὐ μόνον τῆς εὐγενείας ἧς εἶχον ἐκπίπτουσιν, ἀλλ' οὐδὲ
μετέχουσιν οὐδεμιᾶς βοηθείας οὔτε ἐκ ταύτης οὔτε ἐκ τῆς Ἰουστίνου τοῦ τῆς θείας λήξεως δια-
τάξεως[1]· ὑπόκεινται γὰρ στοίπρου ἐγκλήματι.

*CMN: indicem c.* 29 *restitui ex* $Nomoc.^{m}$ 13, 21

[1] *c.* 23 *h. t.*

1 superuentum *C* | modi $M^{a}$ 2 papie taceat *N* 3 et *om. C* 4 enim est *N*, enim *om.* $M^{a}$ 5 seueritatem *om.* $M^{a}$ 6 alterutriusque *M* 7 radice] $M^{b}N^{b}$, ratione $CM^{a}$, *inc.* $N^{a}$ 8 const. g. *post rubricam sequentem N, cf. Paratitla ad Iuliani Epitomen* (*Haenel p.* 205): tituli de nuptiis relati in V lib. codicis et constitutionem grecam ibi positam (constitutio greca ibi positi sunt *libri*) principis nostri de scenicis latiorem efficit. *inscriptionem restitui ex antecedentibus const.*, πάσης *reposui ex Paratitlis ad Const.* 3: *ad ciuiles magistratus constitutionem directam esse testatur* 1, 4, 33, 3 9 *argumentum huius constitutionis enarratur in* 1, 4, 33: *breuiorem indicem Nomocanonis liber Vaticanus* 1981 *exhibet, breuissimum Parat. l. c.* 18 αὐτό *abundat, nisi forte scr.* καὶ τὸ κατ' ἀρχήν 22 τῆς τοιαύτης $Nomoc.^{a}$ 23 ἀντιγραφῆς] *in* 1, 4, 33 *additur:* καὶ εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι 25 οὐκέτι] *desiderantur quae refert* 1, 4, 33 *his uerbis:* γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων· τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι *et in indice Vatic.* 1981: αἱ δὲ τοιαῦται γυναῖκες εὐγενεῖς οὖσαι νομίμως γαμοῦνται ἀξιωματικοῖς καὶ χωρὶς βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, μετὰ μέντοι προικῶν· τὰ αὐτὰ καὶ περὶ θυγατέρων σκηνικῶν 29 στρούπτου *Nomoc.*

# V[1]

## R DE INCESTIS ET INVTILIBVS NVPTIIS R

1 Imp. Alexander A. Amphigeni. Liberta eademque uxor tua, si a te inuito discessit, conubium cum alio non habet, si modo uxorem eam habere uelis.

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Sebastianae. Neminem, qui sub [B 28,5,35]
dicione sit Romani nominis, binas uxores habere posse uulgo patet, cum et in edicto praetoris huiusmodi uiri infamia notati sint. quam rem competens iudex inultam esse non patietur. PP. III id. Dec. Diocletiano A. II et Aristobvlo conss. a. 285

3 Imp. Constantinvs A. Patroclo. Cum ancillis non potest esse conubium: [Th. 12, 1. 6]
1 nam ex huiusmodi contubernio serui nascuntur. Ideoque praecipimus, ne decuriones in
gremia potentissimarum domorum libidine seruarum[2] ducente confugiant. si enim decurio
clam actoribus atque procuratoribus nescientibus alienae fuerit seruae coniunctus, et
mulierem in metallum trudi per sententiam iudicis iubemus et ipsum decurionem in insu-
lam deportari, omnibus bonis eius[3] ciuitati, cuius curialis fuerat, mancipandis, si patria
potestate fuerit liberatus nullosque habeat liberos uel parentes uel etiam propinquos, qui
2 secundum legum ordinem ad eius successionem uocantur. Quod si actores uel procura-
tores loci, in quo flagitium admissum est, fuerunt conscii uel compertum facinus pro-
3 mere[4] noluerunt, metallo eos conuenit implicari. Si uero dominus hoc fieri permisit uel
postea cognitum celauit, si quidem in agro id factum est, fundus cum mancipiis et peco-
ribus ceterisque rebus, quae cultui rustico sustinentur, fisci uiribus uindicetur: si uero in
ciuitate id factum est, dimidiam bonorum omnium partem praecipimus confiscari poenam
augentes, quoniam intra domesticos parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum
publicare. D. k. Ivl. Aqvileiae Constantino A. v et Licinio C. conss. a. 319

$A^{ui}$ (5 R 2) *P* (5 R 2) *L* (5 R 2) *C* (*cf. not.* 1) *MN*

---

[1] *huic titulo nonnulli libri quasi secundam constitutionem* (*uelut C Paris.* 4517) *uel tertiam* (*T*) *adscribunt epistulam Gordiani a Cuiacio primo editam in obseruationibus* 1, 11 *hanc:* Imp. Gord. A. rationalibus. Manifestum (manifestissimum *C Par.*) est nuptiis contra mandata contractis dotem, quae data illo tempore, cum traducta est, (mandata [induta *Par.*$^a$] illo tempore contractis [contractus *CT Par.*$^a$] *omissis* dotem q. data *et* cum tr. est *libri mei*) fuerat (fuerit *C, om. T Par.*), iuxta (*ut *Par.*$^a$) sententiam diui Seueri fieri (fieri *om. CT*) caducam nec, si consensu (si consensum *Par.*, sic casu *T*) postea coepisse (accepisse *libri mei*) uideatur matrimonium, in praeteritum commisso uitio potuit mederi. D. k. April. Antiochiae Gordiano A. et Auiola conss. (= *a.* 239: *subscriptionem om. libri mei*). *Cuiacio epistulam ex libro patris sui suppeditauerat P. Pithoeus. qui liber num Codicis Iustiniani fuerit an fortasse legis Romanae Visigothorum, non liquet: Cuiacius enim postea* (*a.* 1586) *eam in appendicem Gregoriani Codicis contulit et demum in notis ad Codicem Iustinianum scriptis* (*ed. Fabroti Appendix p.* 384) *post* 5, 5, 6 *inseri iussit, ipse uero Pithoeus eam in exemplo Gregoriani Codicis adscripsit* (*cf. Haenel ad Greg. Cod.* 5, 1): *praeterea Pithoeana lectio ita egregie menda hiatusque communes librorum nostrorum tollit, ut ex eiusdem ordinis libris* (*tales enim fuisse Pithoeanos Codicis Iustiniani omnes satis consentaneum est*) *eam uenire uix credibile sit. Iustiniani certe Codicis ea epistula non est: nam neque huic neque antecedenti titulo uel, cui soli argumentum conuenit, titulo XII de iure dotium eam inserere permittunt Graeci, qui omnino huius editionis numeros confirmant* (*e. g. ad tit. IIII B uol. III,* 179. 181 *seqq. Nomoc.* 13, 21, *ad tit. V B IV,* 507. *V,* 748, *ad tit. XII B II,* 335. *III,* 234. 265. 319. 379): *accedit, quod libri ipsi huius Codicis eam quasi spuriam notant aut omittendo aut delendo* ($T^b$) *aut adscribendo* non legitur (*Bamberg. D I* 3)
[2] seruarum *om. Th.* [3] omnibus bonis eius] bonis eius mobilibus et urbanis mancipiis confiscandis, praediis uero et rusticis mancipiis *Th.* [4] prodere *Th.*

---

2 nuptiis] const. g. (*i. e.* constitutio graeca) *addit N, u. ad u.* 414, 8 3 amphygeni *N*, amphigeno *C*, afigoni *M* 5 aa. *om. N, deficit* $L^a$ 6 dicione] $W^a$ *cum B* (κ.π.) ὑπὸ τὴν πολιτείαν, condicione *APLCMN* | sit] fit *P* | et *om. C* | aedictio $P^a$ 7 sint] *AN*, sunt *PLCM* | inultam] multa $M^a$ 8 *s. a. A* | diacli. *A* | conss. *om. A* 9 patrolio *N* 11 deducente $CM^a$ 13 mulieres $N^a$ 14 mancipiandis $M^a$ 16 legum *om. C* | eius] *N Th.*, huius $M^a$, huiusmodi $CM^b$ 17 fuerunt] *Th.*, fuerint *CMN* | uel] uel p $M^a$ 19 celauerit *N* | pecudibus *CM* 20 cultu $N^a$ | iuribus *M* | uendicentur *C* | sin *M* 22 agentes $M^a$ 23 *s. a. Th.*

4 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD ANDROMACHVM COMITEM
RERVM PRIVATARVM. Qui contra legum praecepta uel contra mandata constitutionesque
principum nuptias forte contraxerit, nihil ex eodem matrimonio, siue ante nuptias donatum
siue deinceps quoquo modo datum fuerit, consequatur. idque totum, quod ab alterius libe-
ralitate in alterum processerit, ut indigno indignaeue sublatum fisco uindicari sancimus:
1 Exceptis tam feminis quam uiris, qui aut errore acrissimo, non adfectato insimulatoue, neque
2 ex causa uili decepti sunt aut aetatis lubrico lapsi. Quos tamen ita demum legis nostrae
laqueis eximi placuit, si aut errore comperto, aut ubi ad legitimos peruenerint annos, con-
iunctionem huiuscemodi sine ulla recrastinatione diremerint. D. VII K. MART.
5 IDEM AAA. CYNEGIO PP. Fratris uxorem ducendi uel duabus [Nomoc. Ioh. Antioch. 44]
sororibus coniungendi penitus licentiam submouemus, nec dissoluto quocumque modo con-
iugio. D. . . . K. DEC. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393
6 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Si quis incesti [Th. 3, 12, 3 mut.]
uetitique coniugii sese nuptiis funestauit, proprias quamdiu uixerit teneat facultates, sed
1 neque uxorem neque filios ex ea editos habere credatur. Nihil prorsus praedictis nec per
2 interpositam quidem personam uel donet superstes uel mortuus derelinquat. Dos si qua
forte sollemniter aut data aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis
3 cedat. Testamento suo extraneis nihil relinquat, sed siue testato siue intestato legibus ei
et iure succedant, si qui forte ex iusto et legitimo matrimonio editi fuerint, hoc est de
descendentibus filius filia nepos neptis pronepos proneptis, de ascendentibus pater mater
4 auus auia, de latere frater soror patruus amita. Testandi sane ita demum habeat facul-
tatem, ut his tantum personis pro iuris ac legum quod uoluerit arbitrio relinquat, quas
succedere imperialis praecepti tenore mandauimus: ita tamen, ut hereditate defuncti penitus
arceatur, si quis ex his quos memorauimus in contrahendis incestis nuptiis[1] consilium
inisse monstrabitur, successuro in locum illius, qui post eum gradum proximus inuenitur.
5 Ea sane, quae de uiris cauimus, etiam de feminis, quae praedictorum sese consortiis com-
6 maculauerint, custodiantur. Memoratis uero personis non extantibus fisco locus pateat.
D. VI ID. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396
7 [2]IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. PALLADIO PP. Humilem [Nou. Marciani 4, 1, 2. 3]
uel abiectam feminam minime eam iudicamus intellegi, quae, licet pauper, ab ingenuis
1 tamen parentibus nata sit. Vnde[3] licere statuimus senatoribus et quibuscumque amplissimis
dignitatibus praeditis, ex ingenuis natas quamuis pauperes in matrimonium sibi adsciscere,

*P* (5, 4. 6. 7) *L* (*ut P*) *CMN*

[1] participatum atque *ins. Th.* [2] *iunge* 1, 14, 9 [3] sed *Nou.*

1 impp. *LC,* imp. *N* | ualentinus *M,* ualer. *C* | aa. *C* | antromacum *M* | comite *N* 2 mandata *om. C* | constituituciones (*om.* que) $P^a$? 3 contraxerat *PL* 4 idque] $L^bMN$, idemque $PL^a$?, ideoque *C* 5 praecesserit *PL* | indignaue $PLN^a$ 6 exemptis *C* | iuris $M^a$ 7 legis nostrae] nostris *C* 8 ubi] ub $P^a$ | ad] a $N^a$ | peruerint *P,* peruenerunt *C* 9 dirimunt *C* | *s. a.* $L^b$: *in PD est subscriptio c.* 5 10 aa. *CN,* aaa. et cc. *M* 11 sororibus *om.* $M^a$ 12 *s. a. PD ad c.* 4: *in P est* d. ro. k. dec. theod. a. iii et abiratio conss., *in D* d. p. lx. de. (dee. $D^a$) cap. theod. a. iii conss. 14 nupcias $M^a$ | funestauit] *QT Th.,* funestauerit $PLCMN^b$, funesta*** $N^a$ 15 nihil] ut nihil *Th.* | nec] $M^aN$, neque $PLCM^b$, ne *Th.* 16 interpositas q. personam (—nas $M^b$) *M* | donec *C* | superestes $P^a$ | uel] aut *PL* | derelinquit $P^tL^t$ 17 sollemniter *om.* $M^a$ | fuerint *C* 18 derelinquat *Th.* | testato] testamento *C* 19 de *om.* $P^aN^a$ 20 neptis nepos $M^a$ | ascend.] *MN Th.* ascendentibus autem *PLC* 21 auus] auum $L^a$, auius $M^a$ | patrus *P* | testandi] et testandi *M* | sane *om.* $L^a$ | habeant $P^aC$, babet *L* 22 tantummodo *P?LC* 23 succere $P^a$ | imperialis] imperia l' (= uel) $P^a$ | madauimus *P* | hereditate] $P^a$ *Th.,* ab her. $P^bLCMN$ | diem functi *Th.,* die functi $Q^a$ 25 inisse] missceri $M^a$? | in] autem in *PL* 26 id sane quod *Th.* | iuris $CM^a$ | etiam] etiam et *N* | commacularint *MN* 27 custodiatur *Th.* | memoras $P^a$ | fisco] $N^a$ *Th.,* fisco nostro $PLCMN^b$ | locus pateat] *CMN Th.,* latus pateat aditus *PL* 28 *s. a. Th.* 29 imp. *N* | ualentinus et martianus *M,* ualer. et max. *C* | ad palladium *Nou.* | pp. *om. C* 30 paupera $CN^b$ 31 nata sit parentibus *N* | et] uel ex *C, om.* $N^a$ | amplissimis *om. C* 32 ingenuis] $M^aM^cN$ *Nou.,* ing. tamen (tamen *om.* $L^b$) parentibus $PLCM^b$? | adsciscere] *Nou.* (*libri boni*), ascire $Q^a$ *cum dett. Nou. libris,* accipere *PLCMN*

2 nullamque inter ingenuas ex diuitiis et opulentiore fortuna esse distantiam. Humiles uero abiectasque personas eas tantummodo mulieres esse censemus: ancillam, ancillae filiam, libertam, libertae filiam, scaenicam uel scaenicae filiam, tabernariam uel tabernarii uel lenonis aut harenarii filiam, aut eam quae mercimoniis publice praefuit: ideoque huiusmodi inhibuisse nuptias senatoribus harum feminarum, quas nunc enumerauimus[1]. D. PRID. NON. APRIL. CONSTANTINOPOLI AETIO ET STVDIO CONSS. a. 454

8 IMP. ZENO[2] A. EPINICO PP. Licet quidam Aegyptiorum idcirco [Nomoc. Ioh. Antioch. 44] mortuorum fratrum sibi coniuges matrimonio copulauerint, quod post illorum mortem mansisse uirgines dicebantur, arbitrati scilicet, quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non conuenerint, nuptias re non uideri contractas, et huiusmodi conubia tunc temporis celebrata firmata sunt, tamen praesenti lege sancimus, si quae huiusmodi nuptiae contractae fuerint, earumque contractores et ex his progenitos antiquarum legum tenori subiacere nec ad exemplum Aegyptiorum, de quibus superius dictum est, eas uideri fuisse firmatas uel esse firmandas. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LEONIS IVNIORIS. a. 475

9 IDEM A. SEBASTIANO PP. Ab incestis nuptiis uniuersi qui nostro reguntur imperio nouerint temperandum. nam rescripta quoque omnia uel pragmaticas formas aut constitutiones impias, quae quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonii nomen imponere, ut fratris filiam uel sororis et eam, quae cum fratre quondam nuptiali iure habitauerat, uxorem legitimam turpissimo consortio liceret amplecti, aut ut alia huiusmodi committerentur, uiribus carere decernimus, ne dissimulatione culpabili nefanda licentia roboretur. a. 476—484

# VI

## ℞ DE INTERDICTO MATRIMONIO INTER PVPILLAM ET TVTOREM SEV CVRATOREM LIBEROSQVE EORVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA.[3] MARIO. Senatus consulti auctoritatem, [B 28, 5, 36] quo inter pupillam et tutoris filium conubium saluberrime sublatum est, circumueniri rusticitatis et imperitiae uelamentis non oportet. PP. VII ID. FEBR. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

*$A^{ul}$* (5, 8) *P* (5, 7. 8. 6 ℞ 1. ) *L* (*ut P*) *CMN*

[1] ideoque ... enumerauimus] quod quidem haud dubie credimus ipsum diuae memoriae Constantinum in ea quam promulgauit sanctione sensisse ideoque h. l. nuptias, ne senatoribus ... enumerauimus non tam conubia quam uitia iungerentur *Nou.* [2] *Basilisci hanc constitutionem esse uidit Rossi Inscr. Chr. urb. Romae* 1 *p.* 383 [3] *debuit esse* imp. Antoninus A.

1 genuas *$P^aCM^a$* | ex diu. *om. $P^bL^a$*, ex *om. C* | opulentiores *$PL^aM^a$?N*, apulentiore *C* | humiles] et hum. *$P^a$* | uero *om. C* 2 esse *om. $M^a$* 3 libertam] uel lib. *$PL^a$* | uel *om. N* | tabernarii] tabernariae filiam *$CN^b$* | uel *om. C* 4 leonis *$P^a$* | huiusmodi *om. N* 5 nunc *om. $M^a$* | numerauimus *C* | *s. a. Nou. Marc. $L^bD$: in $L^b$ est* d. ii. non. a. *rel. om., in D* d. ii. non. accio et stadio conss. 6 conss.] uu. cc. conss. *Th.* 7 *inscriptionem om. A* | zono *$L^a$* | spinico *PL* | quidem *$M^a$* 8 in matrimonio *C* | copulauerint] *A*, copulauerunt *PLCMN* 9 arbitratis *$P^a$* | scilicet] *AN*, uidelicet *PLCM* | quod] quod et *A* 10 re] *$AL^bM^bN$*, esse *$PL^aCM^a$?: ἐν ἔργῳ Nomoc.* | huiuscemodi *MN* 11 in praesenti (—te *$M^a$*) *CM: διὰ δὲ τοῦ παρόντος νόμου Nomoc.* 12 earumque] eas earumque *$M^bN^b$*, *contra Nomoc.: εἰ τοιοῦτοι γένωνται γάμοι, καὶ τοὺς συναλλάξαντας αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐκ τούτων τικτομένους* | genitos *M* 14 adfirmatas *A*, confirmatas *CM* | *s. a. PL* 16 sebastiano] *N*, seueriano *CM* | uniuerse *$C^a$* 17 scripta *$M^a$* | quoque *om. $N^a$* | formas *om. $M^a$* 19 matrimonio *$M^a$* | et eam] *$CM^a$*, eam *$N^a$*, uel eam *$M^bN^b$* 21 ut *om. C* | committentur *$CM^a$* 24 pillam *M* 25 seu ... eorum *om. $N^a$*, seu cur. *om. $N^b$* | libosque *C* 26 seuero et antonino *N* | marino *C* 28 *s. a. PLD* | VII] iiii *D* | laeto II] letorum *PL*, lectorum *D* | cerelↃ Ↄ. ss. *D*

2 IMP. ALEXANDER A. BVRRIO. Mater pupillae cum tutore filiae suae uel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur. PP. NON. NOV. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 28, 4, 40] a. 223

3 IMP. GORDIANVS A. ROGATIANO. Cum proponas ei, quam matrimonio tuo iunctam suggeris, post liberos susceptos curatorem patrem tuum datum, quem contendis nec te in potestate habuisse: cum rite contractum matrimonium ex post facto uitiari non potuerit, iusta interpretatione metuere non debes, ne liberi quos habetis non ex iusto matrimonio suscepti uideantur. 1 Vt autem omnis scrupulus auferatur, insistere pater tuus debet nec non et uxor tua, ut alius loco eius detur: habebit enim facultatem repetendae rationis negotiorum gestorum ab eo qui fuerit substitutus. [B 28, 4, 41]

4 IMP. PHILIPPVS A. HYGIAE. Libertinum, qui filio suo naturali, quem in seruitute susceperat, postea manumisso pupillam suam eandemque patroni sui filiam in matrimonio collocauit, ad sententiam amplissimi ordinis, qui huiusmodi nuptiis interdicendum putauit, pertinere dubitari non oportet. [B 28, 5, 37]

5 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. APVLEIO. Curatorem adulto suo filiam suam nuptui collocare non posse falso tibi persuasum est. PP. XV K. SEPT. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. [B 28, 4, 42] a. 245

6 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. LVCIO. Si patris tui pupillam nondum reddita tutelae ratione uel post redditam nondum exacto quinto et uicesimo nec non etiam utili anno uxorem duxisti, nec matrimonium cum ea habuisse nec filium ex huiusmodi coniunctione procreasse uideri potes. 1 Sane si hoc pater puellae, cum decederet, postulauit, et nuptiae rite contractae c filius uidetur iure susceptus. PP. ID. MAI. SAECVLARE II ET DONATO CONSS. [B 28, 4, 43] a. 260

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PAREGORIO. Si tutor uel curator pupillam uel adultam qu ndam suam sibi uel filio suo nullo diuino impetrato beneficio in matrimonio collocauerit, manet infamia contra eum uelut confessum de tutela, quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit, et dos data per condictionem repeti potest. [B 28, 5, 38]

8 [1]IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ERYTHRIO PP. Si quis tutoris uel curatoris nomine usurpato, id est pro tutore seu pro curatore uel negotiorum gestore res pupillae administrauerit eamque sibi filioue suo copulauerit, tales nuptias stare et non ad exemplum tutorum infirmari, ne ex huiusmodi subtili uel maligno tractatu matrimonia seu proles ex his progenita uel dos super his data uel promissa aliquam laesionem uel calumniam patiantur. D. K. IVL. MARCIANO CONS. [B 28, 4, 44] a. 469

*P* (6, 2. 5. 6. 8) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] *iunge* 1, 4, 16. 1, 18, 13. 5, 1, 5. 5, 30, 3

---

1 a. *om.* *PC* | burrio] *M*, burio *CN*, burrito *PL* | tutore ... 2 tutoris] filiae suae uel filii (filio $M^v$) tutore *M* 2 filio] filiae $L^a$ | *s. a.* *PL* | II] ui *P*, *om.* *L* 4 imp. gord.] idem *C* | rogationi *C*, rogatino *M* | matrimonio] in m. *C* 5 coniunctam *C* | patrem] parens $M^a$? 7 iusta interpretatione] *E*, iustam interpretationem (interpretatacionem $M^a$) *CMN*: *fortasse scr.* istam interpretationem 8 suscepti *om.* $M^a$ | ut *om.* *C* | scripulus $M^a$ 9 et *om.* $M^a$ | repende $M^a$ 12 seruitutem *CN* 13 eiusmodi *N* | nuptias *C* | intercidendum *C*, inter**cendum $M^a$ 14 pernere $M^a$ 15 imp. phil. (phil. *om.* *N*) a. et phil. c.] *N*, imp. phil. a. *C*, idem philippo consuli *M* | apulegio *C*, apulie *M* 16 nuptui] $N^a$, nuptu $P^aL^bC$, nuptiis $P^bL^a?MN^b$ | *s. a.* *PL* | sept. ... 17 conss. *om.* $PL^a$ 18 imp. ualent. *N* | galianus *M* 19 ratione tutelae *C* | uel] ut *C* | redditum $P^aL$ | nec] anno nec *C* 20 habuisse] h. te $CM^b$ 21 potest $P^bLN$ | cederet $M^a$ 22 rite] erunt rite *N* | *s. a.* $L^b$ | saeculare] secl'. $L^b$ 25 suo] sub *C* 26 matrimonio] *E*, matrimonium *CMN* | ueluti *N* 27 et *om.* $M^a$ 29 imp. *N* | anthemius] anton. *C* | erithio *PLM*, erithyrio *N*, theodorio *C* 30 seu pro] seu $N^a$ | gestorum *PLC* 32 infirmari] inf. sanccimus $CM^bN^b$ | magno $PL^aCM^a$ 33 progenitae $P^a$ *uel* $P^b$ | paciatur *PLN* 34 *s. a.* *PL* | marc. conss. *PL*

## VII

## ℞ SI QVACVMQVE PRAEDITVS POTESTATE VEL AD EVM PERTINENTES AD SVPPOSITARVM IVRISDICTIONI SVAE ADSPIRARE TEMPTAVERI*N*T NVPTIAS ℞

1 [1]Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Neoterio pp. Si quis ordinaria uel qualibet praeditus potestate circa nuptias inuitis ipsis uel parentibus contrahendas, siue pupillae siue apud patres uirgines siue uiduae erunt, siue *et* iuris sui uiduae, denique cuiuscumque sortis, occasione potestatis utatur et minacem fauorem suum inuitis his, quorum utilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegitur, hunc, licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine multae librarum auri decem obnoxium statuimus et, cum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus, tali scilicet poena, ut, si circa honorem eum, quo male usus est, uindicandum statutis nostris [2] parere noluerit, eam prouinciam, in qua sibi [3] usurpauerit, habitare per
1 iuge biennium non sinatur. Illo uidelicet adiciendo, ut et in potestate adhuc constituto liceat personae, quam huiusmodi ambitu circumire temptauerit, confestim contestatione proposita cum sua suorumque domo iurisdictionem eius euitare, curaturis hoc uniuscuiusque ciuitatis
2 defensoribus [4] et eiusdem iudicis apparitoribus. Et quidem si haec prauitas ordinarii iudicis erit, uniuersa eius domus ratio atque omnia uel ciuilia uel criminalia negotia, quamdiu
3 idem in administratione fuerit, uicario competant. Sin autem uicarius uel similis potestatis uim in huiusmodi contrahendo matrimonio molietur, uicissim ordinarius iudex intercessor
4 existat. Sin erunt uterque suspecti, ad illustrem praefecturam specialiter talium domorum, quamdiu idem administrauerit, tuitio pertineat. D. xv k. Ivl. Thessalonicae Gratiano v et Theodosio AA. conss. a. 380

| Th. 3, 11, 1 B 28, 5, 39 |
|---|

## VIII

## ℞ SI NVPTIAE EX RESCRIPTO PETANTVR ℞

1 [5]Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Theodoro pp. Quidam uetusti iuris ordine praetermisso obreptione precum nuptias, quas se intellegunt non mereri, de nobis existimant postulandas, saepe [6] habere puellae consensum confingentes. qua-
1 propter tale sponsalium genus praesentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nuptias precum subreptione meruerit, amissionem bonorum et poenam

| Th. 3, 10, 1 B 28, 5, 40 |
|---|

*p* (8 ℞ 1) *L* (8 ℞ 1 *post* 9, 2) *CMN*

[1] *uide ad* 5, 1, 3 [2] statuti nostri sanctioni *Th.* [3] hoc *ins. Th.* [4] uindicibus *Th.* [5] *iungenda uidetur* 5, 4, 20 [6] saepe] se *Th.*

3 iurisdictionis *C* 4 temptauerit *libri* 5 impp. *CN* | ualentinus *M*, ualer. *C* | et] e *M* | theodorus *C* | aa. *C* | ticotorio *M*, theodoro *C* (*ex* 8, 1) 8 siue et] *Th. cum BΣ* (*κ.π.*), siue *libri* | utantur *C* 9 detegetur *MN* 10 licet ... conamine *om. Th. contra BΣ* (*κ.π.*) | perhibitas *C* | peregit *N* 11 aurum $N^a$ 13 statutis nostris] τοῖς παρ' ἡμῖν ὁρισθεῖσι *BΣ* (*κ.π.*) | parare $N^a$ | eam] semper eam *Th. contra BΣ* (*κ.π.*) | in qua] in quam $CM^b$, quam $M^a$ | sibi] ἐν ᾗ ἑαυτὸν κατεχρήσατο (*i. e.* in qua male uersatus est) *BΣ* (*κ.π.*), ἐν ᾗ τοῖς προνομίοις χρήσασθαι ἠβουλήθη *B* 14 et *om.* $N^a$ 15 circuire $M^b$, περιδραμεῖν *BΣ* (*κ.π.*) 16 uitare *N* 17 iuditiis $N^a$ | et quidem] equidem *Th.* | priuatas $C^a$ 18 domus eius *M*, eiusdem eius domus $N^a$ 19 idem *om.* $M^a$? | fuerint $CM^a$? | competunt *M* | si *Th.* 20 matrim. contrah. *C* 21 sin] si *Th.?*, sin autem *N* 22 idem] ibidem $M^b$, ob id idem $N^a$ | amministrauerit *CM* | tucio $M^a$, titio *C*, tutela *Th.* | *s. a. Th.* | v ... 23 aa.] a. v et theod. a. i *Th.* 25 *rubricae p praemittit subscriptionem* 9, 2 26 imp. *N* | theodoro] eutropio *C* (*ex* 9, 1) 27 precum nuptias] precium •••• $M^a$ 28 de nobis] precibus *pL* | existant $M^a$, aestimant *Th.* | puelle habere *N* | configentes $CM^a$, figentes $pL^a$, fingentes $L^b$, confringentes $N^a$ 29 diffinitionem $N^a$, distinctione *pL* | qui *C* 30 pretium $CM^a$ | merit $L^a$

deportationis subiturum se esse non ambigat et amisso iure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se ex hac coniunctione susceptos iustos non habiturum nec umquam postulatae indulgentiae adnotationisue[1] indulto efficacem se ueniae effectum meruisse: exceptis his, qui parentum sponsionem de nuptiis filiarum impleri desiderant uel sponsalia, hoc est arrarum data nomine, reddi sibi praecepto legum cum statuta[2] poena deposcunt. D. K. FEBR. RAVENNAE HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

2 IMP. ZENO A. BASILIO PP. Nefandissimum scelus fratris sororisue filiae nuptiarum, quod sacratissimis constitutionibus sub grauissimae poenae interminatione damnatum est,
1 iterato praesentis diuinae sanctionis tenore modis omnibus prohibemus. Precandi quoque in posterum super tali coniugio, immo potius contagio, cunctis licentiam denegamus, ut unusquisque cognoscat impetrationem quoque rei, cuius est denegata petitio, nec si per subreptionem post hunc diem obtinuerit, sibimet profuturam.

## VIIII

## ℞ DE SECVNDIS NVPTIIS ℞

1 [3]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. [6, 56, 4 BΣ uol. 3 p. 321]
EVTROPIO PP. Si qua mulier nequaquam luctus[4] religionem priori uiro nuptiarum festi-
1 natione praestiterit, ex iure quidem notissimo sit infamis. Praeterea secundo [(6, 56, 4)]
uiro ultra tertiam partem bonorum in dotem ne det neque ei testamento plus quam tertiam
2 partem relinquat. Omnium praeterea hereditatum legatorum fideicommissorum suprema uoluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers. haec namque ab heredibus uel coheredibus aut ab intestato succedentibus uindicari iubemus, ne in his, quibus correctio-
3 nem morum induximus, fisci uideamur habere rationem. His etiam amittendis, quae prior maritus ei suprema reliquerit uoluntate, quamquam haec, quae mulieri a priore uiro relinquuntur et per immaturum matrimonium uacuata esse coeperunt, primo a decem personis edicto praetoris enumeratis, id est adscendentibus et descendentibus et ex latere usque ad
4 secundum gradum, scilicet gradibus seruatis, deinde praesumi a fisco iubemus. Eandem quoque mulierem infamem redditam hereditates ab intestato, uel legitimas uel honorarias, non ultra tertium gradum sinimus uindicare. PP. XV K. IAN.[3] GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

2 IDEM AAA. EVTROPIO PP. Si qua ex feminis perdito marito intra anni spa- [Th. 3, 8, 1]
tium alteri festinauit innubere (paruum enim temporis post decem menses seruandum adicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus), probrosis inusta notis honestioris nobilisque personae et decore et iure priuetur atque omnia, quae de prioris mariti bonis uel iure sponsalium uel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat, amittat. D. III K. IVN. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

*$A^{ul}$* (9, 2) *P* ([8, 1 *p*] 9 ℞ 2) *L* (9 ℞ 2. 8 ℞ 1) *CMN*

---

[1] principis *ins. Th.* [2] quadrupli *Th.* [3] *fortasse iungendae sunt* 5, 1, 3 *et quae ibi laudantur, ut in subscriptione* Iul. *pro* Ian. *emendetur* [4] luctus *om. l. gem.*

---

1 amissio *$M^a$* 2 meruerat *C* | ex hac coni. susc. iustos] iuste hac ratione susc. *Th.* | ambiturum *C* 3 ue] suae *pLC* | indultae *pL* 4 exemptis *C* | sponsione *N* 5 stata *$p^a$* 6 *s. a. Th.* | honorio] dd. nn. honorio *Th.* 7 zeno] leo *C, cf.* 9, 5, 1 | pp. *om. C* 8 quod] quo *$N^a$, om. C* | sacris *N* 10 coniungio *N* | immo p. contagio *om. $M^a$* 11 per *om. C* 15 impp. *C,* imp. *N* | ualerianus *C,* ualerius *M* | aa. *C* 16 etropio *M* | pp. *om. C* 17 famis *$M^a$* 18 ne] nec *$CN^b$* 20 uel] uel a *CN* 21 coher.] coher. suis *C* | correptionem *C* 22 admittendis *C,* ammittentis *$M^a$* 23 relinquerit *$M^a$* | relinquuntur] *$M^c$,* relinquantur *$CM^a$?,* relinquentur *$M^b$?N* 24 et *om. M* | ceperint *N* | a *om. $C^uN^a$* 25 denumeratis *M* | descend. et ascend. (..scend. *$M^a$*) *M* 27 hereditatem *C,* hereditatis *$M^a$* 28 summus *C* | *s. a. l. gem.* 30 idem] imppp. (impp. *L*) grat. ual. et theod. *P* | aa. *C* | erinthio *M* | annis *L* 31 innubere] *$PLM^bN$ cum libris quibusdam Th.,* nubere *$ACM^a$,* iam nubere *libri boni Th.* 32 tamenetsi *$CM^a$* | exguum *$M^a$* | probrobis *A* | iniusta *$A^uM^a$* | honestioris *om. C* | nobilesque *C* 33 et] atque *$P^a$, om. $L^b$* | et iure] iure *N* | bonis bis *$N^a$* 34 sponsaliorum *Th.* | *s. a. Th. APL et p ante* 8 ℞ | iun.] nou. *p* | constant. ... 35 conss. *om. A*

3 Idem AAA. Floro pp. Feminae, quae susceptis ex priore matrimonio filiis ad secundas post tempus luctui statutum[1] transierint nuptias, quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure, quidquid etiam nuptiarum sollemnitate perceperint, aut quidquid mortis causa donationibus factis aut testamenti iure directo aut fideicommissi uel legati titulo uel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio ex bonis, ut dictum est, priorum[2] maritorum fuerint adsecutae, id totum, ita ut perceperint, integrum ad filios, quos ex praecedente coniugio habuerint, transmittant uel ad quemlibet ex filiis (dummodo ex his tantum, quos tali successione dignissimos iudicamus), in quem contemplatione meritorum [Th. 3, 8, 2]
1 liberalitatis suae iudicium mater crediderit dirigendum. Nec quicquam eaedem feminae ex isdem facultatibus abalienandi in quamlibet extraneam personam uel successionem ex alterius matrimonii coniunctione susceptam praesumant atque habeant potestatem: possidendi tantum ac fruendi[3] in diem uitae, non etiam abalienandi facultate concessa. nam si quid ex isdem rebus[4] in alium quemlibet fuerit ab ea translatum, ex maternis redintegrabitur facultati-
1*a* bus[5], quo illibata ad hos quos statuimus liberos[6] bona et incorrupta perueniant. Illud etiam addimus legi, ut, si aliquis ex isdem filiis, quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, forte decesserit, matre iam secundis nuptiis funestata, aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus, id, quod per eandem successionem ab intestato uel ex testamento suae posteritatis mater uidebitur consecuta, in diem uitae pro sibi debita portione sola tantum possessione delata, omne his qui supererunt ex priore susceptis matrimonio filiis relinquat nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet aliam extra-
2 neam personam uel quicquam alienandi habeat potestatem. Quod si nullam ex priore matrimonio habuerit successionem uel natus natiue decesserint, omne, quod quoquo modo percepit, pleni proprietate iuris obtineat atque ex his nanciscendi dominii et testandi circa quem uoluerit liberam habeat potestatem. D. xv k. Ian. Constantinopoli Antonio et Syagrio conss. a. 382

4 [7]Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Mariniano pp. Cum aliis sanctionibus iusserimus materna bona integra ad liberos peruenire, quod tamen mulier mariti largitate perceperit, ex eo tantum liberi coniugio procreati sibi speciale tamquam paternum noue-
1 rint uindicandum. Itaque si habens filios in secundas nuptias fortasse transierit, sponsaliciam largitatem, quam uir secundus contulerit in uxorem, tantummodo filii qui ex secundo matrimonio suscepti sunt pro soliditate possideant, nec prosit liberis ex priore susceptis
2 marito, quod mulier in tertia minime uota migrauerit. Quod si posterior uir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit, quidquid ab eo ex sponsalium largitate uxor fuerit consecuta, id sibi iurique suo sciat esse collatum, etiamsi ex priore matrimonio donator

*P* (9, 3) *L* (9, 3) *CMN*

---

[1] post t. l. statutum *om. Th.* [2] ut d. e. priorum *om. Th.* [3] ac fruendi *om. Th.* [4] per fraudem scaeuioris animi *ins. Th.* [5] fuerit a possidente translatum, maternarum redint. compensationibus facultatum *Th.* [6] liberos] heredes *Th.* [7] *iunge* 5, 1, 4. 5, 18, 11. 5, 19, 1. *Th.* 3, 5, 12

---

1 aa. *C* 2 luctu *N*ᵃ | transierunt *M* | nuptias *post* secundas *collocat C* 3 sponsaliorum *Th.*, sponsali** *N*ᵃ | perceperunt *C* | quidquid aut *Th.* 4 testamentis *C*, testament* *M*ᵃ 7 ad] a *M*ᵃ 9 nec] neque *M*ᵃ | haedem feminae *P*ᵃ, eadem femina *M*ᵃ 10 abalienandi] *Q*ᵃ *Th.*, alienandi *PLCMN*ᵇ, alien** *N*ᵃ 11 coniunct. matrim. *N* | praesumant atque habent *L*, praesumat atque habeat *M*ᵃ 12 abalienandi] *Q*ᵃ *Th.*, alienandi *PLC*ᵇ*MN*, alienan*di *C*ᵃ 14 hos] eos *C* | quo *P* 15 addidimus *C* | aliquid *P*ᵃ 16 eodem] priore *C* 17 per] per ex *N*ᵃ 18 suae] fue *M*ᵃ | debita sibi *N* 19 omnem *C* | suscepti *Th.* 20 relinquant *N* | istismodi *L*ᵃ, huiusmodi *M* | aliam *om. P?LC* 21 abalienandi *Th.*, ali**di *N*ᵃ | habet *L* 22 habeat *C* | natas *C* | natiue] *Q*ᵃ *Th.*, nataue *PLCMN* | decesserit *CM* | omnem *C* | quoquo] quo *M*ᵃ | percepit] *N Th.*, perceperit *PLCM* 23 pleno (plenae *P*ᵛ*L*ᵛ, pleni *M*) proprietatis iure *P*ᵛ*L*ᵛ*MN*ᵇ, *inc. N*ᵃ | atque] quae *P*ᵗ*L*ᵃ? | naciscendi *M*ᵃ | dominii] domu* *N*ᵃ 24 habeat liberam *P* | *s. a. Th. PL*ᵇ | xv] xxu *P* | ian. *om. P* | antonio] et ant. *P* 26 marino *C*, mariano *N* 27 tamen] tantum *C* | mariti] ex mariti *C* 28 percoeperat *M* | tantum] tamen *C* | libero *C*, liberi* *M*ᵃ | procreatus *C* | nouerit *CM*ᵃ*?N* 29 si *om. C* | forte transierit nupcias *M* 32 migrauit *M* 33 sponsaliorum *N*ᵇ | fuerat *C* 34 id] idque *N*

3 filios reliquisse doceatur. Ad maternas sane ueniens uel ex hoc uel ex quolibet alio titulo
facultates omnis posteritas ex quocumque suscepta uiro pro debita sibi portione, ut a
4 matre uel spontanea largitate uel per testamentum eius fuerit collata, possideat. Nos enim
hac lege id praecipue custodiendum esse decreuimus, ut ex quocumque coniugio suscepti
filii patrum suorum sponsalicias retineant facultates. D. III NON. NOV. RAVENNAE HONO-
RIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422
5 [1]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Gene- Nou. Theod. 14, 1
raliter censemus, quoquo casu constitutiones ante hanc legem mulierem liberis communi-
bus, morte mariti matrimonio dissoluto, quae de bonis mariti ad eam deuoluta sunt seruare
sanxerunt, isdem casibus maritum quoque quae de bonis mulieris ad eum deuoluta sunt
morte mulieris matrimonio dissoluto communibus liberis seruare, nec interesse, si alter pro
1 marito donationem ante nuptias uel pro muliere dotem crediderit offerendam. Haec obser-
uari praecipimus, licet res ante nuptias donatae, ut adsolet fieri, in dotem a muliere redi-
2 gantur. Dominium autem rerum, quae liberis *uel* huius legis uel praeteritarum constitu-
tionum auctoritat*e* seruantur, ad liberos pertinere decernimus. itaque defuncto eo, qui eas
liberis reseruabat, extantes ab omni possessore liberi uindicabunt, consumptas ab heredibus
3 eius exigent, qui eas seruare debuer*at*. Alienandi sane uel obligandi suo nomine eas res,
4 quae liberis seruari praeceptae sunt, eis qui reseruaturi sunt adempta licentia est. Negotia
5 uero liberorum patri utiliter administrare concedimus. Diuidendi quoque res inter eos
ipsos liberos parentibus pro suo arbitrio uel eligendi quem uoluerint licentiam non nega-
6 (1) mus. In his autem casibus, in quibus res ut paternas mater liberis communibus seruare
praecepta est, hoc est ubi morte mariti matrimonio dissoluto mulier ad alias nuptias uenit,
uel ubi ut maternas patrem liberis communibus seruare censuimus, hoc est ubi morte
mulieris matrimonio dissoluto uir ad alias nuptias uenit, si hereditatem eius parentis qui
prior mortuus est non adierint liberi, licebit eis, tamquam eius tantum res fuerint qui
posterior moritur, eas sibimet uindicare, scilicet si uel eius qui posterior moritur[2] here-
ditatem crediderint adeundam, ne, quod fauore liberorum inductum est, quibusdam casi-
7 (2) bus ad laesionem eorum uideatur inuentum. Illud etiam humanis sensibus huic legi credi-
dimus inserendum, ut eo quoque casu, quo lucratur uel mulier res, quae ad eam a marito
perueniunt, uel maritus eas, quae ex bonis mulieris ad eum transeunt (hoc est ubi primum
matrimonium alterius morte dissoluitur nec superstes ad secundas nuptias uenit) si res uel
maritus uel uxor (hoc est qui superstes est) non consumpserit uel alienauerit (quod eis ad
secundas nuptias non uenientibus quasi rerum dominis concessum esse non dubium est)
liberis liceat res a patre profectas ut paternas, a matre ut maternas accipere. D. VII ID.
SEPT. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439
6 [3]IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ERYTHRIO PP. Hac edictali lege in perpetuum uali-
tura sancimus, si ex priore matrimonio procreatis liberis pater uel mater ad secunda uel

*CMN*

---

[1] *iunge* 6, 61, 3 [2] qui posterior moritur *om. Nou.* [3] *iunge* 6, 20, 17. 6, 61, 4

---

1 relinquisse *N* 2 a *om.* $M^a$ 4 hac] ha $M^a$ | praecipue] precium $M^a$ 5 facult. retineant *C* | *s. a. Contius* 1562 *et Paris.* 4517, *in quo est* non nou. Qui aū hon. et th. 7 theodosius] hon. *N* | et *om.* $M^a$? | ualer. *C*, ualerius *M* 8 censuimus $M^a$ 10 quae *om.* $M^aN^a$ 11 si alter ... 12 crediderit *post* 12 offerendam *iterat* $N^a$ | seruari *M*, obseruare $N^a$ 13 a *om.* $M^a$ 14 uel huius ... auctoritate] *Nou.*, per uius ... auctoritatem *E*, per huiusmodi ... auctoritatem *CMN* | praeterarum $M^a$ 17 debuerant $CM^bN$ *cum multis libris Nou.* | nomine suo *N* 18 seruare $CM^a$ | praecepta $M^a$ | adexempta $M^a$ 19 rem *M uel* $M^b$ | eos *om. C* 20 denegamus *CM* 21 liberis] l. ut $N^a$ | seruari $M^a$ 22 dissol. matrim. *C* | uenerit *CM* 23 ut *om.* $CM^a$ | censuimus] *Q Nou.*, censemus *MN*, constituimus *C* 24 uenit] *Q Nou.*, uenerit *CMN* 25 adierunt *C* | res tantum *C* 26 eas ... moritur *om.* $M^a$ 27 indictum *Nou.* | quibusdam] quibus $M^a$ 28 etiam] enim *C* | humanibus *C* | credimus *C* 29 lucrantur $CM^a$ | a *om. C, inc.* $N^a$ 30 peruenerunt *CM, inc.* $N^a$ 31 uenit] non uenientibus $N^a$ 33 non] uenerint non $M^a$ 34 a matre ut maternas *om. N* | *s. a. Nou.* 35 conss.] uc. conss. *Nou.* 36 imp. *N* | anthemio *N*, antoninus *C* | erythyrio *N* | haec *C* | ualiditura $M^a$ 37 libeberis procreatis *N* | uel mater] materue *MN*

tertia aut ulterius repetiti matrimonii uota migrauerit, non sit ei licitum nouercae seu
uitrico testamento uel sine scriptura seu codicillis, hereditatisue iure siue legati uel fidei-
commissi titulo plus relinquere, nec dotis aut ante nuptias donationis nomine seu mortis
causa habita donatione conferre nec inter uiuos conscribendis donationibus (quae etsi con-
stante matrimonio ciuili iure interdictae sint, morte tamen donatoris ex certis causis con-
1 firmari solent), quam filio uel filiae, si unus uel una extiterit. Quod si plures liberi fuerint,
singulis aequas partes habentibus minime plus, quam ad unumquemque eorum peruenerit,
2 ad eorum liceat uitricum nouercamue transferri. Sin uero non aequis portionibus ad eos-
dem liberos memoratae transierint facultates, tunc quoque non liceat plus eorum nouercae
uel uitrico testantem relinquere uel donare seu dotis uel ante nuptias donationis titulo
conferre, quam filius uel filia habet, cui minor portio ultima uoluntate derelicta uel data
fuerit aut donata, ita tamen, ut quarta pars, quae isdem liberis debetur ex legibus, nullo
3 modo minuatur nisi ex his causis, quae de inofficioso excludunt querellas. Quam obserua-
tionem in personis etiam aui et auiae, proaui et proauiae, nepotum uel neptum, item pro-
nepotum uel proneptum, siue in potestate siue emancipati emancipataeue sint, ex paterna
uel materna linea uenientibus[1], custodiri censemus. sin uero plus quam statutum est ali-
quid nouercae uel uitrico relictum uel donatum aut datum fuerit, id, quod plus relictum
uel donatum aut datum fuerit, tamquam non scriptum neque derelictum uel donatum aut
datum ad liberorum personas deferri et inter eas diuidi iubemus: omni circumscriptione,
si qua per interpositam personam uel alio quocumque modo fuerit excogitata, cessante.
4 (1) His illud adiungimus, ut mulier in his casibus, in quibus ante nuptias donationes, ceteras
etiam res a marito ad se deuolutas secundum priorum legum statuta liberis communibus
ut paternas seruare compellitur (hoc est ubi morte mariti matrimonio dissoluto ad alias
nuptias uenerit), immobilium rerum et mancipiorum annonarumque ciuilium usu fructu
5 dumtaxat uitae suae temporibus potiatur, alienatione earum penitus interdicta: Mobilium
uero rerum, iustis pretiis aestimatione habita per eos, quos utraque pars elegerit, arbitros
iudicaturos interposito sacramento, simili modo usum fructum habeat, si idoneam fideiussio-
nem praebuerit, quod easdem res mobiles uel earum pretium filiis et filiabus ex eodem
matrimonio procreatis uel post mortem eorum nepotibus et neptibus ex isdem liberis pro-
creatis, siue omnibus uel uno unaue superstite mori contigerit, secundum legum modum
6 restituat: Vel certe si fideiussiones idoneas praestare distulerit aut nequiuerit, praedictae
res mobiles necdum matri a liberis traditae apud eosdem manebunt: solutae uero eidem
matri uel ab eadem detentae restituentur liberis, si tamen ab his fideiussio idonea matri
fuerit oblata, qua caueri debet, quod eidem superstiti pro usu fructu earundem rerum
mobilium uel pretio, quo taxatae sunt, usurarum nomine centesimae partem tertiam annuis
quibusque temporibus praestare non differant, ita ut in eadem fideiussione hoc quoque

*P* (*c.* 6 *usque ad* 19 iubemus) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] ex pat. uel mat. l. uenientibus *collocari debent post* 14 proauiae

---

1 tertia] ad tercia *M* | aut *om.* *C* 2 uel hereditatis *PL* | siue] seu *C* | uel] sine *N* 3 derelinquere *MN* | nomine] titulo nomine $L^a$ 5 sunt *N* 6 una uel unus $MN^b$ 7 peruerit $PL^a$ 8 uel nouercam *C* 9 memoratae] memoratis modis $M^bN$ 10 testanti *C*, testante *N* 11 filia (filiam $M^a$?) uel filius *M* | delicta $M^a$ 12 eisdem *M* 13 de inofficioso] $CM^bN$, de inofficiosi $P^aM^a$, inofficiosi $P^bL$ 14 auiae *om.* $M^a$ | et proauiae] et $M^a$, proauie *N* | uel] et *M* | pronepotum (proneptum $C^a$) uel *om.* $N^a$ 15 uel] et *PL* | potestatem *PL* 16 aliquid *om.* *PL* 17 datum aut donatum *M*, donatum aut donatum $P^a$ | id ... 18 fuerit *om.* *C* 18 donatum aut datum fuerit] *M*, datum fuerit aut donatum *PL*, datum aut donatum fuerit *N* | neque ... 19 datum *om.* $M^a$ | aut datum uel donatum *C* 19 iubemus] iub. et cetera *fine constitutionis omisso PL* | circumscrpcione *M* 20 excognita *M* | censante $M^a$ 21 donationem *N* 24 peruenerit *C* | et] e *C* | annonarum *aun* $M^a$ | que] *C*, quoque *MN* | usum fructu dumtaxat $C^bN$, usum fructum taxat $C^a$ 25 temporibus *om.* $N^a$ 26 uero *om.* *CM* 28 uel *om.* $M^a$ | pretium earum *N* 29 uel] ut $N^a$ 30 siue] $MN^a$, si eam *C*, eam *post* superstite *addit* $N^b$ | unaue] unaue e $N^a$ 31 restituentur *N* 33 eadem tente *C*, ea detente $N^a$ 34 fuerat *C* 36 quibuscumque *CM* | praestare] temperare $M^a$ | ita] ita tamen *C*

caueatur, quod a filiis filiabusque et ex his genitis liberis, si ante eandem matrem omnes
eos obire contigerit, omnes res praedictae mobiles secundum legum moderationem matri,
7 ut ad eandem lucrum redeat luctuosum, restituentur. Erit itaque licitum utrilibet parti,
quae fideiussionem praebuerit, si sibi commodum esse perspexerit, his rebus mobilibus uti
frui easdemque dare *mutuo uel* obligare uel uendere, ut ex his maxime liberi adquirentes
8 possint materno adfectui sine suo incommodo seruire. Sin autem utraque pars praedictam
fideiussionem dissimulauerit aut forte offerre nequiuerit, eaedem res apud mulierem usque
9 (2) in diem uitae suae manebunt. Omnibus uidelicet isdem maritalibus facultatibus, his etiam,
quas habet habiturave est, tamquam si iure pignoris uel hypothecae suppositae sint, super
eadem ante nuptias donatione uel rebus aliis ad eam ex mariti substantia deuolutis ex eo
die, quo eaedem res ad eam peruenerint, liberis obligatis, ut, si quis post traditas matri
uel detentas ab ea res (si ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierit,
quae se repetitis nuptiis copulauerit, in uindicandis isdem suppositis rebus posterior habea-
tur, liberis, qui ex eodem matrimonio procreati sunt, et nepotibus neptibusue, qui ex his
10 liberis geniti sunt, sine dubio praeponendis. Sin uero liberorum suorum adfectione seruata
pater materue ad alias nuptias migrare noluerit, neque uir his, quae de bonis uxoris ad
se transeunt, neque mulier rebus, quae ex substantia mariti ad se peruenerint, pro suo
arbitrio uti uel eas uendere aut quocumque iure uel modo eas alienare uel pignoris iure
11 siue hypothecae (si uoluerint) obligare, utpote domini earum, prohibebuntur. Extantes
autem praedictas res, si non fuerint alienatae siue consumptae uel suppositae, licebit liberis
uindicare etiam non adeuntibus hereditatem parentum. D. II[1] K. MART. MARCIANO
CONS. a. 472
7 IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. In quibus casibus pater dotem, mater ante nuptias
donationem uel alias res ad se ex altera parte deuolutas filiis utriusque sexus seruare
praecepti sunt, si quem ex filiis uel filiabus ante patris uel matris obitum mori contigerit
siue ante secundas nuptias siue postea, filio uel filia uel nepte aut nepote uel pluribus
patre suo adhuc uiuo uel matre superstite derelictis, portionem, quae defuncto filio uel
filiae debebatur uel lucrum ex ea non ad fratres uel sorores mortui, sed ad filios eius uel
filias uel nepotes utriusque sexus aut pronepotes auis uel proauis superstitibus peruenire
decernimus: eligendi uidelicet quos uoluerint ex liberis superstitibus non adempta licentia.
D. K. MART. ILLO VC. CONS. a. 478
8 [2]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Si quis prioris matrimonii filiorum ante secundas
nuptias patris uel matris mortuus fuerit filiis a se uel nepotibus uel pronepotibus relictis,
partem eius non ad fratres uel, si nullus alius frater uel soror sit, ad patrem uel matrem
eius peruenire, sed ad filios uel nepotes uel pronepotes eiusdem mortuae personae sanci-
mus, ut, siue unus siue plures sint, eam tantummodo partem uindicare possint, quae mor-
1 tuo competit. Illud etiam certa sanctione definire censemus, ut, si quis uel si qua ex
aliquo matrimonio filiis procreatis minime ad secundas uenerit nuptias, ut eo modo liceat
quidem genitori res ex priore coniugio sibi adquisitas quo modo uoluerit alienare uel ad-
ministrare, si quae uero earum minime sint alienatae, possint liberi etiam non adeuntes

*P* (*c.* 7) *L* (*c.* 7) *CMN*

---

[1] v (6, 20, 17. 6, 61, 4)? [2] *iunge* 5, 12, 29

---

1 caueantur $M^a$ | gentis $N^a$ 2 omnes *om.* $M^a$ 3 eandem] eam *N* 4 si *om.* $M^a$ | prospexerit *libri* | frui uti *N* 5 mutuo uel] *edd.*, uel mutuo *libri* 7 fidemiussionem *CM* | eadem $M^a$ 9 habeat *C* | iure] uere *C* | pingoris $M^a$ 10 eandem a. n. donationem *CN* 11 eadem $M^a$ | res *om.* *C* | peruenerunt *C* 12 detenta *C* | cum] cum alia cum $M^a$ 13 posteriores habentur $N^a$ 14 his] hisdem *N* 15 proponendis $C^a$ 16 de] ex *N* 18 eas alien.] alien. *N* | pigneris $M^a$ 19 siue] seu *N* | uoluerit *CM* | prohibuntur $M^a$ 20 predicte *N* 21 parencium $M^a$ | *s. a. Hal.* | marciano et zenone conss. (= *a.* 469) *Hal.* 26 secundas $M^a$ | filia] filie $N^a$ 28 debeatur *N* | uel sor.] et sor. *N* 29 pronepotis *L* | uel *om.* *C* 30 uoluerit *M* | non *om.* $M^a$ 31 *s. a. Hal. PL* | illo (ello *Hal.*) uc. cons. *om. PL* 32 iustinus *M* 34 eius] eius uel *C* 35 uel pron.] pron. $M^a$ 37 diffiniri *C* | qua] que $M^a$? 38 nuptias uenerit *C* 40 sunt *C* | adentes $M^a$

(2) paternam uel maternam hereditatem eas uindicare, certum esse sancimus[1], quod etiam illa
de cetero uidebitur earundem fuisse rerum alienatio, quae in testamento genitoris uel spe-
2 (3) cialiter relinquendo uel generaliter heredem instituendo facta sit. Talem uero licentiam
filiis, ut etiam non adeuntes paternam uel maternam hereditatem lucra uindicarent, quae
parens eorum ex matrimonio, quod secundo toro minime mutauit, sibi adquisita non alie-
nauit, nullo modo eis concedimus, si paternam uel maternam hereditatem ab intestato ex
parte (si forte alii etiam ex anteriore matrimonio morienti parenti filii sint) sibi adquisie-
3 (4) rint. In illo etiam ueterem sanctionem adimplentes praecipimus exemplo matris, BΣ 45, 4, 9
cuius res post secundas nuptias filiis ex priore matrimonio natis suppositae sunt ad con-
seruanda eis lucra, quae ex priore marito ad eam peruenerunt, patris quoque bona, quae
habet habiturusque est, filiis ex priore matrimonio natis post secundas eius nuptias ad ea
4 (5) conseruanda, quae ex eorum matre lucratus est, supposita esse. Illius etiam patris, (BΣ)
qui in sua potestate talem liberum uel liberos habens maternam eis substantiam uel ex
materna linea ad eos deuolutam seruare compellitur, isdem liberis bona supposita esse ad
conseruandas easdem maternas res decernimus: ita tamen, ut occasione talium hypothe-
carum neque patris neque matris filii ualeant administrationem perscrutari uel aliquam eis
mouere super hoc quaestionem, cum perspicui iuris sit, etiamsi alienata sint eorum bona,
quae extra memorata lucra uel maternas res sunt, ius hypothecae integrum isdem manere
filiis. D. III ID. DEC. DN. IVSTINIANO A. II CONS. a. 528

9 IDEM A. MENAE PP. Quoniam praeteritae leges omnia, quae liberis ex priore matri-
monio procreatis mulier quidem secundo marito, uir autem uxori secundae dotis uel ante
nuptias donationis nomine uel alio quocumque modo dederit uel reliquerit ampliora his,
quae uni filio uel filiae ex anteriore matrimonio progenitis danda uel relinquenda sunt,
reuocata ad solos filios ex priore matrimonio natos peruenire constituerunt nullaque in hac
parte filiorum ex secundo matrimonio natorum mentio facta est, hoc quoque corrigentes
omnia quae memorato modo reuocantur non solum ad filios prioris matrimonii, sed etiam
ad eos qui ex secundis nuptiis nati fuerint pertinere et in capita inter omnes diuidenda
1 sancimus. Ad haec lucra, quae marito uel uxori ex dote uel ante nuptias donatione occa-
sione repudii accedunt, indistincte post secundas eorum nuptias liberis ex priore coniugio
procreatis ad similitudinem matrimonii morte dissoluti seruari nec de cetero repudii cau-
sam requiri uel aliam in ea re exquisitionem fieri. D. ID.[2] APRIL. CONSTANTINOPOLI
DECIO VC. CONS. a. 529

10 IDEM A. DEMOSTHENI PP. Cum apertissime legibus cauetur ingratos liberos a maio-
rum suorum hereditate merito esse repellendos, si hoc idem in suis elogiis conscripserint
et re uera fuerit reuelatum, reclamare uidetur huiusmodi sanctioni diualis constitutio Leo-
nis inclitae recordationis, quam super filiis ex priore matrimonio procreatis conscripsit[3].
1 Nam cum necessitas est patri uel matri, qui ad secunda uota migrauerunt, tantum prae-
stare per quamcumque causam secundo marito uel nouercae, quantum filio uel filiae ex
anterioribus nuptiis progenitis qui partem minimam habiturus est reliquerit, maxima ini-
2 quitas ex hac sanctione contra genitores efficiebatur. Liberi etenim scientes, quod omni-
modo aliquid sibi a genitoribus suis et nolentibus relinquendum est, et tantum, quantum

*CMN*

[1] sancimus *del.* (*Mommsen*) [2] *aut* k. *aut* VIII id. *scr.* (*Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 174. 182) [3] *c.* 6 *h. t.*

1 certum *seqq.*] *his demum contineri, quae certa definitione sancire Iustinianus censuit* (*p.* 424, 37), *inde colligitur, quod quae antecedunt non sunt nisi repetitio c.* 6 § 10 3 requendo $M^a$ 7 acquisierunt *N* 10 eis *om.* *C* | marito] matrimonio *C* | patri $M^a$ 13 talem *om.* $M^bN$ | eas *C* 14 comp. isdem lib. bona] *C*, bona comp. isdem lib. $M^b$, comp. bona eisdem lib. $N^b$, comp. isdem (eisdem *N*) lib. $M^aN^a$ 16 filii ualeant] ualeant ualeant *N* 17 sit iuris *N*, iuris *bis* $M^a$ 18 sint *CM* 19 *s. a. Hal.* 20 impr. iustinianus a. demosstheni pp. *S* | matrimonii $M^a$ 21 mulier] liber mulier $N^a$ 25 mentio *ante* 24 in hac *collocat* *C* 27 omnes] eos *C* | diuidenda] *C*, diuidendas $M^a$, diuidi $M^bN$ | 28 uel ux.] ux. $M^a$ 29 recedunt $N^a$ | eorum (eo $M^a$) nupt.] nupt. eorum *N* 31 *s. a. Hal.* 34 esse repell. merito *C* | conscripserit *C* 35 constitucioni *M* 37 secundum uotum *C* | migrauerint *N* 39 minimam] mutuam *C* 40 genitores] ge $M^a$

secundus maritus uel nouerca acceperit, cum omni licentia et lasciuia suos genitores iniuriis
3 adficiebant. Quapropter sancimus ingratos re uera liberos neque hoc beneficium, quod
diualis constitutio Leonis augustae memoriae eis praestitit, in posterum posse sibi uindi-
4 care, sed quasi ingratos ab omni huiusmodi lucro repelli. Quam obseruationem in per-
sonis etiam aui et auiae, proaui et proauiae, nepotum uel neptum, item pronepotum et
proneptum, siue in potestate siue emancipati emancipataeue sint, ex paterna uel materna
5 linea uenientibus custodiri censemus. Sed quemadmodum genitoribus prouidimus, ita et
innocuam posteritatem nullis adfici iniuriis patimur, ut non genitores, qui sese secundis
nuptiis deuouerunt, irrationabile odium ad priores liberos forsitan habentes sine iusta
6 ratione eos ingratos uocare concedantur. Eos etenim liberos huiusmodi beneficio defrau-
dari uolumus, qui re ipsa ingrati circa suam antiquitatem ab heredibus genitorum liquidis
et indubitatis probationibus conuicti fuerint ex huiusmodi casibus, qui antea priscis legibus
enumerati sunt. D. xv k. Oct. Chalcedone Decio vc. cons. a. 529

11—18 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# X

## R SI SECVNDO NVPSERIT MVLIER, CVI MARITVS VSVM FRVCTVM RELIQVERIT R

1 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Tatiano pp. Si usum fruc-
tum maritus rerum suarum decedens uxori reliquerit eaque in secundas nuptias consortium-
que conuenerit, usum fructum, quem ex priore marito consecuta fuerit, amittat atque eum
1 filiis ex die quo nupserit mature restituat. Quod si liberos ex priore matrimonio adhuc
imbecillitas habebit infantiae nec muniet tutoris auxilium ac per huiusmodi occasionem
mater quae relicta fuerant usurpauerit, omnia, cum legitime repetantur, cum competentibus

*P* (10) *L* (10) *CMN*

---

4 qusi $N^a$ 5 proaui et] proaui *C* | uel] et *N* | neptium $M^a$ | pronepotum et proneptium $M^a$. proneptum et pronepotum *N* 8 genitoris *C* | sese] se $M^a N$, *sed in N collocatur post* 9 nuptiis 9 deuoluerunt $CM^a N$ 12 coniuncti $CM^a$ | ante *C*, antea a *N* 13 numerati *C*, e..meratae $M^a$ | *s. a. Hal.* | decio] et decio *Hal.* 14 constitutio greca *hoc loco G, post rubr. seq. tituli W. in Nouella* 2 *c.* 1. 2 *pr. Nou.* 22 *c.* 45 § 1 *Nou.* 68 *laudatur Iustiniani constitutio, qua mortuis liberis eorum, qui secundas nuptias inierint, lucra nuptialia prioris matrimonii etiam ad extraneos liberorum heredes deferuntur, nisi ea ex pacto in casum orbitatis facto ad parentem superstitem pertineant. quam constitutionem undecimam huius tituli fuisse colligitur ex Theodori Nouellarum breuiario, qui ad Nou.* 22 *c.* 45 *laudat c.* 3. 4. 5. 11 *h. t.* (*Zachariae Anecdota p.* 41 = *BΣ* 28, 14 *sch.* 31), *ad Nou.* 22 *c.* 47 § 2 (= *BΣ* 28, 14 *sch.* 35, *ubi tamen om. c.* 11) *c.* 4. 11 *h. t., et ex Epitoma* 25, 16 *ubi est:* ὁ δευτερογαμήσας τὰ ἐκ τοῦ πρώτου γάμου κέρδη τῶν αὐτοῦ παίδων προτελευτησάντων ἐχέτω καὶ ἐκδικείτω παρὰ τῶν ἐχόντων. ὡς νεα. ξθ´ (*scr.* ξη´) βι. ε´ τοῦ κωδ. τί. β´ (*scr.* θ´) διατ. ια´ (*sic liber Vindobon.* 3 *cum Epitoma ad Prochiron mutata* 6, 23, ιδ´ *liber Vaticanus* 2075 *teste Zachariaeo*). *his autem numeris deceptus esse uidetur Augustinus, qui indicem* ὁ δευτερογαμήσας *ex Paratitlis ad Const. huic loco restituit, cum index ius antiquum contineat et ad Nouellae* 68 *partem eam referendus sit, qua lucra nuptialia iam ante c.* 11 *ad parentes delata huius constitutionis auctoritate auferri uetuit: ceterum in Paratitlis index non extat, sed Eclogam ad Prochiron mutatam* 2, 39 (*Zachariae Ius Graeco-Rom.* 4 *p.* 73), *qua Augustinus saepius usus est, eum suppeditasse probabiliter conicit Zachariae. rectius ad c.* 11 *referas adnotationem eidem indici in Epitoma adscriptam* (= *Epitome ad Proch. mut.* 6, 24) Σημείωσαι (σημ. *om. Ep. ad Proch. mut.*) ἐὰν ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παῖδες (οὐκ *ins. Vindob.* 3 *Epit. ad Proch. mut.*) ἐτέχθησαν ἢ τεχθέντες ἐτελεύτησαν, οὐκ ὀφείλει κερδᾶναι ἐξ αὐτοῦ τοῦ συνοικεσίου τὸ δευτερογαμοῦν πρόσωπον, εἰ μὴ μόνον τὸ ἐξ ἀπαιδίας κάσον. — *Plures adhuc huius tituli constitutiones desiderari apparet ex BΣ* 28, 14 *sch.* 13, *ubi laudatur c.* 14, *et ex Theodoro ad Nou.* 22 *c.* 32 (= *BΣ* 28, 14 *sch.* 15), *ubi citantur c.* 13 *et* 18 16 usu fructu (fructum $M^b$) *M* 17 reliquit *PL* 18 impp. *PLCN* | ualerius *M* | aa. *C* | laciano *PL*, titiano *N* | usus *C* 19 suarum *om. C* 21 qua *C* 22 muniet] minuentur *C* | occasione *N* 23 quae] e (*uel* ae) quae $P^a$, ea quae $P^b L N^b$ | derelicta $M^a$ | fuerint *PL*, fuerat *C* | cum *om.* $PLN^a$ | repetuntur *N*: *fuit fortasse* repetentur

2 **fructibus ad liquidum deducta ratione restituet. Haec de usu fructu, quem uir extremam constituens uoluntatem de rebus propriis uxori reliquerit. de usu fructu uero rerum ante nuptias donatarum ea seruari quae anteriores constitutiones decreuerunt sancimus. D. ID. MART. ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.** a. 392

# XI

## ℞ DE DOTIS PROMISSIONE VEL NVDA POLLICITATIONE ℞

1 **IMP. ALEXANDER A. CLAVDIO. Frustra existimas actionem tibi competere, quasi promissa dos tibi nec praestita sit, cum neque species ulla nec quantitas promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumento adscriptum, quod ea quae nubebat dotem dare promiserit. PP. K. AVG. POMPEIANO ET PELIGNO CONSS.** [B 29, 1, 81] a. 231

2 **IMP. GORDIANVS A. HERODOTO. Si pro dote promissa usuras dare socer tuus spopondit, id quod deberi ostenderis competens iudex solui tibi praecipiet. PP. XII K. SEPT. PIO ET PONTIANO CONSS.** [B 29, 1, 82] a. 238

3 **IDEM A. CLAVDIO. Si, cum ea quae tibi matrimonio copulata est nuberet, is cuius meministi dotem tibi non addita quantitate, sed quodcumque arbitratus fuisset pro ea daturum se rite promisit et interpositae stipulationis fidem non exhibet, competentibus actionibus usus ad repromissi emolumentum iure iudiciorum peruenies: uidetur enim boni uiri arbitrium stipulationi insertum esse. PP. K. IAN. SABINO ET VENVSTO CONSS.** [B 29, 1, 83] a. 240

4 **IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. RVFO. Si uoluntate dotantis in dotali instrumento plura tibi tradita scripsisti quam suscepisti, intellegis de his quae desunt petendis pactum esse consecutum. S. NON. APRIL. AA. CONSS.** [B 29, 1, 84] a. 293

5 **IDEM AA. ET CC. DASVMIANAE. Si pro te pater marito tuo stipulanti promisit dotem, non tibi, sed marito contra successores soceri competit actio. D. VIII K. DEC. AA. CONSS.** [B 29, 1, 85] a. 293

6 **[1]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PP. Ad exactionem dotis, quam semel praestari placuit, qualiacumque sufficere uerba censemus, siue scripta fuerint siue non, etiamsi stipulatio[2] in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS.** [Th. 3, 13, 4 B 29, 1, 86] a. 428

7 **IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Si pater dotem pro filia simpliciter dederit uel pro filio ante nuptias donationem fecerit, habeat autem filius uel in potestate constitutus uel forte emancipatus res maternas uel ex alio modo tales, quae adquisitionem** [B 29, 1, 87]

*P* (10. 11 ℞ [4 *p*] 6) *L* (10. 11 ℞ 4. 6) *CMN*

---

[1] *iunge* 2, 57, 2. 5, 3, 17. 5, 4, 22. 6, 18, 1. 6, 24, 11. 6, 61, 2 [2] etiamsi dictio uel stipulatio (*omissis* siue scr. f. s. non) *Th.*

---

1 fructibus *om.* $M^a$ | ad] a $L^a$ | liqudum $P^a$ | restituat *C*, restituet et *M* | uir] ur $P^a$ | extrema *C* 3 donacionum *PL* | *s. a. Hal.* 6 *rubr. om.* $M^a$ 7 claudie *SMN* | existimans *C* 9 adscriptum] scriptum sit *C* 10 *s. a. Hal.* 11 herodito *S* | socer tuus usuras dare *C* 12 dissolui $M^aN$ | *s. a. Hal.* 14 est] sit *C* 16 promiserit *MN* | accionibus competentibus *N* 17 promissi $M^a$ | *ad uerba* uidetur ... 18 esse *adnotat* *BΣ* (*Thalelaeus?*) τοῦτο τὸ ῥητὸν νῦν προσετέθη τῇ διατάξει 18 stipulacione $M^a$ | *s. a. Hal.* 19 imp. *N* | cc.] c. *S*, conss. *pL* | rufo] *SN*, rufino *pLCM*: *cf.* 2, 21, 5. 5, 14, 6 20 dotantis] *Theodorus ita interpretatur, quasi scriptum sit* donantis *et u.* 21 non petendis: ἐὰν ἐγγράφως τις donandi animo ὡμολόγησέ τι ἔχειν ἐν προικὶ πλέον οὗ ἔλαβεν, οὐ δύναται τὰ λοιπὰ μεθοδεύειν. καλῶς δὲ κεῖται τὸ donandi animo *BΣ*: βουλομένου αὐτοῦ (*sc.* τοῦ προικίζοντος) *B* | dotalibus instrumentis *pL* | quam suscepisti *om. C* 21 pactum petentis $p^bL$, petendis *om.* $p^a$ | consecuturum $p^tL^t$, concessum $p^vL^vC$, *inc.* $M^a$ | *s. a. Hal. pLN* | s. non. april. aa. conss. *Hal.*, d. non. mai. *pL*, s. u. non. mai. *N*: *fortasse haec const. iungenda est cum* 2, 21, 5 (d. v k. Mai.) *uel cum* 5, 14, 6 (d. v non. Mai.) 22 dasumiano *SM*, dasimiano *C* 23 *s. a. Hal.* 25 theodorus *C* | ualentino *N*, ual'er. *C*, ualerianus *M* | hiero *L*, higerio *C*, gergio $M^a$ 26 quam s. praestari *bis* $L^a$ | pacuit $P^a$ | qualicumque *C* | uerba sufficere *C* 27 etsi $P^bL$, etiam $C^a$, et $P^a$ | pollicitaone *P* 28 fuerint *C* | *s. a. Th. Hal. PL* | x *om. Hal. PL* | constant. *om. Hal.* | felici et tauro cc. conss. *PL* 30 uel pro] uel *C* | habet *C*

effugiunt, quarum usus fructus solus apud patrem remanet, uel quocumque modo poterat
quasdam actiones contra patrem habere, dubitabatur apud ueteres, utrumne uideatur pater
ex ipso debito dotis uel ante nuptias donationis fecisse promissionem uel dationem, ut sese
ab huiusmodi nexu liberet, an debitum quidem remanet in sua natura, liberalitas autem
1 paterna dotem uel ante nuptias donationem dare suggessit. Et in tali dubitatione multa
pars legislatorum sese diuisit, alio etiam incremento huiusmodi quaestioni addito, si forte
dixerit in instrumento dotali ex rebus paternis et maternis dotem uel ante nuptias dona-
tionem dare, utrum pro dimidia parte uidetur datio uel promissio facta esse, an pro rata
2 portione utriusque substantiae. Vtramque igitur dubitationem certo fini tradentes sanci-
mus, si quidem nihil addendum existimauerit, sed simpliciter dotem uel ante nuptias dona-
tionem dederit uel promiserit, ex sua liberalitate hoc fecisse intellegi, debito in sua figura
remanente. neque enim leges incognitae sunt, quibus cautum est omnimodo paternum
3 esse officium dotes uel ante nuptias donationes pro sua dare progenie. Et liberalitas ita-
que talis maneat uera et inreuocabilis et puro nomine liberalitas, et debitum suam sequatur
4 fortunam. Vbi autem ex rebus tam suis quam maternis uel aliis quae non adquiruntur uel
ex suis debitis dixerit fecisse huiusmodi liberalitates, tunc si quidem penitus inopia tentus
est, ex illis uideri rebus dotem uel ante nuptias donationem esse datam, quae ad filios uel
5 filias pertinent. Si uero et ipse substantiam idoneam possidet, et in hoc casu de suo patri-
monio dotem uel ante nuptias donationem dedisse intellegatur. poterat enim secundum
suas uires dotem pro filia uel ante nuptias donationem pro filio dare et consentire filiis
suis, quando uoluerint partem uel forte totam suam substantiam quam habent paternae
liberalitati pro dote et ante nuptias donatione adgregare, ut re uera appareat, quid ipse
uult dare et quid de substantia filiorum proficiscitur, ne, dum effuso sermone sese iactet,
in promptum incidat sui periculum. D. K. NOV. *POST CONSULATUM* LAMPADI*I* ET ORESTI*S*
*VV. CC.* a. 531

# XII

## ℞ DE IVRE DOTIVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. NICEPHORO. Euicta re, quae fuerat in [B 29, 1, 88]
dotem data, si pollicitatio uel promissio fuerit interposita, gener contra socerum uel mulie-
1 rem seu heredes eorum condictione uel ex stipulatione agere potest. Sin autem nulla
pollicitatio uel promissio intercesserit, post euictionem eius, si quidem res aestimata fuerit,
2 ex empto competit actio. Sin uero hoc non factum est, si quidem bona fide eadem res
in dotem data est, nulla marito competit actio: dolo autem dantis interposito de dolo
actio aduersus eum locum habebit, nisi a muliere dolus interpositus sit: tunc enim, ne
famosa actio aduersus eam detur, in factum actio competit. PP. K. AVG. MVCIANO ET
FABIANO CONSS. a. 201

2 IMP. ANTONINVS A. ALCIBIADI. Si stipulatio de restituenda portione dotis [B 29, 1, 89]
datae subiecta est condicioque eius extitit, habet ex ea actionem, in cuius personam uti-
1 liter concepta commissaque est. Secundum quod si Polla soror tua de restituenda sibi

*P* (12 ℞) *L* (12 ℞) *CMN*

---

3 uel dationem] $N^b$, uel donationem $CN^c$, uel donacione $M^a$?, uel daciones $M^b$, *om.* $N^a$ | sese] se $M^a$ 4 quidem] quod $M^a$ 5 paternam *C* | multas $M^a$ 6 questione *M* 7 in *om. CN* | et maternis] uel mat. *C, om.* $M^a$ 8 datio] donatio $CM^a$ 9 dubietatem $M^a$ 12 est *om. C* 13 donacionis $M^a$ 17 rebus uideri *M* | uel filias] uel ad filias *M* 18 sin *C* 19 dotem] prootem $C^a$? 20 pro *om.* $M^a$ 21 partem] patere $M^a$? | suam *om. C* | habeant *C* 22 donatione ante nuptias *N* | quod *C* 23 quod $CN^a$ | de] de sua *M* 24 sui incidat *C*, indicat su $M^a$ | *s. a. Hal.* | post ... 25 cc.] lampadio et oresta conss. *Hal.* 28 seuero *N* | nicrephoro *M* 30 condictionem $C^a$ | ex] *W*, *om. CMN* | stipulationem $C^a$ 31 fuerint *C* 32 factum *om. N* 33 dote *M* | de *om.* $M^a$ 35 *s. a. Hal. M* | pp.] *M*, pp. dat. *Hal.* | aug. m. et] **** mut**** * *M* 37 antonius *M* | alcibiadidi *S* | stipulatio] $MN^a$ *cum BΣ* (κ.π.), stip. utilis $CN^b$ 38 datae] a te $C^a$ | ex ea *om. C:* ἔχει κατ᾽ αὐτῆς ἀγωγήν *BΣ* (κ.π.) | persona *N* 39 polla] p***a $M^a$, pona $N^b$ *uel* $N^a$, bona *C*

parte dotis habet actionem eo, quod mater uestra donandi animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari, metuere non debet doli exceptionem, quod matri suae quae pactum interposuit heres ex minore quam dimidia portione extitit, nisi liquido probatum fuerit matrem eius mutasse dotis pacti uoluntatem contentamque esse noluisse filiam suam pro portione hereditatis praelegationibus maritumque suum exactione liberari uoluisse. PP. D. III K. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

3 IMP. ALEXANDER A. EVPHEMO. Etsi dotis exactio defuncta in matrimonio [B 29, 1, 90] filia potuisset ad patrem pertinere, dotalibus tamen seruis maritus testamento directam et fideicommissariam libertatem iure dedit et praestita reuocari non debuit, cum et inter uiuos manumittendi mancipia dotalia constante matrimonio liberam maritus habet facultatem. PP. VI ID. DEC. ANTONINO ET ALEXANDRO CONSS. a. 222

4 IDEM A. VALENTI. Nulla lege prohibitum est uniuersa bona in dotem [B 29, 1, 91] marito feminam dare. PP. IIII ID. IVL. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

5 IDEM A. STATIAE. Quotiens res aestimatae in dotem dantur, maritus dominium [B 29, 1, 92] consecutus summae uelut pretii debitor efficitur. si itaque non conuenit, ut soluto matrimonio res restituerentur et iure aestimatae sunt, retinebit eas, si pecuniam tibi offerat. D. III ID. APRIL. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

6 IDEM[1] A. SVLPICIO. Auia tua eorum, quae pro filia tua in dotem dedit, [B 29, 1, 93] etsi uerborum obligatio non intercessit, actionem ex fide conuentionis ad te, si heres extitisti, transmittere potuit. nec enim eadem causa est patris et matris paciscentium, quippe matris pactum actionem praescriptis uerbis constituit, patris dotis actionem profecticiae nomine competentem conuentione simplici minime creditur innouare. D. III ID. FEBR. MAXIMINO A. ET AFRICANO CONSS. a. 236

7 IMP. GORDIANVS A. MARCO. Cum a socero tuo pro uxore dos tibi daretur, [B 29, 1, 94] si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis, sed postea, socer tuus tecum paciscendo, si id non ex uoluntate filiae suae fecit, condicionem eius laedere non potuit. quandoque enim sola de dote experiens id pactum non debere ad sui dispendium operari de iure defenditur. PP. D. K. OCTOBRIBVS PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

8 IDEM A. AGRIPPINAE. Etiamsi non dotem reddi sibi mater, sed ea, quae in [B 29, 1, 95] dotem data sunt, ut eam sequerentur uel ad se pertineant in matrimonio defuncta filia, stipulata sit, durante matrimonio filia decedente actionem ex stipulatu uideri quaesitam aequissimum esse iudicamus. cui consequens est, ut etiam id, quod additamenti causa in dotem datum est, eadem actione repetatur. PP. K. FEBR. SABINO ET VENVSTO CONSS. a. 240

9 IMP. DECIVS A. ET DECIVS C. VRBICANAE. Dotis tuae potiorem causam [B 29, 1, 96] magis esse conuenit quam rei publicae, cui postea idem maritus obnoxius factus est. PP. VI ID. IVN. DECIO A. ET GRATO CONSS. a. 250

10 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. INGENVO. Cum dotem te aestimatam [B 29, 1, 97] accepisse profitearis, apparet iure communi per pactum quod doti insertum est

*P* (12, 4. 5) *L* (12, 4. 5) *CMN*

---

[1] *scribi debuit* Imp. Maximinus

---

1 partem $C^a$ 2 stipulari filiam *N* 3 matris $C^a$ *uel* $C^b N$ 4 aliquido $N^a$ 5 praelagacionibus $M^a$ 6 *s. a. Hal.* | d.] dat. *Hal.* 7 euphemo] *S*, euphremo *C*, eufimo *M*, euphremodotis *N* 8 dotalibus] et d. *C* 9 fideicommissam $CMN^a$ | libertate *C* | reuocare *C* 10 mancipii dotalia *N*, mancipii dotalis *C*: *ad haec uerba uidetur pertinere quod adnotat Thalelaeus:* τὸ παλαιόν δοταλίους (δοτάλιον *Flor.*) εἶχε, *unde tamen, quid antiquitus scriptum fuerit, haud adsequaris* | habeat *M* 11 *s. a. Hal.* 12 idem] imp. alex. *PL* | ualentiniano *C* | bona] bona maritum $L^a$ | dote *C* 13 maritum *L* | *s. a. Hal.* *PL* | IIII] iii *L* 14 statutae *PL* | dote *PL* 17 *s. a. Hal.* 19 si heres extitisti ad te *N* 20 eadem enim $C^a$, enim eandem $N^a$ 22 conuentioni *C* | *s. a. Hal.* 24 marcus $M^a$ | dotis *C* 25 eam $C^a$ | deductam *C*, ducta *N* | donacionis $M^a$ 27 de *om.* $M^a$ 28 *s. a. Hal.* | d.] dat. *Hal.* 29 grippinae *S* 30 dote *CN* | sequeretur $M^a$ 31 durante] dum ante *C* | decidentem *C*, decente $M^a$ | ex stipulatio *C* 33 *s. a. Hal.* 34 c.] cc. *N* 35 postea *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* 37 te dotem *N* 38 iure] in re *C*

formato contractu ex empto actionem esse. quis enim dubitet aestimationem a te mulieri deberi, cum periculo tuo res deteriores fiant uel augmenta lucro tuo recipiantur? PP. XII K. MAI. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

11 IDEM AA. ET CC. SEVERAE. De his, quae in dotem data ac direpta commemoras, mariti tui esse actionem nulla est dubitatio. D. X K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. [B 29, 1, 98] a. 293

12 IDEM AA. ET CC. RVFINAE. Ex pecunia dotali fundus a marito tuo comparatus non tibi quaeritur, cum neque maritus uxori actionem empti possit adquirere ac dotis tantum actio tibi competat. unde aditus praeses prouinciae, si non te transegisse reppererit, sed ex maiore dote partem consecutam, residuum restitui prouidebit. D. VIII K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. [B 29, 1, 99] a. 293

13 IDEM AA. ET CC. CATVLAE. Si a matre uestra superstite aliquid ad uos pertinens in dotem scienti uitrico uestro datum est, intellegis nullam firmitatem iuris dationem habere, si neque pollicitatio neque stipulatio intercessit. D. PRID. K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. [B 29, 1, 100] a. 293

14 IDEM AA. ET CC. BASILISSAE. Mater pro filia dotem dare non cogitur nisi ex magna et probabili uel lege specialiter expressa causa: pater autem de bonis uxoris suae inuitae nullam dandi habet facultatem. S. D. IIII NON. NOV.[1] PHILIPPOPOLI AA. CONSS. [B 29, 1, 101] a. 293

15 IDEM AA. ET CC. VLPIANAE. Cum citra fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probanti post diuortium quondam uxoris secundum bonam fidem restitui debere constet, amissis etiam instrumentis sine dubio cetera probationum indicia iure prodita non habentur irrita. D. VIII K. AVG.[2] SIRMI AA. CONSS. [B 29, 1, 102] a. 293

16 IDEM AA. ET CC. AEMILIANO. Ante diuisionem soror tua intestato patri etiam ipsa succedens pro indiuiso portionem fundi communis in dotem dare non prohibebatur. D. NON. IVL.[3] SIRMI CC. CONSS. [B 29, 1, 103] a. 294

17 [4]IDEM AA. ET CC. SABINIANO. Res, quarum usu fructu sibi deducto socrus in dotem dedit, uenumdando auferre tibi nihil potest. D. NONIS IVL.[5] SIRMI CC. CONSS. [B 29, 1, 104] a. 294

18 IDEM AA. ET CC. MENESTRATO. Si socrus tua fundum deducto usu fructu uxori tuae donauit tibique in dotem uxor quidem proprietatem, socrus autem usum fructum dedit, uxore tua rebus humanis in matrimonio exempta fundum apud te remansisse secundum placiti inter uos fidem non ambigitur. nam si acceptura certum quid annuum filiae [B 29, 1, 105]

*P* (12, 13. 14. 16. 18) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] Iul. (*Mommsen, Zeitfolge p.* 380)? [2] *uel* Ian. (*Mommsen l. c.*) *uel* Oct. *uel* Nou. *uel* Dec. *scr.* [3] Ian. (*Mommsen l. c.*) [4] *iunge* 3, 28, 20 [5] Ian. (*Mommsen l. c. et* 3, 28, 20)?

---

1 dubitat *MN* 2 *s. a. Hal.* 4 aa.] a. *C* | seuero *N* | datam *C* | directa $M^a N^a$ 5 *s. a. Hal.* 7 aa. et cc.] a. *C*, aug. *N* | rophino *M*, ruphino *N* | tuo *om.* *BΣ* (*κ.π.*) 8 acactionem $M^a$ 10 dote partem] *BΣ* (*κ.π.*): ἐκ μείζονος προικὸς μέρος, dotem partem *C*, dotem parte *MN* | consecuta *C* | restitui] rest. tibi *BΣ* (*κ.π.*): ἀποκατασταῆναί σοι προνοήσει | *s. a. Hal.* 12 idem] imp. dioc. et max. *PL*, *om.* *S* | aa.] a. *C* | et cc. *om* *PL* | tatulie *M* 13 dote *legit* *BΣ* (*κ.π.*) ἐν προικὶ ... ἐδόθη | iuris dationem habere] *BΣ* (*κ.π.*): ἰσχὺν νομίμου τὴν δόσιν ἔχειν, iuris hab. $PL^a$, iuris hab. donationem $L^b$, donationem iuris hab. *CMN* 14 pollicitatio] obligacio *PL*, ἐπαγγελία *BΣ* (*κ.π.*) | *s. a. Hal.* *PL* | d. prid.] sd. ii *P*, sd. *L* | heracliae] herl' *PL* 16 aa.] a. *C*, *om.* *S* | mater ... non cogitur ... 17 pater autem ... *18* nullam] *CMN cum B*, neque mater ... cogitur ... neque pater ... ullam $PL^a$, neque mater ... cogitur ... pater autem ... nullam $L^b$ 17 maga $P^a$ | et] uel *M* | uel lege] uel legis *CN*, et legis $PL^a$, et lege $L^b M^b$, et legi $M^a$: ἢ νόμῳ ἰδικῶς εἰρημένης *B* 18 habeat *P* | *s. a. Hal.* *PLN* | s. d. IIII (iii *L*) non.] *PL*, d. non. *Hal.*, iiii *N* | nou.] mai. nou. $L^a$ | phill. p. p. *P*, phill. p. *L*, phylippi *N* | aa. conss. *om.* *N* 19 aa.] a. *C*, aug. *N* | ulpianae] *SM*, ulpiano *CN* 20 probandi *C* | uxori *C* 22 *s. a. Hal.* 23 aa.] a. *C* | aemiliano] *SM*, aemilio *PLCN* 24 fundi] di $P^a$ | prohibetur *MN* 25 *s. a. Hal.* 26 aa.] a. *C* | sabiniano] *S cum* 3, 28, 20, sabino *CMN* | usum fructum *C* 27 auferri *C* | *s. a. Hal.* 29 et cc. *om.* *M* | ministrato *N* 31 uxor *C* | in *om.* $P^a$ | remansitse $P^a$ 32 quid annuum] qui dampnum $C^a$

suae usum fructum locauit, mortua conductrice usus fructus extingui minime potuit. D. xiiii k. Ian.[1] Sirmi CC. conss. a. 294

19 Idem AA. et CC. Achilli. Cum patrem pro filia dotem tibi dantem, si B 29, 1, 106 post suam mortem in matrimonio constituta rebus humanis eadem eximatur, partem dimidiam dotis Ammiae reddi pactum proponas, post uero testamento facto cum aliis etiam Ammiam heredem scripsisse nec Ammiam quicquam ex stipulatu petere uelle sanxisse, si quidem hanc sibi reddi secundum fidem pacti stipulatam Ammiam non probetur, ex alieno
1 pacto nec prorsus ei ulla competit actio. Si uero ex uerborum conceptione sibi quaesiuit obligationem ac tibi testatorem prospexisse probetur, contra eam ex stipulatu post euentum condicionis petentem, quatenus accepit ex defuncti uoluntate quae fuit stipulata, exceptione (salua Falcidia) uti potes. D. xiii k. Febr. Sirmi CC. conss. a. 294

20 Idem AA. et CC. Tiberio. Pro oneribus matrimonii mariti lucro fructus B 29, 1, 107 dotis totius esse, quos ipse cepit, uel, si uxori capere donationis causa permisit, eum in quantum locupletior facta est posse agere manifestissimi iuris est. D. v k. Mai. Sirmi CC. conss. a. 294

21 Idem AA. et CC. ad Geminvm. Si inter uirum et uxorem pactum sit B 29, 1, 108 interpositum, ut, si matrimonium intra quinquennii forte tempora quoquo modo esset dissolutum, species aestimatae doti datae pretiis quibus aestimatae sunt redderentur, manifestum est non pretia specierum dari, sed ipsas species debere restitui, cum in placito specierum reddendarum idcirco pretiorum nomen uideatur adnexum, ne, si species aliqua deminuta fuisset aut perdita, alio pretio quam quo taxata fuerat posceretur. D. non. Avg. Agrippinae CC. conss. a. 294

22 Idem AA. et CC. Polybianae. Rem, quam pater in dotem genero pro B 29, 1, 109 filia dedit nec recepit, alienare non potest. D. v k. Oct. isdem CC. conss. a. 294

23 Idem AA. et CC. Diogeni. Si praedium uxor tua dotale uenumdedit, B 29, 1, 110 sponte nec ne contractum habuerit, nihil interest, cum rei tibi quaesitae dominium auferre nolenti minime potuerit. D. v k. Oct. Viminaci CC. conss. a. 294

24 Idem AA. et CC. Avrelio et Lysimacho. Si dotem marito libertae B 29, 1, 111 uestrae dedistis nec eam reddi soluto matrimonio uobis in continenti pacto uel stipulatione prospexistis, hanc culpa uxoris dissoluto matrimonio penes maritum remansisse constitit, licet eam ingratam circa uos fuisse ostenderitis. D. vi k. Nov. Antiochiae CC. conss. a. 294

25 Idem AA. et CC. Evtychiano. Si mulier dotem a uiro dari stipuletur, B 29, 1, 112 ut de ea testari possit, cum ordinationis testamenti cogitatio mortis[2] antecedens tempus significat nec condicionem, sed causam continet, intestata quoque muliere defuncta stipulationem committi proficiet. D. iii id. Nov. Antiochiae CC. conss. a. 294

26 Idem AA. et CC. Demostheni. Si genero dotem dando pro filia pater B 29, 1, 113 communis eam reddi tibi extraneo constituto stipulatus est, nec sibi cessante uoluntate nec tibi prohibente iure quaerere potuit actionem. D. vi k. Ian. ipsis CC. conss. a. 294

27 Idem AA. et CC. Pompeiano. Licet dos iure penes maritum remanserit, B 29, 1, 114 pro rebus tamen hereditariis successores, non maritus quondam, sollemnibus pensitationibus parere debent. S. vi k. Ian. Sirmi CC. conss. a. 294

*P* (12, 20. 22. 23. 27) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] Febr. (*Mommsen l. c.*)? [2] morti?

---

1 *s. a. Hal. PL* | d. xiiii] s. d. xuiii *PL* 4 constitutam *C* 5 anmiae *M* | etiam *om. N* 6 anmiam *M* 7 prohibetur $M^a$ 10 competentem *C* 11 exceptone $C^a$ | potest $C^a$ | *s. a. Hal.* 12 aa.] a. *C* | querio *M* 13 totius] tocis $P^a$ | ipse] ip $M^a$ | ceperit *N* 14 *s. a. Hal. PL* | d.] sd. *PL* 16 aa.] ac. *M* | ceminium *N* 18 dotis $CM^a$?*N* 21 quo] quod *CN* | *s. a. Hal.* 23 polubianae *P*, polulubianae *L*, libiane *M* 24 recipit $PL^a$ | *s. a. Hal. PL* | d.] su. *P*, s. *L* | oct.] *P*, mai. s. oct. *L*, dec. *Hal.* | isdem *om. PL* 25 et *om. P* | diogenio *CN* | dotalem *C* 26 contractum] contractum ratum $M^a$ 27 *s. a. Hal. PL* | d.] sd. *PL* | minaci *P* 28 aa.] a. *C* | et *om. P* | et lys.] elys. *S* 29 dedistis uestre *N* | stipulationem *C* 30 culpam $C^a$ 31 ostenderetis $M^a$ | *s. a. Hal.* 33 ordinationi *C* 35 *s. a. Hal.* 38 *s. a. Hal.* | conss.] et conss. *Hal.* 40 hereditarius $P^a$ | pensitationibus *om.* $N^a$ 41 debentur $C^a$ | *s. a. Hal. PL* | s.] sd. *PL* | vi *om. L*

28 [1]Imp. Zeno A. Aeliano pp. Mulier in minore aetate constituta dotem [B 29, 1, 115
marito consentiente generali uel speciali curatore recte dare et exigi potest, licet ipse
tempore creationis fideiussorem in minorem quam dos est quantitatem dicitur praestitisse.
1 Hoc idem obseruatur et si minor ante nuptias donationem consentiente, ut dictum est,
curatore fecerit. D. k: Ian. Basilio[2] *cons.* a. 480
29 [3]Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Vbi adhuc matrimonio constituto mari- [B 29, 1, 116
tus ad inopiam sit deductus et mulier sibi prospicere uelit resque sibi suppositas pro
dote et ante nuptias donatione rebusque extra dotem constitutis tenere, non tantum mariti
res ei tenenti et super his ad iudicium uocatae exceptionis praesidium ad expellendum ab
hypotheca creditorem secundum praestamus, sed etiam si ipsa contra detentatores rerum
ad maritum suum pertinentium super isdem hypothecis aliquam actionem secundum legum
distinctionem moueat, non obesse ei matrimonium adhuc constitutum sancimus, sed ita eam
posse easdem res uindicare uel a creditoribus posterioribus uel ab aliis, qui non potiora
iura legibus habere noscuntur, ut potuisset, si matrimonium eo modo esset dissolutum, quo
dotis et ante nuptias donationis exactio ei competere poterat: ita tamen, ut eadem mulier
nullam habeat licentiam eas res alienandi uiuente marito et matrimonio inter eos consti-
tuto, sed fructibus earum ad sustentationem tam sui quam mariti filiorumque, si quos
1 habeant, abutatur. Creditoribus scilicet mariti contra eum eiusque res, si quas postea
forte adquisierit, integra sua iura habentibus: ipsis etiam marito et uxore post matrimonii
dissolutionem super dote et ante nuptias donatione pro dotalium instrumentorum tenore
integro suo iure potituris. D. iii id. Dec. dn. Ivstiniano A. ii cons. a. 528
30 Idem A. Demostheni pp. In rebus dotalibus siue mobilibus siue immo- [B 29, 1, 117
bilibus seu se mouentibus, si tamen extant, siue aestimatae siue inaestimatae sint, mulierem
in his uindicandis omnem habere post dissolutum matrimonium praerogatiuam et neminem
creditorum mariti, qui anteriores sunt, sibi potiorem causam in his per hypothecam uindi-
care, cum eaedem res et ab initio uxoris fuerant et naturaliter in eius permanserunt dominio.
non enim quod legum subtilitate transitus earum in mariti patrimonium uidetur fieri, ideo
1 rei ueritas deleta uel confusa est. Volumus itaque eam in rem actionem quasi in huius-
modi rebus propriis habere et hypothecariam omnibus anteriorem possidere, ut, siue ex
naturali iure eiusdem mulieris res esse intellegantur uel secundum legum subtilitatem ad
mariti substantiam peruenisse, per utramque uiam siue in rem siue hypothecariam ei ple-
2 nissime consulatur. Omnis autem temporalis exceptio, siue per usucapionem inducta siue
per decem siue per uiginti annorum curricula seu per triginta uel quadraginta annorum
metas siue ex alio quocumque tempore maiore uel minore introducta, ea mulieribus ex eo
opponatur, ex quo possint actiones mouere, id est opulentis quidem maritis constitutis
post dissolutum matrimonium, minus autem idoneis ex quo hoc eis infortunium illatum
esse claruerit, cum constante etiam matrimonio posse mulieres contra maritorum parum
idoneorum bona hypothecas suas exercere iam nostra lege[4] humanitatis intuitu definitum

*P* (12, 28) *L* (12, 28) *CMN*

---

[1] *iunge* 2, 21, 9. 5, 75, 6 [2] uc. *ins.* 5, 75, 6 [3] *iunge* 5, 9, 8 [4] *c.* 29 *h. t.*

---

1 emiliano *S* | minori *N* 2 dari $P^tL^t$ | exigere $PLM^aM^c$ | tempore creationis ipse *N* 3 minore quam (quan $P^aL^a$) dos est quantitate (—tem *L*) *PLM* 4 obseruantur $M^a$ 5 curare $P^a$, curatorem *C* | *s. a. Hal.* | d.] d. v 5, 75, 6 | cons.] 2, 21, 9, uc. cons. 5, 75, 6, ii et armatio coss. *Hal.* 6 imp.] ipp. *N* | iustinus *M* 7 prosp. u. r. sibi *om.* $N^a$ 8 rebusque] ex rebus quae $C^a$, rebus $C^b$ 10 secundum *om.* $M^a$ 11 aliquam *om.* *BΣ* (κ.π.) 15 exactio ei] *M cum BΣ* (κ.π.), exactio ei et *C*, ei exaccio *N* 18 habeat *M:* καὶ τοὺς κοινοὺς αὐτῶν, εἰ ἔχοιεν, παῖδας *B* 19 uxori $C^a$ 20 dotem et a. n. donationem *CN* 21 *s. a. Hal.* 22 idem] impr. iustinianus *S* 23 se] $M^b$, sese *CN*, *om.* $M^a$ 24 omne *C* 25 sibi pot.] *C cum BΣ* (κ.π.), posse sibi pot. *M*, sibi pot. posse *N* 26 eadem *C* | fuerunt *M* 27 uideatur *CN* | ideoque *C contra BΣ* (κ.π.) 28 delata *C*, ἐξήλειπται *BΣ* (κ.π.) 29 inpothecariam $N^a$ 30 eiusdem *om.* *BΣ* (κ.π.) | intellegatur *C contra BΣ* (κ.π.) 31 hypoth.] in hyp. *C* 33 curricula … annorum *om.* $M^b$, *deficit* $M^a$ 34 uel minore *om.* *N* | introductam *C*, sit introducta $M^b$ | ea] eam *C* 35 possunt *M* | est *om.* $M^a$ 36 eis hoc *M:* ἐξ οὗ αὐτὴ (αὐτῇ?) ἐκείνη ἡ ἀτυχία *BΣ* (κ.π.) 37 mulieris *C* 38 suas *om.* $M^a$

est: ficti diuortii falsa simulatione in huiusmodi causa, quam nostra lex amplexa est, stirpitus eruenda. RECITATA SEPTIMO IN NOVO CONSISTORIO PALATII IVSTINIANI. D. III K. NOV. DECIO VC. CONS. a. 529

31 IDEM A. IVLIANO PP. Cum quidam dotes pro mulieribus dabant siue [B 29, 1, 118]
matres siue alii cognati uel extranei, recte quidem eas mariti sine monumentorum obseruatione suscipiebant: cum autem mulier redhibitionem casus stipulabatur et huiusmodi fortuitus casus euenisset, ipsa mulier utpote a se non facta donatione propter hoc, quod monumenta deerant, necessitatem habebat actiones huiusmodi casus ad eum qui dotem dedit per cessionem transferre uel ipsas res reddere: et ita inueniebatur forsitan post pro-
1 lixa matrimonii annorum curricula et liberos forte editos infelix mulier indotata. Sancimus itaque, in huiusmodi omnibus casibus nullis monumentis rem indigere, sed in omni persona ratas esse huiusmodi donationes et mulierem dotem suam ipsam habere, cum fortuitus casus hoc lucrum ei addiderit, et firmiter hoc apud eam permanere, nisi ipse, qui ab initio dotem dederit[1], sibi dari huiusmodi casum stipulatus est: tunc etenim, cum neque ab initio suspicio aliqua liberorum concurrit, sed sibi omnem rem ille qui dotem dedit
2 pepigerit, huiusmodi tractatus habere locum non potest. Atqui in aliis omnibus casibus, in quibus ipse non stipulatus est, tristitiae suae mulier hoc proprium habeat solacium per
3 (1) actionem dotis. Similique modo si quis extraneorum (id est qui eum pro quo dat non in potestate habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturae dedit mulieri et necessaria monumenta adhibuerit, cum excedat summam legitimam donatio, uel non minor mater familias nuptura sit, non solum ad eam, cui ante nuptias donatio datur, monumenta suam habeant firmitatem, sed etiam ad illum pro quo dedit, ut, si lucrum ei ex dotalibus pactis accesserit, non hoc cedat donatori, sed in suum lucrum hoc maritus conuertat firmumque et inreuocabile habeat, nisi donator et hic sibi reddi huiusmodi casum fuerit stipulatus, ne
4 et in praefato casu simile anteriori uitium oriatur. Sin autem minor quantitas sit uel ita res gesta sit, ut monumentorum ex omni parte nulla sit utilitas, et tunc donatio ad utramque personam ualeat et maritus casum lucretur, nisi et hic donator eum stipulatus sit.
5 (2) Praeterea sancimus, si quis in dotem uel praedia uel certum reditum uel aedes uel panes ciuiles spopondit uel promisit, si ex tempore matrimonii biennium transactum sit, ilico redituum uel pensionum nec non panis ciuilis quaestum eum praestare, etiamsi non fuerint adhuc res principales traditae: et si tota dos in auro sit, itidem post biennium usuras
6 usque ad tertiam partem centesimae praestari. Sin autem aliae res praeter immobiles uel aurum fuerint in dote, siue in argento siue in muliebribus ornamentis siue in ueste siue in aliis quibuscumque, si quidem aestimatae fuerint, simili modo post biennium et earum usuras ex tertia parte currere: aestimatione earum, quia et hoc apertius declarare oportet, ea intellegenda, quae pro singulis speciebus facta est uel pro unoquoque genere dotalium specierum, id est pro argento uel pro ornamentis uel pro ueste aliisque speciebus, et non esse expectandam post singulas aestimationes unam coadunationem totius calculi, quod

*CMN*

[1] dotem dederit, ab initio?

1 est] est et *CN* | simulatione] *E*, dissimulatione *CMN* | in *om. N* 2 *s. a. Hal. N* | septies *Hal.* | d. ... 3 cons. *om. N* 4 idem] im. iust. *S* 7 utpote a] ut postea *C* 8 actionis *C* 9 forsitan *om. N* | post *om. C* 13 addiderit (addidit *N*) et firmiter] addi *uel* addi** $M^a$ | haec *M* | apud] *C*, ad *N*, *om. M* | eam] eadem *N* 14 dotem ... 15 initio *om.* $M^a$ | dedit *N* | casus *N* 15 libertorum *uel* liberiorum $M^a$ 16 atqui] $M^b N$, atquin $M^a$?, aut qui *C* | omnibus aliis *C* | casibus *om. N* 17 est stipulatus *C* | habet *C* 18 eum qui *C* | in potestate non *C* 20 legitimam summam *N* | non *om.* $CM^a$ | minor] mini $N^a$ 22 habeat *C* 23 hoc cedat] accedat *N* | lucrum *om.* $M^a$ | que *om. C* 24 hic ... casum] *N*, hoc ... casu *CM* 25 praefata *C* | quantitatis $N^a$ 27 donatur $M^a$ | eam *N* 28 dote *N* | uel] uel in $M^a$ | praedium *C*, κτήματα *BΣ* (κ.π.) | certe $C^a$ 29 spondidit *N* 33 aurum] in auro $M^a$ | fuerit *N* | dote] dotem *MN*, dotem datae *C*: εἰσὶν ἐν προικί *BΣ* (κ.π.) | mulieribus $CM^a$ 34 aestimatae ... 35 currere *om.* $M^a$ 35 parte] *CN BΣ* (κ.π.), parte centesimae *M* | exstimationem *C* | quia *om. C* 36 eam intellegendam *C* 37 pro orn. uel pro (pro *om. M*)] *CM cum BΣ* (κ.π.), orn. uel *N* 38 esse] est *C* | exspectandum *M*, spectandum *N*, ἀναμεῖναι *BΣ* (κ.π.)

7 satis scrupulosum et per nimiam subtilitatem perniciosum est. Sin autem minime res
mobiles fuerint aestimatae, ea post biennium obseruari, quae leges post litem contestatam
8 pro omnibus huiusmodi rebus definiunt. Sin uero res permixtae fuerint et partim in auro
partim in aliis rebus mobilibus uel immobilibus, pro iam facta diuisione omnia procedere.
licentia minime deneganda marito quando uoluerit dotem petere, ne is qui debet putet sibi
licentiam esse reditus uel pensiones uel usuras uel alias accessiones soluenti dotis solutionem protelare: sed siue ante biennium siue postea uoluerit dotem pars mariti petere,
queat et secundum leges eam exigere. D. XII[1] K. APRIL. LAMPADIO ET ORESTE VV. CC.
CONSS. a. 530

## XIII

## ℞ DE REI VXORIAE ACTIONE IN EX STIPVLATV ACTIONEM TRANSFVSA ET DE NATVRA DOTIBVS PRAESTITA ℞

1 [2]IMP. IVSTINIANVS A. AD POPVLVM VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE ET [B 29, 1, 119]
VNIVERSOS PROVINCIALES. Rem in praesenti non minimam adgredimur, sed in omni paene
corpore iuris effusam, tam super rei uxoriae actione quam ex stipulatu, earum communiones et differentias resecantes et in unum tramitem ex stipulatu actionis totum rei uxoriae
1 ius, quod dignum esse ualere censemus, concludentes. Rei uxoriae itaque actione sublata
sancimus omnes dotes per ex stipulatu actionem exigi, siue scripta fuerit stipulatio siue
1*a* non, ut intellegatur re ipsa stipulatio esse subsecuta. Eodemque modo et si inutiliter facta
est stipulatio: adiuuari enim eam magis quam euanescere oportet. si enim, cum una in
instrumento stipulatio ualida inueniatur, et aliis inutilibus suam noscitur praestare fortitudinem, quare non ex nostra lege huiusmodi stipulationibus robur accedat legitimum?
est enim consentaneum nobis, qui censemus, et ubi supposita stipulatio non est, intellegi
1*b* (1) eam fuisse adhibitam, multo magis etiam, si inutilis est, ualidam eam effici. Et ut plenius
dotibus subueniatur, quemadmodum in administratione pupillarium rerum et in aliis multis
iuris articulis tacitas hypothecas inesse accipimus, ita et in huiusmodi actione damus ex
utroque latere hypothecam, siue ex parte mariti pro restitutione dotis siue ex parte mulieris pro ipsa dote praestanda uel rebus dotalibus euictis, siue ipsae principales personae
dotes dederint uel promiserint uel susceperint, siue aliae pro his personae, et dos siue
1*c* aduenticia siue profecticia sit secundum ueteris iuris nominationem. Ita enim et imperitia
hominum et rusticitas nihil eis possit adferre praeiudicium, cum nos illis et ignorantibus
et nescientibus in hoc casu nostram induximus prouidentiam. si enim et stipulationes et
hypothecae inesse dotibus intelleguntur et inutiles stipulationes emendantur, sic in posterum causa inueniatur ualida et perfecta, quasi omnibus dotalibus instrumentis a pruden-
1*d* tissimis iuris confectis. Et nemo putet nos haec sancire in his tantummodo dotibus, quae
instrumentis receptae sunt: nihil enim prohibet, etsi sine scriptis dos uel detur uel promittatur uel suscipiatur, simili modo intellegi factam stipulationem et hypothecam ex utraque parte, quasi fuerit scripta. et natura quidem ex stipulatu actionis haec intellegatur,
2 re uxoria in posterum cessante. Sed etsi non ignoramus ex stipulatu actionem stricto iure

*CRMN* (*ad* 12, 31)

---

[1] XV (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 177)? [2] *iungenda uidetur* 4, 29, 25

1 et nimia subtilitate *N* | fuerint res mobiles *N* 3 adfiniunt *C* 4 mobilibus] uel m. *N contra BΣ* (κ.π.) 8 et] *CN BΣ* (κ.π.), hec et *M*[a], *om. M*[b] | *s. a. Hal.* 11 re uxoria *M*[a], uxori (*om.* rei) *S* | actione *om. C* | in *om. S* 12 actione *CM* | transfusam *S* | doctibus *M*[a] 13 presta *M*[a] 14 iustinus *M*[a] 15 uniuersas *M* 16 re uxoria *M*[a] | eorum *RM*[a] | communes *R*[a] 18 ius … uxoriae *om. R*[a] 20 stipulatio] sticio *M*[a] 21 adiuuari … 22 stipulatio *bis R*[a] 21 unam *C* | in *om. RM* 26 pupillarum *CR* 27 aciohem *M* 30 personis *C*[a] 31 impertia *R*[a] 33 nostram] in nostram *M*[a] 35 profecta *M*[a] | dotalibus *om. C* 36 iuris] *RM*, uiris *C*: ἐμπειροτάτων τοῦ νόμου *BΣ* (κ.π.) | sactire *M*[a] 37 etsi] et *M*[a] | sine inscriptis *C* 38 modo *om. M*[a] 39 fuerat *RN* | scriptam *C*

esse uallatam et non ex bona fide descendere, tamen, quia nouam naturam de dote stipu-
2a latio sibi inuenit, accommodetur ei a natura rei uxoriae etiam bonae fidei beneficium. Et
omnes quidem euentus, quos dos ex stipulatu habet, maneat pro sui natura exercens: si
quid autem optimum ex rei uxoriae actione inuenimus, hoc in praesenti specialiter ei
addimus, ut sit et noua ista ex stipulatu quam composuimus et non propria tantum, sed
3 etiam ueteris actionis pulchritudine decorata. Primum itaque quid naturale sit ex stipulatu
3a actionis, exponatur et ita, si quid ex actione rei uxoriae superuenerit, addatur. Sciendum
itaque est edictum praetoris, quod de alterutro introductum est, in ex stipulatu actione
cessare, ut uxor et a marito relicta accipiat et dotem consequatur, nisi specialiter pro dote
ei maritus ea dereliquit, cum manifestissimum est testatorem, qui non hoc addidit, uoluisse
4 eam utrumque consequi. Maneat ex stipulatu actionis ius ad successores et sine mora
5 transmissionis incorruptum.. Taceat in ea retentionum uerbositas. quid enim opus est indu-
5a cere ob mores retentionem alio auxilio ex constitutionibus introducto? Vel ex qua causa ob
res donatas retentio introducatur, cum sit donatori facultas per actionem in rem directam uel
5b per utilem uel per condictionem suo iuri mederi? Sed nec retentio ob res amotas necessaria
5c est, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium. Sileat ob liberos retentio, cum
5d ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur. Ne uarium
genus culpae mariti contra uxores excogitent, ut possint eadem retentione contra eas uti, cum
iam etiam imperialibus constitutionibus statutum sit, si culpa mulieris dissolutum fuerit matri-
5e monium, quid fieri oportet. Sed nec ob impensas in res dotis factas retentio satis esse nobis
uidetur idonea. cum enim necessariae quidem expensae dotis minuunt quantitates, utiles
autem expensae non aliter in rei uxoriae actione detinebantur nisi ex uoluntate mulieris,
non ab re est, si quidem uoluntas mulieris intercedat, mandati actionem a nostra auctori-
tate marito contra uxorem indulgeri, quatenus possit per hanc hoc quod utiliter impensum
est obseruari: uel si non intercedat mulieris uoluntas, utiliter tamen res gesta est, nego-
5f tiorum gestorum aduersus eam sufficit actio. Quod si uoluptariae sunt, licet uoluntate
eius expensae, deductio operis quod fecit, sine laesione tamen prioris speciei, marito relin-
quatur, ut sit omnium retentionum expeditus tractatus et ex stipulatu actio merito secun-
6 dum sui naturam nullam accipiat retentionem. Illo procul dubio in ex stipulatu actione
seruando, ut, si decesserit mulier constante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat
nisi ex quibusdam pactionibus, sed ad heredes mulieris ex stipulatu actio secundum sui
7 naturam transmittatur, siue expressa fuerit siue ex hac lege inesse intellegatur. Cum
autem in exactione dotis ex stipulatu quidem actio naturaliter restitutionem dotis a parte
mariti uxori ilico et in solidum fieri iubebat, rei uxoriae autem annua bima trima die in
his quae pondere numero mensura consistunt exactionem pollicebatur, et non in solidum,
sed quantum maritus facere potest, si non dolo malo suam deminuit substantiam, in hac
parte rudem figuram ex stipulatu damus actioni, ut, si matrimonium fuerit dissolutum
nullo pacto adhibito, in tantum quidem maritus condemnetur, in quantum facere potest,
quia hoc aequissimum est et reuerentiae debitum maritali, si non dolo malo uersatus est:
cautione uidelicet ab eo exponenda, quod, si ad meliorem fortunam peruenerit, etiam quod
7a minus persoluit, hoc restituere procuret. Exactio autem dotis celebretur non annua bima
trima die, sed omnimodo intra annum in rebus mobilibus uel se mouentibus uel incorpora-
libus: ceteris uidelicet rebus quae solo continentur ilico restituendis, quod commune utrius-
7b que fuerat actionis. Sin autem supersederit res mobiles uel se mouentes uel incorporales
post annale tempus restituere uel ceteras res statim post dissolutum matrimonium, etiam

*CRM*

---

2 accommodatur *C* | ei a] e.(a?) $R^a$ | rei *om.* *C* 3 maneant $M^a$ | sua *R* 4 re uxoria *RM* 5 addicimus *C* | sit et] sit *C* 6 quod *CR* 9 et a] a *C* 10 ea] ei $C^a$ | testator $M^a$ 11 ius *om.* $R^a$ 15 iure $R^a$, *om.* *C*: τὸ ἴδιον δίκαιον θεραπεῦσαι *BΣ* (κ.π.) 16 pateat] patre $R^a$ 18 possit *C* 20 nobis esse *M* 21 idoneam $M^a$ 22 re uxoriae *R*, re uxoria *M* 23 uoluntate $C^a$ | intercedant $M^a$? | actionem mandati *R* 26 uoluntariae $CRM^a$: εἰ δὲ τὰ εἰς τέρψιν εἰσίν *B* 27 relinquitur $R^a$ 28 intentionum $R^a$ | expedictus $C^a$ | contractus *M* | et *om.* $M^a$ | actione $M^a$ 29 nullam *om.* $M^a$ | accipit *C* 31 sui] suam $M^a$ 34 rei uxoriae] uxoria *C* 37 dissolutom nullum $R^a$ 40 cautionem u. ab eo exponendam $M^a$, cautionem u. exponenda (*om.* ab eo) $R^a$ 42 mobilibet $R^a$ 44 supersederint *C*

usuras aestimationis omnium rerum, quae extra immobiles sunt, usque ad tertiam partem
centesimae ex bona fide introducendas maritus praestet: fructibus uidelicet immobilium
rerum parti mulieris ex tempore dissoluti matrimonii praestandis, similique modo pensioni-
bus uel uecturis nauium siue iumentorum uel operis seruorum uel quaestu ciuilium anno-
8 narum et aliis quae sunt eis similia parti mulieris restituendis. Igitur et in sequenti
capitulo sua ex stipulatu actio utatur natura, ut, si mulier a marito fuerit heres instituta
et legis Falcidiae ratio emerserit, etiam dotis debitum liceat ei sicuti alia debita ex sub-
9 stantia mariti subtrahere et sic quartam partem deducere. Cumque ex stipulatu actio in
his casibus quos enumerauimus propriam habeat naturam, necessarium est in sequenti
tractatu ea exponere, quae uel communia sunt utriusque actionis, quae in solam ex stipu-
latu actionem colligi oportet, uel propria quidem rei uxoriae actionis, exinde autem ex
9a stipulatu actioni accommodanda. Itaque partus dotalium ancillarum, id est quae aesti-
matae non sunt, uel quae serui dotales ex quacumque causa nisi ex re mariti uel operis
9b suis adquisierint, ad mulierem pertinere utraque actio similiter uoluit. Fetus autem iumen-
torum et omnia quae fructuum nomine continentur ad lucrum mariti pertineant pro tem-
9c pore matrimonii, siue aestimata siue non aestimata sint. Sed et nouissimi anni, in quo
matrimonium soluitur, fructus pro rata temporis portione debere utrique parti adsignari
commune utriusque actionis est, in rebus scilicet non aestimatis. aestimatarum enim
rerum maritus quasi emptor et commodum sentiat et dispendium subeat et periculum ex-
10 pectet. Cautione uidelicet defensionis in specie, in qua dotem suae uxoris uel nurus in
familiae herciscundae iudicio praecipuam filius defuncti detrahit, secundum propriam natu-
11 ram ex stipulatu actionis coheredibus suis praestanda. Videamus igitur, quali incremento
ei de rei uxoriae actione accedente formare decet ex stipulatu actionem. cumque iuris
certi et indubitati est, si parens per uirilem sexum adscendens dote pro filia uel nepte
praestita emancipauerit eam uel ipse decesserit, in rei uxoriae actione dotem omnimodo
ad mulierem pertinere, etsi fuerit exheredata (quod non erat in ex stipulatu actione: ibi
etenim uelut aliae actiones in omnes heredes actio diuidebatur), aequissimum nobis uisum
est et in ex stipulatu actione mulierem dotem suam praecipuam accipere, etsi emancipata
12 uel exheredata sit uel cum aliis heredibus scripta. Quo a nobis recepto et aliae multae
species promptum accipiunt exitum, cum dos possit et de inofficioso actionem excludere,
maxime si sufficit ad quartam, et in collationem ferri, si intestatus pater familias decesse-
rit, et testamento facto, quando hoc testator dixerit. quae omnia ex stipulatu actio a rei
13 uxoriae actione accipit. Accedit ei et alia species a rei uxoriae actione. si quando
etenim extraneus dotem dabat nulla stipulatione uel pacto pro restitutione eius in suam
personam facto, quisquis is fuerat, mulier habebat rei uxoriae actionem: quod antea in ex
stipulatu actione non erat. stipulatione autem uel pacto interposito stipulator uel is qui
13a paciscebatur habebat uel ex stipulatu uel praescriptis uerbis ciuilem actionem. In prae-
senti autem non sic esse uolumus, sed si non specialiter extraneus dotem dando in suam
personam dotem stipulatus est uel pactum fecerit, tunc praesumatur mulier ipsa stipula-

*CRM*

---

1 contra $R^a$ 2 immolium $M^a$ 3 partim *C*, patri $R^a$? | mulieri $M^a$ 4 annorarum $R^a$ 5 eis] ei *CM* | partis $R^a$, modo parti *C* 9 naturam habeat *R*: ἔχει φύσιν *BΣ* (*κ.π.*) 10 quae in] uel quae in *C*, ἅπερ *BΣ* (*κ.π.*) 11 propriam *C* | rei] rem *C*, *om.* $R^a$ | actiones $M^a$?, actioni $M^b$ 12 accommodandam $CM^a$ 14 suis] sui *C* 15 et omnia] omniaque *R*, omnia $M^a$ | pertinent *C*, protineant $R^a$ | pro temp. matr.] propter matrimonium *R*, propter matrimonii $M^a$?, κατὰ τὸν τοῦ γάμου καιρόν *BΣ* (*κ.π.*) 16 exstimata non sunt *R* 18 rerum enim $C^a$ 20 suae *om.* *C* 21 iudicium *C* 23 ei] et *C*, •• $M^a$ | rei] re *C*, *om.* $R^a$ | uxoria $CRM^a$ | accedente … actionem *bis* $R^a$ | ex] et ex *C* *contra* *BΣ* (*κ.π.*) 24 nepte] pro nepte $RM^b$ 25 rei] re $CM^a$ 26 fuerat *CRM* | in *om.* *R* | actionem $R^a$ | ibi (si ibi *C*) … 2ŏ actione *om.* $R^a$ 27 in homines $C^a$ 28 et *om.* $M^a$ | etsi] et siue *C*, κἄν *BΣ* (*κ.π.*) 29 quo] quae *C* 31 si *om.* $M^a$ | fieri $R^a$ 32 testator $C^a$ | re uxoria $CRM^a$ *contra* *BΣ* (*κ.π.*) 33 accepit *R*, ac••pit $M^a$, δέχεται *BΣ* (*κ.π.*) | accidit *C*, accepit $R^a$?$M^a$, προστίθεται *BΣ* (*κ.π.*) | a] ab *RM* | re uxoria $CR^a$ 34 nullam stipulationem *C* | peracto $R^a$ | sua persona *M*: εἰς ἴδιον πρόσωπον *BΣ* (*κ.π.*) 35 habeat $M^a$ | re *C* | quod] qui $R^a$ | in ex st. actione *om.* *C*. ex *om.* $M^a$: οὐκ ἦν ἐν τῇ ex stipulatu ἀγωγῇ *BΣ* (*κ.π.*) 36 stipulationem $C^a$ 37 habeat $M^a$ | perscriptis *C* 39 stipulationem] uideatur *R* (*ex p.* 437, 3)

13b tionem fecisse, ut ei dos ex huiusmodi casu accedat. Neque enim in hac specie uolumus
uideri extraneum tacitam stipulationem fecisse, ne, quod pro mulieribus introduximus, hoc
aduersus mulieres conuertatur. Immo magis in huiusmodi dotibus, quae ab extraneis dan-
tur uel promittuntur, ipsa mulier uideatur fecisse tacitam stipulationem, nisi expressim
extraneus sibi dotem reddi pactus fuerit uel stipulatus, cum donasse magis mulieri quam
13c sibi aliquid ius seruasse extraneus non stipulando uidetur. Extraneum autem intellegimus
omnem citra parentem per uirilem sexum adscendentem et in potestate dotandam personam
14 habentem: parenti enim tacitam ex stipulatu actionem donamus. Et hoc ex rei uxoriae
actione simili modo ex stipulatu actioni accommodandum est. si quando etenim post solu-
tum matrimonium dos a patre petebatur, si quidem rei uxoriae fuerat actio, non poterat
solus pater sine consensu filiae suae agere: et si necdum actione mota ab hac luce fuerat
subtractus et si lis contestata esset, ad filiam quasi proprium patrimonium dos reuerte-
14a batur. Quod non erat in ex stipulatu actione: ibi enim et solus exactionem habebat con-
sensu filiae non expectato et, si decedebat, ad suos heredes transmittebat. sed rei uxo-
riae ius et in ex stipulatu actionem transponere satis humanum, satis pium, satis utile
15 matrimoniis est. Et cum lex Iulia fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri a
marito non consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier consentiebat, interrogati
sumus, si oportet huiusmodi sanctionem non super Italicis tantummodo fundis, sed pro
15a omnibus locum habere. Placet itaque nobis eandem obseruationem non tantum in Ita-
licis fundis, sed etiam in prouincialibus extendi. cum autem hypothecam etiam ex hac
lege donauimus, sufficiens habet remedium mulier, et si maritus fundum alienare uoluerit.
15b Sed ne ex consensu mulieris hypothecae eius minuantur, necessarium est et in hac parte
mulieribus subuenire hoc tantummodo addito, ut fundum dotalem non solum hypothecae
titulo dare nec consentiente muliere maritus possit, sed nec alienare, ne fragilitate naturae
15c suae in repentinam deducatur inopiam. Licet enim Anastasiana lex[1] de consentientibus
mulieribus uel suo iuri renuntiantibus loquitur, tamen eam intellegi oportet in res mariti uel
dotis quidem, aestimatas autem, in quibus dominium et periculum mariti est: in fundo autem
inaestimato, qui et dotalis proprie nuncupatur, maneat ius intactum, ex lege quidem Iulia
imperfectum, ex nostra autem auctoritate plenum atque in omnibus terris effusum et non
16 tantum Italicis et sola hypotheca conclusum. Illud etiam generaliter praesenti addere
sanctioni necessarium esse duximus, ut, si qua pacta intercesserint uel pro restitutione
dotis uel pro tempore uel pro usuris uel pro alia quacumque causa, quae nec contra leges
16a nec contra constitutiones sunt, ea obseruentur. Sin autem repudio matrimonium fuerit
dissolutum, omnia iura, quae ex Theodosiana[2] uel nostra[3] lege descendunt, immutilata
16b custodiantur. Simili modo ea, quae Anastasianae legi[4] pro his quae bona gratia separan-
16c tur enumerata sunt, firma illibataque permaneant. Et generaliter quidquid sacratissimis
constitutionibus uel libris prudentium cautum est, quod non contrarium huic legi inuenia-
tur, et hoc in sua maneat firmitate et ex stipulatu actioni adgregetur, licet in re uxoria
16d tractatum est. Quae omnia in his tantummodo dotibus locum habere censemus, quae post

*CRM*

[1] 4, 29, 21 [2] 5, 17, 8 [3] 5, 17, 10 [4] 5, 17, 9

1 ex huiusmodi] ἐκ τοῦ αὐτοῦ *BΣ* (κ.π.) 3 dotis *C* 4 uideatur fecisse] $R^b$ *cum BΣ* (κ.π.), uideatur *om.* $R^a$, fecisse uideatur *CM* | tacite *M* 6 aliquid ius] δίκαιον τίποτε *BΣ* (κ.π.) | seruasset *R* | extraneum *C* | extraneus $R^a$ 7 dotandam] προικιζόμενον *BΣ* (κ.π.) 8 re uxoria *C* 9 actione $R^a$ 10 patre] *G cum BΣ p.* 457 (κ.π.), patre eius *CRM* | re *C* | fuerit *C* 11 mota] rata $R^a$? 12 substractus *C* | et si ... esset] etsi *legit BΣ* (κ.π.) εἰ καὶ ἡ δίκη προκαταρχθεῖσα εἴη: *scribi debuit* erat *pro* esset | contesta $M^a$ | quamsi $R^a$ | matrimonium $R^aM^a$ 13 in *om.* $M^a$ | et *om.* $M^a$ | actionem *M* | habeat $M^a$ 14 spectato *M* | transmit*at $M^a$ | re uxoria *ius $C^a$ 15 et *om.* *BΣ* (κ.π.) | ex *om.* *R* 16 matrimonii *R* 17 consensitiebat $R^a$ 19 itaque placet *M* | obseruationem] obseruatio non est $M^a$ | in *om.* $M^a$ 21 habet] hans $R^a$, habens $M^a$ | fundus $C^a$, fundu $C^b$ 22 ex] et *R*, * $M^a$ | hanc partem $M^a$ 24 nec] non *R* | mulier $M^a$ | ne] nec *C* 26 iure *R* 27 existimatas *R* | aest. autem] *RM*, aest. *C* | et dominium $M^a$ 28 non exstimato *R* 29 perfectum *C* 30 inclusum *R* 32 quaecumque *C* 33 sint *R* | repudii *C* 34 lege *om.* $M^a$ 36 innumerata *R* | remaneant *CR* 37 liberis $M^a$ 38 et ex] ex $M^a$ | actione $R^a$ | adgregetur] adiungatur *C*

hanc legem datae fuerint uel promissae uel etiam sine scriptis habitae: instrumenta enim iam confecta uiribus suis carere non patimur, sed suum expectare euentum. D. K. NOV. LAMPADIO ET ORESTE CONSS.[1] a. 530

## XIIII

## R DE PACTIS CONVENTIS TAM SVPER DOTE QVAM SVPER DONATIONE ANTE NVPTIAS ET PARAPHERNIS R

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA.[2] NICAE. Legem, quam dixisti, [2, 3, 10 B 29, 5, 31] cum dotem pro alumna dares, seruari oportet, nec obesse tibi debet, quod dici solet ex pacto actionem non nasci: tunc enim hoc dicimus, cum pactum nudum est: alioquin cum pecunia datur et aliquid de reddenda ea conuenit, utilis est condictio. PP. VII K. FEBR. ALBINO ET AEMILIANO CONSS. a. 206

2 IMP. ANTONINVS A. THEODOTAE. Fructus praediorum in dotem datorum si [B 29, 5, 32] secundum pactum sumptibus tuis tuorumque seruierunt, repeti non posse ambigere non debes. D. XI K. APRIL. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

3 IMP. GORDIANVS A. TORQVATAE. Quamuis pater tuus, cum te nuptui col- [B 29, 5, 33] locaret, pactus sit, ut, si maritus tuus superstitibus filiis communibus in matrimonio decessisset, pars dotis liberorum nomine retineatur, eiusmodi tamen conuentio, quominus actionem integrae dotis habeas, proficere non potest. D. VI ID. IAN. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

4 IDEM A. AGATHO. Pactum dotale, quo matrem conuenisse cum patre tuo [B 29, 5, 34] proponis, ut, si in matrimonio decessisset, tibi et fratribus tuis dos restitueretur, si stipulatio ex persona uestra, cum in potestate patris constituti non essetis, legitima minus intercessit, defuncta ea in matrimonio actionem uobis quaerere non potuit. sed si obligatione uerborum rite intercedente dotis petitionem habere potuisti, maxime si ad uinculum potestatis patriae non attigeris, petitionem exsequi[3] non prohiberis. PP. V ID. IVN. SABINO ET VENVSTO CONSS. a. 240

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. CLAVDIO. Hereditas extraneis [B 29, 5, 35] testamento datur. cum igitur adfirmes dotali instrumento pactum interpositum esse uice testamenti, ut post mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quae dotis titulo tibi non sunt obligata, intellegis te nulla actione posse conuenire heredes seu successores eius, ut tibi restituantur, quae nullo modo debentur. PP. NON. FEBR. IPSIS IIII *ET III* AA. CONSS. a. 290

6 IDEM AA. ET CC. RVFO. Si conuenit, ut in matrimonio uxore defuncta [B 29, 5, 36] dos penes maritum remaneret, profecticiae dotis repetitionem huiusmodi pactum inhibuisse

*P* (14 R 1. 2. 5) *L* (*ut P*) *CR* (13) *M N* (*inde a. u.* 5)

---

[1] D. k. Nou. Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestis (4, 29, 25)? [2] *lex gemina adscribitur Alexandro cum subscriptione* pp. III k. Mart. Albino et Maximo conss. (*a.* 227), *cf. consules ad* 2, 4, 5. 9, 36, 4 [3] sed obl. u. r. i. d. petitionem, maxime ... attigeris, exsequi (*Mommsen*)?

---

1 etiam] *W*, iam *RM*, aliam *C* | enim *om. M* 2 suis *om. M* | *s. a. Hal. N* 3 lamp. ... conss. *om. N* 5 tam super (per *S*) dotem quam super (per *S*) donationem (donatione $L^a$, donem *P*, donationes *C*) *SPLCM* 6 ante nuptias donatione *N* 7 imp. seuero *N* | aa.] aa. et c. *S* | nicae] *S cum l. gem.*, nicetae *PL*, niceae *CMN* 8 dote *C* | debet] potuit *l. gem.*, ὀφείλει *BΣ* (κ.π.) | dicis $C^u$ 9 enim *om. C* | hoc (haec *L*) dicimus] hoc iure utimur *l. gem.*, τοῦτο λέγομεν *BΣ* (κ.π.) 10 aliquid] alioquin $M^a$ | ea *om. M* | *s. a. Hal. PL* 11 albino ... conss. *om. PL* 12 antonius *M* 13 que *om.* $N^a$ 14 *s. a. Hal. PL* | d.] pp. *PL* | antonino ... conss. *om. PL* 15 gordianus] georgius $M^a$? 17 pars] partis $M^a$ | detineatur *N* 18 potest] deb $N^a$ | *s. a. Hal.* 21 tuis *om. C* | restituetur $M^aN$ 22 potestatem *N* 23 ea *om.* $N^a$ 24 potuistis $M^a$ | ad *om.* $M^a$ 25 patriae potest. *C* | adtingeris *C*, adti*eris $M^a$, adtingeres $M^bN^a$ | petitionem] eius p. *N* | *s. a. Hal.* 27 imp. *N* | aa.] aa. et c. *S* | claudie *S* 29 pernerent *L* | tibi *bis* $M^a$ 30 ratione $PLCN^b$, ἀγωγῆς *BΣ* (κ.π.) 31 *s. a. Hal. PL* | IIII et III aa.] iiii aa. *PL*, aa. et *Hal.* 32 et cc. *om. C* 33 pene *C* | remaneret maritum $N^a$

explorati iuris est, cum deteriorem causam dotis, in quem casum patri soli repetitio competit, pacto posse fieri auctoritate iuris saepissime sit responsum. D. V NON. MAI. IPSIS AA. CONSS. a. 293

7 IDEM AA. ET CC. PHILETO. Pater, pro filia dotem datam genero ea prius [B 29, 5, 37 in matrimonio defuncta nepotibus pactus restitui, licet his actionem quaerere non potuit, tamen utilis eis ex aequitate accommodabitur actio. D. XIIII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

8 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HORMISDAE PP. Hac lege [B 29, 5, 38 decernimus, ut uir in his rebus, quas extra dotem mulier habet, quas Graeci parapherna dicunt, nullam uxore prohibente habeat communionem nec aliquam ei necessitatem imponat. quamuis enim bonum erat mulierem, quae se ipsam marito committit, res etiam eiusdem pati arbitrio gubernari, attamen quoniam conditores legum aequitatis conuenit esse fautores, nullo modo, ut dictum est, muliere prohibente uirum in paraphernis se uolumus immiscere. S. D. V ID. IAN. POST CONSVLATVM PROTOGENIS ET *ASTERII*. a. 450

9 IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. NICOSTRATO PP. Ex morte cuiuscumque personae
siue mariti siue mulieris eandem partem, non pecuniae quantitatem, tam uirum ex dote
1 quam mulierem ex ante nuptias donatione lucrari decernimus. Veluti si maritus mille soli-
dorum ante nuptias donationem confecerit, licebit mulieri et minoris et amplioris quanti-
tatis dotem offerre et marito similiter ante nuptias donationem: hoc tamen obseruandum
est, ut quantam partem mulier stipuletur sibi lucro cedere ex ante nuptias donatione, si
priorem maritum mori contigerit, tantam et maritus ex dote partem, non pecuniae quan-
2 titatem, stipuletur sibi, si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit. Et si
pactum contra uetitum fuerit subsecutum, infirmum atque inualidum hoc esse, ut nulla ex
3 eo procedere possit exactio, praecipimus. Eadem custodiri censemus, siue pater pro filio
siue mater siue ipse ducturus uxorem sui iuris constitutus siue quilibet alius pro eo ante
4 nuptias donationem nupturae dederit. Simili quoque modo, siue pater pro filia siue mater
siue ipsa pro se, sui iuris uidelicet constituta, siue quilibet alius pro ea uxorem ducturo
dotem dederit seu promiserit, quoniam et alio pro ea offerente dotem ipsa eam pro se
5 uidetur offerre. Quod adeo uerum est, ut et ipsa ab alio pro se oblatam dotem in lucrum
suum reposcat, nisi forte is qui eam obtulit statim, id est tempore oblationis seu promis-
sionis, stipulatus uel pactus sit, ut sibi dos praedicta reddatur. D. XV K. SEPT. ANTHEMIO
A. II CONS. a. 468

10 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Lege Leonis diuae memoriae pacta lucro- [B 29, 5, 39 rum dotis et ante nuptias donationis paria esse sanciente nec adiciente, quid fieri oporteat, si hoc minime obseruatum sit, nos omnia clara esse cupientes praecipimus disparibus eis factis maiorem lucri partem ad minorem deduci, ut eo modo uterque minorem partem lucretur. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. a. 529

11 IDEM A. IOHANNI PP. Si mulier marito suo nomina, id est feneraticias [B 29, 5, 40 cautiones, quae extra dotem sunt dederit, ut loco paraphernarum apud maritum maneant, et hoc dotali instrumento fuerit adscriptum, utrumne habeat aliquas ex his actiones

*P* (14, 8) *L* (14, 8) *CMN*

1 explor. (expor. $Q^a$) iuris] *Q cum BΣ* (κ.π.) φανεροῦ νομίμου, iuris expl. *CMN* 2 iure *C* | *s. a. Hal.* 4 et cc. phileto] ph. pp. *C* 5 matrimonia *C* 6 tamen *seqq.*] τοῦτο τὸ ῥητὸν σήμερον κατὰ καινοτομίαν προσετέθη *BΣ* (*Thalelaeus*) | commodabitur *N* | *s. a. Hal.* 8 imp. *N* | theodosius et ualerianus *M*, theodorus et ualer. *C*, theodoro et ualentino *N* | aa.] aa. et c. *S* | hormisda *S* | pp. *om. C* 9 quas] habet quia $L^a$ | paraphetna *L*, pharafema *N* 10 habet *LC* | ei *om.* $N^a$ 11 bonum enim *N* | ipsa *P* 14 *s. a. Hal.* *PL* | s. d. ... asterii (austurii conss. *PL*)] d. id. *Hal.* 15 imp. *N* | antoninus *S*, antonius *M*, anthemio *N* | aa.] aa. et c. *S* 16 ex dote *om.* $M^a$ 18 quantitatis dotem] quantitatem $N^a$ 19 tamen] tantum *C* 20 stipulatur *N* | ex a. n. donatione] et a. n. donationem $N^a$ 21 contingerit *C* | et *om.* $M^a$ 22 sibi] sibi lucro cedere *C* 23 fuerit contra uetitum *N* 24 possit *om.* $M^a$ | pro *om.* $M^a$ 25 alius quilibet *N* 26 quoque] que $M^a$ 28 seu] siue *M* | ea] eas $M^a$ | dotem offerente (—tem $M^a$) *M* | ipsa eam] ipsam $C^a$ 29 et] *C*, *om. MN* 30 suum] sibi *C* | qui] quae *C* 31 sit uel pactus *C* | *s. a. Hal.* 33 impp. *N* | iustinus $M^a$ | diuinae $M^bN$ 34 quod *C* | oportet *M* 35 eius pactis *C* 36 min. part.] min. lucri part. *C* 37 *s. a. Hal.* 38 idem] impr. iustinianus *S* | id est *om.* $M^a$ 39 dederit *om.* $N^a$ 40 habet *C*

maritus siue directas siue utiles, an penes uxorem omnes remaneant, et in quem euentum
1 dandae sint marito actiones, quaerebatur. Sancimus itaque, si quid tale euenerit, actiones
quidem omnimodo apud uxorem manere, licentiam autem marito dari easdem actiones
mouere apud competentes iudices nulla ratihabitione ab eo exigenda, et usuras quidem
eorum circa se et uxorem expendere, pecunias autem sortis quas exegerit seruare mulieri
2 uel in causas, ad quas ipsa uoluerit, distribuere. Et si quidem in dotali instrumento hypo-
thecae pro his nominatim a marito scriptae sunt, his esse mulierem ad cautelam suam
contentam. sin autem minime hoc scriptum inueniatur, ex praesenti nostra lege habeat
3 hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit. Antea etenim habeat ipsa mulier
facultatem, si uoluerit, siue per maritum siue per alias personas easdem mouere actiones
et suas pecunias percipere et ipsas cautiones a marito recipere, securitate ei competente
4 facienda. Dum autem apud maritum remanent eaedem cautiones, et dolum et diligentiam
maritus circa eas praestare debet, qualem circa suas res habere inuenitur, ne ex eius
malignitate uel desidia aliqua mulieri accedat iactura. quod si euenerit, ipse eandem de
proprio resarcire compelletur. D. K. NOV. LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS.[1] a. 530

## XV

## ℞ DE DOTE CAVTA ET NON NVMERATA ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. DIONYSIAE. Dotem numeratio, non [B 29, 5, 41] scriptura dotalis instrumenti facit: et ideo non ignoras ita demum ad petitionem dotis admitti te posse, si dotem a te re ipsa datam probatura es. D. XIII K. AVG. CILONE ET LIBONE CONSS. a. 204

2 IMP. ALEXANDER A. PAPINIANAE. Quod de suo maritus constante matri- [B 29, 5, 42] monio donandi animo in dotem adscripsit, si eandem donationem legitime confectam non reuocauit, qui incrementum doti dedit, et durante matrimonio mortem obiit, ab heredibus mariti, quatenus interposita liberalitas munita est, peti potest. PP. NON. DEC. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

3 [2]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. In dotibus, quas datas [Prochiron 9, 11 ʽPoπαί 24, 10] esse dotalibus instrumentis conscribi moris est, cum adhuc nulla datio, sed pollicitatio tantum subsecuta sit, liceat non numeratae pecuniae exceptionem opponere non solum marito contra uxorem uel heredes eius morte mulieris uel repudio dissoluto matrimonio, sed etiam heredibus mariti, cuius morte dissolutum est matrimonium, socero etiam uel eius heredibus, si cum filio suo dotem suscepisse dotalibus instrumentis scriptum sit, omnique personae, quam dotem suscepisse una cum marito conscribitur, et eius similiter heredibus, ita tamen, ut intra annum tantum continuum a morte mariti uel mulieris uel missione repudii computandum ea licentia detur. D. K. IVN. DN. IVSTINIANO A. II CONS. a. 528

*P* (15 ℞ 1. 3) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] d. k. Nou. Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestis uu. cc.? [2] *iunge* 4, 30, 14

---

1 pene *C* | uxores *CM* | res maneant *M* 2 sunt *M* | sactimus $M^a$ 4 ratihabitatione $N^a$ 5 earum *N* | circa] contra *C* | seruari $M^a$, seruaret $N^a$ 7 sint *MN* 9 exigit *N* 10 si uoluerit facult. *C* 11 competenti *N* 12 et dolum (dlum $N^a$)] *N cum B:* καὶ δόλον ἀπαιτεῖται καὶ ἐπιμέλειαν, dolum *CM* 13 circa] et circa *N:* ὅσην ἐπιδείκνυται περὶ τὰ ἴδια πράγματα *B* | ne] nec *C* | ex *om. C* 14 accidat *N* | quid *C* | eandem] eam *N* 15 compellitur *MN* | *s. a. Hal.* | orestae *Hal.* 18 imp. seuero et antonino *N* | aa.] aa. et c. *S* | dionisio *C* | dotes $C^a$ 20 probata $N^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. XIII] *Hal.*, proposita xu (ux *P*) *PL* | chilone *Hal.* $P^aL$, chiloniae $P^b$ 21 liberne *PL* 22 a. *om. S* | papiniano *C*, papinane *M* 23 dandi $M^a$ 25 *s. a. Hal.* 27 iustinus *M* 28 dotalibus] et d. $N^a$ 29 tantummodo *C* 30 eius heredes *N* 32 dotalibus ... 33 suscepisse *om.* $P^aM^a$ 33 dotes *L* | conscribatur *L* 35 missionem $N^a$ | computantium $N^a$ | *s. a. Hal.*

# XVI

# ℞ DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM ET A PARENTIBVS IN LIBEROS FACTIS ET DE RATIHABITIONE ℞

1 IMP. ANTONINVS A. TRYPHAENAE. Bona quondam mariti tui fiscus si nemine [B 30, 1, 64] ei successore exsistente ut uacantia occupauit, donationes ab eo factae, si usque ad finem uitae in eadem uoluntate permansit, reuocari non possunt. PP. III ID. IAN. DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

2 IDEM A. MARCO MILITI. Si ancillam nummis tuis comparatam esse praesidi [B 30, 1, 65] prouinciae probaueris donationisque causa focariae tuae nomine instrumentum emptionis esse conscriptum, eam tibi restitui iubebit. nam licet cessante iure matrimonii donatio perfici potuerit, milites tamen meos a focariis suis hac ratione fictisque adulationibus spoliari nolo. PP. XII K. MART. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

3 IDEM A. EPICTETO. Donatio mancipiorum aliarumque rerum, quas tibi ab [B 30, 1, 66] uxore tua donatas dicis, si modo suae potestatis, cum donaret, fuit uel patris uoluntate id fecit et in eadem uoluntate donationis usque ad ultimum diem uitae perseuerauit, ex
1 mea et diui Seueri patris mei constitutione firmata est. Sin autem post mortem filiae facta est donatio a quondam socero tuo, etiam inter uiros ea perfici potuit. PP. IIII NON. MART. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

4 IMP. ALEXANDER A. CLAVDIANO. Nec inter eas quidem personas, quarum [B 30, 1, 67] iuri subiecti sunt uir et uxor quiue in eorum potestate sunt, donationes iure ciuili fieri possunt. PP. XVII K. OCT.

5 IDEM A. QVINTILLAE. Si, ut proponis, pater tuus, in cuius potestate fuisti, [B 30, 1, 68] marito tuo genero suo instrumentum debitoris donationis causa dedit isque matrimonio durante uita functus est ac postea a marito diuortisti, quod gestum est non ualet. PP. ID. FEBR. ALBINO ET MAXIMO CONSS. a. 227

6 IDEM A. NEPOTIANO. Etiamsi uxoris tuae nomine res quae tui iuris fuerunt [B 30, 1, 69] depositae sunt, causa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etsi donasse te uxori res tuas ex hoc quis intellegat, cum donatio in matrimonio facta prius mortua ea quae libera-
1 litatem excepit irrita sit. Nec est ignotum, quod, cum probari non possit, unde uxor matrimonii tempore honeste quaesierit, de mariti bonis eam habuisse ueteres iuris auctores merito credidissent. PP. NON. DEC. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

7 IDEM A. THEODOTAE. Si ex uoluntate patris tui filio tutoris nupta es, col- [B 30, 1, 70] lata in maritum donatio ipso iure irrita est. sed si matrimonium iure non ualuit, licet ipso iure donatio tenuerit, quia tamen indigna persona eius fuit, qui nec maritus potest dici, utiles actiones super reuocandis his tibi competunt. PP. K. OCT. LVPO ET MAXIMO CONSS. a. 232

*P* (16, 3...5) *L* (*ut P*) *CMN*

---

2 a *om. S* 3 parente *SM* | in] inter *L*, *om. N* | pactis *S* | de] de dotis *S* | ratihabitatione *P* 5 antonius *M* | triphime *S*, triphone *CN* | si *om. C* 7 *s. a. Hal.*, *cf. ad u.* 22 | duobus] d. et *Hal.* 12 suis] aui *uel* auis $N^a$ | hac ratione *om.* $M^a$ | factisque $CM^aN$ | auocacionibus *M* 13 *s. a. Hal.* 14 idem] imp. ant. *PL*, imp. alex. *C* | epiceto *PL*, epitheo *M* 16 in *om. C* | perseuerabit uite *N* | ex] *N*, et ex *PLCM* 17 mea] mea d $L^a$ | confirmata *MN* 18 quodam $N^a$ | suo $M^a$ | etiam] etiam ita *N* | *s. a. Hal. PL* | IIII] iii *L* 19 antonino *om. PL* 20 imp. alex.] idem *C* (*u. u.* 14) | claudiano] cl. pp. *S* 21 subiecta $C^a$ | quiue] qui quaeue $MN^b$: οἱ ὑπεξούσιοι τοῦ ἀνδρός *B* | iure *om. C* 22 *s. a. PL: apud Hal. est* pp. III id. aug. duobus et aspris coss. *fortasse ex c.* 1: *idem c.* 4 *ante c.* 2 *collocauit* | pp.] p. *PL* 23 idem] imp. alex. *PL* | fuisti potestate *C* 24 isque] isque pater *N* 25 diuorsisti *L*, diuertisti *MN* | ualebit *PL?* | *s. a. Hal. PL* 26 id.] u id. *PL* 27 idem a. nep.] imp. nepotianus a satiro *C* | fuerint *C* 29 quid intellegit $M^a$ | ea] ea persona *C* 30 accepit $CN^b$ | cum *om. C* 31 ueteris $CMN^a$ 32 *s. a. Hal.* 33 tui *om. C* 34 marito *C* 35 eius persona *N* | dici potest *C* 36 his reuocandis *C* | *s. a. Hal.*

8 Idem A. Leoni. Si fructus eorum praediorum, quae in dotem accepisse te | B 30, 1, 71 | dicis, matrimonii tempore uxorem tuam percipere passus es eosque uxor tua absumpsit, restitui tibi post diuortium oportere nulla ratione contendis. sin autem ab his locupletior facta est, in tantum potest conueniri. PP. v k. Oct. Maximo et Paterno conss. a. 233

9 Imp. Gordianvs A. Origeni. Etsi de tua pecunia mancipia uxori tuae | B 30, 1, 72 | comparata sunt, tamen, si ei sunt tradita, eorum dominium non ad te, sed ad eam pertinet, pecuniae autem tantummodo repetitionem habes, siue negotium eius gerens numerationem fecisti siue in eam donationem conferens quantitatem pretii largitus es: etenim uel in solidum uel quatenus locupletior facta est actione cum ea competenti poteris experiri. PP. vii k. Oct. Pio et Pontiano conss. a. 238

10 Idem A. Veriano. Si maritus quondam uxoris tuae, cum sui iuris esset, in | B 30, 1, 73 | eam praedia uel cetera donationis titulo contulit et in ea uoluntate usque ad mortem suam perseuerauit, ex oratione diui Seueri confirmata est donatio: ac si eas res pater defuncti iniuriose abstulit, per praesidem prouinciae eas restituere cogetur. nec enim, quasi maleficiis eius sit maritus extinctus, crimen intendens sub praetextu accusationis quae donata sunt auferre debuit, cum causa liberalitatis a criminatione separata sit. PP. iii k. April. Gordiano *A.* et Aviola conss. a. 239

11 Idem A. Maximo. Sicut cessat petitio quantitatis, quam de suo maritus | B 30, 1, 74 | uxori in menses singulos uel annos singulos proprii usus eius gratia promittit, ita ex ea causa nummi[1] soluti erogatique non dari repetitionem manifestum est. PP. v k. Ivl. Gordiano A. ii et Pompeiano conss. a. 241

12 Idem A. Secvndinae. Si maritus tuus creditores sortitus post factam in | B 30, 1, 75 | te donationem fundum, quem ex donatione iuri tuo uindicas, isdem specialiter obligauit, eandem obligationem defensionis tuae firmitatem inrumpere intellegere debes, cum sit manifestum non solum ex huiusmodi obligatione, sed etiam ex donatione uel uenditione uel alio quolibet modo rebus alienatis reuocatam esse a uiro in mulierem factam donationem. PP. vi k. Febr. Arriano et Papo conss. a. 243

13 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Rvfinae. Si quidem ante dona- | B 30, 1, 76 | tionem possessionis in te iure, ut dicis, a marito collatam praedium ab eodem creditori obligatum fuit, alienationem eius saluo iure debiti (si tamen iuris ratio actionem eius non
1 excludit) factam esse dubium non est. Quod si donatione iure celebrata eo, quod uel ante nuptias facta est uel in isdem casibus, in quibus etiam constante matrimonio donatio procedere potest, obligatio insecuta est, factum mariti, quem diem suum obisse memorasti, iuri tuo officere non posse certum est. PP. xii k. Ivl. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

14 [2]Idem AA. Octavianae. Ex uerbis, quae in postremis iudiciis inseruntur, | B 30, 1, 77 | licet ad fideicommissum uel legatum utilia sunt, non omnimodo legati uel fideicommissi persecutio datur, sed ita demum, si relinquendi studio huiusmodi uerba fuerint adscripta.

*P* (16, 9...12. 14) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] nummi *fortasse del.* (*Mommsen*) [2] *cf.* 8, 10, 5

---

1 letone *M* | accepisse te dicis] *C*, accepisti *MN, cf. p.* 443, 10 2 tuam *om. C* 3 ab] ex *C* 4 *s.a. Hal.* 5 impp. $P^a$ | origeno *C* | uxori tuae mancipia *C*, mancipia tue uxori *N* 6 ad eam] eam $P^a$ 7 habere $N^a$ 8 fecisti] euisi $C^a$? | ea *PL* 9 competente *CN* 10 *s. a. Hal. PL* | vii] uiii *PL* 11 ueriano] *SPL*, ueriniano *M*, seueriano *N*, ualerio *C* | suis $P^a$ 12 eam] ea $CN^a$ | praediam $P^a$ 13 perseuerauit] *PLC cum S*, durauit *MN* | seueri] s. patris mei $PLM^b$? *cf. c.* 3 | ac] at $CM^bN^b$ | ea *C* 15 intenditens $L^a$, intendis $N^a$ | sub *om.* $P^aCN$ 16 casa $N^a$ | libertatis $M^a$ | crimine *C* | *s. a. PL: apud Hal. est subscriptio c.* 12, *quam ob causam ordinem c.* 10 *et* 11 *inuertit* 17 a. *om. PL* 18 maximo] maximiano aug. *N* 19 uel annos sing. *om.* $P^aN$, sing. *om. C* | permittit *PLC:* εἰ ἐπαγγελθῇ *B* | ex] et ex $M^bN$ 20 numis $N^a$ | soliti $M^a$ | petitionem $LCM^a$ | *s. a. Hal.* $L^b$ | gord. a. ii et (et *om.* $L^b$) pomp. (ponpeio $L^b$) conss. *suo loco omissa ad subscriptionem c.* 14 *suppleuit* $L^b$ 23 tuo] tui *N* 24 sit. man.] man. est *N* 26 in *om.* $N^a$ 27 *s. a. Hal. PL et Hal. ad c.* 10 | vi] *PL*, vii *Hal. ad c.* 10, iii *Hal. h. l.* | ariano et pappo coss. *Hal.*, *om. PL* 28 aa.] aa. et c. *S* 29 collatae *C* 30 eius *om.* $M^a$ 31 donationem *C* 32 in isdem] isdem *C* | praecedere *C* 34 iuri] uiri *N* | *s. a. Hal.* 35 idem] imp. dioc. et max. *PL* | aa.] a. et c. *S*, a. *C* 36 fideicommissum ... legati uel *om.* $M^a$ 37 fuerit $P^a$

1 unde te uoluntatis, non iuris quaestionem in preces tuas contulisse palam est. Cum igitur lecto testamento animaduertimus maritum tuum ex praecedente donatione dominium tibi conseruasse securitatique tuae ad obtinendam proprietatem cauisse, inditorum uerborum conceptio non fideicommissum relictum ostendit, sed ex senatus consulti auctoritate liberalitatem mariti tui, cui custodiendae etiam moriens prospexit, quatenus firmare potuit dominium, mortis tempore tibi esse addictam. PP. III NON. OCT. IPSIS *AA.* CONSS. a. 290

15 IDEM AA. IVSTINIANO ET ALIIS. Si non uerum contractum pater uester [B 30, 1, 78] gessit, sed sub specie uenditionis donationem possessionis in matrem uestram contulit nec ex bonis, quae in persona patris uestri permansisse uidebantur, ob primipilum indemnitati fiscali satisfieri potuit, licet in eadem donandi uoluntate perseuerasse eum probari potest, ex eadem possessione ad supplendam pecuniam, quae ex bonis ab eo relictis colligi nequiuit,
1 conferendum est. Quod si liberalitatis tenorem mutata uoluntate pater tuus interrupit, in hereditate eius dominium resedisse nulla dubitatio est. PP. IIII K. FEBR. TIBERIANO ET DIONE CONSS. a. 291

16 IDEM AA. THEODORO. Si filii tui emancipati matris hereditatem sibi adquisierunt, [B 30, 1, 79] proba apud praesidem prouinciae non donandi animo te nomine uxoris tuae praedia comparasse, sed nominis dumtaxat eius titulo usum per possessionem rerum a uenditoribus tibi traditarum dominum esse effectum, ut comprehensa filiorum tuorum iniuria proprietatis ius incolume perseueret. nam si largiendi proposito id te fecisse constiterit, pecuniae tibi persecutio competit. PP. VI ID. MART. TIBERIANO ET DIONE CONSS. a. 291

17 [1]IDEM AA. ET CC. CAPITOLINAE. De his, quae extra dotem in domum [B 30, 1, 80] illata a marito erogata commemoras, si quidem te donante consumpta sunt, intellegis aduersus heredes non nisi in quantum locupletior fuit habere te actionem: si uero contra uoluntatem tuam, omnia tibi restitui oportere. SVB DIE VIII[2] K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. a. 293

18 IDEM AA. ET CC. MATERNAE. A marito in uxorem donatione collata matri- [B 30, 1, 81] monii tempore nec initio dominium transferri potest nec post, si diuortium intercesserit uel prior persona quae liberalitatem accepit rebus humanis fuerit exempta uel ab eo qui donauit fuerit reuocata, potest conualescere. SVB DIE IIII K. IVL. SERDICAE AA. CONSS. a. 293

19 IDEM AA. ET CC. DIONYSIAE. Si constante matrimonio tibi mater domum [B 30, 1, 82] tradidit, hanc in tuis fecit bonis. D. ID. IVL. PHILIPPOPOLI CC. CONSS.[3] a. 294

20 IDEM AA. ET CC. CLAVDIAE. Creditor debito soluto de pignore liberato [B 30, 1, 83] nihil ad uxorem debitoris quondam transferre potuit. sed nec consensus eiusdem debitoris per eum qui creditor fuit accedens imaginariae factae uenditioni[4] ad dominium trans-

*P* (16, 14...19) *L* (*ut P*) *CMN*

---

[1] *iunge* 8, 42, 11 [2] v 8, 42, 11 [3] AA. conss. (*a.* 293: *Mommsen*)? [4] imaginariae factae venditioni accedens?

---

3 indictorum *PL*, ind*torum $M^a$ | uerb.] c uerb. $L^a$ 4 conceptione *L* | non fid. rel.] *** (nin?) commissum rel. non $N^a$, fideic. rel. non $N^b$ | libertatem $M^a$, *om.* $N^a$ 5 cui *om.* $P^a$ | firmari $P^tL^t$ 6 additam $PL^tN^a$, additum $L^v$ | *s. a. Hal. PL* | III] ui *PL* | ipsis et aa. coss. *Hal.*, gor. a. ii ponpeio *ex c.* 11 *suppl.* $L^b$, *om.* $PL^a$ 7 aa.] a. et c. *S*, aa. et cc. *PL* | iustino *M*, iustin. a. *N* 9 personam *N* | indempnitatis $C^a$ 10 tatisfieri $P^a$ | eadem d. uoluntatem $C^a$, eandem d. uoluntatem *N* | pers. e. p. potest] *PLC*, perseuerauit *MN* 13 hereditatem *PLCM uel* $M^b$ | recedisse *C* | *s. a. Hal.* $L^b$ 15 aa.] a. *C*, a. et c. *S*, aa. et cc. *PL* | adquisierint *Q* 16 donanti *L* | amo $L^a$ 20 *s. a. Hal.* $PL^aL^b$ | VI] u $PL^aL^b$ | tiberiano ... conss.] *Hal.* $L^b$, *om.* $PL^a$ 21 cc.] cesare *N* | quae] qui $L^a$ 22 quidem] quid $M^a$ | consupta *P* 23 in] i *N* | locupletiores sunt hab. *C:* οὐχ ἐνάγεται ὁ κληρονόμος αὐτοῦ εἰ μὴ μόνον εἰς ὃ γέγονε πλουσιώτερος *B* | sin *C* 24 restitui tibi *C*, tibi *om. N* | *s. a. Hal. PL* | sub die] *PL*, pp. *Hal.*, s. 8, 42, 11 | her. aa. conss.] herod. a. conss. $L^b$, *om.* $PL^a$ 26 idem ... maternae a *om.* $M^a$ | aa. et cc. mat.] a. ualerio *C* | donacinem $M^a$ 28 accipit *N* 29 donauerit *PLC* | fuerat *M* | potest conu. *om.* $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | sub die] *PL*, d. *Hal.* | IIII] iii *P* | iul. serdicae (serd. $L^b$) aa. conss.] $L^b$, iul. $PL^a$, septemb. aa. coss. *Hal.* 30 aa.] a. *LCM* | et cc. *om. PLC* | domum mater *C* 31 fecerit *C* | *s. a. Hal.* 32 aa. et cc.] a. *C* 33 debitoris] debito $M^a$ | eiusdem] eius *N* 34 accedens *om.* $M^a$ | ad] a $M^a$ | domum $C^a$

ferendum prodesse quicquam potuit, cum tam ea quae simulate aguntur quam quae in uxorem a marito donationis causa tempore matrimonii procedunt propter iuris ciuilis interdictum (cum proponas uxorem superstite marito rebus humanis exemptam) pro infectis habeantur. D. v ID. AVG. VIMINACI CC. CONSS.[1] a. 294

21 IDEM AA. ET CC. CACALIAE. Si propriis habitis contractibus quam acce- [B 30, 1, 84] peras mutuam pecuniam pro marito donationis causa erogasti, cum nec ad dignitatem profuerit nec locupletior sit factus, intellegis nullam tibi contra eum competere actionem. D. III ID. AVG. VIMINACI CC. CONSS.[1] a. 294

22 IDEM AA. ET CC. ARSINOAE. Maritus manumissionis causa seruum mulieri [B 30, 1, 85] constante matrimonio donare potest. S. K. AVG. SIRMI CC. CONSS. a. 294

23 IDEM AA. ET CC. CAECILIANAE. Si te in uacuam possessionem praedii [B 30, 1, 86] socrus tua titulo donationis ante matrimonium uel post induxit, ad rescindendam donationem paenitentia nihil proficit. S. K. NOV. BRVNDVSII[2] CC. CONSS. a. 294

24 IMP. CONSTANTINVS A. PETRONIO *PROBIANO*. Res uxoris, quae [Th. 9, 42, 1 B 30, 1, 87] uel successione qualibet uel emptione uel etiam largitione uiri in eam ante reatum iure peruenerant, damnato ac mortuo ex poena marito uel in seruilem condicionem ex poenae qualitate deducto[3], illibatas esse praecipio nec alieni criminis infortunio stringi uxorem,
1 cum paternis maternisue ac propriis frui eam integro legum statu religiosum sit. Et donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus collata in uxorem, quia pudicitiae praemio cessit, obseruanda est, tamquam si maritum eius[4] natura, non poena subduxerit.
2 Sin autem aqua et igni ei interdictum erit uel deportatio illata, non tamen mors ex [(Th.)] poena subsecuta, donationes a uiro in uxorem collatae adhuc in pendenti maneant, quia nec matrimonium huiusmodi casibus dissoluitur, ita ut, si usque ad uitae suae tempus maritus eas non reuocauerit, ex morte eius confirmentur: fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro. D. III K. MART. SERDICAE CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

25 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Donationes, quae parentes in liberos [B 30, 1, 88] cuiuscumque sexus in potestate constitutos conferunt uel uxor in suum maritum uel maritus in suam uxorem uel alteruter eorum in aliam personam, cui constante matrimonio donare non licet, uel ipsae aliae personae in eam cui donare non poterant, ita firmas esse per silentium donatoris uel donatricis sancimus, si usque ad quantitatem legitimam uel eam excedentes actis fuerint intimatae. nam amplioris quantitatis donationem minime intimatam
1 nec per silentium eius qui donauit confirmari concedimus. Sin uero specialiter eas in suprema uoluntate donator uel donatrix confirmauerit, sine ulla distinctione ratae habebuntur, ita tamen ut, si quidem ultra lege finitam quantitatem expositae minime actis intimatae fuerint, specialis earum confirmatio ex eo tempore uim habeat, ex quo eaedem

*P* (16, 23...25) *L* (*ut P*) *CMN*

[1] AA. conss. (*a.* 293: *Mommsen*)? [2] Burtudizi (*Mommsen*)? [3] ac mortuo ... deducto] marito *Th.* [4] maritos eis *Th.*

1 simulata $CM^a$ 3 inperfectis *N* 4 *s. a. Hal.* 5 aa. et cc.] a. et cc. *M*, a. *C* | cacaliae] *S*, caucaliae *C*, maucaliae *M*, mucaliae *N* 6 nec] haec $N^b$ 7 profuerit] pr. marito tuo *C* 8 *s. a. Hal.* 9 aa. et cc.] a. et cc. *M*, a. *C* | arsinoae] *N*, arsinae *S*, asinoen *M*, asmoèn *C* 10 *s. a. Hal.* 11 aa. et cc.] a. et cc. *M*, a. *C* | possessiones $P^a$ 12 tua *om.* $N^a$ | post] post matrimonium id est constante matrimonio *N* 13 paenitentia *om.* $L^a$ | *s. a Hal.* $L^b$ | brundusii *om.* $L^b$ 14 petro *S*, patronio *C*, pretoni $M^a$ | probiano] *Th.*, *om. libri* | quae uel] quamuis *C* 16 peruenerunt *C* | qualitate poenae *C* 17 illibata *C* | criminis] cr. ac reatus $P^a$ | infortuno astringi *C* 18 ac] $P^aM$ *Th.*, bonis ac $P^bLC$, rebus ac *N* | statum $C^a$, stitum $M^a$ 19 collocata *PL* | in nuxorem *P* | quia] qua $M^a$, *om. C* 20 subdixerit *C* 21 igni] $M^cN$, ignis *L*, igni *uel* ignis $M^a$, igne $PCM^b$ | ei] eis $P^a$, *om. M* | tamen non *N* 23 ad] a $P^a$ | tempus suae *N*, suae *om. C* 24 eam *C* | reuocauit *M* | ex] * $M^a$, *om. PL* 26 *s. a. Th. Hal.* $PL^b$ | III *om.* $L^b$ | serdicae] sardiniae *Hal.*, serd. *PL* | II et] et *Hal.* 26 constantio *Hal.* II cc. *om Hal.* $P?L^b$ 27 iustinus *M* 28 potestate] $CM^a$, potestate (poteste *P*) sua $PLM^b$, sua potestate *N* 29 alterutra *PL* 30 donando $P^a$ | ipsae] isae $P^a$ | ea *N* | firmassesse per $C^a$ 31 saccimus $P^a$ | quantitatem] **quilitatem $P^a$ 32 actis] $MN^b$, in actis *PLC*, *om.* $N^a$ 34 supma $L^a$ 35 leges $P^a$, legendi *C* | actis (in actis $P^aC$) intimatae] *PLC*, in actis insinuatae *MN* 36 habet *L* | haedem *PL*

2 donationes confirmatae sunt. Sin uero uel non amplior sit donatio uel, cum amplior esset, in actis insinuata sit, tunc et silentium donatoris uel donatricis et specialis confirmatio ad illud tempus referatur, quo donatio conscripta sit: sicut et alias ratihabitiones negotiorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt. nec in ceterum subtilem diuisionem facti uel iuris introduci posse. D. III ID. DEC. DN. IVSTINIANO A. II CONS. a. 528

26 IDEM A. MENAE PP. Donationes, quas diuinus imperator in piissimam regi- [B 30, 1, 89] nam suam coniugem uel illa in serenissimum maritum contulerit, ilico ualere sancimus et plenissimam habere firmitatem, utpote imperialibus contractibus legis uicem obtinentibus minimeque opitulatione quadam extrinsecus egentibus. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. a. 529

27 IDEM A. IOHANNI PP. Si unus ex his, qui matrimonio fuerant copulati, in [B 30, 1, 90] alium donatione facta ab hostibus captus est et in seruitutem deductus et postea ibi morte peremptus, quaerebatur, an huiusmodi liberalitas, quam antea fecit, ex hoc roborari uidetur an uacillare: et iterum si donator quidem in ciuitate Romana constitutus decesserit, mortis autem eius tempore is qui donationem accepit in captiuitate degebat et postea reuersus
1 est, an uidetur et tunc donatio rata haberi. Cum itaque in utroque casu oportet augusto remedio causam dirimi, cum nihil aliud tam peculiare est imperiali maiestati quam humanitas, per quam solam dei seruatur imitatio, in ambobus casibus donationem firmam esse censemus. D. K. DEC. LAMPADIO ET ORESTA VV. CC. CONSS.[1] a. 530

## XVII

## ℞ DE REPVDIIS ET IVDICIO DE MORIBVS SVBLATO ℞

1 IMP. ALEXANDER A. AVITIANAE. Matrimonium quidem deportatione uel [B 28, 7, 16] aqua et igni interdictione non soluitur, si casus, in quem maritus incidit, non mutet uxoris adfectionem. ideoque dotis actio ipso iure non competit, sed indotatam esse eam, cuius laudandum propositum est, nec ratio aequitatis nec exempla permittunt. PP. NON. NOV. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

2 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS C. PAVLINAE. [Ῥοπαί 26, 6] Liberum est filiae tuae, si sponsum suum post tres peregrinationis annos expectandum sibi ultra non putat, omissa spe huius coniunctionis matrimonium facere, ne opportunum nubendi tempus amittat, cum posset nuntium remittere, si praesente eo consilium mutare uoluisset. PP. VII K. APRIL. AEMILIANO ET BASSO CONSS. a. 259

*P* (16, 25. 26. 17 ℞ 2) *L* (*ut P*) *C R* (17 ℞ 2) *M N* (*usque ad u.* 25)

---

[1] D. v k. Dec. Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestis uu. cc. (*Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 180)?

---

1 sit donatio *om. C* | aplior *N* | esset] sit *N* 2 in *om. N* 3 ratihabitationes $P^aN^a$ 4 in] et in $P^a$ 5 iuris] iniuriis $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | d. III] d. *Hal.*, sub die iii (iiii *P*) *PL* | dn. ... cons. *om. PL* 6 *ante c.* 26 *rubricam* de (de *om.* $P^b$) donatione regis in reginam uel reginae (—nam $L^a$?, —na $L^b$) in regem *inserunt* $P^bL$ | idem] impr. iustinianus *S* | a.] aa. *N* | diuus $CRM^b$, diuis $M^a$ 7 coniugem suam *PL* | illam in ser. mar. *PL*, in s. m. illa *N*, in *om.* $M^a$ | uale $P^a$ 8 imperiali *uel* imperialis $M^a$ 9 *s. a. Hal. PL* | constant. *om. Hal.* 10 uc. cons.] conss. *PL* 11 a.] a. et c. *S* | qui in matrimonium *C* 12 et postea] postea $N^a$ | morte ibi *MN* 13 ante *N* | reprobari $N^a$ | uideatur *M* 15 captiuitatem *N* | degegebat $M^a$ 16 est *om. C* | uideatur *N* 17 peculare $N^a$ | imperialis maiestatis *N* 18 sola *N* 19 *s. a. Hal.* 21 moribus] minoribus *S* | sublatis *R* 22 abitiane *S*, abutianae *CMN* 23 aqua et igni] $M^b$ *cum* $B\Sigma$ (κ.π.) *secundum librum Florent.* τῇ κουαετίγνι ἰντερδικτίονι *et* $B\Sigma$ (*Theod.*) interdictus aqua et igni, aquae et ignis $CM^aN$ *cum* $B\Sigma$ (κ.π.) *secundum Fabrot.* 24 esse eam] *C cum* $B\Sigma$ (κ.π.) εἶναι αὐτήν, eam $M^a$, esse $\Lambda^a$, eam esse $M^bN^b$ 25 *s. a. Hal.* 27 ualerius *M* | et *om. S* | gallius $M^a$ | aa. *om. S* | et *om. M* | ualens *R*, ualentinus $M^a$ | c.] comes *C*, conss. *M* 28 sponsum] spon $M^a$ | peregrinaciones $P^a$ | spectandum $PLCR^b?M$, spectando $R^a$ 29 facere matrim. *C* 30 si] *PLR*, et si *CM* | eo] illo *M* 31 *s. a. Hal. PL* | VII] u *PL* | aemil. et b. conss. *om. PL*

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Tvllio. Dubium non est omnia [B 28, 7, 17]
1 omnino, quae consilio recte geruntur, iure meritoque effectu et firmitate niti. Quare si
tu dotem pro muliere dedisti et ex morte eius repetitionem stipulatus es, circumscribendi
autem tui causa ficto repudio matrimonium breui tempore rescissum est, res dotales, quas
2 ante nuptias obtulisti, praeses prouinciae recipere te non dubitabit. Certum est enim
daturum operam moderatorem prouinciae, ut, quae contra fas gesta sunt, fructum calliditatis
3 obtinere non possint, cum nobis huiusmodi commenta displiceant. Imaginarios enim nuntios
(id est repudia[1]) nullius esse momenti, siue nuptiis fingant se renuntiasse siue sponsalibus,
etiam ueteribus iuris auctoribus placuit. D. II k. Sept. Tiberiade ipsis AA. conss. a. 290
4 Idem AA. et CC. Pisoni. Filiae diuortium in potestate matris non est. [B 28, 7, 18]
D. III k. Ian. Sirmi CC. conss.[2] a. 294
5 Idem AA. et CC. Scyrioni. Dissentientis patris, qui initio consensit matri- [B 28, 7, 19]
monio, cum marito concordante uxore filia familias ratam non haberi uoluntatem diuus
Marcus pater noster religiosissimus imperator constituit, nisi magna et iusta causa inter-
1 ueniente hoc pater fecerit. Inuitam autem ad maritum redire nulla iuris praecepit con-
2 stitutio. Emancipatae uero filiae pater diuortium in arbitrio suo non habet. D. V k.
Sept.[3] Nicomediae CC. conss. a. 294
6 Idem AA. et CC. Phoebo. Licet repudii libellus non fuerit traditus uel [BΣ 38, 10, 21]
cognitus marito, dissoluitur matrimonium. D. XVIII k. Ian. Nicomediae CC. conss. a. 294
7 Imp. Constantinvs A. ad Delmativm. Vxor, quae in militiam profecto marito post
interuentum annorum quattuor nullum sospitatis eius potuit habere indicium atque ideo
de nuptiis alterius cogitauit nec tamen ante nupsit, quam libello ducem super hoc suo
uoto conuenit, non uidetur nuptias inisse furtiuas nec dotis amissionem sustinere nec
capitali poenae esse obnoxia, quae post tam magni temporis iugitatem non temere nec
1 clanculo, sed publice contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideoque obseruandum est,
ut, si adulterii suspicio nulla sit nec coniunctio furtiua detegitur, nullum periculum ab his
quorum coniugio erant copulatae uereantur, cum, si conscientia maritalis tori furtim esset
uiolata, disciplinae ratio poenam congruam flagitaret. D. . . . . . . Naisso Feliciano et
Titiano conss. a. 337
8 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Hormisdae pp. Consensu licita matrimo-
nia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio solui praecipimus. solutionem etenim
1 matrimonii difficiliorem debere esse fauor imperat liberorum. Causas autem repudii hac
saluberrima lege apertius designamus. sicut enim sine iusta causa dissolui matrimonia
iusto limite prohibemus, ita aduersa necessitate pressum uel pressam, quamuis infausto,
2 attamen necessario auxilio cupimus liberari. Si qua igitur maritum suum adulterum aut
homicidam uel ueneficum uel certe contra nostrum imperium aliquid molientem uel falsi-
tatis crimine condemnatum inuenerit, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris aedibus ali-
quid subtrahentem, si latronem uel latronum susceptorem uel abactorem aut plagiarium
uel ad contemptum sui domi suae ipsa inspiciente cum impudicis mulieribus (quod maxime
etiam castas exasperat) coetum ineuntem, si suae uitae ueneno aut gladio uel alio simili
modo insidiantem, si se uerberibus, quae ab ingenuis aliena sunt, adficientem probauerit,

*P* (17, 4...6) *L* (*ut P*) *C R* (*om.* 17, 3) *M*

---

[1] id est repudia *del.* [2] AA. conss. (*a.* 293: *Mommsen*)? [3] Dec. (*Mommsen*)?

---

1 aa.] aa. et c. *S* 2 maritoque *M*ᵃ 7 nuntios *om.* *M*ᵃ 8 fingatur *M*ᵃ 9 *s. a. Hal.* 10 idem] impp. dioc. et max. *PLR* | aa. et cc.] aa. *P*ᵇ, aa. et *P*ᵃ? | phisoni *S* 11 *s. a. Hal.* 12 et *om. P*, et cc. *om. CM* | scyrioni] *S*, schirioni *PLR*, sirioni *M*, michroni *C* | inito *M*ᵃ 14 ratas *R*ᵃ 15 haec *R* | fuerit *R*ᵃ? | praecipit *M* 16 *s.a.Hal.* 19 aa. et cc.] a. et c. *S*, aa. *PLCRM* 19 matrimonio *L* | *s. a. Hal.* 20 delmatium] *S*, malmatium *RM*, almachium *C* 21 ospitatis *M*ᵃ 22 alteris *R*ᵃ | hoc] *M*, hoc militum *CR* 24 pena *CM* 26 coniugio *C* | detegetur *R*ᵃ, deteg.tur *M*ᵃ 27 furtum *R*ᵃ | esset] est *R* 28 flagitarit *RM*ᵃ | *s. a. Hal.* | naesso *Hal.* 30 theodorus *R*ᵃ | ualerianus *R*ᵃ, ualerius *M* | ormisdem *R* | pp. *om. R* 31 dissolui *M* 32 imper.. liberorum *M*ᵃ, liberorum imperat *C*, *inc.* *R*ᵃ 36 ueneficium *M*ᵃ 37 criminis *CR*ᵃ, crimen *M*ᵃ | sepulchrorum] *W*, sepultorum (—rem *R*ᵃ) *CRM* 38 subtrahentem] *M*, molientem *CR* 39 sui *om. R*ᵃ | ipsum inspicientem *R*ᵃ 40 suae] uae *M*ᵃ | uitae *om. R*ᵃ 41 ab] *C*, *om. RM*

tunc repudii auxilio uti necessariam ei permittimus libertatem et causas discidii legibus
3 comprobare. Vir quoque pari fine claudetur nec licebit ei sine causis apertius designatis
propriam repudiare iugalem, nec ullo modo expellat nisi adulteram, nisi ueneficam aut
homicidam aut plagiariam aut sepulchrorum dissolutricem aut ex sacris aedibus aliquid
subtrahentem aut latronum fautricem aut extraneorum uirorum se ignorante uel nolente
conuiuia appetentem aut ipso inuito sine iusta et probabili causa foris scilicet pernoctantem,
nisi circensibus uel theatralibus ludis uel harenarum spectaculis in ipsis locis, in
quibus haec adsolent celebrari, se prohibente gaudentem, nisi sui ueneno uel gladio aut
alio simili modo insidiatricem, uel contra nostrum imperium aliquid machinantibus conscsiam,
seu falsitatis se crimini immiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit
ingerentem: tunc enim necessariam ei discedendi permittimus facultatem et causas discidii
4 legibus comprobare. Haec nisi uir uel mulier obseruauerint, ultrici prouidentissimae legis
poena plectentur. nam mulier si contempta lege repudium mittendum esse temptauerit,
suam dotem et ante nuptias donationem amittat nec intra quinquennium nubendi habeat
denuo potestatem: aequum est enim eam interim carere conubio, quo se monstrauit in-
4a dignam. Quod si praeter haec nupserit, erit ipsa quidem infamis, conubium uero illud
4b nolumus nuncupari: insuper etiam arguendi hoc ipsum uolenti concedimus libertatem. Si
uero causam probauerit intentatam, tunc eam et dotem recuperare et ante nuptias donationem
lucro habere aut legibus uindicare censemus et nubendi post annum ei, ne quis
5 de prole dubitet, permittimus facultatem. Virum etiam, si mulierem interdicta arguerit
attemptantem, tam dotem quam ante nuptias donationem sibi habere seu uindicare uxoremque,
si uelit, statim ducere hac iusta definitione sancimus. sin autem aliter uxori suae
6 renuntiare uoluerit, dotem redhibeat et ante nuptias donationem amittat. Seruis scilicet
seu ancillis puberibus, si crimen adulterii uel maiestatis ingeritur, tam uiri quam mulieris
ad examinandam causam repudii, quo ueritas aut facilius eruatur aut liquidius detegatur,
si tamen alia documenta defecerint, quaestionibus subdendis. super plagis etiam, prout
dictum est, illatis ab alterutro commouendis easdem probationes (quoniam non facile quae
7 domi geruntur per alienos poterunt confiteri) uolumus obseruari. Si uero filio seu filiis,
filia seu filiabus extantibus repudium missum est, omne quidquid ex nuptiis lucratum est
filio seu filiis, filiae seu filiabus post mortem accipientis seruari, id est si pater temere
repudium miserit, donationem ante nuptias a matre seruari, si mater, dotem ipsam eidem
uel eisdem[1] filio seu filiae patre moriente dimitti censemus: patri uidelicet uel matri in
scribendis filiis heredibus, unum seu unam uel omnes si scribere uel uni ex his donare
7a uelit, electione seruata. Nec ullam alienandi seu supponendi memoratas res permittimus
facultatem: sed si aliquid ex isdem rebus defuerit, ab heredibus seu earum detentatoribus,
si tamen non ipsos heredes scripserit aut scripti filii non adierint, praecipimus resarciri,
8 ut etiam hoc modo inconsulti animi ad repudium mittendum detrimento retrahantur. Pactiones
sane, si quae aduersus praesentia scita nostrae maiestatis fuerint attemptandae, tamquam
legum contrarias nullam habere uolumus firmitatem. D. V ID. IAN. PROTOGENE ET
ASTERIO CONSS. a. 449
9 IMP. ANASTASIVS A. THEODORO. Si constante matrimonio communi consensu tam
mariti quam mulieris repudium sit missum, quo nulla causa continetur, quae consultissi-

*CRM*

[1] seruari eidem uel eisdem, si mater, dotem ipsam (*Mommsen*)?

1 necessario *R* 3 nisi uen.] siue uen. *C* | nec ullo] nullo $M^a$ 4 plagariam *R* | sepulchrorum] $W^b$, sepultorum (—turum $M^a$) *CRM* 5 uirorum *om. C* 6 et] aut *M* | probabilis $C^a$ 7 certensibus *R*, syrcensibus $M^a$ 8 se] si $C^a$ 10 crimine $C^aRM^a$ 11 ingentem $R^a$ | discedenti *C* 12 obseruauerit *C* | ultrice $M^b$, ult** $R^a$ 14 amittet *CR* | habet *R* 16 illud nol.] nullum uol. *R* 17 nuncupri $M^a$ 18 donacionis lucra *M* 24 ingaeretur *M* 25 aliquidius $M^a$ 26 plagiis *M* 29 filia] seu f. *R* | lucratus *R*, luctu* $M^a$ 30 filiae filiis *R* 31 mater] matre *uel* matrem $M^a$, mater temere repudium miserit *R* 33 unam] una *M* | si (* $M^a$) scr. uel uni ex (ex *om.* $M^a$) his don.] *M*, scr. uel uni ex his don. si *CR* 34 seu *bis* $M^a$ 36 aderint $R^a$ 37 etiam *om. CR* 38 si quae] sine $C^a$ 39 *s. a. Hal.* 41 imp.] imp. c. *R* | theodoro] *SCR?*, th. pp. *Hal., non constat de M*

mae constitutioni diuae memoriae Theodosii et Valentiniani[1] inserta est, licebit mulieri non
quinquennium expectare, sed post annum ad secundas nuptias conuolare. D. XV K. MART.
ANASTASIO A. II CONS. a. 497
10 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. In causis iam dudum specialiter definitis, ex qui-
bus recte mittuntur repudia, illam addimus, ut, si maritus uxori ab initio matrimonii usque
ad duos continuos annos computandos coire minime propter naturalem imbecillitatem ualeat,
possit mulier uel eius parentes sine periculo dotis amittendae repudium marito mittere, ita
tamen, ut ante nuptias donatio eidem marito seruetur. D. III ID. DEC. DN. IVSTINIANO A.
PP. II CONS. a. 528
11 [2]IDEM A. HERMOGENI MAGISTRO OFFICIORVM. Iubemus, ut, quicumque mulierem cum
uoluntate parentium aut, si parentes non habuerit, sua uoluntate maritali adfectu in matri-
monium acceperit, etiamsi dotalia instrumenta non intercesserint nec dos data fuerit, tam-
quam si cum instrumentis dotalibus tale matrimonium processisset, firmum coniugium eorum
1 habeatur: non enim dotibus, sed adfectu matrimonia contrahuntur. Si quis autem eam,
quam sine dote uxorem acceperat, a coniugio suo repellere uoluerit, non alias ei hoc
1a facere licebit, nisi talis culpa intercesserit, quae a nostris legibus condemnatur. Si uero sine
culpa eam reiecerit uel ipse talem culpam contra innocentem mulierem commiserit, com-
pellatur ei quartam partem propriae substantiae pro rata portione persoluere, ut, si qui-
dem quadringentarum librarum auri uel amplius uir substantiam habeat, centum libras
auri mulieri praestet et nihil amplius, etsi quantamcumque substantiam possideat: sin uero
minus quadringentis libris auri puta[3] substantia eius fuerit, tunc quarta pars computatione
1b facta purae substantiae eius usque ad minimam quantitatem mulieri detur. Eodem modo
seruando et in mulieribus, quae indotatae constitutae sine culpa mariti constitutionibus
cognita eos repudiauerint uel ipsae culpam innocenti marito praebuerint, ut ex utraque
1c parte aequa lance et aequitas et poena seruetur. Hoc lucro quartae partis filiis quidem
non extantibus ipsis uiro et mulieri competenti et ab his quo modo uoluerint disponendo,
filiis autem et deinceps personis ex eodem matrimonio interuenientibus eis seruando ad
similitudinem dotis et propter nuptias donationis per omnia, quae super his statuta sunt.
2 Inter culpas autem uxoris constitutionibus enumeratas et has addimus, si forte uxor sua
ope uel ex industria abortum fecerit, uel ita luxuriosa est, ut commune lauacrum uiris
libidinis causa habere audeat, uel, dum est in matrimonio, alium maritum fieri sibi conata
2a fuerit. Et in his enim causis locum habere constitutiones sancimus, quae de culpa tam
mariti quam uxoris loquuntur, ut, quemadmodum dos et donatio propter nuptias perit, ita
et mulieres indotatae in quartam partem, quam et uiris et mulieribus ex hac lege destina-
2b uimus, amissionis periculum sustineant. Iudicio de moribus, quod antea quidem in antiquis
legibus positum erat, non autem frequentabatur, penitus abolito: omnibus etenim causis
requisitis et perlectis, quas antiquitas introducebat, nihil ualidum praeter eas, quas ante-
riores constitutiones et praesens dispositio introduxit, inuenimus. D. XV K. DEC. CON-
STANTINOPOLI DN. IVSTINIANO PP. A. III CONS. a. 533

*V* (*incipit u.* 6 annos) *P* (*c.* 11 *usque ad* 28 sunt [§ 2 *usque ad* 30 fecerit *suppl. p*]) *L* (*c.* 11 *usque ad* 30 fecerit) *CRM*

---

[1] *c.* 8 *h. t.* [2] *iunge* 1, 3, 53. 9, 13, 1 [3] pura (*u. i.*)?

---

1 duae $R^a$ | ualeriani $R^a$ 2 sed] si $R^a$ | *s. a. Hal.* 4 pp. *om. R* 5 illa *libri* | patrimonii $R^a$ 6 duos] uos *C*, suos $R^a$ 8 seruatur $R^a$ | *s. a. V Hal.* 9 pp. *om. Hal.* 10 idem] impr. iust. *S* | a.] aa. *PL* | magistri *SC* 11 parentum $RM^b$ | si *om.* $M^a$ | affectione $PL^a$?*R* 12 nec] ne *C* 15 uxor $P^a$ | hoc *om.* $CM^a$ 16 a *om. C* | si] sin *CM, deficit V* 17 eam] ea *C* | reiec.rit *V*, reicerit $PLCR^a$ 18 partem *om. PL* | ut] et *PLR* 19 quadrigentarum *VM*, quadringetarum *P* | *liberum V* | *uir] et si* quantam uir $P^a$ | habet *L* 21 quadrigentis $M^a$?, *fortasse et V* | pura $R^a$? 24 repudiauerunt *R* | cupam $L^a$ 25 aequa] et equa *R* | partes $R^a$ 26 ipsi $V^b$?$P^bLCR$ | competente *R*, competi $M^a$ | quo] qq̊ $R^a$ | uoluerit $R^a$ 28 sunt] sunt et cetera *P* 29 enuntiatas $R^a$ | addimus] dicimus $L^a$ 30 ope] opere *C* | uiris] iuris $M^a$, cum uiris $CR^bM^b$ 31 matrimonium $M^a$ 32 et *om.* $M^a$ | in *om. C* 33 perit] pert $V^a$ 37 requisitus *C* 38 *s. a. V Hal.* | xv] xii *Hal.* | constant. *om. Hal.* 39 pp. a. iii] a. ii *Hal.*

12 Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ὑπάρχῳ πραιτωρίων. Ζητήσεως εἰς ἡμᾶς ἐλθούσης [B 28, 7, 20 τοιαύτης τινὸς ἐκ τῆς Κωνσταντινίσων πόλεως, ἥπερ μία τῶν ἐπὶ τῆς Ὀσροηνῆς πόλεών ἐστι, ἔγνωμεν, ὡς παῖδές τινες πονηροὶ τοῖς ἑαυτῶν ἐπιβουλεύοντες πατράσιν παρὰ τὴν τῶν πατέρων γνώμην διέλυσαν τὰ πρὸς τὰς γαμετὰς συνοικέσια ταῖς γαμεταῖς *συνεργασάμενοι* ....... ‖ αὐταῖς την ......[1] τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς [εἴ]σπρα[ξ]ι[ν] * ‖ ἐντεῦθεν ι....... ‖ *οντας[2] προῖκας ἢ πρὸ γάμ[ο]υ δωρεὰς ἢ καὶ ὑποδεξα[μένους ὑποβάλ]λοντες τοιαύταις ἀπαιτήσεσιν του***[3] ἀπόρους τελευτᾶν παν... ‖ ***η*α****** δι' αἰσχύνην [4]κατ .. ‖ .... αἱ γαμεταὶ .... ‖ ἄποροι ....... ‖ ......... ‖ ......... ‖ .... θ[εσπ]ί-

*V*

---

[1] συνεργασάμενοι πρὸς τὸ ῥᾳδίαν αὐταῖς εἶναι τὴν τῆς προικὸς καὶ (*Zachariae*)? [2] εἴσπραξιν καὶ (*uel* κ,) ἐντεῦθεν τοὺς γονέας τοὺς ἐπιδόντας τάς (τάς *exciderit in V*)? [3] *reiecto supplemento* [ὑποβάλ]λοντες *Zachariae post* τοιαύταις *temptat* ἀπάταις ὥστε τοὺς μέν [4] *ad sequentia in Nou.* 22 *haec pertinent:* καὶ αὐτοὶ μὲν·ἴσως λάθρα συνῴκουν ἀλλήλοις, ἀπῄεσαν δὲ οἱ γονεῖς ἐζημιωμένοι καὶ ταύτην περὶ τοὺς παῖδας φιλανθρωπίας ἔχοντες τὴν ἀμοιβήν, *cf.* *BΣ*

---

1 constitutio greca *inter numerum et rubricam tituli sequentis W. c.* 12 *in solo V extat, in quo quae Bluhmio mihique apparuerunt, exemplum eiusdem libri a me editum p.* 9. 10 *accurate repraesentat: quamobrem incertiores ductus hoc loco omissi sunt. supplementa probabiliora intra uncinos quadratos supra proponuntur: uersus libri Veronensis, qui nisi ex parte legi non potuerunt, lineis* ‖ *distincti sunt: litterae euanidae, quorum de numero constat, stellulis numerantur, reliquos hiatus punctis expleuimus. — index Thalelaei in BΣ et B hic est:* πολλάκις ὑπεξούσιοι παῖδες μετὰ τῶν ἰδίων γαμετῶν τὰ πρὸς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων μηχανώμενοι ῥεπούδιον ἔπεμπον αὐταῖς μηδεμίαν ἔχοντες εὔλογον αἰτίαν, ὥστε τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀπαιτεῖσθαι καὶ τὴν προῖκα ἣν ὑπεδέξαντο καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν ἣν ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιήσαντο· ἔμενον δὲ αὐτοὶ καὶ λυθέντος δῆθεν τοῦ γάμου ταῖς οἰκείαις γαμεταῖς συνόντες λαθραίως. ὅθεν ἡ παροῦσα διάταξις βούλεται μήτε ὑπεξουσίους μήτε αὐτεξουσίους παῖδας, μήτε ἄρρενας μήτε θηλείας, δύνασθαι διαλύειν τοὺς οἰκείους γάμους εἰς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων ἢ μητέρων τῶν τὰς προῖκας ἢ τὰς πρὸ γάμου δωρεὰς ἐπιδεδωκότων ἢ ὑποδεξαμένων. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ συστάσει τοῦ γάμου περιμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίνεσιν, οὕτως μὴ διαλύεσθαι τοὺς γάμους τῶν παίδων παρὰ γνώμην αὐτῶν. εἰ δὲ καὶ πεμφθῇ παρὰ γνώμην τῶν γονέων (εἰ δὲ καὶ παρὰ γν. τῶν πατέρων γίνεται *Fabrot.*) διαζύγιον, μὴ ἁρμόζειν κατ' αὐτῶν τὴν τῆς προικὸς ἢ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἀπαίτησιν, εἰ καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασι ταῦτα ἢ ὑπεδέξαντο· ἀλλ' αὐτὸν τὸν υἱὸν ἢ τὴν θυγατέρα τοὺς πέμψαντας ἀλόγως τὸ διαζύγιον ὑποκεῖσθαι τῇ τοιαύτῃ μεθοδείᾳ. ἄτοπον γάρ ἐστιν τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ υἱοῦ μὴ δύνασθαι λύειν τὸν γάμον αὐτοῦ, τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτετράφθαι, ἴσως καὶ ἐλάττοσι τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν ὑπάρχουσι καὶ μὴ τὸ συμφέρον ἐπισταμένοις, ἢ κακίστῃ γνώμῃ περὶ τοὺς γονέας κεχρημένοις λύειν παρὰ γνώμην αὐτῶν τὸν ἴδιον γάμον. *repetitur haec constitutio in Nou.* 22 *c.* 19: ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον ἡμῖν εὐσεβές τε ἅμα καὶ χαρίεν ἐξευρημένον, ἔνθα καὶ ῥεπουδίων σταλέντων οἱ γάμοι μένουσιν ἔτι. τὰς γὰρ τῶν ὑπεξουσίων πονηρίας περὶ τοὺς πατέρας κωλύοντες (ἐπειδή τινας εὕρομεν ἐξεπίτηδες ῥεπούδια γράφειν σπεύδοντας καὶ πέμπειν ταῖς αὐτῶν γαμεταῖς ἢ καὶ τοὐναντίον μηδεμιᾶς εὐλόγου παντελῶς ὑπούσης αἰτίας διαλύειν τοὺς γάμους, ὥστε τοὺς αὐτῶν γονεῖς ὑποβάλλεσθαι ταῖς ἐκτίσεσι τῆς προικὸς ἢ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ὡς δὴ διαλυθέντος τοῦ γάμου, καὶ αὐτοὶ μὲν ἴσως λάθρα συνῴκουν ἀλλήλοις, ἀπῄεσαν δὲ οἱ γονεῖς ἐζημιωμένοι καὶ ταύτην τῆς περὶ τοὺς παῖδας φιλανθρωπίας ἔχοντες τὴν ἀμοιβήν) νόμον ἐγράψαμεν βουλόμενον μήτε ὑπεξουσίους μήτε αὐτεξουσίους (ἐμαγκιπάτους *Laurent.*) παῖδας, μήτε ἄρρενας μήτε θηλείας δύνασθαι διαλύειν τοὺς γάμους εἰς τὴν τῶν οἰκείων βλάβην πατέρων ἢ μητέρων, οἳ τὰς προῖκας ἢ τὰς προγαμιαίας δωρεὰς ἐπιδεδώκασιν ἢ ὑπεδέξαντο μόνοι ἢ καὶ μετὰ τῶν παίδων, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ συστάσει τῶν γάμων ἀναμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίνεσιν, οὕτως οὐδὲ διαλύεσθαι τοὺς γάμους συγχωροῦμεν ἐπὶ τῇ τῶν γονέων βλάβῃ παρὰ τὴν ἐκείνων γνώμην. ἀλλ' εἰ καὶ πεμφθείη ῥεπούδιον, ἁρμόζειν κατ' αὐτῶν τὴν εἴσπραξιν τῶν ποινῶν οὐ συγχωροῦμεν, εἴτε αὐτοὶ δεδώκασι ταῦτα ἢ ὑπεδέξαντο ἢ καὶ συνυπεδέξαντο. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοι λόγον τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ παιδὸς μὴ δύνασθαι διαλύειν τὸν γάμον, τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτρέπειν, ἴσως καὶ ἐλάττοσι τὴν ἡλικίαν οὖσι καὶ μηδὲ τὸ σύμφερον ἐπισταμένοις, λύειν παρὰ τὴν τῶν πατέρων γνώμην τὸν γάμον κἀντεῦθεν τοὺς πατέρας ἀδικεῖν 2 κωνσταντινίσων] *sic, non* —ισίων, *V* | πόλεών] πολεως *V*[a] | εγνωσμεν *V*[a] 4 συνεργασάμενοι .......] γυναιρ(*uel* κ)ας (*uel* γυναιξιν) α*μεναισατε ατ (*uel* πο *uel* μ *pro* ατ) ραδιαν (*uel* ρασραν) *legit Bluhme*, *υναιξ*****ν****ναι****ν (*praeter ultimam* ν *dubia*) *ego:* συνεργασάμενοι *restituit Zachariae* | την] *Bluhme*, τη (η *dubia*) *ego* 5 *in* εἴσπραξιν *desinat uersus an pauca adhuc euanuerint, incertum est* | ἐντεῦθεν ι.......] εντευθεντητουινδινοαπταστα *Bluhme*, εντευθενι**********α(?)**ια*τ* *ego* 6 *ante* ἀπόρους *Bluhme legit* μον, *ego* μ*ν *dubia* | ***η*α******] αλλη γαρ εστιν *Bluhme*, α(?)**ηγαρεστιν (*de omnibus praeter* η *et* α *altera dubitans*) *ego* 7 .... αἱ γαμεταὶ ....] αντι**καισιαιγαμεταιηοιτι ... *Bluhme*, α***ιαι***α*αιγαμειαιο ... *plerisque dubiis ego: uersum sequentem Bluhme ita legit* αιτοροιψιοσοαρηκατιναιτηνκισιν, *unde* ἄποροι *restitui* | .... θεσπίζομεν] ****ιε**ν*σο***ηξομεν *V*?

ζομεν . . ‖ . . . . . . . . . ‖ . . . . . . . . . ‖ . . . . .[1] εἴτε ἄρρενες ε[ἴτε] ‖ θήλειαι, *διαλ*[ύε]ιν τὰ πρὸς τοὺς [ὁ]μοζύγ]ους κατα[στάντα] συ[νοι]‖κέ[σια] εἰς βλάβην καὶ ζημίαν τῶν ‖ [τὰς προῖ]κ[α]ς [ἢ τὰς] πρ[ὸ] γάμου δωρεὰς ἐπιδεδωκότων ἢ ὑποδεξαμένων γονέων ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν· καὶ ὥσπερ ὁ γάμος οὐκ ἂν **‖*****[2] εἰ μὴ συναινέσει τῶν ἐχόντων [τοὺς] παῖδας ὑπε[ξ]ουσίους [οὕ]‖τως οὐδὲ λύειν τοὺς γάμους παρὰ γνώμην] τῶν γονέων . . ‖ . . . . κἂν εἴ τι τοιοῦτο παρὰ τῶν παίδων [με]λετηθείη, μηδεμίαν εἶναι κατὰ τῶν γονέων εἴσπραξιν προικὸς ἢ προγαμιαίας δωρεᾶς, κἂν εἰ τύχοιεν αὐτοὶ ταύτας ἐπιδεδωκότες ἢ ὑποδεξάμενοι, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν τοῦτο πεπραχότα φέρεσθαι καὶ τὸν ἐντεῦθεν κίνδυνον· ταύτην γὰρ τῆς κακουργίας ἐπιτίθεμεν τὴν ποινὴν τοῖς οὕτως ἀσεβῶς τοῖς πράγμασι χρωμένοις, ὡς καὶ ἑαυτοῖς αἰσχύνην καὶ τοῖς γεγεννηκόσιν τὴν ἐντεῦθεν ἐνάγειν ἀπορίαν. καὶ γὰρ ἀνόητον . . .[3] καὶ [ἄτ]οπον τοῖς μὲν πατράσιν ἀπηγορεῦσθαι, καθάπερ Μάρκῳ τῷ φιλοσοφωτάτῳ τῶν αὐτοκρατόρων ἐδόκει, δίχα τῆς τῶν παίδων συναινέσεως διαλύειν τὸν γάμον μεγάλης ἐκτὸς καὶ ἀπαραιτήτου προφάσεως, τοῖς δὲ παισὶν ἴσως καὶ νέοις οὖσιν καὶ οὐδὲ τὸ συμφέρον ἐπισταμένοις ἢ καὶ ἐξεπίτηδες, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, κακουργοῦσιν δοθῆναι παρρησίαν ἑαυτοὺς μὲν αἰσχύνειν, ζημιοῦν δὲ τοὺς γεγεννηκότας. D. III ID. AVG. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO PP. A. IIII ET PAVLINO VC. CONSS. a. 53

# XVIII

# ℞ SOLVTO MATRIMONIO DOS QVEMADMODVM PETATVR ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. GEMINAE. Dubium non est post aestimationem dotis pactione uel stipulatione interposita, ut ipsae res, si dissoluto matrimonio extarent, uxori reddantur, ancillas cum partu ex stipulatu iudicio restitui oportere. PP. III ID. APRIL. LATERANO ET RVFINO CONSS. [B 28, 8, 65] a. 19

2 IDEM AA. AQVILIAE. Secundum rationem iuris existimas restitui tibi debere dotem a fisco, qui bona damnati patris tui suscepit. licet enim uiro quondam tuo pater tuus heres extiterit, attamen iuri tuo hoc derogari non potest, cum et ipse pater sine uoluntate tua nec exigere nec accipere dotem poterat. PP. PRID. NON. APRIL. APRO ET MAXIMO CONSS. [B 28, 8, 66] a. 20

3 IMP. ANTONINVS A. HOSTILIAE. Si ignorans statum Erotis ut liberum duxisti et dotem dedisti isque postea seruus est iudicatus, dotem ex peculio recipies et si quid praeterea tibi debuisse eum apparuerit. filii autem tui, ut ex libera nati incerto tamen patre, spurii ingenui intelleguntur. PP. VI K. SEPT. LAETO II ET CEREALE CONSS. [B 28, 8, 67] a. 21

4 IDEM[4] A. APOLLONIO. Dos a patre profecta, si in matrimonio decesserit mulier filia familias, ad patrem redire debet. PP. XVI K. SEPT. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. [B 28, 8, 68] a. 22

*V P* (18 ℞ 4) *L* (18 ℞ 4) *CR* (*u.* 27 si ignorans ... 31 idem a. a *suo loco omittit, deinde c.* 3 *integram post c.* 5 *habet*) *M*

---

[1] *sic fere explendum:* μὴ δύνασθαι τοὺς παῖδας, εἴτε ὑπεξούσιοι εἴτε *emancipa*τοι εἰσίν [2] ἰσχύσειεν? [3] ἂν ἦν *fere requiritur* [4] *debuit esse* imp. Alexander

---

1 *ante* εἴτε ἄρρενες *dubia haec legi* οραν ‖ ρατοπ**σιν: *in prioribus latere* emanci ‖ πατοι *uidit Zachariae* | διαλύειν] ιιιχα**ιν *V?* | τοὺς ... 2 συνοικέσια] *Zachariae,* τουμ* ‖ *****ουσ κατα*******συ** ‖ κε*** *V?* 2 ζημίαν] ξ *pro* ζ *legit Bluhme, cf. Prochiron* 4, 21: οὐ δύνανται οἱ παῖδες διαλύειν τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν γάμους εἰς βλάβην καὶ ζημίαν τῶν ὑπὲρ αὐτῶν τὰς προῖκας ἢ τὰς προγαμιαίας δωρεὰς δεδωκότων 3 ὥσπερ] πρεπερ *V?* 4 **‖*****] *post* ‖ *uidentur apparere* λυθεη *adiecto fortasse* ι *supra uersum inter* ε *et* η: *antecedens uersus in* ἂν *desinat an, sicut supra spatii ambitum secutus suppleuimus, litterae circiter duae perierint, non constat* 5 μελετηθείη] **λστιιθειι *V?,* ἁμαρτηθείη *Zachariae* 9 ἀνόητον ... καὶ ἄτοπον] ανοητων*‖ο*εται**αιιον *V?: post* ‖ *Bluhme legit* ωμ(*uel* σατ)ετα κατ αξιον 10 φιλοσοφωτα *V*[a] 14 aug.] a. *uel* a**. *V* 17 soluto] de sol. *PLR*[a], *deficit V* | quemadm. dos *PL, deficit V* 19 aa.] a. et c. *S, deficit V* | geminae] *SC*, geminie *M*, gemillae *R*, *deficit V* 20 interpositam *M*[a] | ut] ut et *CR contra B* 21 ancillas] et anc. *M*[b] *cum B* | ex stipulatu] *CR cum BΣ* (κ.π.), stipulati *V*, stipulat *M*[a], stipulanti *M*[b] | *s. a. V Hal.* 23 aa.] a. et c. *S* | aquirie *M* 25 heredes *R* 25 poterat dotem *CR* | *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* 28 antonius *M*[a] | hostiliae] *M*, hostilio *SV*, hostile *R*, utilio *C* | ignoras *RM*[a] 29 dixisti *V*, d**isti *M*[a] | isque] et is *R* 30 eam *C* 31 *s.a. V Hal.* | VI] III *Hal.* | II *om. Hal.* | cereali *Hal.* 32 idem] imp. ant. *PL* | pollino *R* | matrimonio] m. tuo *R*[a] 33 *s. a. V Hal.: in PL est subscriptio c.* 8 | XVI] *V*, XVIII *Hal.* | fusco] fausto *V* | II *om. Hal.*

5 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS C. TAVRO. Si quidem uiuit apud hostes uxor tua, nondum frater eius quasi heres dotem repetere potest. si uero diem functa est et hereditatem eius possit uindicare, dotis quoque repetitio ei iure competit, cum in stipulatum deducta sit. PP. II NON. MAI. AEMILIANO ET BASSO CONSS. [B 28, 8, 69] a. 259

6 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ALEXANDRIAE ET NERONI. Si [B 28, 8, 70]
circumscripta matre uestra uiliore pretio dotales res aestimatae sunt, quid super huiusmodi
1 contractuum uitio statutum sit, uulgo patet. Proinde si dolosis artibus mariti circumuentam matrem uestram iniqua aestimatione circumscriptam apud praesidem prouinciae euidentibus probationibus ostenderitis, quando possidentibus uobis ad obtinenda praedia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur, sciet, quatenus religionem iudicationis suae tem-
2 perare debeat. Sin autem etiam maritus in aestimatione grauatum se adleget, ueritate
3 examinata non amplius quam pretium iustum restituere compellatur. Haec tum locum habent, cum res in natura sunt. si tamen extinctae sint, pretium, quod dotali instrumento inditum sit, id[1] considerabitur. PP. VII K. NOV. IPSIS AA. CONSS. a. 290 uel 293

7 IDEM AA. ET CC. EROTIO. Filiae pecuniam adimere, quam habes in potestate, minime prohiberis. nam si pro ea dotem dedisti, hanc constante matrimonio ne consentiente quidem ipsa, matrimonio autem dissoluto inuita repetere non potes. S. V ID. FEBR. SIRMI CC. CONSS. [B 28, 8, 71] a. 294

8 IDEM AA. ET CC. SALLVSTIAE. Nec maritus, licet post diuortium in quantum facere possit condemnandus est, post idoneus factus, qui non reddiderat integrum, residuam probabiliter solutionem recusat. at cum eius heredes in solidum conueniendos non ambigitur, ne cum his soluendo factis experiri non possis, superstitiosam geris sollicitudinem. D. XIII K. APRIL. SIRMI CC. CONSS. [B 28, 8, 72] a. 294

9 IDEM AA. ET CC. MARCIAE. Dotis actione successores mariti super eo, quod ei dotis nomine fuerat datum, conuenire debes. ingrediendi enim in possessionem rerum dotalium, heredibus mariti non consentientibus, sine auctoritate competentis iudicis nullam habes facultatem. S. *D.* VIII K. NOV. CC. CONSS. [B 28, 8, 73] a. 294

10 IDEM AA. ET CC. EPIGONO. Si socero filiae tuae dotem dedisti, licet in eius positus potestate gener tuus rebus humanis exemptus sit, tamen non de peculio, sed in solidum a te consentiente filia conuentum eum satis oportet facere. S. VII ID. NOV. HERACLIAE CC. CONSS. [B 28, 8, 74] a. 294

11 [2]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MARINIANO PP. Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus, dos, quae data dicitur uel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad eam[3] reuertatur, nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat uindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. D. III NON. NOV. RAVENNAE HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. [Th. 3, 13, 3] a. 422

*V* (*desinit in u.* 2 hostes) *P* (18, 10. 11) *L* (18, 10. 11) *CRM*

[1] id *del.* (*edd.*) [2] *iunge* 5, 1, 4. 5, 9, 4. 5, 19 1. *Th.* 3, 5, 12 [3] feminam *Th.*

1 i. (*pro* impp.) ualcrius gal'i. et ualens aaa. et c. *S*, imppp. ualens galianus et ualerianus aa. cons. $M^a$ | ualentinus *C* | gallienus] gallerianus *R* | c.] comes *R*, cons. $M^a$ (*u. s.*) | tauro *om.* *S* 2 repere $R^a$ 3 die *R* | et *om.* $R^aM^a$ 4 *s. a. Hal.* 5 aa.] aa. et c. *S: si constitutio anni* 293 *est, scribendum est* aa. et cc. | et ueroni *CM*, *om.* *S* 6 dotalis $M^a$ 7 contractus $CM^a$? 8 inqua $M^a$? aestimacionem $M^a$ 9 quando] et q. *C*, *inc.* $M^a$ 11 aestimationem *CM* | gratum $R^a$ 12 tunc $RM^b$, *inc.* $M^a$ 13 habeant *R* | sunt] *N*, sint *CRM* | sint *om.* $CM^a$ 14 *s. a. Hal.* 15 et cc. *om.* *R* | erotio] *S*, herotico *R*, eratio *M*, herotioni *C* | potestatem $M^a$ 16 per eam $M^a$ | nec] nec *RM* 17 non *om.* $R^a$ | potest $M^a$ | *s. a. Hal.* 19 et cc. *om.* *R* | sallustriae *RM* 20 condempnatus $R^a$ | reddiderit *R* 21 residuum $C^aM^a$? | at] aut *C* 22 ambigatur $R^a$ | ne] nec $RM^a$ | possit $C^a$, possis $M^a$ | solitudinem *R* 23 *s. a. Hal. et PL ad c.* 4 | d. XIII] pp. xuii *PL* | sirmi cc. conss. *om.* *PL* 24 et cc. *om.* *R* | successione $M^a$? 25 ei] eis $M^a$?, *om.* *C* | possessione $M^a$ 27 habet $R^a$ | *s. a. Hal.* | d.] dat. *Hal.* 28 idem] impp. dioc. et max. (d. et m. *in litura* $R^a$) $PLR^a$ | et cc. *om.* $PLCR^b$, *inc.* $R^a$ | epigono] *S*, epygonio *C*, epigorio *R*, epigo *M* 29 exeptus *R* | non *om.* $C^a$? 30 *s. a. Hal.* 32 imp. *L* | theodorus *R* | mariano *PLCR* | pp. *om.* *R* 35 maritalis] moritus $R^a$ | *s. a. Th. Hal.* | III non. nou.] non. decembr. *Hal.* 36 XIII et th. x] VIII et th. III (= *a.* 409) *Hal.*

## XVIIII

## ℞ SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLVTA FVERIT ℞

1 [1]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MARINIANO PP. Si constante matrimonio a marito uxori dos sine causa legitima[2] refusa est, quod legibus stare non potest, quia donationis instar perspicitur obtinere, eadem uxore defuncta ab eius heredibus cum fructibus ex die refusae dotis marito restituatur, ita ut proprietas eiusdem liberis ex eadem susceptis alienari contra leges[3] a marito non possit. D. III NON. NOV. RAVENNAE HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. [Th. 3, 13, 3 B 28, 9, 1] a. 422

## XX

## ℞ NE FIDEIVSSORES VEL MANDATORES DOTIVM DENTVR ℞

1 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO PP. Siue ex iure siue ex consuetudine lex proficiscitur, ut uir uxori fideiussorem seruandae dotis exhibeat, eam iubemus aboleri. D. VIII NON. SEPT. EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. [B 28, 9, 2] a. 381

2 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Generali definitione constitutionem pristinam ampliantes sancimus nullam esse satisdationem uel mandatum pro dote exigendum uel a marito uel a parte eius uel ab omnibus qui dotem suscipiunt. si enim credendam mulier se suamque dotem parti mariti existimauit, quare fideiussor uel alius intercessor exigitur, ut causa perfidiae in conubio eorum generetur? D. X[4] K. AVG. LAMPADIO ET ORESTA CONSS. [B 28, 9, 3] a. 530

## XXI

## ℞ RERVM AMOTARVM ℞

1 IMP. ALEXANDER A. POLYDEVCAE. Compensationis aequitatem iure postulas. non enim prius exsolui quod debere te constiterit aequum est, quam petitioni mutuae responsum fuerit, eo magis, quod ea te persequi dicis, quae[5] diuortii causa amota
1 quereris. Cum igitur apud competentem iudicem ex stipulatu conueniaris, apud eundem doce tui iuris res ablatas esse. PP. XVI K. DEC. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. [4, 31, 6 B 28, 11, 31] [(4, 31, 6)] a. 229

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. SERENO. Diuortii gratia rebus uxoris amotis a marito uel ab uxore mariti rerum amotarum edicto perpetuo per- [B 28, 11, 32]

*P* (21) *L* (21) *CRM*

---

[1] *iunge* 5, 1, 4. 5, 9, 4. 5, 18, 11. *Th.* 3, 5, 12 [2] sine causa legitima *om. Th.* [3] contra leges *om. Th.* [4] x *fortasse delendum* (*Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 178) [5] a muliere *inserit l. gem.*

---

2 soluto $M^a$ 3 impp. h. et th.] idem *R*, impp. *M* | aa.] aa. et c. *S* | mariano *CRM* 4 matmonio *R* 5 prospicitur *CR* | ead.m $M^a$, *om. R* 6 marito *ante* 5 ab *collocat Th. contra BΣ* (*κ.π.*) 7 liberis] a lib. *Th.*: παίδων ἐξ αὐτῆς συλληφθέντων *BΣ* (*κ.π.*) | posset $R^a$ | *s. a. Th. Hal.* | III] v *Hal.* 8 rauennae *om. Hal.* | VIII et theod. III (= *a.* 409) *Hal.* 10 ne] de *S* 11 deatur *R* 12 impp. *CR* | ualentinus *M* | aa. *CR* | canegio *R* 13 ex cons.] cons. *M* | proficiscatur $RM^b$ 14 *s. a. Hal.*: *Gothofredus recte monuit consules non quadrare ad praefecturam Cynegii, quae ad annos* 384—389 *pertinet* 15 a. *om. R* | pp. *om. R* 17 parte] $R^b$ *cum B* μέρους, patre $CR^aM$ | ominibus *R* | credendam] *R*, cr. esse *CM* 18 pacti $R^a$, part. $M^a$ | existimabit *CM*, extimabit *R* 19 *s. a. Hal.* 22 rerum amouitarum *R*, rebus amotis $M^a$, de rebus amotis $M^b$ 23 polidoche *S*, policaudeucae $L^a$, polideuci *C*, pollidencae *R*, apolideuci *M* 24 postulat $R^a$ | deberi $C^a$ 25 mutuae] tuae $R^a$ | ea] a $PLC^aR^a$ | amota] amara $R^a$ 27 *s. a. Hal. PL* | pp. XVI] pp. dat. v *Hal.* 29 et cc. *om. R* | seseno *R*, seuero *C* 30 a marito amotis *RM*

mittitur actio. constante etenim matrimonio neutri eorum neque poenalis neque famosa actio competit, sed de damno in factum datur actio. D. v k. Oct. ipsis AA. conss. a. 293

3 Idem AA. et CC. Qvartioni. De rebus, quas diuortii causa quondam [B 28, 11, 33] uxorem tuam abstulisse proponis, rerum amotarum actione contra successores eius non in solidum, sed quantum ad eos peruenit, quod si res extent, dominii uindicatione uti non prohiberis. D. v [1] non. Dec. ipsis AA. conss. a. 293

## XXII

## ℞ NE PRO DOTE MVLIERI BONA MARITI ADDICANTVR ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Apollinariae. Vt [B 28, 11, 34] uxori pro dote addicantur bona quondam mariti, iure prohibitum est. sane si nullo relicto successore non idoneus decessit, secundum iuris formam, quatenus successionis modus patitur, indemnitati tuae consulere non prohiberis. D. v [1] non. Dec. AA. conss. a. 293

## XXIII

## ℞ DE FVNDO DOTALI ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Didae. Si aestimata praedia data [B 29, 6, 19] essent in dotem et conuenisset, ut electio mulieri seruetur, nihilo minus lex Iulia locum habet. est autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur. PP. xii k. Mart. Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

2 Imp. Gordianvs A. Domitianae. Mariti, qui fundum communem cum alio [B 29, 6, 20] in dotem inaestimatum acceperunt, ad communi diuidundo iudicium prouocare non possunt, licet ipsi possint prouocari. PP. v non. Oct. Gordiano A. ii et Pompeiano conss. a. 241

## XXIIII

## ℞ DIVORTIO FACTO APVD QVEM LIBERI MORARI VEL EDVCARI DEBENT ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Caelestinae. Licet neque nostra neque diuorum parentium nostrorum ulla constitutione caueatur, ut per sexum liberorum inter parentes diuisio celebretur, competens tamen iudex aestimabit, utrum apud patrem an apud matrem matrimonio separato filii morari ac nutriri debent. S. xvi k. Ivl. Beroae CC. conss. [2] a. 294

*V* (*incipit u.* 26 diuorum) *P* (21. 22 [23, 1 *p*]) *L* (21. 22. 25 ℞ 1...3. 23, 1) *CRM*

---

[1] ii? [2] Iun. Beroae AA. conss. (= *a.* 293: *Mommsen*)?

---

1 corum *R* 2 competit actio *R* | *s. a. Hal. PL* | d. v] sub die uii *PL* | ipsis *om. PL* 3 et cc. *om. R* | quartino *C* 5 quantitatem $M^a$ 6 *s. a. Hal.* 8 ne] de *S* | mulieris *L* | mariti] *SR*, quondam mariti (*ex u.* 10) *PLCM* | abdicantur *C*, addentur $R^a$ 9 impp. diocl. et max.] *C*, idem *PLR*, impp. $M^a$, impp. idem $M^b$ | et c. *S*, *om. PLCRM* | apollinari *S*, adplinariae *M* 10 nulle $M^a$ 11 formam iuris *R* 12 *s. a. Hal.* 15 imp. *C* | aa.] aa. et c. *S* | didae] *SpLRM*, didiae *C* 16 et *om.* $M^a$ | lectio $R^a$ 17 omnes $R^a$ | *s. a. Hal. pL* | pp.] pp. dat. *Hal.* | xii] iii *pL* 19 domitianae] *C*, dominicae *R*, domitiae *M* 21 possint] possunt $CR^bM^a$, *inc.* $R^a$ | *s. a. Hal.* 23 facta $SM^a$ 24 deducari *R* | debent] *SR*, debeant *CM* 25 et c. *S*, *om. RM* 26 parentum $CRM^b$ | constitutio $R^a$ | caueetur *C* 27 apud patrem an *om.* $V^a$ 28 debent] $VQ^a$, debeant *CRM* | *s. a. V Hal.* | xvi] viii *Hal.* | ueronae *Hal.* 29 cc. *om. V*

## XXV

## ℞ DE ALENDIS LIBERIS AC PARENTIBVS ℞

1 Imp. Pivs A. Basso. Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est. B 31, 6, 10 Sine die et consvle.

2 Divi fratres Celeri. Competens iudex a filio te ali iubebit, si in ea B 31, 6, 11 facultate est, ut tibi alimenta praestare possit. D. id. April. ipsis *III* et *II* AA. conss. a. 161

3 Idem AA. Tatianae. Si competenti iudici eum, quem te ex Claudio enixam B 31, 6, 12 esse dicis, filium eius esse probaueris, alimenta ei pro modo facultatum praestari iubebit. idem, an apud eum educari debeat, aestimabit. PP. xiii k. Mart. Romae Rvstico et Aqvilino conss. a. 162

4 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Sabino. Si patrem tuum officio debito promerueris, paternam pietatem tibi non denegabit. quod si sponte non fecerit, aditus competens iudex alimenta pro modo facultatium praestari tibi iubebit. quod si patrem se negabit, quaestionem istam in primis idem iudex examinabit. PP. non. Febr. Laterano et Rvfino conss. a. 197

## XXVI

## ℞ DE CONCVBINIS ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad popvlvm. Nemini licentia concedatur constante matrimonio concubinam penes se habere. PP. xviii k. Ivl. Caesareae Constantino A. vii et C. conss. a. 326

## XXVII

## ℞ DE NATVRALIBVS LIBERIS ET MATRIBVS EORVM ET EX QVIBVS CASIBVS IVSTI EFFICIVNTVR ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad Gregorivm. Senatores seu Th. 4, 6, 3. cf. Nou. Marc. 4, 1 perfectissimos, uel quos in ciuitatibus duumuiralitas uel sacerdotii, id est Phoenicarchiae uel Syriarchiae[1], ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiae et alienos[2] a Romanis legibus fieri, si ex ancilla uel ancillae filia uel liberta uel libertae filia[3] uel scaenica uel scaenicae filia uel ex tabernaria uel ex tabernarii filia uel humili uel abiecta uel lenonis aut harenarii filia uel quae mercimoniis publicis praefuit susceptos filios in numero legitimorum habere uoluerint aut proprio iudicio aut nostri praerogatiua rescripti: ita ut,

*V P* (25, ℞ 1. 2 [3 *p*] 4) *L* (25 ℞ 1...3. 23, 1. 25, 4) *CR* (26 *om.* $R^a$) *M*

[1] duumuiralitas uel quinquennalitas uel flaminis uel sacerdotii prouinciae (*om.* id ... Syriarchiae) *Th.*, *cf. Nou.* 89 *c.* 15 [2] peregrinos *Th.* [3] siue Romana facta seu Latina *ins. Th.*

2 alendo *S* | ac (a $CM^a$) parentibus] a parentibus uel parentibus a liberis *R*, *deficit V* 3 a. *om. PC*, *deficit V* 4 *s. a. V Hal. M* | et conss. *V*, *om. M* 5 celeris *R* 6 *s. a. V Hal. PL* | III et II aa.] iu et iii aa. *VPL*, et *Hal.* 7 aa.] aaug. *R*, a. *M*, a. et c. *S* | iudici eum] iudicum $R^a$ | te *om. pL* | claudiano *pL* | exnixam *p* 9 educari] *e*dicari $M^a$ | *s. a. V Hal. pL* | k. ... 10 conss. *om. pL* | rusticio *V* 11 impp. ... aa.] idem aa. (a. *R*) *PLR* 13 facultatum *PLR*, faculta**ium $M^a$ | tibi *om. R* 14 *s. a. V Hal. PL* | laterano ... 15 conss. *om. PL* 18 a. *om.* $M^a$ 19 *s. a. V Hal.* | pp.] *V*, d. *Hal.* | XVIII] xix *V?* | caes. const. a. uii et c. conss. (a. uii et c. conss. *dubiis*) *V*, constantinis patre et filio coss. *Hal.* 22 et ex] et *C*, et uxoribus et ex $R^a$, *om.* $M^a$ 23 quibus] tribus $R^a$, matribus $R^b$ | effitiantur *M* 25 praefectissimos *C* | duumuirilitas *R* | phenicarphiae *R* 26 syniarchiae *C*, simarchiae *R*, siriaearchae *M* | placent $M^a$ 27 ancilla (ancillam *V uel* $V^a$) uel ancillae] uel ex ancilla *C* | liberta uel *om.* $M^a$ 28 tabernarii] tabernariae *CR* | abiecta] auiecta $V^a$? 29 uel *bis* $V^a$ | marcimoniis $R^a$ | publice $CR^a$ 30 uoluerint] *CR Th.*, uoluerunt *VQ* | aut *om. M* | aut *om.* $M^a$

quidquid talibus liberis pater donauerit, siue illos legitimos seu naturales dixerit, totum
1 retractum legitimae suboli reddatur aut fratri aut sorori aut patri aut matri. Sed et[1]
uxori tali quodcumque datum quolibet genere fuerit uel emptione collatum, etiam hoc
retractum reddi praecipimus: ipsas etiam, quarum uenenis inficiuntur animi perditorum,
si quid quaeritur uel commendatum dicitur, quod his reddendum est quibus iussimus aut
2 fisco nostro, tormentis subici iubemus. Siue itaque per ipsum donatum est qui pater dici-
tur, uel per alium siue per interpositam[2] personam, siue ab eo emptum uel ab alio, siue
ipsorum nomine comparatum, statim retractum reddatur quibus iussimus aut, si non existunt,
3 fisci uiribus uindicetur. Quod si existentes et in praesentia rerum constituti agere nolue-
4 rint pacto uel iureiurando exclusi, totum sine mora fiscus inuadat. Quibus tacentibus et
dissimulantibus a defensione fiscali duum mensuum tempora limitentur, intra quae si non
retraxerint uel propter retrahendum rectorem prouinciae interpellauerint, quidquid talibus
filiis uel uxoribus liberalitas impura contulerit, fiscus noster inuadat, donatas uel commen-
datas res sub poena quadrupli seuera quaestione perquirens. LECTA XII K. AVG. CAR-
THAGINE NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS. a. 336

2 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA.[3] ANTHEMIO PP. Matre uel [Th. 4, 6, 6 mut. B 32, 2, 1]
legitimis filiis uel nepotibus aut pronepotibus cuiuscumque sexus, uno pluribusue, existen-
tibus bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus eorumque
genetrici uel, si sola sit concubina, semunciam largiendi uel relinquendi habeat potestatem.
quidquid uero ultra modum concessum relictum sit, legitimis liberis uel matri uel [(Th.)]
ceteris successoribus iure reddetur. D. ID. NOV. CONSTANTINOPOLI STILICHONE II ET
ANTHEMIO CONSS. a. 405

3 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD APOL- [Nou. Theod. 22, 1, 5. 7...9 B 32, 2, 2]
LONIVM PP. Si quis seu liber ipse seu curiae sit nexibus obligatus, et tradendi filios natu-
rales[4], uel omnes uel quos quemue maluerit, eius ciuitatis curiae unde ipse oritur et in
1 solidum heredes scribendi liberam ei concedimus facultatem. Quod si cui non ex urbe,
sed uico uel possessione qualibet oriundo naturales liberi contigerunt, eosque uelit sub
definitione praedicta curiae splendore honestare et hereditatis opibus adiuuare, eius ciui-
2 tatis adscribendi sunt ordini, sub qua uicus ille uel possessio censeatur. Quod si alterutram
regalium ciuitatum patriam sortiatur, sit ei liberum susceptam ex inaequali coniugio subo-
lem cuiuscumque ciuitatis decurionibus inmiscere, dummodo ciuitas quae eligitur totius
prouinciae teneat principatum. indignum est enim, ut, qui sacratissimae urbis ubere glo-
3 riatur, naturales suos non illustris ordine ciuitatis illuminet. Haec siue postrema definiat
siue donationem cuiuslibet quantitatis[5] in liberos naturales pater conferat: et quod de sub-
eunda sorte curiali seu testamento seu actorum fide constituat, ita ratum esse stabiliterque

*VCRM*

---

[1] et] et si *Th.* [2] suppositam *Th.* [3] Idem (*i. e.* impp. Arcadius et Honorius) AA. et Theodosius A. *Th.* [4] naturales *om. Nou.* [5] habita ratione parentum *ins. Nou.*

---

1 siue] seu *R* | dicerit $M^a$ 4 parum $M^a$ 5 quaerito $R^a$ 7 siue] uel siue *R* | per *om.* $R^a$ | emptum] emptum est *C* 8 existant *Th.* 9 iuribus *M*, *inc.* *V* | existente et] *V*$M^b$ *Th.*, existente sed $M^a$, existant et *CR* | constitutio $V^a$ 10 toto $M^a$ | inuadit $R^a$ 11 a ... duum] ad defensionem fiscaliorum *V* | mensuum] *R*$M^a$ *Th.*, mensum *V*, mensium *C*$M^b$ 12 retrahendum *om.* $M^a$ 14 seua *C*$R^a$ | proquirens *VQ* | *s. a. Th. V Hal.* | lecta] d. *Hal.* 16 arc. et hon.] seu. et anton. *C*, *inc.* $R^a$ | antemonio *S*, antonomie *C*, antonomio $R^a$ | patre $V^a$$M^a$ 17 aut pronepotibus *bis* $V^a$, aut pronepotibus aut pronepptibus $V^b$, *om.* *R* 19 semunciam] $V^b$$Q^a$ (*secundum Mayerum* seunciam) $M^a$, seumunciam $V^a$, semiunciam *CR*$M^b$ | largiendi] agendi $C^a$ | habet *R* 20 liberis] filiis *CR* 21 ceteri *R* | reddatur *CRM* | *s. a. V Hal. M* | constant.] *V*, cap. *M*, *om. Hal.* | II] iii *M* 23 theodorus $R^a$ | ualentinos *M*, ualerianus $R^a$ | ad apollonium] ad polonium *C*, apollonium *R*, apollonio *Nou.* 24 et] $G^b$ *cum Nou.*, ** *V?*, *om. CRM* 25 uel omnes *bis V* | quemue] *V Nou.*, quem uel $M^a$, uel quem $M^b$, que *CR* 27 oriunde $M^a$ | contingerunt *C* 28 defensione *R* | praedictae *M*, praedicta (praedictae *libri multi*) et *Nou.* | cohonestare *Nou.* | hereditas $R^a$ 29 censetur *C* | si *om.* $M^a$ | aliterutram *R*, alterutrum $M^a$ 30 regnantium ciuitatem *Nou.* | sortiatur] *CR*$M^b$ *Nou.*, sortietur *V*, sociatur $M^a$ 31 ciuitatis *om.* $R^a$ | modo *om.* *R* 33 inlumine $M^a$ | siue ... 34 siue] siue cum ... siue cum *Nou.* | postremo *M* 34 donatione *V* | et] *VM*, ut *CR*, *om. Nou.* | de *om.* $C^a$$M^a$ 35 fidem $C^a$$M^a$

uolumus obseruari, ut, siue abstinendo hereditatibus siue abdicando donationes naturales
liberi curialem uoluerint euitare fortunam posteaque paternarum opum uel in solidum uel
ex parte reperti fuerint possessores, licet eas alienauerint, omnimodo ad condicionem, in qua
4 pater eos amplificatis opibus esse uoluit, etiam inuiti cogantur accedere. Et [(Nou. Theod.)]
si filiam naturalem uel filias habuit et eam uel eas curiali uel curialibus ciuitatis, ex qua
oriundus est uel sub qua uicus uel possessio unde oritur consistit, uel eius ciuitatis, quae
principatum totius prouinciae tenet, matrimonio collocauit, haec eadem et in persona eius
5 uel earum ad exemplum marium obtinebunt. Quid enim interest, utrum [Nou. Theod. 22, 2, 11]
per filios an per generos commoditatibus ciuitatum consuletur, et utrum nouos lex faciat
curiales, an foueat quos inuenit? D. XVII K. IAN. CONSTANTINOPOLI *POST CONSVLATVM*
EVDOXII ET DIOSCORI. a. 443

4 IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ARMASIO PP. Quoniam desideria morientium [B 32, 2, 3]
ex arbitrio uiuentium non sine iusta ratione colligimus, et is, qui naturalem filium habens
hortantibus legibus ultro ad instar legitimi filii municipalibus eum uoluit adgregare muneribus et donare patriae principalem, manifestauit notumque fecit sine dubio professione
certissima facultatum suarum omnium elegisse se adfectione debita successorem, cum certe
huiusmodi personis adeo sacratissima constitutione[1] subuentum sit, ut nec renuntiandi eis
aut alienandi uel repudiandi paternas hereditates aut donationes in fraudem curiae concedatur facultas, sed muneribus patriae susceptis patrimonia subire cogantur, nullam e
diuerso calumniantium uocem penitus patiemur admitti, sed ipsum Philocalum et paternorum bonorum omnium ab intestato heredem et Bostrenae ciuitatis curiae principalem
iniuncta uel iniungenda sibi munera subire ex eoque genitos uel nascendos filios similiter
1 paternae condicioni subiacere praecipimus. Et huiusmodi formam in omnibus causis, quae
similiter in cuiuscumque ciuitatis ordine curiaque contigerint, in posterum decernimus obseruari. D. K. IAN. CONSTANTINOPOLI IORDANE ET SEVERO CONSS. a. 470

5 IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Diui Constantini, qui ueneranda Christianorum fide
Romanum muniuit imperium, super ingenuis concubinis ducendis uxoribus, filiis quin etiam
ex isdem uel ante matrimonium uel postea progenitis suis ac legitimis habendis, sacratissimam constitutionem[2] renouantes iubemus eos, qui ante hanc legem ingenuarum mulierum
(nuptiis minime intercedentibus) electo contubernio cuiuslibet sexus filios procreauerunt,
quibus nulla uidelicet uxor est, nulla ex iusto matrimonio legitima proles suscepta, si
uoluerint eas uxores ducere, quae antea fuerant concubinae, tam coniugium legitimum cum
huiusmodi mulieribus ingenuis, ut dictum est, posse contrahere, quam filios utriusque sexus
ex earundem mulierum priore contubernio procreatos, mox quam nuptiae cum matribus
eorum fuerint celebratae, suos patri et in potestate fieri et cum his, qui postea ex eodem
matrimonio suscepti fuerint, uel solos, si nullus alius deinde nascatur, tam ex testamento
uolentibus patribus etiam ex integro succedere quam ab intestato petere hereditatem

*VCRM*

[1] *c.* 3 § 4 *h. t.* [2] *indicari uidetur constitutio, quae desideratur in Th. initio tituli* 6, 1

1 hereditatibus] ab h. *CR* | donationis *V* 2 curiales u. e. fortuna (—nas $M^b$) *M* 3 conductionem $M^a$ 5 filias] filiam $R^a$ | curiali uel *om.* *C* | ciuitatibus $R^a$ | quo *M* 6 oridus $V^a$ | quae $R^a$ | unde] de $M^a$ | eius] eonius $V^a$ 7 principatus $CR^a$ | tenet *om.* $R^a$ | matrimonio] in m. *CR* 8 marium] *V?*, marum *CRM* 9 ciuitatum commoditatibus *Nou.* | consulatur $W^b$ *Nou.* 10 *s. a. Nou.* 22, 1 *V Hal.* | XVII] *Nou. V,* XII *Hal.* | constant. *om. Hal.* | post cons. eud. et diosc.] *Nou.*, eudoxio et dioscoro conss. *V Hal.* 12 anthemios *V,* anton. *C,* antonius *M* 13 collegimus *VCM* 14 legitimi filii ad instar $R^a$ 15 sine] si non *R* 16 suorum *V* | legisse $M^a$ | se] $VM^b$, *om.* $CRM^aM^c$ 18 aut] ut *R* | aut] ut *R* 20 filiocalum *C* 21 bostrenae] $Q^a$, uostrenae *V,* nostrae *CRM, cf. Nou.* 89 *c.* 2 22 similiter] si mulier $M^a$ 23 condici $R^a$ | et] ut *C* 24 in *om.* *M* | contigerint] $VM^b$, contigerit $RM^a$, contingerit *C* 25 *s. a. V Hal.* | iordane et seuero conss.] *Hal., quod confirmare uidetur inscriptio c.* 5 *in CR,* iordane conss. *V* 26 sebastiano] seuero *CR* (*ex u.* 25?) | fidem $R^a$ 28 habentis $M^a$ 30 minime *om.* $M^a$ 31 nulla *om.* $R^a$ | est] es $V^a$ | proles] *M,* prole *VCR* 32 noluerint $R^a$ | uxorem *R* | duxere $M^a$ | ante *R* | fuerantur $R^a$ | coniungium *R* 33 filius $M^a$ 34 mox quam] *VQ,* postquam *CRM* 35 ferint $V^a$ | celebrare $R^a$ 36 solus $CM^b$ 37 uolentibus ... intestato *om.* $M^a$

paternam: pactis, quae matrimonii tempore super dotalibus uel ante nuptias donationis
rebus subsecuta fuerint, etiam ad ipsorum personas pertinentibus, ut una cum fratribus
suis postea ex isdem parentibus forte progenitis, aut soli, si nullus alius sit procreatus,
dotis et ante nuptias donationis pro tenore legum nec minus pactorum emolumenta reci-
1 piant. Hi uero, qui tempore huius sacratissimae iussionis necdum prolem aliquam ex
ingenuarum concubinarum consortio meruerunt, minime huius legis beneficio perfruantur,
cum liceat easdem mulieres sibi prius iure matrimonii copulare non extantibus legitimis
liberis aut uxoribus ac legitimos filios utpote nuptiis procedentibus procreare, nec debeant,
quos ex ingenua concubina dilato post hanc legem matrimonio nasci uoluerint, ut iusti ac
legitimi postea uideantur, magnopere postulare. D. X K. MART. POST CONSVLATVM ARMATI. a. 477
6 IMP. ANASTASIVS A. SERGIO PP. Iubemus eos, quibus nullis legitimis existen- [B 32, 2, 1]
tibus liberis in praesenti aliquae mulieres uxoris loco habentur, ex his sibi progenitos seu
procreandos suos et in potestate sua legitimosque habere propriasque substantias ad eos
uel per ultimas uoluntates uel per donationes seu alios legi cognitos titulos si uoluerint
transferre, ab intestato quoque eorum ad hereditatem uocandos, nec aliquam quaestionis
seu altercationis exercendae sub qualibet astuta subtilique legum uel constitutionum occa-
sione super his uel agnatis seu cognatis genitoris eorum uel quibusdam aliis superesse
facultatem in posterum: nihilo minus, quisquis huiusmodi mulierem uxoris loco dotalibus
instrumentis confectis habuerit, pro eius subole similem eandemque formam custodiri, ne
adimatur ei licentia sibi quodammodo per liberos *proprios* suum patrimonium adquirendi.
1 Filios insuper uel filias iam per diuinos adfatus a patribus suis in adrogationem susceptos
uel susceptas huius prouidentissimae nostrae legis beneficio et iuuamine potiri censemus.
D. K. APRIL. ANASTASIO ET AGAPETO CONSS. a. 517
7 IMP. IVSTINVS A. MARINO PP. Legem Anastasii diuinae recordationis, quae [B 32, 2, 2]
super naturalibus filiis emissa est, in his ualere tantum casibus concedimus, qui nunc
usque subsecuti sunt pro eiusdem legis tenore in matrimoniis tunc constantibus uel postea
contractis, ita tamen, ut non aliunde progenitis subuenisse credatur quam non ex nefario
1 nec incesto coniugio. Naturalibus insuper filiis seu filiabus ex cuiuslibet mulieris cupidine
non incesta non nefaria procreatis et in paterna per adrogationem seu per adoptionem
sacra susceptis ex diuinis iussionibus, siue antequam eadem lex inrepserit seu post eandem
legem usque ad praesentem diem, non sine ratione duximus suffragandum, ut adoptio seu
adrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbanda quaestionibus, quasi quod impetra-
runt lege quadam interdictum sit, quoniam, et si qua prius talis emergebat dubitatio,
2 remittenda fuit mouente misericordia, qua indigni non sunt qui alieno laborant uitio. Sint
itaque post eandem adrogationem seu adoptionem sui et in potestate patrum successiones-
que tam ex testamento quam ab intestato capiant, prout in adoptatis seu et in adrogatis
3 constitutum est. In posterum uero sciant omnes legitimis matrimoniis legitimam sibi poste-
ritatem quaerendam, ac si praedicta constitutio lata non esset. iniusta namque libidinum
desideria nulla de cetero uenia defendet, nullum subleuabit nouum adminiculum praeter
anteriorum dispositionum ordinem, non ante lata sanctio, quam ex hoc die resecandam pia

*VCRM*

1 patrimonii $R^a$ | siper $M^a$ 3 si soli si $M^a$ | nullius *V* 4 dotes et a n. donationes *C* | peractorum $R^aM$ 5 hii *CR* | huiusmodi *CR* | nondum *CR* 7 liceas $R^a$, licet $R^b$ | patrimonii $R^a$ 8 ac] *VQ*, aut *CRM* | legitimis filiis $M^a$ 9 delato $VM^b$ | ac] et *R* 10 magno opere *RM* | *s. a. V Hal.* | post ... armati] basilio II et armatio *Hal.* 12 muneres $V^a$ | uxores loc* hab. $C^a$ | ex] es *V uel* $V^a$ 13 habere] hos h. *M* | eos uel] *VQ*, eos *CRM* 14 seu] *VM*, seu per *CR* | alias *C* | legi *om.* $M^a$ | cognitum *uel* cognitus *V?* 15 ad eorum *CRM* | uocantes $M^a$ 16 astutatuta *V?* 17 genitoribus *M*, *om. C* 18 mulieris uxores $R^a$ 19 confestis $M^a$ 20 quodam $R^b$, quemadmodum *C*, *inc.* $R^a$ | proprios] $M^b$, proprio *V*, proprium $CRM^a$ | matrimonium *R* 21 rogationem $R^a$ 23 *s. a. V Hal.* | anast.] *V*, anast. a. III *Hal.* (*in addendis* alias anatolio, *scilicet ex* 2, 7, 24. 4, 29, 21) 24 iustinianus *M* 27 ita] t* $R^a$ | credantur *V* 29 paternam $M^a$ 30 eandem *R* | seu] *CRM*, siue *V?* 31 dies *V* | adoptatio *V* 32 nullus $M^a$ 35 seu] seu post $R^a$ | successionis quae $M^a$ 36 ab intestato] in testamento $R^a$, intestato $R^b$ | et in] *V*, in *M*, *om. CR* 37 potestatem *C* 38 quaeredam $V^a$, quaeren $M^a$ 39 defendat $CRM^b$ 40 ante *om. C* | resecanda *M*

suggesserit ratio, non adrogationum uel adoptionum praetextus, quae ulterius minime ferendae sunt, non astutiae siue diuinis adfectandae litteris seu quibusdam illicitis ambiendae machinationibus, cum nimis indignum, nimis sit impium flagitiis praesidia quaerere, ut et petulantiae seruire liceat et ius nomenque patris, quod eis denegatum est, id altero legis colore praesumant. D. v ID. NOV. CONSTANTINOPOLI IVSTINO A. ET EVTHERICO CONSS. a. 519

8 [1]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Humanitatis intuitu naturalibus patribus [B 32, 2, 3] hoc indulgemus, ut liceat eis nulla legitima subole uel matre subsistente naturalem uel naturales filios matremque eorum non tantum ex tribus unciis, quod praeteritae leges permittebant, sed etiam ex duplici portione, id est sex unciis, heredes scribere, ut, licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem haberent, ex suprema tamen eius uoluntate permittatur eis usque ad praedictas sex uncias (si hoc scilicet naturalis pater uoluerit) hereditatem eius capere, ita tamen, ut memoratam sex unciarum quan-
1 titatem in omnibus naturalibus filiis et matre eorum minime testator excedat. Quam et in legatis et fideicommissis eis relinquendis et dotibus et donationibus, tam aliis quam ante nuptias, usque ad aestimationem sex unciarum liberam similiter naturalibus eorum patribus
2 damus potestatem. Haec autem in futuris tantummodo testamentis uel ultimis uoluntatibus uel dotibus uel donationibus locum habebunt. D. K. IAN.[2] CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. II CONS. a. 528

9 [3]IDEM A. MENAE PP. Communium rerum esse utilitatem recte iudicantes lucidis et omni ambiguitate segregatis legibus uti nostro subiectos imperio, ad praesentem sanctionem uenimus, per quam omni dubitatione amputata, quae usque adhuc obtinebat, certissimum facimus, ut, quotiens naturales filii curiali fortunae patriae sui genitoris adsignantur, uel adhuc uiuente patre uel post eius obitum pro dispositione testamenti ab eo conditi, et eo modo legitima iura in paterna successione adipiscuntur (quod recte fieri minime dubium est), licet illustrem dignitatem, ex qua curialis fortunae liberatio competere non potest, naturales filii antea meruerunt, ne permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendentium uel adscendentium uel ex latere cognationis uel agnationis iure eidem patri coniunctorum, licet ipsi legitimi successores eidem naturali patri per memoratam
1 fortunam efficiantur, aliquod ius sibi uindicare. Quod et in his locum habebit, qui iam a naturali patre curiali condicioni traditi adhuc superstites sunt, eodem scilicet modo nec illis contra substantiam eiusdem naturalis filii uel ex eo descendentium uel adscendentium uel
2 ex latere coniunctorum aliquod sibi ius uindicare ualentibus. Sed si quidem iste naturalis filius siue postquam legitimus successor patri factus sit siue in antecedenti tempore filios ex legitimo matrimonio uel alios descendentes liberos habeat, eos modis omnibus ad eius successionem sine testamento morientis uocari nec curiae locum esse, praeterquam si quarta portio bonorum eius eidem curiae debeatur eo, quod nullus forte ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo uidelicet obseruando, ut ii, quos iste naturalis filius, posteaquam fortunae curiali datus est, procreauerit, decuriones sine dubio sint et curialia peragere

*V* (*desinit in u.* 7 subsistente natu) *CRM*

---

[1] *iunge c.* 9 *h. t.* 10, 35, 3. 10, 44, 4. [2] Iun. (*c.* 9 *h. t.*)? [3] *iunge c.* 8 *h. t.* 10, 35, 3. 10, 44, 4

---

1 ratio *om.* $M^a$ | referendae *CR*$M^b$ 2 adfectandae ... 3 machinationibus] affeccionibus $M^a$ | ambigendae *CR* 3 flagitius $C^a$ | et ut *R* 5 *s. a. V Hal.* | constant. *om. Hal.* 6 imp. iust. a.] id. aa. $R^a$ 7 matri $V^a$ | substente $R^a$ 8 legis $M^a$ 9 sex] ex sex *R*$M^b$ 10 communione *R* | supra $M^a$ 11 eis *om.* $R^a$? | naturales $R^a$ 13 testato $C^a$? 15 estimationes (—nis $C^a$?) *C* 17 uel donationibus uel dotibus *C*, uel dotibus *om. R* | habeant $R^b$, hant $R^a$ | *s. a. Hal.* 19 pp.] p. *M* | communionum $M^a$ | ludicis $M^a$ 20 segregandis $R^a$ | uti] ut $M^a$ 21 quam *om.* $M^a$ | adhoc *CM* | optinbt *uel* optinebunt $M^a$ 22 patre *C* 24 quod *om.* $M^a$ 26 naturalis $M^a$ | ne] *C*, non *RM* 27 uel adscend. *om. C* | agnitionis $R^a$*M* | idem $M^a$ 28 coniunctarum $R^a$ | successoris $M^a$ 29 aliquid $M^a$ | uindicari *M* | a *om.* $M^a$ 30 condictioni *C*, condicione $M^a$? 31 naturales $M^a$ | ex] a *M* 32 coniunctarum *R* | aliquid *M* | ius *om. M* | ulentibus $M^a$ | natalis *R* 33 legimus $R^a$ | successore *C* 34 alio *C* | habet *R* 36 portio] por $M^a$ | curiali mun*** $M^a$ 38 procreauerint *R* | decutiones *R*, decurionis $M^a$, et decuriones $M^b$ | curiali $M^a$

3 (1) munera compellantur. Sin uero sine liberis cuiuscumque gradus intestatus decesserit, si
quidem matre superstite, tertiam quidem partem bonorum eius matrem habere, duas uero
4 alias partes curiam, cui a patre datus est. Sin autem mater quidem defuncti non superesset, alii uero cognati ex materna linea descendentes uel adscendentes uel ex latere
uenientes ad eius uocentur successionem, tunc ea quidem, quae a patre naturali ad eum
peruenerunt, eidem curiae competere: si quid uero filio posteaque legitimo successori
effecto uel a matre sua uel aliunde quocumque legitimo modo adquisitum sit, hoc ad proxi-
5 mos maternos eius cognatos peruenire. Illo uidelicet obseruando, ut, siue matre eius superstite siue ea ante filium mortua aliquis ex eius genere eiusdem curiae fortunam subire
paratus sit, liceat ei se offerenti eidem curiae bona mortui, quae de substantia patris ad
eum peruenerunt, capere muneraque peragere curialia, quo accedente mater defuncti, si
adhuc supersit, non solum tertiam partem eorum, quae extra paternam substantiam filius
6 (2) eius aliunde adquisiuit, sed omnia ea uel ipsa sola uel cum coheredibus suis capiet. Ea
uero, quae de successione naturalis filii post curialem condicionem morientis constituimus,
non tantum in his locum habere debent, qui postea a patre suo naturali curiae dati fue-
7 rint, sed etiam in illis, qui iam dati sunt, si tamen adhuc supersunt. Quod si ante praesentem sanctionem mortui sunt, minime ad eorum successionem eandem nostram sanctionem
8 (3) extendimus. Et quoniam omnimodo fauendum est curiis ciuitatum, illud etiam in hac parte
addendum esse censemus, ut liceat patribus naturales filios curiae patriae suae tradere
non solum nulla eis legitima subole existente, sed etiam si filios uel alios liberos ex legitimis matrimoniis procreatos habeant, et eo modo naturales quoque filios sibi legitimos
successores efficere, ita tamen, ut minime eisdem patribus liceat per donationem uel ultimam uoluntatem amplius eidem naturali filio dare uel relinquere, quam uni filio ex matrimonio legitimo procreato dederit uel reliquerit, cui minima portio data uel relicta sit. D. K.
IVN. DN. IVSTINIANO A. II CONS. a. 528

10 [1] IDEM A. DEMOSTHENI PP. Cum quis a muliere libera [B 32, 1, 1 Prochiron auctum 5, 11]
et cuius matrimonium non est legibus interdictum cuiusque consuetudine gaudebat aliquos
liberos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis, postea autem ex eadem adfectione etiam ad nuptialia peruenerit instrumenta et alios iterum ex eodem matrimonio liberos
procreauerit, ne posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium uindicare audeant quasi iusti et in potestate effecti, fratres suos, qui ante dotem
fuerant nati, ab hereditate paterna repellentes, huiusmodi iniquitatem non esse ferendam
1 censemus. Cum enim adfectio prioris subolis et ad dotalia instrumenta efficienda et ad
posteriorem filiorum edendam progeniem praestitit occasionem, quomodo non est iniquissimum ipsam stirpem secundae posteritatis quasi iniustam excludere, cum gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filii et nomen et ordinem
2 subsecuti. Neque enim uerisimile est eum, qui postea uel donationem uel dotem conscripsit, et ab initio talem adfectionem circa mulierem non habuisse, quae eam dignam esse
3 uxoris nomine faciebat. Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes liberos, siue

*CRM*

[1] *iunge* 6, 57, 5

1 munia $M^a$ | intestatus] uitae status $R^a$ 2 tertia q. parte *C* 3 a] ad *C* | est *om.* *C* | sin *om.* $M^a$ | superest et alii $CM^b$ 5 successiones $R^a$ 6 eidem] ei $M^a$ | successori ... 7 legitimo *om.* $R^a$ 7 modo] matrimonio $R^a$ 9 ex *om.* $R^a$ | eiusdem] eius $M^a$ | subire paratus] sibi reparatus *C* 10 paratus ... mortui] *om.* $R^a$ | ei se] *C*, eis $M^a$, ei $M^b$ | eodem $M^a$ 11 carere $M^a$ | muniaque *M* | adcidente $M^a$ | matre *M* 13 ea uel] uel $M^a$ 14 conductionem *R* 15 locus $R^a$ | a *om.* *M* 17 sint *M* 20 si] $R^b$, *om.* $CR^aM$ 21 habent *R* | naturalis $M^a$ 24 relinquerint $M^a$ | minimae $M^a$, nimia $R^a$ | *s. a. Hal.* 26 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *R* | demostino $M^a$ 27 cuiuscumque $R^a$ | condiuetudine $R^a$ | gaudebit $CM^a$ 28 expositis $M^a$? 29 nuptiali $R^a$ | peruenerint $M^a$, p *spatio uacuo relicto* $R^a$ 30 posterioris $M^a$ | editi *om.* $R^a$ | matrimonium *R* 31 potestati *C* 32 fuerat $M^a$ | referendam *R* 33 priores suboles $M^a$ 34 edendam] $M^aM^c$, educendam $CRM^b$ | prostitit *C* 35 stirpe *M* 36 posterioribus $M^a$ 37 est *om.* *R* 38 habuisset *C*

ante dotalia instrumenta editi sunt siue postea, una eademque lance trutinari et omnes suos
et in potestate suis existere genitoribus, ut nec prior nec iunior ullo habeatur discrimine,
sed ii, qui ex isdem maioribus procreati sunt, et simili perfruantur fortuna. D. XV K. OCT.
CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 529

11 [1] IDEM A. IVLIANO PP. Nuper legem conscripsimus, per quam iussimus, si quis [Inst. 3, 1, 2
mulierem in suo contubernio collocauerit [2] non ab initio adfectione maritali, eam tamen, cum
qua poterat habere conubium [3], et ex ea liberos sustulerit, postea uero adfectione procedente
etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit filiosque uel filias habuerit, non solum secundos [4]
liberos qui post dotem editi sunt iustos et in potestate esse patribus, sed etiam anteriores,
1 qui et his qui postea nati sunt occasionem legitimi nominis praestiterunt. Quam legem [(Inst.)
quidam putauerunt sic interpretari, ut siue non progeniti fuerint post dotem conscriptam
liberi siue etiam ab hac luce subtracti, non anteriores filios iustos haberi, nisi in utroque
2 tempore uiuentes et superstites liberi inueniantur. Quorum superuacuam subtilitatem penitus
inhibendam censemus. sufficiat etenim talem adfectionem habuisse, ut post liberorum edi-
3 tionem et dotalia efficiant instrumenta et spem tollendae subolis habeant. Licet enim hoc
quod speratum est ad effectum non peruenit, nihil anterioribus liberis fortuitus casus
derogare concedatur: et multo magis, si quis mulierem, quam in contubernio suo habuerat,
praegnantem fecerit, postea autem adhuc grauida muliere constituta dotalia fecerit instru-
menta et puer uel puella editus uel edita sit, iusta patri suboles nascatur et in potestate
efficiatur et heres ei existat morienti siue ab intestato siue ex testamento. satis enim
absurdum est, si filii post dotem progeniti et anterioribus liberis adiutorium adferant, ipsum
4 puerum uel puellam sibi opitulari non posse. Et generaliter definimus et, quod super
huiusmodi casibus uariabatur, definitione certa concludimus, ut semper in huiusmodi
quaestionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non conceptionis, sed partus tempus
inspiciatur: et hoc fauore facimus liberorum. et editionis tempus statuimus esse inspec-
tandum exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari infan-
tium condicionis utilitas expostulat. D. XV K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET
ORESTA VV. CC. CONSS. a. 530

12 IDEM A. IOHANNI PP. Cuidam, qui iustum filium habebat, nepos accessit naturalis: si
nepotis nomen huiusmodi suboli legibus accommodandum est, quaerebatur. uolebat enim
tali naturali nepoti ex suo legitimo filio iam defuncto progenito totam suam substantiam
relinquere, quasi sacris constitutionibus tantummodo in filiis naturalibus prohibentibus totum
patrimonium siue quantam partem uoluerit eis relinquere et certo fini partes eorum con-
1 cludentibus. Huiusmodi autem dubitatio et in alia specie uentilata est. quid enim, si ex
2 naturali filio nepotem habet auus legitimum patri suo uel naturalem? In omnibus itaque
talibus dubitationibus cum nulla legitima consequentia in huiusmodi personis custoditur,
sed interuentu subolis naturalis nihil ius legitimum subesse potest, ut necessitas relinquendi
aliquid eis ex legibus immineat, liceat eis quantum uoluerint suae substantiae in eos con-

*V* (*incipit u.* 5 idem) *CRM*

---

[1] *iunge* 5, 29, 4. 5, 35, 3 [2] copulauerit *Inst.* [3] coniugium *Inst.* [4] eos *Inst.*

---

2 posteate $R^a$ | habebatur *R* 3 ii *om. M* | *s. a. Hal.* 5 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *R* | super $C^a$ | leges *R* 6 effectione *R* 7 procedente] *M Inst.*, pr*cedente *V*, praecedente *CR* 8 ea] a $V^a$ | secundum $M^a$ 9 parentibus *R* 10 qui et] *VM Inst.*, quia et *C*, quia et in *R* | p praestiterunt $V^a$, praestiterint *C* 12 in *om. R* 13 subutilitatem $M^a$ 14 sufficit *CR* | enim $R^a$ | edictionem $C^a$ 15 et] *V*, etiam *CRM* | dotaliam $M^a$ | efficiat $CRM^b$ | habeat *R* 17 concedatur] $V?M^b$, conceditur *CR*, concedantur $M^a$ | habuerit *M* 18 autem ad grauidam mulierem constitutam $M^a$ | strumenta $M^a$ 19 patris *R* | subolis $M^a$, *inc. V* 20 heredes $R^a$ | ei] *V*, *om. CRM* | existant $M^a$, excitat $R^a$, exis*** *V* 21 si] ut $C^b$, *om.* $C^aM^a$ 23 casibus … huiusmodi *om.* $R^a$ 24 temporis $C^a$ 26 conceptione $VRM^a$ | adprobare $M^a$ | infantum *C* 27 condictionis $C^a$ | *s. a. V Hal.* | const. *om. Hal.* 28 oresta uu. cc.] oreste *V?* 29 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *VR* | iuliano *S* 31 progenitor $VM^a$ | suam *om. R* 33 quartam $R^a$ | fini] *CM*, fine *R*, *inc. V* | partem *R* 34 alia] alia dubitatio $R^a$ 35 naturali filio] naturalio $R^a$ 36 talibus] tali*s *V?* 37 sed] si $R^a$ | nihil] *sic potius quam* nullum *V* 38 uoluerit *C*

3 ferre, scilicet nulla legitima subole subsistente. Filiis enim naturalibus relinqui constitutiones quantum uoluerint ideo prohibuerunt, quia uitium paternum frenandum esse existimauerunt. in nepotibus autem non eadem obseruatio in praefatis speciebus custodienda est, ubi legitima minime suboles facit impedimentum. ea enim subsistente ueterum con-
4 stitutionum tenorem in naturalibus filiis statutum et in nepotes extendimus. Sed haec in his tantummodo sancimus, in quibus uoluntate aliquid consecuti sunt. iura etenim ab
5 intestato in aui successionem nemini eorum penitus aperimus. Et haec non solum eis accedere censemus a substantia aui paterni naturalis, sed etiam proaui uel eius cognationis, si quid saltem huiusmodi uocabuli in tam degeneres homines extendere maluerint.
D. k. Nov. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

## XXVIII

## R DE TVTELA TESTAMENTARIA R

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Speratae. Quem dicis tibi tutorem [B 37, 2, 33] testamento patronae datum, si administrationi se non miscuit, nulla actione tibi tenetur: neque enim iure datus tutor fuit. quod si administrauit sponte res tuas, experiri aduersus eum actione negotiorum gestorum potes. PP. xvii k. Avg. Apro et Maximo conss. a. 207

2 Imp. Antoninvs A. Sabiniano. Etsi a patre tuo testamento iure tutor tibi [B 37, 2, 34] datus eo tempore, quo heres extitisti, in rebus humanis fuit, tamen codicillis alius tutor recte datus est et uterque propter uoluntatem testatoris tutor erit, nisi testamento datum pater alium codicillis dando reprobauerit: tunc enim posterior solus tutor erit. PP. id. April. dvobvs Aspris conss. a. 212

3 Imp. Alexander A. Gorgiae. Si tutores testamento uobis dati sunt, quam- [B 37, 2, 35] quam unus uestrum suae aetatis factus sit, id est pupillarem aetatem excesserit[1], tutela tamen uestra ad eum non pertinet. PP. v k. Ian. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

4 Idem A. Feliciano. Mater testamento filiis tutores dare non potest, nisi [B 37, 2, 36] eos heredes instituerit. quando autem eos heredes non instituerit, solet ex uoluntate defunctae datus tutor a praesidibus confirmari. nullo uero ex his interueniente si res pupillares qui dati sunt administrauerint, protutelae actione tenentur. PP. vii k. Ivn. Ivliano et Crispino conss. a. 224

5 [2]Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. Daphno. Si pupillorum pater alie- [B 37, 2, 37] num seruum, de quo postulas, et tutorem esse uoluit et liberum, ante tamen tutore alio pupillis dato, redimi et manumitti hunc apud praesidem et curatorem adiungi oportet. PP. iii k. Mart. Saecvlare ii et Donato conss. a. 260

*V P* (28 R) *L* (*ut P*) *CR* (*transponuntur* 28, 6. 5: *inter* 28, 4 *et* 6 *rubrica erasa est*) *M*

[1] id est ... excesserit *del.* [2] *iunge* 7, 4, 10

1 subsistent $R^a$ | consticionis $M^a$ 2 uoluerit *R* | prohibuerint *V?C* | existimauerint *M* 3 obseruatione *R* | in praefatis in *V* 4 uerum *R* 5 nepotibus ostendimus *CR* | in *om. R* 6 sactimus $M^a$ 8 censemus] sanccimus *CR* 9 quid] quidem $M^a$ | uocauul. (—li *Bluhme*) *V*, uocabulo *CRM* | degeneris $M^a$ | maluerint] *V*, maluerit *CRM* 10 *s. a. V Hal.* | const. ... uu. cc. (uc. *V*)] *V*, lampadio et oresta coss. *Hal.* 12 de testam. tutela *R* 13 aa.] aa. et c. *S* 14 administracione $M^a$ 15 datur $R^a$ 16 potest $R^a$ | *s. a. V Hal.* | xvii] *sic uel* xiiii *uel* xuiii *V*, *om. Hal.* 17 anthemius *S*, anastasius *M* | sauino *S*, et flauianus *R* 18 heredes $R^a$ 19 utraque $R^a$ 20 *s. a. V Hal.* | pp.] pp. xuui *V*, d. *Hal.* 21 duobus] d. et *Hal.* 22 gorgiae] *VM*, cordiae *SR*, gordie *C* | dati sunt uobis *CR* 23 unus] huius $R^a$? | suae] siue $R^a$ | pupillatorem $R^a$ 24 pertinent $M^a$ | *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* 25 a.] aa. *V* | tutorem filiis testamento *CR* | dari *V* 26 eos *om. C* | non *om. dett., cf. Dig.* 26, 2, 4 | instituerint solent $M^a$ 28 amministrauerunt *R* | tenetur $M^a$, non tenentur $R^a$ | *s. a. V Hal.* 29 et] ii et *Hal.* 30 imp. *C* | ualerius *S* | galianus *M*, gallus *R* | daphono *S*, daphnos *R*, *om. C* 31 uoluerit *CR* | et *om. C* | ante tamen] *VC*, manente tamen *M*, tamen manente *R* | tutore alio] *VQ*, alio $CRM^a$, alio tutore $M^b$ 33 *s. a. V Hal.* | saec. ii] seculari *Hal.*

6 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. DOMNAE. Si tibi pater auunculum testamento recte tutorem dedit nec is excusatus est, eum tutelae iudicio tam administratis quam neglectis, cum administrari deberent, apud competentem iudicem conueni secundum bonam fidem tibi satisfacere iussurum. S. NON. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294

7 IDEM AA. ET CC. TRYPHAENAE. Tutelae contra tutorem mota, quem testa- [B 37, 2, 38] mento patris (si in eius fuisti potestate) datum proponis, reddi tibi si quid debetur competens iudex aditus iubebit. curatorem enim inutiliter in testamento dari non ambigitur. D. XVII K. MAI. SIRMI CC. CONSS. a. 294

8 [1]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Tuto- [Nou. Theod. 16, 1, 8] res etiam Graecis uerbis licet in testamentis relinquere, ut ita tutores dari uideantur, ac si legitimis uerbis eos testator dedisset. D. PRID. ID. SEPT. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO[2] CONSS. a. 439

## XXVIIII

## ℞ DE CONFIRMANDO TVTORE ℞

1 IMP. ALEXANDER A. PRISCO. Testamento matris tutores dati excusare ne- [B 37, 3, 10] cesse non habent, nisi decreto secundum uoluntatem defunctae, et quidem inquisitione habita, dati fuerint. PP. III NON. MART. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

2 IDEM A. VALERIO. Neque per epistulam neque ex imperfecto testamento [B 37, 3, 11] tutorem recte dari indubitati iuris est. sed uoluntas patris in constituendis tutoribus uel curatoribus in huiusmodi casibus a iudice, ad cuius officium haec res pertinet, seruari solet. secundum quae uereri non debes, ne tempus, antequam confirmareris, cesserit. PP. VIII ID. AVG. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

3 IDEM A. SOSIANO. Si, ut proponis, pupillo cuius meministi pater inutiliter [B 37, 3, 12] testamento tutores dedit et, priusquam ii confirmarentur, alii ab eo cuius interest dati sunt, id quidem, quod iure gestum est, reuocari non potest: an autem qui iudicium patris habent curatores eidem pupillo constitui debeant, aditus competens iudex perspectis utilitatibus eius aestimabit. PP. III ID. APRIL. MODESTO ET PROBO CONSS. a. 228

4 [3]IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Naturalibus liberis prouidentes damus [B 37, 3, 13] licentiam patribus eorum in his rebus, quas quocumque modo eis dederint uel dereliquerint, scilicet intra praefinitum nostris legibus modum, etiam tutorem eis relinquere, qui debet apud competentem iudicem se confirmare et ita res gerere pupillares. D. XV K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTA CONSS. a. 530

*V* (*desinit in* 12 conss.) *P* (28, 6. 29 ℞ 4) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 6, 23, 21. 7, 2, 14 [2] uc. *ins. Nou.* [3] *iunge* 5, 27, 11. 5, 35, 3

---

1 et max. *om. S* | et c. *S, om. CRM* | domine *SPLR*, prisco *C* (*ex* 29, 1) 2 eum] cum *C* | tutelae] tule $P^a$ 3 administrare deberet $CRM^b$ 4 *s. a. V Hal.* 5 a. et c. *S*, et cc. *om. CR* | triphime *S* | tutelae] $VT^a$, tutelam $M^a$, tutelae (tutel. $C^a$, tutela $C^b$) actione (—nem *R*) $CRM^b$ 6 si in eius] $VM^b$, in eius $R^a$, siue ius $M^a$?, in cuius $CR^b$ 7 uidebit $R^a$ | etenim *C* | *s. a. V Hal.* 9 theodorus $CR^a$ | ualentinus $R^aM$ | florentinum *S* 10 licet *om.* $M^a$ | testamentos $R^a$ | dati *Nou. libri boni* 11 contestator $R^a$ | *s. a. Nou. V Hal.* | const. *om. V Hal.* 12 XVII (xuiii *V*) et festo] XIIII et maximo *Hal.* 15 a. *om. R* | priscō. *M* 16 habeant *R*, habeat *C* | et quidem] *M*, equidem $R^a$, et quadam $CR^b$ | inquisicionem $M^a$ 17 *s. a. Hal.* | et] II et *Hal.* 20 a iudice] auida $C^a$?, ad iudicem $C^b$ | hae $M^a$ | pertinent *C* 21 solet] solet et $R^aM^b$ | ne] nec $R^a$ 22 *s. a. Hal.* 23 a.] a. et c. *S* | sossiano *C*?, sassiano *M* | si ut] sicut $R^a$ 24 ii] hi *M* 26 habeant *RM* | prospectis $CRM^b$, pro.ectis $M^a$ 27 existimabit *C* | *s. a. Hal.* 28 pp.] p. *M* 29 quas quocumque] quascumque *C* | derelinquerint *PR*, relinquerint *CM* 30 praefatum *C* 31 apud] a $P^a$ | *s. a. Hal.*

# XXX
## ℞ DE LEGITIMA TVTELA ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Firminae. Ad auunculos nec masculorum tutelae ex lege duodecim tabularum deferuntur, cum solum patruis, si non excusauerint, id ius tributum sit. PP. viii k. Ivn. ipsis AA. iiii et iii conss. a. 290

2 [1]Idem AA. et CC. Asclepiodoto. Ad agnatos pupilli iure legitimo sollicitudinem tutelae pertinere, nisi capitis deminutionem sustinuerunt, manifestissimum est. S. iii non. April.[2] AA. conss. a. 293

3 [3]Imp. Leo A. Erythrio pp. Constitutione diuae memoriae Constantini lege Claudia sublata, pro antiqui iuris auctoritate saluo manente agnationis iure tam consanguineus (id est frater[4]) quam patruus ceterique legitimi ad pupillarum feminarum tutelam uocantur. D. k. Ivl. Marciano *cons.* a. 472

4 Imp. Anastasivs A. Polycarpo pp. Frater emancipatus[5], qui in germani sui uel sororis successionem omnes inferiores seu prolixiores gradus non tantum cognatorum, sed etiam agnatorum antecedere a nobis pro nostra dispositione[6] iussus est, etiam ad legitimam fratrum et sororum nec non liberorum fratrum tutelam, quasi minime patris potestate per ius emancipationis relaxatus, si non alia iuri cognita excusatione munitus sit, uocari nec sub praetextu capitis deminutionis alienum huiusmodi onere semet contendere sancimus. D. k. April. Iohanne et Pavlino conss. a. 498

5 Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. Nemo neque frater neque alius legitimus in tutelam siue ingenui siue liberti uocetur, antequam quintum et uicesimum annum suae aetatis impleat. immineat enim ei pro sua tantummodo administratione periculum [B 37, 4, 9

1 nec alieno onere alius praegrauetur. Sic etenim et pupillis et adultis competens gubernatio inducitur et naturalis ordo per omnia conseruabitur. cui[7] enim ferendum est eundem esse tutorem et sub tutela constitui, et iterum eundem curatorem et sub cura agere? haec

2 certe et nominum et rerum foeda confusio est. Discretis itaque omnibus uel datiui uel legitimi fiant tutores uel curatores ii, qui talis aetatis sunt, cui suarum rerum administratio

3 committitur, quorumque res possunt plenissimo iure hypothecarum teneri. Omnibus, quae de successionibus tam ingenuorum quam libertorum prioribus legibus disposita sunt, in suo robore duraturis nec aliquam imminutionem ex praesentis legis sanctione accepturis, maxime in libertorum successionibus, ne uideantur ex eo, quod ad tutelae grauamen non ueniunt, successionis emolumentum amittere. Recitata septimo in novo consistorio palatii Ivstiniani. d. iii k. Nov. Decio vc. cons. a. 529

*CRM*

---

[1] *iunge* 5, 31, 9 [2] Byzantii *ins.* 5, 31, 9 [3] *iunge* 1, 4, 16. 1, 18, 13. 5, 1, 5. 5, 6, 8 [4] id est frater *del.* [5] fratrem emancipatum (*sic* $W^b$) *et u.* 17 relaxatum *expectes* [6] *quae non extat, cf. ad* 6, 57, 15, 1 [7] qui (*Mommsen*)?

---

2 legima *M* 3 aa.] aa. et c. *S* | sfirmine $M^a$, firmae *CR* 4 solis $R^bM$ | patruus $R^a$ 5 *s. a. Hal.* 6 et cc. *om. CR* | asclepiodo *C*, ascepiodoro *R* | pupille *M* 7 deminucione $M^a$ | sustinuerint $R^a$ | *s. a. Hal.* 9 leō $M^a$ 11 quam patruus *om.* $C^a$ | pupillarem *M* 12 *s. a. Hal.* | cons.] *leges iungendae,* et zenone conss. (= *a.* 469) *Hal.* 14 prolixoris $M^a$ 15 ad *om.* $M^a$ 16 tutelam *om.* $C^aM^a$, tutelam quasi *om.* $R^a$ 17 relaxatur $R^a$ 18 semet] $R^b$, se $R^a$, semet esse $M^a$, semel ipsum $CM^b$ | contenderet $M^a$ 19 *s. a. Hal.* 20 iustinus *R* | pp. *om. R* 21 tutela *R* | libertini *R* | uocentur $M^a$ | suae aetatis annum *M* 22 immineat ... periculum *om.* $R^a$ 23 nec] ne *C* | onere] hore $M^a$ | etenim et] *M*, etenim *C*, enim *R* 24 indicitur $M^a$, *om.* $R^a$ | ferendus *C* 25 tutela ... et sub *om.* $R^aM^a$ 27 ii] hi $M^a$ 28 possint *RM* 29 libertorum] libertori in $M^a$?, libertorum a $C^bM^b$ | legibus *om. C* 31 quod] qui $C^aR^aM^a$ 32 successionis] et s. $M^b$ | *s. a. Hal. M* | septies *Hal.*, in septimo *M* 33 d. ... cons. *om. M*

# XXXI
# ℞ QVI PETANT TVTORES VEL CVRATORES ℞

1 IMP. ANTONINVS A. CHRYSANTHAE. Admone adulescentem, aduersus quem [B 37, 6, 4] consistere uis, ut curatores sibi dari postulet, cum quibus secundum iuris formam consistas. qui si in petendis his cessabit, potes tu competentem iudicem adire, ut in dandis curatoribus officio suo fungatur. PP. II NON. FEBR. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

2 IDEM A. EPAPHRODITO. Patroni tui filii si eius aetatis sunt, ut res eorum [B 37, 6, 5] per tutores administrari debeant, cura adire praetorem et nomina edere, ex quibus tutores constituantur, ne, si cessaueris, obsequii deserti periculum subeas. PP. III NON. IVL. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

3 IDEM A. ATALANTAE. In locum tutoris defuncti uel in perpetuum relegati [B 37, 6, 6] alium dari tutorem filiis tuis idoneum ex eadem prouincia ab iudice competente postula, qui secundum officium suum utilitatibus eorum prouidebit. PP. IIII ID. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

4 IDEM A. DOMNINO. Si filiis debitoris tui non sunt necessarii, qui tutores [B 37, 6, 7] petant, potes ipse curare, ut accipiant, per quos legitime defendantur. PP. III ID. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

5 IMP. ALEXANDER A. FVSCIANAE. Amita tutores petere filiis fratris sui non [B 37, 6, 8] prohibetur. PP. V K. IVL. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

6 [1]IDEM A. OTACILIAE. Matris pietas instruere te potest, quos tutores filio [B 37, 6, 9] tuo petere debes, sed et obseruare, ne quid secus quam oportet in re filii pupilli agatur. petendi autem filiis curatores necessitas matribus imposita non est, cum puberes minores anno uicesimo quinto ipsi sibi curatores, si res eorum exigit, petere debeant. PP. X K. OCT. IVLIANO *ET* CRISPINO CONSS. a. 224

7 IMP. GORDIANVS A. DIONYSIO. Admone eam, quae quondam pupilla tua [B 37, 6, 10] fuit, cum eam non tantum uiri potentem, sed etiam nupsisse proponas, ut sibi petat curatorem. quod si ea petere neglexerit, quo maturius possis rationes reddere administrationis, adito eo cuius super ea re notio est petere curatorem non uetaris. PP. VI ID. IAN. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

8 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MVSICO. Cum a matribus sedu- [B 37, 6, 11] lum petendi tutoris officium exigatur, non fortuiti casus impedimentis adscribantur, proponasque procuratorem, qui ad petendum pupillo tutorem a matre fuerat constitutus, a latronibus interfectum petitionem ex necessitate demoratam esse, ab hereditatis successione matrem repelli, cuius nullum uitium intercessisse adseris, perquam durum est. PP. V ID. MART. TIBERIANO ET DIONE CONSS. a. 291

9 [2]IDEM AA. ET CC. ASCLEPIODOTO. Cum iure habenti tutorem tutor dari [B 37, 6, 12] non possit, intellegis matrem non officium pietatis in petendo tutore deseruisse, sed iure munitam merito filio suo tutorem non postulare. S. III NON. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293

*V* (*incipit u.* 32 constitutus) *P* (31 ℞ 1. 2. 4. 5. 8) *L* (*ut P*) *CR* (*transponit* 31, 6. 7. 4. 5) *M*

---

[1] *iunge* 5, 35, 1 [2] *iunge* 5, 30, 2

---

3 crisante *R*, grisante *CM* 4 uis] ius $CM^a$? | consistis *C*, consistat $M^a$ 5 andis $P^a$ 6 *s. a. Hal.* 7 ephafrodito *S*, epastrodito *R*, epathorito *M* 8 per tutores] per t. uel curatores *C* | et] ut $PL^a$ 9 si *om.* $R^a$ | *s. a. Hal.* 11 talente *C* 12 dare $M^a$ | ab] a $CR^b$ 13 *s. a. Hal.* 14 cereali *Hal.* 15 domnino] *CM*, dnō *S*, donino *PL*, domo *R* | filii *C* 16 potest *R*, potes et *M* | *s. a. Hal.* *PL* | III] iiii *PL* 17 laeto … conss. *om.* *PL* | cereali *Hal.* 18 fuscanae *R* 19 prohibentur $M^a$ | *s. a. Hal.* 20 otaciliae] *R*, othacillae *S*, otalice *C*, otalie *M* | pietatis $C^a$ | tutoris $M^a$ 22 impositi $R^a$ 23 exegerit *C* | *s. a. Hal.* 24 et] II et *Hal.* 25 a.] aa. *S* 26 curatorem petat *C* 27 quo] quod $R^aM^a$ 28 re *om.* *M* | curatores *C* | uetaberis *R* | *s. a. Hal.* 30 aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. *M* 31 exgatur $P^a$ | fortuitus $R^a$, fortuitu $M^a$ *uel* $M^b$ 33 petitionemque $L^bCR$ | demoratum $V^b$, demoratur $V^a$ | successionem matre $VM^a$ 34 perquam] quam *V* | *s. a. V Hal.* 36 a. et cc. *C*, et cc. *om.* *R* | asclipiodoro *S*, asclepiodote *R* 37 tutorem *R* 38 marito $M^a$ | tutorem filio suo *CR* | *s. a. V Hal.* | byzantii] *Hal.*, byz. *V*

10 Idem AA. et CC. Prisco. Nepotibus fratris tui, si eorum mater in petendis [B 37, 6, 13] tutoribus debito non fungatur officio, petere tutores sollemniter potes. S. prid. k. Mai. Sirmi CC. conss. a. 294

11 Imp. Zeno A. Dioscoro pp. Matres naturalibus etiam filiis ad similitudi- [B 37, 6, 14] nem eorum, qui ex iustis ac legitimis nuptiis sunt procreati, petendorum tutorum necessitati subiaceant, nulla eis ignorantia iuris ad euitanda legibus uel sacris constitutionibus definita, si petitionem tutorum minus curauerint, profutura. D. k. Sept. Constantinopoli Zenone A. ii cons. a. 479

## XXXII

## ℞ VBI PETANTVR TVTORES VEL CVRATORES ℞

1 Imp. Antoninvs A. Aristobvlae. Magistratus eius ciuitatis, unde filii tui [B 37, 5, 28] originem per condicionem patris ducunt uel ubi eorum sunt facultates, tutores uel curatores his quam primum secundum formam perpetuam dare curabunt. quod si filii tui neque possident quicquam in prouincia, ubi morantur, neque inde originem ducunt, restituti apud patriam suam et ubi patrimonium habent morabuntur, ut ibi[1] defensores legitimos sortiantur. PP. k. Oct. Laeto ii et Cereale conss. a. 215

## XXXIII

## ℞ DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS ILLVSTRIVM VEL CLARISSIMARVM PERSONARVM ℞

1 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Procvlo pv. [Th. 3, 17, 3 B 37, 5, 29] Illustris praefectus urbis adhibitis decem uiris e numero senatus amplissimi et praetore clarissimo uiro, qui tutelaribus cognitionibus praesidet, tutores curatoresue ex quolibet ordine idoneos faciat retentari. et sane id libero iudicio expertesque damni constituent iudicantes.
1 Et si regendis pupillaribus substantiis[2] singuli creandorum pares esse non possunt, plures ad hoc secundum leges ueteres conueniet aduocari, ut, quem coetus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum iudicabit, sola sententia obtineat praefecturae, super cuius nomine, sollemnitate seruata, postea per praetorem interponatur decretum[3].
2 Itaque hoc modo remoti a metu qui consilio adfuerint permanebunt et paruulis adultisque clarissimis[4] iusta defensio sub hac prudentium deliberatione perueniet.
3 (1) Quod tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus neque testamentarii defensores neque legitimi uita aetate facultatibus suppetunt. nam ubi forte huiuscemodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem suis priuilegiis comparabunt, ut teneri possint,

*V P* (31, 11. 32) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] ut morabuntur, ibi (*Mommsen*)? [2] censibus *Th.* [3] super … decretum *om. Th.* [4] clarissimis *om. Th.*

1 idem] impr. diocl. et max. *S* | et c. *S*, *om. CR* | priscio *S* | in petendis] inpendis $M^a$ 2 debito *om. R* | potest *V* | *s. a. V Hal.* 4 dissoro *R* | etiam naturalibus *CR* 5 ex huiustis *V* | ac] et *CR* | sunt *om. V* | tuorum $P^a$ | necessitatibus $CRM^b$ 6 subiacent *C* 7 tutoris *C* | *s. a. V Hal. PL* | constant. … 8 conss. *om. PL*, const. *om. V* 8 ii] iu *V* 10 petant *S* 11 antonius *M* | aristolae *PL* 12 dicunt $L^aM^a$ | facultates sunt (sint *C*) *CR* | uel curat. *om. C* 14 inde *om.* $R^a$? | restitui $C^b$, restiti *R* 15 habcant *C* | legitimi $P^bL$ 16 *s. a. V Hal. PL* | pp.] p. *PL* | laeto … conss. *om. PL* | cereali *Hal.* 18 curatorabus $M^a$ | uel] et *S*, *deficit V* 19 clarissimorum *R* 20 impp. *C*, mpp. *R* | ualent.] ual. et *CR*, ualentinus $M^a$, *deficit V* | theodorus *R* | aa. *CR* 21 pu.] *Th.*, pp. *SCRM* | urbis] .rbi *V* 22 praetor *R* 23 idoneus $M^a$ | expert.sque $M^a$, qui expertus $R^a$ 24 uindicantes $M^a$ | si] si in *V*, *om.* $M^a$ | singulis $C^b$ | patres $R^a$ 25 ueteres leges *CR* | conuenit *C* | certus $M^a$ 26 iudicauerit *M*, iudicarit *Th.* | solo *V* 28 pauuli $M^a$ 29 prudentium *om. C* | proueniet *Th.* 30 circa tamen *C* 31 neque] sane neque *M* | huiuscemodi] *VQ Th.*, huiusmodi *CRM*

4 (2) iure praescribimus. Ceterum alia, quae in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, 5 (3) manere intemerata decernimus. In prouinciis autem curiales in nominandis tutoribus (Th.) et curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, et discriminis sui memores cognoscant indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. D. III K. IAN. MEDIOLANI TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AVRELIO PV. Generali lege prospectum est, ne qui ad illustrium senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus uocarentur. D. VIII K. AVG. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

## XXXIIII

## ℞ QVI DARE TVTORES VEL CVRATORES ET QVI DARI POSSVNT ℞

1 IMP. ALEXANDER A. AMBIBVLO. Cum tibi in ea aetate constituto, ut, si de [B 37, 5, 30] statu constaret, per tutores siue curatores negotia tua administrari deberent, libertatis controuersiam fieri adleges, non oportuit impediri, quo magis liberali causa ordinata, quia interim pro libero habebaris, curator tibi daretur, per quem defendi causa tua potest. PP. K. NOV. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

2 IDEM A. ARTEMISIAE. Maritus etsi rebus uxoris suae debeat adfectionem, [B 37, 5, 31] tamen curator ei creari non potest. PP. K. IVL. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. a. 225

3 IMP. PHILIPPVS A. DOLENTI. Luminibus captum curatorem habere falso [B 37, 5, 32] tibi persuasum est. PP. XIII K. AVG. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

4 IDEM A. EMERITO MILITI. Armatae militiae muneribus occupatus neque si [B 37, 5, 33] legitimus sit neque si ex testamento datus fuerit nec alio modo, etsi uoluerit, tutor aut curator fieri potest: sed si errore ductus res administrauerit, negotiorum gestorum actione conuenitur. PP. X K. AVG. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AELIANAE. Neque a [B 37, 5, 34] praeside alterius prouinciae neque a magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia ciuitate nec domicilium ubi nominatur habentem iure dari posse ab eo, cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est: neque cessatio iniuncti perperam officii ad periculum eius pertinet. S. XII K. MAI. AA. CONSS. a. 293

6 [1] IDEM AA. ET CC. LEONTIO. Quod dicis matrem filiis tutores nolle petere, [B 37, 5, 35] super hac re adi praesidem prouinciae, cum, si eam neglexisse perspexerit, etiam ipse magistratus dare tutores uel nomina mittere, ut ab ipso decreto tribui possint, iubere non prohibeatur. PP. PRID. K. MAI. AA. CONSS. a. 293

*V P* (34 ℞ 2. 3. 5. 6) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *ad Leontium eodem die rescripta est* 5, 71, 12

---

2 curiali $M^a$ | numerandis *C* 3 personarum *om.* $M^a$ 4 esse *om. C* 5 *s. a. Th. V Hal.* | III] VI *Th.* 6 imppp. (impp. *V*) ual. (ualentinus $M^a$) theod. et arc.] *VM*, idem *SCR* | aa. *VCR*, aaa. et c. *S* | areliano *M* | pu.] pp. *S*, *om. CR* 7 ne qui] neque $V^a$ | illustrum $M^a$ 8 uocentur *C* | *s. a. V Hal.* 10 dari *S*, *deficit V* | tutore $M^a$ 11 dari] $SL^a$, dari non $PL^bCR^bM$, *deficit* $VR^a$ 12 ambibolo *SC*, bibulo *R* | si *om.* $R^a$ 15 liberto $VM^a$ | haberis $CM^c$, habeberis $R^bM^b$ 16 *s. a. V Hal.* 17 idem] imp. alex. *PL* | a.] aa. *V*, *om. R* | artemesie *SPL*, deremidiae $R^a$, deremisiae $R^b$ | uxori *R* 18 *s. a. V Hal.* 19 dolentii *V* | habere] *V*, haberi *R*, habere debere $PL^tM^b$, habere deberi $L^v$, haberi debere $M^a$, debere haberi *C*: ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐστερημένος οὐ κουρατωρεύεται *B* (*Tipuc.*) 20 *s. a. V Hal. PL* | XIII] ui *PL* | peregrino ... conss. *om. PL* 21 aa. *R* | militi *om. M* | militiae armatae *CM* | occupatis $M^a$ 23 si *om.* $M^a$ | administrauerint *V* 24 *s. a. V Hal.* 25 et cc. (c. *S*) *om. VPL* 26 alteris $L^a$ | a mag.] mag. *R* 27 iurisdictionis $M^a$ 29 *s. a. V Hal.* | XII] *sic uel* xu *V* 30 et cc. *om. PLCR* | tutorem *PL* 31 super] sub $CR^a$ | cum] qui $CR^bM^b$ | eam] eam te *V* | prospexerit *PLCR* 32 ut] alias ut $P^a$ | ipso] iso $P^a$ | tribu $R^a$ 33 *s. a. V Hal. PL* | pp.] p. *PL* | prid.] II *Hal.* | aa. *om. PL*

7 IDEM AA. ET CC. RVFO. In seruili condicione constitutum tutorem uel [B 37, 5, 36] curatorem a praeside dari non posse nullam habet iuris dubitationem. S. PRID. NON. IVL. PHILIPPOPOLI AA. CONSS. a. 293

8 IDEM AA. ET CC. EVELPISTO. Creditorem debitoribus tutorem datum non tantum petitionem non amittere, sed etiam ipsum sibi posse soluere non ambigitur. PP. V[1] NON. IAN. CC. CONSS. a. 294

9 IDEM AA. ET CC. MAXIMIANO. Si sororis tuae filiis, tutore legitimo patruo [B 37, 5, 37] constituto nec ullo excusato priuilegio, tutor datus es, cum habenti tutorem alium dari prohibeant iura, necessitatem administrationis ad eum pertinere nec te datione teneri non ambigitur. S. III K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

10 IDEM AA. ET CC. FLORENTINO. Curatorem habenti neque adiungi nisi causa [B 37, 5, 38] cognita nec in loco eius alium substitui non ante priore remoto ambigui iuris non est: teque adfuturum damni, quod medio tempore negotiis pupillaribus contigit, esse succedaneum, cum actorem periculo tuo constituere debueris, nec iure magistratum in absentiam tuam alium creasse certum est. PP. III K. APRIL. CC. CONSS. a. 294

11 IMP. CONSTANTINVS A. ET CONSTANTINVS C. AD BASSVM PV. [Th. 3, 17, 1 B 37, 5, 39] In uniuersis litibus placet non prius puberem iustam habere personam, nisi interposito decreto aut administrandi patrimonii gratia aut in litem fuerit curator datus, ut iuxta praecedentia nostrae pietatis[2] statuta legitime initiatae litis agitata in iudiciis controuersia finiatur. D. IIII ID. OCT. AQVILEIAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

12 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. [B 37, 5, 40] Curator adulescenti ordinatus post inchoatam litem non potest sub praetextu specialis curatoris a se nominati aut litem contestatam deserere aut ab administratione se subtrahere. D. IIII K. OCT. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

13 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PV. Ne magistratuum ulte- [B 37, 5, 41] rius procedat licentia, plenius designamus, ne patrimonialem colonum siue alium, qui priuilegio ab hac nuncupatione defenditur, tutelae muneris adstringat officium. D. . . . . . . . . . HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.[3] a. 409

# XXXV

## ℞ QVANDO MVLIER TVTELAE OFFICIO FVNGI POTEST ℞

1 [4]IMP. ALEXANDER A. OTACILIAE. Tutelam administrare uirile munus est, [B 38, 1, 46] et ultra sexum femineae infirmitatis tale officium est. PP. X K. OCT. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

*V* (*desinit in* 17 nisi inter) *P* (34, 7. 8. 12. 35, 1) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] II (*Mommsen*)? [2] prouisionis *Th.* [3] *excidit fortasse constitutio gemina ei, quae extat in* 1, 4, 30 [4] *iunge* 5, 31, 6

1 seruilis *V uel V*ᵃ 2 *s. a. V Hal. PL* | s.] s. d. *PL* | prid.] II *Hal. PL* 3 phil. aa. conss. *om. PL* 4 euellsisto *S*, euuelpisto *L*, helpisto *C*, eunelpisto *M*, eumelphio *R* 5 pet. non] pet. *P*ᵃ | *s. a. V Hal.* 6 iun. *Hal.* 8 dare *C* 9 prohibet *C*, prohibebant *R*ᵃ | nec] ne *R* | donatione *R*ᵃ | teneri *om. R*ᵃ*M*ᵃ 10 abigitur *V*ᵃ | *s. a. V Hal.* 11 et cc. *om. CR* | florentio *S* 12 non est] est *R*ᵃ 13 adfuturum] *R*ᵇ*M*, afuturum *VC*, futurum *R*ᵃ 14 actore *R* | construere *C* | debueras *R*ᵇ*M* | absentia tua *C* 16 *s. a. V Hal.* 16 a. et constantinus (constantius *CR*, *om. Th.*) c. (cesar comes *R*)] *CR Th.*, a. ad constantius caes. *V*, et constans aa. et c. *S*, et constans a. *M* | pu.] pp. urbis *M* 17 interdeposito *R*ᵃ 18 in] ad *Th.* 19 praecedentiam *R*ᵃ | agitata in i. controuersie finiatur *R*ᵃ, agitatae in i. controuersiae finiantur *Th.* 20 *s. a.*|*Th. Hal.* | III *Hal.* | V *om. Hal.* | c. *om. Hal.* 21 impp. *LCR* | ualentilianus *M* | theodorus *R* | aa. *CR*, *om. M* | pp. *om. CR* 22 sub] su *M* | praetex *M*ᵃ 23 se subtr.] subtr. *P*ᵃ 24 *s. a. Hal.* 25 theodorus *R* | menaxio *RM*, maximo *S* | pu.] pp. urbis *C*, ppfecto urbis *R*ᵃ, pp. urbi *M*, pp. *S* 26 procedatur *C*ᵃ*R*ᵃ | ne] neque *C* 27 *s. a. Hal.* 30 tutele officium *S*, officio tutele *R*, tutela *BΣ* 45, 1, 39 | potest] non p. *BΣ l. c.* 31 otatilie *M*, othaliciae *S*, octadie *PL*, octaciliae *CR* | uirile minus *M*ᵃ, munus uirile *CR* 32 sexus *PL* | feminae *M* | *s. a. Hal.* | et] II et *Hal.*

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PP. [Th. 3, 17, 4]
Matres, quae amissis uiris tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, prius-
quam confirmatio officii talis in eas iure ueniat, fateantur actis sacramento praestito[1] ad
1 alias se nuptias non uenire. Sane in optione huiuscemodi nulla cogitur, sed libera in con-
diciones quas praestituimus uoluntate descendat: nam si malunt alia optare matrimonia,
2 tutelas filiorum administrare non debent. Sed ne sit facilis in eas post tutelam iure sus-
ceptam inruptio, bona eius primitus, qui tutelam gerentis adfectauerit nuptias, in obligatio-
nem uenire et teneri obnoxia rationibus paruulorum praecipimus, ne quid incuria, ne quid
3 fraude depereat. His illud adiungimus, ut mulier, si aetate maior est, tunc demum petendae
tutelae ius habeat, cum tutor testamentarius uel[2] legitimus defuerit uel priuilegio a tutela
excusetur uel suspecti genere submoueatur uel ne suis quidem per animi aut corporis uale-
4 tudinem administrandis facultatibus idoneus inueniatur. Quod si feminae tutelas refugerint
et praeoptauerint nuptias[3], tunc demum uir illustris praefectus urbis adscito praetore, qui
impertiendis tutoribus praesidet, siue iudices, qui in prouinciis iura restituunt, de alio
ordine per inquisitionem dari minoribus defensores iubebunt. D. XII K. FEBR. MEDIOLANO
VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS. a. 390

3 [4]IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Si pater secundum nostram constitutionem[5] natu-
ralibus liberis in his rebus, quae ab eo in eos profectae sunt, tutorem non reliquerit, mater
autem uoluerit eorum, siue masculi sunt siue feminae, subire tutelam, ad exemplum legi-
timae subolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub competenti iudice interuenientibus
iuramentum antea praestet, quod ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam
conseruet et renuntiet senatus consulti Velleiani praesidio omnique alio legitimo auxilio
1 suamque substantiam supponat. Et ita filiorum suorum uel filiarum naturalium tutricem
eam existere sancimus: omnibus, quae pro matribus et liberis earum ex legitimo matri-
monio progenitis diualibus constitutionibus cauta sunt, in huiusmodi matribus obseruandis.
2 Si enim in filiis iustis, in quibus et testamentariae et legitimae sunt tutelae, tamen matri-
bus (his deficientibus) ad prouidentiam filiorum suorum uenire conceditur, multo magis in
huiusmodi casibus, ubi legitima tutela euanescit, saltem alias eis dari humanissimum est.
D. XV K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

# XXXVI

## ℞ IN QVIBVS CAVSIS TVTOREM HABENTI TVTOR VEL CVRATOR DARI POTEST ℞

1 IMP. ANTONINVS A. TIBERIANO ET RVFO. Si in locum eius tutoris ad tem- [B 38, 1, 47]
pus dati estis, qui rei publicae causa aberat, isque iam finito munere quod ei iniunctum
est abesse desiit, quin ad eius officium curamque pertineant negotia pupillae, ambigere

*P* (36 ℞) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] sacr. praestito *om. Th.* [2] testamentarius uel *om. Th.* [3] neque quisquam legitimus ad pares possit causas uocari *ins. Th.* [4] *iunge* 5, 27, 11. 5, 29, 4 [5] 5, 29, 4

---

1 impp. *C*, mpp. *R* | ualerianus *R*, ualer. *C* | theodorus *R* | arcadius] marcus *CR* | aa. *CR* | tatiano] tanato *R* 2 admissis *M* 3 ueniat] *Q Th.*, eueniat *CRM* 4 se *om. CR* | in *om.* $M^a$? | oppressione *M* | huiusmodi *CR* | nullo $R^a$? | condictiones $C^a$, dictiones $M^a$ 5 praestitimus *C* | descendant *CR*, discedat $M^a$ 6 tutelam *M* | sit] scit $R^a$ 7 obligatione *R* 8 et *om.* $C^a$ | incuria] $M^b$ *Th.*, incuriosae $CRM^aM^c$ 9 deperiat *M* | tum *Th.*? deum $M^a$ | petendae ... 13 demum *om.* $R^a$ 11 excusatur *C* | ne] nec *C* 13 tum *Th.*, $M^a$ | accito *RM* 14 in percipiendis *C* 15 per *om.* $R^a$ | uidebunt $R^a$ | *s. a. Th. Hal.* | mediolani *Hal.* 17 iustinus *R* 18 in eos *om.* $M^a$ | perfectae $R^a$ | relinquerit $C^aRM$ 19 sint *M* | exemplum *R* 20 competentis $M^a$ 21 peruenirit $M^a$, peruenerit $M^b$ 22 conseruat *C* | ulleiani $M^a$ 23 filiarum] filiorum $R^a$ 24 eam *om.* $M^a$ | existere] *M*, esse *CR* | eorum $R^a$ 25 in *om.* $M^a$ 26 et testam.] testam. *C* | matribus his] matribis $M^a$ 28 dare *R* 29 *s. a. Hal.* 31 quibus] quibus autem *R* | habent $PL^a$ | tutor uel curator] uel curatorem *S*, tutor $R^a$ | possit *L* 34 ei] ei iam *M*

1 non debetis. Sed consultius feceritis, si praesidem prouinciae uirum clarissimum adieritis, ut is ad administrationem tutelae compellatur. PP. VIII K. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMP. ALEXANDER A. VALENTINO. Potuit quidem et debuit competens iudex [B 38, 1, 48] in locum excusati curatoris, licet pupillus alios quoscumque haberet tutores, dare. quamuis autem curator cum aliis in locum eius substitutus sis, tamen periculo administrationis ultra pubertatis tempora non adstringeris. PP. V ID. IVN. MODESTO ET PROBO CONSS. a. 228

3 IDEM A. HYLAE. Propter late diffusum (id est in diuersis locis [5, 62, 11 mut. B 38, 1, 49] constitutum)[1] patrimonium uel quod solus administrationi non sufficias[2], an tibi tutelam administranti[3] adiungi aliquos curatores oporteat, praeses prouinciae, si te non sufficientem deprehenderit, aestimabit. PP. VIII ID. DEC. POMPEIANO ET PELIGNO CONSS. a. 231

4 [4]IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. EVPLOIO. Licet tutorem habenti [B 38, 1, 50] tutor dari non potest, tamen certis ex causis alius idoneus substitui sententia competentis iudicis solet, id est in locum suspecti, qui conuictus ac remotus est, et in locum excusati uel defuncti uel relegati tutoris. PP. ID. MART.[5] SAECVLARE II ET DONATO CONSS. a. 260

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ZENONI. Cum ob augmen- [B 38, 1, 51] tum facultatum curatores adiungi solent, non prius tutores dati administratione eorum liberantur.
1 Sane si is qui administrauit tempore finitae tutelae fuit soluendo, secuti temporis periculum ad te pertinere non potuisse manifestum est. D. III K. APRIL. CC. CONSS. a. 294

## XXXVII

## ℞ DE ADMINISTRATIONE TVTORVM ET CVRATORVM ET DE PECVNIA PVPILLARI FENERANDA VEL DEPONENDA ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. MODESTO. Frustra times administrare [B 38, 9, 15] res adulescentis, cuius curator es, ne ex hoc aliquis existimet commune periculum prioris temporis te recepisse: sed ea, quae agenda putas, age et, quod magis interest omnium partium, insta, ut iudex inter te et tutores datus quam primum partibus suis fungatur. PP. XII K. OCT. ALBINO ET AEMILIANO CONSS. a. 206

2 IDEM AA. TIMONI ET HELPIDEPHORO. Aduersus curatorem adulescentis, cui [B 38, 9, 16] collegae dati estis, quam diu administratio communis durat, exerceri iudicium non potest. PP. II K. MAI. APRO ET MAXIMO CONSS. a. 207

3 IMP. ANTONINVS A. EVMVSO. Sumptus in pupillum tuum necessario et ex [B 38, 9, 17] honestis iustisque causis iudici, qui super ea re cogniturus est, si probabuntur facti, accepto

*P* (36, 5. 37 ℞) *L* (*ut P*) *CR* (37 ℞ *ante* 36, 5 *collocauit* $R^a$) *M*

---

[1] id est ... constitutum *om. l. gem.* [2] uel ... sufficias *om. l. gem.* [3] tut. admin. *om. l. gem.* [4] *iunge* 5, 42, 2 [5] Mai. 5, 42, 2

---

1 consultus $M^a$ 2 ad *om.* $R^a$, is ad *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* 4 ualentino] *CR*, ualentio *S*, ualentiniano *M* 5 curatoris] $C^aR^aM^b$, curato**s $M^a$, tutoris $C^bR^bM^c$: κουράτωρος *BΣ* (κ.π.) | quosque *M*, κουσκούμκουε *BΣ* | haberes $M^a$ | dare] *ita plane Graeci:* εἰ καὶ ὁ πούπιλλος ἄλλους εἶχεν ἐπιτρόπους, διδόναι *BΣ* (κ.π.) 6 sit $M^a$ 7 adstringueris $M^a$ | *s. a. Hal.* 8 ilae *M*, *om. S* | id est *om.* $M^a$ 9 sufficiat antebi $R^a$ 10 te insufficientem *l. gem.* 11 estimabitur $R^a$ | *s. a. Hal.* 12 ualens *S* | gallerius *R* | euploio] *Q cum* 5, 42, 2, euplogio *M*, eupolitio *S*, euphebo *CR* | tutori $M^a$, 13 aliis $M^a$ 14 id est] idem $C^a$ | qui ... excusati *om.* $M^a$ | coniunctus *R* 15 legati $R^a$ | *s. a. Hal* | seculari *Hal.* 16 imp. *L* | et cc. zenoni *om. R*, et cc. *om. C*, et *om.* $M^a$ | zezoni *S* 19 *s. a. Hal.* 21 administrationem *S* 22 et pecunie *M*, et de pec. *om.* $R^b$, *deficit* $R^a$ 24 modesto] modesto et altino *R*: altino *nescio an ortum sit ex* albino *subscriptionis* | timetis *R* 25 curat* res $M^a$, curator estis $R^a$, curatores estis $CR^b$ | aliquid $R^a$ 26 temporis te] $M^b$, *** $M^a$, temp. uos *CR* | putastis $CR^a$, putatis $R^b$ | agite $CR^b$ | interest] est inter $R^a$, inter $M^a$? 27 partum] p. est $R^a$ | instate $CR^b$, instante $R^a$, *sta $M^a$ | te] uos *CR* | tutorem *R* 28 *s. a. Hal.* 29 ilpidoforo *S*, helphidoforo *C*, phidophoro *M* 30 diu] diuam $R^a$ 31 *s. a. Hal.* 32 emuso *R* | ex *om.* $C^aRM^a$?

ferentur, etiamsi praetoris decretum de dandis eis non sit interpositum. nam quod a tutoribus siue curatoribus bona fide erogatur, potius iustitia quam aliena auctoritate firmatur. D. XIIII K. SEPT. DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

4 IDEM A. PROCVLAE. Nisi eam pecuniam, quam constiterit libertum paternum tutorem filiae tuae rationi eius debere, uel deposuerit uel in praediorum comparationem conuerterit, remittetur ad praefectum urbis, secundum ea quae constituta sunt, arbitrio eius puniendus. PP. XII K. OCT. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213 [B 38, 9, 18]

5 IDEM A. RVFINO. Frustra tutores quondam adulescentium, quorum curam administras, iudicatum facere detractant, cum exacta pecunia possit auctoritate praesidis in depositi causam haberi. PP. K. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215 [B 38, 9, 19]

6 IMP. ALEXANDER A. PACONIO. Non est ignotum tutores uel curatores, si nomine pupillorum uel adultorum scientes calumniosas instituunt actiones, eo nomine condemnari oportere, ne sub praetextu nominis eorum propter suas simultates secure lites suas exercere posse existiment. PP. VI ID. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223 [B 38, 9, 20]

7 IDEM A. VALERIO. Tutelam pupillorum tuorum sic administrare debes, ne aedificium, quod his relictum est, contra formam alienandi testamento datam uendas. PP. VI ID. IVL. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223 [B 38, 9, 21]

8 IDEM A. APRILI. Etsi scisses te curatorem datum nec administrasses, ceteris curatoribus et administrationem peragentibus et sufficientibus damno praestando contra te actio dari non potest. si autem nescisses curatorem[1] datum, etiamsi soluendo ceteri non sint, damni periculum ad te non redundabit. PP. VI ID. DEC. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229 [B 38, 9, 22]

9 IDEM A. MELITIAE. Si curatores habes hique dotare te[2] bonis tuis cessant, adito praeside impetrabis, ut, quod moderatum est honestae personae, praestare cogantur. PP. XVII K. MAI AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230 [B 38, 9, 23]

10 IDEM A. RVFINAE. Si liberti eiusdemque curatoris culpa seu fraude ratio uestra laesa sit, sarciri damnum ab eo qui dedit praeses prouinciae curabit, non dubitaturus etiam grauiorem exsecutionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. XI K. AVG. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230 [B 38, 9, 24]

11 IMP. GORDIANVS A. CAECILIO. Si bonam causam ea cuius tutor es habuit et aduersus latam sententiam non appellasti seu post appellationem prouocationis sollemnia implere cessaueris, tutelae iudicio indemnitatem pupillae praestare debes. PP. V ID. AVG. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239 [B 38, 9, 25]

12 IDEM A. OCTAVIANAE. De his, quae in fraudem administrationis a tutore gesta uel neglegenter acta a curatoribus eorum quibus successisti adlegas, agere debes, si modo annos legitimae aetatis implesti. neque enim ignoras non multum patrocinari fecunditatem liberorum feminis ad rerum suarum administrationem, si intra aetatem legitimam sunt constitutae. PP. III NON. OCT. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241 [B 38, 9, 26]

*V* (*incipit* 1 rentur etiamsi) *CRM*

---

[1] te *ins.* (*T*) [2] de *ins.* (*u. i.*)

---

1 de *om.* $M^a$ | nam] *VQ*, id nam $R^aM^a$, id namque $CR^bM^b$ 3 *s. a. V Hal.* | d.] pp. *Hal.* | duobus et aspris *Hal.* 4 proculo $M^a$ 6 remitte**tur *V*, remittatur *R*, remittitur $M^a$ 7 puniendi *R* | *s. a. V Hal.* | IIII] ii *uel* u *V* 8 frusta tores $M^a$ | quarum $R^a$ 9 detrectant $RM^b$ | cum *om.* $R^a$ 10 *s. a. V Hal.* | iul.] *V?*, iun. *Hal.* | cereali *Hal.* 11 pachonio *S*, piconio *R* 12 institutant *V* 13 sub] su $M^a$ | sua *V* | simulaetates $R^a$ | securi *R* 14 possit $M^a$ | *s. a. V Hal.* | id.] k. id. *V* 16 quod] quidem $M^a$ | *s. a. V Hal.* 18 april. *V* 20 si] *VQ*, sin *CRM* | necisses *V uel* $V^a$ | *etiamsi)* etiam *R* | soluen $M^a$ 21 sunt *CM* | ad] a $M^a$ | redundant *V* | *s. a. V Hal.* | VI id.] *V*, VII k. *Hal.* | III] iu *V?* 23 melitiae] *VM*, militiae *CR*, mellitae *S* | hiique *CRM* | doctare $M^a$ | te] de te *C*, de *M* 24 moderatum est] moderatores $R^a$?, moratum $M^a$ 25 *s. a. V Hal.* | clemente] *V*, clementino *Hal.* 26 si] li $M^a$, *om.* $R^a$ 27 dubitaturus] ignarus *C* 28 excucionem $M^a$ | aperte $R^a$ 29 libertum $M^a$ | deprehendantur $M^a$ | *s. a. V Hal.* | clementino *Hal.* 32 post *om.* $R^a$ 33 *s. a. V Hal.* | v *om. Hal.* 35 octauiano *S*, octauie *M* 36 gesta] uestra *V*, γεγενῆσθαι *B* 37 ignotas $R^a$ | non *om. V contra B* 39 *s. a. V Hal.*

13 Idem A. Longino. Tutores debita pupillaria seu deposita reposcentes ad [B 38, 9, 27] satisdationem compelli non posse manifestum est. PP. viii k. Mai. Arriano et Papo conss. a. 243

14 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Clementi. Rationes curae administratae [B 38, 9, 28] ante impletum uicesimum et quintum annum durante officio posci iure non posse manifestum est. PP. prid. non. Avg. Philippo A. et Titiano conss. a. 245

15 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Licinio. Si non subscripsisti [B 38, 9, 29] quasi fideiussor, frustra uereris, ne ex ea intercessione, qua signasti ut curator, olim liberatus (ut adfirmas) sententia praesidis, ex officio curatoris conueniri possis. PP. prid. non. Mart. Diocletiano iii et Maximiano AA. conss. a. 287

16 Idem AA. et CC. Procvlo. Non omni titulo rerum[1] pupilli potestatem [B 38, 9, 30] alienandi tutores habent, sed administrationis tantum causa distrahentes, quae uenum eis dare licet, iustam causam possidendi comparantibus praestant. cum itaque donare nulla ratione res eorum quorum administrant negotia potestatem habent, uindicare dominium a possidentibus non prohiberis. S. x k. Mai. Heracliae AA. conss. a. 293

17 Idem AA. et CC. Martiali. De successione sua tutores frustra timent, [B 38, 9, 31] cum his qui tutelam administrauerunt testamenti factio non denegetur. nec de bonis suis donare aliquid probibentur. S. xvi k. Nov. Sirmi AA. conss. a. 293

18 Idem AA. et CC. Sotericho. Debitoribus pupillae pro officii ratione, [B 38, 9, 32] tutorem te constitutum adseuerans ad te nominum periculo pertinente, parere solutioni denuntia. qui si satis non fecerint, in uenditione pignorum uti communi iure potes. S. prid. k. Ian. Sirmi AA. conss. a. 293

19 Idem AA. et CC. Vindiciano. Tutor licet absens decreto datus, si sciens [B 38, 9, 33] se sollemniter non excusauerit, administrationi constituitur obnoxius. S. iii id. Febr. Sirmi CC. conss. a. 294

20 Imp. Constantinvs A. Pro officio administrationis tutoris uel [Th. 3, 30, 1 B 38, 9, 34] curatoris bona, si debitores existant, tamquam pignoris titulo obligata minores sibimet uindicare minime prohibentur. idem est et si tutor uel curator quis constitutus [(Th.)] res minorum non administrauit. D. vii k. April. Treviris Volvsiano et Anniano conss. a. 314

21 [2]Idem A. ad Maximvm pp. Pupillorum seu minorum [Vat. 249 Th. 3, 30, 2 B 38, 9, 35] defensores, si per eos donationum condicio neglecta est, rei amissae periculum praestent. D.[3] iii *non.* Febr. Romae Sabino et Rvfino conss. a. 316

*V S* (*c.* 14) *P* (37, 13. 14. 16 [19 *p*] 20. 21) *L* (37, 13. 14. 16. 19...21) *C* (*transponit* 37, 17. 18. 19. 16) *R* (*transponit* 37, 16. 15) *M*

---

[1] *requiritur* res (*edd.*) [2] *iunge* 8, 53, 25 *Consult.* 9, 13 [3] pp. (*Vat.*)?

---

1 idem] imp. gord. *PL* | posentes *M* 2 *s. a. V Hal. PL* | pp.] p. *PL* | arriano ... 3 conss. *om. PL* 4 et phil. c. *om. M* | glementi *M* | curie *S* | administratae ante] administrante *S* 5 officium *S* | non posse posci iure *C* | posse] possi. *M*$^a$ 6 *s. a. VS Hal.* | pp. prid. non aug.] ppp. u. dā. *S* | a ] a. ii *Hal.* | tationo *S* 7 aa.] aa. et cc. *M* | subscripsisse *V*, scripsisti *M*$^a$ 8 filiussor *V* | ut *om. M*$^a$ 9 sententiam *V uel V*$^a$ | possit *M*$^a$ | *s. a. V Hal.* 11 idem] impp. dioc. et max. *PL* | et cc. *om. PLCR* 12 habeant *CR* | causa tantum *M* | uenundare eis *PLCRM*$^b$ 14 habeant *C* 15 *s. a. V Hal. PL* | s.] *V*, d. *Hal. PL* | x *om. PL* | heracliae] *Hal.*, heracl. *V*, her. *PL* 16 et cc. *om. CR* 17 administrauerint *M* | testamento *V* | non] nunc *M*$^a$ | suis *om. M*$^a$ 18 *s. a. V Hal.* 19 et cc. *om. CR* | soterichо] *V*, sotherico *SCRM* | officio *VR*$^a$ 20 tut. te] tut. *V* | nominum] nonum *R*$^a$? | periculum *M*$^a$ | solutione *R*$^a$ 21 fecerit *R*$^a$ | potest *VM*$^a$ | *s. a. V Hal.* 23 et cc. *om. CR* | decerto *M*$^a$ 24 se *om. pLM*$^a$ | administrationis *pL*, administraciones *M*$^a$? | *s. a. V Hal.: in pL extat* s. 26 a.] *VPL Th.*, a. c. *M*, a. philiete *C*, a. fileto *R*, a. euphemianae *Hal.* | uel curatoris *om. C* 27 obligato *M*$^a$ | monores *P*$^a$ 28 uel curator *om. L*$^a$ 29 administrauerit *M* | *s. a. V Hal. PL* | treuiris *om. V*, treuiris ... 30 conss. *om. PL* 31 id. a.] id. a. et c. *S*, constantinus et caess. *Vat.* | ad maximum] *PLCR Th.*, maximo *VM* | pp.] pu. *libri plerique Th. Consult.: cf. Mommsen ad Vat.* 249 *in edit. min.* 33 *s. a. Th. V Hal.: in Vat. extat* pp. *et* conss. in foro diui *reliquis abscissis* | non.] k. *V Hal.* | romae *om. V*

22 [1]IDEM A. AD POPVLVM. Lex, quae tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum argentum gemmas uestes ceteraque mobilia pretiosa, urbana etiam mancipia, domos balnea horrea atque omnia intra ciuitates uenderent omniaque ad nummos redigerent praeter
1 praedia et mancipia rustica, multum minorum utilitati aduersa est. Praecipimus [B 38, 9, 36] itaque, ut haec omnia nulli tutorum curatorumue liceat uendere, nisi hac forte necessitate et lege, qua rusticum praedium atque mancipium uendere uel pignorare uel in dotem dare in praeteritum licebat, scilicet per inquisitionem iudicis, probationem causae, interpositio-
2 nem decreti, ut fraudi locus non sit. Ante omnia igitur urbana mancipia, quia totius suppellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate et in domo retineant: nam boni serui fraudem fieri prohibebunt, mali, si res exegerit, sub quaestione positi poterunt prodere
2a ueritatem. Atque ita omnia obseruabunt, ut nec inuentaria minuere nec mutare uel subtrahere aliquid tutor ualeat: quod in ueste margaritis gemmis et in uasculis ceteraque sup-
2b pellectili necessarium est. Et tolerabilius est, si ita contigerit, seruos mori suis dominis, quam seruire extraneis. quorum fuga potius tutori adscribitur, siue neglegentia dissolutam
2c patiatur esse disciplinam, siue duritia uel inedia atque uerberibus eos adficiat. Nec enim dominos execrantur, sed magis diligunt, ita ut haec lex per hoc quoque melior antiqua sit:
3 tunc enim remota seruorum custodia etiam uita minorum saepius prodebatur. Nec uero domum uendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines aut uidere fixas aut reuulsas non uidere satis est lugubre. ergo et domus et cetera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant, nullumque aedificii genus, quod integrum
3a hereditas dabit, collapsum tutoris fraude depereat. Sed et si parens uel cuiuscumque heres est minor reliquerit deformatum aedificium, tutor testificatione operis ipsius et multorum fide id reficere cogetur: ita enim annui reditus plus minoribus conferent quam per
4 fraudes pretia deminuta. Serui etiam, qui aliqua sunt arte praediti, operas suas commodo minoris inferent et reliqui, qui in usum minoris domini esse non poterunt quibusque ars
5 nulla est, partim labore suo partim alimoniarum taxatione pascantur. Lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra feminas immoderatas atque intemperantes prospexit minoribus, quae plerumque nouis maritis non solum res filiorum, sed etiam uitam addicunt[2].
5a Huic accedit, quod ipsius pecuniae, in qua robur omne patrimoniorum ueteres posuerunt, fenerandi usus uix diuturnus, uix continuus et stabilis est: quo facto saepe intercidente
6 pecunia ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. Iam ergo uenditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti, exceptis his dumtaxat uestibus, quae detritae usu aut [5, 72, 4 mut.]
7 corruptae seruando seruari non poterint. Animalia quoque superuacua mino- [Th. 3, 30, 3] rum quin ueneant, non uetamus. D. ID. MART. SIRMI CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326

*V* (*desinit in* 13 dominis) *PLCRM*

[1] *iungenda est* 2, 27, 2, *fortasse etiam* 4, 32, 25 [2] *idem B:* § 5 *collocata fuerit post* § 2c

1 a.] a. et c. *S* | astringit *PL*, astrictixit $R^a$, abstringit $M^a$, abstrinxit $M^b$ 2 arigentum *PL* | uestesque *PL* | mobilia ... 3 atque *om.* $L^a$ | peciosa $P^a$, precia $M^a$ 3 intra ciu.] *VQ*, intra ciu. sunt $M^a$, quae intra ciu. sunt $PLCRM^b$ 5 tuorum $P^a$ | ue] uel $M^a$ | forte hac *PL* 6 qua] que $R^a$?$M^a$ | uel] uel que $V^a$ | pignore *V* | in dotem] ut donationem propter nuptias uel in dotem *R* | dare] dare uel *V* 7 praeterito $PL^aCRM^a$? | probat. caus.] et prob. caus. et *CR*, et prob. caus. *M* 8 ante] inter $R^a$ | uerbana $M^a$ 9 notitiam] non eciam $M^a$? | retineantur $CR^aM^b$, φυλαττέσθωσαν *B* 10 mali ... 11 obseruabunt *om.* $M^a$ 11 inuentario *PLR*, inuentari* $M^a$, inuentarum $M^b$ | nec mutare *om.* $L^a$ 12 ceteraque suppellecti *V*, ceterisque suppellectilibus $P^bL^a$, ceterasque supellictili $M^a$ 13 est et] et $P^bL^a$, est $L^b$ | tollerabilium *L*, tolerabilios $R^a$, *inc.* $M^a$ | moris $P^aM^a$ 15 ducia $P^a$ | inediae $PL^a$ 16 dominus $C^a$ | haec] in haec $P^a$ | per] pro *PLCR* 18 deficit $PLM^a$ 19 non uidere fixas aut reu. uidere $M^b$ 20 permaneant] semper perm. *M* 22 est heres *CR* 23 referre $P^tL^t$ | redditis $M^a$ 24 diminuta *C?RM?*, deminuant *PL* | arte praed. sunt *CR* | suas] su** $P^a$ 25 relinqui $M^a$ | poterint $CR^b$, poterint $R^a$ 26 est] estque $M^a$ 27 etiam] eciam et *M* | contra] in*** $M^a$ | intemparantes $M^a$ 28 nobis $PL^t$ | res] alias res spem $P^a$, spem $P^bL^a$? | abdicunt $L^bCR^b$ 29 accidit $M^a$ | posuerint *C* 30 facto *om.* $R^a$ 31 adducantur $M^a$ 32 detri $R^a$ | aut] seu *M* 33 potuerint *PL* 34 ueniant $M^a$ | *s. a. Th. Hal. PL* | id.] III id. *Th. contra* 2, 27, 2. 5, 72, 4 | sirmi] *Th. cum* 2, 27, 2, *om. Hal. PL cum libris ad* 5, 72, 4 | et constantio (constantino *Hal.*) c. *om. PL*

23 IDEM A. FELICI. Si tutoris uel curatoris culpa uel dolo, eo [Th. 3, 30, 5 mut. B 38, 9, 37
quod uectigal praedio emphyteutico impositum minime dependere uoluissent, minori[1] fuerit
amissum, damnum quod ei contigit ex substantia eorum resarciri necesse est. D. XIIII
K. MAI. CONSTANTINOPOLI DALMATIO ET ZENOPHILO CONSS. a. 333
24 [2]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Tutores uel [Th. 3, 30, 6 mut.
curatores, mox quam fuerint ordinati, sub praesentia publicarum personarum inuentarium
1 sollemniter rerum omnium et instrumentorum facere curabunt. Aurum argentumque et
quidquid uetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima
custodia collocent, ita tamen, ut ex mobilibus aut praedia idonea comparentur aut, si forte
(ut adsolet) idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam usurarum crescat
accessio, quarum exactio ad periculum tutoris pertinet. D. VI K. MART. CONSTANTINO-
POLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396
25 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP.[3] Sancimus creatione tutorum et curato- [B 38, 9, 38
rum cum omni procedente cautela licere debitoribus pupillorum uel adultorum ad eos solu-
tionem facere, ita tamen, ut prius sententia iudicialis sine omni damno celebrata [Inst. 2, 8, 2
1 hoc permiserit. Quo subsecuto, si et iudex pronuntiauerit et debitor persoluerit, sequitur
huiusmodi causam[4] plenissima securitas, ut nemo in posterum inquietetur: non [(Inst.)
enim debet, quod rite et secundum leges ab initio actum est, ex alio euentu resuscitari.
2 Non autem hanc legem extendimus etiam in his solutionibus, quae uel ex reditibus uel ex
pensionibus uel aliis huiusmodi causis pupillo uel adulto accedunt: sed si extraneus debitor
ex feneraticia forsitan cautione uel aliis similibus causis solutionem facere et se liberare
desiderat: tunc enim eandem subtilitatem obseruari censemus. D. X K. MART. CONSTAN-
TINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
26 IDEM A. IOHANNI PP. Cum quaedam mulier testamento condito filium suum [B 38, 9, 39
praeterisset, idem autem filius, qui praeteritus erat, uel fratris uel extranei esset tutor uel
curator, qui scriptus a matre tutoris fuerat heres, in praesenti specie manifestissimum erat
1 stare tutorem uel curatorem in praecipiti loco. Siue enim auctoritatem suam uel consen-
sum ad adeundam hereditatem praestare pupillo uel adulto minime uoluerit, ne ex hac
causa sua iura aliquod patiantur praeiudicium, satis ei imminet periculum tutelae uel
utilis negotiorum gestorum actionis, ne pupillus uel adultus utpote ex illius tarditate laesus
litem ei ingerat: siue huiusmodi timore perterritus auctor fuerit pupillo uel adulto, aliud
periculum emergebat: dum enim alii consentit, ipse sua iura perdit: uidebatur etenim
confirmare matris suae iudicium, quod oppugnandum esse existimabat. Et multae aliae

*P* (*c.* 24) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] id *uel* ius *uel simile quid excidit* [2] *a Theodoro Hermopolita* (*Heimbach Anecdota* 1 *p.* 225 *c.* 24 *citatur sub numero* κε', *in* *BΣ* 28, 4, 37 *c.* 28 (§ 1*a.* 2*b*) *sub numero* κθ': *quod errore factum esse inde patet, quod permultis locis huius editionis numeri confirmantur in adnotationibus Thalelaei et Theodori ad h. t.* (*BΣ* 38, 9, 14 *seqq.*) [3] *constitutionem suggerente Triboniano ad Caesarienses aduocatos promulgatam esse referunt Inst. l. c.* [4] solutionem *Inst.*

---

1 a.] a. et c. *S* 2 emphiteucio $M^a$ | defendere $M^a$ | minoris $CR^bM$ | fuerint $M^a$ 3 admissum $CM^a$ | resarcire $C^aRM^a$ | *s. a. Th. Hal.* | XIII *Hal.* 4 xenophilo *Hal.* 5 aa.] a. et c. *S* | euticiano *PLR* | pp. *om. CR* 6 publicarum] supplicarum $M^a$ 8 imitatur $R^a$ 9 collent $P^a$ | tamen] tam $M^a$ | comparentur ... 10 idonea *om.* $R^a$ 10 asolent $P^aM^a$ | potuerunt *C* | iuris formam] *M Th.*, formam iuris *PLCR* | adcrescant *R*, adcrescunt *C* 11 accessione $CR^a$ | *s. a. Th. Hal. PL* | VI] *Th.*, VII *Hal.*, uiii *PL* | const. ... 12 conss. *om. PL* 13 creationem $C^aM^a$ 14 tutela $R^a$ | pupillorum debitoribus *R* 15 iudicis *R* 16 quo subsecuto] quod **secuto $M^a$ | pronunt.] hoc pr. *C* 17 causas *R* 18 ex alio] exilio $R^a$ 19 legem *bis* $M^a$ | ostendimus $R^a$ | redit.] h redit. $R^a$ 20 accidunt *C* 21 deliberare $R^a$ 22 desiderant $C^a$ | obseruare *R. om.* $M^a$ | *s. a. Hal. R* (*del.* $R^b$) | d. ... constantin. *om. R* 23 uu. cc. *om. R* 24 idem] impr. iustinianus *S* 25 qui praeterius $M^a$ | fratres $M^a$ | esse $M^a$ 26 manifestum *R* 27 staret $R^a$ | uel curatorem *om.* $R^a$ | in *om.* $C^a$ 28 de adeundam hereditatem $R^a$, ad e*d*m (eandem?) hereditatem $M^a$, de adeunda hereditate $R^b$ 29 aliquid $M^a$ | patiuntur $R^a$ 30 negotiorum ... adultus *om.* $R^a$ | pillus $M^a$ | illis $M^a$ 31 siue] si uero $R^a$ | timore] errore $R^a$, terrore $R^b$ | praeteritus $R^a$ 32 consensit *M* | ipsa $C^aR^a$? 33 multae] in lite $M^a$ | insuper aliae *R*

insuper species oriuntur, ex quibus uerendum est tutori uel curatori circa suas res prae-
3 iudicium, puta in hypothecis et aliis uariis casibus. Inuenimus autem generaliter definitum post officium depositum omnes actiones, quas tutor uel curator ex necessitate officii sub-
4 ierit, in quondam pupillum uel adultum transferri. Quare tam optimo exemplo argumentati non et in aliis omnibus casibus, in quibus ueretur tutor uel curator, ne praeiudicium
5 aliquid ei fiat, timorem eius remouemus? Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum uel adultorum gubernare, scituris, quod lex nostra eis sua iura immutilata reseruat nihil ex huiusmodi auctoritate uel consensu praeiudicii subituris. D. x k. Sept. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

27 Idem A. Iohanni pp. Constitutionem, quam nuper fecimus[1] disponentes, [B 38, 9, 40] quemadmodum debent solutiones in contractibus minorum causa fieri siue ex reditibus siue ex pensionibus siue ex aliis similibus *causis*, etiam in usuras extendimus, quae tamen non summatim neque ex multis annis collectae iam debentur, biennales metas et centum solidorum quantitatem minime excedentes. D. k. Nov. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

28 Idem A. Iohanni pp. Sancimus neminem tutorum uel curatorum pupilli [B 38, 9, 41] uel adulti uel furiosi aliarumque personarum, quibus tam ex ueteribus quam ex nostris constitutionibus curatores creantur, defensionem quam pro lite susceperunt recusare, sed ab initio litis modis omnibus memoratas personas defendere et litem praeparatam secundum leges instruere scientes, quod et hoc munus necessarium est tam tutelae quam cura-
1 tioni. Et si hoc recusauerint uel subire distulerint, non solum utpote suspecti amoueantur amissa eorum existimatione, sed etiam ex substantia sua omne detrimentum, quod antelatae
1a personae ex recusatione defensionis sustineant, resarcire cogantur. Sed et si quis ex quadam interpellatione admonitus, propter litis instructionem[2] consuetam cautelam exposuerit, uel post litem contestatam, quam per se et non per procuratorem suscepit, uel demens uel furiosus factus fuerit, sancimus continuo curatorem ei in competenti iudicio ordinari cura et prouisione tam iudicis, sub quo lis uertitur, quam cognatorum et propinquorum et actoris, si uoluerit, ut non ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatem habente
2 creando curatore defensionem subire et cetera litis adimplere. Personis etiam, quae periculo proprio uel suae substantiae tutores uel curatores petierunt, siue matres forte fuerint uel quidam alii, compellendis eos, quos ordinauerint tutores uel curatores, praeparare talem
2a subire defensionem. Vel si illi noluerint hoc facere et propter huiusmodi defensionis recusationem tutela uel curatione remoueantur, sic necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores uel curatores ordinare in ipsis gestis, in quibus tutores uel curatores crean-
2b tur, ex sua confessione declarantes talem subire defensionem. Ne autem tales personae sine prouisione debita relinquantur uel contra eos agentium iura diutius protelentur, sancimus continuo, id est post recusationem defensionis, in casibus uidelicet, in quibus (sicut dictum est) hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum uel curatorum celebrari: cognatis

*P* (*c.* 28) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *c.* 25 *h. t.* [2] cum *ins.* (*Mommsen*)

---

2 puta … definitum *om.* $R^a$ | casibus] $CR^b$, causis *M*, θέμασι *BΣ* (κ.π.) 4 in] ut $R^a$ | uel adultum *om.* $M^a$ | transferre *R* | argumentati (—tari $M^a$) non] $M^aQ^a$, argumentati (—tari $C^a$) nec non $CM^b$, argumenti $R^a$, argumentati $R^b$ | in *om.* $M^a$ | omnibus *om.* *R* | uertetur $R^a$ 6 aliquod $M^b$ 8 auctoritatem uel consensum $M^a$ | *s. a. Hal.* 10 idem] impr. iustinianus *S* 11 solutionis $C^aM^a$ 12 causis] casibus $CR^bM$, *om.* $R^a$, *cf. p.* 473, 20 | usuris $C^a$ 13 summatis $R^a$ | annis] neque a. $R^a$ | iam] **iam $C^a$ 14 *s. a. Hal.* *M* (*ubi collocatur post* 16 pp.) | k.] *M*, x k. *Hal.* | post *om.* *M* 15 uu. cc. *om.* *M* 16 idem] impr. iustinianus *SPL* 17 aliorumque $C^aR$ | ex tam $R^a$ 18 constitutionis $P^a$, legibus *CM* | susceperint *R* 19 litis] lites $C^a$ 20 et *om.* *PL* | minus $M^a$ | tute $M^a$ 21 et] sed *PL* | suspecti] ammoti suspecti $L^a$ 22 estimatione *R* 23 sustineat $P^a$ 25 uel] ut *L* | non per] non $P^a$ 26 curat. ei continuo $R^a$ | ordinati $L^a$ 28 instuta *P* 29 defensioni $C^a$? | quae *om.* $P^a$ | periculum $P^a$, in periculo $L^a$ 30 uel suae] et uel suae $P^a$? | petierunt … 31 curatores *om.* $M^a$ 31 quaedam aliae *CR* | ordinauerit $C^a$ 32 illi *om.* $R^a$ 33 tutela] a t. $CM^b$ | sic *om.* $L^bCRM$ 34 uel] et *CM* 37 causis *C* | in quibus uidelicet *CR*

aliisque propinquis uel adfinibus uel creditoribus uel aliis quorum interest adeuntibus uel admonentibus eos, qui secundum leges ius habent tutores uel curatores constituere.
3 Defensionem autem et nomen eius in hoc casu apertius declarantes, ne forte putauerint tutores uel curatores grauamen sibimet imponi, illam decernimus defensionem eos subire, quae non satisdatione pro euentu litis constituitur, sed ut tantummodo litem secundum legum ordinem pro pupillo uel adulto aliisque personis instruant, licentiam ex hac nostra auctoritate habentes sine decreto res quarum gubernationem gerunt pro cautela litis subsignare.
4 Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum et adultorum aliarumque personarum penitus amputantes sancimus omnes tutores uel curatores non alias creari, nisi prius cum aliis sollemnibus uerbis, quae pro gubernatione rerum tam in gestis quam in cautionibus ab his conscribuntur, et hoc specialiter expresserint, quod omnimodo sine ulla dilatione defensionem pro pupillis et adultis aliisque supra memoratis personis subire eos necesse est.
5 Hisque adicimus nullam neque in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes tutoribus et omnibus curatoribus licere fructus, siue qui ex reditibus praediorum colliguntur siue ex substantia personarum quarum gubernationem habent inuenti fuerint, id est uinum et oleum et frumentum uel cuiuscumque speciei sunt, sine decreto distrahere iusto pretio, quod in his locis, in quibus uenditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere, et[1] quae ex uenditione eorundem fructuum colliguntur pecuniae, cum alia pupillorum uel adultorum aliarumque personarum substantia administrentur. D. XII K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC.[2] a. 531

## XXXVIII
## R DE PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM R

1 IMP. ALEXANDER A. QVINTO. Et qui notitiae causa liberti tutores dantur, [B 37, 7, 60] quamuis soli administrandorum negotiorum pupillorum siue adultorum facultatem interdum non accipiant propter tenuitatem sui patrimonii, periculo tamen omnes sunt obligati, siue ea, quae scire deberent ex utilitate eorum, tutores siue curatores dissimulauerunt aut fraudem aliquam adhibuerunt uel cum aliis participauerunt aut, cum suspectos facere deberent, in officio muneris uel obsequio debito cessauerunt. PP. VIIII K. FEBR. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

2 IDEM A. SATVRO. Ad eos, qui in alia prouincia tutelam administrant, peri- [B 37, 7, 61] culum administrationis ex persona tutorum, qui in alia prouincia res pupilli gerunt, non porrigitur. PP. NON. IVL. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

3 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. GRATIANO. Si res pupillares, quas [B 37, 7, 62] horreo conditas habere aut etiam uenumdare debuisti, in hospitio tuo, ut adseueras, ui ignis absumptae sunt, culpam seu segnitiam tuam non ad tuum damnum, sed ad pupilli tui spectare dispendium minus probabili ratione deposcis. PP. III K. APRIL. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

*P* (37, 28. 38 R 2) *L* (*ut P*) *CRM* (26 nt ex … 28 *in litura latent*) *Q* (*ad u.* 26…28)

---

[1] ut (*Mommsen*)? [2] D. xv k. Nou. … uu. cc. anno secundo (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 180)?

---

1 uel adf.] et adf. *CM* 2 habeant *R* 3 in *om. PL* 4 inponere $C^a M^a$ 5 tantummodo *om. M* | litem] in l. *C* 6 ordinem legum *R* | hac *om. L* 7 habente $M^a$ 9 uel curatores] $R^b$ *cum B:* πάντα ἐπίτροπον καὶ κουράτωρα, *om.* $PLCR^aM$ 10 nisi] ni $P^a$ | pro *om.* $M^a$ | in gestis] gestis $PL^a$ 12 supra] simul supra *C* 14 colligantur *R* 15 substantiae personaerum $R^a$ | habeant *R* 16 et frum.] frum. *PLR* | specie *L* | sine] siue $R^a$ 17 crelebratur $P^a$ 19 aliarumque *om.* $M^a$ | amministrent *P* | *s. a. Hal.* 22 periculum *S* 23 quanto *M*, quinto et quintotie *S* (*scil. ortum ex* et qui notitiae) | liberi $R^a$ 24 ministrandorum $M^a$ 26 deberent] *CR*, debent *Q* 27 suspectus $R^a$, susceptos $C^a$ 28 muneris] *CQ*, ***oris $R^a$, tutoris $R^b$ | debito obsequio *Q* | *s. a. Hal.* 30 idem] imp. alex. *PL* | aliena *LC* 31 aliena prouincia *LC*, aliam prouinciam $M^c$ 32 *s. a. Hal.* 33 et philippo cons. *M*, *om. C* 34 uendere *C* 35 ignis] gnis $R^a$ | tuam] stuam $R^a$ 36 *s. a. Hal.*

4 IDEM A. ET C. FLORO. Tutoribus seu curatoribus fortuitos casus, aduersus [B 37, 7, 63] quos caueri non potuit, imputari non oportere saepe rescriptum est. PP. XII K. SEPT. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SEVERO. Si tutor petitus uel [B 37, 7, 64] testamento datus tutorem te constitutum esse non ex remissioris neglegentiae uitio, sed iustae ignorationis ratione non didicisti idque liquidis probationibus ostenderis, periculo eius temporis, quod ignorante te transmissum est, non teneberis. PP. III ID. SEPT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

6 IDEM AA. ET CC. EPICTETO. Temporis, quod insequitur post tutelae trans- [B 37, 7, 65] lationem, administrationis officio finito ad eos qui fuerunt tutores gerendae rei non pertinere periculum rationis est. S. V K. DEC. CC. CONSS. a. 294

## XXXVIIII

## ℞ QVANDO EX FACTO TVTORIS VEL CVRATORIS MINORES AGERE VEL CONVENIRI POSSVNT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. SEPTIMO. Iuliana, cuius tibi curatores condemnati sunt, [B 37, 9, 8] si uicesimum quintum annum aetatis egressa est, actio iudicati utilis aduersus ipsam bonaque eius exercenda est. nam tutores curatoresque finito officio non esse conueniendos ex administratione pupillorum adulescentiumque saepe decretum est. PP. VIII K. IVL. ROMAE ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMP. ALEXANDER A. SOSANDRO. Etsi tutores tui, cum pecuniam pupillarem [B 37, 9, 9] crederent, ipsi stipulati sunt, utilis actio tibi datur. PP. XV K. SEPT.

3 IMP. GORDIANVS A. PRVDENTIANO. Si in rem minoris pecunia profecta sit, [B 37, 9, 10] quae curatori uel tutori eius nomine mutuo data est, merito personalis in eundem minorem actio danda est. PP. NON. SEPT. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MAXIMIANAE. Si hi, qui [B 37, 9, 11] te in pupillari aetate constituta fuerunt tutores, postea in administratione perseuerantes uel curatores constituti tua praedia locauerunt, eos competenter conueni: sed ex eorum contractu utilis tibi quaeri potuit contra successores conductoris actio. S. III NON. MART. AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. ONESIMAE. Per tutorem pupillo actio nisi certis ex causis [B 37, 9, 12] quaeri non potest. D. ID. DEC. CC. CONSS. a. 294

*P* ([38, 4 *p*] 39 ℞ 2...4) *L* (38, 4. 39 ℞ 2...4) *CRM*

---

1 aa. et cc. *R*, a. et cc. *M* | fortuitus *C* 2 quod $M^a$ | non oportere *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.: in pL extat* pp. x 4 impp.] mp. *R* 5 remissionis $C^aRM^b$, re remission*s $M^a$ | neglegentiae ... 6 ignorationis *om.* $M^a$? | neglegentio $R^a$ 7 *s. a. Hal.* 9 aa. et cc.] a. *S* | aepitecto *R*, episteto *M* 11 *s. a. Hal.* 13 ex] de *M*, *om. S* 14 minoris $C^aM^a$ | conuenire $SP^b$, uenire $P^a$ | possit $P^a$, possint $P^bC$ 15 antonius *M* | septimo] *S*, septimio $CM^a$, septimia $M^b$, septimio militi *R* | iuliana *om.* $M^a$ | sunt si] sint *uel* fuit $M^a$ 17 non] o non $R^a$ | conuen. esse *C* 18 *s. a. Hal.* | iul., *quod in editione excidit, in addendis suppl. Hal.* 20 imp. alex.] idem *PL* | sosandro] *CR*, synandro *S*, zodandro *PL*, sorachoro *M* 21 *s. a. PL* 22 re *R* 23 tutori uel curatori $L^b$, uel tutori *om.* $L^a$ | nomine] $PLM^b$, nomine minoris $CR^bM^a$, nomine minoris eius $R^a$ 24 *s. a. Hal. PL* 25 imp. *R* | et c. *S*, *om. PL* | maxime *S* 26 fuerint $PL^aR^a$ 27 competeter $P^a$ | sed] sed et $RM^b$ 28 conductores $P^a$ | actio] actio ** per tutorem pupillo ... dari non potest $M^a$ (*sc. ex c.* 5) | *s. a. Hal. PL* | s.] sd. *L* 29 aa. conss. *om. PL* 30 unisimae *C*, onissimae *R* 31 quaeri] dari *M* | *s. a. Hal.*

# XXXX

## ℞ SI EX PLVRIBVS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS OMNES VEL VNVS AGERE PRO MINORE VEL CONVENIRI POSSVNT ℞

1 Imp. Antoninvs A. Miltiadi. Ab uno ex tutoribus uel curatoribus posse [B 37, 7, 66] causam minoris defendi, cum alii tutores uel curatores eum defendere noluerint, ignorare non debes. PP. non. Nov. Messala et Sabino conss. a. 214

2 Imp. Constantinvs A. et Licinivs C.[1] ad Symmachvm. Si diuisum [Th. 2, 4, 1, 1 B 37, 7, 67] administrationis periculum per prouincias sit, his tantum omnibus insinuari conuenit et ab ipsis inferri litem, qui in ea prouincia tutelae uel curae officium sustinent, ne de aliis prouinciis defensores minorum ad iudicia producantur. D. prid. non. Febr.[2] Constantino A. v et Licinio C. conss. a. 319

# XXXXI

## ℞ NE TVTOR VEL CVRATOR VECTIGAL CONDVCAT ℞

1 Imp. Antoninvs A. Sexto. Competens iudex non ignorat non esse admittendos [B 38, 13, 1] ad uectigalia conducenda eos, qui pupillorum uel adulescentium tutelam seu curam
1 administrant uel eius administrationis rationem nondum reddiderunt. Sed quamuis contra interdictum ad uectigale conducendum accesseris, tamen, quoniam ultro me adisti, si tam
2 uectigali quam pupillis satisfeceris, falsi crimine carebis. Cum autem fisco iam obstrictum postea tutorem esse dicas, periculo te[3] excusare poteris. PP. viii k. Avg. Romae Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

# XXXXII

## ℞ DE TVTORE VEL CVRATORE QVI SATIS NON DEDIT ℞

1 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. Titio et Flaviano. Si nondum [B 38, 8, 10] uobis aetas legitima completa est, satisdationem ab his, quos minus idoneos curatores uobis ab aduersario, cum magistratu fungeretur, datos dicitis, postulate. prohibentur enim ab administratione, nisi securitati uestrae satisdatione prospexerint. PP. non. Ivl. Aemiliano et Basso conss. a. 259

2 [4]Idem AA. et Valerianvs C. Evploio. Et eum tutorem qui superest, si [B 38, 8, 11] secundum praesidis praeceptum et iuris formam satis non dat, remoueri a tutela (si inopia

*V* (*incipit u.* 5 tutoribus) *P* (42 ℞) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] et Licinius C. *om. Th. recte: adiectum uidetur ex subscriptione* [2] Sirmio. accepta viii id. Mart. Corinthi *ins. Th.* [3] postea tutorum te subiectum esse dicas periculo, te (*Mommsen*)? [4] *iunge* 5, 36, 4

1 *rubricam tituli* 41 *hoc loco habet R* 3 unum *S* 4 possint *C* 5 antoninus] authito *M* | melthiadi *S*, militiadi *CM*, casio mileti *R* 6 minorum *M* | aliis $M^a$ 7 *s. a. V Hal.* 8 c.] consul $M^a$, *om. S* | ad symm. *om.* $M^a$ 9 per prouincias] peruincias $M^a$ 10 inferre $M^a$ | ea prouincia] ea pro *V*, eam prouinciam *C* 11 producantur] *R Th.*, perducantur *VCM* | *s. a. Th. V Hal.* 12 v *om. Hal.* 15 antonius *M* 17 contra *om.* $R^a$ 18 uectigalem $VC^a$, uectigal $C^bRM$ | ultro me] ultro e *uel* ultrone $V^a$, ultr.ne $M^a$ 19 crimini $C^a$ | iam] te iam *C* | abstrictum $M^a$ 20 postea tut. esse] τότε πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν ἐκκλήθη *B* excusari $M^a$ | *s. a. V Hal.* 23 tutorum $M^a$ | uel] et *S* | dedit] debet $PL^a$ 24 impp.] mp. *R* | ual. et gall.] ualens gratianus *S* | titio] *SC*, tito *M*, *om. R*, *deficit V* 25 aetas uobis *R* | legitimam *V* | completa *om.* $M^a$ | quo *V* 26 ab *om.* $C^a$ | fungerentur $M^a$ | ab *om.* $M^a$ 27 ni prospex. secur. uestrae satisd. *R* | *s. a. V Hal.* 28 et basso *om. V* 29 aa.] a. *S* | et ual. c. *om. C*, et *om. M*, ualerianus *om. S* | ual.] cc. *R* | c.] caess. *V*, cons. *M* | euploio] *V*, euphoio *S*, eupoloio *C*, eupolio *R*, euproio *M* 30 si nopia $M^a$

hoc faciat, sine infamia, si fraude, etiam cum nota) aditus prouinciae rector iubebit: et in locum defunctorum alios idoneos substitui praecipiet, praesertim cum patrimonium pupilli
1 noua hereditate auctum esse proponas. Tutores autem dati ab heredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelae reposcent. PP. ID. MAI.[1] SAECVLARE ET DONATO CONSS. a. 260

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA.[2] STRATONICAE. In dubium non [B 38, 8, 12] uenit tutores, qui non testamento dati sunt, administrandi potestatem nisi satisdatione
1 emissa saluam tutelam fore non habere. Si igitur tutor, qui pro tutelari officio [2, 40, 4] non cauerat, iudicio expertus est, aduersus[3] eum lata sententia iuri tuo officere non
2 potuit, nec ea quae ab eo gesta sunt ullam firmitatem obtinent. Frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desideras, quando ea quae ab eo gesta sunt[4] ipso iure irrita sunt. PP.[5] XVIII K. IAN. NICOMEDIAE DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO AA. CONSS.[6] a. 287

4 IDEM AA. ET CC. TERTVLLO. Non omnium tutorum par similisque causa [B 38, 8, 13] est. quapropter exemplo testamentarii confirmatum a praeside uel datum ex inquisitione non onerari satisdatione rem saluam fore pupillorum manifestum est, pluribus autem datis ex inquisitione tutoribus illum, qui satis secundum formam edicti rem pupilli saluam fore dedit, in administratione praeferri iam dudum obtinuit. S. ID. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

5 IMPP. CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS AA. ET SEVERVS ET MAXIMINVS CC. [B 38, 8, 14] Tutor, qui satisdationem, cum dare debuit, minime interposuit, nihil omnino ex bonis
1 pupilli alienare potest. Posteaquam autem ad tutelae administrationem electus est, et bonorum possessionem pupilli nomine agnoscere eum potuisse et cetera eius, quae tempore artarentur, persequi debuisse aperte claret. D. XI K. IAN. CONSTANTIO V ET MAXIMIANO V AA. CONSS. a. 305

## XXXXIII
## ℞ DE SVSPECTIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. DOMITIAE. Libertum tuum et tutorem filii tui, si fraudulenter res eius administrare existimas, suspectum facere potes, modo si officium eius pubertate pupilli finitum non est. nam si eo iure tutor esse desiit, iudicio tutelae conueniendus est. PP. ID. AVG. ROMAE DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

2 IDEM A. LONGINO. Curatores quidem suo periculo, quanto tardius ad eos [B 37, 10, 12] tutela transfertur, cessant. quod si id fraude factum existimas, suspectos eos postula: qui si submoueri meruerint, in locum eorum alios accipies. PP. ID. IAN. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

*V P* (42, 5. 43 ℞) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] Mart. 5, 36, 4 [2] AA. et CC. *l. gem.* [3] contra *l. gem.* [4] qui legitimae administrationis personam sustinere non potuit *ins. l. gem.* [5] s. *l. gem.* [6] Nicomediae CC. conss. (= *a.* 294) *l. gem. recte, quamquam is annus hoc loco non conuenit temporis ordini*

1 prouinciae rector] prouinciae *V* 2 praesertum *M*ª 3 actum *CM*ª | quos] que hos *M*ª*?* 4 *s. a. V Hal.* 5 impp.] mp. *R* | aa.] aa. et c. *S* | stationicae *VM*, statronice *C* 8 iure tuo *V*, iura tua *CM*ª 9 nullam *M*ª 10 restitutionibus *R*ª 11 *s. a. V Hal.* 12 aa. et cc.] a. *C* | tertullio *S* | pars *M*ª 13 exemplo ... 14 est] *V*, cum (causam cum *R*ª) exemplo ... sit *CRM* 14 honorarii *M*ª*?* 15 inquisitioni*(bus?) *C*ª | illum *om. R*ª | pupillo *CR*, pupilli* *M*ª*?* 16 administrationem *R* | *s. a. V Hal.* 18 imp. *R* | const.] diocl. et max. const. *L*ª | aa. et *om. CM* | seu. et maximianus *SVR*, seu. et max. *PL*, maximo et seuero *C*, seuero et maximiano *M* | cc.] conss. *M*, *om. C* 19 qui satis *om. M*ª | bonis] nouis *V* 20 ad] a *C*ª | et *om. PL* 21 et *om. C*ª | que eius *C* | tempora *C*ª 22 debuisset *L*ª | declaret *V* | *s. a. V Hal.* | d.] dix. *Hal.* | v *om. Hal.* | max. iu *V*, maximo (maximiano *in addendis*) II *Hal.* 25 suspectis] s. rebus *S*, s. tutoribus *C* 26 antonius *M* | tuum *om. M*ª 27 suspectum] susceptam spect* *M*ª | potest *V* | pupilli *om. M*ª 28 iudicio] in iudicio *M* | *s. a. V Hal.* 29 duobus] d. et *Hal.* 30 quando *C* 31 id fraude] *VE*, in fraude *C*, fraude *R*, in fraudem *M* | postulas *V* | qui] qua *R*ª 32 meruerunt *M* | *s. a. V Hal.* | cereali *Hal.*

3 Imp. Alexander A. Fortvnatae. Praeses prouinciae tutores filiorum [B 37, 10, 13] tuorum strictioribus remediis adhibitis omnimodo administrationis officium compellet agnoscere. quod si in eadem contumacia perseuerauerint, suspectos postulare, ut alii in locum eorum petantur, non prohiberis. PP. id. Ian. Alexandro A. iii et Dione conss. a. 229

4 Idem A. Thalidae. Etiam testamento patris tutorem datum suspectum [B 37, 10, 14] postulare potes, si fraudem tutoris argueris. PP. v id. Sept. Alexandro A. iii et Dione conss. a. 229

5 Idem A. Asclepiadi. In postulandis suspectis tutoribus seu curatoribus [B 37, 10, 15] non uires patrimoniorum principaliter, sed an nihil segniter, nihil fraudulenter geratur, perpendi oportet. PP. viii k. Ian. Maximo ii et Paterno conss. a. 233

6 Imp. Gordianvs A. Felici. Pietatis fungeris munere, qui fratris tui filios, [B 37, 10, 16]
1 ut necessitudo sanguinis suadet, protegere conaris. Si igitur tutores uel curatores eorum
non recte administrant, suspectis eis postulatis atque ostensis, ut alii in loco eorum con-
2 stituantur, facile impetrabis. Quod si nihil in fraudem egerunt, uerum ita egeni sunt,
ut in eorum administratione fratris tui filiorum substantia periclitetur, an eis iniungendus
3 sit curator, qui idoneis facultatibus sit, rector prouinciae aestimabit. Remouendi autem
licentia non solum parentibus utriusque sexus, sed etiam cognatis et extraneis et infamibus
et ipsi cuius res administrantur, si non impubes sit, arbitrio cognatorum bonae opinionis
constitutorum conceditur. PP. v id. Nov. Pio et Pontiano conss. a. 238

7 Idem A. Gorgoniae. Eum, quem ut suspectum tutorem uel curatorem [B 37, 10, 17] accusas, pendente causa cognitionis abstinere ab administratione rerum tuarum, donec causa finiatur, praeses prouinciae iubebit. alius tamen interea in locum eius in administratione rerum ordinandus est. PP. vii k. Mart. Sabino ii et Venvsto conss. a. 210

8 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Procvlo. Si non suspectum con- [B 37, 10, 18] tutorem tuum postulare ac remouere ab administratione bonorum pupilli curaueris, admitti nequaquam potest ratio desiderii tui iam nunc postulantis tutelam tibi nomine eiusdem pupilli restitui. PP. xiii k. Nov. Peregrino et Aemiliano conss. a. 244

9 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Ammiano. Suspectos [B 37, 10, 19] tutores ex dolo, non etiam eos, qui ob neglegentiam remoti sunt, infames fieri manifestum est. S. viii k. Mai. CC. conss. a. 294

## XXXXIIII

## ℞ DE IN LITEM DANDO TVTORE VEL CVRATORE ℞

1 Imp. Antoninvs A. Miltiadi. Si quas petitiones aduersus pupillos tuos habes, dirigere eas potes, adsistentibus causamque defendentibus contutoribus tuis, cum et, si alios tutores non haberent, ad hoc genus litis defendendae curatores accipere deberent. PP. xiii k. Avg. Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

*V* (*deficit in* 28 et cc. ham) *P* ([43, 4 *p*] 44 ℞ 1) *L* (43, 5. 4. 44 ℞ 1) *CRM*

---

2 strictionibus $R^a$ | remed. adhib. *bis* $M^a$ | compellit $C^a$ 3 loco *CM* 4 *s. a. V Hal.* 5 a.] aa. *V*, a. et c. *pL*, a. et cc. *M* 6 potes] *VC*, posscis *pL*, possis *RM* | tutori *V uel* $V^a$ | *s. a. V Hal. pL: apud Hal. est subscriptio c.* 5 | v] *pL et sic uel* iii *uel* x *V* | id. ... 7 conss. *om. pL* | alex. *bis V* 8 idem] imp. alex. *PL* | asclepiodi *R* 9 patrimonium *L* | segn. nihil] segn. $P^a$ | generatur $M^a$ 10 *s. a. V Hal. et Hal. ad c.* 4 | viii] *V Hal. ad c.* 4, vi *Hal. h. l.* 11 pietatis] si aetatis $R^a$ | fingeris $M^a$ | munere qui] muneris $C^a$ 13 non ... eorum *om.* $M^a$ | locum $CM^a$ 14 quod *om.* $C^a$ | in (* $M^a$) fraude *M*, fraude (*om.* in) *C* | egeni ... 15 admin. fra *om.* $V^a$ (*suppl. manus* 2) 15 eis] his *V* | iungendus *R*, adiungendus *C* 16 idoneus *M* | existimabit *R* 17 infamibus] *ne muta: infamibus enim hoc casu pro aliis postulare permittitur:* affinibus, *quod habet* $M^b$, *collocari non potuisset post* extraneis 18 impuberes sint *C* 19 *s. a. V* (*euanidis* nou. ... conss.) *Hal.* 20 a.] a. et c. *S* | quem] que $M^a$ 21 cognacionis $M^a$ | ab *om.* $M^a$ 22 administracionem *M* 23 *s. a. V Hal.* 24 et phil. philippo *M* 26 potest] post $M^a$ 27 *s. a. V Hal.* | xiiii *Hal.* 28 impp.] mp. *R* | damiano *S*, amiano *M* 30 *s. a. Hal.* 32 lite *RM* | tutorem uel curatorem *S*, uel cur. *om. R* 33 antonius *M* | a. *om. C* | meltiadi *SC*, militiadi *PLRM* 34 potest $P^a$ 35 haberetur $M^a$ | defendere (*uel* defende) $C^a$ | *s. a. Hal. PL* | xiii] xiiii *P*, iii *L* 36 antonino ... conss. *om. PL*

2 Imp. Alexander A. Evaristo. An tibi partis fundi paterni uindicatio BΣ 38, 9, 39
1 competat, is cuius de ea re notio est aestimabit. Respicere autem debes officium, in quo
te esse tutorem dicis, ne ob eiusmodi petitionem euictione secuta ultra pretii quantitatem
auctoris heredem pupillum tuum oneres, qui laudatus per te defendi debeat, cum aut com-
2 pensationis rationem habere aut contrario tutelae iudicio experiri possis. Sed ne tuum ius,
si quod habes, impediatur, ad eam rem defendendam, quae aduersus te uindicantem agenda
erit, curatores pupillo petuntur. PP. xii k. Mai. Ivliano *et* Crispino conss. a. 224

3 Imp. Gallienvs A. Valerio. Ad protegendam causam tutor siue curator B 37, 6, 15
datus conueniri non potest administrationis periculo, cum sola suscepti negotii tutela mandata est. si nihil igitur, ut adlegas, praeter negotium gessisti, frustra conueniris. PP. k. April. Valeriano et Lvcillo conss. a. 265

4 Idem A. Irenaeo. Ad litem datus tutor si quid bona fide erogasti, a contutoribus more solito exigere potes. PP. k. Nov. Paterno et Arcesilao conss. a. 267

5 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Tigrani. Siue ex testamento siue iure legitimo fratris tui filiorum tutelae onus ad te pertineat, uereri non debes de his quaestionibus, quas aduersus fratrem quondam tibi fuisse dicis, cum, si qua emerserit lis, procuratore dato et illis curatore ad litem constituto et sollemnitati iuris, ubi tutor exigitur, et indemnitati utriusque prospici possit. S. iiii k. Mai. CC. conss. a. 294

## XXXXV

## ℞ DE EO QVI PRO TVTORE NEGOTIA GESSIT ℞

1 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. Marcello. Etiam mulieres, si res pupillares pro tutore administrauerunt, ad praestandam rationem tenentur. PP. Aemiliano et Basso conss. a. 259

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Marco. Non utiliter nominatus tutor pupillorum agendo nomine, licet ex eorum persona iniunctam impleat intentionem, exceptione 'si tutor non est' submouetur. D. non. Dec. CC. conss. a. 294

## XXXXVI

## ℞ SI MATER INDEMNITATEM PROMISERIT ℞

1 Imp. Alexander A. Brvttiae. Suo potius periculo magistratus tutores quos petisti dederunt, quam tu contra sexus condicionem alicui ex ea obligatione obstricta es, quod tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti. PP. iii id. Mart. Maximo *ii* et Vrbano conss. a. 234

2 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Asclepiadi et Menandro. Quaedam B 38, 8, 22
pupillorum uestrorum a matre itemque auo paterno administrata eorumque nomine indemnitatem uobis promissam esse adseueratis. quae si ita sunt et idem pupilli legitimae aetatis effecti non aduersus matrem suam itemque auum, sed contra uos congredi malunt, non

*P* (44, 4. 45 ℞ 1) *L* (*ut P*) *CR* (45 ℞ 44, 5 *transponit* $R^a$) *M* (*transponit* 44, 4. 2. 3)

---

1 euaristo] *S*, euaresto *PLCR*, uaresto *M* | partis] patris $M^a$ 3 tutoris $C^a$ 4 cum *om.* $M^a$*?* 5 tute $M^a$ | ne] nec $M^a$*?* 6 habet $M^a$ | agendi $R^a$ 7 petantur $C^b$ | *s. a. Hal.* | et] ii et *Hal.* 8 gallius *M* | protegandam $R^a$ | siue curator *om. R contra B* 9 sola] ea sola *C* | suscepti (—ta *alt. l.*) negotii *bis* $R^a$ 10 gesti $M^a$ | *s. a. Hal.* 11 luciano *Hal.* 12 idem] imp. gall. *PL* | a.] a. et c. *S* | hyrineo *S* 13 *s. a. Hal. PL* | paterno ... conss. *om. PL* 14 imp. *R* | tigrano *C* | ex *om.* $M^a$ 17 illis] lis $R^a$ | sollempnitate $R^aM^a$ 18 indempnitate $M^a$ | utrisque $M^a$ | *s. a. Hal.* 21 imp. *R* | ualerius *S* | si mulieres *C* 22 teneantur *C* | *s. a. Hal.* 24 aa. et cc.] et c. *S* 25 iniunctas i. intenciones *M* 26 non *om.* $C^aR^a$ | *s. a. Hal.* 29 bruttie curie *S*, brutiae *CR*, butie *M* 31 tutore $M^a$*?* | *s. a. Hal.* | ii] iii *Hal.* 33 et phil. c.] et philippo cons. *M*, *om. R* | et menandro *om. S* 34 indemnitatem ... 481, 1 immerito *bis* $R^a$ 36 facti $M^a$ | auium *R alt. l.*

immerito indemnitatem ab his praestari desiderabitis, quos et administrationem suo periculo
pridem suscepisse proponitis. PP. IIII ID. IVL. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246
3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. GAIANO. Ob tutorem [B 38, 8, 23
non idoneum a matre petitum frustra uobis eam teneri contenditis, cum non, nisi specia-
liter eius periculo dari decreto fuisset comprehensum, ex ea obligatione obstricta est. S.
K. DEC. AA. CONSS. a. 293

## XXXXVII

## ℞ SI CONTRA MATRIS VOLVNTATEM TVTOR DATVS SIT ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. TERTIO. Si contra matris ultimam [B 38, 8, 24
uoluntatem Fuscinium filio communi tutorem datum probaueris, eum sine damno existima-
tionis a tutela remouendum praetor decernet. quae rescriptio, si in fraude conuictus fuerit,
non suffragabitur. PP. XIII K. MART. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197

## XXXXVIII

## ℞ VT CAVSAE POST PVBERTATEM ADSIT TVTOR ℞

1 IMP. PHILIPPVS A. DEXTRO. Tutores, qui necdum administrationis rationem[1] [B 38, 9, 14
ad curatores transtulerunt, defensioni causarum pupillarium adsistere oportere saepe rescrip-
1 tum est. Et ideo, si (ut proponis) instrumenta, quibus adseri possunt causae prouocationis,
etiam nunc hi quorum meministi apud se detinent, aditus praeses prouinciae periculi sui
eos admoneri praecipiet. PP. XII K. NOV. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

## XXXXVIIII

## ℞ VBI PVPILLI EDVCENTVR ℞

1 IMP. ALEXANDER A. DIONYSODORO. Educatio pupillorum tuorum nulli [B 38, 2, 7
1 magis quam matri eorum, si non uitricum eis induxerit, committenda est. Quando autem
inter eam et cognatos et tutorem super hoc orta fuerit dubitatio, aditus praeses prouinciae
2 inspecta personarum et qualitate et coniunctione perpendet, ubi puer educari debeat. Sin
autem aestimauerit, apud quem educari debeat, is necessitatem habebit hoc facere, quod
praeses iusserit. PP. VII ID. FEBR. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223
2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. GRATAE. Vtrum nepos [B 38, 2, 8
tuus ex filia apud te an patruum suum morari debeat, ex singulorum adfectione et qui
magis ad suspicionem ex spe successionis prop*i*or sit, aestimabitur. S. XVIII K. NOV.[2]
NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

*P* (49 ℞ 1) *L* (*ut P*) *D* (*ad* 46, 3) *CRM*

---

[1] redddiderunt neque administrationem *secundum B ins.* (*Mommsen*) [2] Ian. (*Mommsen*)?

1 praeparari *M*ᵃ*?* 2 *s. a. Hal.* 3 imp. *D*, mp. *R* | galano *S* 5 *s. a. Hal.* 10 imp. *C*, mp. *R* | aa.] a. *C* 12 praeter *C*ᵇ | decernit *M* | fraudem *CRM* | coniunctus *R*ᵃ 13 suffragabit *M*ᵃ*?* | *s. a. Hal.* 15 *rubricam om. R*ᵃ | post *om. M*ᵃ | adsit] hac sit *S* 16 administrationis rationem] *C*, administrationem *R*, administraciones *M:* οἱ ἐπίτροποι οἱ μηδέπω λόγους τῆς ἐπιτροπῆς ἐπιδεδωκότες μηδὲ μετενεγκόντες τὴν διοίκησιν ἐπὶ τοὺς κουράτωρας *B* 17 causarum *om. R* | pupillarum *CM*, pupilla*rium *R*ᵃ | oportet *R*ᵃ 18 si *om. M*ᵃ*?* 19 nunc *om. R* | adtus *M*ᵃ 20 *s. a. Hal.* 22 pupilli edocentur *S*, pupillus educetur *CR* 23 dionysodoro] *LR*, dionisidoro *P*, dionisiodoro *CM* | edu**to *P*ᵃ | tutorum *PR*ᵃ*M*ᵃ 25 cognatam et tutores *R*ᵃ 26 condiccione *M*ᵃ*?* | sin … 27 debeat *om. P*ᵃ*R*ᵃ 27 is] si *M*ᵃ | quod] quem *C*ᵇ*M*ᵇ*:* ἀνάγκην ἔχοντος τοῦ κελευομένου πᾶσι τρόποις λαμβάνειν τὸν ἄνηβον *B* 28 *s. a. Hal.* 30 an] an apud *Q*ᵇ 31 suspectionem *M*ᵃ*?* | proprior *CRM*, ἐγγύτερος *B* | *s. a. Hal.*

# L

## ℞ DE ALIMENTIS PVPILLO PRAESTANDIS ℞

1 Imp. Antoninvs A. Favstino. Pupillus, si ei alimenta a tutore suo non [B 38, 2, 9] praestantur, praesidem prouinciae adeat, qui, ne in alimentorum praestatione mora fiat,
1 partibus suis fungetur. Idem est et si de statu pupilli seu adulti et de bonis eius controuersia pendeat. PP. vi id. Ivl. Romae Laeto ii et Cereale conss. a. 215

2 Imp. Alexander A. Avfidio. Quod plerumque postulatur, ut arbitrio prae- [B 38, 2, 10] toris alimenta pro modo facultatum pupillis uel iuuenibus constituantur, pro officio suo hi
1 qui aliena negotia gerunt, ne apud iudicem controuersiam habeant, faciunt. Ceterum si bonus uir et innocens tutor arbitrio suo aluit pupillos (quod interdum etiam necesse est fieri, ne[1] secreta patrimonii et suspectum aes alienum, quod melius est interim taceri quam, cum de modo bonorum quaeritur, ultro proferri et apud acta ius dicentis contra utilitatem pupillorum signari), non dubio accepto ferre debebunt ea, quae uir bonus arbi-
2 trabitur merito ad exhibitionem educationis ministeria studiaque erogata esse. Nec ferendus est iuuenis, qui, cum praesens esset studiisque eruditus atque alitus est, si ea per alium se consecutum non probet, sumptusque[2] recuset, quasi uento uixerit aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit. PP. non. Dec. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

# LI

## ℞ ARBITRIVM TVTELAE ℞

1 Imp. Antoninvs A. Leoni. Cum tutelae administratae ratio a te peti [B 38, 3, 26] coeperit, neque ueritati neque iustis probationibus officit, quod (ut dicis) testator modum patrimonii sui uerbis testamenti ampliauit uel minuit. PP. v k. Oct. Romae dvobvs Aspris conss. a. 212

2 Idem A. Praesentino. Nomina paternorum debitorum si idonea fuerunt [B 38, 3, 27] initio susceptae tutelae et per latam culpam tutorum minus idonea tempore tutelae esse coeperunt, iudex qui super ea re datus fuerit dispiciet: et si palam dolo tutoris uel manifesta neglegentia cessatur, tutelae iudicio damnum, quod ex cessatione accidisset, pupillo praestandum esse statuere curabit. PP. non. Ivl. Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

3 Idem A. Vitalio. Curator, qui post decretum praesidis, sublata pecunia, [B 38, 3, 28] quae ad comparationem possessionis fuerat deposita, praedium sibi comparauit, elige, utrum malis in emptione tibi negotium eum[3] gessisse, an, quia in usus suos conuersae pecuniae sunt, legitimas usuras ab eo accipere: secundum quae iudex tutelae iudicio redditus partem religionis implebit. PP. iii k. Ivl. Romae Laeto ii et Cereale conss. a. 215

*V* (*incipit* 11 est interim) *P* (51 ℞) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] ne] *requiritur* propter [2] que *del.* (*Hal.*) [3] curator ... negotium eum] curatorem ... negotium?

---

2 pupillorum *SR* | prestandae *S* 3 antonius *M* 4 in *om. R* 5 fung***tur $M^a$ | adulti] aduci $M^a$ 6 *s. a. Hal.* 7 ausidio *R*, euphido *M* 8 hi *om. M* 9 qui] qui in $C^a$ 10 et] aut *M* 12 ultro *om.* $M^a$ | dicendis *V* 13 debebunt *om.* $M^a$ 14 merito] digne ac merito *R* | educionis $M^a$ | stuaque $M^a$ 15 praesens esset (pr. esse $M^a$, pr. aut $R^a$) studiisque] pro censu studiis *proponit Mommsen* | est *om. R* | alium] ali*m in $M^a$? 16 consecutus *V* | prohibet $C^a M^a$? | quasi] et quasi *R* 17 studioque $C^a$ | umbui $R^a$? | *s. a. V Hal.* 19 arbitrum $P^a$, de arbitro $P^b$*L*, de arbitrio $R^b$, *deficit* $M^a$ 20 antonius *M* 21 sufficit $R^a$ 22 testamentum $R^a$ | *s. a. V Hal.* | romae *om. Hal.* | duobus] d. et *Hal., deficit V* 24 praesenti *R* | fuerint $R^a$*M* 25 tutorum] τοῦ ἐπιτρόπου *B*, *cf. u.* 26 26 eam rem *M* 27 neglegencia manifesta *M* | cessatur] *VC*, cessatum est *RM* | quod] qui $M^a$? | ex cessatione] excusacione $M^a$ 28 esse] est esse $R^a$ | *s. a. V Hal.* 29 curator qui ... 31 negotium eum gessisse] κουράτωρ τις ... ἠγόρασεν ἰδίῳ ὀνόματι ἀγρόν. δίδοται ἐξουσία τῷ ἐλάττονι ἢ τὸν ἀγρὸν λαβεῖν *B* | praesidi $M^a$ 30 ad] a $M^a$ 31 malis] aliis $M^a$ | in emptionem] inuencionem $M^a$? | egisse *C* | conuersit $R^a$? 33 *s. a. V Hal.* | romae *om. Hal.* | cereali *Hal.*

4 IMP. ALEXANDER A. AGLAO. Eum, qui bonis paternis secundum edicti for- [B 38, 3, 29
1 mam abstentus est, hereditariis actionibus conueniri nulla ratio suadet. Nec ad rem facit, quod aduersus curatores, si non consulte abstentus sit, actio competat: nihil quippe in ea quae ex officio gesta sunt uel geri debebunt ueniet[1], sed culpa solum quantique interfuit
2 eius non fuisse abstentum aestimatur. Cui consequens est, ut, si propter eam causam transegisti cum *curatoribus*, nulla aduersus te creditoribus patris tui petitio competat. PP. III K. MAI. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

5 IMP. GORDIANVS A. VICTORINO. Omnes tutores seu heredes eorum, qui [B 38, 3, 30 administrauerunt tutelam, ad eundem iudicem ire debere iam pridem constitutum est. cum igitur patrem tuum cum alio tutelam administrasse adlegas, praeses prouinciae eundem iudicem aduersus te atque heredes contutorum patris tui dare debebit, quatenus quisque condemnari debeat, examinaturum. PP. X K. AVG. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

6 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SEPTIMO ET CONONI. Cum inter- [B 38, 3, 31 dictae uenditionis uitium etiam pretii fraude tutor uester cumulasse proponatur, non dubitabit praeses prouinciae, quando uenditionem confirmare uoluistis, residuum pretium cum
1 usuris uenditae a tutore possessionis celeriter uobis restitui iubere. Quod autem petitis ab heredibus eius qui uendidit pretium uobis exsolui, superfluo a nobis desideratis, quia nec praesidis experientiam possit latere, tutores qui gesserint siue heredes eorum ob ea negotia, quae per eos administrata sunt, principali loco conueniri debere, ceteris ob culpae rationem non seruati detrimenti periculo substitutis, uel, si pariter administrasse doceantur, etiam aduersus unum liberum experiundi arbitrium competere, ita ut actiones, quas aduersus alios habetis, ad electum transferantur. PP. IIII K. SEPT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

7 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Quidquid tutoris dolo uel lata culpa uel [B 38, 3, 32 leui culpa siue curatoris minores amiserint uel, cum possent, non quaesierint, hoc etiam in tutelae siue negotiorum gestorum utile iudicium uenire non est incerti iuris. S. PRID. ID. APRIL. AA. CONSS. a. 293

8 IDEM AA. ET CC. DALMATIO. Tutores tutelae conueniri longi temporis [B 38, 3, 33 praescriptio non prohibet. unde si his transactione uel nouatione atque acceptilatione liberationem non praestitisti, apud rectorem prouinciae quaecumque tibi debentur repetere non prohiberis. S. XVI K. MAI. AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. IVLIANO. Tutorem quondam, ut tam rationem quam si [B 38, 3, 34 quid reliquorum nomine debet reddat, apud praetorem conuenire potes. quamuis enim

*V P* (51, 4. 7. 12 [8 *p*]) *L* (51, 4. 7. 12. 8) *CR* ($R^a$ *om.* 10 eundem ... 15 prouinciae) *M*

[1] debuerunt (*sic Hal.*) uenient?

1 imp. alex.] idem *PL* | agleo $R^a$, agla *M* | qui] qui a *P* 3 curatores] *V cum B*, curatores seu curatores $R^a$, curatores uel tutores $PLCR^bM$, tutores $W^a$ | competat] ei c. (conpetit *M*) *PLRM* | in ea quae] eorum quae in ea *uidetur legisse aut emendasse Thal.:* οὐδὲ γὰρ τὴν κληρονομίαν κατεδέξατο, ὡς οὐδὲν (*scr.* οὐδέ) νῦν κινεῖ κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἢ κουρατώρων ὡς κακῶς διοικησάντων τὰ τῆς κληρονομίας ἐκείνης πράγματα *B* 4 gereri *V* | culpam *PL* | solum] *V*, solummodo *PLCRM* 5 fuisset $R^a$ 6 tranegisti $M^a$ | curatoribus] *scripsi cum BΣ* (κ.π.), cur. uel tutoribus *VCRM*, tutoribus uel cur. *PL* | conpetit $M^a$ 7 *s. a. V Hal. P* | conss. *V* 9 tutelae $R^a$ | iudicem uenire *V*, *om.* $R^a$ | iam pridem *om.* $R^a$ 12 *s. a. V Hal.* 13 aa.] a. et c. *S* | hononi *S* 15 firmare $R^a$ 17 pretium qui uendidit *R* | superfluo] et s. $C^a$, ex s. $C^bR^bM^b$?, superflu* $M^a$, fluo a nobis *in paginae exitu om. V* 18 ob] ad $M^a$ 19 ob] sub $M^a$ 20 seruanti $C^a$ | detmento $R^a$ 21 competeret *R* 22 habes *VCR^a* | transferantur] $VR^a$?, transferas *C*, transferatis $R^bM$ | *s. a. V Hal.* 24 idem] impp. dioc. et max. *PL* | et cc. *om. PLM* | andro *R* | lata] leui $L^r$ | uel leui culpa] *VC*, uel leui $RM^b$, *om.* $PLM^a$: πρόσκειται εἰς τὸ κατὰ πόδας ἢ λέβεμ κοῦλπαν *BΣ*, *quae cum adnotentur ad B* κατὰ δόλον τῶν ἐπιτρόπων, *uerba* uel lata culpa *fortasse delenda sunt cum* $L^r$ (*u. s.*) 25 uel ... quaesierint *om. C* | possent] *dett.*, possint *V?PLRM* | adquisierint *R* 26 in *om.* $L^a$ | seu *L* | *s. a. V Hal.* 28 delmatio *S* | conuenire $M^a$ 29 uel nouatione atque acceptilatione] atque acc. $p^aL'$, aut acc. $M^a$, atque nouatione $L^r$: uel nouatione *tuentur B:* ἐὰν οὖν μὴ γέγονε διάλυσις ἤτοι διὰ μεταθέσεως καὶ ἀποχῆς ἀναιρεθῇ ἡ ἀγωγή, *om. index Theod.* (*BΣ*) εἰ μὴ γέγονε ἀκκεπτιλατίων ἢ διάλυσις 30 praestiti $M^a$ | petere *pLC*, ἀπαιτεῖν *B* 31 *s. a. V Hal.: in pL extat* s. | XIV *Hal.* 32 iulianae *R*, iul. *V* 33 relinquorum $M^a$ | apud *om.* $M^a$

matrem tuam susceptis bonis uestris indemnitatem pro hac administratione tutori se praestituram promisisse proponatur, tamen aduersus tutorem tibi tutelae, non aduersus matris successores ex stipulatu competit actio. S. PRID. K. IAN. AA. CONSS. a. 293

10 IDEM AA. ET CC. POMPONIO. Si defunctus tutelam uestram administrauit, [B 38, 3, 35] non rerum eius dominium uindicare uel tenere potes, sed tutelae contra eius successores
1 tibi competit actio. Debitum autem aliis indiciis probari oportet. nam quod neque ipse neque uxor eius quicquam ante administrationem habuerunt, non idoneum huius continet indicium: nec enim pauperibus industria uel augmentum patrimonii, quod laboribus ac multis casibus quaeritur, interdicendum est. S. XI K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

11 IDEM AA. ET CC. CHRYSIANAE. Tutor post puberem aetatem puellae si [B 38, 3, 36] in administratione conexa perseuerauerit, tutelae actione totius temporis rationem praestare cogitur. sin autem post finitam administrationem in isdem rebus minime se immiscuerit, temporis quod insequitur periculum ad eum non pertinet. S. V K. DEC.[1] ANCHIALO CC. CONSS. a. 294

12 IDEM AA. ET CC. QVINTILLAE. Tutelae actio tam heredibus quam etiam [B 38, 3, 37] contra successores competit. S. X K. DEC. SIRMI[2] CC. CONSS. a. 294

13 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Veteris iuris dubitationem decidentes [B 38, 3, 38] sancimus, si quidem tutor uel curator pro substantia pupilli uel adulti aliquid ubicumque dixerit ad maiorem quantitatem eam reducens, siue pro utilitate pupilli uel adulti siue per solam simplicitatem siue per aliam quamcumque causam, nihil ueritati praeiudicare, sed hoc obtinere, quod ipsius rei inducit natura et mensura pupillaris uel adulti ostendit
1 substantiae. Sin autem inuentario publice facto res pupillares uel adulti conscripserit et ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem substantiae, non esse aliud inspiciendum nisi hoc quod scripsit, et secundum uires eiusdem scripturae patrimonium pupilli uel adulti exigi: neque enim sic homo simplex, immo magis stultus inuenitur,
2 (1) ut et in publico inuentario contra se scribi aliquid patiatur. Illo procul dubio obseruando, ut non audeat tutor uel curator res pupillares uel adulti aliter attingere uel ullam sibi communionem ad eas uindicare, nisi prius inuentario publice facto secundum morem solitum res eis tradantur: nisi testatores qui substantiam transmittunt specialiter inuentarium
3 conscribi uetauerint. Scituris tutoribus et curatoribus, quod, si inuentarium facere neglexerint, et quasi suspecti ab officio remoueantur et poenis legitimis, quae contra eos interminatae sunt, subiacebunt et postea perpetua macula infamiae notabuntur, neque ab imperiali beneficio absolutione huiusmodi notae fruituri. D. K. AVG. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

# LII

## ℞ DE DIVIDENDA TVTELA ET PRO QVA PARTE QVISQVE TVTORVM CONVENIATVR ℞

1 IMP. GORDIANVS A. OPTATO. Si post finitum administrationis officium col- [B 38, 14, 1] legae tui indemnitati praestandae idonei fuerunt posteaque, dum non conueniuntur, minus

*V P* (51, 12 [8 *p*] 13) *L* (51, 12. 8. 13) *CR* (*omissis* 38 imp. gord. ... 39 posteaque *finem* 52, 1 *ad* 51, 13 *adscripsit et* 52 ℞ *ad* 52, 2 *adposuit* $R^a$) *M*

[1] Nou. (*Mommsen*)? [2] Sirmi *del.*

1 tutoris *R*$M^a$ 2 promisse $M^a$ 3 *s. a. V Hal.* 6 conpetit actio tibi *M* | conprobari *M* 7 admin.] admin. eius *M* 8 agmentum $M^a$ | ac] *V*, et *CRM* 9 *s. a. V Hal* | x *Hal.* 10 chrusiano *M*, lysitaniae *S*, casiane *C* | uberem $R^a$ 13 *s a. V Hal.* | v] *V?*, *om. Hal.* 15 etiam] actio $R^a$, *om.* *PL*$R^b$ 16 *s. a. V Hal.* | x *om. V* 17 iustinianus *M* | iucris $L^a$ 18 substantiam *V* 20 pro sua simplicitate $P^x L^t R^b M$, *deficit* $R^a$ , praeiudicari $L^a$ 21 stendit *V uel* $V^a$ 22 confecto *C* | pupillaris $L^a$ | conscripseret $R^a$ 23 per *om.* $R^a$ | scriptura $R^a$ | confusus $M^a$? | esse non aliud est $R^a$, non aliud esse $R^b$ 24 inscripsit *PLM* 26 ut et] ut *R* 29 ei $L^b$ | dantur $M^a$? | testatorestatores $P^a$ 30 uetuerint *C*$M^b$ 32 macula infamiae] infamia *M* 33 fruitur*** (int?) $P^a$ | *s a. V Hal. PL* | k.] idib. *Hal.* | const. *om. PL* 34 cc. conss.] ee. $V^a$, ee. d. * (s?) $V^b$? 36 et *om.* $M^a$ 37 tutor *R* 39 indempnitate $M^a$

idonei effecti sunt, uitium alienae cessationis ad dispendium tuum pertinere iuris ratio non
patitur. PP. VI ID. MAI. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241
2 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA.[1] PRIMIGENIO. Si diuisio ad- [B 38, 14, 2]
ministrationis inter tutores siue curatores in eodem loco seu prouincia constitutos necdum
fuit, licentiam habet adulescens et unum eorum eligere et totum debitum exigere, cessione
uidelicet ab eo aduersus ceteros tutores seu curatores actionum ei competentium facienda.
1 In diuisionem autem administratione deducta siue a praeside siue a testatoris uoluntate
unumquemque pro sua administratione conuenire potest, periculum inuicem tutoribus seu
curatoribus non sustinentibus, nisi per dolum aut culpam suspectum non remouerunt uel
tarde suspicionis rationem mouerunt, cum alter eorum non soluendo effectus sit, uel suspi-
2 cionis causam agendo sua sponte iura pupilli prodiderunt. Nec prodest eis dicentibus
3 contutorem suum non administrasse pupillares res. Sin uero ipsi inter se res administra-
tionis diuiserunt, non prohibetur adulescens et unum ex his in solidum conuenire, ita ut
actiones, quas aduersus alios habet, ad electum transferat. PP. HEMESAE XV K. APRIL.
CARINO II ET NVMERIANO AA. CONSS. a. 284
3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ZOTICO. Licet tutorum [B 38, 14, 3]
conuentione mutuum periculum minime finiatur, tamen eum qui administrauit, si soluendo
sit, in primo loco eiusque successores conueniendos esse non ambigitur. S. IIII K. OCT.
CC. CONSS. a. 294

## LIII
## ℞ DE IN LITEM IVRANDO ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. ASCLEPIODOTO. Aduersus heredem [B 38, 15, 1]
tutoris ad transferendam tutelam iudicem accipiens tempore litis ad puberem instrumenta
pertinentia restitui desiderabis. quod si dolo non exhibeantur, in litem iurandi tibi facultas
erit, modo si quondam pupillo debitam adfectionem ad uincula quoque religionis extendere
uolueris. PP. K. AVG. GETA II CONS. a. 205
2 IMP. ANTONINVS A. SEVERO. Is, qui rationes tutelae seu curae reposcit, [B 38, 15, 2]
inuitus in litem iurare compelli non potest. sed uolens ita demum audiendus est, si heres
per longam successionem tutoris instrumenta pupillaria dolo[2] circumueniendi pupilli gratia
1 exhibere non uult. Sin uero neque dolus neque lata culpa neque fraus heredis conuincetur,
omissa iurisiurandi facultate iudex de ueritate cognoscet, quae etiam argumentis liquidis
inuestigari potest. PP. XI K. OCT. DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212
3 IDEM A. PRISCIANO *MILITI*. Summa sententia comprehensa, [Consultatio 9, 8 B 38, 15, 3]
quam cessantibus curatoribus quondam tuis iudex secutus iurisiurandi a te prolati religio-

*V P* (53 ℞ 2) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] Impp. Carinus et Numerianus AA. (*edd.*)? [2] dolo *del.* (*Mommsen*)

2 *s. a. V Hal.* | VI] *sic potius quam* iii *V* | mai.] *V*, mart. *Hal.* 3 impp. *VC*, mp. *R* | carinus] c. *V* | et *om. M* | aaa.] aaa. et c. *S*, aa. *VCR* | primogenio *S* 5 elige $M^a$ 6 ei] eis *V* 7 administrationem $V^b$, admiserat rationem $V^a$? | uoluntatem $V^a$ 9 re*ue-runt $M^a$ 10 suspectionis $M^a$ | remouerunt $C^a$ | sit *om.* $M^a$ | suspecionis $M^a$ 11 perdiderunt $R^a$ | decentibus $R^a$ 12 ipsis $V^a$, uisi $R^a$? 13 prohibentur $M^a$ 14 *s. a. V Hal.* | emissāē *V*, emissa *Hal.* | XII *Hal.* 15 caro *V* | aa. *om. V* 16 tutorem conuencionem $M^a$? 17 peculum $V^a$ 18 in primo] $VW^a$, primo in *CRM* | esse *om.* $M^a$ | *s. a. V Hal.* 21 lite *SRM* 22 aa.] aa. et c. *S* | asclppio $M^a$, ascleppio $M^b$, *om. S* 23 ad] ut $M^a$? | iudices *R* | actipies $M^a$ 25 erit] et $V^a$ 26 *s. a. V Hal.* | geta ii conss. *V*, antonino a. II et geta II coss. *Hal.* 27 antoninus] alexander *M* | seu] se $M^a$ | poscit $PM^a$ 28 sed] sed si $C^a$ | per longam si heres successionem $P^a$, si heres pro longa successione *RM*, διὰ τῆς μακρᾶς διαδοχῆς *ΒΣ* (κ.π.) 30 conuincitur $M^a$ *cum ΒΣ* (κ.π.) ἐλέγχεται, conuincatur $M^b$ 31 iudex de ueritate *om.* $V^a$ (*suppl. m.* 2): ὁ δικαστὴς περὶ τῆς ἀληθείας *ΒΣ* (κ.π.) 32 *s. a. V Hal.* | duobus] d. et *Hal.* 33 prisciniano $M^a$ | militi] *Consult.*, *om. libri* | sentenciam compraehensam $M^a$ 34 tuis] quis *VC*, ** $M^a$ | perlati *Consult.*

nem in condemnationem deduxit, minui pacto non potuit. PP. K. IVL. LAETO II CEREALE CONSS. a. 215

4 IMP. GORDIANVS A. MVCIANO. Alio iure est tutor, alio heres eius. tutor [B 38, 15, 4] enim inuentarium ceteraque instrumenta si non proferat, in litem iusiurandum aduersus se potest admittere: at enim heres eius ita demum, si reperta in hereditate dolo malo non exhibeat.
1 Sed cum aduersus ipsum tutorem litem contestatam esse dicatis, transferentibus in heredes eius actionem praeses prouinciae partes suas exhibebit non ignorans, nisi exhibeantur instrumenta, quatenus iuxta formam constitutionum partes suas debeat moderari. PP. VII K. OCT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ARTEMIDORO. Licet aduersus heredes ob non factum inuentarium iusiurandum in actione tutelae praetermitti placuerit, iudicem tamen uelut ex dolo tutoris aliis indiciis instructum aduersus eos ferre sententiam conuenit. S. VIII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

## LIIII

## ℞ DE HEREDIBVS TVTORVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. FVSCIANO. Heredes tutoris ob neglegentiam, quae non latae culpae comparari possit, condemnari non oportet, si non contra [B 38, 7, 9] tutorem lis inchoata est neque ex damno pupilli lucrum captatum aut gratiae praestitum sit. PP. VI ID. MART. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197

2 IMP. ANTONINVS A. VALENTINIANO ET MATERNO. Pater uester tutor uel [B 38, 7, 10] curator datus si se non excusauit, non ideo uos minus heredes eius tutelae uel utili iudicio conueniri potestis, quod eam tutelam seu curam non administrasse dicitis: nam etiam cessationis ratio reddenda est.
1 Prius tamen propter actum suum eos conueniendos esse qui administrauerint saepe rescriptum est. PP. XI K. MART. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

3 IDEM A. AVITAE. Aduersus heredes quondam tutoris tui tutelae actione [B 38, 7, 11] consiste. in iudicium autem ueniet etiam id, quod tibi tutor ex causa fideiussionis debuit. PP. III NON. IVL. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

4 IMP. ALEXANDER A. FRONTINO. Heredes eorum, qui tutelam uel curam [B 38, 7, 12] administrauerint, si quid ad eos ex re pupilli uel adulti peruenit, restituere coguntur: et in eo autem, quod tutor uel curator administrare debuit nec administrauit, rationem reddere eos debere non est ambigendum. PP. VIII K. NOV. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

## LV

## ℞ SI TVTOR NON GESSERIT ℞

1 IMP. ALEXANDER A. ZOTICO. Certum est non solum eos qui gesserunt, sed [B 38, 16, 1] etiam qui gerere debuerunt tutelam teneri etiam in ea, quae a contutoribus seruari non

*V P* (53, 4. 54 ℞ 1. 4) *L* (*ut P*) *CR* (*transponit* 54, 1 ℞) *M*

---

1 *s. a. Consult. V Hal.* | k.] x k. *V* | cereali *Hal.* 4 lite *PL* | aduersum *PL* | se] se pro debet *M*ᵃ 5 hereditatem *L* 6 dicas *L* 7 in] *V*, uobis in *PLCRM* | actiones *M* | exhibebit ... 8 partes suas *om. R*ᵃ | exibebit *bis P*ᵃ 9 *s. a. V Hal. PL* | VII] ui *PL* | pio et *om. PL* 10 arthimidono *M* 11 herede *uel* herede* (s *uel* m) *V*, heredem *CRM*ᵃ*?* 12 iustrictum *M*ᵃ 13 *s. a. V Hal.* 15 de her. tut.] *sic Latine BΣ* 17, 2 *sch.* 42 16 imp. *L* | aa.] aa. et c. *S*, *om. R* | heredis *L*ᵃ 18 gratia *RM*: κατὰ χάριν παρεχώρησεν *B* | prestitu *M*ᵃ 19 *s. a. V Hal. PL* | VI] u *L* 20 antonius *M* | a. ualentiniano (ualent. *V*, ualenti *R*) et] *SVR*, a. *C*, ualentiuus aa. *M* 21 heredis *M*ᵃ | utile *M*ᵃ 22 eam] eum *M*ᵇ | dicitos *V* 23 est] non est *C*ᵃ 24 saepe rescr.] se perscr. *R*ᵃ | *s. a. V Hal.* 26 a.] aa. *V* | uitae *M* | heredem *M* | actione *om. M*ᵃ 27 consistet *V* | etiam *om. M*ᵃ 28 *s. a. V Hal.* | III] IV *Hal.* 30 administrauerunt *PLCM* | adultae *C* 32 *s. a. V Hal.* | III] ii *V* 36 iotico *M?* 37 gere *M*ᵃ | tutela *R*ᵇ*M*ᵇ, tutel* *M*ᵃ: οἵτινες χειρίζειν ὤφελον τὴν ἐπιτροπήν *B*

1 potuerunt, si modo, cum suspectos facere deberent, id officium omiserunt. Tu autem, etsi contra patronum tuum famosam actionem instituere non potuisti, prouidere [6, 6, 1] tamen, ne quid tutelae deesset, necessariis postulationibus apud eum, cuius de ea re iurisdictio fuit, potuisti. PP. PRID. ID. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IDEM A. IVSTO. Qui se non immiscuerunt tutelae uel curae, ex persona [B 38, 16, 2] eorum, qui gesserunt et idonei sunt, non onerantur. si qua uero sunt, quae, cum geri debuerunt, omissa sunt, latae culpae ratio omnes aequaliter tenet. PP. VIII K. MAI. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

## LVI
## ℞ DE VSVRIS PVPILLARIBVS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. PRAESENTINO. Tutorem uel curatorem pecuniae, quam [B 38, 17, 1] in usus suos conuertit, legitimas usuras praestare debere olim placuit. PP. NON. IVN. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMP. ALEXANDER A. AMPLIATO. Eius, quod ex causa tutelae debetur, usu- [B 38, 17, 2] ras praestari oportere dubium non est, quamuis aliis pro participe muneris necessitas solutionis inrogetur, quia id non alias contingit, quam si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari possit. PP. XIII K. IVL. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

3 IDEM A. VITALIO. Si pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus cre- [B 38, 17, 3] dere neque in emptionem possessionum conuertere potuisti, non ignorabit iudex usuras eius a te exigi non oportere. PP. ID. APRIL. MODESTO ET PROBO CONSS. a. 228

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AVRELIO. Pupillus [B 38, 17, 4]
1 agere uobiscum actione tutelae compelli non potest. Verum aduersus futuram calumniam et ut, si quid ei debetis, cursus eius inhibeatur usurarum, denuntiationibus frequenter interpositis ad iudicium eum prouocate ac, si rem dissimulatione proferat, actis apud praesidem prouinciae factis uoluntatis uestrae rationem declarate: quo facto tam uobis ipsis
2 quam securitati filiorum uestrorum consulatis. Quod et in curatoribus locum habet. PP. III ID. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

## LVII
## ℞ DE FIDEIVSSORIBVS TVTORVM SEV CVRATORVM ℞

1 IMP. ALEXANDER A. FELICI. Eligere debes, utrum cum ipsis tutoribus uel curatoribus heredibusue eorum an cum his, qui pro eis se obligauerunt, agere debeas uel, si ita malis, diuidere actionem. nam in solidum et cum reo et cum fideiussoribus agi iure non potest. PP. X K. FEBR. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

*V P* (56 ℞ 1. 3) *L* (*ut P*) *CRM*

---

1 cum] eos *C*, * $R^a$ | emiserunt $R^a$ 2 etsi] si $M^a$ 3 deesset] esset $R^a$ | necessarius $R^a$ 4 fuit *om. V uel* $V^a$, τυγχάνει *B* | *s. a. V Hal. cum l. gem.* | prid.] II *Hal.* | mai.] $V^b$ *cum l. gem.*, mai. a. *uel* mai. x $V^a$, decembr. *Hal.* 5 cui $R^a$ | non] in non $M^a$ | miscuerunt *C*, immiscuerit $R^a$ 6 onerentur *V*, honorantur $M^a$, βαροῦνται *BΣ* (*κ.π.*) | sunt *om. M* 7 debuerint $CR^bM$ | omissa sunt] omiserunt *C* | *s. a. V Hal.* 8 et] II et *Hal.* 10 *rubricam om.* $R^a$ | usuribus *S* 11 praesento $P^a$ 12 legitimam $V^a$, legitima $V^b$ | *s. a. V Hal. PL* 13 antonino ... conss. *om. PL* | IIII] *sic uel* iii *V* 14 eius] euis $M^a$, * $R^a$ 16 non id $RM^o$, non in $M^a$, *deficit V* | contigit *C* | in] uis $M^a$ 17 *s. a. V Hal.* | et] II et *Hal.* 18 idem] imp. alex. *PL* | uitaliam *V* | idoneus $L^a$ 19 empcione $M^a$ 20 *s. a. V Hal.* 21 imp. *M*, mp. *R* | aurelio] *VCM*, aurelio et uultatio *R*, *c.* 4 *om. S*: uultatio *uel, ut alias legitur,* uitalio *ex inscriptione c.* 3 *suppletum uidetur* 22 actionem $R^a$ | adu. futuram] aduersuturam $M^a$ 23 quid] quidem *V* | debitis $M^a$ | interpositus *R* 24 eum *om. C* 25 facti $M^a$ | declarata $M^a$ 26 securitate $M^a$ | filiorum *om.* $M^a$ | *s. a. V Hal.* 27 id. febr.] *V*, kal. sept. *Hal.* 30 felici] *R*, sirmimo *M* (*cf. u.* 27 sirmi). *om. SC*, *euanuit V* | cum *om. V* 31 heredibusue] *V*, seu heredibus *CRM* | eis] his $M^b$, ** $M^a$ 32 sol. et] sol. $R^a$ 33 *s. a. V Hal.* | x *om. V* | et] II et *Hal.*

2 Idem A. Prisco. Non est ambigui iuris electo reo et soluente fideiussorem [B 38, 7, 13] 1 liberari. Et ideo si simpliciter acceptus est fideiussor in id, quod tutor seu curator debiturus esset, cum proponas tutorem seu curatorem condemnatum soluisse, quid dubium est 2 liberatum esse fideiussorem? Plane si stipulatio rem saluam fore interposita est uel cautum est in id, quod a tutore seu curatore seruari non potest, manet fideiussor obligatus ad supplendam tibi indemnitatem. PP. viii k. Avg. Fvsco ii et Dextro conss. a. 225

## LVIII
## ℞ DE CONTRARIO IVDICIO ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Stratoni. Si pro iudicato contutore [B 38, 18, 1] pecuniam soluisti, nullum iudicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur tibi aduersus liberatum actio. quod si nomen emisti, in rem suam procurator datus heredes eius iudicati poteris conuenire. PP. vii k. Mart. Fabiano et Mvciano conss. a. 201

2 Imp. Antoninvs A. Primitivo. Si non ex propria culpa solus pupillae [B 38, 18, 2] condemnatus es, sed absens et indefensus adquieuisti, cum ex causa iudicati satisfacere coeperis, actiones aduersus contutores tuos mandari tibi a pupilla desiderabis uel utili actione uteris. PP. prid. id. Oct. dvobvs Aspris conss. a. 212

3 Idem[1] AA. et CC. Thesidi. Si pater tuus, quem et priuigni sui tutelam [B 38, 18, 3] administrasse proponis, testamento recte facto, pupillo etiam quondam suo herede instituto decessit, quoniam non nisi pro portione hereditaria tutelae petitionem confusione constet extingui, pro residua parte succedentem patri tutelae te conuenit apud competentem iudi- 1 cem reddere rationes. Qui secundum bonam fidem, eorum etiam, quae patrem tuum in re eius erogasse dicis, admissa compensatione, reliqui (si quid amplius debetur) faciet condem- 2 nationem. Quod si sciens amplius in rem suam erogatum agendum propterea tutelae non putauerit, eum contrario iudicio conuenire potes. S. xviii k. Ian. CC. conss. a. 294

## LVIIII
## ℞ DE AVCTORITATE PRAESTANDA ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Antoniano. Ne- [8, 37, 7 B 37, 8, 23] que tutoris neque curatoris absentia quicquam stipulationi pro pupillo habitae[2] nocet. Sine die et conss.[3]

2 Idem AA. et CC. Serenae. Nec actiones sine tutoris auctoritate in aetate [B 37, 8, 24] pupillari constituta remittendo quicquam amittere poteris. S. xvii k. Mai. CC. conss. a. 294

*V P* (59 ℞ [1 *p*] 2, *ubi desinit in* 30 tutoris) *L* (59 ℞ 1. 2) *D* (59 ℞ 1. 2) *CRM*

---

[1] *scribi debuit* impp. Diocletianus et Maximianus [2] pro pupillo habitae *om. l. gem.* [3] S. xvii k. Febr. CC. conss. (= *a.* 294) *l. gem.*

1 a.] a. et c. *S* 2 si *om.* $M^a$ 3 soluisse] fuisse $M^a$ | qui $M^a$ 6 *s. a. V Hal.*: et dextro conss. *post* 9 seuerus *extat in T* | viii] vii *Hal.* | ii *om. V* | dexto *V* 9 aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. *C* 11 nomina *VQ*, τὴν … ἀγωγήν *B* | eius] *V*, *om. CRM* 12 conuenire poteris *R* | *s. a. V Hal.* | flabiano *V* 13 solus] solus culpae *V* 15 actiones] *W cum BΣ* (κ.π.) τὰς ἀγωγάς, actionem *VCRM* | contutore tuo *V* | utili] uili $R^a$ 16 *s. a. V Hal.* | prid.] ii *Hal.* | duobus] d. et *Hal.* 17 aa. et cc.] a. et c. *S*, a. *M* | thelesidi *S* 19 peticionis confusionem $M^a$? | constat *M* 20 conpetem $M^a$ 21 racionem *M*, ἐπιτροπικοὺς λόγους *B* | res *M* 22 admissa] adiussa $R^a$ 23 protutelae $R^a$ 24 potuerit *R* | eum] tum $R^a$ | *s. a. V Hal.* 27 imp. *DR* | antheniano *S*, antoniaco *M*, *deficit V* 28 stipulatione *V*, stipulationem $R^a$ | pupillo] p. uel adulto *pLD* 29 *s. a. V Hal.* | et] aa. (= *a.* 293) *Hal.* 30 idem] impp. (imp. *D*) diocl. et max. *PLD* | et cc. *om. PL* | nec] ne *PLD* | actoritate $M^a$ 31 constitutus *VC*, constitutas $M^a$? | *s. a. V Hal.*: *in L est subscriptio c.* 3 | k.] kalandas *V*

3 Idem AA. et CC. Gaio. Eum, qui a pupillo sine tutoris auctoritate [7, 26, 9 B 37, 8, 25] distrahente comparauit, longi temporis spatium non[1] defendit. S. viii id. Dec. CC. conss. a. 294

4 Impp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Clarum posteritati facientes sancimus [B 37, 8, 26] omnimodo debere et agentibus et pulsatis in criminalibus causis minoribus uiginti quinque annis adesse curatores uel tutores, in quibus casibus et pupillos leges accusari concedunt, cum cautius et melius est cum suasione perfectissima et responsa facere minores et litem inferre, ne ex sua imperitia uel iuuenali calore aliquid uel dicant uel taceant, quod, si fuisset prolatum uel non expressum, prodesse eis poterat et a deteriore calculo eos eripere. D. x k. Mart. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

5 Idem A. Iohanni pp. Veterem dubitationem amputantes, per quam testa- [B 37, 8, 27] mentarii quidem uel per inquisitionem dati tutoris et unius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diuersis regionibus destinati, legitimi autem uel simpliciter dati omnes consentire compellebantur, sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, siue in testamento paterno siue ex lege uocati siue a iudice uel ex inquisitione uel simpliciter dati, et unius tutoris auctoritatem[2] omnibus tutoribus sufficere, ubi non diuisa est administratio uel pro regionibus uel pro substantiae partibus: ibi etenim necesse est singulis pro suis partibus uel regionibus auctoritatem pupillo praestare, quia in hoc casu non absimiles esse testamentariis et per inquisitionem datis legitimos et simpliciter datos iubemus eo, quod
1 fideiussionis onere praegrauantur et subsidiariae actionis adminiculum speratur. Sed haec omnia ita accipienda sunt, si non res quae agitur solutionem faciat ipsius tutelae, ut puta si pupillus in adrogationem se dare desiderat. etenim absurdum est solui tutelam nec con-
2 sentiente, sed forsitan et ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus. Tunc etenim, siue testamentarii siue per inquisitionem dati siue legitimi siue simpliciter creati sunt, necesse est omnes suam auctoritatem praestare, ut, quod omnes similiter tangit, ab omnibus compro-
3 betur. Quae omnia simili modo et in curatoribus obseruari oportet. D. k. Sept. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

# LX

# ℞ QVANDO CVRATORES VEL TVTORES ESSE DESINANT ℞

1 Imp. Antoninvs A. Hermillae. Si curatores tutoribus adiuncti sunt, puber- [B 38, 19, 1] tate pupilli tam tutorum quam curatorum adiunctorum officium finiri ideoque alios propter aetatis infirmitatem curatores esse dandos manifestissimum est. PP. iiii k. Avg. Romae Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Menippo. Tutoris offi- [B 38, 19, 2] cium ex sola uoluntate pupilli non finiri certissimum est. S. xiii k. Febr. CC. conss. a. 294

*V* (*desinit in* 22 desiderat) *L* (59, 3. 4. 60 ℞ 2) *D* (59, 3. 4. 60, 2) *CRM*

---

[1] longi t. sp. non] nullum spatium *l. gem.* [2] in *ins.*

---

1 gano *D* 2 descendit $R^a$ | *s. a. V Hal. L et L ad c.* 2 | viii] *L utr. l.*, iiii *magis quam* uii *uel* ui *uel* iii *V*, iii *Hal.* | id.] kal. *Hal.* 3 iuliano] iohanni *LDM* | posteritatis *D* 4 pulsantibus *C* 5 et pup. leges] adultos et pup. leges $M^a$?, leges (***** $L^a$) adultos et pup. *LD* 6 perfectissim et $V^a$ | respon $M^a$ 7 iuuenili *LD*$M^b$ | calore ali *om.* $V^a$, calore *suppl. manus* 2 8 perlatum *D* | expresesum $M^a$ | et *bis R* | a *om.* $L^a$ 9 *s. a. V Hal.* | uu. cc.] uc. *V* 12 tutoris et unius] tutores unus $M^a$ 13 religionibus *V* 14 compellabantur *R* 15 et *om.* $M^a$ 16 omnibus ... 18 auctoritatem *om.* $R^a$ | o*nibus *V*, pro omnibus $M^b$ 17 singulos $R^b$*M* 18 religionibus *V* | absimilis $R^a$ 19 eo] et $C^a$ 20 praegrauentur *C* | subdariae $M^a$ | sperantur $M^a$? 21 ipsi *RM* 23 enim *C* | testamentariae $R^a$ 26 *s. a. Hal.* 30 designant *S*, desinunt *M* 31 antonius *M* | ermile *M* | impubertate $M^a$ 32 adiunctorum *om.* $M^a$ | finire $M^a$ 33 *s. a. Hal.* 35 imp. *D* | menippo] mene pp. *SLD*, meni papae *R*: *quae nescio an eo ducant, ut spurium sit hoc nomen et ex c.* 3 *suppletum sit, quemadmodum factum est ad* 5, 37, 20. 5, 56, 4 36 *s. a. Hal.*

3 Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Indecoram obseruationem in examinanda [B 38, 19, 3] marum pubertate resecantes iubemus: quemadmodum feminae post impletos duodecim annos omnimodo pubescere iudicantur, ita et mares post excessum quattuordecim annorum puberes existimentur, indagatione corporis inhonesta cessante. D. viii id. April. Constantinopoli Decio vc. cons. a. 529

## LXI

## ℞ DE ACTORE A TVTORE SEV CVRATORE DANDO ℞

1 *Imp. Alexander A. Sebastiano. Neque tutores neque curatores ex sua* [2, 12, 11] *persona in re pupilli uel adulescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent.*
1 *Pupillus autem uel pupilla uel adultus uel adulta tam ad agendum quam*
2 *ad defendendum, tutore seu curatore interueniente, procuratorem ordinare possunt. Ipsi etiam tutores et curatores post litis contestationem a se factam ad exemplum procuratorum, qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur. PP. prid. id. Mai. Alexandro A. iii et Dione conss.* a. 229

2 (1) Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Alphocrationi [1]. Si sui [B 37, 8, 28] iuris constituti filii tui matri successerunt, licet te tutorem eorum esse probetur, tamen non per procuratorem, sed actorem decreto constitutum a te res eorum te absente peti conuenit. S. non. Ian. Sirmi CC. conss. a. 294

## LXII

## ℞ DE EXCVSATIONIBVS ET TEMPORIBVS EARVM ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Aviolae. Falsa suasione credis te [B 38, 1, 52] propterea, quod spado sis, immunitatem a tutelis habere. PP. k. Mai. Cilone et Libone conss. a. 204

2 Idem AA. Aventiano et Cosconio. Si curatores dati estis generaliter nec [B 38, 1, 53] decreto significatum est Italicarum tantum rerum uobis munus adiunctum, adire debetis competentem iudicem, ut uos a prouinciali administratione liberet. quod si factum fuerit, petent sibi in prouincia curatores adulescentes. PP. viii k. Sept. Cilone et Libone conss. a. 204

3 Idem AA. Crispino. Excusationis quidem tuae, si ingenuus libertino tutor [B 38, 1, 54] datus es, certa causa est. sed cum te praeses prouinciae audiendum non putauerit propter praescriptionem, quasi tardius adires, nec a decreto prouocaueris, intellegis parendum esse sententiae. PP. id. Mart. Albino et Aemiliano conss. a. 206

4 Imp. Antoninvs A. Agathodaemoni. Amplissimi ordinis consulto, qui [B 38, 1, 55] pupillam suam uxorem ducit, nuptias contrahere non intellegitur et tamen infamis consti-

*L* (61 ℞ 2. 62 ℞) *D* (*ut L*) *CRM: de* 61, 1 *u. i.*

[1] Harpocrationi (*Mommsen*)?

1 examinanda marum] *M*, examinanda *C*, examinandarum *R* 2 pubertatem *R*ᵃ*M*ᵃ 3 iudicantem (*uel* —tes) *R*ᵃ 4 *s. a. Hal.* 7 auctore *L*ᵃ | seu a tutore *S* 8 *c.* 1, *quam libri cum S et B omittunt, ex* 2, 12, 11 *restituta est propter adnotationem Thalelaei ad c.* 11 (*BΣ* 8, 2, 85): αὕτη δὲ ἡ διάταξις αὐτολεξεὶ κεῖται καὶ ἐν τῷ ε´ βιβλ. τίτλ. ξα´ ἡ α´ τοῦ τίτλου, τῶν περιφανεστάτων κωδικευτῶν εἰς συντομωτέραν ἀκρόασιν τοῦ νομίμου καὶ ἐν τούτῳ καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ τίτλῳ καλῶς βαλλόντων αὐτήν. *de librorum lectione u. ad c.* 11 15 impp. diocl. et max.] idem *LDC* | et cc. *om. M* | alfocratrioni *L*, alphogratione *C*, alphogratio *S*, alfocrationis *D*, alphocramoni *R*, alfacrationi *M* 16 matris *M*ᵃ 17 actore *M*ᵃ | constituto *R*ᵃ | te absente] ente *R*ᵃ 18 *s. a. Hal.* 20 executionibus *L*ᵃ, exsetionibus *R*ᵃ | teporibus *L* | eorum *S*, *om. C* 21 aa.] aa. et c. *S*, *om. R* 22 *s. a. Hal.* 24 aa.] a. et c. *S* | abentiano *S*, habentiano *CR*, bemiano *M* | cosmonio *S*, choschonio *M* 26 actum *M* 27 curatoris *R*ᵃ | *s. a. Hal.* 29 idem aa.] impr. antoninus a. *S* 32 *s. a. Hal.* 33 antonius *M* | a. *om. M*ᵃ | agatho demoniso *S*, agothomoni (agath. *R*ᵇ) *R*, agatoni *M* 34 intellitur *M*ᵃ

1 tuitur. Sed si tu Demetriae, cum eam in matrimonio haberes, absens et ignorans curator
constitutus es, potes esse securus, dum tamen alius substituatur. non enim debet igno-
rantia maritorum amplissimi ordinis consulto fraus quaeri. PP. XI K. IVL. SABINO ET
A*NVLLI*NO CONSS. a. 216
5 IMP. ALEXANDER A. BASSIAE. Libertos a tutela uel cura liberorum patroni [B 38, 1, 56
seu patronae nullam excusationem impetrare amplissimus ordo auctore diuo Marco cen-
suit. et ideo nec illud prodesse eis debet, quominus curatores etiam inuiti patroni seu
patronae liberis dentur, quod eorundem tutelam administrauerunt.
6 IDEM A. MAXIMO. Quinquaginta dies, qui praefiniti sunt ad professionem [B 38, 1, 57
excusationis his qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum
praetoris aut testamentum parentis notum factum erit ei qui ad munus uocatus fuerit,
1 ipsa constitutio quae hoc induxit sanxit. Sed si quis in eius temporis computatione ab eo
cuius de ea re notio fuit iniuriam passus non prouocauit, adquiescere rebus iudicatis
debet. PP. III NON. MAI. IVLIANO *ET* CRISPINO CONSS. a. 224
7 IDEM A. ANTONINO. Neque a tutela neque a cura ideo quis excusatur, quod creditor
siue debitor eius est, cui tutor siue curator datus est, sed participem in munere habere
debet, ut (si res exegerit) is qui alieno auxilio eget defendatur. PP. III ID. IVL. IVLIANO
*ET* CRISPINO CONSS. a. 224
8 IDEM A. MAXIMO. Coloni (id est conductores) praediorum ad fiscum perti- [B 38, 1, 58
nentium hoc nomine excusationem a muneribus ciuilibus non habent ideoque iniunctae
tutelae munere fungi debent. PP. IIII K. FEBR. FVSCO ET DEXTRO CONSS. a. 225
9 IDEM A. ROMANO. Frater tuus non ideo a tutela uel cura excusari debet, [B 38, 1, 59
quod oculum amisit. proinde intellegis munus susceptum eum deserere non posse. PP.
K. FEBR. MODESTO ET PROBO CONSS. a. 228
10 IDEM A. CRISPINO. Exactores tributorum tanto tempore, quanto rationem [B 38, 1, 60
tributariam tractauerunt, non solum ab oneribus, sed etiam a tutelis uacationem habere
dubitare non debuisti. D. ID. AVG. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229
11 IDEM A. HYLAE. Testamento tutor datus, ut a bonis his excuseris, quae [B 38, 1, 61
pupilli tui in alia prouincia quam unde es ubique moraris possident, intra quinquagesimum
1 diem postulare debuisti. Quod si facere cessasti, excusatio quidem temporis praescriptione
submouetur, sed propter late diffusum patrimonium an tibi adiungi aliquos [5, 36, 3 mut.
curatores oporteat, praeses prouinciae, si te insufficientem[1] deprehenderit, aestimabit. PP.
VIII ID. DEC. POMPEIANO ET PELIGNO CONSS. a. 231
12 IMP. GORDIANVS A. VALENTINO. Voluntaria tutelae munera priuilegiis [B 38, 1, 62
nihil derogant. PP. XI K. NOV. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238
13 IDEM A. APOLLINARI. Nec senatorum quidem liberti, nedum ceterorum, [B 38, 1, 63
propterea, quia patronorum negotia gerunt, a muneribus ciuilibus habent immunitatem.
tantummodo etenim unus senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, habet a tutela siue
cura uacationem. PP. X K. FEBR. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

*L* (62, 5..9) *D* (62, 5...9. 12) *CRM*

[1] non sufficientem *l. gem.*

2 constitutus] ordinatus const. $R^a$ | est $R^a$ | potest $R^a$, potens $M^a$ 3 *s. a. Hal.* 4 anullino] aemyliano *Hal.* 5 basiae *LD*, bysiae *S*, besiae *CR*, *de M non constat* 6 excausacionem impetrari $M^a$ 7 eis *om.* $M^a$ 9 maximo] *S*, maximiano *CRM*, max. *LD* | qui] quae $D^a$ 10 seu] siue *D* 11 minus $R^a$ 12 induxit hoc *M* | eius] eis $D^a$ 13 adquiesce rebus $L^a$ 14 *s. a. Hal.* | et] II et *Hal.* 15 antonino] *SC*, antonio *LDRM* 17 *s. a. Hal. L* | III] ui *L* | iuliano II et cr. coss. *Hal.*, *om. L* 19 aa. *R* 20 a] in *R* | habeant *DR* 21 *s. a. Hal.* 23 admisit $M^a$ | minus $M^a$ | *s. a. Hal. L* 24 modesto ... conss. *om. L* 25 quantum $M^a$ 26 solu $M^a$ | honoribus *C*, λειτουργιῶν (= muneribus) *B* | sed etiam *om.* $M^a$ | uocationem $R^a$ habere *om.* $M^a$ 27 *s. a. Hal.* 28 excusareris *C*, excusetur $R^a$ 31 summouentur $M^a$? | alios *R* 32 existimabit *R* | *s. a. Hal. cum l. gem.* 34 *in S est inscriptio c.* 11 | ualentino] *LM*, ualentiano $D^a$, ualentiniano $D^b$*CR* | uoluntariae $M^b$ 35 *s. a. Hal.* 36 nec] ne $M^a$? | necdum *C*, ne*** $M^a$ 37 gerant *CR* | habeant *R* 38 gerant $R^a$, erit $M^a$ | habet (habe*t $M^a$) *post* 39 uacationem *collocat M* 39 cura uacat.] *uacionem $M^a$ | *s. a. Hal.*

14 Idem A. Heraclidae. Seueriter praeses prouinciae exsequetur, si animad- [B 38, 1, 64]
uerterit auunculum tuum propterea nominari tutorem, ut metu eiusmodi creationis a ma-
1 gistratibus iniuriam redimat. Quin etiam si aliqua ei excusatio competit et non alia causa
nominatus est, quam ut lite fatigetur, quod in eam rem absumptum fuerit, is qui eum
nominauit iuxta formam constitutionum ei reddere cogetur. PP. id. Sept. Gordiano A.
et Aviola conss. a. 239

15 Idem A. Tavro. Quamquam in tutela detentus eo, quod excusatio quam [B 38, 1, 65]
obiciebas non est admissa, prouocationis auxilium flagitares et in medio tempore hi quo-
rum meministi in adulta aetate agere coeperunt, tamen non eo minus causa interpositae
prouocationis propter periculum administrationis eius temporis iudiciorum more examinanda
est. PP. viii k. Nov. Arriano et Papo conss. a. 243

16 Imp. Philippvs A. Theodoto. Si, ut adlegas, his tutor datus es, cum qui- [B 38, 1, 66]
bus disceptationem hereditatis tibi esse proponis, et tempora antiquitus excusationibus
praestituta etiam nunc opitulantur, adire praesidem prouinciae potes, formae super ea re
statutorum principalium obtemperari pro sua grauitate iussurum. PP. x k. Avg. Pere-
grino et Aemiliano conss. a. 244

17 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. Epagatho. Licet orationis sub [B 38, 1, 67]
diuo Marco habitae uerba deficiant, is tamen, qui post contractas nuptias nurui suae
curator datur, excusare se debet, ne manifestam sententiam eius offendat et labem pudoris
contrahat. D. vi id. Ian. Valeriano ii et Lvcillo conss. a. 265

18 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Sabino. Tutores nomi- [B 38, 1, 68]
1 natos appellationem interponere necesse non habere certissimi iuris est. Quapropter, licet
non appellasti, si quam te excusationem habere confidis, intra tempus, quod diui Marci
2 constitutione praescriptum est, hac apud praesidem prouinciae uti non prohiberis. Nam
quod omnium bonorum patrem pupilli usum fructum reliquisse quondam uxori suae pro-
ponis, ad excusandos uos a tutela non est idoneum. D. non. April. CC. conss. a. 294

19 Idem AA. et CC. Dionysio. Inusitatam rem desideras, de tutela filii te [B 38, 1, 69]
dimitti postulans, quod te posse contrario tutelae iudicio matrem eius conuenire contendis.
Sine die et conss. a. 294

20 Idem AA. et CC. Charitino. Curator adultis nominatus, quorum tutor [B 38, 1, 70]
antea fueris, inuitus in administratione teneri non potes. proinde si dies excusationibus
praefinitus nondum excessit, uti competenti defensione potes. S. x k. Dec. Nicomediae
CC. conss. a. 294

21 Idem AA. et CC. Paramono. Quod res cum uterinis fratribus tibi com- [B 38, 1, 71]
munes esse profitearis, ad excusationem tutelae non est idoneum, cum harum diuisio cura-
tore dato fieri possit. S. xviii k. Ian. Nicomediae CC. conss. a. 294

22 Idem AA. et CC. Hermodoro. Si tutor nominatus decreto praesidis habens [B 38, 1, 72]
excusationem absolutus es, ad te non pertinere periculum administrationis manifestum est.
D. xiii k. Ian. Nicomediae CC. conss. a. 294

23 Idem AA. et CC. Neophyto. Humanitatis ac religionis ratio non permittit, [B 38, 1, 73]
ut aduersus sororem uel filios sororis actionum necessitates tutelae occasione suscipias,
cum ipsius etiam pupilli, cui tutor datus es, aliud exigere uideatur utilitas, scilicet ut eum

*L* (62, 21) *D* (62, 21) *CRM* (*om.* 62, 19)

1 eracliae *S*, hereclide *R*, eracliter *M?* | anumaduerterit *M^a* 2 huiusmodi *M* 3 quin etiam] qui *M^a* 4 lite fatigetur] litigetur *M^a* | ea res *M^a?* | assumptum *C*, absumptam *R^a*, adsumptum *M* 5 *s. a. Hal.* 7 tauro *om. S* | tutelam *C* 8 flagitaris *M* | hii *RM^b* 9 meministi] menasti *M^a?* | causae *R^a* 10 prouocati *M^a* 11 *s. a. Hal.* | ariano' et pappo *Hal.* 12 tutor his *M* 14 praestita *M^a* | super ea re] *M^b*, super ea *CR*, *om. M^a* 15 *s. a. Hal.* 17 ualerius *S* | galianus *M* | *ephegato S, epagotho R* 19 excausare *C* | ne *om. M^a* 20 *s. a. Hal.* | luciano *Hal.* 23 quan *M^a*, *om. R^a* 24 constitucioni *M* | uti] ut *R^a* 25 relinquisse *R* 26 *s. a. Hal.* 27 aa. et cc.] a. *S* | ad tutelam *R^a* 29 *s. a. Hal. R* | et conss.] consules *R* 30 caritino *M* 31 fuerit *M* 32 potest *R^a* | *s. a. Hal.* 34 idem] impp. (imp. *D*) diocl. et max. *LD* | et cc. *om. L* | paramonio *S*, paramoni *LD*, paramano *C*, ramoni *R*, paromoni *M* | quod] quoniam *DRM^b* 36 posset *R* | *s. a. Hal.* 37 armodorum *S* 39 *s. a. Hal.* 40 religinis *M^a* 41 sororem *om. M^a* 42 pupillis *M^a*

1 tutorem potius habeat, qui ad defensionem eius non inhibeatur adfectu. Iuxta formam igitur, quam consulti dedimus, praetorem adiri oportet, ut et iusto tuo desiderio et pupilli ipsius commodo consulatur. S. VI K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

24 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLAVIANO PP.[1] Excusationem [Th. 3, 31, 1 B 38, 1, 74] nauiculariis tutelae siue curae hactenus ipsis tribuimus, ut in huiusmodi officiis minoribus sui tantum corporis obligentur. D. III NON. MART. MEDIOLANI STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

25 IMPP. ANASTASIVS A. ANTIOCHO PRAEPOSITO SACRI CVBICVLI. Viros claris- [B 38, 1, 75] simos sacri nostri palatii silentiarios circa latus nostrum militantes de tutelis et curationibus excusari sancimus. D. K. IAN. IOHANNE *CONS.* a. 499

## LXIII

## ℞ SI FALSIS ADLEGATIONIBVS EXCVSATVS SIT ℞

1 IMP. ALEXANDER A. *L*YSIMACHO ET DIOTIMO. Si absentibus necessariis [B 38, 1, 76] personis uel his, qui sua sponte uos defendere uolebant, non competentibus adlegationibus, qui uobis tutores aut curatores dati erant, liberati esse a munere uisi sunt, ne eis circumuenisse iudicis religionem prosit, praeses prouinciae audiet uos et, si iniustum decretum extorsisse eos apparuerit, exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronuntiabit, ex quo dati sunt. PP. XII K. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. AVLVZANO. Tutores, quos postea [B 38, 1, 77] quam bona pupillorum administrauerunt a praeside prouinciae quasi re integra excusari se impetrasse adseueras, periculum administrationis euitare minime posse manifestum est. PP. XIIII K. IVN. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245

3 IDEM A. ET C. OTANI. Si, ut proponis, pars diuersa administratione tute- [B 38, 1, 78] lae seu curae tuae itemque fratris tui ambitione potius quam iuris ratione se excusauit, periculo iniuncti muneris minime liberatus est. SINE DIE ET CONSVLE.

## LXIIII

## ℞ SI TVTOR REI PVBLICAE CAVSA ABERIT ℞

1 IMP. GORDIANVS A. GVTTIO. Qui tutores uel curatores dati rei publicae [B 38, 1, 79] causa afuturi sunt, ad tempus se excusare debent a tutela, ne etiam medii temporis periculo obstringantur. 1 Quod quidem et tu si fecisti, eius interualli quo afuisti periculum non debes pertimescere. quod si id praetermisisti, ut priore loco is conueniatur qui administrauit, de iure postulabis. PP. ID. MART. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

*S* (62, 25) *L* (64 ℞) *CRM*

---

[1] pu. *Th.*

---

2 pupillis *M^a* 3 *s. a. Hal.* | cc.] tusco et anulino (= *a.* 295) *in addendis Hal.: cf. Mommsen Zeitfolge p.* 443 5 nauicularius *R* | tutae *R^a* | muneribus *R^a* 6 *s. a. Th. Hal.* | stil. et aur.] aa. *Hal.* 8 antioscho *M* | prepositos *M*, pp. *C^aR* | sacri cub.] cubili *R* 9 silentianos *S*, silentarios *R* | latuos nostrorum *S* | tutelis] utilis *M^a* 10 *s. a. Hal.* | cons.] et asclepione coss. *Hal.* 12 si] de *S* | elegationibus *M^a*, adsertionibus *S*, excusationibus *R* | excusansus *S*, excusatum *R*, excusatu *M^a* 13 alex.] anastasius *M* | tisimacho *CM*, antisymmacho *S*, simacho *R* | et diot. *om. C*, et *om. S* 14 uos *om. M^a* 15 tutores] tures *M^a* | uisi] *CR^bM^b*, iussi *R^aM^a* 16 audiet ... 20 prouinciae *om. R^a* 18 *s. a. Hal.* 19 et phil. c. *om. M^a* | auligiano *S*, aulicano *R^b* 21 possit *R^a* 22 *s. a. Hal.* 23 aa. (ag. *R*) et cc. *CR* | otani] *SR*, octani *C*, octanii *M* | amministracioni*s* *M^a* 24 iuris] tutoris *R^a* 25 per. ini. mun. *om. M^a* | liberata *R^b* | *s. a. Hal. R* | die] et die *R* | consules *R* 27 causa abfuerit *L*, causauerit *S* 28 guttio] *S*, gutio *M*, gurtio *R*, gratio *C* 29 affuturi *CM^a?* | ad] a *M^a* 30 adfuisti *M^a?* 31 is *om. R* 32 de *om. M^a* | postularis *C*, postulabit *R^a* | *s. a. Hal.*

2 IDEM A. REGINIO. Certum est eos, qui rei publicae causa abesse desierunt, [B 38, 1, 80] ab omni noua tutela anno uacare debere. PP. V K. MART. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

## LXV
## ℞ DE EXCVSATIONE VETERANORVM ℞

1 IMP. ANTONINVS A. SATVRNINO. Qui causaria missione sacramento post [B 38, 1, 81] uiginti stipendia soluuntur, et integram famam retinent et ad publica priuilegia ueteranis concessa pertinent. PP. VII ID. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMP. GORDIANVS A. CELERI VETERANO. Quod placuit ueteranos tantummodo [B 38, 1, 82] conueterani filiorum seu militum, et quidem unam tutelam seu curam eodem tempore administrare compelli, eo pertinet, ut, si aliis dati fuerint, intra sollemnia tempora causas excusationis apud competentem iudicem deferant. PP. III K. IVL. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

## LXVI
## ℞ QVI NVMERO LIBERORVM SE EXCVSANT ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. *CLAVDIO* HERODIANO. Qui [Vat. 247 rest. B 38, 1, 83] ad tutelam uel curam uocantur, Romae quidem trium liberorum incolumium numero, quorum etiam status non ambigitur, in Italia uero quattuor, in prouinciis autem quinque habent excusationem. PP. NON. APRIL. GETA ET PLAVTIANO CONSS. a. 203

2 IMP. ANTONINVS A. MARCELLO. Neque filia amissa in numero prodest ad [B 38, 1, 84] declinanda municipalia munera neque nepotes numerantur, quorum pater superest, cum suo nomine patri prosunt. D. ID. IVN. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

## LXVII (LXVIII)
## ℞ QVI AETATE ℞

1 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. SEVERO. Pater tuus si maior est annis [B 38, 1, 85] septuaginta, ad tutelam seu curam deuocatus excusare se sollemniter potest. PP. XIII K. APRIL. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

*S* (65, 2) *L* (64, 2. 67) *D* (64, 2. 67) *C* (*transponit* 65, 1 ℞) *R M* (*transponit* 68. 67)

---

1 idem] impr. gord. *LD* | regnio *S*, regioni *LDR* | pupliae *R*[a] | desierint *M* 2 uocare *R*[a] | *s. a. Hal. L* | gordiano ... 3 conss. *om. L* 6 antonius *M*, anastasius *S* | causari •(a?)missione *C*[a], causaria amissione *R*[a], causa•• admissione *M*[a] 7 infamiam *M*[a] 8 pertinet *M*[a] | *s. a. Hal.* 9 secleri *M* | ueteranus *M*[a] 10 cumueterani *S* | militarum *S* | una tutela (—lam *M*[a]) securam (—ra *M*[b]) *SM* 11 administrante *S* | compelli ... 12 excusationis *om. S* 12 deferat *S*, defe••rant *M*[a] | *s. a. Hal.* 15 se *om. C* | excusat *R*, excuserit *C* 16 claudio] *Vat., om. libri* 17 ad] a *M*[a] | uocatur *R* 19 habeant *R* | *s. a. Hal.* 20 admissa *M* | numero] uero *M*[a] 22 prosunt] sunt *M*[a] | *s. a. Hal.* 24 qui] p *R*[a] | aetate] etate se excusat *R*, etate se excusat a tutela *M* 25 a. *om. S* | et phil. c.] et cc. *LD, om. M* | seuro *R* | est *om. M*[a] 26 ad] ad tuaginta ad *L*[a] | excusare se] excusare *D*, excusari *M* | *s. a. Hal. ad* 68, 1: *idem hoc loco subscriptionem* 68, 1 *habet itemque inscriptiones harum legum permutauit. in quem errorem eo adductus uidetur, quod ex Egnatiano in editionem Norembergensem subscriptiones ordine transcripserit neque attenderit ad ordinem titulorum* 67 *et* 68 *diuersum in Egnatiano ab editione* (*in hac enim transponuntur ut in M*), *deinde cum animaduertisset inscriptiones non quadrare ad subscriptiones, illarum transpositione uitium emendandum putarit*

## LXVIII (LXVII)
## ℞ QVI MORBO ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Sabino. Luminibus captus aut surdus [B 38, 1, 86
aut mutus aut furiosus aut perpetua ualitudine tentus tutelae seu curationis excusationem
habent. PP. v id. Sept. Cilone et Libone conss. a. 204

## LXVIIII
## ℞ QVI NVMERO TVTELARVM ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Pompeiano. Si tres tutelas uel curas [B 38, 1, 87
eodem tempore non defunctorie susceptas administras, onere quartae tutelae uel curationis
1 pupillorum seu adulescentium non grauaberis. Finito autem officio pubertate pupillorum
uel aetate adulescentium aliae substitui possunt, licet nondum ratio tutelae siue curae
2 administratae reddita sit. Sed imperfectae diuersae species uacationis, licet permixtae, ad
excusationem non proficiunt. scire igitur debes eum, qui duos filios habet et duas tutelas
administrat, excusationem non mereri. PP. iiii id. Oct. Antonino A. ii et Geta ii
conss. a. 205

## LXX
## ℞ DE CVRATORE FVRIOSI VEL PRODIGI ℞

1 Imp. Antoninvs A. Marinianae. Curatores impleta legitima aetate pro- [B 38, 10, 18
digis uel furiosis solent tribui. PP. iiii k. Avg. Messala et Sabino conss. a. 214
2 Imp. Gordianvs A. Anicio. Orationis diui Seueri beneficium, quo posses- [B 38, 10, 19
siones rusticas sine decreto praesidis pupillorum seu adulescentium distrahi uel obligari
1 prohibitum est, non iniuria etiam ad agnatum furiosi porrigitur. Si igitur citra decretum
praesidis fundus mente capti etiam ab agnato eius tibi pignori nexus est, uinculum pignoris
in eo non consistit, utilem tamen aduersus eum personalem actionem, si ob eius utilitatem
pecunia mutua accepta est, poteris habere. PP. k. Ian. Pio et Pontiano conss. a. 238
3 Idem A. Avreliano. Si pater tuus mentis compos non est, pete ei cura- [B 38, 10, 20
tores, per quos, si quid gestum est, quod reuocari oporteat, possit causa cognita in pristinum statum restitui. PP. vii id. April. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239
4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Asclepiodoto. Cum [B 38, 10, 21
repudiante furiosam sui iuris constitutam marito, qui solus repudiare potuit, quaedam matrem furiosae marito quondam eius instrumenta confecisse significas, intellegis nihil eam contra furiosam disponere potuisse, cum eius ad eam iure non pertinuerit defensio. S. id. April. Byzantii AA. conss. a. 293

*L* (68. 70 ℞ 1) *D* (*ut L*) *CRM*

---

2 morbo] m. detinetur *M* 3 aa.] a. *S* 4 inualitudine *D*$M^a$ 5 habeant *R*, habet $M^b$ | *s. a. Hal. ad* 67, 1, *cf. ad p.* 494 *u.* 25 7 tutelarum] t. se excusat *M* 9 honore $R^a$ | quarae $M^a$ | uel] *R*, seu *M*, et *C*, ἤ *B* 10 graueberis $C^a$ 12 scilicet *R*$M^a$ 13 non *om.* $M^a$ | habent $M^a$, habe** $R^a$ 14 *s. a. Hal.* 17 curatores *S* 18 antonius *M* | marinianae] *CM*, marine *S*, martianae *L*, matiane *D*, marianae *R* | prodigis] uel prodig*is $M^a$ 19 *s. a. Hal.* 20 anicio] nichio *S* 22 etiam *om.* $R^a M^a$ | ad dagatum $M^a$ | purrigetur $R^a$ 24 utiles t. a. e. personales actiones *M* | utilitates *C*, ὠφέλειαν *B* 25 mutuata *M* | *s. a. Hal.* 26 aurelio *C*, aurelie *M* 28 *s. a. Hal.* 29 et cc. *om.* *S* 30 furiosam s. i. constitutam marito] $N^b$ *cum B*, furiosa s. i. constituta (—tam $M^a$) maritum (marito $C^u$?) *CRM* 31 instrument $M^a$ 32 iure] est iure $M^a$ | *s. a. Hal.*

5 [1]Imp. Anastasivs A. ad popvlvm. Ne lucrum quidem antea indebitae successionis emancipato uel emancipatis deputasse, nihil uero de oneribus tutelae prospexisse uideamur, curatores nihilo minus eos pro duodecim tabularum lege furiosis fratribus et sororibus utpote legitimos existere hac legis sanctione decernimus.

6 [2]Imp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Cum aliis quidem hominibus conti- [B 38, 10, 22 nuum furoris infortunium accidit, alios autem morbus non sine laxamento ingreditur, sed in quibusdam temporibus quaedam eis intermissio peruenit, et in hoc ipso multa est differentia, ut quibusdam breues indutiae, aliis maiores ab huiusmodi uitio inducantur, antiquitas disputabat, utrumne in mediis furoris interuallis permanet eis curatoris intercessio,
1 an cum furore quiescente finita iterum morbo adueniente redintegratur. Nos itaque eius ambiguitatem decidentes sancimus, cum incertum est in huiusmodi furiosis hominibus, quando resipuerint, siue ex longo siue in propinquo spatio, et impossibile est et in confinio furoris et sanitatis eum saepius constitui et per longum tempus sub eadem esse uarietate, ut quibusdam uideatur etiam paene furor esse remotus, curatoris creationem non esse finiendam, sed manere quidem eum, donec talis furiosus uiuit, quia non est paene tempus in quo huiusmodi morbus desperatur: sed per interualla, quae perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed ipsum posse furiosum, dum sapit, et hereditatem adire et omnia alia facere, quae sanis hominibus competunt: sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit, curatorem in contractus uocari, ut nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem, quotiens morbus redierit, ne crebra uel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio et frequenter tam nascatur quam desinere uideatur. D. k. Sept. Lampadio et Oreste vv. cc. conss. a. 530

7 [3]Idem A. Ivliano pp. Cum furiosus, quem morbus detinet perpetuus, in [B 38, 10, 23 sacris parentis sui constitutus est, indubitate curatorem habere non potest, quia sufficit ei ad gubernationem rerum, quae ex castrensi peculio uel aliter ad eum peruenerint et uel ante furorem adquisitae sunt uel in furore obueniunt, uel in his, quorum proprietas ei
1 tantummodo competit, paterna uerecundia. Quis enim talis adfectus extraneus inueniatur, ut uincat paternum? uel cui alii credendum est res liberorum gubernandas parentibus
1a derelictis? Licet Tertullianus iuris antiqui interpres libro singulari, quem de castrensi peculio condidit, tali tractatu proposito uideatur obscure eandem attingere sententiam,
1b tamen nos hoc apertissime introduximus. Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit, nostra constitutio[4], quam promulgauimus de his quae in testamento furioso relin-
2 quenda sunt uel substitutione eorum, in suo robore maneat. Sin autem perpetuus furiosus sui iuris sit, tunc in paterna quidem hereditate, quae quasi debita ad posteritatem suam deuoluitur, nulla est iuris ueterum dubitatio, cum ilico apparet et[5] suus heres suis extat
3 parentibus. Sin autem ex alia quacumque causa hereditas ad eum uel successio perueniat, tunc magna et inextricabilis uetustissimo iuri dubitatio exorta est, siue adire hereditatem uel bonorum possessionem petere furiosus possit, siue non, et si curator eius ad bonorum

*CRM*

[1] *c.* 5 *pars fuit constitutionis de successione ab intestato emancipatorum latae, quam laudant* 5, 30, 4 (*k. Apr. a.* 498) *et Inst.* 3, 5, 1, *sustulit* 6, 58, 15, 1 [2] *iunge c.* 7 *h. t. et* 6, 22, 9 [3] *iunge c.* 6 *h. t. et* 6, 22, 9 [4] 6, 26, 9 [5] et] quod (*Mommsen*)?

2 amancipato uel amancipatis $M^a$ 3 eos nihilo minus *R* 4 legitimus $C^a$ 6 accedit $M^a$ 7 intermensio $M^a$ 9 inuallis $M^a$ | permaneat *RM* 10 finita] $RM^a$?$M^c$, finitus et *C*, finit $M^b$ | aduenissente $R^a$ | redintegretur $CM^b$ | eius *om.* $M^a$ 11 furoris *M* 12 resipuerunt *R* | in] *CM*, ex *R* | et imp.] imp. *C* 13 tepus *R* 14 remotus] remissus et $M^a$? 16 speratur $M^a$ | sed *om.* $R^a$ 18 sane $R^a$ | omnibus *M* 19 contractus uocari] *C*, contractu suo uocari *R*, contractu suo coniungi (coniugi $M^a$) *M* | omnem $M^a$ 20 quosciens $R^a$? | curatores $M^a$ 21 frequentes $M^a$ | *s. a. Hal.* 23 a.] a. et c. *S* 24 indubietate $M^a$ 25 ad gub.] a gub. $M^a$ | peruenerint et] *CM*, peruenerunt *R* 26 adquis.] ei adquis. *RM* 28 credum $M^a$ | guberna $R^a$? 29 antiqui] anquis $M^a$? | interpres $R^a$ 30 eadem $M^a$ 31 decere $M^a$ | contingerit $M^a$ 32 promulgamus $M^a$ 33 institutione $R^a$ 34 paternam q. hereditatem *M* 35 iuri $R^aM^b$ | appareret $R^a$ | heredes $R^a$ | suis *om.* $R^a$ 36 eum] eam $R^a$ 37 uetustissimi $M^a$ | adire] ad re $R^a$ 38 petere ... 497, 1 possessionem *om.* $R^a$ | ad] a $M^a$

possessionem petendam admitti debeat. et iuris auctores ex utroque latere magnum habuere
3a certamen. Nos itaque utramque aciem auctorum certo foedere compescentes sancimus furiosum quidem nullo modo posse uel hereditatem adire uel bonorum possessionem agnoscere: curatori autem eius licentiam damus, immo magis necessitatem imponimus, si utilem esse successionem existimauerit, eam bonorum possessionem agnoscere, quae antea ex decreto dabatur, et ad similitudinem bonorum possessionis habere, cum petitio bonorum possessionis Constantiniana lege[1] sublata est et ab ea introducta obseruatio pro antiqua sufficit petitione.
4 Sed cum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio uel satisdatio detur, uel pro quibus rebus uel quibus personis, et si omnis curator talem praestabat cautelam, necessarium nobis uisum est, ut humano generi consulentes omnem quidem obscuritatem et inextricabilem circuitum tollamus, compendioso autem et dilucido remedio totum complectamur. et prius de creatione curatoris, qui furiosis utriusque sexus
5 datur, sancientes tunc et aliis certum finem imponimus. Et si quidem parens[2] cura- [1, 4, 27] torem furioso uel furiosae in ultimo elogio heredibus institutis uel exheredatis dederit (ubi et fideiussionem cessare necesse est paterno tes*timonio* pro satisdatione sufficiente), ipse qui datus est ad curationem perueniat, ita tamen, ut in hac florentissima ciuitate apud urbicariam praefecturam deducatur, in prouincia autem apud praesidem eius, praesente ei tam uiro religiosissimo locorum antistite quam tribus primatibus, et actis[3] interuenientibus tactis sacrosanctis scripturis edicat[4] omnia se recte et[5] cum utilitate furiosi gerere neque praetermittere ea[6], quae utilia furioso esse putauerit, neque admittere, quae inutilia[7] existimauerit.
5a Et inuentario cum omni subtilitate publice conscripto res suscipiat et eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium ad similitudinem tutorum et
6 adulti curatorum. Sin autem testamentum quidem parens non confecerit, lex autem curatorem utpote agnatum uocauerit, uel eo cessante aut non idoneo forsitan existente ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit, tunc secundum praefatam diuisio- [(1, 4, 27)] nem in hac quidem florentissima ciuitate apud gloriosissimam urbicariam praefecturam creatio procedat: sed si quidem nobilis sit furiosi persona, etiam florentissimo senatu conuocando, ut ex inquisitione curator optimae atque integrae opinionis nominetur. sin uero non talis persona sit, etiam solo uiro gloriosissimo praefecto urbis praesidente hoc
6a procedat. Et si quidem curator substantiam idoneam possidet et sufficientem ad [1, 4, 27] fidem gubernationis, et sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere: sin autem non talis eius census inueniatur, tunc et fideiussio in quantum possibile est ab eo exploretur.
6b Creatione quidem omnimodo sacris[8] scripturis propositis in omni causa celebranda, ipso autem curatore, cuiuscumque uel substantiae uel dignitatis est, praefatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis praestante et inuentarium publice conscribente, quatenus possint

*CRM*

---

[1] 6, 9, 9, *quae est Constantii, non Constantini* (Κωνσταντίνου *B et BΣ*) [2] pater *l. gem.* [3] ita tamen, ut in prouinciis apud praesides earum praesente eis tam ... primatibus, actis *l. gem.* [4] depromat. *l. gem.* [5] et *om. l. gem.* [6] ea *om. l. gem.* [7] quae non utilia esse *l. gem.* [8] sacrosanctis *l. gem.*

---

1 et *om.* $M^a$ | actores *R* | habuerunt $CM^b$, hab**e $M^a$ 2 aciem] a***nem $M^a$ 3 agnoscere] petere *M* 5 estimauerit *RM* | ante *M* 6 bonorum poss. hab.] hab. $M^a$ 7 const.] habere const. $R^a$ | ea] eo *M* | obseruacione $M^a$ 8 curatorem *CRM* 9 datur $M^a$ | rebus uel] et rebus et pro $M^a$, rebus et pro $M^b$ 11 extricabilem *C* | dilucudo $C^a$, *inc.* $R^a$ 12 remedi $M^a$ | totum *bis* $R^a$? 13 aliis] in aliis *R* 14 furioso uel *bis* $M^a$ | elogo $M^a$ | exhereditatis $C^a$, exredatur *R* 15 testimonio] *l. gem.*, testamento *CRM* 16 datus] damtus $M^a$ | urbicuriam *R* 17 eius] prouinti $R^a$ | ei] $M^a$ *cum l. gem.* (*not.* 3), etiam *R cum B:* παρόντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου, et $M^b$, *om. C* 18 et] e* $R^a$, *om. Q* 19 sacrissanctis $M^a$, sanctis *om. R* | dicat *R* | recte se *R* | gerere] agere *RM* | neque] et neque *C* 20 putauerit] existimauerit *M* | quae] ea quae *C* | utilia $R^a$ | existimauerit] putauerit *M* 21 eos $R^a$, eas *uel* ea $M^a$ 22 et *om.* $M^a$ 23 non confecerit] *M cum l. gem.*, non fecerit *C*, numquam fecerit *R* 24 ad agnatum $C^a$ | idoneum *R*, ideo $M^a$ | ex] et $M^a$ 25 dari *C* 27 sed si ... 30 procedat *om.* $R^a$ 28 ex quisicione *M* 30 idoneum] non eam $M^a$ | et sufficientem] eo suficiente *M* 31 nominatio *C* 32 talis eius] talis *R* | inuenitur *R* | tunc *om. R* 33 celebrandi $M^a$ 34 uel subst.] subst. *M* 35 prestande $M^a$

6c undique res furiosi utiliter gubernari. In prouinciis uero his omnibus obseruandis, ut
apud praesidem cuiuscumque prouinciae et uirum religiosissimum episcopum ciuitatis nec
non tres primates memorata creatio procedat, eadem obseruatione et pro iureiurando et
pro inuentario et satisdatione et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda.
7 Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea ad furiosum [(1, 4, 27)
peruenerit siue ex hereditate uel successione uel legato uel fideicommisso uel alio quocumque modo, hoc furioso accedat et hoc cum alia eius substantia manibus curatoris tradatur, inuentario etiam super his rebus scilicet faciendo: et sub eius cura constituatur,
8 quatenus, si quidem resipuerit furiosus et adquisitionem admiserit, ipsi restituatur. Sin
autem in furore diem suum obierit uel in suam sanitatem perueniens eam repudiauerit, si quidem successio est, ad eos referatur, uolentes tamen, id est uel substitutum uel ab intestato heredes uel ad nostrum aerarium: eo scilicet obseruando, ut hi ueniant ad successionem, qui mortis tempore furiosi propinquiores existant ei ad cuius bona uocabantur, si non in medio erat furiosus, omni satisdatione uel cautione, quam per inextricabilem
9 circuitum ueteris iuris auctores induxerunt, radicitus excisa. Legatis autem procul dubio
uel fideicommissis ceterisque adquisitionibus furioso adquirendis et substantiae eius adgregandis: sin autem ipse resipuerit et noluerit ea admittere et aperte haec respuerit uel heres eius hoc fecerit, a substantia eius ilico separandis, quasi nec fuerant ab initio ad eum deuoluta, et legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque praegrauan-
10 tibus neque adiuuantibus. Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus
decesserit, sub eodem modo eademque obseruatione alius creabitur: quemadmodum et, si
11 suspectus reperiatur, alter subrogatur. quod etiam ueteribus legibus placuit. Haec autem
omnia, quae[1] de creationibus curatorum cum per nouam definitionem introducta sunt, futuris casibus imponantur et neque antea facti curatores remoueantur neque aliquid nouum eis accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos quantum ad creationem permaneant terminos: cautione uidelicet uel satisdatione, quae antiquitus fuerat introducta, super postea uenientibus ad furiosos successionibus minime praestanda. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

# LXXI

## R DE PRAEDIIS VEL ALIIS REBVS MINORVM SINE DECRETO NON ALIENANDIS VEL OBLIGANDIS R

1 IMP. ANTONINVS A. MVCIANO. Venditio quidem praedii, quod iure pignoris [B 38, 9, 42
uel in causa iudicati captum et distractum est, ad senatus consultum, quod de alienandis praediis pupillorum uel adulescentium auctore praetore uel praeside prouinciae factum est,
1 non pertinet. Sed si etiam nunc in ea aetate es, cui subueniri solet, aditus competens
iudex, an te in integrum restituere debeat, praesente diuersa parte causa cognita dispiciet.
PP. XIII K. DEC. DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212
2 IMP. GORDIANVS A. CLEARCHO ET APHRODISIO. Non est uobis necessaria [B 38, 9, 43
in integrum restitutio, si tutores uel curatores uestri possessionem, licet pignori nexam,
1 uendiderunt. Quod si creditores id fecerint, ita demum iuxta formam edicti beneficium

*L* (71 R) *D* (71 R) *CRM*

[1] quae *del.*

1 uero] autem *M* 2 religiosum *R*, regiosissimum $M^a$ 4 adhibetadhibenda $M^a$ 7 stantia ... 8 super *bis* $R^a$ | curatoribus $M^a$ 9 respuerit $R^a$ 10 sua sanitate *M* 12 eo] eos $M^a$ 13 propinquores $R^a$ | existunt *M* | bona] res *R* | uocabuntur *C*, ἐκαλοῦντο *B* 14 extricabilem *C* 15 induxerint $R^a$ 16 adquirendi $M^a$ | et *om* $M^a$ 17 respuerit] resipuerit $M^a$ 18 fuerunt *R* 19 substancia $M^a$? 21 obseruatione] ordinatione *C* 23 curatorum ... 24 casibus *om.* $M^a$ 27 euenientibus *R* | *s. a. Hal. cum l. gem.* 31 uel oblig. *om. D* 32 antonius *M* | muciano] *SW*, minuciano *CRM* 33 ad] a $M^a$ | alienandis ... 34 auctore] $C^b$, non (non *om.* $R^aM^a$) alienandis ... nisi (sine $C^b$) auctore (a tutore $M^a$) $C^bRM$ *cum B:* τὸ δόγμα ... τὸ κωλῦον πραχθῆναι χωρὶς ἐγγράφου ἀποφάσεως 35 ea *om.* $M^a$ | competens *bis* $M^a$ 37 *s. a. Hal.* | duobus] d. et *Hal.* 38 cordianus *M* | cleareo *M?* 39 tutoris $M^a$ | curatores] c. uel protutores *C contra B* | uestri ... 40 creditores *bis* $R^a$

tibi impertietur, si fraudulenta uenditione, participante consilium emptore, damnum tibi inflictum esse doceatur. PP. III K. FEBR. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

3 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. THEODOSIANO ET ALIIS. Cum [B 38, 9, 44] emancipatis uobis praedium adquisitum foret, alienari a patre eodemque curatore sine praesidis auctoritate non potuit, maxime si, tamquam suum esset, non tamquam pupillare uendiderit, illibataque uobis persecutio eius manet. PP. III NON. IAN. TVSCO ET BASSO CONSS. a. 258

4 IDEM AA. MITHRIDATI. Non solum per uenditionem rustica praedia uel [B 38, 9, 45] suburbana pupilli uel adulescentes alienare prohibentur, sed neque transactionis ratione neque permutatione et multo magis donatione nec alio quoquo modo ea transferre *e* dominio
1 suo possunt. Igitur et tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, uindicare eum potes. sed si quid inuicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo restituere debebis. PP. XV K. MAI. SAECVLARE II ET DONATO CONSS. a. 260

5 IDEM AA. SERENO. Etsi praeses decreuerit alienandum uel obligandum [B 38, 9, 46] pupilli suburbanum uel rusticum praedium, tamen actionem pupillo, si falsis adlegationibus circumuentam religionem eius probare possit, senatus reseruauit: quam exercere tu quoque non uetaris. PP. III K. MAI. SAECVLARE II ET DONATO CONSS. a. 260

6 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. VARO. Minorum possessio- [B 38, 9, 47] nis uenditio, per procuratorem delato ad praetorem uel praesidem prouinciae libello, fieri non potuit, cum ea res confici recte aliter non potest, nisi apud acta causis probatis, quae uenditioni necessitatem inferant, decretum sollemniter interponatur. PP. NON. MART. CARO ET CARINO AA. CONSS. a. 283

7 IDEM AAA. ISIDORO. Si ad resoluendam donationem, quam in emancipatum [B 38, 9, 48] te pater contulerit, minor annis cautionem emisisti, cum huiusmodi scriptura contra senatus consulti auctoritatem data sit, non oberit iuri tuo. PP. VI ID. SEPT. HEMESAE CARO ET CARINO AA. CONSS. a. 283

8 [1] IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. THEODOTAE. Praedia rustica, [B 38, 9, 49] quae contra senatus consultum donata esse ante nuptias sponsaliorum nomine precum tuarum confessio ostendit, cum proprietas ad te propter iuris interdictum transire non potuerit, in dominio mariti permansisse palam est. PP. III NON. NOV. DIOCLETIANO A. II ET ARISTOBVLO CONSS. a. 285

*V* (*incipit u.* 1 consilium) *P* (71, 3 *inde a u.* 6 pp. 5. 6. 8) *L* (71, 3. 4. 7. 5. 6. 8) *D* (*ad* 71, 4) *CRM*

---

[1] *iunge* 2, 29, 1

---

1 imperietur $M^a$ | consilio emptoris *RM:* ἐὰν ὁ ἀγοραστὴς ἐκοινώνησε τῇ … περιγραφῇ *B* 2 docetur *R*, doceantur *M* | *s. a. V Hal.* 3 imp. *V* | ualerius galienus aaa. *S*, ualerius et gallius aa. *M* | thoodosiano *S* | et aliis *om. M* 4 emancipati $V^a$ 5 praesidis] praediis $R^a$ 6 maneat *M* | *s. u. V Hal. PL* 8 idem] impp. (imp. *D*) ual. et gall. *LD* | aa.] a. et c. *S* 9 adulescentis $VLD^aCR$, adoloscentes (—tis $M^b$) *M:* adulescentis *uidetur legisse Thalelaeus, cum suppleret* tutores et curatores: οὐ μόνον πιπράσκειν κεκώλυνται οἱ ἐπίτροποι καὶ οἱ κουράτωρες *B* | alienari $LD^aC^bRM^b$, πιπράσκειν *B* (*u. s*) 10 permutatione] per commutacione (—nem *D*) *LD*, permutacionis $M^b$ | donationem *D*, donacionis $M^b$ | alio quoquo] aliquo *** $D^a$, aliquo *RM* | ea] eam $L^a$ | e] *scripsi*, a $LDC^bM^a$, *om.* $VCR^a$, sine decreto a $R^bM^b$ | domino $D^1$, domininio *M* 11 possunt] posuit $R^a$ | tu *om. LDR* | disti $M^a$ 12 quid] qua *M* 13 debes *R* | *s. a. V Hal. L* | saeculare (seculari *Hal.*) … conss. *om. L* | II *om. V* 14 aa.] a. *S*, aa. et cc. *M* | serene *S* | uel oblig. *om.* $M^a$ 16 reseruaberit *C*, reseruabit *M* 17 uetares $R^a$ | *s. a. V Hal. PL* | seculari *Hal.* | II *om. VPL* 18 impp. *VPLC*, imp. *R* | carinus] c. *V*, et carinus *PLCM* | nuamerianus $R^a$, numerius *M* | aa. *VCR* | ouaro *S* 19 per curatorem $P^a$ 21 inponatur *M* | *s. a. V Hal. PL* | pp.] s. *Hal.* | martiae *V*, maii *Hal.* | aa. *om. VPL* 23 idem aaa. (a. *S*, aa. *VCRM*) isidoro (asidoro *R*)] impp. car. et carin. a. et numer. aa. uaro (*ex c.* 6) *L* 24 contulerat *M?* | emisisti] *LR*, ei misisti *V*, ei emisisti *CM* 25 consultum *V* | data *om.* $M^a$ | obierit $M^a$ | *s. a. V Hal.* | septembriae *V*, decembr. *Hal.* | emisae *V*, *om. Hal.* 26 aa. *om. V* 27 aa. *om. M* 28 precium $M^a$?, pre**um $L^a$ 29 ad] a $M^a$ 30 mariti *om.* $R^a$ | *s. a. V Hal.* | III] *sic uel* IIII *V* | a. II *om. Hal.* 31 aristobolo *Hal.*



ASHMOLEAN OXFORD

9 Idem AA. Mvciano. Etsi is, quem praedium rusticum minoris distraxisse [B 38, 9, 50] adfirmas, curatoris officio functus id fecit, uenditio tamen contra diui Seueri orationem
1 facta praesidis sententia non immerito rescissa est. Pignora sane, quae ob euictionis periculum idem curator ex rebus propriis tibi obligauit, non prohiberis persequi. PP. non. Nov. Diocletiano A. ii et Aristobvlo conss. a. 285

10 Idem AA. Grato. Praediorum, quae sine decreto alienata sunt, dominium [B 38, 9, 51] tibi persequenti praeses opem feret. apud quem si illuxerit non uniuersa pretia, quae curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse, pro ea dumtaxat pecuniae parte conueniri te permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit. PP. v id. Avg. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

11 Idem AA. Trophimo. Si quidem sine decreto minor annis patronus tuus [B 38, 9, 52] rusticum praedium uenumdedit, superuacuum est de uili pretio tractare, cum senatus con-
1 sulti auctoritas retento dominio alienandi uiam obstruxerit. Si uero iure interposito decreto uenditionem uili pretio eius possessionis, cuius uires ignorabat, fecit, iuxta perpetui edicti auctoritatem in integrum restitutio causa cognita ei praebetur. PP. xii k. Dec. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

12 [1]Idem AA. et CC. Leontio. Ob aes alienum tantum causa cognita praesidali decreto praedium rusticum minoris prouinciale distrahi permittitur. [B 38, 9, 53] S. prid. k. Mai. Heracliae AA. conss. a. 293

13 Idem AA. et CC. Zenonillae. Etiam uectigale uel patrimoniale siue emphyteuticum praedium sine decreto praesidis distrahi non licet. [B 38, 9, 54] S. viii k. Sept.[2] Sirmi AA. conss. a. 293

14 Idem AA. et CC. Frontoni. Vtere uiri prudentissimi Papiniani responso [B 38, 9, 55] ceterorumque, quorum precibus fecisti mentionem, sententiis ac doli mali exceptionem oppone, pretium ob eorum debitum solutum probans, si sortem cum usuris, quae fisco deberentur, pupilli non offerentes fundos prouinciales citra decretum praesidis uenumdatos cum fructibus petant. S. xviii k. Dec. AA. conss. a. 293

15 Idem AA. et CC. Sabinae. Si minor uiginti quinque annis praedium rusti- [B 38, 9, 56] cum, cum aliud deberes, sine decreto in solutum dedisti, dominium a te discedere non permisit senatus consulti auctoritas. S. viii k. Dec. AA. conss. a. 293

16 Idem AA. et CC. Evtychiae. Si praedium rusticum uel suburbanum, quod [B 38, 9, 57] ab urbanis non loco, sed qualitate secernitur, in pupillari aetate constituta tutore auctore uel adulta sine decreto praesidis prouinciae in qua situm est uenumdedisti, secundum sententiam senatus consulti dominium eius siue ius a te discedere non potuit, sed uindicatio-
1 nem eius et fructuum, uel his non existentibus condictionem competere constitit. Emptor autem si probare potuerit ex ceteris facultatibus oboedire te muneribus siue honoribus non potuisse, ad utilitates praeterea tuas cessisse pecuniam, quam pretii nomine sumpseras,

*V P* (71, 9...13. 15. 16) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *ad Leontium eodem die data est* 5, 34, 6 [2] Oct. (*Mommsen*)?

---

3 recisa *PL* 4 idem] id est $L^a$ | persequi non prohiberis *C* | *s. a. V Hal.* 5 a. ii *om. Hal* | aristobolo *Hal.* 7 si *om.* $M^a$ | non] in $P^a$ 8 procedisse $M^a$ 9 te conueniri *M* | permittit *R* | *s. a. V Hal.* | pp. v] s. vi *Hal.* 10 iiii et iii aa. (aa. *om. V*)] aa. et *Hal.* 11 trophinio *R* 12 uenudedit *P* | superuacum $P^a$, superuacua $R^a$ 13 obstrinxerit $PLM^b$, ἀπέφραξεν *B* 14 uires] iuris $M^a$ 15 *s. a. V Hal. PL* | pp.] s. *Hal.* | xiii *PL* 16 ipsis ... conss. *om. PL* | iiii et iii aa.] aa. et *Hal.* 17 et cc. *om. M* | alienus $P^a$ | ptantum $M^a$ 18 prouincialem $M^a$ | promittitur $P^a$ | *s. a. V Hal. PL* | s. prid.] *V*, d. ii *Hal. PL* 19 heracliae (heracl. *V*) aa. (cc. *Hal.*) conss. *om. PL* 20 zenoni *S* | uel patrimoniale *om.* $V^a$ (*suppl. m.* 2) | siue *om.* $L^a$ 21 *s. a. V Hal. PL* | s.] d. *Hal. PL* | viii] iiii *P*, iii *L* | aa.] cc. *Hal.* 23 frontoni] *SM*, phrontonio *VCR* | respondo $M^a$? 25 ob] ab $M^a$ | fisco] fisco quae $R^a$ 26 contra *R* 27 *s. a. V Hal.* | s. xviii] d. viiii *Hal.* | aa.] ipsis cc. *Hal.* 30 consultum *V* | *s. a. V Hal. PL* | s.] *V*, sd. *PL*, d. *Hal.* | aa.] cc. *Hal.* 31 eusticie *S*, euthutiae *M* 33 in qua situm] quaesitum $R^a$, in qua s*tum $M^a$ | uenundisti $R^a$ 34 ius a te] iussa te $L^a$, iusta $V^a$ 36 poterit $P^a$ | mun. et (siue *R*) honeribus $PLR^bM^a$, τιμὰς ἢ λειτουργίας *B* 37 utilitatis $L^a$ | practereas $V^a$ | pecunias $R^a$

doli exceptionis auxilio pretium cum usuris, quas praestatura esses, et sumptus meliorati praedii seruare tantummodo potest. S. VI ID. APRIL. ANCHIALO[1] CC. CONSS. a. 294

17 IDEM AA. ET CC. PHILIPPO. Inter omnes minores nec commune praedium [B 38, 9, 58] sine decreto praesidis sententia senatus consulti distrahi patitur. nam ad diuisionis causam prouocante tantum maiore socio eius alienationem et sine decreto fieri iam pridem obtinuit. S. VII ID. DEC. CC. CONSS. a. 294

18 [2]IMP. CONSTANTINVS A. ET CONSTANTIVS[3] C. AD SEVERVM[4]. Si[5] [Th. 3, 32, 2 B 38, 9, 59] minores uel ex patris nomine uel ex suo, debitis dumtaxat fiscalibus ingruentibus, uel ex priuatis contractibus reperiantur obnoxii, decreti interpositio a Constantiniano praetore celebranda est, probatis examussim causis, ut patefacta rerum fide firma uenditio perseueret. D. XV K. IAN. SERDICAE PROBIANO ET IVLIANO CONSS. a. 322

## LXXII

## ℞ QVANDO DECRETO OPVS NON EST ℞

1 IMP. ANTONINVS A. VALENTI MILITI. Si probare potes patrem pupilli, cuius [B 38, 9, 60] tutorem conuenisti, consensisse, ut reddito tibi praedio pretium reciperaret, id quod conuenit seruabitur. neque enim in ea re auctoritas praesidis necessaria est, ut tutorum sollicitudini consulatur, si uoluntati defuncti pareant. PP. IIII K. IAN. ANTONINO A. II ET GETA II CONSS. a. 205

2 IMP. AVRELIANVS A. PVLCHRO. Illud requirendum est, an adito principe [B 38, 9, 61] Saturninus uir clarissimus specialiter ius uenditionis acceperit. ad instar enim praesidalis decreti concessio principalis accedit. PP. BYZANTII ID. IAN. SINE CONSS.

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. STRATONICIANO. Prae- [B 38, 9, 62] dium rusticum uel suburbanum a minore uiginti quinque annis alienari sine decreto prae-

*V P* (71, 16. 18. 72 ℞ 1. 3) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *aut* Anchialo *del. cum VPL aut scr.* s. v k. Nou. [2] *iunge* 7, 62, 7 [3] Constantinus (*edd.*)? [4] *inscriptio et subscriptio huius legis ex Th.* 3, 32, 1 *petitae uidentur* (*u. i.*) [5] etsi *Th.*

1 praedium $V^a$ | praestaturus $VC^b$, praestitura *R* 2 *s. a. V Hal. PL* | s.] s. d. *PL*, d. *Hal.* | apriliae *V* | anchialo *om. VPL* 3 philippus *R* 4 sententia *om. C* | consultum *C* 5 alien. eius *R* | et *om.* $M^a$ 6 *s. a. V Hal.* | s.] d. *Hal.* 7 imp. (impp. *M*) const. a. et constantius c. (const. c. *PL*, constant. cesar *R*, constantio consuli *M*) ad seuerum] impp. *omissis reliquis Th.*, idem (= imp. constantinus) a. iuliano pu. 7, 62, 17, *quae et ipsa ex Th.* 3, 32, 2 *descripta est. cum consonent inscriptio et subscriptio h. c. cum proxime praecedentibus in Th.* (*nam quod ibi in libro Taurinensi omittitur Caesaris mentio, uitium haud rarum est*), *aut lapsu suo Iustinianos eas huc transtulisse uerisimile est aut, cum forte a libris eorum ut a Taurinensi inscriptio subscriptioque abessent, temere eas ex antecedenti constitutione suppleuisse. ne iungendae quidem cum hac legis inscriptio ueri speciem habet, cum quia Iulianus urbis Romae praefectus a.* 326...329 *non quadrat ad Constantinianum praetorem, qui pertinet ad Constantinopolim, tum quia inscriptio libri Taurinensis* impp. *indicat hanc constitutionem posteriorem esse Constantino Magno. praefectum urbi autem compilatores inscriptioni* 7, 62, 17 *inseruerunt eo, quod eam ita mutauerant, ut prouocatio ad praefectum urbi fieret: id enim requirere uidebatur, ut ipsa constitutio ad hunc magistratum data esset. nomen uidentur sumpsisse ex subscriptione, quam eandem fuisse in c.* 17 *et in hac consentaneum est: neque ignorabant praeterea Iulianum circa haec tempora praefectum urbi fuisse* | seuerum si minores] seuerum ** res *V?* (*certe non incipit* sen) 8 min. uel ex] min. uel x $L^a$, min. ex *R* 9 a] *CR Th.*, *om. VPLM* | constantino $R^a$ 10 examussim] *Th.*, examinatissimis $VQ^a$, examinatisque *PLCRM* 11 *s. a. Th.* 3, 32, 1 (*u. s.*) *V Hal.* | XII *Hal.* | serdicae *om. Hal.* 13 decretus *S* | sit *M* 14 antonius *M*, *deficit V* | ualenti militi (auliti *R*)] *PLR*, ualenti *SC*, ualentini *M*, *deficit V* 15 concessisse *PL* | praetio praedium *V*, praedio precii $M^a$ | reciperaret] *V*, recuperaret *PLCR*, reciperet $M^a$ 17 uoluntate $C^a$ | pareantur $M^a$, perea*tur $R^a$, pareatur $R^b$ | *s. a. V Hal. PL* | pp. IIII] *V*, proposita u *PL*, d. VI *Hal.* | II et geta II] *V*, et geta *Hal.*, ii. g. *PL* 19 aurelius *RM* 20 uir clar.] aug. $M^a$ | praesidialis *M* 21 consensio $R^a$, concensio $M^a$, κέλευσις *B* | accediat $M^a$ | *s. a. V Hal.* | pp. byzantii (byz. *V*) ... conss.] *V*, d. idib. ianuar. *Hal.* 22 et cc. *om. SR* | straniciane *S*

sidis, nisi parentis uoluntas seu testatoris, ex cuius bonis ad minorem peruenit, super alienando eo aliquid mandasse deprehendatur, nulla ratione potest. PP. XV K. APRIL. NICOMEDIAE TVSCO ET ANVLLINO. CONSS. a. 295

4 [1] IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Et sine interpositione | 5, 37, 22, 6 mut. B 38, 9, 63 | decreti tutores uel curatores quarumcumque personarum uestes detritas et superuacua animalia uendere permittimus. D. ID. MART. SIRMI CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326

# LXXIII

## ℞ SI QVIS IGNORANS REM MINORIS ESSE SINE DECRETO COMPARAVIT ℞

1 IMP. GORDIANVS A. FELICI. Si ea, quae in iura tutoris hereditario titulo | B 10, 4, 60 | successit, possessionem tuam uendidit, si ut pupillarem distraxit, emptor, qui sciens a tutoris herede mercatus est, cum officium morte finiatur, alienam rem comparando de temporis interuallo nullam potuit adquirere defensionem: si uero ut suam distraxit ignoransque rem alienam emptor comparauit, neque statim per traditionem possessionis dominus effectus est, sed tantummodo aduersus te statuti temporis, cum te legitimae aetatis esse non diffitearis, potest uti praescriptione. PP. V ID. SEPT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

2 IDEM A. CRISPINAE. Si contra amplissimi ordinis decretum possessiones | B 10, 4, 61 | tuae distractae sunt, conueni earum possessorem, ut, si ita probaueris gestum, et possessio retrahatur et fructus uniuersi reuocentur, si non bona fide emptorem fuisse qui emit constiterit. PP. XVI K. IAN. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AGATHAE. Possessiones | B 10, 4, 62 | rusticae uel suburbanae sine causae cognitione et interpositione decreti contra senatus consultum alienatae nec a secundo emptore recte tenentur, nisi statutum temporis spatium intercesserit. PP. ID. FEBR.[2] NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

4 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Quoniam aduersus emptorem, ad quem ex | B 10, 4, 63 | persona eius, cui contra senatus consultum donata res est, iusto titulo interueniente ea res de qua lis est transitum fecit, requirere oportebit, an praesente priore domino et maiore effecto sine controuersia bonae fidei decennio uel absente uiginti annis qui quaestionem patitur possessor fuisse monstretur. quod si apud grauitatem tuam manifeste constiterit, sine ulla cunctatione habita longi temporis praescriptione petitorem oportebit excludi. D. VI ID. IVN. DOROSTOLO DIOCLETIANO VIII ET MAXIMIANO VII AA. CONSS. a. 304

*VPLCRM*

---

[1] *iunge* 2, 27, 2. 4, 32, 25? [2] Dec. (*Mommsen*)?

---

2 eo] ea *V* | *s. a. V Hal. PL* | pp. xv] d. XII *Hal.* 3 nicomediae (nic. *V*) ... conss. *om. PL* | tusco et aquilino *V*, aa. (= *a.* 293) *Hal.* 4 populum] philippum *R* 6 *s. a. V Hal. PL cum l. gem.* | sirmi ... 7 conss. *om. PL* | sirmi const. a.] *l. gem.*, constantino a. *Hal.*, cp. (= constantinopoli) *V* | constante *V* 7 c.] caes. IIII *Hal.* 10 comparauerit *RM* 11 in iura] iniuria $V^{a}$ | hereditario] *VC*, hereditario uel honorario *PLRM:* ἐπίτροπος ἐτελεύτησεν ἐπὶ γυναικί τινι κληρονόμῳ *B* 12 ut] ut in $R^{a}$? 13 firmatur $M^{a}$ 14 sin *R* 15 emptor rem alienam *PLR* | per] post *PL* | tradictionem $M^{a}$ | possessio $M^{a}$ 16 stati $M^{a}$, statim $R^{a}$ 17 *s. a. V Hal. PL* | pp.] d. *Hal.* | id.] k. id. *V* 20 inuersi $M^{a}$ 21 *s. a. V Hal. PL* | pp. XVI] pp. xiu *potius quam* pp. xui *V*, d. XVI *Hal.* | ian.] iul. *PL, om. Hal.* | II *om. PL* | popeiano *PL* 22 et c. *S, om. PLM* | possessiones] p. tuae *R* 23 sururbane *R* | cognitionis $R^{a}$ 24 alienare $M^{a}$ | tenentur recte *M* 25 *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* 26 aduersus] ad $P^{t}$ 27 est] et $V^{a}$ 28 transitum est $C^{m}$ | dominio $M^{a}$ 29 bona fide *PLRM* 30 patitur *bis* $M^{a}$ 31 sine] et sine *C* 32 *s. a. V Hal.* | id. *om. V* | dorostoli *Hal.* | diocl. uiii et max. uii (*uel* uiiii) a. conss. *V*, cc. coss. *Hal.*

# LXXIIII

## ℞ SI MAIOR FACTVS SINE DECRETO FACTAM ALIENATIONEM RATAM HABVERIT ℞

1 [1] IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. LICINIAE. Cum proponas curatorem patris tui non interposito praesidis decreto praedium rusticum heredi creditoris seu tutori eius destinasse uenumdare eamque uenditionem deceptum patrem tuum ratam habuisse, si minore pretio distractum praedium est et inconsulto errore lapsum patrem tuum perperam uenditioni consensum dedisse constiterit, non ab re erit superfluum pretii in compensationem deduci: quod praesidis prouisione fieri conuenit, cuius sollertiae congruum est, si diuersa pars bonam fidem non amplectatur, in arbitrio eius ponere, an uelit possessionem cum fructibus restituere, ita ut fenebris pecunia cum competentibus usuris restituatur. PP. NON. OCT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. [B 10, 4, 64] a. 290

2 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Si sine decreto praesidis praedia tua a tutore tuo alienata sunt nec speciali confirmatione uel, si bona fide possessor fuisset, statuti temporis excursu id quod perperam est actum fuerat stabilitum, praeses prouinciae possessionem in ius tuum retrahet. D. K. IAN. SIRMI AA. CONSS. [B 10, 4, 65] a. 293

3 [2] IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Si quando sine decreto minorum uel [B 10, 4, 66]
adhuc sub curatoribus constitutorum uel per ueniam aetatis eorum curam excedentium res
alienantur uel supponuntur, et ad perfectam aetatem idem minores prouecti longo silentio
querellam huiusmodi tradiderint, ut inutilis alienatio uel suppositio diuturno silentio robo-
1 retur, certum tempus ad talem confirmationem praefinitum esse censemus. Ideoque prae-
cipimus, si per quinque continuos annos post impletam minorem aetatem (id est uiginti
quinque annos) connumerandos nihil conquestus est super tali alienatione uel suppositione
is qui eam fecit uel heres eius, minime retractari eam occasione praetermissionis decreti,
2 sed sic tenere, quasi ab initio legitimo decreto fuisset alienata res uel supposita. Cum
autem donationes a minoribus nec cum decreto celebrari possunt, si minor uel post ueniam
aetatis rem immobilem donationis titulo in alium (excepta propter nuptias donatione) trans-
scripserit, non aliter hoc firmitatem habebit, nisi post uiginti quinque annos impletos inter
praesentes quidem decennium, inter absentes autem uicennium donatore adquiescente
effluxerit: ut tamen in heredis persona illud tantummodo tempus accederet, quod post eius-
dem heredis minoris aetatem silentio transactum sit. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI
DECIO VC. CONS. a. 529

*VPLCRM*

---

[1] *iunge* 4, 10, 4 [2] *iunge* 2, 44, 3

---

2 decretum *S, deficit V* | factam *om.* $SM^a$, *deficit V* 3 ratam habuerit *om.* $M^a$, *deficit V* 4 impp. diocl. et max.] idem *PLR, deficit V* | aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. *PCR, deficit V* | lucillae *PL, deficit V* | cum] um *C* | procuratorem *V contra B* 6 tutoris $P^aCM^a$? | destinat $R^a$? 7 lapsum *om.* $R^a$ 8 uendicione $M^a$? | ab re] habere *V* | compensatione *PL* 10 pras $P^a$, par $M^a$ 12 *s. a. V Hal. PL* | pp.] d. *Hal.* | non.] u nonas *PL* | ipsis ... aa.] pio et pontiano (*a.* 238) *Hal.* 13 alexandro] *SR*, alex. *V*, alexandrae *PLCM* | si *om.* $M^a$ | praesidis *om.* $R^a$ 14 aliena $P^a$ | specialis $R^a$ 15 excrsu $P^a$ | factum *PL* 16 possessionem *om.* $R^a$ | in ius tuum] iniustum $VM^a$?, in**us tuum $R^a$ | *s. a. VPL: apud Hal. est* d. VII kal. ianuar. pio et pontiano coss. | d.] s. d. *PL* | ian.] iun. *PL* 17 monorum $P^a$ 18 sub] sed $R^a$ 19 ad] a $P^a$ 20 tradiderunt *R*, tradiderit $M^a$ 22 continuos annos] ****************dos $P^a$ | minorum *VL* 23 consequaestus *V* 24 heredes *R* | retrahi $P^tR^b$, retrahit $R^a$ 25 teneri $PLR^bM$, enim $R^a$ 26 a minoribus] ammoribus *R* | nec cum] ne cum *PL*, nec *R* | possint *RM* 29 determinum $R^a$ | uincennium $L^aM$ | donatores *L* | adquiescete *M* 30 effluxit *R* | accidit $L^v$, acciderit $M^a$ 31 etatem heredis minoris *RM* | *s. a. V Hal. PL* | VIII *om. Hal.* | constant. *om. Hal.* 32 uc. *om. VPL* | conss. *VPL*

# LXXV

## ℞ DE MAGISTRATIBVS CONVENIENDIS ℞

1 Imp. Antoninvs A. Mvciano. Si magistratus a tutoribus seu curatoribus, [B 38, 8, 15
quos tibi dederunt seu nominauerunt, stipulati sunt se eo nomine indemnes futuros inque
eam rem fideiussores acceperunt extra rem saluam fore satisdationem, actio, quam
1 aduersus tutores seu curatores tuos instituisti, alienam obligationem non resoluit. Sed
aduersus magistratus qui curatorem dederunt actio utilis ita demum competit, si uniuersis
bonis excussis reuocatisque, quae eum in fraudem alienasse constiterit, indemnitati tuae in
2 solidum satisfieri non potuit. Quam si exercueris, mandatis tibi ab eis actionibus aduersus
fideiussores quos acceperunt consistere potes, licet utilem actionem sine cessione habeas.
Accepta non. Ian. dvobvs Aspris conss. a. 212

2 Imp. Alexander A. Paterno. In heredes magistratus, cuius non lata [B 38, 8, 16
culpa idonee cautum pupillo non est, non solet actio dari. PP. iii non. Ivl. Ivliano et
Crispino conss. a. 224

3 Imp. Gordianvs A. Aproniano. Si tu et collega tuus, cum magistratu [B 38, 8, 17
fungeremini, minus idoneum tutorem dedistis cautionemque idoneam non exegistis nec alias
seruari pupillo indemnitas potest et utrique soluendo estis, pro uirili parte in uos actionem
dari non iniuria postulabis. D. viii k. Nov. Pio et Pontiano conss. a. 238

4 Idem A. Arrvntiano. Aduersus nominatorem tutoris uel curatoris minus [B 38, 8, 18
idonei non ante perueniri potest, quam si bonis nominati itemque fideiussoris eius nec
non collegarum quoque, ad quorum periculum consortium administrationis spectat, excussis non sit indemnitati pupilli uel adulti satisfactum. PP. id. Mart. Attico et Praetextato conss. a. 242

5 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Evgeniae. In magistra- [B 38, 8, 19
tus municipales tutorum nominatores, si administrationis finito tempore non fuerint soluendo nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit, pupillis quondam in subsidium
indemnitatis nomine actionem utilem competere ex senatus consulto, quod auctore diuo
Traiano parente nostro factum est, constitit. D. vii id. Dec. ipsis et[1] conss. a. 294?

6 [2]Imp. Zeno A. Aeliano pp. Cum sit adiecta praetoris sententia generalem [B 38, 8, 20
curatori administrationem mandantis et, quod eam pro more sequitur, decretum pariter
sit compositum, manifestum est non curatoris dationem fuisse inualidam, sed in aestimanda
adultae substantia scribae uitium, qui, tamquam non amplius ducentis libris auri patri-
1 monium ualeret, fideiussorem acceperat, intercessisse. In quo casu non curatoris erit ratio[3]
reprehendenda, si qua laesio rebus minoris illata fuisse aduersus legum ordinem comprobetur, sed[4] super neglegentia uel dolo scribae, qui ueram substantiae taxationem passus est
occultari, legibus erit agendum. D. v[5] k. Ian. Basilio vc. cons. a. 480

*V* (*desinit in* 11 aspris conss.) *P* (75, 6 *usque ad u.* 30 decretum) *L* (75, 6) *D* (75, 6) *CRM*

[1] et] CC.? [2] *iunge* 2, 21, 9. 5, 12, 28 [3] datio (*Herrmann*)? [4] sed *colloca ante* 34 si
[5] v *om.* 2, 21, 9. 5, 12, 28

3 antonius *M* | seu cur. *om. R* 4 tibi *om.* $M^a$ | dederunt] *C*, dederint *VRM* | nominauerint *RM* | futuros] *V cum B*, futuros et si quid praestitissent repetituros *CRM* 5 fideiussionis $M^a$ | acceperint *M* | satisdatione *V*, satisdonationem *C* | seu] se $V^a$ 7 utilis actio *R* 8 eum] cum $R^aM^a$, eum cum $M^b$ | alienasse in fraude *R*, fraude alienasse (*om.* in) *M* 10 potest $VM^a$ | successione $R^a$ 11 *s. a. V Hal. P* | non.] nonas *V* | duobus] d. et *Hal.* 13 actio non solet *R* | *s. a. Hal.* | et] II et *Hal.* 15 aproniano] *M*, proniano *S*, aprouiano *R*, afrontiano *C* (*u. u.* 19) 16 dedisti *R* | exegisti *R* 17 potest] post $M^a$ | actione *R* 18 postulabit *M* | *s. a. Hal.* 19 arruntiano] *S*, aruntiano *R*, arontiano *M*, afrontiano *C* 20 fideiussores $R^aM^a$ 21 expectat *RM* 22 *s. a. Hal.* 24 cc.] c. *S* | eugeniae *om. R* 25 fuerunt *RM* 26 posset $M^a$ | subsidium] solidum $R^aM^a$ 28 est] esse *R* | *s. a. Hal.* 29 aemiliano *LCM*, et liano *D* | praetoris *M* | generali *L* 30 mandatis $P^tL^t$ | quod eam] quondam $M^a$ | pariter] partem $M^a$ 31 compositum] compositum ** (s* $L^a$?) $L^aR^a$ | curatores $M^a$ 32 ucium $M^a$ 33 casu non *om.* $R^a$ | erat *R* 34 ordinationem *LD*, ordinem *bis* $R^a$ 36 *s. a. Hal. LQ* | bacilio $L^a$ | uc. *om. LQ cum legibus iungendis*

# LIBER SEXTVS

## I

## ℞ DE FVGITIVIS SERVIS ET LIBERTIS MANCIPIISQVE CIVITATVM ARTIFICIBVS ET AD DIVERSA OPERA DEPVTATIS ET AD REM PRIVATAM VEL DOMINICAM PERTINENTIBVS ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Aemiliae. Seruum fugitiuum [B 60, 7, 6] sui furtum facere et ideo non habere locum nec usucapionem nec longi temporis praescriptionem manifestum est, ne fuga seruorum dominis suis ex quacumque causa fiat damnosa. PP. v id. Dec. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

2 Idem AA. et CC. Pompeiano. Requirendi fugitiuos potestatem fieri dominis [B 60, 7, 7] praesidalis officii est. PP. iii k. Mai. CC. conss. a. 294

3 Imp. Constantinvs A. et Licinivs C. ad Probvm. Si fugitiui serui deprehendantur ad barbaricum transeuntes, aut pede amputato debilitentur aut metallo dentur [B 60, 7, 8] aut qualibet alia poena adficiantur. Sine die et consvle. a. 317—323

4 Imp. Constantinvs A. ad Valerianvm. Quicumque fugitiuum seruum in [B 60, 7, 9]
domum uel in agrum inscio domino eius susceperit, eum cum pari alio uel uiginti solidis
1 reddat. Sin uero secundo uel tertio eum susceperit, praeter ipsum duos uel tres alios uel
praedictam aestimationem pro unoquoque domino repraesentet: in minorum persona tuto-
2 ribus uel curatoribus poena simili imminente. Quod si ad praedictam poenam soluendam
is qui susceperit minime sufficiat, aestimatione competentis iudicis castigatio in eum pro-
3 cedat. Quod si seruus ingenuum se esse mentitus sub mercede apud aliquem fuerit, nihil
4 is qui eum habuit poterit incusari. Sane mancipium torqueri oportet, ut manifestetur,
utrum propter lucrum capiendum callide a domino ad domum uel agrum eius qui suscepit
5 immissus est, an non. Quod si maligne factum esse ex serui interrogatione patuerit, seruo

$A^{ul}$ (1 ℞ l. 4) *LDCRM*

---

3 seruis fugitiuis *R* | et ... 6 pertinentibus] et reliqua *A* | et] et de *S* | et mancipiis *M* 4 ciuitatum] cuiusque (cuiuscunque $S^b$) ciuitatem *S* | ad (a *D*) diuersa opera] diuerse opere *R* | deputatus *S* 5 priuatam] publicam $M^a$ 7 imp. *D* | dioclitiano et maximiano *A* | aa.] aa. et cc. *CR*, *om.* *M* | etchelie *S* 8 usumcapionem *A*, usucapione *R* | praescriptione *R* 9 ne] nec $R^a$ 10 *s. a. Hal. LQ Veronensis* 180 | pp. v] s. *Hal.* | maximo ... conss. *om.* *Q* | ii *om.* *L* | aquil. conss.] aquis et ss. *Veron.* 11 aa. et cc.] aa. *R*, a. *M* | popeiano *R* | fugitius $M^a$ 12 praesidialis $M^a$ | *s. a. Hal.* *L* | pp. iii] d. *Hal.* | cc.] a. c. *L* 13 imp. const. a. et licin. (liciani *S*) c.] *S*, impp. const. et licin. aa. *LCRM cum Th.* 4, 11, 1 (*a.* 414), *quae ad eundem Probum data uidetur*, imp. const. aa. *D* | probatum *SM* | fugitiui serui si *R* 14 barbaricos *M*, ἐπὶ τὸ βαρβαρικόν *B* 15 efficiantur $R^a$ | sine die et cons.] *Hal.*, sd. et conss. pp. *L* 16 a. *om.* *M* | uerianum *LD*, ualerium *M* | seruum fugitiuum *R*, *om.* $A^u$ *ante emend.* 17 domum uel in agrum *A*, domum uel in agro *LD*, domo uel in agro *CRM* | uel uig.] uel cum uig. *M*, uig. $D^a$ 18 duo $A^lC^a$ 19 uno seruo quoque $M^a$, unoquoque seruo $M^b$ | praesentet *L* | personam *LM* 21 suscepit *R* | conpetentibus iudicibus $M^a$ | castigationes in eum procedant $L^aR$ 22 seruus] s. fugitiuus *R* | se esse ingenuum (genuum $M^a$) *LDRM*, se *om.* *C* 23 habuerit *LDM* | torqueri] tutoris torqueri $L^a$, toqueri $M^a$? 24 accipiendum *R* | uel] uel ad *LD* | susceperit *D* 25 missus *R* | factum esse] facces. $R^a$

etiam suo eum qui hoc fecerit priuari oportet et ad fiscum pertinere mancipium. D. v k. Ivl. Thessalonicae Gallicano et Basso conss. a. 317

5 [1] Idem A. ad Ianvarivm. Mancipia diuersis artibus praedita, quae ad rem [B 60, 7, 10] publicam pertinent, in isdem ciuitatibus placet permanere, ita ut, si quis tale mancipium sollicitauerit uel auocandum crediderit, cum seruo altero sollicitatum restituat, duodecim solidorum summa inferenda rei publicae illius ciuitatis, cuius mancipium abduxit: libertis quoque artificibus, si sollicitati fuerint, cum eadem forma ciuitati reddendis: ita ut pro fugitiuo seruo, si sollicitudine defensoris non fuerit requisitus et reuocatus, idem defensor duo uicaria mancipia exigatur, nec beneficio principali nec uenditione in eius persona iam de cetero ualituris. D. xvi k. Mart. Constantino A. v et Licinio C. conss. a. 319

6 Idem A. ad Tiberianvm comitem Hispaniarvm. Cum seruum quispiam [B 60, 7, 11] repetit fugitiuum et alius uitandae legis gratia, quae in occultantes mancipia certam poenam statuit, proprietatem opponet, uel in uocem libertatis eum animauerit, ilico nequissimus uerbero super quo ambigitur tormentis subiciatur, ut aperta ueritate disceptationi terminus

1 fiat. Quod non solum utrisque iurgantibus proderit, sed etiam seruorum animos a fuga poterit deterrere. D. xv k. Sept. Constantinopoli Pacatiano et Hilariano conss. a. 332

7 Imppp. Valentinianvs Valens et Gratianvs AAA. ad Felicem consvlarem. [B 60, 7, 12] Si quis seruum fiscalem putauerit occultandum, non solum eum restituere, sed etiam duodecim libras argenti poenae nomine fisci uiribus dependere compellatur. D. ii id. April. Gratiano A. ii et Probo conss. a. 371

8 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Albino pv. Romae. [B 60, 7, 13] Si qui publicorum seruorum fabricis seu aliis operibus deputati tamquam propriae condicionis immemores domibus se alienis et priuatarum ancillarum consortiis adiunxerint, tam ipsi quam uxores eorum et liberi confestim condicioni pristinae laborique restituantur. D. viii k. Avg. Timasio et Promoto conss. a. 389

# II

## ℞ DE FVRTIS ET DE SERVO CORRVPTO ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Theogeni. Si pecunia tua mandantibus [B 60, 6, 18] seruis quidam praedia comparauerunt, eligere debes, utrum furti actionem et condictionem an mandati potius inferre debeas. neque enim aequitas patitur, ut et criminis

*$A^{ui}$* (1, 4. 2 ℞) *P* (2, 1 *inde a u.* 30 patitur) *L D* (*usque ad u.* 30) *CRM*

[1] *ad Ianuarinum similis argumenti data est* 11, 68, 2 *anni incerti*

1 *s. a. A Hal. L* 2 thessalonicae (thessaloni. *L*) *om. Hal.* | conss. *om. A* 3 a.] aa. *LD* [1] praedicta *$M^a$* | ad rem publicam] *LDR*, ad rei publicae *C*, a⁎ re⁎ publica⁎ *$M^a$*, ad rei publicae ius *$M^b$* 4 placet ciuitatibus *C* 5 uel] et *R* | aduocandum *$DM^a$* | redideri t *$M^a$* 6 summam inferendam *$M^a$* | abduxerat *C*, adduxit *M* 7 si *om. $M^a$* | ciuitatis *$L^a$* 8 seruo *om. $M^a$* 9 exigatur] extat *$L^t$* | iam *om. $DRM^a$* 10 cero *$M^a$ inc. $R^a$* | *s. a. Hal. L* | xvi] xu *L* | mart. ... conss.] con. aueclitino conss. *L* 11 a.] aa. *LD* | ad tiberianum *in spatio uacuo om. S* | comes *D* | spaniorum *S*, ispaniorum *LD*, hispanorum *R* 12 euitandae *C?* 13 uoce *LDM* 14 uerbero] seruus (seruum *D*) uerbero *$L^aD^a$* | quo] quem *$LD^t$* | disceptatione *$L^a$*, diceptationis *$R^bM$*, discepci *$R^a$* 15 a *om. $R^a$* 16 deterreri *C* | *s. a. Hal. L* | xv k. sept.] xui k. nou. *L* | constant. *om. Hal.* | et hil. *om. L* 17 impp. *LCR*, imp. *D* | ualentinus et ualerius et *R*, ualerius ualens et *M*, ualens et *om. S* | aaa.] aa. *CR*, a. a. a. a. *D*, aa. et c. *S* | ad] a *$D^a$* | consulem *M*: comitem sacrarum largitionum *proponit Gothofredus: Felicem consularem Macedoniae uel Campaniae a.* 365 *nominat Consult.* 9, 7, *eodem anno Felicem uicarium Macedoniae laudat Th.* 2, 1, 5 18 qui *C* | seuum *$M^a$* 19 dudecim *$M^a$* | argenti libras *R* | iuribus *M* | deprehendere *R* | *s. a. Hal. L* | ii] prid. *L* 20 grat. a. ii] gra. iix *L* 21 impp. *LDC*, mpp. *R* | ualentinus *R*, ualerius *M* | theod. et] et theod. (theodotius *$R^a$*) et *LDRM*, et theod. *C* | aa. *SCR* | pu. (praefecto urbe *D*) romae *om. R* 22 operibus] op. publicis *$R^b$*: εἰς τεχνάς τινας ἢ ἄλλα ἔργα τῆς πόλεως *B* | conditions *$D^a$* 23 et] seu *R* | priuatorum *$C^bR^a$*, *inc. $C^a$* | adiunxerunt *CM* (*$M^a$ uoluit* adiunxerit) 24 ipsis *$M^a$* | et labori *R* 25 *s. a. Hal.* 28 aa.] aa. et c. *S* | theogenis *R*, diogeni *S* | si] si ex *M* 29 conparauerunt praedia *M* | debes] potest *$R^a$*

causam persequaris et bonae fidei contractum impleri postules. D. XI K. MAI. SEVERO A. II ET VICTORINO CONSS. a. 200

2 IDEM AA. NEGOTIATORIBVS. Inciuilem rem desideratis, ut agnitas res furtiuas non prius reddatis, quam pretium fuerit solutum a dominis. curate igitur cautius negotiari, ne non tantum in damna huiusmodi, sed etiam in criminis suspicionem incidatis. PP. III K. DEC. CILONE ET LIBONE CONSS. [B 60, 6, 19] a. 204

3 IMP. ANTONINVS A. SECVNDO. Si nondum rem templo diuino dedicatam uitricus tuus furto abstulit, habes aduersus eum furti actionem. PP. VI ID. SEPT. LAETO II ET CEREALE CONSS. [B 60, 6, 20] a. 215

4 [1]IMP. ALEXANDER A. AVRELIO HERODI. Aduersus eum dumtaxat, quem seruum tuum sollicitasse dicis, si eum deterioris animi fecit, serui corrupti agere potes. quod si sollicitatum occultauit, etiam furti cum eo agere potes. quas actiones etiam per procuratorem exercere minime prohiberis. PP. ID. SEPT. ALEXANDRO A. CONS. [B 60, 6, 21] a. 222

5 IDEM A. CORNELIO. Ciuile est, quod a te aduersarius tuus exigit, ut rei, quam apud te fuisse fatearis, exhibeas uenditorem. nam a transeunte etiam ignoto emisse dicere non conuenit uolenti euitare alienam boni uiri suspicionem. PP. III K. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 60, 6, 22] a. 223

6 IDEM A. PYTHODORO. Alienum seruum sine uoluntate domini qui sciens uendidit seu donauit uel alio modo alienauit, nihil domino diminuere potest: et si contractet uel apud se detinuerit, furtum facit. PP. VI K. IAN. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 60, 6, 23] a. 223

7 IDEM A. DATO. Si is, cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam dedisse proponis, parua quantitate numerata reliquam in usus suos conuertit, furtum fecit. PP. PRID. ID. IVN. MODESTO ET PROBO CONSS. [B 60, 6, 24] a. 228

8 IDEM A. VALENTI. Etiam furti actione tributorum exactor tenetur, si non cessante te in tributoria exactione sciens, quod nihil deberetur, ancillam tui iuris abduxit aut uendidit. quae res facit, ut nec emptor usucaperet uindicatioque tibi ipsius competat. PP. X K. MART. POMPEIANO ET PELIGNO CONSS. [B 60, 6, 25] a. 231

9 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AEDESIO. Subtracto furto uel ui abrepto mancipio, quamuis hoc rebus humanis non oblatum fuerit exemptum, tam ad raptorem quam ad furem periculum redundabit et uterque eorum poena legitima coercebitur. S. VII ID. FEBR. SIRMI AA. CONSS. [B 60, 6, 26] a. 293

*$A^{ul}$* (2, 2) *P* (2, 2 [3 *p*] 4...7. 9) *L* (2, 2...7. 9) *CRM*

[1] *iunge* 4, 14, 3

1 persequeris *L* | impleri] *R*, implere *PLCM* | *s. a. Hal. PL* | d.] pp. *PL* | seuero ... 2 conss.] su. a. ii et uic. ss. *PL*, seuero et albino coss. (= *a.* 194) *Hal.* 3 *ante c.* 2 *in P rubrica deleta est* | idem] id. a. imp. seuerus et antoninus *A*, impp. (imp. *P*) seu. et ant. *PLR* | aa.] a. et c. *S*, aa. et cc. *M* 4 nom. *om.* $R^a$ | solitum $A^l$ 5 negotia** (m *uel* tu) $A^u$, *om.* $L^a$ | suspectionem *PLRM* 6 *s. a. A Hal. PL* | III *om. Hal.* | cilone ... conss. *om. L* | chilone *Hal.*, chil. *P* | liuone *A*, diu. *P* 7 antonius *M* | a. *om. M* | secundo *om. R* | dedicata *L* 8 furto *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* $L^b$*: in* $pL^a$ *extat* pp. | VI] u $L^b$ 9 cereali *Hal.* 10 a. *om. M* | aureliano *R* | herodi *om.* $SR^b$ 12 quod ... potes *om.* $L^a$ | eo] $PL^bM$, eodem *CR* | quas] quam $R^a$ 13 *s. a. Hal. PL* | conss. *PL* 14 aduers. tuus a te *R*, a te ad te aduers. tuus $M^a$ 15 fateris $P^bLR$ 16 suspectionem *PLR* | *s. a. Hal.: in PL uidetur esse subscriptio c.* 6 (*u. i.*) 18 philodoro *S*, pitudoro *uel* pitiidoro $M^a$ | quis *P* 19 uel] seu *R* 20 furtum] etiam furtum *CM contra B* | *s. a. P hoc loco et PL ad c.* 5: *in L est subscriptio c.* 7, *apud Hal. est* pp. k. mai. iuliano II et crispino coss. (= *a.* 224). *praetuli fidem librorum epitomatorum, quia probabilius de fraude Haloandri cogitatur, quam, quod rarissime euenit, in epitomatis subscriptionem a loco suo in antecedentem constitutionem aberrasse statuitur* 22 pecunia $M^a$, pecuniae $M^b$ 23 numerata] muta $M^a$ | facit $C^a$ 24 *s. a. Hal. P h. l. L ad c.* 6: *in L h. l. subscriptio erasa est* | prid. *om. Hal.* | medesto *P* 25 actionem $M^a$ 26 non cessante te] *** cessante $M^a$ | anillam $M^a$ | adduxit *M* 28 competit *M* | *s. a. Hal.* 29 imp. *L* | et cc. *om. M* | hesidio *S*, edisio *RM* 30 haec $R^a$ | ablatum $R^a$, προσηνέχθη *BΣ* (κ.π.) 32 *s. a. Hal. PL*, *cf. M ad p.* 508, 1 | s.] d. *PL* | firmi *P* | aa. conss. *om. Hal.*

10 [1]IDEM AA. ET CC. VALERIO. Si abducta mancipia furto uel plagio uenum- [B 60, 6, 27
data praeses prouinciae perspexerit, cum nec ab emptore propter cohaerens uitium, ante-
quam ad dominum possessio reuertatur, usucapi possunt, et te ei cuius fuerunt successisse
reppererit, restitui tibi prouidebit. SINE DIE ET CONSS.[2] a. 293

11 IDEM AA. ET CC. DEMOSTHENI. De his, quae subtraxisse nouercam pupilli [B 60, 6, 28
tui precibus significas, rectorem adi prouinciae, qui si eam, posteaquam dominus rerum is
pro quo supplicas factus est, aliquid furatam cognouerit, non ignorat in quadruplum mani-
festi, nec manifesti uero dupli actione furti constituta condemnationem formare. D. VII
K. SEPT. VIMINACIO AA. CONSS. a. 293

12 IDEM AA. ET CC. QVINTILLAE. Ancillae subtractae partus apud furem [B 60, 6, 29
editi, priusquam a domino possideantur, usucapi nequeunt: matris furem etiam eorum
1 causa furti teneri conuenit actione. Quapropter furti actione et condictione uel aduersus
possidentem uindicatione de mancipiis uti non prohiberis, cum altera poenam continens
2 alterius electione minime tolli possit. Nam extra poenam rei persecutionem esse nulla
iuris quaestio est, cum etiam hi qui aliena mancipia comparauerunt, si hanc causam non
ignorant, furti actione tenentur. D. ID. OCT. SIRMI AA. CONSS. a. 293

13 IDEM AA. ET CC. DOMNO. Post decisionem furti leges agi prohibent. quod [B 60, 6, 30
si non transegisti, sed de sublatis partem tantum accepisti, residuam uindicare uel con-
dicere et actione furti apud praesidem agere potes. D. K. DEC. SIRMI AA. CONSS. a. 293

14 IDEM AA. ET CC. DIONYSIO. Eos, qui a seruo furtim ablata scientes [B 60, 6, 31
susceperint, non tantum de susceptis conuenire, sed etiam poenali furti actione potes.
D. VIII K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

15 IDEM AA. ET CC. SOCRATIAE. Furti actione minime teneri successores [B 60, 6, 32
ignorare non debueras. de instrumentis autem ablatis in rem actione tenentem conuenire
potes. D. III K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

16 IDEM AA. ET CC. ARTEMIDORO ET ALIIS. Si seruum uestrum nutriendum [B 60, 6, 33
qui susceperat uenumdedit, furtum commisit. D. K. OCT. VIMINACII CC. CONSS. a. 294

17 IDEM AA. ET CC. CONONI. Quamuis etiam hereditatis expilatae crimine pro- [B 60, 6, 34
miscuus usus exemplo actionis furti ream uxorem fieri non patiatur, tamen heredes idem-
que filii super his, quae de patris bonis possidet, aduersus eam in rem actione experiri non
prohibentur. D. ID. DEC. CC. CONSS. a. 294

18 IDEM AA. ET CC. DIONYSODORO. In eum, qui ex naufragio uel incendio [B 60, 6, 35
cepisse uel in his rebus damni quid dedisse dicitur, infra annum utilem ei cui res abest
quadrupli, post in simplum actionem proditam praeter poenam olim statutam edicti forma
perpetui declarat. S. III K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

*PLCRM* (*transponit* 2, 15. 14)

---

[1] *fortasse iungenda est* 7, 32, 6 [2] d. id. April. Byzantii AA. conss. 7, 32, 6

---

1 ualerio] sirmi *M*, *om.* *S* | mancipalia $M^a$ 2 prospexerit *libri* 3 ad] a $M^a$ | dominium *C* | usucapi] haec usucapi *CM* 4 *s. a. Hal.* *PL* | consule *Hal.* 7 pro] de *M* 8 nec manifesti *om.* $P^a$ | duplici $M^a$ | condemptionem *P* | formari *M* | *s. a. Hal.* *PL* | d.] s. *PL* 9 uiminatii cc. coss. *Hal.* 10 quintae *CRM*, *om.* *S* 11 nequiunt $M^a$ | furorem $M^a$ | horum *CM* 12 furti actione] furti $C^a$ | condicione *CR* 13 uendicione $M^a$ | de ... 14 electione *om.* $P^a$ | altera] al*** actio $M^a$ 14 alteri $R^a$ | tolle $P^a$ | nulla esse *R* 15 hii $RM^b$ | comparauerint *C* 16 ignorent *CM* | *s. a. Hal.* *PL* | d.] s. *PL* | aa.] caesaribus *Hal.* 17 dionisio domno $L^a$ (*u. u.* 20) | quod] qui $R^a$ 18 tantum *om.* *M* | residua *C* | condere $P^a$ 19 actionem *M* | praesidem] pr. prouinciae *M* | *s. a. Hal.* *PL* | d.] s. *PL* | sirmi aa. (cc. *Hal.*) conss. *om.* $PL^a$ 20 aa.] a. *M* | et cc. *om.* *LM* | seruis *M* 21 susceperunt *C* | conueniri *L* | possunt *PL*, 22 *s. a. Hal.* *PL* | d. VIII] s. uii *P*, uii *L* 23 aa.] a. *M* | et cc. *om.* *PLRM* | socratae *M*, socranae *R* 24 non] te non $M^a$ | sublatis *R* | actionem $P^aL^a$? 25 *s. a. Hal.* *PL* | d. III] s. *PL* | aa.] cc. *Hal.* 26 et cc. *om.* *M* | et aliis *om.* *SM* 27 quis $PLM^a$ | uenundederit *R* | *s. a. Hal.* *PL* | d.] s. *PL* | uiminacii] uim. *PL* 28 et cc. *om.* *M* | cocononi $L^a$, conomi *C*, canoni *R* | etiam *om.* *CM* | hereditastis $L^a$ 29 ream] eam $P^a$ 30 quae de] quod $R^a$ | possident $L^a$ | actione *om.* $M^a$ 31 *s. a. Hal.* *PL* | d.] s. *PL* 32 dionisiodoro *SPLCR*, dyosiodoro *M* 33 cui] $CM^b$, cuius $PLRM^a$ 34 proditam actionem *R* 35 *s. a. Hal.* *PL* | s. III] d. *Hal* | nicom. *om.* *PL*

19 Idem AA. et CC. Mnesitheo. Falsus procurator depositum recipiendo uel [B 60, 6, 36
aes alienum exigendo citra domini uoluntatem furtum facit ac praeter rei restitutionem
actione dupli furti nec manifesti conuenitur. Sine die et consvle.
20 Imp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Si quis seruo alieno suaserit aliquam [B 60, 6, 37
rem domini sui subripere et ad se deducere, seruus autem hoc domino manifestauerit et
domino concedente res eius ad iniquum huiusmodi suasionis auctorem pertulerit, et ipse
inuentus fuerit rem detinere, quali tenetur actione is qui res suscepit, utrumne pro occa-
sione furti an pro seruo, quia eum corrumpere uoluit, ut non solum furti, sed etiam serui
1 corrupti is obligetur, ueteres dubitauerunt. Nobis itaque eorum altercationes decidentibus
placuit non solum furti actionem, sed etiam serui corrupti contra eum dare. [Inst. 4, 1, 8
licet enim seruus deterior minime factus est, tamen consilium corruptoris ad perniciem pro-
bitatis serui introductum est: et quemadmodum secundum iuris regulas furtum qui- [(Inst.)
dem non est commissum, quia is uidetur furtum committere, qui contra domini uoluntatem
res eius contractat, ipse autem furti actione propter dolum suum tenetur, ita et serui cor-
rupti contra eum actio propter suum uitium non ab re extendatur, ut sit ei [Inst. 4, 1, 8
poenalis actio imposita, tamquam re ipsa fuisset seruus corruptus, ne ex huiusmodi impuni-
tate et in alium seruum, qui possit corrumpi, hoc facere pertemptet. D. k. Avg. [(Inst.)
Lampadio et Oreste vv. cc. conss. a. 530
21 Idem A. Ivliano pp. Apud antiquos quaerebatur, si seruus, quem aliquis [B 60, 6, 38
bona fide possidebat, furtum commiserit alienarum rerum uel ipsius apud quem constitutus
est, si ipse qui bona fide eum detinet noxalem furti actionem aduersus uerum dominum
1 habet, uel ipse ab eo qui furtum passus est praedicta conuenitur actione. Cumque gene-
ralis regula ab antiqua prudentia exposita est huiusmodi hominis gratia, pro quo noxalem
furti actionem suscipere aliquis compellitur, aduersus alium furti actionem habere non
concedens, quidam ita eam per coniecturam interpretati sunt, aduersus bona fide quidem
possessorem nullo modo furti actionem extendi, ipsi autem, si furtum fuerit passus, ad-
uersus uerum dominum furti actionem noxalem recte decerni: tunc autem bona fide pos-
sessorem furti nomine quod passus est noxalem actionem contra dominum habere posse,
quando seruus sub domini sui fuerit constitutus possessione: et pro his rebus posse eum
aduersus dominum habere actionem, non solum quas seruus subtraxerit iam apud eum
constitutus, sed et pro his quas furatus est, quando fugit quidem a bona fide possessore,
2 adhuc autem nondum sub domini sui manibus fuerit constitutus. Quam interpretationem
prisca quidem iura per coniecturam introducebant: nos autem altius et uerius ad eam
3 respicientes generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus. Cum igitur bona
fide possessor domini cogitatione furem possidet, merito, donec apud eum constitutus est,
et aliis tenetur noxali actione, si extranei furtum a seruo fuerint passi, et ipse aduersus
uerum dominum non habet actionem secundum regulam dicentem: qui habet aduersus alium
furti actionem, ipse ea teneri non potest. Sin autem desinat in serui retentione et ille
apud uerum dominum fuerit inuentus, tunc ipse quidem noxali furti actione minime potest
teneri, aduersus uerum autem dominum habet ipse furti noxalem actionem, id est pro
rebus, quas uel nunc furatus est, cum est apud uerum dominum, uel antea, postquam bona

*P* (*c.* 19) *L* (*c.* 19) *CR* (*u.* 24 compellitur … 38 serui *perierunt*) *M N* (*ad u.* 24 … 38)

1 nesitheo *C*, menestheo *PL* (*quod duceret ad* Menesthio), nestieo *M*, mennae *R*, theofalsus *S* 2 contra $R^a$ 3 nec manif. furti *CM*, furti non manif. *R* | *s. a. Hal. L* 4 pp. *om. M* | aliquam r. d. s. subripere et ad se deducere] *C*, ut aliquam (aliquem $R^a$) r. d. sui surriperet (r. d. susciperi* $M^a$) et ad (a $M^a$) se deduceret (duceret *R*) *RM* 6 rem *M* | protulerit *R* | et *om.* $M^a$ 7 rem *om.* $M^a$ | res *om.* $M^a$ | susceperit *M* 8 qui *R* | ut] aut *dett.* | serui *om.* $M^a$ 9 is *om.* $M^a$ | altercationes] dubitaciones *M* 10 actione *R* 12 secundum *om.* $M^a$ | quidem … 13 furtum *om.* $R^a$ 14 rem *R* | contractat] *R*, contrectet *C*, contractet *M* 17 poscit $R^a$ | *s. a. Hal.* 19 idem] impr. iustinianus *S* | iulio *M* | si *om.* $M^a$ 23 modi *om.* $CM^a$ | pro] per $R^a$ 25 condens $M^a$ | conuecturam $M^a$ | bone fidei *M*: βόνα φίδε *fere constanter BΣ ad h. l.* | quidem *om.* $M^a$ 26 possessores *C contra BΣ* | ipsi *N* 28 noxales actiones *M* 29 possessionem *N* 31 et] etiam *N* 32 manibus domini sui *MN* 33 iura *om.* $M^a$ | introducebant per coniecturam *M* | uerus $M^a$ 34 bone fidei $M^bN$ 36 et aliis] et ab aliis $CM^aN^b$ 37 uerum *om.* $N^a$ | alios *C*, *cf. u.* 24 38 ea] ab aliis ea *C* | retentionem *R* 40 autem dominum uerum *R* | noxal. act. furti *R* 41 antea postquam] antequam $M^a$

4 fide possessoris retentionem excesserit necdum apud uerum dominum factus. Et sic
iterum regulae generali casus euenit consentaneus: qui enim habet tunc furti actionem
aduersus dominum, ipse aliis teneri furti actione non potest. sic ex tempore omnibus
discretis uetustissima dubitatio nostro foedere conquiescat et bona fide possessor in parte
certa temporis et habeat actionem et non teneatur, et ipse dominus in alio tempore non
5 teneatur actione et in alio sub actione constituatur. De eo autem, qui liber constitutus
ab alio bona fide tenetur, si furtum commiserit, recte et sine aliqua dubitatione dicitur
posse eum, quia liber est cognitus, et ab ipso qui bona fide eum detinet pro furto conueniri,
et bona fide possessorem, si ab extraneo furtum liber commiserit, non posse conueniri,
sed ipsum pro suo furto respondere, quia generalis regula de seruo prolata est, et
pro eo, qui non seruus, sed liber et suae potestatis est, noxalem moueri actionem impossibile
nostrisque legibus incognitum est. D. K. OCT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET
ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

22 IDEM A. IVLIANO PP. Manifestissimi quidem iuris est furto perpetrato ei [B 60, 6, 39]
1 competere furti actionem, cuius interest, ne furtum committatur. Sed quaerebatur apud antiquos
legum interpretes, si quis commodauit alii rem ad se pertinentem et ipsa res subtracta
est, an furti actio aduersus furem institui possit ab eo qui rem utendam accepit, idoneo scilicet
1a constituto, quia et ipse commodati actione a domino pro ea re conueniri potest. Et hoc
quidem paene iam fuerat concessum, ut habeat ipse actionem, nisi inopia noscitur laborare:
1b tunc enim furti actionem domino competere dicebant. Sed ea satis increbuit dubitatio,
si tempore quo furtum committebatur idoneus erat is qui rem commodandam accepit,
postea autem ad inopiam peruenit, antequam moueatur actio quae ei antea competebat,
an debeat actio quae semel ei adquisita est firmiter apud eum manere uel ad dominum
1c reuerti, cum et hoc quaerebatur, an in hoc casu furti actio ambulatoria sit nec ne. Sed
omnem talem tractatum alia sequitur subdiuisio, si ex parte soluendo sit is qui rem utendam
accepit, ut possit non in totum, sed particularem solutionem ei facere, an habeat
1d furti actionem uel non. Tales itaque ambiguitates ueterum, immo magis, quod melius
dicendum est, ambages nobis decidentibus in tanta rerum difficultate simplicior sententia
placuit, ut in domini sit uoluntate, siue commodati actionem aduersus res acci- [Inst. 4, 1, 16]
pientem[1] mouere desiderat siue furti aduersus eum qui rem subripuit, et alterutra earum
1e electa dominum non posse ex paenitentia ad alteram uenire. Sed si quidem furem elegerit,
illum qui rem utendam accepit penitus liberari: sin autem quasi commodator ueniat aduersus
eum qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse aduersus
furem furti actionem, eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem
furti habere actionem, ita tamen, si dominus sciens rem esse subreptam aduersus eum qui
2 eam accepit[2] perueniat. Sin autem nescius et dubitans rem non esse apud eum commodati

*V* (*incipit u.* 6 qui liber) *P* (*c.* 22: *pro u.* 30 et alterutra ... *p.* 511, 8 suscepit *habet:* et cetera sic legitur in institutionum liber iiii. cp. i usque ad illum finem) *L* (*ut P, nisi quod pro* liber iiii $L^a$ *habet* lib. cp., $L^b$ lib.) *CRM*

---

[1] aduersus eum qui rem commodatam accepit *Inst.* [2] eum cui res commodata fuit *Inst.*

---

4 IDEM A. VICTORINO. Si manumissori tuo[1] uim et audaciam obiecisti ei, qui [B 49, 2, 13] te beneficio suo ex seruitute liberando, ut aduersarium haberet, fecit, praeses prouinciae, quatenus coercere eiusmodi temerariam licentiam debeat, aestimabit.
1 Nam si qua tibi pecunia debebatur siue de rebus aduersus patronum disceptatio fuerat, non protinus ad litigandum currere debueras: maxime autem si hoc facere auderes, sine atrocitate certe uerborum aequitatem petitionis tuae commendare iudici potuisti, omni honore patrono debito reseruato. PP. PRID. K. OCT. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

5 IMP. GORDIANVS A. SVLPICIAE. Etiam liberis damnatorum consuetum [B 49, 2, 14] obsequium libertos paternos praestare debere in dubium non uenit. proinde si non agnoscunt reuerentiae debitae munus, non immerito uidentur ipsi aduersus se prouocare seueritatem. PP. III NON. SEPT. SABINO II ET VENVSTO CONSS. a. 240

6 IDEM A. CORNELIO. Libertos siue libertas, maxime quibus impositae operae [B 49, 2, 15] non sunt, consuetum potius obsequium quam seruile ministerium manumissoribus exhibere debere neque[2] uincula perpeti non est opinionis incertae. PP. III K. APRIL. ATTICO ET PRAETEXTATO CONSS. a. 242

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. METRODORO. Neque libertis [B 49, 2, 16] nouercae inferendae iniuriae priuignis eius libera facultas esse debet: paternos etiam libertos,
1 sicuti dicis, iniuriosos tibi fuisse ferendum non est. Praeses igitur prouinciae uindictam tibi personarum condicioni congruentem impertiri non dubitabit. PP. V ID. MAI. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

8 IDEM AA. HERMIAE. Nec patronae tuae obsequiis refragari te fas est. PP. [B 49, 2, 17] XII K. FEBR. DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO AA. CONSS. a. 287

## VII

## ℞ DE LIBERTIS ET EORVM LIBERIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. DAPHNO. Non est ignotum, quod ea, quae ex causa [B 49, 2, 18] fideicommissi manumisit, ut ingratum libertum accusare non potest, cum id iudicium extra ordinem praebeatur ei, qui uoluntate seruo suo libertatem gratuitam praestitit, non qui debitam restituit. PP. V K. MAI. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

2 IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM PV. Si manumissus ingratus circa [B 49, 2, 19] patronum suum extiterit et [3]quadam iactantia uel contumacia ceruices aduersus eum

*V P* (6, 3. 4. 6. 8. 7 ℞ [1 *p*] 2) *L* (*om.* 6, 5) *CRM*

[1] *idem B* (κ.π.): manumissori tuo *del.* (*Mommsen*) [2] neque debere (*Mommsen*)? [3] *uerba* quadam ... *p.* 522, 2 mittatur *fortasse sumpta sunt ex Th.* 4, 10, 1: Imp. Constantinus A. ad concilium Byzacenorum. Libertis ingratis in tantum iura aduersa sunt, ut si quadam iactantia u. c. ceruices erexerint aut l. o. contraxerint culpam, a patronis rursus sub imperia ditionemque mittantur. D. VI k. Aug. Coloniae Agrippinae Pacatiano et Hilariano conss. (*a.* 332)

1 a.] aa. *C* | santho *S*, acato *C*, xanteo *M* | pactione data] εἰ καὶ παρέσχε χρήματα τῷ δεσπότῃ ὁ δοῦλος *B ex interpretatione opinor* | a *om.* $VL^a$ 2 *s. a. V* 3 a.] aa. *C* 4 eruitute *P* 5 coherceri $M^a$ | eiusmodo *L*, huiusmodi *CR* | temeriam $M^a$ 6 debeatur $VPL^aCR$, ἐκεχρεώστητο *B* (κ.π.) 7 audere $V^a$ | certe *om. PL* 8 uerborum] *norum *uel* *uorum $M^a$ | patro $P^a$ 9 *s. a. V Hal. PL* | prid.] II *Hal.* | et] II et *Hal.* | conss.] cc. conss. *L* 10 sulphicie *S*, culpiciae *CR*, suppliae *M* 11 paternos *om.* $R^a$ | in] ** in $M^a$, *om.* $R^a$ 12 reuertenciae $M^a$ | minus $R^a$ | ipso *V*, αὐτοί *B* 13 *s. a. V Hal.* | III *om. Hal.* 14 idem] imp. gor. *PL* 15 manumissori*(s?) $C^a$ 16 *s. a. V Hal. PL* | pp.] d. *Hal.* | attico ... 17 conss. *om. PL* 18 metrodoro *om. S* 19 iniuriae *om.* $V^a$ | debet] debet et $M^a$ 20 sicuti] sicut tu $RM^a$ 21 impertire $RM^b$, inperire $M^a$ | *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* 23 idem] impp. dioc. et max. *PL* | aa.] a. *SC* | ermiae *V*, hermenie *S*, germiae *M* | *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* 24 III *om. Hal* 27 antonius *M* | a. *om. M* | dapho *VS*, daphidapono *pL*, dasidapono *CR*, dampno *M* | ignatum $V^a$ | quae] quod $R^a$ 28 iuditio $p^bLR$, iuditia $p^a$?, iudici* $M^a$ 29 qui] quid $M^a$ 30 *s. a. V Hal. pL* | k. ... conss. *om. pL* 31 pu.] pp. *SC*, praefectum praeturio *R*, p. *M* 32 ins titerit $L^a$ | cerbicem *V*, ceruicem $M^b$: *cf. not.* 1

erexerit aut leuis offensae contraxerit culpam, a patronis rursus sub imperi*a* dicionemque mittatur, si in iudicio uel apud pedaneos iudices patroni querella exserta ingratum eum ostendat: filiis etiam qui postea nati fuerint seruituris, quoniam illis delicta parentium non
1 nocent, quos tunc ortos esse constiterit, dum libertate illi potirentur. Sane si is, qui in nostro consilio uindicta liberatus est, post coercitionem ex paenitentia dignum se praestiterit, ut ei ciuitas Romana reddatur, non prius fruetur beneficio libertatis, quam si hoc patronus eius oblatis precibus impetrauerit. PP. ID. APRIL. ROMAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.[1] a. 326

3 [2]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD SENATVM[3]. Liberti [Th. 4, 10, 2 B 49, 2, 20] non modo aduersus patronos non audientur, uerum etiam eandem quam patronis ipsis reuerentiam praestent heredibus patronorum, quibus ingrat*i* actio sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi datae sibi libertatis immemores nequitiam receperint seruilis ingenii. D. VIII ID. AVG. RAVENNAE MARINIANO ET ASCLEPIODOTO CONSS. a. 423

4 [4]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. BASSO PP. Libertinae [Th. 4, 10, 3 B 49, 2, 21] condicionis homines uel eorum filii[5] si militantes docebuntur ingrati, ad seruitutis nexum procul dubio *re*ducentur. D. III K. APRIL. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

## VIII

## ℞ DE IVRE AVREORVM ANVLORVM ET DE NATALIBVS RESTITVENDIS ℞

1 [6]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PHILADELPHO. Natales antiquos et ius ingenuitatis non ordo praestare decurionum, sed a nobis peti potuit. D. XV K. APRIL. RAVENNAE IPSIS *AA.* CONSS. a. 293

2 IDEM AA. ET CC. EVMENI. Aureorum usus anulorum beneficio principali tributus libertinitatis[7] quoad uiuunt imaginem non statum ingenuitatis praestat. natalibus autem antiquis restituti liberti ingenui nostro beneficio constituuntur. D. XIII K. . . . . SIRMI CC. CONSS. a. 294

*V* (*desinit in u.* 12 siui liber) *P* (7, 2. 4) *L* (*ut P*) *D* (*ad* 8 ℞ 1. 2) *CRM*

---

[1] Constantino A. VI et Constantino C. conss. (= *a.* 320: *I. Gothofredus*)? [2] *iunge* 4, 20, 12 *et quae ibi laudantur* [3] consulibus praetoribus tribunis plebis senatui suo salutem dicunt *Th. cum locis iungendis plerisque* [4] *iungendae uidentur* 5, 4, 21 *et Th.* 4, 6, 7 [5] uel eorum filii *om. Th.* [6] *iunge* 7, 9, 3 [7] libertinis (*Cuiacius*)?

---

1 a *om.* $R^a$ | patrono $M^a$ | rursum *CRM cum libris quibusdam Th.* | imperia dicionemque] *Th.*, imperio ditionemque *V*, imperio ditioneque *PLCRM* 2 mitteretur $P^a$? | iudico $P^a$, iudicium *RM* | pendaneos $M^a$ | ostendat eum *CRM* 3 seruitutis $L^a$, non seruituris $C^a$ | dalicta $L^a$ | parentum *CM* 4 in *om.* $R^a$ 5 libertatus $P^bL$, libertatem $P^a$ | cohertionem *PLCRM* | ex *om.* $PL^a$ 6 hoc] haec *R* 7 impetrauit $R^a$ | *s. a. V Hal. P* | pp.] dat. *Hal.* | rom. const. a. VII et const. cc. conss. *V*, romae constantio a. V et constante caes. coss. *Hal.*, *om. P* 9 impp.] mp. *R* 10 aduersus patronos non modo *Th.* | audiantur *Th.* | eandem ... 11 reuerentiam *om.* $R^a$ | eadem $M^a$ 11 praestiterit $R^a$ | ingrati] *Th.*, ingratis *VRM*, ingratitudinis *C* | manumissionibus *C* 12 defertur $R^aM^a$ 13 *s. a. Th. Hal.* | VIII] VII *Hal.* | asclep. et marin. *Th. contra locos iungendos* 14 ualentinus *M* | pp.] p. *M* 15 filii] liberi *RM* 16 reducentur] *Th. cum B* ἀναδουλούσθωσαν, producentur *libri* | *s. a. Th. Hal.* | XII et ual. II aa.] a. XII et ual. a. II *Th.*, XI et ual. aa. (= *a.* 425) *Hal.* 19 aur. anul.] *SW*, anul. aur. *DCRM* | et de] et *CM* 21 imp. *D* | philadelpho] *SD*, filiadesio *C*, filiadelfio *R*, filodelfo *M* 22 *s. a. Hal.* 23 aa.] aa. et *Hal.* 24 ureorum *R* 25 quodad $R^aM^a$ | statim $C^a$ 26 beneficio constituuntur] *DC*, efficiuntur beneficio *RM* | *s. a. Hal.*

# VIIII

## ℞ QVI ADMITTI AD BONORVM POSSESSIONEM POSSVNT ET INTRA QVOD TEMPVS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. MACRINAE. Bonorum possessio filio familias delata cum ignorante quoque patre possit peti, emolumentum et patri adlatura, si[1] ratam petitionem pater habuerit, amittitur transacto tempore. SINE DIE ET CONSS. B 40, 1, 17

2 [2]IDEM AA. CRISPINO. Si bonorum possessio dumtaxat tibi competit proximitatis nomine, habuisti spatium centum dierum utilium, ex quo eum defunctum scisti, ad bonorum possessionem amplectendam. PP. III NON. NOV. GETA II CONS.[3] B 40, 1, 18 a. 205

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. CRESCENTINO. Infantis nomine agnitam bonorum possessionem et antequam loqueretur diem functi recte competere nulla dubitatio est. PP. V K. IAN. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. B 40, 1, 19 a. 286

4 IDEM AA. ET CC. MARCELLO. Emancipata si non agnouit intra annum unde liberi bonorum possessionem, nullam ad heredes uindicationem successionis transmittere potuit. D. XIIII K. MAI. HERACLIAE CC.[4] CONSS. B 40, 1, 20 a. 294

5 IDEM AA. ET CC. MAXIMO. Quamdiu per facti quaestionem incertum est, utrumne secundum tabulas an ab intestato, et ex quo capite possessio sit delata, ne tibi tempus agnoscendae bonorum possessionis praefinitum cedat, superstitiosam geris sollicitudinem. B 40, 1, 21 a. 294

6 IDEM AA. ET CC. FRONTINAE. Iuris ignorantiam nec mulieribus prodesse in edicti perpetui cursum de agnoscenda bonorum possessione manifestum est. D. III K. MAI. SIRMI CC. CONSS. B 40, 1, 22 a. 294

7 PARS EPISTVLAE CONSTANTII ET MAXIMIANI AA. ET SEVERI ET MAXIMINI NOBILISSIMORVM CC. Bonorum quidem possessionem pupilli nomine agnoscere tutorem
1 potuisse aperte declaratur. Ipse autem pupillus bonorum possessionem sine tutoris auctoritate amplecti non potest, nisi etiam impuberi sine tutoris auctoritate hoc postulanti sciens hoc competens iudex dedit bonorum possessionem: tunc enim emolumentum successionis uidetur praetorio iure quaesitum esse. VI ID. SEPT. CONSTANTIO ET MAXIMIANO CONSS. B 40, 1, 23 a. 305

8 [5]IMP. CONSTANTINVS[6] A. AD DIONYSIVM. Quicumque res ex parentum uel proximorum successione iure sibi competere confidit, sciat sibi non obesse, si per rusticitatem uel ignorantiam facti uel absentiam[7] uel quamcumque aliam rationem intra prae- B 40, 1, 24

*P* (9, 1. 2 ℞ 3. 4. 6. 8) *L* (9 ℞ 1...4. 6. 8) *CRM*

---

[1] *pro* emolumentum et p. all. si *olim fuerint* ut in pendenti sit, dum *uel similia* (*u. i.*) [2] *iunge* 6, 55, 1 [3] Antonino A. II et Geta II conss. 6, 55, 1 [4] AA. (*a.* 293: *Mommsen*)? [5] *iunge Th.* 8, 18, 4 [6] *debuit esse* Constantius, *cf. Th.* 8, 18, 4 [7] facti uel absentiam *del. cum B* (κ.π.): διὰ ἀγροικίαν ἢ ἀγνοίαν ἢ οἱονδήποτε ἄλλον λογισμόν

---

2 admittit *S* | possessiones *S* 3 et ... tempus *om.* $R^a$ 4 aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. *R* | martianae *CR*, maxrinae *M* 5 emolumentum *seqq.*] τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν εἶχεν, ὅτι τότε καὶ ἡ αἴτησις ἰσχύει, ὅτε ὁ πατὴρ ῥατοναβιτεύσει. σήμερον δὲ πρὸς τὸ νῦν κρατοῦν μετεφράσθη ἡ διάταξις λέγουσα, ὅτι ἡ μὲν αἴτησις καλῶς γίνεται, τότε δὲ κερδαίνει ὁ πατήρ, ὅτι ῥατοναβιτεύσει τὴν αἴτησιν *BΣ*, *cf. Dig.* 37, 1, 3, 7 6 habuerit] *C*, habuit *PLRM* | admittitur $C^a R$, ..mittitur $M^a$ | transactio $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | consule *Hal.* 7 aa.] a. et c. *S*, a. *M* 9 *s. a. Hal. PL* | pp.] *PL cum* 6, 55, 1, d. *Hal.* | geta cos. *Hal.*, *om. PL* 10 imp. *M* | aa.] aa. et c. *S* | criscentino *CR*, crisentino *P*, crisentio *L*, crescentio *M* 12 *s. a. Hal. PL* | pp. v] s. *Hal.* | ian.] lin. *PL* | II et aq. conss. *om. PL* 13 agnouis $L^a$ 14 uenditionem $C^a$ 15 *s. a. Hal. PL* | XIIII] III *Hal.* | hercl. *P*, erac. *L* | cc. conss. *om. PL* 20 frantinae $L^a$, phrotioni conss. *M* | nec] ne $L^a$ 21 in *om.* $L^a$ | *s. a. Hal. PL* | IIII] III *Hal.* 22 mai.] mu. *L* | sirmi cc. conss.] uu. cc. cc. ss. *P*, uc. cc. cc. conss. *L* 23 *pro inscriptione rubricam tituli* 10 *hoc loco exhibet R*, pars epistulae et constitucionis secunde const *sequentibus erasis* $M^a$ | constantii] constitutioni bis *S* 24 nob. cc.] nouies consulibus *S*, nobis *C* 25 potuisse *om.* $M^a$ 26 inpuberis $M^a$ 28 *s. a. Hal.* 29 constantinus] *SM*, const. *PL*, constant. *C*, c. *R* (*u. ad p.* 524, 4) | ad dion.] *SCR*, dionisio *PLM* 30 si per] super .. $R^a$ 31 absentiae $C^a R$, abscent.. $M^a$ | quacumque alia ratione (aliam rationem $RM^a$) $CRM^a$ *contra B* (*not.* 7) | infra *CRM*

finitum tempus bonorum possessionem minime petisse noscatur, quoniam haec sanctio huiusmodi consuetudinis necessitatem mutauit. *PP.* PRID. ID. MART. HELIOPOLI CONSTANTINO A. ET CONSTANT. C. CONSS.[1] 320 uel 326

9 [2]IDEM A. AD POPVLVM. Vt uerborum inanium excludimus captiones, ita haec [B 40, 1, 25 obseruari decernimus, ut apud quemlibet iudicem uel etiam apud duumuiros qualiscumque testatio amplectendae hereditatis ostendatur, statutis prisco iure temporibus coartanda, eo addito, ut, etiamsi intra alienam uicem, id est prioris gradus, properantius exseratur, nihilo minus tamen efficaciam parem, quasi suis sit*a* curriculis, consequatur. D. K. FEBR. LAODICEAE *CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE A. CONSS.* a. 339

## X

## R QVANDO NON PETENTIVM PARTES PETENTIBVS ADCRESCVNT R

1 IMP. GORDIANVS A. MARCIANAE. Quotiens pluribus liberis cessante legitima [B 40, 7, 1 successione bonorum possessio defertur, beneficium edicti perpetui quibusdam omittentibus his solis qui bonorum possessionem agnouerunt portionem non petentium adcrescere in dubium non uenit. D. ID. IAN. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

## XI

## R DE BONORVM POSSESSIONE SECVNDVM TABVLAS R

1 [3]IMP. ALEXANDER A. VITALI[4]. Pendente appellatione a sententia, qua [B 40, 7, 2 falsum testamentum pronuntiatum est, incerto adhuc, an defunctus intestatus decesserit, proximitatis nomine bonorum possessioni locus non est. D. III[5] K. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IMP. GORDIANVS A. CORNELIO. Bonorum quidem possessionem ex edicto [B 40, 7, 3 praetoris non nisi secundum eas tabulas, quae septem testium signis signatae sunt, peti
1 posse in dubium non uenit. Verum si eundem numerum adfuisse sine scriptis testamento condito doceri potest, iure ciuili testamentum factum uideri ac secundum nuncupationem bonorum possessionem deferri explorati iuris est. PP. XII K. MART. ATTICO ET PRAETEXTATO CONSS. a. 242

*P* (9, 8. 10. 11, 1 R 2) *L* (9, 8. 10. 11) *CRM*

[1] *debuit esse* Constantio A. II et Constante A. conss. (= *a.* 339), *ut est in Th.* 8, 18, 4 (*u. i.*)
[2] *iunge* 6, 23, 15. 6, 37, 21 [3] *iunge* 6, 24, 3 [4] militi *addit* 6, 24, 3 [5] VI 6, 24, 3

1 noscitur $R^a$ 2 *s. a. Hal.* | pp.] *Th.* 8, 18, 4, d. *Hal.* | constantino] constantio *Hal.: compilatores aut mutilam subscriptionem male expleuisse, aut integram sed compendiis* (const.) *scriptam pariter atque inscriptionem non recte explicasse uidentur, ut de anno* 320 (Constantino A. VI et Constantino C. conss.) *uel* 326 (Constantino A. VII et Constantio C. conss.) *cogitauerint: quam ob causam h. c., quae sequi debuit c.* 9, *priore loco collocauerunt* 4 idem *confirmat* 5, 70, 7, 3, *cum hanc constitutionem Constantino adscribat* | ut] et $M^a$, *om.* $C^a$ | inannum $M^a$ | haec] et $M^a$ 5 quelibet *R* | diumiuros $M^a$ 6 amplectendae] amp....ctandae $M^a$ 7 properantium $R^a$, properanti ius $M^a$? 8 efficacem $R^a$, efficacia $M^a$ | parem *om.* $M^a$ | suis] suus $R^a$? | sita] *Mommsen*, scitam $RM^a$?, sitam a $CM^b$, sit usa *edd.*: καὶ μὴ ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις γενομένη *B*, εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς ἰδίοις χρόνοις ἐχρήσαντο τῇ διαμαρτυρίᾳ *BΣ* | consequantur *R* | *s. a. Hal.* 9 laodiceae] serdicae *male* 6, 23, 15, *om.* 6, 37, 21 | constantio ... conss. *om. Hal.*, *suppleui ex* 6, 23, 15. 6, 37, 21 11 *rubricam ante* 5, 9, 7 *collocat* $R^a$ 12 adcrescant *PL* 13 martianae *SR*, marthanae *PL*, martinae *C*, mathaneae *M* | plur. liberis] pl. cessante liberis $R^a$, liberis pluribus *M* | cesente $M^a$ 14 etdicti $P^a$ 15 solis qui] *PL*, qui soli *CR*, qui sol. $M^a$, qui solis $M^b$ | agnouerit $M^a$ 16 *s. a. Hal. PL* | d.] pp. prid. *PL* | aemiliano conss.] theod. *PL* 18 possessiones *S* | secundum] contra (*sic Heimbach*) *uel* secundum contra (*Bluhme*) *S* 19 a *om.* $C^a$ 20 faltusum $L^a$ 21 *s. a. Hal.* 23 dicto $C^a$ 24 tabulas eas *RM* 25 dubium] bium $P^a$ | sine] si non $P^a$, sine postumo nato $L^a$ 26 nuntupationem $P^a$ 27 *s. a. Hal. PL* | XII *om. PL* | actieo *PL* 28 conss.] cc. conss. *L*

## XII

## ℞ DE BONORVM POSSESSIONE CONTRA TABVLAS, QVAM PRAETOR LIBERIS POLLICETVR ℞

1 Imp. Alexander A. Rvfo. Liberi contra tabulas parentium bonorum possessione admissa solis parentibus et liberis legata praestare debent secundum edictum. PP. iiii id. Oct. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

2 Idem A. Hilarae. Postumo nato, qui neque heres institutus a patre neque nominatim exheredatus est, testamentum rumpitur: et si contra tabulas bonorum possessio infanti a tutore petita est, secundum tabulas possessio locum habere non potest. D. k. Mart. Ivliano et Crispino conss. a. 224

## XIII

## ℞ DE BONORVM POSSESSIONE CONTRA TABVLAS LIBERTI, QVAE PATRONIS VEL LIBERIS EORVM DATVR ℞

1 Imp. Gordianvs A. Hercvliano. Licet ex causa fideicommissi manumissus [B 40, 7, 4] sit, quem ex uoluntate patris cum sorore te manumisisse proponis, tamen, si extraneos scripsit heredes, partis legitimae contra tabulas eius bonorum possessionem petendo, uel contra nuncupationem, si testamentum sine scriptis conditum est, intra tempora edicto praestituta eam partem poteris obtinere. PP. vi k. Dec. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

2 [1]Imp. Theodosivs A. Asclepiodoto pp. Patronus liberti mune- [Th. 4, 4, 7 B 40, 7, 5] ribus electis et operis contra tabulas bonorum possessione repellitur. D. xiii k. Mart. Constantinopoli Victore cons. a. 424

## XIIII

## ℞ VNDE LIBERI ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Sarpedoni. Si auus tuus relictis [B 40, 3, 19] tribus emancipatis filiis decessit hique bonorum possessionem unde liberi acceperunt, pro portione heredes eos extitisse palam est. PP. iiii non. Mart. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

2 Idem AA. et CC. Zosimo. Ex testamento uel ab intestato existente filio uel nepote suo herede nemo potest intestato heres existere. D. vii id. Mai. AA. conss. a. 293

*V* (*incipit u.* 16 proponis) *P* (13 ℞ 2. 12, 2. 14 ℞ 2) *L* (*ut P*) *D* (*ad* 12, 1) *CRM*

---

[1] *iunge* 6, 36, 8. *Th.* 2, 19, 7

---

3 liberi $M^a$ 4 tabulam $M^a$ 5 secundum edictum debent *D?* | *s. a. Hal.* 7 helarae *PL*, clare *S* 8 exhereditatus *C* | si *om.* $P^a$ | bonorum ... 9 tabulas *om.* $R^a$ | infanti] $P^aCM^b$, infantis $M^a$, infantis nomine $LM^c$, nomine infantis (infanti $R^c$) $R^b$ 9 *s. a. Hal. PL* | d.] pp. *PL* 10 et] ii et *Hal.* | conss.] cc. conss. *L* 12 contra] secundum $L^a$ 13 uel] *SCR*, et *PLM* 15 a. *om. CR* | herculano *S* 16 sis $M^a$?, sit is $M^b$ | te *om. R* 19 prestitutam $M^a$ | *s. a. V Hal.* 21 theodosius] antonius *M*, *inc. V* | pp. *om. S* (*Heimbach*) *M* | liberi $R^a$ 22 operibus *RM* | contra] $V^bL^bCRM$ *Th.*, a contra $V^aPL^a$ | bonorum] a b. *L uel* $L^bCRM$ | *s. a. Th. V Hal.* $L^b$ | xiii] *V Hal.*, iii $L^b$, x *Th.* 4, 4, 7, vii *Th.* 2, 19, 7 23 constant. *om. V Hal.*, const. ... conss. *om.* $L^b$ | uictore uc. cons. *Th.*, uictore et aemyliano coss. *Hal.* 26 diocitianus $M^a$ 27 hiique $CM^b$, hii qui *R*, hi qui $M^a$? 28 portione] *V*, rata portione *CRM* | *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* | mart. *om. Hal.* 30 idem] impp. dio. et max. *PL* | et cc. *om. PL* 31 *s. a. V Hal.* | d. iii id. mart. ipsis aa. coss. *Hal.*

3 [1]IMP. CONSTANTIVS A. AD LEONTIVM COMITEM [Th. 8, 18, 5 Prochiron auctum 30, 82] ORIENTIS. Qui se patris post auum intestatum defuncti[2] negat heredem, mortui[3] aui paterni[4] suscipere facultates non potest, maxime emancipatus, nisi per bonorum possessionem ad huiusmodi beneficium peruenerit. D. VIII ID. APRIL. LIMENIO ET CATVLINO CONSS. a. 349

## XV

## ℞ VNDE LEGITIMI ET VNDE COGNATI ℞

1 IMP. ALEXANDER A. VLPIO. Consobrinorum tuorum intestatorum bona, si ad prioris necessitudinis neminem iure pertinuerunt, tuque eorum possessionem agnouisti, persequi non prohiberis. D. IIII ID. IAN. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SOZIONI. Cum propiorem sobrinum[5], id est natum a consobrina, rebus humanis intestatum defunctum proponas, intellegis [BΣ 45, 2, 1] sine auxilio bonorum possessionis eius te successionem uindicare non posse. D. VII K. IVN. LAODICEAE[6] AA. CONSS. a. 290

3 IDEM AA. ET CC. FELICI. Nepotibus aui materni pro uirili portione etiam iure honorario successio defertur. D. ID. OCT. SIRMI AA. CONSS. a. 293

4 IDEM AA. ET CC. SYRISCAE. Non hoc, an tenuerit quis res hereditarias nec [B 40, 8, 3] ne, sine uoluntate adquirendae sibi hereditatis, quaerendum est, sed an admisit hereditatem uel bonorum possessionem. D. XI K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. PLATONI. Certum est quidem cognationis iure citra ad- [B 48, 8, 4] missionem bonorum possessionis neminem posse succedere: defuncti uero cognati succedere nolentes petere bonorum possessionem non urguentur. D. XII K. MART. SIRMI CC. CONSS. a. 294

## XVI

## ℞ DE EDICTO SVCCESSORIO ℞

1 IMP. ALEXANDER A. IVLIO. Si mater tua propter furorem suum patrui sui [B 40, 2, 3] bonorum possessionem non accepit, tu filius eius ad eorundem bonorum patrui magni possessionem ex edicto, quo prioribus non petentibus sequentibus permittitur, admissus es. PP. IIII ID. DEC. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. FIRMO. Si auiae frater eorum, de quorum successione agitur, uelut ex testamento adiit hereditatem, quos intestatos decessisse

*V P* (15 ℞ 1) *L* (*ut P*) *C* (15, 4 *tam suo loco quam post* 18, 1 *extat*) *RM* (*pro* 15, 3 $M^a$ *nihil habet nisi* nepotibus)

---

[1] *iunge* 6, 30, 15 [2] post a. i. defuncti *om. Th.* [3] defuncti *Th.* [4] paterni *om. Th.* [5] sobrino (*cf. Dig.* 38, 10, 1, 7 *Festus u.* Propius)? [6] ipsis IIII et III *ins.* (*Mommsen*)

---

1 constans *M*, c. *R* 2 qui] ui *R* | intestato $RM^a$ 3 facultatem *V*, facultate $M^a$? | per bon. poss.] bon. possessione *C* 4 peruenit *V* | *s. a. Th. V Hal.* | VIII] *Th. Hal.*, VII *V*, XVII 6, 30, 19 | catullino *V* 8 a. *om. RM* | si] nisi $P^aLM^a$ | priorum *C* 9 tu quoque $P^aL$ 10 *s. a. V Hal. PL* | d.] pp. *PL* | IIII] *V*, III *Hal. PL* | ian.] august. *Hal.* | et] II et *Hal.* | conss.] cc. conss. *L* 11 sozioni] *C*, *o**ni *V?*, soziani *R*, zozoni *M*, *om. S in spatio uacuo* | propiorem] *C*, propriorem *RM*, *inc. V* 13 auxilium $M^a$ | *s. a. V Hal.* 14 iun.] iul. *V?* 15 et cc. *om. R* | felice *R* 16 honeratio *R* | *s. a. V Hal.* | aa.] cc. *Hal.* 17 syriscae] *C altero loco*, surisse *S*, syristae *V?*, syrichae *C alt. l.*, syrice *R*, sciriscae *M* | hoc] hoc querendum est $M^a$ | qui $R^a$ 18 sine ... hereditatis *om. C alt. l.* $M^b$ | hereditates adquirendum $M^a$ | misit *V* 19 *s. a. V Hal.* | aa.] cc. *Hal.* 20 idem aa. *om. S* | et cc. *om. M* | ertum *R* 21 possessiones $M^a$ | neminem] $V?C^bR^bM^b$, nemini $C^aM^a$, *deficit* $R^a$ 22 *s. a. V Hal.* 24 dicto $M^a$ 25 iulio] *SM*, iul. *V?*, iuliano *CR* | suum] siue $M^a$ | patruis sui $VM^a$? 26 magni *om. C* 27 sequentibus *om.* $R^a$ | permittetur *M* | es] $CR^b$ *cum BΣ* (κ.π.) ὑπάρχεις, est $VR^aM^a$ 28 *s. a. V Hal.* | IIII] III *Hal.* 29 et cc. *om. M*

ac falsum testamentum prolatum contendis, et ab intestato non petita bonorum possessione uita functus est, ac tu licet quinto gradu constitutus ex successorio capite petisti bonorum possessionem uel necdum exclusus petas, eorum successionem potes uindicare. nam si is, quem quarto gradu constitutum non ambigitur, ex edicto petiit nec hoc te latuit, frustra nobis supplicasti. S. VI ID. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294

## XVII
## ℞ DE CARBONIANO EDICTO ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. FLORAE. Si tibi ac filio [B 40, 5, 17] tuo status ab his contra quos supplicas mouetur quaestio, perspicis praemature rerum, quas uelut de patris successione filius tuus uindicat, restitutionem postulari, cum, si in pupillari permaneat aetate, secundum formam edicti Carboniani data bonorum possessione satisdatione impleta tunc demum in possessionem eum constitui conueniat uel hac non oblata portionem ab omnibus quam uindicat possideri, seruitutis uero quaestionem in tempus differri pubertatis. S. XII K. NOV. SIRMI AA. CONSS. a. 293

2 [1]IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS[2] AAA. AD [Th. 4, 3, 1 B 40, 5, 18] RVFINVM PP. Carbonianum edictum sub personis legitimis indubitato matrimonio, custodito partu et probata legitima successione defertur, scilicet ut in possessione nouus heres constitutus[3] usque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. D. IIII K. OCT. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

## XVIII
## ℞ VNDE VIR ET VXOR ℞

1 [4]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PP. [Th. 5, 1, 9 mut. B 45, 5, 2] Maritus et uxor ab intestato inuicem sibi in solidum pro antiquo iure succedant, quotiens deficit omnis parentium liberorum seu propinquorum legitima uel naturalis successio, fisco excluso. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI *FELICE* ET TAVRO CONSS. a. 428

*V P* (17 ℞ 1. 18) *L* (*ut P*) *D* (*ad* 17, 2) *C* (*post* 18, 1 *iteratur* 15, 4) *RM*

---

[1] *iunge Th.* 2, 12, 5. 4, 8, 9. 11, 30, 52 [2] *sic etiam Th.* 11, 30, 52, imppp. Theodosius Arcadius et Honorius *Th.* 2, 12, 5. 4, 8, 9 [3] locatus *Th.* [4] *iunge* 2, 57, 2. 5, 3, 17. 5, 4, 22. 5, 11, 6. 6, 24, 11. 6, 61, 2

---

1 prolatum] pr. est $R^a$, pr. esse $R^b$ 3 excelsus *V* | successione $V^a$ | potest $VR^a$ 4 ho $M^a$ 5 *s. a. V Hal.* | s.] d. *Hal.* 8 et cc. *om. CRM* 9 proptermature $R^a$ 10 cum si in pup. *om.* $R^a$ 12 possessione *M* | restitui $PL^t$ | conuenit $L^a$ 13 ablata $C^a$ | portionem] peticionem (petionem $P^a$) $P^tL^t$ 14 *s. a. V Hal. PL* | s.] d. *Hal.* | sirmi aa. (cc. *Hal.*) conss. *om. PL* 15 impp. *C*, mpp. *R* | ualentinus *R*, ualerius *M* | theod.] et theod. *CR* | aa. *CR* | ad rufino *S*, rufino *Th.* 16 pp.] p. *M*, *om. C* | edicto $M^a$ | legitimus $M^a$ | custodicto $M^a$ 17 defertur ... possessione *om.* $R^a$ | ut *om. D* | possessionem $DCR^bM$ | nouus] nobis *V* 19 *s. a. Th. V Hal.*, *cf. u.* 21 | IIII] iii *V* | const. *om. Hal.* | a. *om. V*

21 unde] theodosio et abundantio unde $R^a$ | uxori *R* 22 theod. et *om. S* | et ualent. aa.] a. et ual. a. *PL*, et ualerius *M* | gerio *M*, biennio *C* | pp. *om. M* 23 succedit $R^a$, succedat $M^a$ 24 omnium *PL contra B* | parentum *PLM* | liberorum] $VPL^aRM^a$, uel liberorum $L^bC$, liberorumue $M^b$ | seu] suae *C* 25 *s. a. Th. V Hal. PL* | x] XII *Hal.* | const. ... conss. *om. PL*, const. *om. Hal.* | felice et tauro] *Th.*, hierio et tauro *V* (*cf. u.* 22), hierio et ardaburio (= *a.* 427) *Hal.*: *propter argumentum et diem dubitari nequit, quin h. c. sumpta sit ex Th.* 5, 1, 9: *Egnatianus igitur habuit ut V*, Ardaburio *est emendatio Haloandri*

# XVIIII

## ℞ DE REPVDIANDA BONORVM POSSESSIONE ℞

1 [1]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. THEODOTIANO. [2, 6, 4 B 40, 8, 1] Emancipatus repudiata bonorum possessione absentiae patroni causae uelamento rursum ad eandem redire quaestionem frustra conatur. SINE DIE ET CONSS.[2] a. 294

2 [3]IDEM AA. ET CC. THEODORO. Filio delatam bonorum possessionem patri [B 40, 8, 2] ad fraudem filii repudiare non licet. S. VI K. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

# XX

## ℞ DE COLLATIONIBVS ℞

1 IMP. ALEXANDER A. DEVTERIAE. Emancipatos liberos testamento heredes [B 41, 7, 19] scriptos et ex eo successionem obtinentes a patre donata fratri conferre non oportere, si pater, ut hoc fiat, supremis iudiciis non cauit, manifesti iuris est. PP. III ID. IVL. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

2 IDEM A. PRIMO. Si pater intestato decessit relictis duobus filiis et filia, [B 41, 7, 20] cuius nomine dotem promiserat, portiones hereditatis aequae sunt et dos nihilo minus ita conferenda est, ut pro portionibus fratres eius a necessitate praestandae eius liberentur. PP. IIII ID. SEPT. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

3 IDEM A. ALEXANDRO. Pactum dotali instrumento comprehensum, ut con- [B 41, 7, 21] tenta dote quae in matrimonio collocabatur nullum ad bona paterna regressum haberet, iuris auctoritate improbatur nec intestato patri succedere filia ea ratione prohibetur. dotem sane quam accepit fratribus qui in potestate manserunt conferre debet. D. XIIII K. IVL. AGRICOLA ET CLEMENTE CONSS. a. 230

4 IMP. GORDIANVS A. MARINO. Filiae dotem in medium ita demum conferre coguntur, si uel ab intestato succedant uel contra tabulas petant: nec dubium est profecticiam seu aduenticiam dotem a patre datam uel constitutam fratribus qui in potestate fuerunt conferendam esse. his etenim, qui in familia defuncti non sunt, profecticiam tantummodo dotem post uarias prudentium opiniones conferri placuit. PP. IIII ID. MART. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

5 IDEM A. ALEXANDRAE. Dotis quidem petitio perseuerante matrimonio tibi [B 41, 7, 22] non competebat: quamuis enim eam intestato patre defuncto fratri conferre debueras, non tamen eo nomine aduersus maritum tibi actio potuit esse, cum eo minus in partem tibi

*V* (*desinit in u.* 25 patre da) *P* (19 ℞ 2. 20 ℞ 1. 4) *L* (*ut P*) *C R* (*om.* 20, 5) *M*

---

[1] *iunge* 2, 4, 38. 6, 31, 3 [2] s. VIII (IIII 2, 6, 4) k. Ian. Nicomediae CC. conss. 2, 4, 38. 2, 6, 4, sine die CC. conss. 6, 31, 3 [3] *cf.* 2, 18, 23

---

2 *rubricam post c.* 1 *collocat* $R^a$ | reputande $P^a$, reputanda $P^b$*L* | bonorum *om.* *PL* | possessionem *SC*, successione *V* 3 et cc. *om.* *M* | theodosiano (—ne *C*) *CM* 4 mancipatus *V* | causae *om.* $M^a$ | rursus *CR* 5 *s. a.* *V* 6 idem] impp. dioc. et max. *PL* | et cc. *om.* *M* 7 *s. a.* *V* *Hal.* *PL* | s.] *V*, d. *Hal.* *PL* | nicomedia *P*, nicom. *L*, nic. *V* | cc. conss. *om.* *PL* 10 impp. *V* | deniriae *C*, deitinae *R* | emancipatus $M^a$ 12 hoc] haec *R* | *s. a.* *V* *Hal.* 13 et] II et *Hal.* 14 intestato] *V*, intestatus *CRM cum B* ἀδιάθετος 15 petitiones $R^a$ | aequae] que $M^a$ | ita] ista $C^a$ 16 eius praestandae *R* 17 *s. a.* *V* *Hal.* | pp. IIII] d. III *Hal.* | et] II et *Hal.* 18 a.] a. et c. *S*, aa. *R* | dotale *V*: σύμφωνον ἔθηκεν ἐν τῷ προικῴῳ συμβολαίῳ *B* 20 ea] *V*, ac *CR*, hac *M* | prohibuerunt $R^a$ 21 *s. a.* *V* *Hal.* | XIIII] iii *V* 22 clemente] *V*, clementino *Hal.* 23 medio $L^a$ | demum *om.* *C* | cogantur *CRM* 24 petent $R^a$, setant $M^a$? | profeticia *L* | seu aduenticiam *om.* $M^a$ 25 adiuenticiam *uel* aduienticiam *V* | potestatem *C* | conferandam *R* 27 dotem] *CM*, posse dotem *PLR* | *s. a.* *Hal.* *PL* | IIII] ui *PL* | mart.] mai. *PL* | gord. ... 28 conss. *om.* *PL* 29 *in M inscriptio bis extat* | a. alexandrae] *M alt. l.*, a. alexandro *S*, a. alex. *C*, adlexandro *M alt. l.* 30 non *om.* $M^a$ | compebat $M^a$ | debueris *C* 31 parem $M^a$

delatae successionis patris auferre potueris. D. NON. SEPT. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

6 IDEM A. CLAVDIO. Ea demum ab emancipatis fratribus his qui manserunt [B 41, 7, 23] in potestate conferri consueuerunt, quae in bonis eorum fuerunt eo tempore, quo pater fati munus impleuit, exceptis uidelicet quae ab ipsis aliis debentur. D. VII K. MAI. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

7 IMP. PHILIPPVS A. TYRANNIAE. Filiam testamento patris institutam heredem fratribus isdemque coheredibus dotem conferre non oportere, nisi pater hoc ipsum specialiter designauit, explorati iuris est. PP. VI K. MAI. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

8 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. CALLIPPO. Si soror tua in paternorum bonorum diuisione te fefellit nec dotem, quam acceperat a patre uestro intestato diem functo, contulit, praeses prouinciae examinatis partium adlegationibus cum bonis dotem confundi iubebit et, quod deducta ratione plus apud eam esse animaduerterit, restitui tibi iubebit. idem est et si arbitro dato diuisio celebrata est. S. VI ID. IVL. IPSIS AA. CONSS. a. 290

9 IDEM AA. ET CC. ONESIMO. Si emancipati utrique fuistis a patre, collatio [B 41, 7, 24] cessat. si autem frater tuus in potestate mortis tempore fuerat nec ullum testamentum relictum uel nouissimum iudicium communis patris teque emancipatum probatum fuerit, ab intestato te ad successionem paternam uenientem ad collationem forma edicti perpetui certo iure prouocat. S. VI K. MAI. HERACLIAE *AA.* CONSS. a. 293

10 IDEM AA. ET CC. IRENAEAE. A patre uerbis precariis in codicillis relictum [B 41, 7, 25] extero iure capiens filia ad collationem dotis urgueri non potest. S. VI K. DEC. SIRMI *AA.* CONSS. a. 293

11 IDEM AA. ET CC. ARTEMIAE. Postumo praeterito patris testamentum rumpenti [B 41, 7, 26] atque intestato succedenti emancipatum petita bonorum possessione conferre debere bona sua perpetuo edicto cauetur, cum his etiam, qui sui futuri essent, si uiuo patre nati fuissent, conferri manifeste significatur, et emancipatis, si legi datae collationi non pareatur, denegandas actiones non est ambigui iuris. PP. V K. IAN. IPSIS *AA.* CONSS. a. 293

12 IDEM AA. ET CC. NILANTHIAE. Filiae, licet maneat in sacris, si dotem [B 41, 7, 27] non conferat, quam mortis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia
1 constitutis, actiones hereditarias negari non ambigitur. Vnde consulte ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate
2 proponis, offers. Quin autem fratres tui durantes in familia patris peculium, si hoc neque castrense neque relictum eis doceatur, praecipuum habere non possint, sed in diuisione paternae ueniat hereditatis, nec quicquam mutet, penes quem res ex hoc proficiscentes et in eadem causa durantes constitutae reperiantur, absoluti manifestique iuris est. D. XI K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

13 IDEM AA. ET CC. ANTISTIAE. Si donatione tibi post mortem patris quaesisti [B 41, 7, 28] fundum, soror tua portionem eius uindicare non potest. nam si is filiae familias con-

*P* (20, 6. 9...13) *L* (*ut P*) *CR* (20, 5 *om. R*, 10 *om.* $R^a$) *M*

1 *s. a. Hal.* 3 demum] de $M^a$ | fratribus] liberis fr. $L^a$ 4 fuerant *C* 5 fati munus] facinus nus $M^a$ | *s. a. Hal.* 7 tirannu *S* | testamento] in t. *RM* 9 *s. a. Hal.* 10 max. et diocl. *CR* | calyppio *S*, galippo *M* 11 fellit $M^a$ | nec] ne $M^a$ | intestamento $M^a$ 13 uidebit $R^a$ | esse] eam $M^a$ 14 idem est] id' (= idem *uel* id est) *R* | arbitrio *R* | *s. a. Hal.* 16 idem] impp. dioc. et max. *PL* | cc.] c. *M* | fuisti $M^a$ 17 fratres $C^a$ | fuerit $R^a$ 18 emancipati improbatum $M^a$ 20 *s. a. Hal.* | aa.] cc. *Hal.* 21 ireneae *C*, herenee *S*, bireneae *PL*, yriniae $M^a$, yrimae $M^b$ 22 iuro $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | s. *om. PL* | sirmi aa. (cc. *Hal.*) conss. *om. PL* 24 patris] καὶ τὴν τοῦ πατρὸς διαθήκην *BΣ* (κ.π.) 26 dona $C^a$? | essent *om.* $C^a$ | uiuo] auio $M^a$ 27 fuerint $CRM^a$ | conferre *M* | et *om.* $M^a$? | collationis $R^a$, collacione $M^a$: τῇ ἀπὸ τοῦ νόμου δοθείσῃ συνεισφορᾷ *BΣ* (κ.π.), *quasi esset* lege: *Mommseno* collationi *ex glossa adiectum uidetur* | pareant $M^a$ 28 denegandis $L^a$ | *s. a. Hal. PL* | pp. *om. Hal.* | ipsis aa. et conss. *Hal.*, *om. PL* 29 aa.] a. *M* | et cc. *om. CRM* | nilathiae *C*, nilontio *S* 30 eandem $R^a$ 33 offer $R^bM^b$, offer *uel* offer. $C^a$ | fratris $R^a$ | durantem $R^a$ 34 possunt *libri* | docetur *C* 35 ueniatur $R^a$ | quisquam $R^a$ | putet $P^tL^t$ 36 *s. a. Hal. PL* | d.] s. *PL* 37 sirmi cc. conss. *om. PL* 38 antistia *S*, astiae *C* | donacionem $M^a$ | morem $L^a$ 39 tua *om. RM*

stitutae tibi a patre donatus est, cum sorore patri communi succedens eum praecipuum habere contra iura postulas. D. VI ID. FEBR. SIRMI ISDEMQVE[1] CC. CONSS. a. 294

14 IDEM AA. ET CC. STRATONICAE. Si maritus quondam tuus ab intestato [B 41, 7, 29] patri suo heres extitit et ei postumus editus successit, actionem hereditariam amitae filii uestri, quam habuit patris sui mortis tempore, dotem non conferenti denegare praeses non dubitabit. PP. VII K. MART. TRIMONTII TVSCO ET ANVLLINO CONSS.[2] a. 295

15 IDEM AA. ET CC. PHILIPPO. Nec emancipati post mortem communis patris [B 41, 7, 30] quaesita conferre coguntur, sed haec retinentes eius bona pro hereditaria diuidunt portione D. ID. DEC. IPSIS CC. CONSS. a. 294

16 [3]IDEM AA. ET CC. SOCRATI. Filiam cum fratribus suis heredibus intestato [B 41, 7, 31] patri succedentem ultra relictum codicillis non conferentem dotem iudicio familiae erciscundae nihil posse consequi summa cum ratione placuit. D. V K. IAN. IPSIS CC. CONSS. a. 294

17 [4]IMP. LEO A. ERYTHRIO PP. Vt liberis tam masculini quam feminini sexus, [B 41, 7, 32] iuris sui uel in potestate constitutis, quocumque iure intestatae successionis, id est aut testamento penitus non condito uel, si factum fuerit, contra tabulas bonorum possessione petita uel inofficiosi querella mota rescisso, aequa lance parique modo prospici possit, hoc etiam aequitatis studio praesenti legi credidimus inserendum, ut in diuidendis rebus ab intestato defunctorum parentium tam dos quam ante nuptias donatio conferatur, quam pater uel mater, auus uel auia, proauus proauia paternus uel maternus dederit uel promiserit pro filio uel filia, nepote uel nepte aut pronepote siue pronepte, nulla discretione intercedente, utrum in ipsas[5] sponsas pro liberis suis memorati parentes donationem contulerint, an in ipsos sponsos earum, ut per eos eadem in sponsas donatio celebretur: ut in diuidendis rebus ab intestato parentis, cuius de hereditate agitur, eadem dos uel ante nuptias donatio ex substantia eius profecta conferatur: emancipatis uidelicet liberis utriusque sexus pro tenore praecedentium legum, quae in ipsa emancipatione a parentibus suis (ut adsolet fieri) consequuntur uel post emancipationem ab isdem adquisierint, collaturis. D. V K. MART. MARCIANO CONS. a. 472

18 [6]IMP. ANASTASIVS A. CONSTANTINO PP. Liberos, qui nostrae legis[7] aucto- [B 41, 7, 33] ritate per oblationem precum et imperiale rescriptum sui iuris effecti fuerint, ad similitudinem ceterorum, qui emancipati ex antiquo iure sunt, collationes facere iubemus compelli secundum ea, quae super ceteris emancipatis statuta sunt. D. XII K. AVG. CONSTANTINOPOLI PROBO ET AVIENO IVNIORE CONSS. a. 502

19 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Illam merito dubitationem amputare duximus, quae super collatione dotis uel ante nuptias donationis inter certas personas satis iam uentilata
1 est. Nam si intestatus quis defunctus esset filio uel filiis uel filia uel filiabus relictis et ex mortua filia cuiuscumque sexus aut numeri nepotibus, uel si qua intestata defuncta esset

*P* (20, 13. 15 *R* [*R del. p*] 17) *L* (20, 13. 15. 17) *CRM*

[1] ipsis? [2] Trimontii ... conss.] CC. conss. (*a.* 294: *Mommsen Zeitfolge p.* 443)? [3] *iunge* 3, 36, 24 [4] *iunge* 5, 9, 6. 6, 61, 4 [5] ipsas *cum B del.* (*Mommsen*) [6] *iunge* 6, 58, 11. 8, 48, 5 [7] 8, 48, 5

2 *s. a. Hal.* 3 strotonicae *R*, straconicae *M*, statrorace *C* 4 editus] editus a te $CM^b$ 5 habuit] abui $M^a$ | sui] uni $M^a$? 6 *s. a. Hal.: c.* 14 *omissam in PL tamen iusto loco insertam esse cum Graeci ostendant, consules quominus Hal. male interpolauerit, dubitari uix potest, quamquam locum certe raro memoratum ipse sane non excogitauit* 7 mancipati $M^a$ 8 haec] hoc *PL* 9 *s. a. Hal.* 10 socratis *S* 11 succedente $M^a$ 12 cum *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* | cc.] cc. et *Hal.* 13 erithirio *R*, erithio *M* 14 iuris *bis* $P^a$ | constitutus $C^a$ 15 facto $M^a$ 16 mora $R^a$ 17 lege $LC^aR^a$ | credimus *C* 18 defunctorum *om.* $M^a$ | parentum $CM^b$ | nuptu *uel nuptii uoluit* $L^a$ 19 aua $M^a$ | proauia] *PL*, uel proauia *CRM* 20 filia] *PL*, pro filia uel *RM*, filia uel *C* | uel nepte *om. C* | siue] uel *C* 21 contulerit $P^a$ 22 in *om.* $CR^a$ | spossas $R^a$ | easdem $R^a$ | in sponsas ... 23 eadem *om.* $M^a$ | don. celebr. in sponsas *C* 23 in *om. C* | parentis (parente $P^tL^t$) ... 26 consequuntur] defunctorum p. tam dos q. a. n. d. conferatur (*ex u.* 18) *sequente litura trium uersuum* $R^a$ 26 eisdem *C* 27 *s. a. Hal. PL* | marciano css. *PL*, buseo et ioanne (= *a.* 467) coss. *Hal.* 28 nostrae l. auctoritate] *C*, per n. l. auctoritatem *RM* 29 precium $M^a$ | ad ... 30 sunt *om.* $M^a$ 31 *s. a. Hal.* | XV 6, 58, 11, XI 8, 48, 5 33 pp.] p. *M* 35 intestato *RM* 36 sexus] sit sexus $R^a$ | defuncta *om.* $M^a$

filio quidem uel filiis similiter relictis, ex mortuo uero filio uel filia itidem nepotibus cuius-
cumque sexus, de modo quidem successionis minime dubitabatur, sed palam erat, quod
huiusmodi nepotes duas partes maternae uel paternae portionis tantummodo haberent,
tertiam partem patruis suis uel auunculis uel amitis uel materteris pro iam posita consti-
2 tutione[1] concedentes. De collatione uero dotis uel ante nuptias donationis, quam defuncta
persona pro filio uel filia superstitibus et pro mortuo uel mortua filio uel filia dedisset,
multa dubitatio orta est, superstitibus quidem filiis defunctae personae non debere se
dotem et ante nuptias donationem pro se datam a suo patre uel matre conferre filiis
mortui fratris sui uel mortuae sororis suae contendentibus eo, quod nulla constitutio super
huiuscemodi collatione posita est, nepotibus uero mortuae personae non tantum huic
resistentibus, sed etiam illud adserentibus, quod onus collationis constitutione[2] Arcadii et
Honorii diuae memoriae sibi impositum in personis tantummodo suorum auunculorum, non
3 etiam patruorum uel amitarum uel materterarum locum habere potest. Talem B 41, 7, 34
igitur subtilem dubitationem amputantes praecipimus tam filios uel filias defunctae personae
dotem uel ante nuptias donationem a parentibus suis sibi datam conferre nepotibus uel
neptibus mortuae personae, quam eosdem nepotes uel neptes patruis suis aut auunculis,
amitis etiam et materteris dotem et ante nuptias donationem patris sui uel matris, quam
pro eo uel ea mortua persona dedit, similiter conferre, ut commixtis huiusmodi collationi-
bus cum bonis mortuae personae duas quidem partes nepotes uel neptes habeant illius
portionis, quae patri uel matri eorum, si superesset, deferebatur, tertiam uero eiusdem
portionis partem una cum sibi competentibus portionibus filii uel filiae defunctae personae,
cuius de hereditate agitur, capiant. D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. PP.
II CONS. a. 528

20 IDEM A. MENAE PP. Illud sine ratione a quibusdam in dubietatem deductum B 41, 7, 35
plana sanctione reuelamus, ut omnia, quae in quarta portione ab intestato successionis
computantur his, qui ad actionem de inofficioso testamento uocantur, etiam si intestatus
1 is decesserit, ad cuius hereditatem ueniunt, omnimodo coheredibus suis conferant. Quod
tam in aliis quam in his, quae occasione militiae uni heredum ex defuncti pecuniis adqui-
sitae lucratur is qui militiam meruit, locum habebit, ut lucrum, quod tempore mortis
defuncti ad eum peruenire poterat, non solum testamento condito quartae parti ab inte-
2 stato successionis computetur, sed etiam ab intestato conferatur. Haec autem regula, ut
omnia quae portioni quartae computantur etiam ab intestato conferantur, minime e con-
trario tenebit, ut possit quis dicere etiam illa quae conferuntur omnimodo in quartam
partem his computari, qui ad de inofficioso querellam uocantur: ea enim tantummodo ex
his quae conferuntur memoratae portioni computabuntur, pro quibus specialiter legibus, ut
3 (1) hoc fieret, expressum est. Ad haec, cum ante nuptias donatio uel dos a patre data uel
matre uel aliis parentibus pro filio uel filia, nepote uel nepte ceterisque descendentibus
conferatur, si unus quidem uel una liberorum ante nuptias tantummodo donationem uel
dotem, non etiam simplicem donationem accepit uel acceperit, alter uero uel altera neque

*CRM*

[1] 6, 55, 9 [2] *Th.* 5, 1, 5

1 filiis *om.* $M^a$ 3 materiae $R^a$ 4 materes $M^a$ 5 collationes $M^a$ 6 superstitibus ... filia *om.* $R^a$ | dedisse $M^a$ 8 matri conferri $M^a$ 9 concedentibus $M^a$ | constutio *R* 10 huiusmodi *R* 12 diui *R*, diuine $M^a$ 14 filias] filiae $C^a$ 16 neptibus] neptis $C^a$ | uel neptes *om. C contra B* 17 donaciones *M* | matris] manus $R^a$ 18 ea *om.* $M^a$ 19 partem *R* 20 si *om.* $C^a$ | superesse ** $R^aM^a$, superessent $R^b$ 21 cum *om.* $M^a$ | filii] filiis $RM^a$ 22 *s. a. Hal.* 24 idem] impr. iustinianus *S* | a.] aag. $R^a$ | a *om. C* 25 planea $M^a$ 26 conputarentur $M^a$ | his *om.* $M^a$ | si is intest. *C*, si is intest. is $R^a$: κἂν ἀδιάθετος οὗτος *B* (κ.π.) 27 hereditates *CM*, κληρονομίαν *B* (κ.π.) 28 uni] ui $R^a$? | heredium $M^a$ 31 conputaretur $M^a$ | sed *om.* $M^a$ | haec ... 32 conferantur *om. C* 32 quertae $M^a$ | minime contraria tenebat $M^a$ 33 diceret $R^a$ | etiam *om. C* 34 qui ad de inofficioso] $CM^b$, quia de inofficiosi $R^aM^a$, qui ad inofficiosi $R^b$ | tantummodo *om.* $R^a$ 36 uel dos *om.* $RM^a$ *contra B* (κ.π.) 37 matre] a m. *M* | descentibus *R*

dotem neque donationem ante nuptias a parente suo suscepit uel susceperit, sed simplicem tantummodo donationem, ne ex eo iniustum aliquid oriatur, ea quidem persona, quae ante nuptias donationem uel dotem suscepit, conferre eam cogenda, illa uero, quae simplicem tantummodo donationem meruit, ad collationem eius minime coartanda: si quid huiusmodi accidit uel acciderit, iubemus ad similitudinem eius, qui ante nuptias donationem uel dotem conferre cogitur, etiam illam personam, quae nulla dote uel ante nuptias donatione data solam simplicem donationem a parentibus suis accepit, conferre eam nec recusare collationem eo, quod simplex donatio non aliter confertur, nisi huiusmodi legem donator tempore donationis suae indulgentiae imposuerit. D. VIII ID. AVG.[1] CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. a. 529

21 IDEM A. IOHANNI PP. Vt nemini super collatione de cetero dubietas oriatur, [B 41, 7, 36] necessarium duximus constitutioni, quam iam fauore liberorum fecimus[2], hoc addere, ut res, quas parentibus adquirendas esse prohibuimus, nec collationi post obitum eorum inter
1 liberos subiaceant. Vt enim castrense peculium in communi conferre in hereditate diuidenda ex prisci iuris auctoritate minime cogebantur, ita et alias res, quae minime parentibus adquiruntur, proprias liberis manere censemus. D. XV K. NOV. LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS.[3] ANNO SECVNDO. a. 532

# XXI

## ℞ DE TESTAMENTO MILITIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. FLORO MILITI. Frater tuus miles si te specialiter [B 35, 21, 41] bonis quae in paganico habebat heredem fecit, bona quae in castris reliquit petere non potes, etiamsi is qui eorum heres institutus est adire ea noluerit: sed ab intestato succedentes ueniunt, modo si in eius loco substitutus non est et liquido probatur fratrem tuum castrensia bona ad te pertinere noluisse. nam uoluntas militis expeditione occupati pro iure seruatur. ACCEPTA V ID. SEPT. DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

2 IDEM A. SEPTIMO MILITI. Miles si castrensium tantummodo bonorum com- [B 35, 21, 42] militonem suum instituit heredem, cetera bona eius ut intestati defuncti mater eius iure possedit. quod si extraneum scripsit heredem isque adiit hereditatem, bona eius in te transferri non iure desideras. PP. XI K. MART. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

3 IDEM A. VINDICIANO. Quamquam militum testamenta iuris uinculis non [B 35, 21, 43] subiciantur, cum propter simplicitatem militarem quomodo uelint et quomodo possint ea facere his concedatur, tamen in Valeriani quondam centurionis testamento institutio etiam
1 iure communi accepit auctoritatem. Nam cum pater familias filiam ex duabus unciis, uxorem ex uncia heredem scripserit nec de residuis portionibus quicquam significauerit, in tres partes diuisisse eum apparet hereditatem, ut duas habeat quae sextantem accepit, tertiam quae ex uncia est heres instituta. PP. K. NOV. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

*P* (20, 21) *L* (20, 21) *CRM*

---

[1] April.? [2] 6, 61, 6 [3] Nou. post cons. Lampadii et Orestis uu. cc. (*Beck: cf. ad* 6, 21, 18)?

---

1 suscepit uel *om.* $M^a$ | susceperint *C* | sed ... 2 oriatur *om.* $M^a$ | siplicem *R* 4 emeruit $RM^a$, meruerit $M^b$ | ad] a $M^a$ | quis $M^a$ 5 uel dotem *om. B* (κ.π.) 7 conferre *om.* $M^a$ 8 collocacionem *M* 9 *s. a. Hal.* 11 idem] impr. iustinianus *SPL* | nemini] mini $L^a$, **ē $R^a$ | super coll. de cetero] *scripsi cum* κ.π. (*B not. q*): περὶ συνεισφορᾶς τοῦ λοιποῦ, super coll. *om.* $L^a$, de cetero super coll. $PL^bCRM$ 13 nec] ne *PLR* 14 subiacent *C* | in communi] ἐν κοινῷ κ.π. | hereditate] d'itate $P^a$ 15 ex] *C cum* κ.π., et ex *PLRM* | prisci] pressi $M^a$ 16 *s. a. Hal.* 19 test. militiae $R^a$, militari test. *M* 20 antonius *M* 21 bonis] a b. $R^a$, ex b. $R^b$, de b. $M^b$ 23 substitus $M^a$ | est] es $C^bR^bM^b$ | fratrum $M^a$ 24 uoluisse $C^bR^bM^a$ *contra B* | multis $M^a$ 25 *s. a. Hal.* | duobus] d. et *Hal.* 26 septio $R^a$, septimi *M* | commilicionem $M^a$ 29 *s. a. Hal.* 31 praeter $M^a$ 32 testamenti $R^a$ 33 auctoritate $M^a$ | filiam] familiam $M^a$ 34 ex untiam $R^a$ | nec] ne $R^a$ 35 ut duas habeat (habet *R*) *om.* $M^a$ | sextantem] sexta te $M^a$ 36 *s. a. Hal.*

4 IMP. ALEXANDER A. IVNIO. Si Rufinus uir clarissimus tribunus laticlau*ius* maior annis
lege definitis faciens testamentum te manumisit, iustam tibi libertatem competisse scire
1 debes. Quod si minor ex lege constitutis fuerit, cum faceret testamentum, lege impediente
2 nullam libertatem adeptus es, quae in hac parte nec militibus remissa est. Quod si idem
testator causam manumittendi te habuit, quae probabilis uiuo manumittente consilio futura
esset, quia per fideicommissum data liber*t*as a quolibet minore annis ei, cuius causa pro-
bari potuit, praestari debe*t*, et ex testamento militis eiusmodi seruis iustam libertatem
competere consequens est. PP. XVI K. DEC. ALEXANDRO A. CONS. a. 222
5 IDEM A. SOZOMENO. Ex testamento militis, siue adhuc in militia siue intra [B 35, 21, 44]
annum missus honeste decessit, hereditas et legata omnibus quibus relicta sunt debentur,
quia inter cetera, quae militibus concessa sunt, liberum arbitrium quibus uelint relinquendi
supremis suis concessum est, nisi lex specialiter eos prohibuerit. PP. XVII K. FEBR.
IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224
6 IDEM A. VALENTI. In testamento quidem eius, qui non miles fuit, si [B 35, 21, 45]
duobus heredibus institutis, altero, cui potuit usque ad tempus pubertatis parens facere
testamentum, altero, cui posteaquam heres extitit substituere non potuit, inuicem substitutio
eisdem uerbis facta esset, in eum solum casum eam locum habere et sententiis prudentium
uirorum et constitutionibus diuorum parentium meorum placet, quo utrique pari ratione
1 potuit substitui. Sed cum ex testamento militis controuersiam esse proponas, defuncta
paruula eius filia, posteaquam heres extitit patri, cum qua simul aequis partibus heres
institutus eras substitutione inuicem facta, et mater quidem intestatae filiae sibi successio-
nem defendat, tu autem ex substitutione ad te pertinere contendas, iuris quidem ratio
manifesta est licere militibus proprio priuilegio etiam heredibus extraneis, posteaquam
2 heredes extiterint, mortuis substituere. Sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit.
PP. XII K. MAI. FVSCO ET DEXTRO CONSS. a. 225
7 IDEM A. FORTVNATO. Ex his uerbis: 'Fortunato liberto meo do lego' [B 35, 21, 46]
1 uindicare tibi libertatem non potes, si pagani testamentum proponatur. At enim cum
testatorem militem fuisse proponas, si non errore ductus libertum te credidit, sed dandae
libertatis animum habuit, libertatem, et quidem directam, competere tibi, sed et legati
uindicationem habere praerogatiua militaris priuilegii praestat. PP. XII K. IVL. ALEXANDRO
A. III ET DIONE CONSS. a. 229
8 IMP. GORDIANVS A. AETERNIO MILITI. Certi iuris est militem ad tempus [B 35, 21, 47]
etiam heredem instituere posse. PP. III K. OCT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238
9 IDEM A. VALERIO. Sicut certi iuris est militem, qui scit se filium habere aliosque
scripsit heredes, tacite eum exheredare intellegi, ita si ignorans se filium habere alios
scribat heredes, non esse filio ademptam hereditatem, sed minime ualente testamento, si
sit in potestate, eum ad successionem uenire in dubiis non habetur. PP. V NON. OCT.
PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

*V* (*incipit u.* 4 nec) *CR* (*u.* 2 definitis ... 6 esset *in litura* $R^b$) *M*

---

1 imp.] s imp. $M^a$ | iunio] *W*, iuni *S*, iunio rufino *C* (*u. i.*), suonio $R^a$, rufino $R^bM$ | si rufinus *om.* $M^a$, rufinus *om.* *C* | laticlauius] *edd.*, latis clauis $CM^b$, datis clauis *R*, datus clauus $M^a$?, laticlaius *W* 3 debes quod si] quod si ******* $M^a$ | tis fuerit ... 4 libertatem adep *om.* $R^b$ 5 manumittentem $V^a$ | concilio *C*, *in uacuo spatio om.* $M^a$ | futuro $M^a$ 7 praestare $R^a$ | deberet *VCM*, debere $R^a$ | eiusmodi] eius nuñ $M^a$ 8 *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* | conss. *V* 9 sozomeno] *SV*, zogomeno *C*, zoxomeno *R*, zaxonieno *M* | multis $M^a$ 11 arbitrium $V^a$ 12 supramis $M^a$ | suis] suis iudiciis $CR^b$ | *s a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* 13 et] II et *Hal.* | conss.] cc. conss. *V Hal.* 14 ualentino *C*, ualerio *M* 15 heredibus *om.* *C* | potuit ... 16 cui *om.* $R^a$ 16 alterum $C^a$ | substituto $R^a$ 17 hisdem *CRM* 18 duorum *R* | parentum *CR* | utramque $C^a$ | pari] pa $M^a$ 19 potui $R^a$ | substituit $V^a$ (*em. m.* 2) | sed] et $M^a$ 21 eras *om.* $V^a$ (*suppl. m.* 2) 22 tu] ut *V* | ad te *om.* $M^a$ | uiris *C* 24 extiterunt $R^a$ | mortui *V uel* $V^a$ $R^a$?, mortis $M^a$? 25 *s. a. V Hal.* | XI *Hal.* | et] II et *Hal.* 27 potest *uel* potesi $V^a$ 28 proponis *C* | crediderit *CR* 29 et quidem] equidem *R* 30 uendicionem $M^a$ | praerogatiuam militare *V* | *s. a. V Hal.* | pp.] d. *Hal.* | iul.] ianuar. *Hal.* 31 III et dione] II et marcello (= *a.* 226) *Hal.* 32 acternio *C*, eterno $M^b$ | ad tempus *om.* $R^a$ 33 *s. a. V Hal.* 34 ualenti *R* 35 heredes scripsit *C* 36 adeptam *R* 37 *s. a. V Hal.* | non.] k. non. *V*

10 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. IVSTINO MILITI. Si, cum uel in utero haberetur filia inscio patre milite, ab eo praeterita sit, uel cum in rebus humanis eam non esse falso rumore prolato pater putauit, nullam eius testamento fecit mentionem, silentium huiusmodi
1 exheredationis notam nequaquam infligit. Is autem miles, qui testamento filiam appellauit eique legatum dedit, non instituendo eam heredem exheredauit. PP. XII K. IVN. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

11 IDEM A. ET C. AEMILIO MILITI. Captatorias institutiones et in militis [B 35, 21, 48] testamento nullius esse momenti manifestum est. PP. VII K. IVL. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

12 IDEM A. ET C. DOMITIAE. In testamento militis legem Falcidiam et in [BΣ 41, 1, 101] legatis et in fideicommissis cessare explorati iuris est. sane si quid ultra uires patrimonii postulatur, competenti defensione tueri te potes. PP. VI NON. IVL. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

13 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. CLAVDIAE. Et militibus nostris, [B 35, 21, 49] centurionibus quoque ob flagitium militare damnatis non aliarum quam castrensium rerum testamenta facere permittitur et intestatis iure proprio succeditur a fisco. PP. NON. AVG. VALERIANO ET GALLIENO AA. CONSS. a. 254

14 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HEREDIBVS MAXIMAE. [B 35, 21, 50] Si a fratre suo militante mater uestra scripta heres successionem eius sibi quaesiit, quamuis testamenti scriptura non continet iuris obseruationem, hanc hereditatem fratrem testatoris uel eius filios ab intestato euincere non potuisse iure constitit. S. V NON. MAI. AVRRIS CC. CONSS. a. 294

15 IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Milites in expeditione degentes, si [B 35, 21, 51] uxores aut filios aut amicos aut commilitones suos, postremo cuiuslibet generis homines amplecti uoluerint supremae uoluntatis adfectu, quomodo possint ac uelint testentur, nec uxorum aut filiorum eorum, cum uoluntatem patris reportauerunt, meritum aut libertas
1 dignitasque quaeratur. Proinde sicut iuris rationibus licuit ac semper licebit, si quid in uagina aut in clipeo litteris sanguine suo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inscripserint gladio sub ipso tempore, quo in proelio uitae sortem derelinquunt, huiusmodi uoluntatem stabilem esse oportet. D. III ID. AVG. NICOMEDIAE OPTATO ET PAVLINO CONSS.[1] a. 334

16 IMP. ANASTASIVS A. HIERIO PP. Scriniarios uel apparitores, qui uirorum [B 35, 21, 52] magnificorum magistrorum militum iussionibus uel actibus obtemperant, etsi nomina eorum matriculis militaribus referri uideantur, nullatenus in ultimis a se conficiendis uoluntatibus iuris militaris habere facultatem decernimus. D. ID. FEBR. CONSTANTINOPOLI PAVLO VC. CONSS. a. 496

17 [2]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Ne quidam putarent in omni tempore [B 35, 21, 53] licere militibus testamenta quomodo uoluerint componere, sancimus his solis, qui in expedi-

*VCRM*

[1] Paulino et Iuliano conss. (= *a.* 325: *I. Gothofredus*)? [2] *iunge* 2, 50, 8. 7, 35, 8

1 imp. (mpp. $R^a$) phil.] impp. antonius et philippus *M* | a. et ph. c.] et al' phil. aa. *S*, aa. filippo c. *M* | habetur $R^a$ 3 rumore] *ore $M^a$ | facit $M^a$ 4 exhedationis $R^a$ 5 instituendum $M^a$ | *s. a. V Hal.* 7 a. et cc. $CR^a$, aa. et cc. *M* | aemilio] *V* (*Bluhme*) *CR*, emiliano *SV* (*Mayer*), emolio *M* 8 *s. a. V? Hal.* 10 aa. et cc. *V?M*, a. et cc. $CR^a$, a. *S* 11 in *om. M* | si] et si $R^a$? 12 te *om. R* | *s. a. V Hal.* 14 ualerius *S* | clinidiae *M* 15 quoquo $R^a$, *om.* $M^a$ 16 intestati $M^a$ | succenditur $M^a$ | fisco] f. si a fratris su $M^a$ | *s. a. V Hal.* 17 aa.] aa. III et II (= *a.* 255) *Hal.* 18 et cc. *om. M* | maximae] *SR*, max. *V*, maximi *CM* 19 suo] tuo $M^a$ | militantes *V* | quaesiuit $CR^bM^b$ 20 testameti *M* 21 eius] etiam *R* | filium $M^a$ | intestamento $M^a$ | *s. a. V Hal.* | s.] pp. *Hal.* 22 aurris cc.] ipsis aa. et *Hal.* 25 uoluerunt *M* | testantur *V*, testetur $R^a$?, διατιθέσθωσαν *B* 26 uoluntate $R^a$ | reportauerint *CRM* 27 digitasque $C^a$ | ac semper *om.* $M^a$ 28 adnotauernt $R^a$, aut notauerint *M* | scripserint *M* 30 *s. a. V* (*lectione incertissima*) *Hal.* | paulino] pa***lino *V?* 32 antoninus *S* | a. *om. M* | herio *S*, gerio *M* | scriniariis (scinariis $M^a$) uel apparitoribus $CM^a$, scriniarios uel apparitoribus $R^a$, scriniariis uel apparitores $R^b$, *inc. V* 33 magnificum $RM^a$? 34 in *om. R* 35 *s. a. V Hal.* | constantinopoli] const. (*uel* cont.) et *V* (*Bluhme*), cp. et *V* (*Mayer*) 36 uc. *om. V* 37 pp.] p. *M*

tionibus occupati sunt, memoratum indulgeri circa ultimas uoluntates conficiendas beneficium. D. IIII[1] ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. a. 529

18 IDEM A. IOHANNI PP. Licet antiquis legibus permittebatur pupillis, si [B 35, 21, 54] tribunatum numeri mereantur, ultimum elogium conficere posse, attamen indignum nostris temporibus esse uidetur eum, qui stabilem mentem nondum adeptus est, propter priuilegia militum sapientium hominum iura pertractare et in tenera aetate ex tali licentia parentibus forte suis uel aliis propinquis nocere propriam substantiam extraneis relinquentem. ideoque hoc fieri nullo modo concedimus. D. XII[2] K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. ANNO II. a. 532

# XXII

# ℞ QVI FACERE TESTAMENTVM POSSVNT VEL NON POSSVNT ℞

1 IMP. GORDIANVS A. PETRONIO MILITI. Quamquam omnium bonorum socer [B 35, 3, 1] tuus itemque frater eius socii fuerunt, tamen non eo minus idem frater eius, cum fati
1 munus impleret, testamento suo potuit sibi heredem instituere quem uellet. Item non idcirco minus is testamenti factionem habet, quod indiuisam successionem cum sorore sua dicatur habuisse. PP. XII K. AVG. ARRIANO ET PAPO CONSS. a. 243

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC.[3] VIATORI ET PONTIAE. Si [B 35, 3, 2] is, qui tecum uxorem tuam heredem scripsit, quando testamentum ordinauit, sanae mentis fuerit nec postea alicuius sceleris conscientia obstrictus, sed aut impatiens doloris aut aliqua furoris rabie constrictus se praecipitem dedit, eiusque innocentia liquidis probationibus commendari potest a te, adscitae mortis obtentu postremum eius iudicium conuelli non
1 debet. Quod si futurae poenae metu uoluntaria morte supplicium anteuenit, ratam uoluntatem eius conseruari leges uetant. PP. K. DEC. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

3 IDEM AA. ET CC. LICINIO. Senium quidem aetatis uel aegritudinem corporis [B 35, 3, 3]
1 sinceritatem mentis tenentibus testamenti factionem certum est non auferre. Filiam autem, quae in potestate est, testamentum facere non posse indubitati iuris est. S. IIII NON. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294

4 IDEM AA. ET CC. RHODONI. Si frater patruelis tuus ante quartum decimum [B 35, 3, 4] aetatis annum suae decessit, cum facere non potuit testamentum, nihil ex eius postremo
1 recte postulatur iudicio. Nam si hanc aetatem egressus, licet uigoris necdum emersissent uestigia, suum ordinauit sollemniter iudicium, hoc conuellere frustra conaris. S. III ID. NOV. PANTICHI CC. CONSS. a. 294

*V* $A^{ul}$ (22 ℞ 4) *P* (22 ℞ [1 *p*] 3) *L* (22 ℞ 3 [4 *l*] 1) *CRM*

---

[1] VIII? [2] XV? [3] et CC. *del.* (*M*)

---

2 *s. a. V Hal.* | IIII id.] VI id. 2, 50, 8, k. 7, 35, 8 | const. *om. Hal.* | uc. *om. V* 3 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* | permitabatur $M^a$ | pupillum *R*, pupillus $M^b$, publius $M^a$, *inc. V* 4 mereatur $RM^a$, *inc. V* 5 ademptus *R* 7 substantiam *om.* $M^a$ 8 hoc (haec *R*) fieri *om.* $M^a$ | *s. a. V Hal.* | XII *om. Hal.* | constant. ... 9 uu. cc. (uc. *V*)] lampadio et oreste uu. cc. coss. *Hal.* 11 facere testamentum (—ta *S*, —to $R^a$) poss.] poss. fac. test. *C*, test. fac. poss. *M* 12 possunt *om. C* 13 patronio $R^a$, petrono $M^a$ 15 minus $C^a$ | itemque *C* 16 quod *om.* $M^a$ 17 *s. a. V Hal.: in pL extat* pp. | pappo *V Hal.* 18 et cc. *om. M* | et] est *V?* | potentiae *C*, potianae *M* 19 uxore tua *CR* | testamento $M^a$ | ordinabat *RM* 20 obstructus $R^a$ 23 debes *M* | uoluntariae $R^a$ | anteuertit *V?*, an tenuer*t $M^a$ 24 conseruare *M* | *s. a. V Hal.* | pp.] * (s.?) *V* | IIII et III aa.] aa. et *Hal.* 25 idem] impp. dioc. et max. *PL* | senio *M* 26 sinc. mentis ten.] sinceris mentibus *M* | auferri *PLM* | filiam autem quae] *V* $W^a$, filium autem (autem *om. C*) qui *PLCRM* 27 potestatem *M* | *s. a. V Hal. PL* | s.] d. *Hal.*, *om. PL* 28 sirmi cc. (aa. *V*) conss. *om. PL* 29 *ante c.* 4 *rubricam h. t. scribere coepit* $P^a$ | *inscriptionem om. A* | bodoni *M* 30 annum etatis *l* | potuerit *A* | ex eius postremo] post eius subpremo $M^a$ 31 aegressus *uel* segressus *V*, agressus $M^a$ | emersisset *VR*, aemisisset $M^a$ 32 uestigii *V* | conuellere] *A*, euellere *VCRM* | frusta $l^a$ | coneris $C^a$ | *s. a. V Hal. l* | s.] d. *l* | III] *l*, ui *V? Hal.* 33 pantichi cc. conss. *om. l*

5 Imp. Constantivs A. ad Rvfinvm pp. Eunuchis liceat facere testamentum, [B 35, 3, 5]
componere postremas exemplo omnium uoluntates, conscribere codicillos salua testamentorum obseruantia. D. v k. Mart. Sirmi Constantio A. v et Constantio C. conss. a. 352

6 Idem A. ad Volvsianvm pv. Si quis imperatorem forte heredem instituerit, [B 35, 3, 6]
habeat mutandi iudicii facultatem, et quemcumque uoluerit secundum leges in testamento suo heredem scribendi. D. xii k. Mart. Mediolani Arbitione et Lolliano conss. a. 355

7 Imppp. Valentinianvs Valens et Gratianvs AAA. ad Maximvm. Cum [B 35, 3, 7]
heredes instituuntur imperator seu Augusta, ius commune cum ceteris habeant: quod et in codicillis uel fideicommissariis epistulis iure scriptis obseruandum erit. et sicuti priscis legibus cautum est, imperatori quoque uel Augustae testamentum facere liceat et mutare. D. vii id. Avg. Contionaci Gratiano A. ii et Probo conss. a. 371

8 Imp. Ivstinvs A. Demostheni pp. Hac consultissima lege [Synopsis Δ 13, 32 B 35, 3, 8]
sancimus, ut carentes oculis seu morbo uel ita nati per nuncupationem suae condant
moderamina uoluntatis, praesentibus septem testibus, quos aliis quoque testamentis inter-
esse iuris est, tabulario etiam: ut cunctis ibidem collectis primum ad se conuocatos omnes,
ut sine scriptis testentur, edoceat, deinde exprimat nomina specialiter heredum et digni-
tates singulorum et indicia, ne sola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat,
et ex quanta parte uel ex quotis unciis in successionem admitti debeant et quod unum-
quemque legatarium seu fideicommissarium adsequi uelit: omnia denique palam edicat,
1 quae ultimarum capit dispositionum series lege concessa. Quibus omnibus ex ordine per-
oratis uno eodemque loco et tempore, sed et tabularii manu conscriptis sub obtentu septem
(ut dictum est) testium et eorundem testium manu subscriptis, dehinc consignatis tam ab
1a isdem testibus quam a tabulario, plenum obtinebit robur testantis arbitrium. Quae in
eundem modum erunt obseruanda, quamuis non heredes instituere, sed legata solum uel
1b (1) fideicommissa et in summa quae codicillis habentur congrua duxerit ordinanda. At cum
humana fragilitas mortis praecipue cogitatione turbata minus memoria possit res plures
consequi, patebit eis licentia uoluntatem suam siue in testamenti uel in codicilli tenore
compositam cui uelint scribendam credere, ut in eodem postea collocatis testibus et tabu-
lario, re etiam (ut dictum est) patefacta, cuius causa conuocati sunt, et chartula prome-
tur, quam susceptam testatori recitabit tabularius simul et testibus, ut, ubi tenor eorum [1]
cunctis innotuerit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere et ex animi sui quae lecta
sunt disposuisse sententia, et in fine subscriptio sequatur testium nec non omnium signa-
2 cula tam testium (prout dictum est) quam tabularii. Sed quia tabulariorum copia non in
omnibus locis datur quaerentibus, iubemus, ubi tabularius reperiri non possit, octauum
adhiberi testem, ut, quod tabulario pro supra dicto modo commisimus, id per octauum
testem effectum capiat: libera potestate concedenda suas uoluntates in praedictum modum

*V P* (*c.* 6. 8) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] coram (*Mommsen*)?

1 constantinus *M* | rusinum *C* | pp.] p. *M*, *om. C* 3 *s. a. V Hal.* | constantio c.] constant. cc. *V*, constante caes. *Hal.* 4 idem] imp. const. *PL* | uosusianum $L^a$ | pu.] $VR^b$, pp. *SC*, praefectum $R^a$, p. *M*: pp. *confirmant* 7, 62, 22. *Th.* 11, 36, 12, *inprimis Th.* 11, 34, 2, uic. urbis *est in Th.* 3, 12, 2 5 habuit *PL* | legem *PL* | in t. s. h. scribendi] t. s. h. inscribendi *C* 6 *s. a. V Hal. PL* | mediolani (med. *V*) … conss. *om. PL* | arbitrione *Hal.* 7 imp. *C*, mpp. *R* | ualentinus *RM* | ualerius $R^a$ | et gr. aaa.] gr. aa. *R*, aa. et gr. *C* 8 seu gusta $R^a$ 11 *s. a. V Hal.* | contionaci] *Herrmann cum Th.* 2, 4, 3. 4, 6, 4 (*ubi Taurin. habet* constantionaci) 9, 3, 5. 11, 1, 17, cornionaci *V*, *om. Hal.* | a. *om. V* 12 iustinianus *PLC* | demosthenio *PL*, demosteno *M* | pp.] p. *M* 14 uoluntates $M^a$ 15 ut] et *M* 16 testetur $P^a$ *cum B* διαθέσθαι: *sed testari hoc loco est testimonium ferre* | doceat $P^a$, doceant $P^bL^aCM^a$, edoceant $L^bR$ | exprimant $P^bLCRM^a$ | dignitatem *M* 17 inducia $M^a$ 18 quotis] *V*, quot $PLCRM^b$, quod $M^a$ | untius $R^a$ 19 uelint $P^bLCM^b$ | deque $M^a$ | dicant $P^bL^a$, edicant $L^bCRM^b$ 21 sub … 22 subscriptis *om.* $R^a$ | semptem $P^a$, septe *L* 22 eorum *PLM* | testium *om. M* | ab] l ab $L^a$ 23 eisdem *C* | a *om. M* 24 modus $L^a$ 25 duxerint *M* | at] sed ad $M^a$, sed $M^b$ 27 testamentis $PLC^a$ | codicillis $C^aM^a$? 28 uelit *C* | eadem $PL^a$ | collatis *PLR* | testibus] codicillis test. $L^a$ 29 etiam] ciam $M^a$ | cuius] cum $M^a$ | prouetur *V*, promeretur *PL* 30 ut] et *M* 31 innoctuerit $M^a$ 32 et] ut $R^a$ | sequitur *R* | signala $P^a$ 33 quia] qua $M^a$ 34 quaeretibus $P^a$ | ubi] hubi $M^a$

ordinantibus chartulam ita subscriptam, ita denique consignatam, ut antelatae formae declarant, cui uelint ex testibus custodiendam mandare. Sic fieri namque confidimus, ut non recipiat se tantum in caecis testandi licentia, sed ne locum quidem ullum relinquat insidiis tot oculis spectata, tot insinuata sensibus, tot insuper in tuto locata manibus.
D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI IVSTINIANO ET VALERIO CONSS. a. 521

9 [1]IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Furiosum in suis indutiis ultimum con- [B 35, 3, 9]
dere elogium posse, licet ab antiquis dubitabatur, tamen et retro principibus et nobis
placuit: nunc autem hoc decidendum est, quod simili modo antiquos animos mouit, si
1 coepto testamento furor eum inuasit. Sancimus itaque tale testamentum hominis, qui in
ipso actu testamenti aduersa ualetudine tentus est, pro nihilo esse. sin uero uoluerit in
dilucidis interuallis aliquod condere testamentum uel ultimam uoluntatem et hoc sana
mente et inceperit facere et consummauerit nullo tali morbo interueniente, stare testamentum
siue quamcumque ultimam uoluntatem censemus, si et alia omnia accesserint, quae in
huiusmodi actibus legitima obseruatio sequitur. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO
ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

10 IDEM A. IVLIANO PP. Discretis surdo et muto, quia non semper huiusmodi [B 35, 3, 10]
uitia sibi concurrunt, sancimus, si quis utroque morbo simul laborat, id est ut neque
audire neque loqui possit, et hoc ex ipsa natura habeat, neque testamentum facere neque
codicillos neque fideicommissum relinquere neque mortis causa donationem celebrare con-
cedatur nec libertatem siue uindicta siue alio modo imponere: eidem legi tam masculos
1 quam feminas oboedire imperantes. Vbi autem et in huiusmodi uitiis non naturalis siue
masculo siue feminae accedit calamitas, sed morbus postea superueniens et uocem abstulit
et aures conclusit, si ponamus huiusmodi personam litteras scientem, omnia, quae priori
2 (1) interdiximus, haec ei sua manu scribenti permittimus. Sin autem infortunium discretum
est, quod[2] ita raro contingit, et surdis, licet naturaliter huiusmodi sensus uariatus est, tamen
omnia facere et in testamentis et in codicillis et in mortis causa donationibus et in liber-
3 tatibus et in aliis omnibus permittimus. Si enim uox articulata ei a natura concessa est,
nihil prohibet eum omnia quae uoluit facere, quia scimus quosdam iuris peritos et hoc
subtilius cogitasse et nullum esse exposuisse, qui penitus non exaudit, si quis supra cere-
4 brum illius loquatur, secundum quod Iuuentio Celso placuit. In eo autem, cui morbus
superueniens auditum tantummodo abstulit, nec dubitari potest, quin possit omnia sine ali-
5 quo obstaculo facere. Sin uero aures quidem apertae sint et uocem recipientes, lingua
autem penitus praepedita, licet a ueteribus auctoribus saepius de hoc uariatum est, attamen
si et hunc peritum litterarum esse proponamus, nihil prohibet et eum scribentem omnia
facere, siue naturaliter siue per interuentum morbi huiusmodi infortunium ei accessit.
6 Nullo discrimine neque in masculis neque in feminis in omni ista constitutione seruando.
D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

*V P* (*c.* 8. 10) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 1, 4, 27. 5, 70, 6. 7 [2] non *ins.* (*Mommsen*)

---

1 ut tantelatae $M^a$ | forma *L* 2 ex testibus] $CM^b$, in testibus $V^a$, testibus $V^bPLM^a$, testium *R* | custodiendum $R^a$ 3 relinquant *R* 4 tuto] toto *V* 5 *s. a. V Hal. PL* 6 pp.] p. *M* | induciis suis *C*, suis iudiciis $R^aM^a$ | concedere $M^a$ 7 dubitauitur *V* | principalibus $M^a$ 8 hoc decid. (dicidendum *V*, dicendum $M^a$) est quod] et hoc est $C^a$ 10 ualitudine *R* 11 aliquid $VC^a$ | uel ... 12 testamentum *om.* $R^a$ 13 in *om. V* 14 actionibus $CR^a$ | *s. a. V Hal.* 16 idem] imp. iustin. *PL* | surdo] superdo $V^a$ 17 sancimus *om.* $M^a$ 18 hoc *om.* $M^a$ | habet *L* 19 donatione *L* 20 libertate si•e uindictam $R^a$ 22 accidit *R* | perueniens $PLM^a$ 23 concludit $R^a$ 24 hoc *LR* | scribentur $P^a$ 25 huiusmodo *L* 26 testatimentis $L^a$ | in lib.] lib. $CRM^a$ 27 in aliis] aliis *PL* | a natura] numerata $L^a$ 28 probet $M^a$ | quondam *C* 29 exaudiat *M* | celebrum $C^a$? 30 loquitur $L^a$ | uiuentio *C* 31 superueniens] perueniens *VPL*, postea perueniens $M^a$, postea superueniens $CRM^b$ | quin] qui non $R^a$?, qui $M^a$ 32 abstaculo *P* | quidem aures *L* | apertae sint (sint *L*) et *om. V* (*suppl. m.* 2) | uoce $V^a$ 33 penitus *om.* $L^a$ | predita $M^a$ | saepius ... 34 hunc *om.* $M^a$ | at attamen $V^a$ 34 pertum $L^a$ | et eum] eum *PL* 35 siue nat.] si uero nat. $R^a$? | morbus $C^a$?$M^a$ | accesserit *C* 36 masculos *V* 37 *s. a. V Hal. PL* | x] xv *Hal.* | mart.] mai. *PL* | constant. ... cc. *om. PL*

11 IDEM A. IOHANNI PP. Nemo ex lege[1], quam nuper promulgauimus, in rebus, [B 35, 3, 11] quae parentibus adquiri non possunt, existimet aliquid esse innouandum, et permissum fuisse filiis familias cuiuscumque gradus uel sexus testamenta facere, siue sine patris consensu bona possideant secundum nostrae legis distinctionem, siue cum eorum uoluntate.
1 Nullo etenim modo hoc eis permittimus, sed antiqua lex per omnia conseruetur, quae filiis familias nisi in casibus certis testamenta facere nullo concedit modo, et in his personis, quae huiusmodi facultatem habere iam concessae sunt. D. IIII K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

12 [2]IDEM A. IOHANNI PP. Omnes omnino, [3, 28, 37, 6...8 epit. B 35, 3, 12 Heimbach Anecd. 2 p. 259] quibus quasi castrensia peculia habere ex legibus concessum est, habeant licentiam in ea tantummodo ultimas uoluntates condere secundum nostrae constitutionis tenorem[3], quae talibus testamentis de inofficiosi querella immunitatem praestauit. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## XXIII

## R DE TESTAMENTIS: QVEMADMODVM TESTAMENTA ORDINANTVR R

1 IMP. HADRIANVS A. CATONIO *VERO*. Testes serui an liberi fuerunt, non [B 35, 2, 1] oportet in hac causa tractari, cum eo tempore, quo testamentum signabatur, omnium consensu liberorum loco habiti sunt nec quisquam eis usque adhuc status controuersiam mouerit. SINE DIE ET CONSS.

2 IMP. ALEXANDER A. EXPEDITO. Publicati semel testamenti fides, quamuis [B 35, 2, 2] ipsa materia, in qua primum a testatore scriptum relictum fuit, casu qui probatur intercidit, nihilo minus ualet. PP. K. IVN. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. a. 225

3 IDEM A. ANTIGONO. Ex imperfecto testamento nec imperatorem hereditatem [B 35, 2, 3] uindicare saepe constitutum est. licet enim lex imperii sollemnibus iuris imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium imperii est, ut legibus uiuere. PP. XI K. IAN. LVPO ET MAXIMO CONSS. a. 232

4 IMP. GORDIANVS A. RVFINO. Si in nomine praenomine seu cognomine testator [B 35, 2, 4] errauit nec tamen de quo senserit incertum sit, error huiusmodi nihil officit ueritati. PP. XII K. AVG. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

5 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. LVCILLO. Neque professio neque [B 35, 2, 5] adseueratio nuncupantium filios, qui non sunt, ueritati praeiudicant: et quae ut filiis testamento relinquuntur, iuxta ea quae a principibus statuta sunt non deberi certi iuris est. ACCEPTA IIII NON. IVL. VALERIANO II ET GALLIENO AA. CONSS. a. 254

*V P* (22, 12. 23 R [3. 6 *p*]) *L* (22, 12. 23 R 3. 6) *CRM*

[1] 6, 61, 6 [2] *iunge* 1, 3, 49. 1, 5, 22 [3] 3, 28, 37

1 a.] aa. *V* | pp.] p. *M* 4 possideat *V* | uoluntatem *V* 5 ei *R* 6 casibus in $M^a$ | certa $R^a$ | concedit] concedi*rauer $M^a$? 7 quae] quae in *M* | habere *om.* $R^a$ | *s. a. V Hal.* | d. IIII] s. dat. *Hal.* | aug.] decembr. (*emend.* septembr.) *Hal.* 10 consessum *P* | habeat *P*, habet *L* 11 uoluntates condere] concedere $M^a$ | tenore *L* 12 querele $C^b$ | *s. a. V Hal. PL* | k. sept.] III non. decembr. *Hal.* | constant. ... 13 cc. *om. PL* 13 orestae *V* 15 testamentis] *VR*, t. et *SPLCM* | testamento $M^a$ 16 ordinentur *CR* 17 adraanus $R^a$ | a. *om. CM* | cathanio *M* | uero] $R^b$ *Inst.* 2, 10, 7, *om.* $SVCR^aM$ | fuerint $CM^b$ 18 quo] quod $M^a$ | testamento *V* | omni $M^a$ 19 adhoc $CRM^a$? 20 mouerint *R* | *s. a. V Hal.* | consule *Hal.* 21 a. *om.* $R^aM$ | duplicati $R^a$ 22 materiam $V^a$ | causa $M^a$ | intercedit $M^a$ 23 *s. a. V Hal.* 24 idem] imp. alex. *pL* | thygono *S*, antidono *M* | neque *pL* 25 saepe] posse saepe $CR^b$ 26 solueret *pLR* | proprii *R* | est imperii *C* | ut] quam $CR^b$ | *s. a. V Hal.: in pL extat* pp. 28 pronomine $VCM^a$: περὶ τὸν χρηματισμὸν (= praenomen) καὶ τὴν πατρωνυμίαν *B* 29 errauerit *R* | consenserit *M* | officium $V^a$ | *s. a. V Hal.* 30 aug.] ianuar. *Hal.* | a. *om. V* 31 ualeiranus *S*, ualentinus $R^a$, ualerius $R^bM$ | et gall. aa.] a. *M* 32 nuncupatium *R* 33 principalibus *V* 34 *s. a. V Hal.: in $M^a$ extat* cepta | IIII] VI *Hal.* | ualer. ii et gallo aa. *V*, ualeriano et gallieno aa. III et II (= *a.* 255) *Hal.*

6 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Terentiae. Verba testamenti, [B 35, 2, 6] quibus mater uestra decedens nihil se cuiquam donasse significauit, si res se aliter habet, fidem ueri non perfringunt. PP. III non. Nov. Diocletiano A. II et Aristobvlo conss. a. 285

7 Idem AA. Rvfinae. Errore scribentis testamentum iuris sollemnitas mutilari nequaquam potest, quando minus scriptum, plus nuncupatum uidetur. et ideo recte testamento facto, quamquam desit 'heres esto', consequens est existente herede legata siue fideicommissa iuxta uoluntatem testatoris oportere dari. PP. XVII k. Febr. ipsis IIII et III AA. conss. a. 290

8 Idem AA. Marcellino. Casus maioris ac noui contingentis ratione aduersus [B 35, 2, 7] timorem contagionis, quae testes deterret, aliquid de iure laxatum est: non tamen prorsus
1 reliqua etiam testamentorum sollemnitas perempta est. Testes enim huiusmodi morbo oppresso eo tempore iungi atque sociari remissum est, non etiam conueniendi numeri eorum obseruatio sublata. S. k. Ivl. ipsis IIII et III AA. conss. a. 290

9 Idem AA. Patrocliae. Si non speciali priuilegio patriae tuae iuris obser- [B 35, 2, 8] uatio relaxata est et testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt, nullo iure testamentum ualet. PP. k. Ivl. ipsis IIII et III AA. conss. a. 290

10 Idem AA. et CC. Menophiliano. Si testamentum iure factum sit et heres [B 35, 2, 9] sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. S. XV k. . . . . AA. conss. a. 293

11 Idem AA. et CC. Zetho. Non idcirco minus iure factum testamentum [B 35, 2, 10] suas obtinet uires, quod post mortem testatoris subtractum probatur. S. prid. non. Ivl. AA. conss. a. 293

12 Idem AA. et CC. Matroniae. Si unus de septem testibus defuerit uel [B 35, 2, 11] coram testatore omnes eodem loco testes suo uel alieno anulo non signauerint, iure deficiat
1 testamentum. De his autem, quae interleta siue supra scripta dicis, non ad iuris sollemnitatem, sed ad fidei pertinet quaestionem, ut appareat, utrum testatoris uoluntate emendationem meruerunt, uel ab altero inconsulte deleta sunt, an ab aliquo falso haec fuerint commissa. S. prid. non. Ivl. Philippopoli AA. conss. a. 293

13 Idem AA. et CC. Evripidi. Testandi causa de pecunia sua legibus certis facultas, non iurisdictionis mutare formam uel iuri publico derogare cuiquam permissum est. S. VI k. Dec. CC. conss. a. 294

14 [1]Idem AA. et CC. Achilleo. Non codicillum, sed testamentum auiam uestram facere uoluisse institutio et exheredatio facta probant euidenter. S.[2] id. Dec. CC. conss. a. 294

15 [3]Imp. Constantinvs[4] A. ad popvlvm. Quoniam indignum est ob inanem [B 35, 2, 12] obseruationem irritas fieri tabulas et iudicia mortuorum, placuit ademptis his, quorum

*V P* (23, [6 *p*] 7) *L* (23, 6. 7) *CR* (*c.* 9 *om.* $R^a$) *M*

[1] *fortasse iungenda est* 2, 4, 36 [2] VI *ins.* 2, 4, 36 [3] *iunge* 6, 9, 9. 6, 37, 21 [4] Constantinus *scripsisse Iustinianos probari uidetur* 6, 9, 9 *collata cum* 5, 70, 7, 3*a*: *Constantio recte h. l. uindicauit I. Gothofredus*

1 imp. *L*, mp. *R* | max. et diocl. *C* 3 perfrigunt $V^a$, perstringunt *C* | *s. a. V Hal.*: *in pL extat* pp. | II *om. Hal.* 4 idem] impp. dioc. et max. *PL* | aa.] a. et c. *S* | rufino *V* | errores $P^a$ | mutilari] *supra* r *scriptum uidetur* u *uel* ii *V* 5 minus *om.* $M^a$ | testamento rectae facto *L*, recte testamentum factum $M^a$ 7 *s. a. V Hal. PL* | ipsis ... 8 conss. *om. L* | IIII et III aa.] *V*, iiii aa. *P*, aa. IIII et III *Hal.* 9 aa.] a. et c. *S* | nouis *R* 10 timore *V uel* $V^a$ | laxatum] collatum $R^a$ 11 oppresso] *V cum B*: δεδιότες οἱ μάρτυρες πλησιάσαι τῷ διατιθεμένῳ διὰ τὸ μὴ τῆς νόσου μεταλαβεῖν συγχωρείσθωσαν κεχωρισμένως ἐξ αὐτοῦ σφραγίσαι τὴν διαθήκην, oppressos *CRM* 13 *s. a. V Hal.* | s.] d. XVI *Hal.* 14 aa.] a. et c. *S* | patrodiae *M* | patruae *V* 15 in *om. V* 16 nulli *V* | *s. a. V Hal.* | k.] x kal. *Hal.* 17 et cc. *om. R* | moenepholiano *S*, menofilano *M* 18 capax] pax $M^a$ | *s. a. V Hal.* | s.] d. *Hal.* | . . . . aa.] aug. *V*, aug. aa. *Hal.* 19 aa. et cc.] *CM*, a. et c. *S*, aa. *VR* | tetho $V^a$, zethonon *C*, etho *M* 20 optinebit *R* | probetur *V* | *s. a. V Hal.* | s. prid. non. iul.] s. d. prid. id. nouembr. *Hal.* 22 aa.] a. *M* | matronae *CRM* | testimbus $V^a$ 23 coram] contra $M^a$ | testatoris *V* | signauerunt *CRM* | deficit $C^bR$ 24 deleta *V* 25 pertinet] *VE*, pertinent *CRM* | utrum] que utrum $M^a$ | emandationem *V* 26 merrunt $M^a$ | delata $C^a$?$M^a$ | fuerunt *C* 27 *s. a. V Hal.* | s.] s. d. *Hal.* 28 euripidiae *S*, euripidae $CR^cM$, euriphe $R^b$, *deficit* $R^a$ 29 *s. a. V* 31 *inscriptionem hoc loco omittit et ad c.* 15 *transfert* $M^a$ | achillio *S*, achillae *CRM* 32 euidentes $V^a$, euident.r $M^a$ | *s. a. V Hal.* 33 *inscriptionem c.* 14 *habet* $M^a$ | constantinus] *SC*, const. *V*, c. *R* 34 his *om.* $M^a$

imaginarius usus est, institutioni heredis uerborum non esse necessariam obseruantiam,
1 utrum imperatiuis et directis uerbis fiat an inflexa. Nec enim interest, si dicatur 'heredem
'facio' uel 'instituo' uel 'uolo' uel 'mando' uel 'cupio' uel 'esto' uel 'erit', sed quibuslibet confecta sententiis, quolibet loquendi genere formata institutio ualeat, si modo per
eam liquebit uoluntatis intentio, nec necessaria sint momenta uerborum, quae forte semi-
2 necis et balbutiens lingua profudit. Et in postremis ergo iudiciis ordinandis amota erit
sollemnium sermonum necessitas, ut, qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacumque instrumenti materia conscribere et quibuscumque uerbis uti liberam habeant facultatem. S. D. K. FEBR. *LAODICEAE* CONSTANTIO A. *II* ET CONSTANTE *A*. CONSS. a. 339

16 [1]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. [B 35, 2, 13
Non dubium nec incertum est, sicut imperatoribus, ita qualibet dignitate uel potestate
1 decoratis uiris tam hereditatem quam legatum seu fideicommissum relinqui posse. Illud
adiciendum est, ut, qui ex testamento uel ab intestato heres extiterit, etsi uoluntas defuncti
circa legata seu fideicommissa seu libertates legibus non sit subnixa, tamen, si sua sponte
agnouerit, implendi eam necessitatem habeat. S. D.[2] K. IVL. THESSALONICAE GRATIANO V
ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

17 [3]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AETERNALI PROCONSVLI [Th. 4, 4, 3 B 35, 2, 14
ASIAE. Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diuersis hoc deficiens nominibus
appellauit, cum superflua non noceant. namque necessaria praetermissa imminuunt contractus et testatoris officiunt uoluntati, non abundans cautela[4]. D. XII K. APRIL. ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

18 IDEM AA. AFRICANO PV. Testamenta omnia[5] [Th. 4, 4, 4 Anecdota ed. Zachariae p. 181
ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem reseruentur nec usquam
permittatur fieri ulla translatio. mos namque retinendus est fidelissimae uetustatis, quem
si quis in hac urbe uoluerit immutare, irritam mortuorum uideri faciet uoluntatem. D. VI
K. OCT. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

19 [6]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PP. Omnium [B 35, 2, 15 Anecdota l. c.
testamentorum sollemnitatem superare uideatur, quod insertum mera fide precibus inter tot
1 nobiles probatasque personas etiam conscientiam principis tenet. Sicut igitur securus erit,
qui actis cuiuscumque iudicis aut municipum aut auribus priuatorum mentis suae postremum publicauit iudicium, ita nec de eius umquam successione tractabitur, qui nobis
2 mediis et toto iure, quod nostris est scriniis constitutum, teste succedit. Nec sane illud
heredibus nocere permittimus, si rescripta nostra nihil de eadem uoluntate responderint.
uoluntates etenim hominum audire uolumus, non iubere, ne post sententiam nostram inhibitum uideatur commutationis arbitrium, cum hoc ipsum, quod per supplicationem nostris
auribus intimatur, ita demum firmum sit, si ultimum comprobatur nec contra iudicium
3 suum defunctus postea uenisse detegitur. Ne quid sane praetermisisse credamur huiusmodi institutionis successoribus designatis, omnia quae scriptis heredibus competunt iubemus eos habere nec super bonorum possessionis petitione ullam controuersiam nasci,

*V* (*desinit in u.* 2 enim inter) *CRM*

---

[1] *iunge* 5, 1, 3 *et quae ibi laudantur* [2] s. XV (*leges iungendae*)? [3] *iunge* 3, 31, 11
[4] praetermissa namque necessaria, non abundans cautela uel contractus imminuit uel testatoris officit uoluntati *Th.* [5] omnium *Th.* [6] *iunge Th.* 1, 2, 12. 2, 19, 6. 8, 17, 4

---

1 instituendi *R*, *inc. M^a* 2 inperacius *M^a*? 4 quolibet] in q. *M* 5 monumenta *M^a* | forme *M^a* 8 et *om. RM* | liberam] libertatem *R^a* 9 *s. a. Hal.* | s. *om. loci iungendi* | laodiceae] 6, 9, 9, serdicae *Hal.*, *om.* 6, 37, 21 | II *om. Hal.* | a.] a. cc. *Hal.* 10 impp. *CM*, mpp. *R* | ualentinus et *R*, ualens et *S*, *om. M* | aa. *SCRM* 12 tam] est tam *R^a* | fideicommissum ... 14 legata seu *om. R^a* 13 addiciciendum *M* | etsi] si *M^a* 15 *s. a. Hal.* 17 proconsule *SC* 20 *s. a. Th. Hal.* 22 aa.] a. et c. *S*, a. *M* | pu.] *S Th.*, pp. *C*, p. *M*, *om. R* | omnia] o. cautela *M^a* 23 reseruentur] *M^b cum libris quibusdam Th. et Stephano* (*Anecd. l. c.*) ἀποκεισθῶσαν, resereentur *CRM^a cum S et aliis libris Th.* 25 uoluit *R^a* | *s. a. Th. Hal.* | VI] *Th.*, XII *Hal.* 27 pp.] p. *M* 28 mera] erat *M^a* 29 conscientiam *om. M^a* 30 municipium *CM^a* | aut auribus ... postremum *om. M^a* 32 scriniis const. est *C* | teste] te *M^a* 33 de adem *M^a*, *om. C^a* 34 hominum *om. C* | audiri *M^a* 37 detegetur *M*

4 cum pro herede agere cuncta sufficiat et ius omne ipsa complere aditio uideatur. Omnibus
etenim praestandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, suc-
cessorem suum oblatis possit precibus declarare et stabile sciat esse quod fecerit, nec
institutus heres pertimescat, cum oblatas preces secundum uoluntatem defuncti idoneis
possit testibus approbare, si ei alia nocere non possunt. D. XII K. MART. RAVENNAE
POST CONSVLATVM HONORII VIIII ET THEODOSII V AA. a. 413

20 IDEM AA. EDICTVM AD POPVLVM *VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE* [Th. 4, 4, 5 Anecdota l. c.]
ET AD OMNES PROVINCIALES. Nolumus conuelli deficientium scriptas iure ac sollemniter
uoluntates, dum quoddam morientis supremum et non adscriptum processisse confirmatur
1 arbitrium, tamquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim
priuatis et militantibus interdicimus, ut huiusmodi perhibeant testimonia, et falsi criminis
reos teneri praecipimus, si, cum scriptae iure ac sollemniter deficientium extiterint uolun-
tates, non scriptum aliquid sub nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur.
2 Nemo itaque relictus heres[1] uel legibus ad successionem uocatus nostrum uel potentium
nomen horrescat: nemo ferre testimonia in hunc modum uel suscipere gestis huiusmodi
uoces audeat nostro[2] uel etiam priuatorum potentium nomine. D. IIII ID. MART. CON-
STANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

21 [3]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS [Nou. Theod. 16, 1, 2...5 B 35, 2, 16 Anecdota l. c.]
AA. FLORENTIO PP. Hac consultissima lege sancimus licere per scripturam conficientibus
testamentum, si nullum scire uolunt quae in eo scripta sunt, signatam uel ligatam uel
tantum clausam inuolutamque[4] proferre scripturam uel ipsius testatoris uel cuiuslibet
alterius manu conscriptam, eamque rogatis testibus septem numero ciuibus Romanis pube-
ribus omnibus simul offerre signandam et subscribendam, dum tamen testibus praesentibus
testator suum esse testamentum dixerit quod offertur eique ipse coram testibus sua manu
in reliqua parte testamenti subscripserit: quo facto et testibus uno eodemque die ac
tempore subscribentibus et consignantibus[5] ualere testamentum nec ideo infirmari, quod
1 testes nesciant quae in eo scripta sunt testamento. Quod si litteras testator ignoret uel
2 subscribere nequeat, octauo subscriptore pro eo adhibito eadem seruari decernimus. In
omnibus autem testamentis, quae praesentibus uel absentibus testibus dictantur, superfluum
est uno eodemque tempore exigere testatorem et testes adhibere et dictare suum arbitrium
et finire testamentum. sed licet alio tempore dictatum scriptumue proferatur testamentum,
sufficiet uno eodemque die nullo actu interueniente testes omnes, uidelicet simul nec
2*a* diuersis temporibus, subscribere signareque testamentum. Finem autem testamenti sub-
scriptiones et signacula testium esse decernimus. non subscriptum namque a testibus ac
3 signatum testamentum pro imperfecto haberi conuenit. Ex imperfecto autem testamento
uoluntatem tenere defuncti, nisi inter solos liberos a parentibus utriusque sexus[6] habeatur,
3*a* non uolumus. Si uero in huiusmodi uoluntate[7] liberis alia sit extranea[8] [(Nou.) 3, 36, 26]

*P* (*c.* 20) *L* (*c.* 20) *CRM*

---

1 heres *om. Th.* [2] nostrorum *Th.* [3] *iunge* 5, 28, 8. 7, 2, 14 [4] inuolutamue *Nou.*
5 signantibus *Nou.* [6] a parent. utr. sexus *om. Nou.* [7] designatis *ins. l. gem.* [8] ex-
tranea *om. l. gem.*

---

1 cuncta] cuta *uel* *cuta $M^a$ 3 stabilem *C* 4 institus $M^a$ | oblatis $C^a$ | uoluntates *M* 5 *s. a. Hal.* | XII] *Hal. Th.* 2, 19, 6, XVI *Th.* 1, 2, 12, XIII *Th.* 8, 17, 4 6 VIIII] VIII *Hal.* 7 idem] impp. hon. et theo. *PL* | aa.] a. et c. *S* | populos *L* | urbis ... 8 prouinciales *om. S* | urbis const.] *Th.*, *om. libri* 8 ad] *M Th.*, *om. PLCR* | prouintialibus *M* 9 quiddam $M^a$ | morientes $P^tL^t$ | scriptum *CR* 10 pertine $P^a$ 11 prohibeant $P^tL^t$ | crimine *PLM* 12 retinere *C* | si cum] sicut *uel* sicuti $C^a$ | extiterit $P^a$ 13 abstruhere *R*, astuere $P^a$ 14 relictis $M^a$ 15 errescat $M^a$ 16 uoces *om.* $M^a$ | audiat $M^a$, *om.* $R^a$ | *s. a. Th. Hal. PL* | IIII] *Th.*, VII *Hal. PL* | constant. ... 17 conss. *om. PL* 18 ualentinus *RM* 19 floro *R* | pp.] p. *M* 20 uelint *C* 21 inclusam *CR* | uel ips.] ips. *R* 23 dum t. t. praes. *om.* $M^a$ 24 offeratur *C* 26 tempora $R^a$ 27 quae] quod *R* | sint *R* 28 nequeat] neque $M^a$ 29 uel absentibus uel praesentibus *Nou.* | dictantur testibus *R* 30 testem *R* | dictore $R^a$ 31 sed ... testamentum] cum *C* 33 signareue *Nou.* | subscriptionem *CR*, subscripcionis $M^a$ 34 non scriptum $R^a$ | ac] atque *Nou.* 35 infecto *C* 36 habeatur *om.* $M^a$ 37 si] sin *R*

mixta persona, certum est eam uoluntatem, quantum ad illam dumtaxat permixtam personam pro nullo haberi, sed liberis adcrescere[1].
4 Per nun- [(3, 36, 26) Nou. Theod. 16, 1, 6...8] cupationem quoque, hoc est sine scriptura, testamenta non alias ualere sancimus, nisi septem testes, ut supra dictum est, simul uno eodemque tempore collecti testatoris uoluntatem ut testamentum sine scriptura facientis audierint.
5 Si quis autem testamento iure perfecto postea ad aliud peruenerit testamentum, non alias quod ante factum est infirmari decernimus, quam id, quod secundum facere testator instituit, iure fuerit consummatum, nisi forte in priore testamento scriptis his, qui ab intestato ad testatoris hereditatem successionem*ue* uenire non poterant, in secunda uoluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hereditatem uocantur. eo enim casu, licet imperfecta uideatur scriptura posterior, infirmato priore testamento secundam eius uoluntatem non quasi testamentum,
5*a* sed quasi uoluntatem intestati ualere sancimus. In qua uoluntate quinque testium iuratorum depositiones sufficient: quo non facto ualebit primum testamentum, licet in eo
6 scripti uideantur extranei. Illud etiam huic legi perspeximus inserendum, ut etiam Graece omnibus liceat testari. D. PRID. ID. SEPT. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439

22 IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Dictantibus testa- [B 35, 2, 17 Anecdota ed. Zachariae p. 181] menta uel aliam quamlibet ultimam uoluntatem legatum uel fideicommissum uel quodcumque aliud quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere minime dubitandum est. testibus etiam ad efficiendam uoluntatem adhibitis pro suo libitu quod uoluerit testator relinquere non prohibetur. D. K. MAI. CONSTANTINOPOLI BASILIO IVNIORE VC. CONS. a. 480

23 IMP. IVSTINVS A. ARCHELAO PP. Consulta diualia, quibus con- [B 35, 2, 18 Anecdota l. c.] siderate prospectum est, ne uoluntates ultimae deficientium in hac regia urbe confectae apud alium aperiri possint quam uirum clarissimum pro tempore census magistrum, monumentis interuenientibus pro iuris ordine, neue in hereditate, cuius summa centum aureorum pretium non excedit, mercedis quicquam aut sumptuum censum administrantes aut censualis apparitio super intimandis isdem elogiis audeant adsequi, firma nunc quoque edicimus ac repetita promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunalium, uerum etiam [1, 3, 40] defensores ecclesiarum[2], quos turpissimum intimationis[3] genus inrepserat, praemonendos censemus, ne rem attingant, quae nemini prorsus omnium secundum constitutionum praecepta quam census magistro competit. absurdum est namque, si promiscuis actibus rerum turbentur officia et alii creditum alius subtrahat, ac praecipue clericis, quibus opprobrium est, si peritos se uelint disceptationum esse forensium: poena etiam feriendis temeratoribus praesentis sanctionis quinquaginta librarum auri. nec enim concedendum est, ut [(1, 3, 40)] suprema uota deficientium euersionis quicquam ex incongrua insinuatione contrahant, dum res ab incongruis usurpatur audacter. D. XIII K. DEC. CONSTANTINOPOLI IVSTINO A. II ET OPILIONE CONSS. a. 524

24 [4]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Ambiguitates, quae uel imperitia uel [B 35, 2, 19] desidia testamenta conscribentium oriuntur, resecandas esse censemus et, siue institutio

*P* (*c.* 24) *L* (*c.* 24) *CRM*

---

[1] sed liberis adcrescere *om. l. gem.* (*u. i.*) [2] huius almae urbis *ins. l. gem.* [3] intimationis] insinuandi ultimas deficientium uoluntates *l. gem.* [4] *iunge* 3, 28, 30. 6, 41, 1

---

2 sed l. adcr.] τὸ τούτων μέρος προσαυξανέσθω τοῖς κατιοῦσιν *Stephanus* (*Anecdota*) 3 quoque hoc] autem id *R* | aliter *CR* 4 testes *om.* $R^a$ 5 audient *C* 6 aliud] illud *C* | uenerit *M* | antea *C* 7 id *om.* $M^a$ 8 priori *C* | ad ... 10 intestato *om.* $C^a$ | hereditatem successionemue (ue *om. M*)] *M Nou.*, successionem *R*, hereditatem $C^b$ 9 poterant] *T Nou.*, potuerant *RM* 10 uideantur $R^a$ 11 priori $CR^a$ | secundum $C^aM$ | testatum $C^a$, testamento $R^a$ 12 testati $M^a$ | sancimus] s**n**mus $R^a$, censemus *Nou.* 14 prospeximus *RM*, perspicimus *Nou.* 15 *s. a. Nou. Hal.* | prid. id.] idib. *Hal. contra* 5, 28, 8 16 festo] festo uc. *Nou.* 17 a. *om. M* | pp.] p. *M* 18 quocumque $M^a$ 20 libito *CRM* 21 prohibentur $M^a$ | *s. a. Hal.* 22 iustinianus *S* | pp.] p. *M* | considera** $R^aM^a$ 23 profectum $C^a$?$M^a$ 26 suptuum *R*, *uptuum $M^a$ | census *C*, censu* $R^a$ 27 audiant $M^a$ | edicimus] *C*, ducimus *RM* 28 tribunalium] *N cum l. gem.*, protribunalium *CRM* 31 quam] nisi quam $M^a$ 35 contrahat $M^a$ 36 *s. a. Hal. l. gem.* | XIII k. dec.] *Hal.*, xiiii k. iulii *Londin. in l. gem.*, xui k. *D in l. gem.* 38 iustinus $M^a$ | quae] qui $R^a$

heredum post legatorum dationes scripta sit uel alia praetermissa sit obseruatio non ex mente testatoris, sed uitio tabellionis uel alterius qui testamentum scribit, nulli licentiam concedimus per eam occasionem testatoris uoluntatem subuertere uel minuere. D. K. IAN.[1] DN. IVSTINIANO A. PP. II CONS. a. 528

25 [2]IDEM A. MENAE PP. Praeposteri reprehensionem, quam nouella constitutio[3] [B 35, 2, 20] in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus quam testamentis tollimus, ut tali exceptione cessante et stipulatio et alii contractus et testatoris uoluntas indubitate ualeat, exactione uidelicet post condicionem uel diem competente. S. D. VII[4] ID. DEC. DN. IVSTINIANO A. PP. II CONS. a. 528

26 [5]IDEM A. MENAE PP. In testamentis sine scriptis [B 35, 2, 21 Anecdota ed. Zachariae p. 182] faciendis omnem formalem obseruationem penitus amputamus, ut, postquam septem testes conuenerint, satis sit uoluntatem testatoris uel testatricis simul omnibus manifestari significantis, ad quos substantiam suam peruenire uellet uel quibus legata uel fideicommissa uel libertates disponeret, etiamsi non ante huiusmodi dispositionem praedixerit testator uel testatrix illa formalia uerba: ideo eosdem testes conuenisse, quod sine scriptis suam uoluntatem uel testamentum componere censuit. S. D. IIII[6] ID. DEC. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. PP. II CONSS. a. 528

27 [7]IDEM A. IVLIANO PP. Sancimus, si quis legitimo modo con- [B 35, 2, 22 Anecdota l. c.] didit testamentum et post eius confectionem decennium profluxit, si quidem nulla innouatio uel contraria uoluntas testatoris apparuit, hoc esse firmum. quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? quemadmodum enim, qui testamentum fecit et nihil uoluit contrarium,
1 intestatus efficitur? Sin autem in medio tempore contraria uoluntas ostenditur, si quidem
2 perfectissima est secundi testamenti confectio, ipso iure prius tollitur testamentum. Sin autem testator tantummodo dixerit non uoluisse prius stare testamentum, uel aliis uerbis utendo contrariam aperuit uoluntatem, et hoc uel per testes idoneos non minus tribus uel inter acta manifestauerit et decennium fiat emensum, tunc irritum esse testamentum tam
3 ex contraria uoluntate quam ex cursu temporali. Aliter etenim testamenta mortuorum per decennii transcursionem euanescere nullo patimur modo, prioribus constitutionibus[8], quae super huiusmodi testamentis uacuandis latae fuerant, penitus antiquandis. D. XV K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

28 IDEM A. IVLIANO PP. Cum antiquitas testamenta fieri uoluit [B 35, 2, 23 Anecdota l. c.] nullo actu interueniente et huiusmodi uerborum compositio non rite interpretata paene in perniciem et testantium et testamentorum procederet, sancimus in tempore, quo testamentum conditur uel codicillus nascitur uel ultima quaedam dispositio secundum pristinam celebratur obseruationem (nihil enim ex ea penitus immutandum esse censemus), ea quidem, quae minime necessaria sunt, nullo procedere modo, quippe causa subtilissima proposita
1 ea quae superflua sunt minime debent intercedere. Si quid autem necessarium aduenerit et in ipsum corpus laborantis respiciens contigerit, id est uel uictus necessarii uel potionis oblatio uel medicaminis datio uel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitatur, uel si quis necessarius naturae usus ad depositionem superflui ponderis immineat

*P* (*c.* 24) *L* (*c.* 24) *CR* (*c.* 25 *om.* $R^a$) *M*

[1] Iun. (3, 28, 30)? [2] *iunge* 8, 37, 11 [3] diui Leonis *ins.* $T^b$ *fortasse ex Inst.* 3, 19, 14
[4] D. III (8, 37, 11)? [5] *iunge* 3, 28, 31 [6] D. III (3, 28, 31)? [7] *iunge* 6, 33, 3 [8] *Th.* 4, 4, 6

1 sit obseruatio non] obseruationem $R^a$ 2 scripsit *R* | licentia *C* 3 occisionem $M^a$ | *s. a. Hal.* 5 idem] impr. iustinianus *SC* | praeposteram *C*, praeposteri *bis* $M^a$ 6 tam *om.* $C^a$ 8 indubietate $M^a$ | condictionem $M^a$ | competentem $C^a$? 9 *s. a. Hal.* 10 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* 12 conuenerunt *R*, conuenirent *M* | sit] fit *R* 13 ad] a $M^a$ | uel quibus] quibus *C* | legata] legata dari $C^b$ 14 libertatem disponere *R* 16 *s. a. Hal.* 18 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* 19 profluit $C^a$ 21 enim qui *om.* $M^a$ | noluit *M* 22 testatus $C^aM^b$, *om.* $R^a$ | medium temporis $M^a$? 23 perfectissimi $M^a$ | ipso i. p. t. testamentum *om.* $C^a$ 25 idoneas $M^a$ 27 enim $R^a$ 28 patimus $R^a$ 29 antiquatis *C* | *s. a. Hal.* 31 idem] impr. iustinianus *S* | iul. pp. (p. *M*) *om.* *S* | testamenti $R^a$ 35 enim *om.* *C* 36 modo procedere *R* 38 in *om.* $R^a$ | contingerit *M* 39 periclitetur $R^a$, periclitantur $M^a$ 40 repositionem *C*

uel testatori uel testibus, non esse ex hac causa testamentum subuertendum, licet morbus
comitialis, quod et factum esse comperimus, u*n*i ex testibus contigerit, sed eo quod urguet
2 et imminet repleto uel deposito iterum solita per testamenti factionem adimpleri. Et si
quidem a testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis, cum coram his facere aliquid
naturale testator erubescat, iterum introductis testibus consequentiam factionis testamenti
3 procedere. Si tamen in quendam uel quosdam testium aliquid tale contingat, si quidem
ex breui temporis interuallo necessitas potest transire, iterum eorundem testium reuersum
4 expectari et sollemnia peragi. Sin autem longiore spatio refectio fortuiti casus indigeat,
et maxime si salus testatoris periclitantis immineat, tunc illo uel illis testibus, circa quos
aliquid tale eueniet, separatis alios subrogari et ab eo uel ab eis tam testatorem quam
alios testes sciscitari, si ea, quae eorum praesentiam antecedunt, omnia coram eis proces-
5 sissent. Et si hoc fuerit undique manifestum, tunc eos uel eum una cum aliis testibus
ea quae oportet facere, etsi in medio subscriptiones testium iam fuerant subsecutae. sic
6 (1) etenim et naturae medemur et mortuorum elogia in suo statu facimus permanere. Cum
autem constitutione, quae de testamentis ordinandis processit[1], cauetur, quatenus septem
testium praesentia in testamentis requiratur et subscriptio a testatore fiat uel alio pro eo,
et constitutio sic edixit: 'octauo subscriptore adhibito', et quidam testamentum suum
omne manu propria conscripsit et post eius litteras testes adhibiti suas subscriptiones
supposuerunt aliaque omnia sollemniter in testamento peracta sunt et testamentum ex
hoc, de quo dubitatur, irritum factum est, eandem constitutionem corrigentes sancimus,
si quis sua manu totum testamentum uel codicillum conscripserit et hoc specialiter in
scriptura reposuerit, quod sua manu hoc confecit, sufficiat ei totius testamenti scriptura
et non alia subscriptio requiratur neque ab eo neque pro eo ab alio, sed sequantur huius-
modi scripturam et litterae testium et omnis quae expectatur obseruatio, et sit testamen-
tum ualidum, et codicillus, si quinque testium litterae testatoris scripturae coadunentur,
in sua firmitate remaneat, et nemo callidus machinator huiusmodi iniquitatis in posterum
inueniatur. D. VI K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530
29 IDEM A. IVLIANO PP. Iubemus omnimodo testatorem, si uires ad scribendum habeat,
nomen heredis uel heredum in sua subscriptione uel in quacumque parte testamenti ponere,
1 ut sit manifestum secundum illius uoluntatem hereditatem esse transmissam. Sin autem
forsitan ex morbi acerbitate uel litterarum imperitia hoc facere minime poterit, testibus
testamenti praesentibus nomen uel nomina heredis uel heredum ab eo nuncupari, ut omni-
modo sciant testes, si non ipse subscribere potest, qui sunt scripti heredes, et ita certo
2 heredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator, qui neque scribere neque
articulate loqui potest, mortuo similis est et falsitas in elogiis committitur, quam, ut exul
fiat a re publica nostra, maxime in testamentorum confectione cupientes hanc edictalem
3 legem in orbem terrarum ponimus. Quod si non fuerit obseruatum et nomen heredis uel
heredum non fuerit manu testatoris scriptum uel uoce coram testibus nuncupatum, hoc
testamentum stare minime patimur uel in totum, si tota heredum nomina fuerint praeter-
missa, uel in eius heredis institutionem, cuius nomen neque lingua neque manus testatoris

*CRM*

---

[1] *c.* 21 *h. t.*

---

1 moribus $C^a$ 2 uni] *edd.*, utri $CRM^b$, ut***** $M^a$, ἑνὶ *Stephanus* (*Anecdota l. c.*) | contingerit $CRM^a$ | eo] ex eo $R^a$ 3 factionis $R^a$ 4 ad testatorem $CM^b$, ad testa***** $R^a$, a testatorem $M^a$ 5 naturale] tale *C* 7 ex breui ... eorundem *om.* $M^a$ 9 et *om.* $M^a$ | si salus] salus $C^a$, si aliis $R^a$ | periclitatis $M^a$ 10 eis tam testatorem] istam testare $M^a$ 11 eis] his *RM* 12 eum uel eos *M* 13 subscriptionis $R^a$ 14 enim *R* 15 autem *om.* $M^a$ | caueatur *R* 16 testator $M^a$ 18 conscripserit $CR^a$ 19 aliaque] aliqua $R^a$? 20 eadem constitucione $M^a$ 22 ei] et $C^a$ 23 subscriptio] scripc*** $M^a$ | sed *om.* *C* | sequatur $CM^a$ 24 scriptura $C^bM^a$ | omnes $M^a$ | sit] sit et *R* 25 codicillis $R^a$ | quod adunentur $C^a$, quodunentur $M^a$, quo adu**tur $R^a$ 26 infirmitate *R* | remaneant $R^aM^a$ 27 *s. a. Hal.* 28 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* | subscribendum *CM* 29 enomen $M^a$, et nomen $M^b$ 33 si *om.* $M^a$ 34 qui neque] qui ne $M^a$ 35 potest loqui *C*, eloqui potest *M* 37 fuerint $R^a$ 39 minime *om.* $M^a$ | patiemur $CM^b$ | fuerunt *C*, fuerit *R* 40 institutione *C*, institutioem *R* | linqua *R* | manu $M^a$

4 significauit. Sed ne aliqua forsitan obliuio testium animis incumbat pluribus interdum
nominibus heredum expressis, ipsi testes in suis subscriptionibus, cum testator non haec
scripserit, sed nuncupauerit, eorum nomina scribere non differant ad aeternam rei memo-
5 riam. Sin uero ipse testator in qualicumque parte testamenti nomina heredum (sicut dictum
est) scripserit, superuacuum est testes in sua subscriptione hoc exprimere, cum forsitan
nescire eos testator suos heredes uoluit et semel causa ex ipsius testatoris scriptura appa-
6 reat. Oportet enim omnimodo uel ex litteris testatoris uel ex uoce quidem testatoris, litteris
autem testium, qui ad elogium conficiendum fuerint conuocati, nomina manifestari here-
dum. quemadmodum enim in elogio, quod sine scriptura conficitur, necesse est testatorem
uoce exprimere nomen uel nomina heredum, ita oportet et in testamentis per scripturam
conficiendis, cum ipse testator manu sua scribere heredes uel noluerit uel minime potuerit,
7 uoce tamen eius eos manifestari. Quae in posterum tantummodo obseruari censemus, ut,
quae testamenta post hanc nouellam nostri numinis legem conficiuntur, haec cum tali
obseruatione procedant: quid enim antiquitas peccauit, quae praesentis legis inscia pristi-
nam secuta est obseruationem? scituris et tabellionibus et his qui conficienda testamenta
procurant, quod, si aliter facere ausi fuerint, poenam falsitatis non euitabunt, quasi dolose
in tam necessaria causa uersati. D.[1] K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM
LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

30 IDEM A. IOHANNI PP. Nostram prouisionem, maxime circa ultima elogia [B 35. 2, 24]
defunctorum, nunc etiam *ex*tendi properamus. unde cum inuenimus quasdam controuersias
ueteribus iuris interpretatoribus exortas propter testamentum, quod legitimo modo conditum
est septemque testium signa habens, postea fortuito casu uel per ipsius testatoris operam
lino toto uel plurima eius parte incisa in ambiguitatem inciderit, solitum ei praebemus
remedium sancientes, si quidem testator linum uel signacula inciderit uel abstulerit, utpote
uoluntate eius mutata testamentum non ualere: sin autem ex alia quacumque causa hoc
contigerit, durante testamento scriptos ad hereditatem uocari, maxime cum nostra con-
stitutio, quam super tuitione testamentorum promulgauimus[2], testatorem disposuit uel sua
manu nomen heredis scribere uel, si imperitia litterarum uel aduersa ualitudine seu alio
modo hoc facere non potest, testes ipsos audito nomine heredis sub praesentia ipsius
testatoris nomen heredis suis subscriptionibus declarare. D. XV K. NOV. CONSTANTINO-
POLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

31 IDEM A. IOHANNI PP. Et ab antiquis legibus et a diuersis retro principibus [B 35, 2, 25]
semper rusticitati consultum est et in multis legum subtilitatibus stricta obseruatio eis
remissa est, quod ex ipsis rerum inuenimus documentis. cum enim testamentorum ordinatio
sub certa definitione legum instituta est, homines rustici et quibus non est litterarum
peritia quomodo possunt tantam legum subtilitatem custodire in ultimis suis uoluntatibus?
ideo ad dei humanitatem respicientes, necessarium duximus per hanc legem eorum sim-
1 plicitati subuenire. Sancimus itaque in omnibus quidem ciuitatibus et in castris orbis

*P* (*c.* 31) *L* (*c.* 31) *CRM*

[1] x *ins.* (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 178) [2] *c.* 29 *h. t.*

1 annis $M^a$ 3 subscripserit *R* | subscribere *R* 6 ex *om.* *C* 7 oporteat *R* 8 manifestari ... 10 nomina *bis* $M^a$ 9 enim *om.* $R^a$ | conficiuntur $M^a$ *alt. l.* 10 uocem $M^a$ *alt. l.* 11 heredis $M^a$ 12 uocem $M^a$ 13 nominis *CRM* | legis $M^a$ | conficiuntur] *N*, efficiuntur $CR^aM^b$, officiuntur $R^bM^a$ 14 antiquas epeccauit $R^a$ | insciat $C^u$, ins..a $R^a$ 15 et tab.] tab. $M^a$ 16 procurent $M^a$ | ausi fuerit facere *R* 17 *s. a. Hal.* 19 idem a. iohanni] impr. iustinianus a. iuliano *S* | pp.] p. *M* 20 extendi] *dett.*, ostendi *CRM* | cum] eum $C^u$ 21 intestamentum $C^u$ 22 fortuitu $CR^a$ *uel* $R^b$ | casus $M^a$ | per *om.* *R* 23 plurimam $R^a$ | incisam $M^a$ 24 sacietates $M^a$ | signacula] s. eius *M* | uel abstulerit *om.* $RM^a$ | ut puta *C*, utpte $M^a$ 25 alia ex *M* 26 contingerit *C*, contingnerit *M* | durantes $M^a$ | scriptus $M^a$ 27 tuitione] untione $C^a$?, stitucione $M^a$ 28 heredibus (heredis $M^b$) nomen *M* | si *om.* $M^a$ 29 adito $M^a$ 30 *s. a. Hal.* 32 idem] impr. iustinianus *S* | a *om.* $M^a$ | principalibus $M^a$ 33 eis] ei $R^a$, *om.* *C* 34 eremissa $M^a$ | ex] et $M^a$ 35 defunctione $M^a$? | statuta *CRM* 36 peritia] scientia *C* | possunt *om.* $M^a$ | tantum $L^a$, tam.am $C^u$ | legis *CR* 37 ideo] in eo $C^a$ | dei *om.* $M^a$ 38 subueniri *CRM*

Romani, ubi et leges nostrae manifestae sunt et litterarum uiget scientia, omnia, quae
etiam[1] libris nostrorum digestorum seu institutionum et imperialibus sanctionibus nostris-
que dispositionibus in condendis testamentis cauta sunt, obseruari nullamque ex praesenti
2 lege fieri innouationem. In illis uero locis, in quibus raro inueniuntur homines litterati,
per praesentem legem rusticanis concedimus antiquam eorum consuetudinem legis uicem
obtinere, ita tamen, ut, ubi scientes litteras inuenti fuerint, septem testes, quos ad testi-
monium uocari necesse est, adhibeantur et unusquisque pro sua persona subscribat: ubi
autem non inueniuntur litterati, septem testes et sine scriptura testimonium adhibentes
3 admitti. Si autem in illo loco minime inuenti fuerint septem testes, usque ad quinque
4 modis omnibus testes adhiberi iubemus: minus autem nullo modo concedimus. Si uero
unus aut duo uel plures scierint litteras, liceat his pro ignorantibus litteras, praesentibus
tamen, subscriptionem suam imponere, sic tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris
uoluntatem et maxime quem uel quos heredes sibi relinquere uoluerit, et hoc post mortem
5 testatoris iurati deponant. Quod igitur quisque rusticorum, sicut praedictum est, pro suis
rebus disposuerit, hoc omnimodo legum subtilitate remissa firmum ualidumque consistat.
D. III NON. IVL. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. IIII ET PAVLINO VC. CONSS. a. 534

32 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# XXIIII

## ℞ DE HEREDIBVS INSTITVENDIS ET QVAE PERSONAE HEREDES INSTITVI NON POSSVNT ℞

1 IMP. TITVS AELIVS ANTONINVS *A.* ANTESTIANO. Qui deportantur, si heredes scri-
bantur, tamquam peregrini capere non possunt, sed hereditas in ea causa est, in qua
esset, si scripti non fuissent. SINE DIE ET CONSVLE.

2 IMP. ANTONINVS A. CAECILIO. Pater tuus si ex residua parte heres insti- [B 35, 13, 12
tutus est, quam alter heres scriptus capere non posset, isque ad nullam partem hereditatis
propter condicionem suam admitti potuit, ex asse heres extitit: nam residui commemoratio
etiam totum admittit. PP. XV K. IVL. ROMAE DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

3 [2]IMP. ALEXANDER A. VITALI MILITI. Cum proponas Alexandrum equitem [B 35, 13, 13
testamento primo loco Iulianum ut libertum suum heredem instituisse eique substituisse
his uerbis: 'quod si ex aliqua causa primus hereditatem meam adire noluerit uel non
'potuerit, tunc in locum secundum heredem substituo Vitalem', post mortem autem testa-
toris Iulianum seruum communem fuisse defuncti militis et Zoili fratris eius apparuerit,
1 an tu ex substitutione admittereris, uoluntatis est quaestio. Nam si credens eum proprium
et suum libertum heredem instituit nec per eum ad alium quemquam hereditatem pertinere
2 uoluit, extitit condicio substitutionis tibique delata hereditas est. Quod si uerba substi-
tutionis subscriptae ad ius rettulit, ut, si nec per semet ipsum alium fecisset heredem
(potuit enim quamuis iubente domino nolle adire), ita demum substitutus uocaretur, si

*P* (23, 31) *L* (23, 31) *CRM*

[1] etiam *del.* ($M^a$) [2] *iunge* 6, 11, 1

1 romanis $M^a$ | licencia $M^a$ 2 etiam] *PL*, ex *CRM*$^b$, *om.* $M^a$ 4 innouatione $R^a$, nouacionem $M^a$ 6 ut ubi] uti ubi *P*, u**bi (ut ibi?) $C^a$ | quos] et sine scriptura quos $M^a$ | ad] a $M^a$ 7 adhibeatur *R* 8 et sine ... 9 testes *om.* $M^a$ 9 in illo] nullo $R^a$ 11 sciant *M*, *inc.* $R^a$ | his] eis *CRM* 14 est] est et *M* 15 hoc *om.* *L* | sumbtilitate *P* 16 *s. a. Hal.* *PL* | non.] non. k. *PL* | constant. ... conss. *om.* *PL* 17 const. graeca *W Paris.* 4523 *Veron.* 181 *alii* 19 instituendi *S* 21 impp. *CR*$^a$*M* | antoninus *om.* *M* | a.] aa. *SCM*, *om.* *R* | antestaniano *S*, anthesiano *C* | deputantur $M^a$ 23 *s. a Hal.* 24 antonius *M* | caecilio] *S*, celio *C*, celicio *RM* | frater $R^a$ 25 isque] his $M^a$ 27 etiam *om.* $R^a$ | *s. a. Hal.* | duobus] d. et *Hal.* 28 uitali] tali *C* | aequitatem $R^a$ 29 testamentum $M^a$, testamenti $M^b$ | instituisset $R^a$ 30 his *om.* $R^a$ | hereditatem] a (ad $R^b$) her. *R* 31 loco $R^a$ 32 fuisset $R^aM^a$? | fratres $C^aR$ 33 admitteris $M^a$ 35 que tibi $M^a$ | est hereditas *C* 37 nollet *R*, noll** $M^a$ | adhibere $M^a$

tamen paruit domino et adiit, substitutioni locus non est. PP. VI K. MAI. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

4 IMP. GORDIANVS A. VLPIO. Si pater tuus eum quasi filium heredem [B 35, 13, 14 instituit, quem falsa opinione ductus suum esse credebat, non instituturus, si alienum nosset, isque postea subditicius esse ostensus est, auferendam ei successionem diui[1] Seueri et Antonini placitis continetur. PP. PRID. NON. OCT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

5 IDEM A. CASSIANO. Non ideo minus uxor iure heres uidetur instituta, [B 35, 13, 15 quod non uxor, sed adfinis testamento nominata est. PP. V K. OCT. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

6 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. ANTONIO. Si compensandi debiti gratia [B 35, 13, 16 uxor maritum fecit heredem, desiderio tuo praeter portionem hereditatis debitum quoque restitui postulantis non tantum iuris seueritas, uerum etiam defunctae uoluntas refragatur. PP. XII K. MART. PRAESENTE ET ALBINO CONSS. a. 246

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ZIZONI. Nec apud peregrinos [B 35, 13, 17 fratrem sibi quisquam per adoptionem facere poterat. cum igitur, quod patrem tuum uoluisse facere dicis, irritum sit, portionem hereditatis, quam is aduersus quem supplicas uelut adoptatus frater heres institutus tenet, restitui tibi curae habebit praeses prouinciae. PP. III NON. DEC. DIOCLETIANO II ET ARISTOBVLO CONSS. a. 285

8 [2]IDEM AA. HADRIANO. Collegium, si nullo speciali priuilegio subnixum sit, [B 35, 13, 18 hereditatem capere non posse dubium non est. PP. X K. IVN. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

9 IDEM AA. ET CC. IVLIAE. Extraneum etiam cum morietur heredem scribi [B 35, 13, 19 placuit. PP. XVI K. NOV. SIRMI AA. CONSS. a. 293

10 IDEM AA. ET CC. ASCLEPIADAE. Neque per se heredes institutos, quibus [B 35, 13, 20 hoc concessum non est, neque per seruos proprios hereditatem posse quaerere dictat iuris ratio. S. XVI K. SEPT. SIRMII CC. CONSS. a. 294

11 [3]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PP. Ex- [Th. 5, 1, 9 mut. B 35, 13, 21 traneum etiam penitus ignotum heredem quis instituere potest. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

12 IMP. LEO A. ERYTHRIO PP. Hereditatis uel legati seu fideicommissi [11, 32, 3 B 35, 13, 22 aut donationis titulo domus aut annonae ciuiles aut quaelibet aedificia uel mancipia ad ius inclitae urbis uel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenire possunt. D. V K. MART. MARCIANO ET ZENONE CONSS.[4] a. 469

13 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Quotiens certi quidem ex certa re scripti [B 35, 13, 23 sunt heredes uel certis rebus pro sua institutione contenti esse iussi sunt, quos legatariorum loco haberi certum est, alii uero ex certa parte uel sine parte, qui pro ueterum legum tenore ad certam unciarum institutionem referuntur, eos tantummodo omnibus hereditariis actionibus uti uel conueniri decernimus, qui ex certa parte uel sine parte scripti fuerint,

*CR* (*inter* 24, 12 *et* 13 $R^a$ *iterat p.* 535, 29 ante [qui autem *R*] ... *p.* 536, 25 habentur) *M*

---

[1] diuorum (*edd.*)? [2] *iunge* 6, 26, 5 [3] *iunge* 2, 57, 2. 5, 3, 17. 5, 4, 22. 5, 11, 6. 6, 18, 1. 6, 61, 2 [4] Marciano cons. (= *a.* 472)?

---

1 locutus $C^a$ | *s. a. Hal.* | VI] III 6, 11, 1 3 ulpio] rufo *M* | filium] f. suum *RM* 4 suum] sum $C^a$ 5 subditicius] $M^b$ *cum B* ὑποβολιμαῖος, subditus *CR*$M^a$ | ei] eis *R* 6 continentur $R^a M^a$ | *s. a. Hal.* 7 iure] *C*$M^b$, tua iure *R*, uestra $M^a$ | heres *om.* $R^a$ 8 *s. a. Hal.* 10 impp. *C* | et phil. c. *om. M* | antonino *C*, antonius $R^a$ 13 *s. a. Hal.* 14 aa.] aa. et cc. *M* | zizonio *S* 15 fratres *R*, fratrum $M^a$: ἀδελφόν *B* (*Tipuc.*) *et BΣ* 16 quam is] quas is *C*, quasi $R^a$ 18 *s. a. Hal.* 19 aa.] a. et c. *S*, a. *M* 20 *s. a. Hal.* 21 morietur] *dett. cum B:* ὅτε μέλλει τελευτᾶν, moretur $C^a$, moreretur $C^b$*RM* | scribi] $R^b$*M*, scripsi $R^a$?, sibi scribi *C* 22 *s. a. Hal.* 23 asclepiada *M* 24 consensum *R* | seruus $C^a$ 25 *s. a. Hal.* 26 ualentinus *R*, ualerius *M* | herio *S*, hieno $R^a$, geno *M* 27 *s. a. Th. Hal.* | X] XI *Hal. cum libris quibusdam Th., sed contra locos iungendos* | tauro et felice (*alias* tauro et qui fuerit nuntiatus) *Th.* 29 a. *om. C* | erithirio *RM*, herio (*ex u.* 26) *S* | pp.] p. *M* | legatis $R^a M^a$ 30 qualibe* aedific*cia $M^a$ | ad] uel ad $R^a$ 31 *s. a. Hal.* 33 iustinus $M^a$ | ag. amenae *R* | pp.] p. *M* 36 hereditariis] heredibus hered. $C^a$ 37 fuerunt *R*

nec aliquam deminutionem earundem actionum occasione heredum ex certa re scriptorum
fieri. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. a. 529
14 IDEM A. IOHANNI PP. Cum in libris Vlpiani, quos ad Massurium Sabinum [B 35, 13, 24]
1 scripsit, talis species relata est, hanc apertius expedire nobis uisum est. Quidam testamentum faciens ita instituit: 'Sempronius Plotii heres esto'. ueteres quidem existimabant, errorem nominis esse et sic institutionem ualere, quasi testator Plotius nominaretur, et
2 Sempronium sibi scripsisset heredem. Sed huiusmodi sententiam crassiorem esse existimamus: neque enim sic homo supinus, immo magis stultus inuenitur, ut suum nomen ignoret. sed si quidem ipse testator Plotio cuidam heres extitit, manifestissimum esse sibi Sempronium heredem instituisse, ut per mediam ipsius personam Plotii heres efficiatur: et hoc argumentamur ex antiqua regula, quae uoluit heredem heredis testatoris esse heredem.
3 Sin autem nihil tale factum est, superuacuam esse et inanem huiusmodi institutionem, nisi prius herede Plotio sibi instituto sic adiecit: 'Sempronius Plotii heres esto'. tunc etenim existimandum est eum dixisse, si non Plotius heres sibi fuerit, tunc Sempronium in locum partemue Plotii ex substitutione uocari, ut ita ex consequentia uerborum Plotius quidem
4 institutus, Sempronius autem substitutus inueniatur. Sin autem neque ipse testator Plotio heres extitit neque Plotium heredem antea scripsit et sic Sempronium Plotio heredem uoluit esse, nullius esse momenti talem institutionem, cum non est uerisimile in suum nomen quendam errasse. D. III[1] K. AVG. POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

# XXV

## ℞ DE INSTITVTIONIBVS VEL SVBSTITVTIONIBVS SEV RESTITVTIONIBVS SVB CONDICIONE FACTIS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. ALEXANDRO. Cum auum maternum [B 35, 12, 29]
ea condicione filiam tuam heredem instituisse proponas, si Anthylli filio nupsisset, non prius eam heredem existere, quam condicioni paruerit aut Anthylli filio recusante matrimonium impeditum fuerit, manifestum est. PP. K. OCT. ANVLLINO ET FRONTONE CONSS. a. 199
2 IMP. ANTONINVS A. CASSIAE. Condicioni, sub qua testamento matris tuae [B 35, 12, 30]
heres instituta es, si non paruisti, substitutio locum habet. nec enim uideri potest sub specie turpium nuptiarum uiduitatem tibi indixisse, cum te filio sororis suae consobrino
1 tuo probabili consilio matrimonio iungere uoluerit. Nec extraordinario auxilio indiges, cum ex his quae libello complexa es declaretur non per eum stetisse, quominus supremae uoluntati matris tuae testatricis satisfieret. PP. VIII ID. MART. ROMAE ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213
3 IDEM A. MAXENTIO ET ALIIS. Si mater uos sub condicione emancipationis [B 35, 12, 31]
heredes instituit et, priusquam uoluntati defunctae pareretur, sententiam pater meruit uel aliter defunctus est, morte eius uel alio modo patria potestate liberati ius adeundae hereditatis cum sua causa quaesistis. S. PRID. K. MAI. SABINO ET ANVLLINO CONSS. a. 216
4 IMP. ALEXANDER A. AEMILIO. Si pater filium quem in potestate habebat [B 35, 12, 32]
sub condicione, quae in ipsius potestate non erat, heredem scripsit nec in defectum eius

*P* (25 ℞) *L* (25 ℞) *CRM*

[1] IIII (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 179)?

1 occasionem $C^a$? | re certa *R* 2 *s. a. Hal.* 3 idem] impr. iustinianus *S* 4 hunc $M^a$ 7 sibi] suum *R*, *om.* $M^a$ | huimodi *R* | grassiorem $RM^a$ | existimauimus *R*, exstimamus *M* 8 ignosceret $R^a$ 10 instituisset $R^a$ | mediam] diam $M^a$ 13 plotio] plotius $R^a$ | plotii] prolocii *R* 15 plartemue $R^a$, partem uel $M^a$? | ut] et *C* | ex] ex ac *M*, *om.* $C^a$ 16 sempr. autem (uero *C*) subst. *om.* $M^a$ 17 plotium] plotio $R^a$ | scripserit *C* 18 esse *om.* $M^a$ 19 *s. a. Hal.* 21 uel] et *S* 22 condutone facta *S* 23 aa *om.* *S* | auum] aū (= autem) $R^a$ 25 filio antilli *R* 26 impedimentum $R^a$ | *s. a Hal.* 27 antonius *R* | cassianae *C* 28 uidere $R^a$ 30 indignes $M^c$ 32 *s a. Hal.* 34 mexentio $R^a$ | aemancipacione $M^a$ 35 uoluntate $M^a$ | pateretur $R^a$, paretur $M^a$ | uel *om.* $C^a$ 37 *s. a. Hal.* 38 emilio *M*

1 exheredauit, iure testatus non uidetur. Cum autem trans mare et longe te agentem sub
hac condicione heredem scriptum esse dicas, si in patriam, quae in prouincia Mauritaniae
erat, regressus fuisses, nec exheredatum te adleges, si in eum locum non redisses, manifestum est multis casibus non uoluntariis sed fortuitis euenire potuisse, ut eam implere
non posses: et ideo adire non prohiberis hereditatem. PP. VI K. APRIL. IVLIANO *ET*
CRISPINO CONSS. a. 224

5 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. MAXIM*AE*. Reprehen- [B 35, 12, 33 Πεῖρα 31, 4]
denda tu magis es quam mater tua. illa enim si[1] heredem te sibi esse uellet, id quod est
1 inutile, matrimonium te dirimere cum uiro non iuberet. Tu porro uoluntatem eius diuortio
comprobasti: oportuerat autem, etsi condicio huiusmodi admitteretur, praeferre lucro concordiam maritalem. enimuero cum boni mores haec obseruari uetent, sine ullo damno
2 coniunctionem retinere potuisti. Redi igitur ad maritum sciens hereditatem matris, etiamsi
redieris, retenturam, quippe quam retineres, licet prorsus ab eo non recessisses. PP. XII
K. DEC. VALERIANO IIII ET GALLIENO III AA. CONSS. a. 257

6 *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α.*

Ἡ γραφεῖσα ὑπὸ αἵρεσιν τοῦ παιδοποιῆσαι ἐκ τοῦ νῦν ὄντος ἀνδρὸς [εἰ καὶ] ἐξ [B 35, 12, 34]
ἐκείνου μὲν μὴ παιδοποιήσῃ, ἑτέρῳ δὲ γαμηθεῖσα παῖδας σχοίη, μηδὲν ἧττον τὸ καταλελειμμένον ἐχέτω, κἂν ἰδικῶς ὁ πατὴρ τῶν τηνικαῦτα γάμων ἐμνήσθη.

7 (6) [2]IDEM A. AD SENATVM. Generaliter sancimus, si quis ita uerba sua com- [B 35, 12, 34]
posuerit, ut edicat: 'si filius uel filia intestatus uel intestata' uel etiam 'sine liberis'
aut 'sine nuptiis decesserit', et ipse uel ipsa uel liberos sustulerit uel nuptias contraxerit
siue testamentum fecerit, firmiter res possideri et non esse locum substitutioni uel restitutioni: si enim nihil ex his fuerit subsecutum, tunc ualere condicionem et res secundum
uerba testamenti restitui, ut incertus successionis morientis exitus uideatur certo substitutionis uel restitutionis fine concludi. cui enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidem non fecerit, posteritatem autem habuerit, propter huiusmodi uerborum
angustias liberos eius omni paene fructu paterno defraudari? uiam itaque impiam obstruentes, ut ne quis et alius deuiauerit, huiusmodi facimus sanctionem et hanc legem in perpetuum ualituram inducimus tam patribus quam liberis gratam: quo exemplo etiam aliis
personis, licet extraneae sunt, de quibus huiusmodi aliquod scriptum fuerit, medemur.
1 Cum autem inuenimus excelsi ingenii Papinianum in huiusmodi casu, in quo pater filio suo
substituit nulla liberorum ex his procreandorum adiectione habita, ex optimo intellectu

*CRM: index c. 6 restitutus est ex B*

---

[1] nisi (*Mommsen*)?. [2] *iunge* 2, 44, 4. 3, 38, 12. 5, 20, 2. 5, 4, 24

---

1 non] $M^b$ *cum B*, *** $M^a$, *om. CR* | et longe] longne *M* | agente *C* 2 hanc $M^a$ | prouinciam *M* | maritaniae $CM^a$ 3 allegas $R^a$ 4 uoluntarius $R^a$? 5 possis $R^a$ | *s. a. Hal.* | et] II et *Hal.* 7 ualerius $SR^bM^a$, ualentinus $R^a$ | gallius $SM^a$, *inc.* $R^a$ | maximo *SR*, maximiano *CM* | reprehendanda $M^a$ 8 uelit $M^a$ | est *om.* $R^b$?$M^a$ 9 redimere $M^a$ | non] nec *C* 10 admittetur $R^a$? 11 moritalem $R^a$ | seruari *M* 13 retentura *R* | retinere $M^a$ | licet] licet si *M* | ab eo prorsus *R*, p***s (prius?) ab eo $C^a$ | *s. a. Hal.* 15 constitutio graeca $R^bT$, graeca constitutio iustiniani *Hal.*: *inscriptionem restitui ex inscriptione c.* 7 (idem a.) 16 *Cuiacius huic loco restituit* 1, 3, 52, 13. 14, *male omnino, cum ea lex sit a.* 531: *uerum argumentum deprehendimus in Tipucito* (= *B*), *cuius indicem huc pertinentem Heimbach errore cum indice c.* 7 *coniunxit* | ἡ … ἀνδρὸς εἰ καὶ ἐξ] *scripsi*, καὶ ὅτι ἡ … ἀνδρός, ἡ δὲ ἐξ *Tipucitus* 19 idem] impr. iustinianus *S* | a.] aa. *R* | conposuerint $M^a$ 20 si filius *seqq.*] *haec uulgo ita intelleguntur, quasi tres simul condiciones in eadem dispositione coniunctae fuerint, minus recte, opinor, cum neque eorum quemquam, qui substituere uoluerint in eum casum, quo institutus ab intestato liberis non extantibus decesserit, eiusmodi non minus uerbosam quam ineptam formulam excogitasse neque, si quando id factum fuerit, legi ferendae ansam dedisse uerisimile sit. immo agi uidetur de casu, in quo sicut in sequenti minus scriptum quam actum intellegitur* | uel etiam] eciam $M^a$ 21 aut] aut sine testamento uel et (etiam $R^b$) *R* | liberos] liberos uel liberas $M^a$? | sustulerit] substituit $R^a$ | uel] siue *RM* | nuptias contr. siue *om.* $R^a$ 22 uel] *N*, eorum uel *CRM* 24 exutus $R^a$ 25 est] est et $M^a$ | quidem testamentum (—ta $R^a$) *R* 26 post. autem] pote****** $R^a$ 27 eius] eos *R* 28 qui $R^a$ 30 extranei *M* | fuerint $R^a$ 31 ingenii *om.* $C^a$ | papinian*(i?) $C^a$, permari $R^a$ 32 librorum $M^a$ | habita] addita *M*

disposuisse[1] euanescere substitutionem, si is qui substitutione praegrauatus est pater
efficiatur et liberos sustulerit, intellegentem non esse uerisimile patrem, si de nepotibus
cogitauerit, talem fecisse substitutionem: humanitatis intuitu hoc et latius et pinguius
2 interpretandum esse credidimus. Et si quis naturales habuerit filios et partem eis reliquerit
uel dederit usque ad modum quem nos statuimus et substitutioni eos subiugauerit nulla
liberorum eorum mentione facta, et hic intellegi euanescere substitutionem, liberis eam
excludentibus et intellectu optimo his qui ad substitutionem uocantur obsistente et non concedente ad eos eam partem uenire, sed ad filios uel filias, nepotes uel neptes, pronepotes
uel proneptes morientis transmittente, et non aliter substitutione locum accipiente, nisi
ipsi liberi sine iusta subole decesserint: ut, quod inter iustos liberos sanctum est, hoc et in
3 naturales filios extendatur. Quae omnia et in legatis uel fideicommissis specialibus locum
habere sancimus. D. XI K. AVG. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530
8 (7) [2]IDEM A. IOHANNI PP. Si quis heredem scripserit sub tali condicione: 'si | B 35, 12, 35
'ille consul fuerit factus' uel 'praetor', uel ita filiam suam heredem instituerit: 'si nupta
'erit', uiuo autem testatore uel ille consul processerit uel praetor fuerit factus uel filia
eius nupta fuerit et adhuc uiuo testatore consulatum quidem uel praeturam illi deposuerint,
filia autem eius diuerterit, omni dubitatione ueterum explosa sancimus, quandocumque
impleta fuerit condicio, siue uiuo eo siue mortis tempore siue post mortem, condicionem
1 uideri esse completam. Quod et in legatis et in fideicommissis et in libertatibus obtinendum
esse censemus, ne, dum nimia utimur circa huiusmodi sensus subtilitate, iudicia testantium
defraudentur. D. VIIII[3] K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET
ORESTIS VV. CC. a. 531
9 (8) [2]IDEM A. IOHANNI PP. Si testamentum ita | B 35, 12, 36 Anecdota ed. Zachariae p. 182
scriptum inueniatur: 'ille heres esto secundum condiciones infra scriptas', si quidem nihil
est adiectum neque aliqua condicio in testamento posita est, superuacuam esse condicionum
1 pollicitationem sancimus et testamentum puram habere institutionem. Et argumento utimur, quod Papinianus respondit uicos rei publicae relictos, qui proprios | Pap. Dig. 31, 77, 33
fines habebant, non ideo ex fideicommisso minus deberi, quod testator fines eorum et certaminis formam, quam celebrari singulis annis uoluit, alia scriptura se declaraturum pro-
2 misit ac postea morte praeuentus non fecit. Sin autem condiciones quasdam in quauis
parte testamenti posuit, tum uideri ab initio condicionalem esse institutionem et sic omnia
compleri, tamquam si testator ipsas institutiones eisdem condicionibus copulasset, quae
infra scriptae sunt. D. VI[3] K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET
ORESTIS VV. CC. a. 531
10 (9) [2]IDEM A. IOHANNI PP. Cum quidam praegnantem habens | B 35, 12, 37 Anecdota l. c.
coniugem scripsit heredem ipsam quidem uxorem suam ex parte, uentrem uero ex alia
parte, et adiecit, si non postumus natus fuerit, alium sibi esse heredem, postumus autem

*P* (25, 10) *L* (25, 10) *CRM*

---

[1] *cf.* 6, 42, 30 *et Dig.* 35, 1, 102 [2] *iunge c.* 8. 9. 10 *h. t.* 6, 26, 10. 11 [3] IIII (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 178)?

---

1 subst. si is qui *om.* $R^a$ 2 intellegentem] *edd.*, et intellegentem $CR^bM^b$, ***tellegen** $R^a$, et intellegen** $M^a$ | de *om.* *C* 3 latis $R^a$ | et] in *M* 4 credimus *M* | et si … reliquerit *om.* $R^a$ | naturali $M^a$ | patrem $M^a$ | relinquerit *M* 5 et subst.] ex substituti $M^a$ | eos *om.* *C* 6 hic *om.* $M^a$ 7 qui ad] qui $M^a$ 8 eos … pronepotes uel *om.* $R^a$ | proneptes uel pronepotes *M* 9 transmittentes *C* | substitutionem *R* 11 fideicommissi *R* 12 *s. a. Hal.* 13 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *R* 14 ita *om.* $R^a$ 15 uiuo … 16 fuerit *om.* $R^a$? | praecesserit $C^a$ 16 ille *M*?, *om.* $R^b$ 17 filius $R^a$? | diuorterit $C^bR$, diuerterint $M^a$ | ueterim explosam $R^a$ 18 uiuo eo] uo eos $R^a$ | siue (si $M^a$) m. tempore *om.* *C* 19 uideri] esse uideris $R^a$ | quod et] *M*, quod *CR* | in lib.] lib. $R^aM$ 20 nimia *om.* $R^a$ | subtilitatem $R^a$ 21 defrudentur $C^aM^a$ | *s. a. Hal.* 23 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* 24 nihil est] nihil $R^a$? 26 pollicitationem] pu*****************cionem $M^a$ 28 abeant $M^a$ | eorum et] earum *R* | certamini $R^a$ 29 alias *R* | declaratum $C^aR^a$ 31 condicionalem] nalem $M^a$ 32 completi $C^a$? | tamque $R^a$? | si] se $C^a$? 33 infra] in $R^a$ | scripta *CR* | *s. a. Hal.* 35 idem] impr. iustinianus *SPL* | pp.] p. *M* | peregrinantem $M^a$ 36 coniungem *M* | uentrem … 37 parte et *om.* $M^a$ 37 possumus $M^a$?, *inc.* $C^a$

natus impubes decessit, dubitabatur, quid iuris sit, tam Vlpiano quam Papiniano uiris disertissimis uoluntatis esse quaestionem scribentibus, cum opinabatur Papinianus ideo testatorem uoluisse postumo nato et impubere defuncto matrem magis ad eius uenire successionem quam substitutum. si enim et suae substantiae partem uxori dereliquit,
1 multo magis et luctuosam hereditatem ad matrem uenire curauit. Nos itaque in hac specie Papiniani dubitationem resecantes substitutionem quidem in huiusmodi casu, ubi postumus natus adhuc impubes uiua matre decesserit, respuendam esse censemus. tunc autem tantummodo substitutionem admittimus, cum postumus minime editus fuerit uel post eius partum mater prior decesserit. D. III[1] K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

# XXVI

## ℞ DE IMPVBERVM ET DE ALIIS SVBSTITVTIONIBVS ℞

1 [2]IMP. TITVS AELIVS ANTONINVS A. SECVNDO. Cum heredes ex disparibus [B 35, 13, 25] partibus instituti et inuicem substituti sunt nec in substitutione facta est ullarum partium mentio, uerum est non alias partes testatorem substitutioni tacite inseruisse, quam quae manifeste in institutione expressae sunt. D. CLARO II ET SEVERO CONSS. a. 146

2 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. PHRONIMAE. Hereditatem quidem in- [B 35, 13, 26] testati filii delatam tibi dubitari non oportet. substitutio enim testamento patris facta ad pubertatis tempora porrigi non potest, quia ipso et aliis non eiusdem condicionis heredibus institutis et inuicem substitutis propter eorum personam, quibus in unum casum dumtaxat substitui potest, etiam in filio idem debere seruari et ratio suadet et diuus Marcus pater constituit. PP. VI K. AVG. CILONE ET LIBONE CONSS. a. 204

3 IMP. ALEXANDER A. ACHILLAE. Heres instituta matris testamento si suc- [B*35, 13, 27] cessionem ex testamento omisisti et ab intestato bonorum possessionis ius habere uoluisti,
1 substituto locum quin feceris, in dubium non uenit. Proinde si substitutus hereditatem amplexus est, actionibus quae aduersus matrem competebant ipsum conuenire, non successionem ab intestato potes uindicare. PP. XI K. SEPT. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

4 IDEM A. FIRMIANO. Quamuis placuerat substitutionem impuberis, qui in [B 35, 13, 28] potestate testatoris fuerit, a parente factam ita: 'si heres non erit' porrigi ad eum casum, quo, posteaquam heres extitit, impubes decessit, si modo non contrariam defuncti uoluntatem extitisse probetur: cum tamen proponas ita substitutionem factam esse: 'si mihi 'Firmianus filius et Aelia uxor mea (quod abominor) heredes non erunt, in locum eorum 'Publius Firmianus heres esto', manifestum est in eum casum factam substitutionem, quo utrique heredum substitui potuit. PP. IIII K. IVL. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. a. 225

5 [3]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. HADRIANO. Post aditam here- [B 35, 13, 29] ditatem directae substitutiones non impuberibus filiis factae expirare solent. PP. X K. IVN. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

*P* (25, 10) *L* (25, 10) *CRM*

---

[1] IIII (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 178)? [2] *cf. Inst.* 2, 15, 2 [3] *iunge* 6, 54, 8

---

1 papiano $R^a$ 2 discertissimis *PL*, decertissimis $R^a$ | subscribentibus *R* 3 defuncto] derelicto $P^aL^1R^a$ 4 uxoris $P^a$ 5 uenire ad matrem *R* 9 *s. a. Hal. PL* | constant. ... 10 uu. cc.] cp. lampadio et oresto (lamp. et hor. *L*) conss. *PL* 12 impuberibus $R^a$ | et de] et *CR* 13 imp.] mpp. *R* | aelius ant. a. (a. *om.* $R^bM^b$) secundo] $SR^bM^b$, aelius ant. *C*, *** (ant.?) $R^b$, elio antonio $M^a$ 14 partibus *om.* $R^aM^a$ | illarum *C* 15 substitutionem $R^a$, substitucion** $M^a$ 16 in *om.* $C^aRM^a$ | *s. a. Hal.* 17 phronimae] afronime *S*, froniamae *C*, frontinae *RM* 19 heredibus *om.* $R^a$ 20 inuicem *M* | substitutus $R^a$, substitis $M^a$ 21 ipater $R^a$ 22 *s. a. Hal.* 23 achilleae *RM* | si succ. ex test. *om.* $R^a$ 25 quin *om.* $M^a$ | uenerit *R* 27 *s. a. Hal.* 28 firmo *S*, firmino *CR*, firminio *M* | inpuberi $M^b$ 29 facta *R* | si *om.* $R^a$ 30 quo] quod $R^a$ 32 heres non erit (er** $M^a$) *CRM*, μὴ γένωνταί μοι κληρονόμοι *B* 33 factum $R^a$ | quod $M^a$ 34 *s. a. Hal.* 36 puberibus $M^a$ | *s. a. Hal.*

6 [1]IDEM AA. ET CC. QVINTIANO. Testamento iure facto multis institutis [B 35, 13, 30]
heredibus et inuicem substitutis, adeuntibus suam portionem coheredum etiam inuitis repu-
diantium adcrescit portio. SINE DIE ET CONSVLE[2].
7 IDEM AA. ET CC. FELICIANO. Si testamento facto intra pupillarem aeta- [B 35, 13, 31]
tem et in sua potestate constitutae filiae, si intra pubertatem decesserit, directis uerbis
pater substituit, heredem te factum ex testamento post euentum condicionis intestati suc-
cessionem exclusisse constitit. S. K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293
8 IDEM AA. ET CC. PETRONIAE. Precibus tuis manifestius exprimere de- [B 35, 13, 32]
bueras, maritus quondam tuus miles defunctus, quem testamento facto heredem communem
uestrum filium instituisse proponis et secundum heredem scripsisse, utrumne in primum
casum an filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore, si intra quartum decimum
1 aetatis suae annum an postea decesserit. Nam non est incerti iuris, quod, si quidem in
patris militis positus potestate primo casu tantum habuit substitutum et patri heres extitit,
2 eo defuncto ad te omnimodo eius pertineat successio. Si uero substitutio in secundum
casum uel expressa uel compendio non usque ad certam aetatem facta reperiatur, si
quidem infra pubertatem decessit, eos habeat heredes, quos pater ei constituit et adierunt
hereditatem: si uero post pubertatem, te eius successionem obtinente uelut ex causa fidei-
commissi bona, quae cum moreretur patris eius fuerunt, a te possunt petere. S. V ID.
APRIL. AA. CONSS. a. 293
9 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Humanitatis intuitu parentibus indulgemus, ut, si
filium uel nepotem uel pronepotem cuiuscumque sexus habeant nec alia proles descenden-
tium eis sit, iste tamen filius uel filia uel nepos uel neptis uel pronepos uel proneptis
mente captus uel mente capta perpetuo sit, uel si duo uel plures isti fuerint, nullus uero
eorum saperet, liceat isdem parentibus legitima portione ei uel eis relicta quos uoluerint
his substituere, ut occasione huiusmodi substitutionis ad exemplum pupillaris nulla que-
rella contra testamentum eorum oriatur, ita tamen, ut, si postea resipuerit uel resipuerint,
talis substitutio cesset, uel si filii aut alii descendentes ex huiusmodi mente capta persona
sapientes sint, non liceat parenti qui uel quae testatur alios quam ex eo descendentes
1 unum uel certos uel omnes substituere. Sin uero etiam alii liberi testatori uel testatrici
sint sapientes, ex his uero personis quae mente captae sunt nullus descendat, ad fratres
eorum unum uel certos uel omnes eandem fieri substitutionem oportet. D. III ID. DEC.
CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. PP. II CONS. a. 528
10 [3]IDEM A. IOHANNI PP. Cum quidam duobus impuberibus filiis suis here- [B 35, 13, 33]
dibus institutis adiecit, si uterque impubes decesserit, illum sibi esse heredem, et dubita-
batur apud antiquos legum auctores, utrumne tunc uoluit substitutum admitti, cum uterque
filius eius in prima aetate decesserit, an alterutro decedente ilico substitutus in eius partem
succedat, placuit Sabino substitutionem tunc locum habere, cum uterque decesserit: cogi-
1 tasse enim patrem primo decedente fratrem suum in eius portionem succedere. Nos eius-

*CRM*

---

[1] *iunge* 6, 49, 4 [2] s. VI id. Iul. Philippopoli AA. conss. (= *a.* 293) 6, 49, 4 [3] *iunge* *c.* 11 *h. t. et* 6, 25, 8...10

---

1 quintiauus *M* | heredibus institutis et subst. inuicem *R* 3 *s. a. Hal.* 4 fulciano *R* 5 suam potestatem *R* 7 excludisse $R^a$ | *s. a. Hal.* 8 tuis *om.* $M^a$ 10 secundum hered'es $R^a$, secundos heredes $R^b$ 11 mortis] m*ritis $R^a$ 12 potestea $R^a$ | quod] quos $M^a$ 13 primo ocasu $R^a$ 14 ad] a $M^a$ | in (et in $R^bM$) s. c. uel *om.* $R^a$ 16 infra] in $M^a$ | eis $C^a$ 17 te *om.* $R^aM^a$ | ueluti $M^b$, uel $M^a$, *inc.* $R^a$ 18 cum] tum *R* | fuerint *CM* | peti *M* | *s. a. Hal.* 20 pp.] p. *M* 21 habent *R* 22 nepos] nepotes *R* | uel pronepos] pronepos $R^a$ 23 uel mente] uel $R^aM^a$ | perpetuum $R^a$ 24 sapere *R* | legitimam portionem ... relictam $R^a$ 25 nulla querella] nullam $R^a$ 26 resipierit uel si resipierint $R^a$, respuerit uel respuerint $M^a$, resipuerit $C^a$, resipuerint $C^b$ 27 si *om.* $R^aM^a$ 28 testator $R^a$ | quam] quod $R^a$ 29 homines $R^a$ | alii liberi *om.* $R^a$ 30 sunt *C* | mente captae sunt *om.* $C^a$ 31 certus uel homines $R^a$ | eadem $M^a$ | *s. a. Hal.* 33 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *R* | pp.] p. *M* | suis] eius *R* 36 filiis $R^a$ | eius *om.* $R^a$ | decessit $R^a$ | an ... 37 decesserit *om.* $R^a$? 37 succedat] *C*, succedit $R^b$, succedere atque $M^b$, succederet atque $M^c$, *inc.* $M^a$ | substitutionem] successionem $M^t$ | decesserint *C* 38 nos] non $R^a$

dem Sabini ueriorem sententiam existimantes non aliter substitutionem admittendam esse censemus, nisi uterque eorum in prima aetate decesserit. D. VI[1] K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

11 [2]IDEM A. IOHANNI PP. Si quis duobus heredibus institutis filio suo impuberi [B 35, 13, 34 eos una cum alio tertio substituit et uerba testamenti ita composuerit: 'quisquis mihi 'heres erit, et Titius filio meo heres esto', secundum quod apud Vlpianum inuenimus, mortuo impubere filio quaerebatur, quomodo ad substitutionem uocentur tres substituti: utrumne duo priores, qui et patri heredes fuerant scripti, in dimidiam uocantur et Titius in reliquam dimidiam, an tres substituti unusquisque ex triente ad substitutionem uocantur? alia applicata dubitatione, si quis ita heredem scripserit: 'Titius una cum filiis suis et 'Sempronius heredes mihi sunto'. et in praesente etenim specie quaerebatur secundum Vlpianum uoluntas testantis: utrumne Titium una cum suis filiis in dimidiam uocat et
1 Sempronium in aliam dimidiam, an omnes in uirilem portionem? Nobis autem in prima quidem specie uidetur tres substitutos unumquemque in trientem uocari, in secunda autem specie, cum et natura pater et filius eadem persona paene intelleguntur, dimidiam quidem partem Titio cum filiis, alteram autem partem Sempronio adsignari. D. IIII K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## XXVII

## ℞ DE NECESSARIIS ET SERVIS[3] HEREDIBVS INSTITVENDIS VEL SVBSTITVENDIS ℞

1 (2) IMP. PERTINAX A. LVCRETIO. Is, qui soluendo non est, heredem neces- [B 35, 13, 36 sarium etiam in fraudem creditorum relinquere potest. sed si pignori datus fuisti et in eadem causa permansisti, nec ab eo quidem debitore qui soluendo non fuit liber et heres necessarius existere potuisti. PP. XI K. APRIL. FALCONE ET CLARO CONSS. a. 193

2 (1) IMP. ANTONINVS A. AVFIDIO. Cum uos serui constituti sub appellatione [B 35, 13, 35 libertorum heredes scripti essetis, ea scriptura benigna interpretatione perinde habenda est, ac si liberi et heredes instituti fuissetis. quod in legato locum non habet. ACCEPTA VII K. MART. PRISCO ET APOLLINARI CONSS. a. 169

3 IDEM[4] AA. ET CC. FELICI. Si tutor ancillam tuam contubernio suo con- [B 35, 13, 37 iunxit ac post heredem instituit, neque dominium ex huiusmodi facto tibi auferri potuit et,

*C* (*transponit* 27, 3. 2) *RM*

---

[1] IIII (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 179)? [2] *iunge c.* 10 *h. t. et* 6, 25, 8...10 [3] et seruis *addiderint Iustiniani* (*Mommsen*) [4] *requiritur* Impp. Diocletianus et Maximianus

---

1 sabini] sanibi *R* 2 *s. a. Hal.* 4 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* | institutus $R^a$ | impubere $R^a$, inpuberis $M^a$ 5 testamenta $R^a$ | quisquis] quis $R^a$ 6 filio meo] fili** m*o $C^a$ 7 pubere $R^a$ | uocantur *M* 8 et titius] titius *R* 9 substituti ... ad *om.* $M^a$ 10 addubitacione $M^a$ | inscrpserit $M^a$ 11 sempronius ... sunto] semper *sequente litura* $R^a$ | praesenti $C^u$? 12 titio *C*, ticius $M^a$ | filiis suis *M* 14 unumquemquem $C^a$ | uocare *RM* 15 filius eadem] filius haec eadem $CR^b$, filiis haec deesse $R^a$, filius hec eadem esse *M* 16 filiis] f. suis *C* | altera *R* | semprenio $R^a$ | adsignare $M^a$ | *s. a. Hal.* *R* | IIII] *R*, VI *Hal.* | constantinopolis consulatus lapadii et oreste *R* 20 uel subst. *om.* $R^a$ 21 *ordinem c.* 1 *et* 2, *quem e libris restitui, tuentur etiam B: Heimbachium enim tacite capita Tipuciti transposuisse libro Vaticano inspecto Mommsenus rettulit. temporis autem ordo ideo turbatus uidetur, quod compilatores Antoninum imperatorem putauerint esse uel Caracallam uel Elagabalum* | a. *om.* $M^a$ 22 fraude $R^a$ | si *om.* $R^a$ 23 eandem causam $R^a$ | quidem *om.* *C* | non *om.* *Synopsis* (*B*): οὐδὲ παρὰ εὐπόρου *contra BΣ* 24 necessariis $R^a$ | *s. a. Hal.* *R* | XI *om.* *R* 25 antonius *M* | aufido *R*, eufodio *M* | uos *om.* *RM* 26 estis $R^a$ | proinde $RM^a$ 27 *s. a. Hal.* *R* 29 a. et c. *S*, a. et cc. *C*, ag. geta cc. *R*, a. *M*: *nihil ante c.* 3 *excidisse ostendunt B* 30 dominium ex] dominum $R^a$ | eiusmodi *M*

ut eius aditione iussu tuo tibi per hanc successio quaeratur, iure concessam habes faculta-
tem. S. XVI K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293
4 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Cum quidam suum pupillum [B 35, 13, 38 Epit. p. 269]
heredem instituit et seruo directis uerbis libertatem reliquit et in secundo gradu, in quo
pupillarem substitutionem faciebat, ipsum seruum sine libertate pupillo suo substituit,
quaerebatur inter prudentes, si ex huiusmodi substitutione heres necessarius pupillo existat.
1 Causa etenim altercationis ex uetere regula orta est, quia omnibus placuerat hunc seruum
necessarium heredem domino fieri, cui in eodem gradu et hereditas et libertas relinque-
batur, in praesenti autem non in unum tam libertas quam substitutio congregata est, sed
2 in alium et alium gradum. Nobis itaque eandem altercationem decidentibus mirabile uisum
est, si quis putet ex huiusmodi scrupulositate impediri testatoris uoluntatem, et maxime
domini, et existimet non fieri seruum heredem necessarium, sed ei licentiam praestet et
libertatem consequi et hereditatem respuere et domini uoluntati reclamare: qui si hoc differre[1]
temptauerit, etiam puniendus est. sit itaque et uiuo pupillo liber, quia testator hoc uoluit,
et mortuo pupillo necessarius heres, quia et hoc testator uoluit. D. XV K. DEC. CONSTAN-
TINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530
5 [2]IDEM A. IOHANNI PP. Quidam, cum testamentum conderet, duobus here- [B 35, 13, 39]
dibus scriptis unum quidem ex parte instituit, seruum autem suum, cuius et nomen addi-
dit, ex reliqua parte sine libertate scripsit heredem et postea eundem seruum alii legauit,
uel post institutionem heredis seruum per legatum alii adsignauit et tunc heredem eum
sine libertate instituit: et dubitabatur, si huiusmodi legatum uel institutio aliquas uires
1 potest habere et cui adquiritur legatum uel institutio. Dubitationis autem materia erat,
quod adhuc seruum suum constitutum heredem sine libertate scripserat, et tanta inter ueteres
1a exorta est contentio, ut uix possibile sit uideri eandem decidere. Sed antiquitatem quidem
haec altercantem relinquendum est. nobis autem alius modus huiusmodi decisionis inuentus
1b est, quia semper uestigia uoluntatis sequimur testatorum. Cum igitur inuenimus a nostro
iure[3] hoc esse inductum, ut, si quis seruum suum tutorem filiis suis reliquerit sine liber-
tate, ex ipsa tutelae datione praesumatur etiam libertatem ei fauore pupillorum imposuisse,
quare non hoc et in hereditate et humanius et fauore libertatis inducimus, ut, si quis
1c seruum suum scripserit heredem sine libertate, omnimodo ciuis Romanus efficiatur? Quo
inducto neque adquisitio neque tam effusus ueterum atque inextricabilis tractatus locum
habeat. neque enim ferendum est supponere quosdam ita esse supinos, ut eundem seruum
et heredem instituant sine libertate et item alii per legatum eundem seruum adsignent.
1d (1) Sed cum ueteres et aliam proposuerunt ambiguitatem dicentes, si quis seruum suum in
testamento quidem heredem ex parte sine libertate scripsisset, in codicillis autem libertatem
ei reliquisset, si possit institutio ualere et ille tam heres quam liber fieri, ne uideatur per
codicillos hereditas confirmari, in quibus hereditas dari secundum ueterem regulam non
potest: nos in tali dispositione, licet in codicillis fuerit scripta, et libertatem et heredi-
tatem simul seruis per nostram liberalitatem et benignam interpretationem indulgemus, ut
gratulentur, cum non serui remaneant, sed et liberti et heredes efficiantur, cum tanta in

*CRM*

---

[1] inferre (*Mommsen*)? [2] *iunge* 6, 46, 6 [3] *cf.* 7, 4, 9 *et Dig.* 26, 2, 10 § 4. 32 § 2

---

1 eius *om.* $M^a$ 2 *s. a. Hal.* 3 aa. $M^a$ | pp.] p. *M* 7 enim *RM* | altercautionis $R^a$ | placuerit *C* | hinc $R^a$ 8 cui] cum *C* | et her.] her. *M* 9 in] et in *C* | non in unum] nominum $R^a$, inu. $M^a$ | congregata] conlata $M^t$ 10 altercaptionem $M^a$ 11 scripulositate $M^a$ 12 ei] etiam $R^a$ | et lib.] lib. *M* 13 uolunta (–tatem $R^b$) domini *R* | si] si in $M^a$? | referre $R^a$ 14 liber ... 15 pupillo *om.* $R^a$ 15 *s. a. Hal.* 17 idem] impr. iustinianus *SR* | aa. *M* 20 uel] et $R^a$ | per legatum ... 21 huiusmodi *om.* $M^a$ 22 et *om.* $C^a$ 24 sit *om.* $M^a$ 25 modus huius *bis* $R^a$ | inueniendus $R^a$ 26 qui $R^a$ | sequitur $R^aM^a$ 27 esse] est $M^a$ | filiis suis] filii i' $R^a$, filiis $R^bM$ 28 datione *om.* $M^a$ 30 ciuis] cuius $C^aM^a$ | efficitur $R^a$ 31 acquisio neque $C^a$, adquisitione quae $R^a$ 32 ita *om.* $M^a$, esse ita $M^b$ 33 instituat $M^a$ | adsignet $M^a$ 34 ueteres] uere heres $M^a$ 35 soripsisse $M^a$ 36 relinquisse $M^a$ 38 fuerint $M^a$ | et hereditate $R^a$, hereditatemque $CR^bM$ 39 simul' *R* | liber. et ben. int.] $RM^b$, ben. int. $M^a$, ben. int. et liber. *C* 40 maneant *C* | et] etiam *CRM* | liberi $C^b$

eos nostri numinis beniuolentia effusa est, ut, etsi libertas eis neque testamento neque
codicillis data est, tamen hereditate seruis relicta quasi iniunctam et libertatem esse
2 uideri. Illo uidelicet obseruando, ut, si legatum uel fideicommissum eis sine libertate
2a relinquatur, maneant in seruitute. Non tamen ita impii heredes existant, ut liberalitatem
testatoris seruilis laboris debita remuneratione defraudare conentur et non derelictum, licet
3 adhuc seruis constitutis, donent. Quae iuris nostri definitio etiam ad aliam speciem dubi-
tatam benigne extendatur. si quis etenim in principali testamento seruum suum cuidam
legauerit, in pupillari autem substitutione eundem seruum filio suo sine libertate substi-
tuerit, quaerebatur, siue utilis esset talis substitutio et per seruum legatum substitutio
post mortem pupilli legatario adquiritur, siue inutilis est huiusmodi substitutio, quia sine
3a libertate in seruum proprium facta est. Melius itaque nobis uidetur legatario eum non
statim adquiri sancire, sed expectandum esse substitutionis euentum. et si quidem pupillo
mortuo locus fuerit substitutioni, et liber et heres efficiatur: sin autem substitutio minime
locum habuerit, forsitan pupillo iam in pubertatem perueniente, tunc ad legatarii dominium
3b transeat. Quemadmodum enim ueteres, si cum libertate substitutio fuisset, hoc inducebant,
quatenus in suspenso fiat libertas et statuliber intellegatur, ita et ex nostra interpretatione
et sine adiectione libertatis in substitutione et liber et heres pupillo existat. D. II K. MAI.
CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

6 IDEM A. IOHANNI PP. Decisione nostra[1], quam fecimus sancientes eum, [B 35, 13, 40]
qui a domino suo sine libertate heres instituitur, uideri libertatem accepisse, in propria
firmitate durante, si quis seruum suum pure quidem heredem instituit, libertatem autem
sub condicione ei donauit, si quidem condicio talis sit, quae in potestate serui posita est:
ille autem eam neglexerit minimeque compleuerit, et libertate eum et hereditate sua culpa
defraudari. sin autem casualis est condicio et ex fortunae insidiis defecerit, tunc huma-
nitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere, hereditatem autem, si quidem
soluendo sit, ad alios uenire, quos leges uocabant, si non aliquis fuisset substitutus. sin
autem soluendo non sit, ut necessarius heres constitutus simul et libertatem et hereditatem
obtineat. tunc enim secundum definitionem tam ueteris quam nostrae decisionis et liber
et heres existat necessarius. D. II[2] K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAM-
PADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## XXVIII

## ℞ DE LIBERIS PRAETERITIS VEL EXHEREDATIS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. FABIO. Cum post omnes heredum gra- [B 35, 8, 30]
dus exheredatio scribatur, si adiciat testator ab omnibus se gradibus exheredare, non
dubitatur iuri satisfactum. et ideo, etiamsi id non adiciatur, appareat tamen eum cum eo
1 consilio scripsisse, ut ab omnibus exheredaret, recte factum testamentum uidetur. Proinde
cum pater familias filiis institutis et inuicem substitutis filiam exheredauerit, intellegendus

*CRM*

---

[1] *c.* 5 § 1*b h. t.* [2] IIII (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 179)?

1 innuminis $M^a$ | etsi] si $M^a$ | eis] ei *C* 2 et] $R^aM^b$, *om.* $CR^bM^a$ | libertate $R^a$ 3 eis] ei *C* 4 libertatem $M^a$ 5 seruilis laboris] $CR^b$, seruiles labores $R^a$, et seruiles labores *M* 6 debitatam $R^a$ 7 bene *C* | extendantur $R^a$ 9 siue] sue $M^a$ | et p. s. l. subst. *om.* $R^a$ 13 fuerat substitucionis $M^a$ 14 peruenientem *C* | tunc *om.* $R^a$ 15 si] sine $R^a$ 17 libertatis] et l. $C^aM^a$ | in substitutionem $R^a$, institutione $C^aM^a$ | *s. a. Hal.* 19 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* 20 dominio $R^a$ | libertatem] liberalitatem *R* 22 potestatem *C*, *deficit* $M^a$ 23 libertatem eum et hereditatem $R^a$ 24 defrudari $M^a$ | causalis $M^a$? | condicio est $R^a$ 25 omnimodo ... si quidem *om.* $M^a$ 26 peruenire $M^a$ | fuissent $M^a$ 29 necessitas $R^a$ | *s. a. Hal.* 32 *rubricam ante* 27, 6 *collocat* $R^a$ 33 impp. seu. et ant. aa.] *R*, imp. (a imp. $M^a$) antoninus (antonius *M*) a. *SCM* | fauio *SCM*, fauino *R* 35 iure $R^a$, iuris $M^a$? | adicietur $R^a$ | eum *om.* *C* 37 filius $R^a$ | exhereuerit $M^a$ | intelligendum *C*

est exheredationem ab utroque gradu fecisse. nam cum idem heredes instituti sunt, nulla
ratio reddi potest, quare uideatur in posteriore tantum casu exheredare uoluisse. PP. VI
K. IVL. CILONE ET LIBONE CONSS. a. 204
2 IMP. ALEXANDER A. HERACLIDAE. Si auus tuus, qui patrem tuum et nouer- [B 35, 8, 31]
cam aequis portionibus heredes instituit, cum te quoque haberet in potestate, testamento
nominatim non exheredauit, mortuo patre tuo uiuo auo sine impedimento legis Vellaeae
succedendo in patris tui locum rupisti aui testamentum et ad te hereditas eius tota per-
tinuit. PP. VI ID. APRIL. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. a. 225
3 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Si quis filium proprium ita exhereda- [B 35, 8, 32]
uerit: 'ille filius meus alienus meae substantiae fiat', talis filius ab huiusmodi uerborum
conceptione non praeteritus, sed exheredatus intellegatur. cum enim manifestissimus est
sensus testatoris, uerborum interpretatio nusquam tantum ualeat, ut melior sensu existat.
D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
4 [1]IDEM A. IOHANNI PP. Maximum uitium antiquae subtilitatis praesenti lege corrigi-
mus, quae putauit alia esse iura obseruanda in successione parentum, si ex testamento
ueniant, in masculis et in feminis, cum ab intestato simile ius utrique sexui seruauerunt,
et aliis uerbis exheredari debere filium sanxerunt, aliis filiam, et inter nepotes exhere-
1 dandos alia iura ciuilia, alia praetoris introduxerunt. Et si praeteritus fuerat filius, uel
ipso iure testamentum euertebat uel contra tabulas bonorum possessionem in totum acci-
piebat, filia autem praeterita ius accrescendi ex iure uetere accipiebat, ut eodem momento
et testamentum patris quodammodo ex parte iure adcrescendi euertat et ipsa quasi scripta
legatis supponeretur, ex praetore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem in
totum, constitutio autem Magni Antonini eam in tantum coartabat, in quantum ius adcres-
cendi competebat. qui enim tales differentias inducunt, quasi naturae accusatores existunt,
2 cur non totos masculos generauit, ut, unde generentur, non fiant. Nam haec corrigentes
et maiorum nostrorum sequimur uestigia, qui eandem obseruationem colere manifestissimi
sunt. scimus etenim antea simili modo et filium et alios omnes inter ceteros exheredatos
3 scribere esse concessum, cum etiam centumuiri aliam differentiam introduxerunt. Et ex
hac iniquitate uitium emersit, quale ex libris Vlpiani, quos ad edictum fecit praetoris,
inuentum a Triboniano uiro gloriosissimo nostro quaestore ceterisque uiris facundissimis
4 compositoribus iuris enucleati ad nostras aures relatum est. Nam cum ultimum adiutorium
de[2] inofficiosi querella positum est et nemo ex alio ortus praesidio ad hanc decurrere
possit, inuenta fuerat filia praeterita minus habens quam filia exheredata. cum enim per
contra tabulas bonorum possessionem uel ius adcrescendi semissem substantiae filia prae-
terita accipiebat et omnibus legata praestare compellebatur, scilicet usque ad dodrantem
5 suae portionis, remanebat ei sescuncia tantummodo in sua successione. Quod si fuisset
exheredata, quarta pars omnimodo totius substantiae ei relinqui debebat, et quam iniuria
dignam pater existimabat, amplius habebat ea, quam taciturnitate in institutione praeteriit:
et si secundum nostrae constitutionis definitionem, quam de supplemento quadrantis posui-
mus[3], repletio fuerat introducta, simili modo exheredatae in quarta repletio accedebat et
6 (1) ita uitium permansit, ut nec ex nostra constitutione emendationem aliquam sentiret. San-
*CRM*

---

[1] *iunge* 3, 28, 35. 36 [2] de *del.* [3] 3, 28, 30

1 exhereditacionem $M^a$ 2 casum *C* | *s. a. Hal.: in* $R^a$ *extat* proposita 4 quia *R* 6 nominatum $M^a$ | uellaeae] uel lege $CR^b$, uel leue** $R^a$, **lle** $M^a$, uelleiae $M^b$ 7 ad] a $M^a$ 8 *s. a. Hal.* 9 iulio *M* | pp.] p. *M* | filium] f. suum *M* | heredauerit $M^a$ 10 filius *om. M* 13 *s. a. Hal.* 14 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* | praesente $R^a$, praesenti* $M^a$ 15 obserua $M^a$ | in *bis C* | parentium $R^a$ 16 similes $M^a$ 17 exheredare $M^a$ | senserunt $R^a$ 18 alia pr.] alii pr. $R^a$ | praeitus $R^a$ 19 bonorum] uerbonorum $M^a$ 20 praeita *R*, praetenta $M^a$ 21 euertebat *C* 23 autem *om.* $M^a$ | magni antonini] *id est Caracallae, errore scilicet Iustinianorum, cf. Gai.* 2, 126 25 tantos *C* | ut] et *C* 29 quare *C* 30 tribuna*no $M^a$ | fecundissimis $R^a$ 31 eucleati $R^aM^a$ 33 fuerit *R* | praeita $R^aM^a$ | habens minus *R* | filiam $R^a$ 34 accrescendam *uel* accrescendas $R^a$ 35 legatas $M^a$ | compellebantur $R^aM^a$ | usque *om.* $M^a$ | drodantem $M^a$ 36 sexcunc*(t?)a $C^a$, se sexuntia $R^a$, sesquincia $M^a$, sesquuncia $M^b$ | suam successionem *C* 37 debeat *C* 38 habeat $C^aM^a$ | in *om.* $C^aRM$ 40 fuerit *RM*

cimus itaque, quemadmodum in successionibus parentium, quae ab intestato deferuntur, aequa lance et mares et feminae uocantur, ita et in scriptura testamentorum eas honorari et similibus uerbis exheredationes nominatim procedere et contra tabulas possessionem talem habere, qualem filius suus uel emancipatus, ut et ipsa, si fuerit praeterita, ad instar filii emancipati uel sui uel testamentum ipso iure euertat uel per contra tabulas bonorum
7 possessionem stare hoc non patiatur. Et haec non solum in filiabus obtinere, sed etiam in nepotibus et in neptibus et deinceps obseruari censemus, si tamen ex masculis progeniti
8 (2) sunt. Sed quia et aliud uitium fuerat sub obtentu differentiae introductum et alia iura exheredationis in postumis, alia in iam natis obseruabantur, cum necesse fuerat postumam inter ceteros exheredatam etiam legato honorari, filiam autem iam progenitam et sine datione, et hoc breuissimo incremento uerborum ad plenissimam definitionem deduximus sancientes eadem iura obtinere et in postumis exheredandis, siue masculini siue feminini sexus sint, quae in filiis et filiabus iam statuimus, ut etiam ipsi uel ipsae nominatim exheredentur, id est postumi uel postumae facta mentione. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## XXVIIII

## ℞ DE POSTVMIS HEREDIBVS INSTITVENDIS VEL EXHEREDANDIS VEL PRAETERITIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. BRITTIANO. Si post testamentum factum, quo postumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filiam suscepit, intestato uita functus est, cum agnatione postumae cuius non meminit testamentum ruptum sit: ex rupto autem testamento nihil deberi neque peti posse explorati iuris est. D. ET PP. IIII K. IVL. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. SOTERICHO. Uxoris [B 35, 8, 33] abortu testamentum mariti non solui, postumo uero praeterito, quamuis natus ilico decesserit, non restitui ruptum iuris euidentissimi est. S. XII K. MART. SIRMI CC. CONSS. a. 294

3 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Quod certatum est apud ueteres, nos [B 35, 8, 34] decidimus. cum igitur is qui in uentre portabatur praeteritus fuerat, qui, si ad lucem fuisset redactus, suus heres patri existeret, si non alius eum antecederet, et nascendo ruptum testamentum faciebat, si postumus in hunc quidem orbem deuolutus est, uoce autem non emissa ab hac luce subtractus est, dubitabatur, si is postumus ruptum facere
1 testamentum potest. Veteres animi turbati sunt, quid de paterno elogio statuendum sit. cumque Sabiniani existimabant, si uiuus natus est, etsi uocem non emisit, ruptum testamentum, apparet[1], quod, etsi mutus fuerat, hoc ipsum faciebat, eorum etiam nos laudamus sententiam et sancimus, si uiuus perfecte natus est, licet ilico postquam in terram cecidit uel in manibus obstetricis decessit, nihilo minus testamentum corrumpi, hoc tantummodo requirendo, si uiuus ad orbem totus processit ad nullum declinans monstrum uel prodigium. D. XV K. DEC. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

*P* (29 ℞ 1. 2) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] apparet *del.* (*Mommsen*)

1 parentum *M* 2 et mares (mare $M^a$)] mares *C* | in *om.* *C* | honerari *C* 3 exheredationis $R^a$ 5 per *om.* $C^a$ 6 hoc stare *RM* 7 et in neptibus *om.* *RM* 8 sed] sed et *RM* | alium $R^aM$ 9 in iam natis] in *** iam $R^a$, ** na*tis $M^a$, in natis $M^b$ | obseruabatur *R* 10 honerari $C^bM^a$, honerarii $R^a$ 11 ad ... 12 postumis *om.* $R^a$ 13 quae in] quem *R* 14 *s. a. Hal.* 17 uel] et *R* 18 exheredatis *R* | uel praet.] praet. *S*, *om.* *LR* 19 antonius *M* | a. *om.* *M* | urittianio *S*, brittacio *PLCR*, bizantio *M* | quod $M^a$ | suorum] filiorum *C* 20 testor $M^a$ | agnicione *PL* 22 *s. a. Hal.* *PL* | d. et *om.* *PL* | IIII] ui id. *PL* | IIII] iii *PL* 24 dioclicia *M* | aa. et cc. *om.* *M* | soterico *S* 25 abortum $P^a$, abortus $P^b$ | uero *om.* $P^a$ 26 *s. a. Hal.* *PL* | s. *om.* *PL* | cc. *om.* *PL* 27 imp. *om.* *S* | aa. *R* | iulio *R* | pp.] p. *M* 28 uentrem *C* 29 fuerit *RM* | ante eum accederet *M* 31 est] est et *C* 32 potest ... 33 testamentum *om.* $R^a$ 32 quod $R^bM^a$ 33 etsi] si *C* | ammisit *M* | ruptum] *C*, rupti $M^a$, rumpi $R^bM^b$ 35 uiuus] unius $R^a$ | perfectus $M^a$? | terra *C* 37 requirendum *M* | uiuius $M^a$ | declinamus $M^a$ 38 *s. a. Hal.*

4 IDEM A. IVLIANO PP. Quidam, cum testamentum faciebat, his uerbis usus [B 35, 8, 35] est: 'si filius uel filia intra decem mensuum spatium post mortem meam fuerint editi, here'des sunto', uel ita dixit: 'filius uel filia, qui intra decem menses proximos mortis meae 'nascentur, heredes sunto'. iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est, an
1 uideantur[1] non contineri testamento et hoc ruptum facere. Nobis itaque eorum sententias decidentibus, cum frequentissimas leges posuimus testatorum uoluntates adiuuantes, ex neutra huiusmodi uerborum positione ruptum fieri testamentum uidetur, sed siue uiuo testatore siue post mortem eius intra decem menses a morte testatoris numerandos filius uel filia fuerint progeniti, maneat testatoris uoluntas immutilata, ne poenam patiatur praeteritionis, qui suos filios non praeteriit. D. XII[2] K. DEC. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

# XXX
## ℞ DE IVRE DELIBERANDI ET DE ADEVNDA VEL ADQVIRENDA HEREDITATE ℞

1 IMP. ANTONINVS A. TITIAE. Si a patre eman- [B 35, 14, 91 Anecdota ed. Zachariae p. 183] cipata eo defuncto bonorum possessionem non agnouisti, frustra uereris, ne hereditati paternae sis obligata, quod seruum eius nullo iure manumisisti resque et mancipia quaedam propter funeris impensas distraxisti. PP. K. IVL. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

2 [3]IMP. ALEXANDER A. FLORENTINO MILITI. Cum debitum [B 35, 14, 92 Anecdota l. c.] paternum te exsoluisse adlegas, pro portione hereditaria agnouisse te hereditatem defuncti non ambigitur. PP. VI[4] ID. FEBR. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

3 IMP. GORDIANVS A. FLORENTINO MILITI. Si fratris tui filius [B 35, 14, 93 Anecdota l. c.] mortis tempore in patris sui fuit potestate, siue ex asse heres institutus est, etiam clausis tabulis heres potuit existere, siue ex parte, nihilo minus statim suus heres ei extitit nec eapropter, quod intra paucos dies mortis patris sui concessit in fatum, tu ad eiusdem
1 fratris tui potes accedere successionem. Quod si, cum sui iuris esset, ante aditam hereditatem decessit tuque fratri tuo legitimus heres extitisti seu intra tempora edicto praefinita bonorum possessionem agnouisti: quae facultatum sunt uel quae ab alio iniuria detinentur, praesidis diligentia tibi restituentur. PP. XV K. SEPT. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

4 IMP. DECIVS A. ATHENAIDI. Filio familias delata hereditate [B 35, 14, 94 Anecdota l. c.] si pater pro herede uoluntate filii gessit, sollemnitati iuris satisfactum uideri saepe rescriptum est. PP. X K. MART. DECIO A. ET GRATO CONSS. a. 250

5 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. PAVLO. Potuit pupillus [B 35, 14, 95 Anecdota l. c.] pro herede tutore auctore gerendo consequi successionem, sed ipsius actus et uoluntas

*P* (30 ℞) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] qui uiuo testatore nascuntur *ins.* (*similiter Contius*) [2] XV? [3] *iunge* 3, 28, 8 [4] VII 3, 28, 8

1 idem] impr. iustinianus *S* | iulio *R* | pp.] p. *M* 2 mensium *CM*[b] | aditi *R*[a] 3 dixit] dixit filius uel filia intra decem menses spatium post mortem meam fuerint editi heredes sunto *M*[a] | filius] si filius *CR* | qui *om. RM*[a] 4 nascentur] *dett.*, nascerentur *CRM* | heredes *om. M*[a] 5 eorum] nobis eorum *M*[a] | sententiam *RM* 6 testamentorum *M*[a] | ex *om. M*[a] 7 fuerit *M*[a] | uideri *R* | uuuo *M*[a] 10 filios *om. M*[a] | praeterierit *R*[a] | *s. a. Hal.* 13 delibandi *L* | et de] et *index huius tituli in Anecdotis ed. Zachariae p.* 183 | uel adquireda her. *R*, her. uel aquirenda *M* 15 antonius *M* | titisiae *S*, *om. R* | a *om. M*[a] 16 possessio *R*[a]*M*[a] | ueteris *R*[a] 17 oblagata *C*[a] | mamisisti *R*[a] 18 impensam *C* | *s. a. Hal.* 19 florentio *S* 21 ambiguitur *RM*[a] | *s. a. Hal.* 22 florentio *S* 23 fuerit *RM* | potestate] in p. *R* | clusis *RM*[a] 24 ei *om. R* 25 concesserit *** in *M* 26 tui *om. M*[a] | successionem] ad s. *R*[a] 27 legimus *RM*[a] | seu] sed *C* | intra] ultra *R*[a] 28 facultatium *C*[a]*R*[b]. facultatuum *R*[a] 29 *s. a. Hal.* 32 filie *R*[a] | iuri *R* 33 *s. a. Hal.* 34 ualentinus *R* 35 auctoritate *C*

fuit necessaria. nam si quid nesciente eo tutor egit, illi hereditatem non potuit adquirere. PP. XVI K. IVL. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 257

6 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. PHILIPPAE. Si [B 35, 14, 96 Anecdota l. c.] auia tua patrem tuum ex duabus unciis scripsit heredem, et sola animi destinatione pater tuus heres fieri poterat. igitur si testamento suo easdem uncias ad te pertinere decreuit, apud rectorem prouinciae duarum unciarum ius persequi poteris. PP. XVI K. AVG. SIRMI[1] IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

7 [2]IDEM AA. ET CC. EVSEBIO. Quoniam sororem tuam prius defunctam esse proponis, quam cognosceret, an a fratre sibi aliquid hereditatis fuisset relictum, mani- [Consultatio 6, 19] festum atque euidens[3] est, antequam[4] pro herede gereret uel bonorum possessionem admiserit[5], defunctam successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. K. MAI. THIRALLI AA. CONSS. a. 293

8 IDEM AA. ET CC. CLAVDIO. Licet in continenti sui heredes [B 35, 14, 97 Anecdota l. c.] se paternis non miscuerint bonis, tamen ignorantes delatam sibi esse hereditatem longi temporis praescriptione, quominus hanc recte uindicent, excludi non possunt. S. XVII K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. PLATONI. Si curatoris tui quondam testa- [B 35, 14, 98 Anecdota l. c.] mento iure facto uel ab intestato legitima delata successio est, hoc casu ei qui non repudiauit hereditatem eam licet adire. rector igitur aditus prouinciae, si hereditati necdum sunt obligati, eos an heredes sint interrogare debebit ac, si tempus ad deliberandum petierint, moderatum statuet. S. XVI K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

10 IDEM AA. ET CC. SABINAE. Si te bonis paternis maior [B 35, 14, 99 Anecdota p. 184] quinque et uiginti annis miscuisti, neque inopia patris te excusat neque uis fratris portionem tuam uel testamentum eripientis arcere *te* exactione creditorum, qui iure ciuili pro hereditaria te portione conueniunt, potest. S. XVI K. IAN. SIRMI CC.[6] CONSS. a. 294

11 IDEM AA. ET CC. PHILVMENAE. Renitente te pater tuus, [B 35, 14, 100 Anecdota p. 185] in cuius fuisti potestate, neque spem delatae tibi legitimae quaerendae successionis[7] absumere neque hereditarios manumittendo seruos his praestare libertatem potuit. S. VI ID. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

12 IDEM AA. ET CC. ANTONIO. Puberem agnoscentem bonorum [B 35, 14, 101 Anecdota l. c.] possessionem, posteaquam ei fuit hereditas delata, pro herede gerere non ambigitur. S. III K. DEC. CC. CONSS. a. 294

13 IDEM AA. ET CC. ARCHEPOLIDI. Suum heredem omissa [B 35, 14, 102 Anecdota l. c.] bonorum possessione paternam successionem obtinere potuisse certi iuris est. S. III ID. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

14 IDEM AA. ET CC. FLAVIAE. Si sorori suae frater tuus [B 35, 14, 103 Anecdota l. c.] ciuili uel honorario successit iure, licet res ex eius descendentes bonis non probetur tenuisse, heres tamen effectus contra possidentes experiri potest. S. D. XVIIII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

*P* (30, 8. 10. 11. 14) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *in loco errorem inesse monuit Mommsen* [2] *iunge* 2, 3, 21. 6, 53, 6 [3] manifesti atque euidentis iuris *Consult.* [4] cerneret uel *ins. Consult.* [5] peteret *Consult.* [6] AA. (= *a.* 293: *Mommsen*)? [7] successionis quaerendae?

---

1 quaerere *RM*$^a$ 2 *s. a. Hal.* 3 aa.] aa. et cc. *R* 4 ex] et *R*$^a$ | et] *C*$^a$, et ex *C*$^b$*RM*$^a$, ex *M*$^b$ | destinationem *R*$^a$ 6 prouintia *M*$^a$ | poterit *R* | *s. a. Hal.* 8 aa.] a. *R* 11 defuncta *dett. Cons.* 12 *s. a. Hal. cum locis iungendis: in Consult. est* pp. x k. mart. isdem aa. conss. | thirallo 2, 3, 21, trallis 6, 53, 6 13 idem] impp. dioc. et max. *PL* | et cc. *om. PL* 14 miscuerunt *M* | esse *om. LR* 15 hac *P*$^a$ | *s. a. Hal. PL* | s. XVII] uiiii *PL* 17 tui *om. C*$^a$ 18 successio est] successione (successio *C*$^a$ *uel C*$^b$) et *C* 19 liceat *M* | igitur *om. R*$^a$*M*$^a$ 20 sint] sunt *M* | petierunt *R* 21 *s. a. Hal.* 22 et cc. *om. M* | sabino *PL* 24 sarcire *C*$^a$ | te] de *libri* 25 *s. a. Hal.* 26 te *om. M*$^a$ 27 potestate fuisti *RM* 28 adsumere *C*$^a$, assumere *M*$^b$, absumere repudiando *R*$^a$*R*$^c$, repudiando *in modum glossae addidit C*$^b$ | *s. a. Hal. PL* | s. VI] d. uii *PL* 29 cc. conss.] cc. *PL* 30 et cc. *om. M* 31 *s. a. Hal.* 33 archipolidi *S* | suum] seruum *R*$^a$ 34 *s. a. Hal.* 36 si *om. C*$^a$ 37 honerario *R* | ex *om. C*$^a$ | prohibentur *M*$^a$ 38 *s. a. Hal. PL* | s. d. XVIIII] s. XII *Hal.* 39 nic. cc.] nice. *PL*

15 [1]Imp. Constantivs A. ad Leontivm comitem Orientis. [Th. 8, 18, 5 B 35, 14, 104 Aneodota l. c.] Non est dubium, si, priusquam filius iussu patris adierit hereditatem, propriae potestatis effectus est, arbitrio suo eundem hanc sibi potuisse quaerere. D. viii id. April. Limenio et Catvlino conss. a. 349

16 [2]Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Ennodio[3]. [Th. 12, 1, 149 B 35, 14, 105] Nec emere nec donatum adsequi nec damnosam quisque hereditatem adire compellitur. D. vii k. Ian. Olybrio et Probino conss. a. 395

17 [4]Idem AA. et Theodosivs A. Anthemio pp. [Th. 8, 18, 8, 1] Cretionum scrupulosam sollemnitatem hac lege penitus amputari[5] decernimus. D. xvi k. April. Constantinopoli Honorio vii et Theodosio ii AA. conss. a. 407

18 [6]Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. ad senatvm. [B 35, 14, 106] Si infanti, id est minori septem annis, in potestate patris uel aui uel proaui constituto uel constitutae hereditas sit derelicta uel ab intestato delata a matre uel linea ex qua mater descendit uel aliis quibuscumque personis, licebit parentibus eius sub quorum potestate est adire
1 eius nomine hereditatem uel bonorum possessionem petere. Sed si hoc parens neglexerit et in memorata aetate infans decesserit, tunc parentem quidem superstitem omnia ex quacumque successione ad eundem infantem deuoluta iure patrio quasi iam infanti quaesita
2 capere. Parente uero non subsistente, si quidem post eius obitum tutor infanti sit uel datus fuerit, posse eum etiam adhuc infante pupillo constituto nomine eius adire hereditatem siue uiuo parente siue post mortem eius ad eum deuolutam uel bonorum possessio-
3 nem petere et eo modo eidem infanti hereditatem quaerere. Sin uero uel non sit tutor uel, cum sit, ea facere neglexerit, tunc eodem infante in ea aetate defuncto omnes hereditates ad eum deuolutas et non agnitas ita intellegi, quasi ab initio non essent ad eum delatae, et eo modo ad illas personas perueniant, quae uocabantur, si minime hereditas infanti fuisset delata. ea uero, quae de infante in potestate parentium constituto statui-
4 mus, locum habebunt et si quacumque causa sui iuris idem infans inueniatur. Sin autem septem annos aetatis pupillus excesserit et priore parente mortuo in pupillari aetate fati munus impleuerit, ea obtinere praecipimus, quae ueteribus legibus continentur, nulla dubietate relicta, quin pupillus post impletos septem annos suae aetatis ipse adire hereditatem uel possessionem bonorum petere consentiente parente, si sub eius potestate sit, uel cum tutoris auctoritate, si sui iuris sit, poterit uel, si non habeat tutorem, adire praetorem et eius decreto hoc ius consequi. D. viii id. Nov. Ravennae Theodosio xii et Valentiniano ii AA. conss. a. 426

19 Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. [B 35. 14. 107] Cum antiquioribus legibus et praecipue in quaestionibus Iulii Pauli inuenimus filios familias paternam hereditatem deliberantes posse et in suam posteritatem hanc transmittere, et aliis quibusdam adiectis, quae in huiusmodi persona praecipua sunt: eam deliberationem et in omnes successores siue
1 cognatos siue extraneos duximus esse protelandam. Ideoque sancimus: si quis uel ex testamento uel ab intestato uocatus deliberationem meruerit uel hoc quidem non fecerit,

*P* (30, 16. 18) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *iunge* 6, 14, 3 [2] *iunge Th.* 11, 1, 24. 13, 5, 25 [3] suo salutem *addit Th.* [4] *iunge* 12, 57, 10 [5] emendari penitus amputarique *Th.* [6] *iunge* 6, 55, 11 *et quae ibi laudantur*

1 constantinus *SM*, constant. *R* | comes *R* 2 orientis] ordinarium *S* 3 est] sit *C* | eandem *R*, *om. C* | *s. a. Th. Hal.* | viii id.] xvii kal. *Hal.* 5 imp. *L* | aa. *om. M* | eunodio *M*, ennoio *Th.* 6 adire *om.* $R^a$ | *s. a. Th. Hal. PL* | vii] vi *Hal.* 7 olybrio ... conss. *om. PL* 8 idem aa. et th. a. (aa. *R*)] *C*$R^a$, impr. theod. a. *S*, idem aa. *M* | arthemio p. *M* | creationum *C* 9 *s. a. Th. Hal.* | xvi] v *Hal.* 10 ii *om. Hal.* 11 aa. et ual. ad *P* | ualentinus *RM* 12 minoris $M^a$ 14 quibuscumcumque *M* 17 patrie $L^a$ 21 eo modo] .o $M^a$ | eandem *R* | uel non] non *C* 22 eadem inf. $R^a$ 23 initio] in..et *RM* | esse *R* 24 delata *R*, del.ta $M^a$ | perueniat (—atur $R^a$?) $RM^a$ | minus *PL* 27 pupillis $P^a$ | et] ex $R^a$ 28 munus] munus is *PL* | continetur *L* 29 qui in $M^a$ | adhiret $R^a$ 31 iuris (uris $P^a$) sui *PL* | habet *PL* 32 *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* | viii] *loci iungendi*, uii *PL*, vi *Hal.* | xii et] xi et *L* 33 ual. ... conss. *om. PL* 34 imp. *om. S* | iustinus *M* | a. *om. R* | pp.] p. *M* 36 hanc] hoc $C^a$ | quibusquam $M^a$ 37 in hui.] hui. $M^a$ 38 diximus $M^a$ | si quis] quibus $M^a$ 39 meruit *R*

non tamen successioni renuntiauerit, ut ex hac causa deliberare uideatur, sed nec aliquid
gesserit, quod aditionem uel pro herede gestionem inducit, praedictum arbitrium in succes-
sionem suam transmittat, ita tamen, ut unius anni spatiis eadem transmissio fuerit con-
2 clusa. Et si quidem is, qui sciens hereditatem sibi esse uel ab intestato uel ex testamento
delatam deliberatione minime petita[1] intra annale tempus decesserit, hoc ius ad suam suc-
3 cessionem intra annale tempus extendat. Si enim ipse, postquam testamentum fuerit
insinuatum, uel ab intestato uel ex testamento uel aliter ei cognitum sit heredem eum[2]
uocatum fuisse, annali tempore translapso nihil fecerit, ex quo uel adeundam uel renun-
tiandam hereditatem manifestauerit, is cum successione sua ab huiusmodi beneficio exclu-
4 datur. Sin autem instante annali tempore decesserit, reliquum tempus pro adeunda here-
ditate suis successoribus sine aliqua dubietate relinquat, quo completo nec heredibus eius
alius regressus in hereditatem habendam seruabitur. RECITATA SEPTIMO IN NOVO CON-
SISTORIO PALATII IVSTINIANI. D. III K. NOV. DECIO VC. CONS. a. 529
20 IDEM A. IOHANNI PP. Quidam elogio condito heredem scripsit in certas | B 35, 14, 108 |
uncias et post certa uerba testamenti eundem in alias uncias uel tantas uel quantascum-
que et tertio uel in aliam partem hereditatis uel quendam unciarum modum, ille autem
unam institutionem uel duas admittens unam uel duas uel quantascumque respuendas esse
1 censuit: quaerebatur apud ueteres, si hoc ei facere permittitur. Similique modo dubita-
batur, si impuberem quis filium suum heredem ex parte instituit et quendam extraneum
in aliam partem, quem pupillariter substituit, et postquam testator decessit, pupillus qui-
dem patri heres extitit, extraneus autem hereditatem adiit, et postea adhuc in prima aetate
pupillus constitutus ab hac luce subtractus est et pupillaris substitutio locum sibi uindi-
cauit: cumque substitutus eandem partem admittere noluit, quaesitum est, si potest iam
2 heres ex principali testamento factus pupillarem substitutionem repudiare. Vtramque igi-
tur dubitationem simul decidendam esse censemus: placuit etenim nobis siue in institu-
tionibus siue in pupillari substitutione, ut uel omnia admittantur uel omnia repudientur
et necessitas imponatur heredi particulari facto uel aliam aut alias partes hereditatis
admittere uel etiam substitutionem pupillarem. D. PRID. K. MAI. CONSTANTINOPOLI POST
CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
21 IDEM A. IOHANNI PP. Cum aliquis scripsit heredem eum, qui de sua con- | B 35, 14, 109 |
dicione ei qui dominium eius uindicabat in iudicio aduersabatur, is autem qui dominum
sese dicebat adire eum hereditatem imperabat, ut adquisitio hereditatis per eum celebretur,
indignatus est quasi domino ei parere. dubitatio ueteribus exorta est, si qua poena ei
1 imponitur huiusmodi insolentiae. Veteres in multas retrahuntur sententias, sed nos eorum
2 discordiam sic esse decidendam censemus, ut distinctio subtilis causae imponatur. Et si
quidem ita scripta est institutio: 'illum seruum illius heredem instituo', quia apertissimum
est intuitu domini esse institutionem conscriptam, necesse est omnimodo per competen-
tem iudicem eum compelli adire quidem hereditatem et eam adquirere, nulli autem ex post-
facto subici grauamini, si liber pronuntietur, sed omne siue lucrum siue damnum ad eum
redundare qui in seruitutem eum trahebat et denegari ei et aduersus eum omnes heredi-

*CRM*

---

[1] deliberationem minime petiit (*u. i.*)? [2] eum *del.* (*Hal.*)

---

2 gessit *R* | gessionem *CRM*$^a$ 3 ut] ut si *C* 5 del. m. petita] deliberationem petita *R*$^a$, deliberacionem m*tita *M*$^a$ | animale *M*$^a$ | decesserit ... 6 tempus *om.* *R*$^a$ 6 annalem *C*$^a$ | tempus] t. decesserit *M*$^a$ | testamentum] mentum *M*$^a$ 7 ab int.] ad in testamento *M*$^a$ | uel ex testamento *om.* *M*$^b$: *fortasse uerba* ab int. uel ex test. *collocanda sunt post* sit 8 annali ... renuntiandam *om.* *R*$^a$ 10 abeunda *R*$^a$ 12 *s. a. Hal.* *RM* 13 d. ... cons. *om.* *RM* 14 idem] impr. iustinianus *S* | pp.] p. *M* 15 et *om.* *R* 16 in *om.* *C*$^a$*RM*$^a$ 18 que *om.* *R*$^a$ 19 impubererem *R* | ex] in *R*, * *uel* ** *M*$^a$ | patre *M*$^a$ 22 constitus *M*$^a$ | est *om.* *CR*$^a$*M*$^a$ 25 decidenda *R*$^a$*M*$^a$ | in inst.] inst. *M*$^a$ 26 substitutioni *R*$^a$ | ut] uel *R*$^a$ | repudiantur *R* 27 aut] uel *C* 28 *s. a. Hal.* 30 idem] iust. *S* | heredes *R*$^a$ 31 in] qui in *R*$^a$ | dominium *R*$^a$ 32 sese] esse *R* | eum her.] her. *R* 33 dominio *M*$^a$ 34 sencias *M*$^a$ 35 et] ut *RM* 36 ita ... instituo] instituto *M*$^a$ 39 grauamen *R*$^a$ | omnem *RM*$^a$ 40 seruitute *CM*$^a$? | detrahebat *RM* | ei et] *R*, ** *M*$^a$, ei *M*$^b$, *om.* *C*

3 tarias actiones, nullo ex hoc ei praeiudicio generando. Sin autem quasi liber institutus
est nulla domini uel serui mentione in institutione habita, tunc nullo compelli modo eum
adire hereditatem nec denegari ei liberale iudicium, sed et hereditatem per suum ius
decurrere et liberale iudicium suam expectare sententiam siue agente eo siue pulsato, ut,
si quidem seruus pronuntietur, tunc domino suo hereditatem adquirat, sin autem liber,
eam adipiscatur, si adire maluerit. D. II K. MAI. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM
LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

22 IDEM A. AD SENATVM. Scimus iam duas esse promulgatas a nostra [B 35, 14, 110]
clementia constitutiones, unam quidem de his, qui deliberandum pro hereditate sibi delata
existimauerunt[1], aliam autem de improuisis debitis et incerto exitu per diuersas species
eis imposito[2]. sed etiam ueterem constitutionem non ignoramus, quam diuus Gordianus
ad Platonem scripsit de militibus, qui per ignorantiam hereditatem adierint, quatenus pro
his tantummodo rebus conueniantur, quas in hereditate defuncti inuenerint, ipsorum autem
bona a creditoribus hereditariis non inquietentur: cuius sensus ad unam praefatarum con-
stitutionum a nobis redactus est. arma etenim magis quam iura scire milites sacratissi-
1 mus legislator existimauit. Ex omnibus itaque istis unam legem colligere nobis apparuit
esse humanum et non solum milites adiuuare huiusmodi beneficio, sed etiam ad omnes
hoc extendere, non tantum si improuisum emerserit debitum, sed etiam si onerosam quis
inueniat esse quam adierit hereditatem. ita enim nec satis necessarium deliberationis erit
auxilium, nisi hominibus formidolosis, qui et ea timent, quae nulla digna sunt suspicione.
1a Cum igitur hereditas ad quendam siue ex testamento siue ab intestato fuerit delata, siue
ex asse siue ex parte, si quidem recta uia adire maluerit hereditatem et spe certissima hoc
fecerit uel sese immiscuerit, ut non postea eam repudiet, nullo indiget inuentario, cum
1b omnibus creditoribus suppositus est, utpote hereditate ei ex sua uoluntate infixa. Simi-
lique modo, si non titubante animo respuendam uel abstinendam esse crediderit heredi-
tatem, ei apertissime intra trium mensuum spatium, ex quo ei cognitum fuerit scriptum se
esse uel uocatum heredem, renuntiet nullo nec inuentario faciendo nec alio circuitu
2 expectando, et sit alienus huiusmodi hereditate, siue onerosa siue lucrosa sit. Sin autem
dubius est, utrumne admittenda sit nec ne defuncti hereditas, non putet sibi esse necessa-
riam deliberationem, sed adeat hereditatem uel sese immisceat, omni tamen modo inuen-
tarium ab ipso conficiatur, ut intra triginta dies post apertas tabulas uel postquam nota
ei fuerit apertura tabularum uel delatam sibi ab intestato hereditatem cognouerit numeran-
dos exordium capiat inuentarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat.
2a Et hoc inuentarium intra alios sexaginta dies modis omnibus impleatur sub praesentia
2b tabulariorum ceterorumque, qui ad huiusmodi confectionem necessarii sunt. Subscrip-
tionem tamen supponere heredem necesse est, significantem et quantitatem rerum et quod
nulla malignitate circa eas ab eo facta uel facienda res apud eum remanent, uel si ignarus
sit litterarum uel scribere praepeditur, speciali tabulario ad hoc solum adhibendo, ut pro
eo litteras supponat, uenerabili signo antea manu heredis praeposito, testibus uidelicet
adsumendis, qui heredem cognoscunt et iubenti ei tabularium pro se subscribere inter-
3 fuerint. Sin autem locis, in quibus res hereditariae uel maxima pars earum posita est,

*CRM*

[1] *c.* 19 *h. t.* [2] *non extat: cf. Zachariae Geschichte des griechisch-röm. Rechts p.* 164

2 in *om.* $M^a$ | eum *om.* *R* 3 denegare $RM^a$ 4 decurre $M^a$? | et lib. iud. *om.* $CR^a$ | suum $M^a$ | agenti $C^a$ 5 liber eam] liberam $R^a$ 6 adispiciatur $M^a$ | *s. a. Hal.* 8 idem] impr. iustinianus *S* | scimus] sc. autem *M* 9 quidem *om.* *C* | delatam $R^a$ 11 impositis $C^a$? | diuius $M^a$ 12 ad] et $R^a$ 13 quas] quatenus $M^a$ | inuenerunt *R* 14 praefatorum $M^a$ 15 sacrat.] s. miles $M^a$ 18 proinuisum $R^a$ 20 nullam magna $R^a$ 23 eam *om.* $R^a$ | repudiaret *R* | cum omn. cred. *om.* $R^a$ 24 suspositus *R* | infixi $R^a$, infuxa *uel* inflixa $M^a$ 26 ei apert.] apert. *C* | mensium *CM* | spatia *R*, διαστήματος *B* 27 interuentario *R* | incircuitu $RM^a$? 28 honorosa $M^a$ 29 putet] potest $R^a$ 31 triginta] xx $R^a$ | ei nota *M* 32 hereditatem *om.* $M^a$ 33 defuctus $M^a$ 35 tabularum horum cet. $R^a$ 36 necessarium *RM* 37 remanet $CRM^a$, μένουσιν *B* 39 uenerabi $M^a$ | ante. *C* 40 interfuerit $M^a$ 41 locis] a l. $RM^a$

heredes abesse contigerit, tunc eis unius anni spatium a morte testatoris numerandum
damus ad huiusmodi inuentarii consummationem: sufficit enim praefatum tempus, etsi
longissimo spatio distant, tamen dare eis facultatem inuentarii conscribendi uel per se
4 uel per instructos procuratores in locis ubi res positae sunt mittendos. Et si praefatam
obseruationem inuentarii faciendi solidauerint, et hereditatem sine periculo habeant et
legis Falcidiae aduersus legatarios utantur beneficio, ut in tantum hereditariis creditoribus
4a teneantur, in quantum res substantiae ad eos deuolutae ualeant. Et eis satisfaciant, qui
primi ueniant creditores, et, si nihil reliquum est, posteriores uenientes repellantur et nihil
ex sua substantia penitus heredes amittant, ne, dum lucrum facere sperant, in damnum
incidant. sed si legatarii interea uenerint, et eis satisfaciant ex hereditate defuncti uel ex
5 ipsis rebus uel ex earum forsitan uenditione. Sin uero creditores, qui et post emensum
patrimonium necdum completi sunt, superueniant, neque ipsum heredem inquietare con-
cedantur neque eos qui ab eo comparauerunt res, quarum pretia in legata uel fideicom-
missa uel alios creditores processerunt: licentia creditoribus non deneganda aduersus lega-
tarios uenire · et uel hypothecis uel indebiti condictione uti et haec quae acceperint
recuperare, cum satis absurdum est creditoribus quidem suum ius persequentibus legitimum
auxilium denegari, legatariis uero, qui pro lucro certant, suas partes legem accommodare.
6 Sin uero heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in solutum
uel per dationem pecuniarum satis eis fecerint, liceat aliis creditoribus, qui ex anterioribus
ueniunt hypothecis, aduersus eos uenire et a posterioribus creditoribus secundum leges
eas abstrahere uel per hypothecariam actionem uel per condictionem ex lege, nisi uolue-
7 rint debitum eis offerre. Contra ipsum tamen heredem, secundum quod saepius dictum
8 est, qui quantitatem rerum hereditariarum expenderit, nulla actio extendatur. Sed nec aduer-
sus emptores rerum hereditariarum, quas ipse uendidit pro soluendis debitis uel legatis,
uenire alii concedatur, cum satis anterioribus creditoribus a nobis prouisum est uel ad
9 posteriores creditores uel ad legatarios peruenientibus et suum ius persequentibus. In
computatione autem patrimonii damus ei excipere et retinere, quidquid in funus expendit
uel in testamenti insinuationem uel inuentarii confectionem uel in alias necessarias
causas hereditatis approbauerit sese persoluisse. sin uero et ipse aliquas contra defunctum
habebat actiones, non eae confundantur, sed similem aliis creditoribus per omnia habeat
10 fortunam, temporum tamen praerogatiua inter creditores seruanda. Licentia danda credi-
toribus seu legatariis uel fideicommissariis, si maiorem putauerint esse substantiam a
defuncto derelictam, quam heres in inuentario scripsit, quibus uoluerint legitimis modis
quod superfluum est approbare, uel per tormenta forsitan seruorum hereditariorum secun-
dum anteriorem nostram legem, quae de quaestione seruorum loquitur[1], uel per sacramen-
tum illius, si aliae probationes defecerint, ut undique ueritate exquisita neque lucrum

*CRM*

---

[1] 2, 58, 1

---

1 contignerit $M^a$ | numerandum *om.* $M^a$ 2 ad] ab $R^a$ 3 longissimis spatiis *C* | stant $R^a$ 4 curatores $M^a$ | res] re $R^a$ 5 et hereditatem *om.* $M^a$ 6 ut] et *R*, ** $M^a$ | hereditatis *RM* 7 satisfaciat *R* 8 repellatur $M^a$ 10 interuenerint $R^a$, interea uene**** $M^a$ | satisfaciat $M^a$ 11 eorum $CM^a$ 12 nectum $C^a$, necdum si $R^aM^a$? 13 pretia] praecipua $R^a$ 14 licentia] lic. a $R^a$ | diemneganda $R^a$ 17 uero] ueo $M^a$? | legi***commodare $C^a$, leges accommodare $C^b$, leg** accommodare $M^a$ 18 uero] autem *R* | solidum $CR^aM^a$ *et ita legit* τὸ κατὰ πόδας *in tractatu de creditis* (*Heidelb. Jahrb.* 34 *p.* 551 *et B uol.* 5 *p.* 918) εἰς ὁλόκληρον 19 eis fecerint] effecerint *R*, αὐτοῖς ποιήσωσιν τὸ κ.π. | liceat] liceat eis liceat $M^a$ | qui ex ant. uen. hyp.] hyp. uen. $R^a$: qui *et* ueniunt *om.* τὸ κ.π.: ἐξέστω τοῖς ἄλλοις δανεισταῖς ἐκ προγενεστέρων ὑποθηκῶν κατὰ τούτων τῶν πραγμάτων ἐλθεῖν 20 legem $C^a$, τοὺς νόμους τὸ κ.π. 21 nisi] enim $R^a$ 22 sepis $R^a$ 23 hereditarium $R^aM^a$? | expenderit ... 24 hereditariarum *bis* $C^aM^a$ 24 hereditarium $R^aM^a$ | uendit *R*, uendi*** $C^a$, uendidit debito (*emend.* debitor) $M^a$ 25 alicui *R* | concedantur *M* 26 ad leg.] leg. *R*, in ad leg. $M^a$ 27 ei *om.* $M^a$ 28 insinuatione *CR* | confectione $CR^b$ | in *om.* *R* 29 adprobauerint $M^a$ | sese] se *M* | persoluisset *R* 30 habeat $M^a$ | hae *M* | habe*at $R^a$, habeant $M^a$ 33 inuentario heres (*om.* in) *R*, in *om.* $C^aM^a$ | legitimis *om.* $R^a$ 34 uel *om.* $M^a$ 36 illis $R^a$ | ut] et *R* | inquisita *R*

neque damnum aliquod heres ex huiusmodi sentiat hereditate: illo uidelicet obseruando,
ut, si ex hereditate aliquid heredes subripuerint uel celauerint uel amouendum curauerint,
postquam fuerint conuicti, in duplum hoc restituere uel hereditatis quantitati computare
11 compellantur. Donec tamen inuentarium conscribitur, uel si res praesto sint, intra tres
menses, uel si afuerint, intra annale spatium secundum anteriorem distinctionem, nulla
erit licentia neque creditoribus neque legatariis uel fideicommissariis eos inquietare uel ad
iudicium uocare uel res hereditarias quasi ex hypothecarum auctoritate uindicare, sed sit
hoc spatium ipso iure pro deliberatione heredibus concessum, nullo scilicet ex hoc inter-
uallo creditoribus hereditariis circa temporalem praescriptionem praeiudicio generando.
12 Sin uero, postquam adierint uel sese immiscuerint, praesentes uel absentes inuentarium
facere distulerint, et datum iam a nobis tempus ad inuentarii confectionem effluxerit, tunc
ex eo ipso, quod inuentarium secundum formam praesentis constitutionis non fecerunt, et
heredes esse omnimodo intellegantur et debitis hereditariis in solidum teneantur nec legis
13 nostrae beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerunt. Et haec quidem de
his sancimus, qui deliberationem nullam petendam curauerint, quam putamus quidem peni-
tus post hanc legem esse superuacuam et debere ei derogari: cum enim liceat et adire
hereditatem et sine damno ab ea discedere ex praesentis legis auctoritate, quis locus delibe-
13*a* rationi relinquitur? Sed quia quidam uel uana formidine uel callida machinatione pro
deliberando nobis supplicandum esse necessarium existimant, quatenus eis liceat annale
tempus tergiuersari et hereditatem inspicere et alias contra eam machinationes excogitare
et eandem deliberationem flebilibus adsertionibus repetita prece saepius accipere: ne quis
nos putauerit antiquitatis penitus esse contemptores, indulgemus quidem eis petere delibe-
rationem uel a nobis uel a nostris iudicibus, non tamen amplius ab imperiali quidem cul-
mine uno anno, a nostris uero iudicibus nouem mensibus, ut neque ex imperiali largitate
aliud tempus eis indulgeatur, sed et, si fuerit datum, pro nihilo habeatur: semel enim et
14 non saepius eam peti concedimus. Sin autem hoc aliquis fecerit et inuentarium con-
scripserit (necesse enim est omnimodo deliberantes inuentarium cum omni subtilitate facere),
non liceat ei post tempus praestitu*tu*m, si non recusauerit hereditatem, sed adire maluerit,
nostrae legis uti beneficio, sed in solidum secundum antiqua iura omnibus creditoribus
14*a* teneatur. Cum enim gemini tramites inuenti sunt, unus quidem ex anterioribus, qui delibe-
rationem dederunt, alter autem rudis et nouus a nostro numine repertus, per quem et
adeuntes sine damno conseruantur, electionem ei damus uel nostram constitutionem eligere
et beneficium eius sentire uel, si eam aspernandam existimauerit et ad deliberationis auxi-
lium conuolauerit, eius effectum habere: et si non intra datum tempus recusauerit heredi-
tatem, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur et non secundum modum patri-
monii, sed etsi exiguus sit census hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari,
14*b* et sibi imputet, qui pro nouo beneficio uetus elegit grauamen. Et ideo et in ipsam delibe-
rationis dationem et diuinum rescriptum super hoc promulgandum hoc adici uolumus, ut
sciant omnes, quod omnimodo post petitam deliberationem, si adierint uel pro herede
gesserint uel non recusauerint hereditatem, omnibus in solidum hereditariis oneribus
14*c* teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberatio- [Πέρα 16, 18 (= B uol. 5 p. 918)]
nem quidem petierit, inuentarium autem minime conscripserit et uel adierit hereditatem

*CRM*

1 aliquid $R^a$, *inc.* $M^a$ 2 admouendum *CR*, ammouendum *M* 3 postquam] quam $M^a$ | conuincti $M^a$ | quantitatem *R* 5 abfuerint $C^b RM^b$, a..fuerint $M^a$ | annalem $C^a$ 6 erit] ei $CM^a$? 7 res *om.* $M^a$ | ex *om.* *R* 10 sese] se *M* 11 conuentionem *C*, conuectionem $M^a$? 13 omnimo *M* 14 censerunt $R^a$, consuerunt $M^a$ 15 his] eis *C* | sancximus *C* 16 enim *om.* $M^a$ 17 deliberationis *RM* 18 callidita $M^a$ 18 esse nec.] *CM*, nec. nobis $R^a$, nec. nobis esse $R^b$ | ei *R* 20 uersari tergi $C^a$ | eam] eas $R^a$ 21 fidelibus $R^a$ | sepis $R^a$ 23 amplis $R^a$ 24 anno *om.* $M^a$ 26 sepis $R^a$ | aliquid $M^a$ 27 necesse enim est] nec enim esse $R^a$ | deliberantis $M^a$, deliberantem $M^b$ 28 praestitum *CRM* 30 teneantur $M^a$ 31 dederit $R^a M^b$ | alter autem] alte *M*? | nomine $CRM^a$ | et *om.* $M^a$ 33 aspernendam $RM^b$ | existimauerint *M* 34 conuolauerint *M* | affectum *RM* | recusauerint *M* 35 teneantur *M* 36 etsi] si $R^a$ | eum] eos $M^a$ | toto *R* 37 eligit *C* | in *om.* *M* 38 d..ationem $R^a$, ..dacionem $M^a$ 39 uel *om.* $R^a$ 41 quis] quae *R* 42 et *om.* *R*

uel minime eam repudiauerit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis
14*d* Falcidiae beneficio minime utatur. Quod si post deliberandum recusauerit inuentario minime conscripto, tunc res hereditatis creditoribus uel his qui ad hereditatem uocantur legibus reddere compelletur, quantitate earum sacramento res accipientium mani- [(Πεῖρα)]
15 festanda, cum taxatione tamen ab iudice statuenda. Notissimum autem est ex hac constitutione, quae omnes casus continet, nostris constitutionibus iam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum alteri et Gordianae constitutionis sensus continebatur.
16 Cum enim ampliore tractatu habito melior exitus inuentus est et tribus constitutionibus in unum congregatis unus apparet et in milites et in alios omnes iuris probabilis articulus, quapropter ex anterioribus inquietari nostro subiectos imperio patimur? scilicet ut milites, etsi propter simplicitatem praesentis legis subtilitatem non obseruauerint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditat*e* inuenerint. quam, patres conscripti, in huiusmodi casibus in posterum obtinere sancimus. D. V K. DEC. POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

# XXXI

## ℞ DE REPVDIANDA VEL ABSTINENDA HEREDITATE ℞

1 IMP. ANTONINVS A. MVCIANO. Si paterna hereditate *te* abstinuisse con- [B 35, 14, 111] stiterit et non ut heredem in domo, sed ut inquilinum uel custodem uel ex alia iusta ratione habitasse liquido fuerit probatum, ex persona patris conueniri te procurator meus prohibebit. PP. ID. Iul. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

2 IDEM A. SEVERO. Si paterna hereditate abstinuisti, non ideo, quod a cre- [B 35, 14, 112] ditoribus fundos comparasti, si modo id bona fide fecisti, a posterioribus, qui sub isdem obligationibus pecuniam patri crediderint, iure conueniris. PP. V K. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

3 [1]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. THEODOTIANO. Suus [B 35, 14, 113] heres exceptione pacti[2], qui testamentum iniustum adseuerans postea nihil se de paterna successione petiturum non ex causa donationis, sed transigendi animo in iure professus est, cum respuere quaesitam nequiret hereditatem et transactio nullo dato uel [2, 4, 38] retento seu promisso minime procedat, submoueri non potest. SINE DIE CC. [(2, 4, 38)] CONSS.[3] a. 294

4 IDEM AA. ET CC. MODESTINO MILITI. Sicut maior quinque et uiginti [B 35, 14, 114] annis, antequam adeat, delatam repudians successionem post quaerere non potest, ita

*P* (31 ℞ 1. 2. 4) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 2, 6, 4. 6, 19, 1 [2] exceptione pacti *del.* (*Mommsen*) [3] S. VIII k. Ian. Nicomediae CC. conss. *l. gem.*

---

1 eam *om. R* | creditoribus] τοῖς δανειστεῖς καὶ λεγαταρίοις εἰς ὁλόκληρον κατεχέσθω *Πεῖρα* (κ.π.) | solido $M^a$ 3 res *om.* $M^a$ 4 compellitur $M^a$ | eorum $C^a R^a M^b$ 6 omnis $R^a$ | nostris] a n. $R^a$ | hisdem capitulis *R*, eodem capitulo *C* 7 altera $C^a M^a$ 8 tractu $M^a$ 9 omnis *R* | articulis *R* 10 patimur] $M^a$, non p. $CRM^b$ 11 obseruauerit $M^a$ 12 quantum] in qu. *R* | hereditatem *CRM* 13 abstinere *R* | *s. a. Hal.* | *Dictatum de consiliariis* (*Haenel, Iuliani Epitome p.* 200) *ad c.* 22 *his uerbis remittit:* lege ... constit. de inuentario sub tit. de iure deliberandi ultimam latinam ad senatum: *unde collegerunt uiri docti in fine tituli adfuisse Graecam uel Graecas constitutiones. quod iam refutant B, in quibus secundum Tipucitum c.* 22 *continuo sequuntur indices tituli sequentis. ille autem iuris consultus Latinam eam esse non ob aliam causam praedicauit, nisi quod simul Graecas complures citauit* 16 hereditate uel abstinenda *R* 17 antonius *M* | monano *M* | te abst.] $R^b M^b$, abst. $PL^a R^a M^a$, abst. te $L^b C$ 18 herede *R* 19 conuenire *L* 20 prohibet *R*, prohib.. $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | id.] iii k. *PL* 21 idem] impr. idem *S*, imp. antonius *M* | aa. $P^a L$ | sauino *R* (*ex u.* 20), mutiano *M* (*ex u.* 17) | hereditate] h. te *C* 23 conuenires $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | pp.] s. pp. *Hal.* | v] iii *PL* | laeto ... 24 conss.] leton. *PL* 24 cereali *Hal.* 25 et cc. *om. RM* | theodatiano *S*, theodosiano *M* 28 nulla data $M^a$ 29 seu] siue *R* | non] minime *R* | *s. a. Hal.* 31 idem] impp. dioc. et max. *PLM* | et cc. *om. RM* | deestino *M* | militi *om. SCR* 32 repudiet *R*

quaesitam renuntiando nihil agit, sed ius quod habuit retinet nec, quod confessos pro
iudicatis haberi placuit, ad uocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem
deberi confitentem pertinet. S. V K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

5 [1]IDEM AA. ET CC. CLAVDIANAE. Pupillorum repudiatio delatae heredi- | B 35, 14, 115
tatis sine tutore auctore facta nihil eis nocet. S. PRID. K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

6 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Si quis suus recusauerit paternam here- | B 35, 14, 116
ditatem, deinde maluerit eam adire, cum fuerat indistincte ei permissum, donec res paternae
in eodem statu manent, hoc facere et post multum tempus licebat ei ad eandem heredi-
tatem redire, hoc corrigentes sancimus, si quidem res iam uenumdatae sint, ut nullus
1 aditus ei ad hereditatem reseruetur: quod et antiquitas obseruabat. Sin autem res alie-
natae non sint, si quidem maior annis constitutus est et tempora restitutionis nulla ei
2 supersint, intra trium annorum spatium tantummodo huiusmodi ei detur licentia. Sin
autem uel minor est uel in utili tempore constitutus, tunc post completum quadriennium,
quod spatium pro utili anno qui restitutionibus dabatur praestitum est, aliud triennium ei
indulgeri, intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hereditatem et suam
3 abdicationem reuocare. Quo tempore transacto nullus aditus penitus ad paternam heredi-
tatem ei reseruetur, nisi forte adhuc in minore aetate eo constituto res uenditae sunt.
tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem et res
recuperare et creditoribus paternis satisfacere. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST
CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. ANNO SECVNDO. a. 532

# XXXII

# QVEMADMODVM APERIANTVR TESTAMENTA ET INSPICIANTVR ET DESCRIBANTVR

1 IMP. ALEXANDER A. PROCVLAE. Vt testamentum, quod dicis factum, pro- | B 35, 6, 12
feratur et publice recitetur, competens iudex iubebit. PP. II K. APRIL. MAXIMO II ET
AELIANO CONSS. a. 223

2 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ALEXANDRO. Testamenti tabulas | B 35, 6, 13
ad hoc tibi a patre datas, ut in patri*a* proferantur, adfirmans potes illic proferre, ut
secundum leges moresque locorum insinuentur, ita scilicet, ut testibus non praesentibus
adire prius uel pro tribunali uel per libellum rectorem prouinciae procures ac permittente
eo honestos uiros adesse facias, quibus praesentibus aperiantur et ab his rursum obsignentur.
PP. XII K. IAN. MAXIMO II ET GLABRIONE CONSS. a. 256

*P* (31. 32 R 1) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 6, 58, 6

---

1 quaesita $M^a$ | ait $R^a$ | confessus $C^a$ 2 habere *C* | sed ad] sed $M^a$ | quantitatem certam *CRM* 3 *s. a. Hal. PL* | s. *om. PL* | aa. conss.] a. et css. *P*, a. conss. *L* 4 a. et c. *S*, et cc. *om. PLCRM* | claudio *S*, claudiae $L^a$ 5 *s. a. Hal. PL* | s.] d. *L*, *om. P* | prid.] II *Hal.* 6 iustianus *P*, iustinus $M^a$ | iohantem *C* | pp.] p. *M*, *om. C* | suus] filius suus *C* 7 ei indistincte *R* 8 remanent $C^aM$, permaneant *R*, remanerent $C^b$ | ad *om.* $P^a$ 9 iam res *R* | uenditae *CRM* | sunt *R* 10 reseretur *PL* | obseruabit $P^a$ | res *om. R* 11 non *om.* $P^aL^a$ | eis $P^a$ 12 spatium tantumm. huiusmodo ei detur *L*, tantumm. sp. hui. ei d. *CM*, sp. hui. d. ei tantumm. *R* | licetia *L* 13 in *om.* $R^a$ 14 qui] quibus $L^a$ | restitutiobus $P^a$ | praestitutam *C* 15 indulgere *R* | et … 18 hereditatem *bis* $R^a$ | et] ei *uel* es $P^a$, et ad *R* 16 addicationem $P^a$ | nullis $P^a$, nullius $L^v$ | pater $M^a$ | ei hereditatem *C* 17 eo *om.* $CM^a$ 18 degatur $M^a$ 19 *s. a. Hal. PL* | d.] datur $L^a$ | constant. post cons.] cpp. *L* 20 lampadi et oresti *P*, lamp. et hor. *L* | uu. *om. L* | anno secundo *om. Hal.* (*suppl. in emendd.*) 23 et scrib. *R*, ac describ. *M* 24 imp. … proculae] imp. a. pro $M^a$? 25 publice] in publice (—co$M^b$) *M* | *s. a. Hal. PL* | II] prid. *PL* | maximo … 26 conss. *om. L* 27 ualentinianus *S*, ualerius *R*, ualentinus *M* | gallienus] ualerius *M* | alexandro] aristoteri p. *M* 28 patria] *scripsi cum B* ἐπὶ τῷ ἐν τῇ πατρίδι αὐτὴν ἐμφανίσαι, patriam *libri* | proferatur $M^a$ | adfirmas $M^a$? 30 per *om.* $R^a$ 32 *s. a. Hal.*

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. *et CC.* Aristoteli. Eius, [B 35, 6, 14] quod ad causam nouissimi patris uestri iudicii pertinet, de calumnia tibi iuranti praeter partem, quam aperiri defunctus uetuit uel ad ignominiam alicuius pertinere dicitur, inspiciendi ac describendi praeter diem et consulem tibi rector prouinciae facultatem fieri iubebit. D. vi k. Mai. CC. conss. a. 294

4 [1]Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. ad Hesperivm pp. [B 35, 6, 15] Codicillos seu scripturam quolibet tenore formatam ea oportebit obseruatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur. D. iii k. Avg.[2] Mediolano Avsonio et Olybrio conss. a. 379

## XXXIII

## ℞ DE EDICTO DIVI HADRIANI TOLLENDO ET QVEMADMODVM SCRIPTVS HERES IN POSSESSIONEM MITTATVR ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Lvcillo. Cum inter institutum et sub- [B 35, 19, 1] stitutum controuersia moueatur, eum, qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. PP. xii k. Dec. Dextro et Prisco conss. a. 196

2 Imp. Alexander A. Evtacto. Quamuis quis se filium defuncti praeteritum [B 35, 19, 2] esse adleget aut falsum uel inofficiosum testamentum seu alio uitio subiectum uel seruus defunctus esse dicatur, tamen scriptus heres in possessionem mitti solet. PP. vi k. Nov. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

3 [3]Imp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Edicto diui Hadriani, quod sub occasione uicesimae hereditatum introductum est, cum multis ambagibus et difficultatibus et indiscretis narrationibus penitus quiescente, quia et uicesima hereditatis a nostra recessit re publica, antiquatis nihilo minus et aliis omnibus, quae circa repletionem uel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt, sancimus, ut, si quis[4] ex asse uel ex parte competenti iudici testamentum ostenderit non cancellatum neque abolitum neque ex quacumque suae formae parte uitiatum, sed quod prima figura sine omni uituperatione appareat et depositionibus testium legitimi numeri uallatum sit, mittatur quidem in possessionem earum rerum, quae testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, et eam
1 cum testificatione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit, tunc in iudicio competenti causae in possessionem missionis et subsecutae contradictionis uentilentur et ei possessio adquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit, siue
2 qui missus est siue qui antea detinens contradicendum putauit. Nullis angustiis temporum huiusmodi missione coartanda, sed siue tardius siue praemature aliquis missus est, legis

*P* (32. 33 ℞ 1. 2) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *fortasse iungenda est Th.* 8, 18, 6 [2] d. prid. k. Aug. acc. iiii k. Sept. *Th.* 8, 18, 6
[3] *iunge* 6, 23, 27 [4] heres scriptus *uel simile quid desideratur* (*u. i.*)

---

1 et cc. *om. SCRM* | aristoliae *R*, aristoboli *M* 3 aperire *M*ᵃ 5 *s. a. Hal.* 6 impp. *PLCR* | ualerius *M*, et ual. *R* | aaa.] aa. *CR*, *om. M* | sperium *S*, herium *PL*, uesperium *R*, liberium *M* 7 pp.] p. *M* | firmatam *PL*ᵃ*M*ᵇ 8 *s. a. Hal. PL* | mediolani *Hal.* 9 olybrio] olbo *PL* 11 dicto *R*ᵃ 12 scriptus] sumptus *R*ᵃ | possessionem] *S*, possessione *PLCRM* 13 nitatur *M*ᵃ 14 lucillo *om. R*, *deficit M* | institutum] stitutum *M*ᵃ 16 *s. a. Hal. PL* | xii] xiii *PL* | dexto *P*ᵃ 17 eustatio *S*, etacto *C*, eutactato *R* | se quis *PL* 18 falso *R*ᵃ | alii *R* 19 esse *om. M*ᵃ | possessione *R* | *s. a. Hal. PL* 21 a. *om. M* | iulio *R* | pp.] p. *M*, *om. R* | diu *M*ᵃ 22 hereditatium *C*ᵃ, hereditati *M*ᵃ | introductum est] • *R*ᵃ 23 a] *C*, ex *R*, et *M*ᵃ, et a *M*ᵇ 24 antiquitatis *R*ᵃ 25 promulgati *R* | quis] que *R*ᵃ | parte] parte institutus heres *M*ᵇ 26 formae suae *R* 29 fuerint *M* 30 existerit *CM*ᵃ 31 contradictionis ... 32 modis *om. R*ᵃ 32 legitimi *M*ᵃ | ostendit *M*ᵃ 33 omissus *R*ᵃ | nullus *M*ᵃ 34 missionem cohartandam *C*ᵃ, missione co•tarda *M*ᵃ | aliquis ... *p.* 568, 1 contradictio *om. R*ᵃ

tantummodo arbitrium requiratur et causa, unde uel missio uel contradictio exoritur.
3 Siue enim post annale tempus siue post maioris aeui curricula aliquis fuerit missus, si tantum ex legitime formato testamento missio procedat, nullum ei temporis obiciatur obstaculum, nisi tantum temporis effluxerit, quod possit uel possessori plenissime securitatem
4 et super dominio praestare, uel ipsi qui missus est omnem intentionem excludere. Si enim uel ex una parte uel ex utroque latere temporis prolixitas occurrit, manifestissimum est non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. D. XII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC.[1] a. 531
4 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## XXXIIII

## ℞ SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROHIBVERIT VEL COEGERIT ℞

1 [2]IMP. ALEXANDER A. SEVERAE. Ciuili disceptationi crimen adiungitur, si [B 35, 4, 4] testator non sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo qui heres est institutus, uel quoslibet alios[3] quos noluerit scripserit. S. XV K. IAN. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. NICAGORAE. Eos, qui, ne testa- [B 35, 4, 5] mentum ordinetur, impedimento fuisse monstrantur, uelut indignas personas a successionis compendio remoueri celeberrimi iuris est. PP. K. IAN. DIOCLETIANO II ET ARISTOBVLO CONSS. a. 285

3 IDEM AA. ET CC. EVTYCHIDI. Iudicium uxoris postremum in se prouocare [B 35, 4, 6] maritali sermone non est criminosum. D. V K. IAN. CC. CONSS. a. 294

4 *Αὐτοκράτωρ Ζήνων Α.*

Ἐάν τις κωλύσῃ τινὰ διαθέσθαι ἢ ἀρξάμενον αὐτὸν διατίθεσθαι κωλύσῃ πληρῶσαι [B 35, 4, 7] τὴν διαθήκην, κατέχεται μὲν καὶ τῷ ζημιωθέντι προφάσει τῆς κωλύσεως, καὶ εἴ τι δὲ ἄλλο περισσεύσει, δημόσιον ἔσται καὶ αὐτὸς ἐν ἐξορίᾳ τὸν λοιπὸν βίον διατελέσει.

D. III K. IVN. CONSTANTINOPOLI ZENONE A. *CONS.* a. 479

*P* (34) *L* (*ut P*) *CRM:* 34, 4 *dedi ad indicem B*

---

[1] D. XV k. Apr. Constantinopoli Lampadio et Oreste uu. cc. conss. (6, 23, 27)? [2] *iunge* 7, 45, 4 [3] *idem legerunt Graeci* (*u. i.*): uel quolibet alio (*M*[b])?

---

1 uel missio] missio *M*[a] | exoriatur *M*[a] 3 ei *om. CM*[a] 4 tempori *R*[a] 5 et *om. CR*[b]*M*[b] | domini *M*[a] | intentionem *om. M*[a] 6 utroque] alia utroque te (te *del. R*[b]) *R*, utraque *M*[a] | manifestum *R* 7 ipsam *om. R*[a] | posita *R*[c], positam *M*[a] | *s. a. Hal.* 9 const. graeca *C Vindob.* 2268 11 testare *SM*[a] | prohibetur *M*[a] 12 cogerit *RM* 13 seuero *M* | discreptioni *R*[a] 14 qui] quii *R*[a] | institutis *P*[a] 15 a (a *om. M*) quolibet alio *P*[b]*L*[a]*M*[b], quolibet (*om.* alios) *P*[a]: ὁ ἀναγκάσας τινὰ ἢ ἑαυτὸν ἢ ἕτερόν τινα γράψαι *B* | *s. a. Hal. PL* | s. *om. PL* | ian. *om. PL* | III et d. conss.] et cos. *Hal.* 17 nicogore *R*, nitigone *M* | ne test.] ut non test. *PL*, ut test. *R*[a], ut test. non *R*[b], •• test. *M*[a], ut ne test. *M*[b] 18 impedimentum *CR* | fecisse *C* | monstantur *P*, monstratur *L*[a] | uelut] ut *M* | a *om. M* | successione *P*[c]*L*[c] 19 *s. a. Hal. PL* | arestoullo *P*, arestouilo *L* 21 et cc. *om. R* | tutichi *M* | prouocari *C* 22 maritum *P*[c]*L*[c] | *s. a. Hal. PL* | d. *om. PL* | conss. *om. et subscriptionem c.* 4 *subiungunt PL* 23 const. graeca *C: inscriptionem suppleui ex subscriptione* 24 *indicem Thalelaei* (= *B*) *tradunt Synopsis p.* 213 *Attaliotes* 32, 7 *et liber Paris.* 1367 25 καὶ τῷ] τῷ *Attal.* | κωλύσεως] κωλ. ἤτοι (ἤτοι *om. Par.*) τῷ μέλλοντι γράφεσθαι κληρονόμῳ ἢ ληγαταρίῳ, εἰ μὲν οὕτως ἐκώλυσεν (εἰ μὴ οὗτος ἐκώλυσεν *Attal.*) *Attal. Paris.*: ὁ τοῦτο ποιῶν ἐξορίζεται καὶ τὸ ἀζήμιον ποιεῖ τῷ μέλλοντι γραφῆναι κληρονόμῳ *BΣ* 35, 4, 4 | δὲ *om. Attal.* | περισσεύει *Attal.* 26 δημόσιον ... διατελέσει (καταλύει *Attal.*)] δημεύεται καὶ ἐξορίζεται καὶ αὐτὸς *Syn.*: *quae sequuntur in Attal. Paris.*: καὶ ὅσα ἂν μετὰ τὴν ἔκτισιν τούτων αὐτῷ περιλειφθῇ, δημεύεται (δημεύεται *om. Paris.*), *eorum quae praemittuntur explicationem esse recte adnotatur in Par.* 27 *s. a. PL* (*u. ad u.* 22) | cons. *om. PL*

## XXXV

# ℞ DE HIS QVIBVS VT INDIGNIS AVFERVNTVR ET AD SENATVS CONSVLTVM SILANIANVM ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Celeri. [B 35, 16, 26 Synopsis A 58, 7 cf. Dig. 5, 3, 20, 12]
Heredes, quos necem testatoris inultam omisisse constitit, fructus integros cogantur reddere.
neque enim bonae fidei possessores ante controuersiam illatam uidentur fuisse, qui debitum
1 officium pietatis scientes omiserint. Ex hereditate autem rerum distractarum uel a debi-
2 toribus acceptae pecuniae post motam litem bonorum usuras inferant. Quod in fructibus
quoque locum habere, quos in praediis hereditariis inuentos aut exinde perceptos uendi-
3 derint, procul dubio est. Vsuras autem semisses dependere satis est. D. xv k. April.
Cilone et Libone conss. a. 204
2 Idem AA. Vero. Polla quidem liberam habuit administrandi patrimonii [B 35, 16, 27]
sui potestatem nec idcirco, quod pupillus illi heres extitit, ea quae ab ipsa finita sunt
1 reuocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli nomine falsum dicere uis testamentum,
de quo per Pollam transactum est, potes experiri, dum memineris, si in causa non obti-
nueris, et portionem, quam ex eo testamento pupillus habet, te ei saluam facturum, quam
adimi pupillo necesse erit secundum iuris formam, et de calumnia tua praesidem delibera-
turum, quamuis pupilli nomine agere uidearis, cum retractas ea quae finita sunt per cohe-
redem. PP. vii k. Mai. Antonino A. iii et Geta iii[1] conss. a. 208
3 Imp. Alexander A. Antiochiano. Si ea quaestio infertur filiis eius, [B 35, 16, 28]
quam consobrinam tuam dicis, quod tabulae testamenti patris eorum, qui a familia inter-
fectus dicebatur, priusquam quaestio de seruis haberetur, apertae et recitatae sunt, propter
amplissimi ordinis consultum hereditas a fisco uindicatur et ideo agi causa apud procura-
torem meum debet, quia non eo tempore pupilli fuerunt. PP. ii non. April. Alexandro
A. cons. a. 222
4 Idem A. Philomvso. Hereditas in testamento data per epistulam uel codi- [B 35, 16, 29]
cillos adimi non potuit. quia tamen testatrix uoluntatem suam non mereri unum ex here-
dibus declarauerat, merito eius portio non iure ad alium translata fisco uindicata est.
libertates autem in eadem epistula datae peti poterunt. PP. ii k. Dec. Maximo ii et
Aeliano conss. a. 223
5 Idem A. Tyranno. Non oportet ut indignis heredibus successiones auferri [B 35, 16, 30]
praetextu, quod in sepultura supremis defunctorum obtemperatum non fuisset. PP. vii
id. Mart. Ivliano et Crispino conss. a. 224
6 Idem A. Venvsto et Clementino. Minoribus quinque et uiginti annis [B 35, 16, 31]
1 heredibus non obesse crimen inultae mortis placuit. Cum autem uos etiam accusationem
pertulisse et quosdam ex reis punitos proponatis, licet is qui mandasse caedem dicitur

*$A^{ul}$* (35 ℞) *P* (35 ℞ 1. 6) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] Geta C. ii?

2 ut] hereditates ut *C* | indignus *M* | auferentur *$P^a$*, auferantur *R*, uffe***tur *$M^a$*, aufertur *$M^b$* | et *om. R* 3 silaniarum *S*, saltuanum *$P^a$*, siluianum *C*, salanianum *R*, sullanianum *$M^a$?* 5 omisse *$M^a$* | coguntur *PL* 6 uiderentur *$CR^a$* 10 *s. a. Hal. PL* 11 chilone *Hal.* 12 uero polla] uerosole polla *R*, uiro polle qolla $M^a$ 13 potestatem] facultatem *R* | illi *om. $M^a$* | exiuit *$M^a$* 14 disceptatione *C* | uis dicere *$CM^b$*, iudicem *$M^a$?* 15 per] propter *$M^a$* 16 te *om. C, inc. $M^a$* 17 necesserit *$M^a$* | liberaturum *$M^a$* 19 *s. a. Hal.* 20 a. *om. M* | antochiano *RM* | fertur *$M^a$* 21 eorum *om. $R^a$* 22 dicebatur] est d. *$M^a$*, esse d. *$M^b$* | priusquamquam *$R^a$* | apertae] et ap. *M* 23 amplissimii *R* | a *om. R* | et *om. C* | causam *C* 24 meum *om. $R^a$* | pupilli] pro p. *$R^a$* | *s. a. Hal.* 26 filomono *S*, filomasio *C*, filiomoso *R*, moffo *M* | in *om. R* | testamento] te**amento *$R^a$* 27 unum] suam unam *$R^a$* 29 *uerba* libertates ... poterunt *ad c. 5 trahit $M^a$* | poterunt] puta*(u?)erunt *$R^a$*, potuerunt *$R^bM$* | *s. a. Hal.* 31 idem] imp. alexander *RM* | ranno *$R^a$* | successionis *$R^a$* | auferre *R* 32 sepulturas *R* | *s. a. Hal.* 33 et] ii et *Hal.* 34 idem] imp. alex. *PL* | et *om. R* | plementino *PL* | quique *$M^a$* 35 accusationes *R* 36 reis] eis *$C^aR$*

pronocauerit, uereri non debetis, ne quam hereditatis paternae a fisco meo quaestionem
2 patiamini. conuenit enim pietati uestrae respondere causam appellationis reddenti. Quod
si maioris aetatis fuissetis, etiam ex necessitate prouocationis certamen implere deberetis,
ut possitis adire hereditatem. PP. XV K. IVL. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

7 IDEM A. VITALIAE. Si ideo ultio necis testatoris non est desiderata, quia [B 35, 16, 32]
caedis auctores reperiri non potuerunt, obesse heredibus, in quo nulla eorum culpa detegitur, non oportet. PP. ID. MART. LVPO ET MAXIMO CONSS. a. 232

8 IMP. GORDIANVS A. TATIAE. Alia causa est eius, qui falsi [B 35, 16, 33 Synopsis A 58, 8]
instituta accusatione ad finem usque quod insimulabat perduxit et contrariam sententiam
meruit, alia eius, qui inchoatam accusationem non pertulit, cum in illius quidem partem
succedat fiscus, hic autem, qui contrariam iudicis sententiam non sustinuit, suae partis
non perdat persecutionem. PP. XV K. FEBR. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

9 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AELIANAE. Cum fratrem tuum [B 35, 16, 34]
ueneno peremptum esse adseueras, ut effectus successionis eius tibi non auferatur, mortem
eius ulcisci te necesse est. licet enim hereditatem eorum, qui clandestinis insidiis pereuntur, hi qui iure uocantur adire non uetantur, tamen, si interitum non fuerint ulti, successionem obtinere non possunt. PP. TIBERIANO ET DIONE CONSS. a. 291

10 IDEM AA. ET CC. SILVANAE. Sororem fratris necem iure licito uindi- [B 35, 16, 35]
1 cantem euincere ab uxore scripta recte successionem non conuenit. Secundum quae, si
fiduciam innocentiae geris et neque dolo malo tuo maritum necatum neque alias indignam
te successione posse probari confidis, aduersus omnem calumniam maximam habes securitatem. D. XII K. MAI. SIRMI CC. CONSS. a. 294

11 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Cum Silanianum senatus consultum et [B 35, 16, 36]
a nobis tam laudandum quam corroborandum est nec non diui Marci oratio, quae circa id
facta est, inuenimus autem in ea nullam mentionem libertatis factam et ueteres mouit
quaedam de libertatibus relictis in testamento necati testatoris quaestio, necessarium nobis
1 uisum est etiam haec dirimere. Ii enim, qui libertate fuerant in hoc testamento donati,
et[1] si eam accepissent, lucrum, quod eis in medio accidit, poterant sibi adquirere, interea
autem procrastinatione propter necis uindictam habita hoc minime ad eos peruenit et
2 postea in libertatem deducti periclitabantur. Ne medium tempus fuerit eis damnosum, et
maxime si ancillae in medio pepererint et postea hereditas adita sit, bellissimum nobis
uidetur diui Marci prudentissimi principis orationem et in libertatibus producere, ne princeps philosophiae plenus aliquid uideatur imperfectum sanxisse: sed ita in hereditatibus et
in legatis et in fideicommissis et maxime in libertatibus, quas semper philosophia amplectitur, extendatur eius oratio, ut et lucrum quod in medio accidit eis post libertatem acceptam
restituatur et partus liber et ingenuus esse intellegatur nullaque machinatione huiusmodi
praepeditio damnum aliquod inrogare concedatur et libera eorum posteritas, si in medio
3 fuerint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequatur. Merito enim
nobis sanctissimi Marci per omnia constitutionem replere placuit: nihil etenim actum esse

*P* (35, 6...9) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] et *aut del. cum edd. aut ante* lucrum *collocandum*

---

1 nequaquam *LM*$^a$ 2 causam] *PL*, et c. *CRM* | quod] qua *P*$^b$*L*$^t$, *inc.* *P*$^a$ 3 debetis *PL*$^a$*C* 4 adire possitis (possetis *M*$^b$) *M* | *s. a. Hal. PL* | xii *PL* | III] ui *L* | diono *PL* 5 aa. *P*$^a$ | uitalianae *PL* 6 reperire *M*$^a$ | heredibus obesse *R*, oobesse her. *P*$^a$ 7 *s. a. Hal. PL* | mart. lupo et] a. *PL* 8 imp. gord. a.] idem a. et gord. a. *C*, idem a. et goto *R* | tatiae] *SCR*, ticiae *PLM* 9 quo *PL* | insimulabit *M*$^a$ 10 illis *P*$^a$ 11 iudicis sent. contr. *R* | non *om. PL* 12 *s. a. Hal. PL* | xii *L* | et *om. L* | auiola] auio. *P*, aino *L* 13 elitiae *M* 14 asseueres *L*$^a$ | ut *om.* *P*$^a$ | effectu *M*$^a$ 16 hii *R* 17 *s. a. Hal. PL* 18 aa. et cc.] a. *SR* | siluariae *M* 19 si *om.* *M*$^a$ 20 et *om.* *R*$^a$ | indignan *M*$^a$ 22 *s. a. Hal.* 23 pp.] p. *M* | scilianum *M*$^a$ 24 diu marcii *M*$^a$ 25 ea] eam *CM* 26 relictis *om.* *R*$^a$ 27 libertatem *R*$^a$?*M*$^a$ 30 periclitantur *R*$^a$, periclitabantur in rebus *M*$^a$ | ei *M* 31 peperint *R* 32 prudentissime *M*$^a$ 34 philosophi amplectuntur *R*, philosophiam plectitur *M*$^a$ 35 extendatur] et ext. *C* 36 ingenus esset *M*$^a$ 37 impeditio *R* | aliquid *R* | interrogare *R*$^a$ | eorum ... 38 fuerint ... subtracti] eius ... fuerit ... subtracta *C* | in *om.* *M*$^a$ 38 consequentur *R* | enim nobis *om.* *R*$^a$ 39 enim *R*

credimus, dum aliquid addendum superest. D. II K. MAI. CONSTANTINOPOLI POST CONSV-
LATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
12 IDEM A. IOHANNI PP. Talis de antiquo iure dubietas nostrae serenitati [B 35, 16, 37]
suggesta est propter senatus consultum Silanianum et seruos, qui supplicio adficiuntur sub
eodem tecto commorantes et non suum auxilium domino per insidias occiso praebentes.
ueteres enim certum non faciunt, qui intellectus de uerbis 'sub eodem tecto' significatur,
siue in eodem cubiculo siue in triclinio uel porticu uel in aula haec appellatio accipi
debeat, adicientes, si dominus in uia uel in agro fuerit interfectus, eos seruos puniri, qui
praesto erant et non auxilium ad prohibendum periculum praebuerunt, nulla distinctione
1 super qualitate praesentiae utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda
supplicia super neglegentia salutis domini sui amputantes sancimus omnes seruos, ex quo-
cumque loco siue in domo siue in uia siue in agro possint clamorem exaudire uel insidias
sentire et non auxilium tulerint, supplicio senatus consulti subiacere. oportet enim eos,
ubicumque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere. D. XV
K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. ANNO
SECVNDO. a. 532

# XXXVI

## ℞ DE CODICILLIS ℞

1 IMP. ALEXANDER A. MOCIMO ET ALIIS. Rupto quidem testamento postumi agnatione
1 codicillos quoque ad testamentum pertinentes non ualere in dubium non uenit. Sed cum
post ruptum testamentum patrem pupillorum uestrorum litteras emisisse proponatis, quibus
praecedens iudicium confirmauit, praetor nihil contra ius fecit, si nouissimam eius uolun-
tatem secutus relictum testamento rei publicae fideicommissum ut ex codicillis relictum
praestandum esse pronuntiauit. PP. III K. IVL. MAXIMO ET PATERNO CONSS. a. 233
2 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. ASCLEPIODOTAE. Hereditatem quidem [B 36, 1, 20]
neque dari neque adimi codicillis posse manifestum est: uerbis tamen precariis per huius-
1 cemodi etiam nouissimi iudicii ordinationem iura non faciunt irritas uoluntates. Vnde
inefficaciter te codicillis rogatam esse, ut quibusdam rebus contenta portionem quam
testamento fueras consecuta aliis restitueres, falso tibi persuasum est. PP. ID. OCT. PERE-
GRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244
3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. HYACINTHO ET ALIIS. Cum [B 36, 1, 21]
proponatis pupillorum uestrorum matrem diuersis temporibus ac dissonis uoluntatibus duos
codicillos ordinasse, in dubium non uenit id, quod priori codicillo inscripserat, per eum,
in quem postea secreta uoluntatis suae contulerat, si a prioris tenore discrepat et contra-
riam uoluntatem continet, reuocatum esse. PP. VI ID. SEPT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290
4 IDEM AA. ET CC. STRATONICO. Non idcirco minus, quod intestato te ab- [B 36, 1, 22]
sente codicillos mater tua fecit, ii, quibus precariis uerbis adscripta sunt, relicta capiunt.
SINE DIE ET CONSVLE.

*$A^{ui}$* (35, 12) *P* (35, 12) *L* (35, 12) *CRM*

---

1 aliquid *om.* $R^a$ | *s. a. Hal.* 3 idem] imp. iustin. (iustinus $M^a$) *PLM* | pp.] p. *M* 4 consultus *A* | silianum $M^a$ | afficitur $A^l$ *ante emend.* 5 commemorantes $L^a$ 6 significantur $A^l$, significanter $A^u$, significatus $M^a$? 7 uel in] uel *A* | appella $M^a$ 8 uel in] uel *A* | seruos *om.* *M* 9 districtione $A^l$ 10 eis *om.* $M^a$ 11 neglegentiam *A* |12 locum $M^a$ | domum $M^a$, nomo $R^a$ | uiam s. in agrum $M^a$ | possint ... 13 sentire et *om.* *A* 13 enim] etenim *L* 14 occurrere *R*, concurre $M^a$ | *s. a. A Hal. PL* 15 const. ... 16 secundo *om.* *PL* 19 antonius *M* | a. *om.* *M* | mutiano *R*, metimo *M* 22 uoluntatem eius *M* 23 relicto test. $R^a$ 24 esse praestandum *M* | *s. a. Hal.* | et] III et *Hal.* 25 et phil. c. *om.* *RM* | asclepiodoto *C* 29 assecuta *R* | *s. a. Hal.* 31 lachynto *S*, iachinto *R* | et aliis *om.* *RM* 32 dissionis $R^a$ 33 uenit] est *R*, **uenit $M^a$ | conscripserat *R*, scripserat *M* 34 postea quem *M* | tenoris $R^a$ 35 *s. a. Hal.* 36 stratouico *R* | in testamento $M^a$ | abscete $M^a$ 37 ii] his $R^a$, hi $R^b$ | capiunt $R^a$ 38 *s. a. Hal.*

5 IDEM AA. ET CC. FLAVIAE. Nec codicillos quidem furentem posse facere certissimi
iuris est. si igitur scriptura uelut codicillorum patris tui fuit prolata, ut aliquid ex hac
peti possit, adseuerationi tuae mentis eum compotem fuisse negantis fidem adesse probari
conuenit. D. VI K. DEC. DIVELLI[1] CC. CONSS. a. 294

6 IDEM AA. ET CC. DEMOSTHENI. Siue initio quae fuerat codicillis relicturus generaliter, siue nouissime relicta seruari mandauerit, confirmatione munitus nullam iustam gerere sollicitudinem potes. D. III ID. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

7 IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM PP. Si idem codicilli quod testamenta [B 36, 1, 23] possent, cur diuersum his instrumentis uocabulum mandaretur, quae uis ac potestas una sociasset? igitur specialiter codicillis instituendi ac substituendi potestas iuris auctoritate data non est. D. III ... IVN. PACATIANO ET HILARIANO CONSS. a. 332

8 [2]IMP. THEODOSIVS A. ASCLEPIODOTO PP. Si quis agere ex testa- [Th. 4, 4, 7 B 36, 1, 24]
mento quolibet modo siue scripto siue sine scriptura confecto de hereditate uoluerit, ad
1 fideicommissi persecutionem adspirare cupiens, minime permittatur. Tantum enim abest,
ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus, ut etiam illud sanciamus, *ut*,
si testator faciens testamentum in eodem pro codicillis etiam id ualere complexus sit, qui
hereditatem petit, ab ipsis intentionis exordiis utrum uelit eligendi habeat potestatem, sciens
se unius electione alterius sibi aditum praeclusisse: ita ut, siue bonorum possessionem
secundum tabulas aut secundum nuncupationem ceterasque similes postulauerit, aut certe
mitti se ad possessionem ex more petierit, statim inter ipsa huius iuris auspicia proposi-
1*a* tum suae intentionis explanet. Illud quoque pari ratione seruandum est, ut testator, qui
decreuerit facere testamentum, si id implere nequiuerit, intestatus uideatur esse defunctus
nec traducere liceat ad fideicommissi interpretationem uelut ex codicillis ultimam uoluntatem, nisi id ille complexus sit, ut uim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere: illo
iure electionis uidelicet perdurante, ut, qui ex testamento agere uoluerit, ad fideicommissum
2 migrare non possit. Si quis uero ex parentibus utriusque sexus ac liberis usque ad gradum
quartum agnationis uinculis adligatus uel cognationis *nexu* constrictus ad tertium[3] scriptus
heres fuerit uel nuncupatus, in eo uidelicet testamento, quod testator uicem quoque codicillorum uoluit obtinere, licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui uoluntatem agens fuerit forte superatus uel certe ipse sponte uoluerit, ad fideicommissi subsidium conuolare. non enim par eademque ratio uidetur amittere debita et lucra non
3 capere. In omni autem ultima uoluntate excepto testamento quinque testes uel [(Th.)]
rogati uel qui fortuitu uenerint in uno eodemque tempore debent adhiberi, siue in scriptis
siue sine scriptis uoluntas conficiatur: testibus uidelicet, quando scriptura uoluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI VICTORE
VC. CONS. a. 424

*CRM*

---

[1] d. III k. Nou. Deuelti (*Mommsen*)? [2] *iunge* 6, 13, 2 [3] usque *ins. Th.*

---

1 *c.* 5 *et* 6 *transponit S* | et cc. *om. R* | facere *om.* $R^a$ 2 uelut *om.* $R^a$ | hac] hac re *C*, ea *R* 3 eum] ei $M^a$ | compotem] competere $CM^a$, cum potest $R^a$ | fugisse $M^a$ 4 *s. a. Hal.* 5 aa. et cc.] a *R* | demosteni pp. *C*, themosteni *M* | in initio $CM^b$ | qui *R* 6 nouissime *om.* $M^a$ | reseruari *R* | mandauerat *M* | generare $R^a$ 7 *s. a. Hal.* 8 a. *om. M* 9 uis] ius $CR^a$, uis *aut* ius *M* | ac] et *R* 10 ac subst. *om.* $R^a$ 11 *s. a. Hal.* 12 theodotius *R* | a. *om. M* | pp. *om. R* 13 scripto] scriptura *M* 14 aspirari $M^a$ 15 concedatur *R* | sancimus $R^a$ | ut] *Th.*, *om. libri* 18 unis $R^a$ | alteris $R^a$ | siue] si *R* 19 aut secundum] uel secundum *Th.* | similiter $R^a$ | postularit *Th.* 20 mittis se $R^a$, mitti •••• $M^a$, se mitti *Th.* | ad] $R^a$ *Th.*, in $CR^bM$ | petieris $R^a$ | ipsas $R^a$ | autitia $R^a$ 21 suae] siue $M^a$ | pari ratione] paratione $R^a$, paricione $M^a$ 22 decreuit *CR* | intestatus] $R^b$ *Th.*, intestato *CM*, testator $R^a$ 24 id] ad $M^a$ | debet $R^a$ 26 partibus $R^a$ | utrisque *R* | sexus *om.* $M^a$ | quartum gradum *R* 27 allegatus $R^a$, illigatus *M* | nexu] *dett. Th.*, uero nexu *CRM* 29 de *om.* $M^a$ 30 forsitan *Th.* | uoluerit] si u. $R^aM^b$ 31 par] per *C* | admittere $M^a$? | non capere] nuncupare $R^a$ 33 qui *om.* $R^a$ 34 scriptura] in scr. $RM^b$ 35 *s. a. Th. Hal.* | x] *Th.*, XV *Hal.*, XIII 6, 13, 2

# XXXVII

## ℞ DE LEGATIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. PIVS LIBERTIS SEXTIAE BASILIAE. [Dig. 34, 1, 13, 1 B 44, 4, 26] Quamuis uerbis his[1]: 'ut quoad cum Claudio Iusto morati essetis', alimenta uobis[2] et uestiarium legatum sit[3], tamen hanc fuisse defuncti[4] cogitationem interpretor, ut et post mortem Iusti eadem uobis praestari uoluerit. SINE DIE ET CONSVLE.

2 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. SABINIANO. Quamuis heres institutus [B 44, 4, 27] hereditatem uendiderit, tamen legata et fideicommissa ab eo peti possunt et, quod eo nomine datum fuerit, uenditor ab emptore uel fideiussoribus eius petere poterit. PP. X K. SEPT. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197

3 IDEM AA. VICTORINO. Qui post testamentum factum praedia [B 44, 4, 28 cf. Inst. 2, 20, 12] quae legauit pignori uel hypothecae dedit, mutasse uoluntatem circa legatariorum personam non uidetur: et ideo, etiam si in personam actio electa est, recte placuit ab herede praedia liberari. PP. VI K. MAI. GENTIANO ET BASSO CONSS. a. 211

4 IMP. ANTONINVS A. SVLPICIO. Seruis testamento dominorum non data [B 44, 4, 29] libertate legatum seu fideicommissum relictum non ualet nec conualescere potest, licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sunt. PP. V K. IVL. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

5 IDEM A. DONATO. Non est dubium denegari actionem legatorum ei pro [B 44, 4, 30] portione competenti in his rebus, quas subtraxisse eum de hereditate apparuerit. PP. V ID. SEPT. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

6 IDEM A. IVLIO. Si legata relicta primus legatarius agnouit, substitutio [B 44, 4, 31] eorum in personam Pontianae facta euanuit. PP. VIII K. MAI. ROMAE LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

7 IDEM A. FAVSTO. Si Fortidianum fundum primo pater tuus fratribus per [B 44, 4, 32]
1 praeceptionem ac mox tibi legauit, concursu dominium eius tibi quoque quaeritur. Error autem nominum in scriptura factus, si modo de mancipiis uel de possessionibus legatis non ambigitur, ius legati dati non minuit. PP. V ID. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

8 IDEM A. DEMETRIO. Ab administratione tutelae religio sacramenti Mar- [B 44, 4, 33] cellum, quem uobis a patre tutorem datum testamento proponitis, eripit. quae res, quominus legatum consequatur, non impedit: nec enim iuste ab ea petitione repellitur, cum, etiam si uellet, tutelam administrare prohibeatur. PP. VIII ID. MART. ROMAE SABINO II ET ANVLLINO CONSS. a. 216

9 IMP. ALEXANDER A. ANTIOCHO. Si in fraudem eorum quae testamento [B 44, 4, 34] relicta sunt admissus est accusator, qui testamentum falsum diceret, praeses prouinciae secundum iurisdictionis formam solui legata iubebit, interposita cautione, si euicta fuerit hereditas, ea restituturum[5], quamuis alias cautioni tunc locus sit, cum sine controuersia legata soluantur. PP. VII ID. FEBR. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

*P* (37 ℞ 2. 3. 5) *L* (37 ℞ 2. 11. 3. 5) *CRM*

[1] quamuis uerba testamenti ita se habeant *Dig.* [2] uobis *om. Dig.* [3] legata sint *Dig.* [4] defunctae *Dig.* [5] restitutum iri (*u. i.*)?

3 imppp. antonius *M* | a. pius] *CR*, opius *S*, pius *M Dig.* | liberti *S*, liberius *M* | sextiliae *SC*, sestiliae *R* | basiliae *om. S* 4 ut] ut cum *C* | gaudio *R* | mora $R^a$, mariti $M^a$ 5 uestarium $R^a$, u*estarium $M^a$ | et *om. R* 6 *s. a. Hal.* 7 aa. *om. M* | sauinianae *R* 8 et quod] quod $PLCM^a$ 9 ab] tamen ab *R* | potuit *R* | *s. a. Hal. PL* 10 alterano *PL* 11 *inscriptionem om.* $M^a$ | factum *om.* $M^a$ 13 udetur $M^a$ | et] sed *PL* 14 *s. a. Hal. PL* | guntiano *PL* | et *om. L* 15 antonius *M* 17 *s. a. Hal.* 19 idem] imp. ant. *PL* 20 portione] ponr̄ $LR^a$ | *s. a. Hal. PL* 21 IIII] iii *PL* | albino *PL* 23 *s. a. Hal.* 24 cereali *Hal.* 25 faustino *S* | fortedianum $R^a$ | per praec.] praec. $R^a$, percepcionem $M^a$ 27 nomen *uel* noium $M^a$? 28 *s. a. Hal.* | cereali *Hal.* 29 aa. $R^a$ 30 eripuit *R* 32 amnistrare $M^a$ | *s. a. Hal.* 34 impp. alexander aa. $M^b$, impp. aa. $M^a$ | anthiocio *C* 35 admissum $R^aM^a$ | falsum testamentum *R* 36 uicta $M^a$ | fuerunt $R^a$ 37 restiturum $M^a$, restituiri *dett.* | sine *om.* $M^a$ 38 *s. a. Hal.*

10 Idem A. Ingenvae. Cum alienam rem quis reliquerit, si quidem sciens, [B 44, 4, 35] tam ex legato quam ex fideicommisso ab eo qui legatum seu fideicommissum meruit peti potest. quod si suam esse putauit, non aliter ualet relictum, nisi proximae personae uel uxori uel alii tali personae datum sit, cui legaturus esset, et si scisset rem alienam esse. PP. v k. Febr. Albino et Maximo conss. a. 227

11 Idem A. Albiniano. Filia legatorum non habet actionem, si ea, quae ei [B 44, 4, 36] testamento reliquit, pater uiuus postea in dotem dedit. PP. v non. Mart. Pompeiano et Peligno conss. a. 231

12 Idem[1] A. Mvciano. Cum responso uiri prudentissimi Papiniani, quod [B 44, 4, 37] precibus insertum est, praeceptionis legatum et omissa parte hereditatis uindicari posse declaratur, intellegis desiderio tuo iuxta iuris formam esse consultum. 1 Verba uero responsi haec sunt: Filiae mater praedium ita legauit: 'praecipito sumito extra partem hereditatis': cum hereditati matris filia renuntiasset, nihilo minus eam recte legatum uindicare uisum est. PP. constitvtio v id. Ivl. Sabino ii et Venvsto conss. a. 240

13 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Severae. Proprias tuas res [B 44, 4, 38] legari uel fideicommitti tibi non potuisse manifestum est. PP. xv k. Mai. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

14 Idem AA. Tatiano. Monumenta quidem legari non posse manifestum est, [B 44, 4, 39] ius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur. PP. ii k. Sept. Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

15 Idem AA. Terentio. Si uniuersae facultates, quas pater uester reliquit, [B 44, 4, 40] debito fiscali aut priuato absumuntur, nihil ex his, quae testamento eius adscripta sunt, ualere potest. 1 Quod si deducto debito in relictis bonis superfluum est, libertates impediri iuris ratio non permittit, quando etiam legata nec non fideicommissa salua lege Falcidia praestanda sunt. PP. iii k. Oct. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 290

16 Idem AA. et CC. Scyllae. Creditor, si a debitore suo rem, quam pignoris [B 44, 4, 41] nomine susceperat, legatam sibi contendit, etiam debito ab heredibus eius oblato, quominus restituat, defendi potest. S. xviii k. Febr. Sirmi CC. conss. a. 294

17 Idem AA. et CC. Evtychiano. Datum legatum adimi tam pure quam [B 44, 4, 42] sub condicione, non libertis tantum, sed etiam ingenuis placuit. D. iii non. Mart. CC. conss. a. 294

18 Idem AA. et CC. Ivstino. Ex legato nominis, actionibus ab his qui suc- [B 44, 4, 43] cesserunt non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest, utilibus autem suo nomine experietur. D. vi id. Dec. CC. conss. a. 294

19 Idem AA. et CC. Niconi. Non tantum duum mensuum, sed etiam minoris [B 44, 4, 44] temporis maritus uxori testamento scriptus succedit, nec legata uel fideicommissa seu donationes temporis huius angustia capi prohibet. D. v id. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

20 Idem AA. et CC. Evtychiano. Vxor patrui tui si testata decesserit, res [B 44, 4, 45] tuas tantum usum fructum earum habens legare non potuit. D. vii k. Ian. CC. conss. a. 294

*P* (37, 11. 35, 12. 37 *R* 2. 3. 5. 13. 15. 20) *L* (37, 11. 3. 5. 13. 15. 20) *CRM*

---

[1] *scribi debuit* imp. Gordianus (*sic Hal.*)

---

1 ingenne *S* 2 peti *om.* *Ma* 4 aliae *RM* 5 *s. a. Hal.* 6 idem] imp. alex. *PL* | albiniano *om.* *PLM* | testam. ei *R*, ei *om.* *M* 7 relinquit *M* | uiuus postea pater *CRM* | *s. a. Hal.* 13 fila *Ma* 14 *s. a. Hal.* 16 legari] li.giri *Pa* | *s. a. Hal.* *PL* | ii et] net *P*, et *L* 17 eliano *PL* 18 *inscriptionem om.* *Ma* | aa.] a. et c. *S* | titiano *R*, aticiano *Mb* | munimenta *Ra*, .onument.. *Ma* 19 ferendi *Ma* | nemo *om.* *Ma* | *s. a. Hal.* 21 idem] impp. dioclitianus et maximianus *M* | aa.] a. et c. *S*, a. *R* 22 pruuato *Pa* 24 nec non] uel *PLa*, et *Lb* 25 *s. a. Hal.* 26 aa. et cc.] a. *RM* | sillae *RM* | debitori *Ma* 27 acceperat *R* | ablato *Ra* 28 *s. a. Hal.* 29 aa. et cc.] aa. *R*, a. *M* | utichiano *M* 30 non *om.* *Ma* | sed etiam *om.* *Ma* | genuis *Ra* | *s. a. Hal.* 32 aa. et cc.] a. *RM* 33 legatariis *Ra* 34 experitur *R* | *s. a. Hal.* 35 aa. et cc.] a. *RM* | noconi *M* | mensium *M* | etiam] et *M* | maioris *Ca* 36 uxoris *R* | scripto *Ma* 37 donacionis *Ma* | prohibeat *Ma* | *s. a. Hal.* 39 aa. et cc.] a. *RM* | patris *CRa* | testament. *Ma?* 40 tuas] tibi tuas *P*, tuas tibi *L* | usu *LR* | earum *om.* *Ra* | *s. a. Hal.*

21 [1]IMP. CONSTANTINVS[2] A. AD POPVLVM. In legatis uel fideicommissis uerborum necessaria non sit obseruantia, ita ut nihil prorsus intersit, quis talem uoluntatem uerborum casus exceperit aut quis loquendi usus effuderit. D. K. FEBR.[3] CONSTANTIO II ET CONSTANTE CONSS. [B 44, 4, 46] a. 339

22 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. In annalibus legatis uel fideicommissis, quae testator non solum certae personae, sed etiam eius heredibus praestari uoluit, eorum exactionem omnibus heredibus et heredum heredibus conseruari pro uoluntate testatoris praecipimus. D. III ID. DEC. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. PP. II CONS. [B 44, 4, 47] a. 528

23 IDEM A. IVLIANO PP. Cum quaestio talis de significatione uerborum animos ueterum mouit, si quis cuidam agrum puta Cornelianum uel alium quendam in solidum legauerit, deinde alii partem eius dimidiam, quantam portionem primus, quantam secundus legatarius consequitur (simili dubitatione et in hereditate et in fideicommissis habita), cumque computationes multae introducebantur et multis ratiocinatoribus dignae: nos huiusmodi computationes quasi superfluas et contrarias uoluntati testatorum omnes esse sopiendas [B 44, 4, 48]
1 censemus. Cum enim manifestissimum est eum, qui ab initio duodecim uncias rei cuidam reliquit, alii autem postea sex, recessisse quidem a priore uoluntate, uoluisse autem minui
1a eam sex unciis, cum alii eas obtulit, et[4] praesens casus exitum apertissimum inueniet. Si quis itaque uel agrum uel hereditatem reliquerit, primo quidem in totum, secundo autem in partem dimidiam, utrumque in sex uncias esse uel dominum rei legatae uel heredem.
1b Et si primo re tota relicta tertiam partem secundo reliquerit, secundum praedictum modum octo quidem uncias uel agri uel hereditatis apud primum remanere, tertiam autem
1c partem uel quattuor uncias ad secundum migrare. Et sic in omnibus statuendum est, id est in hereditatibus uel legatis uel fideicommissis: uestigia enim uoluntatis testatoris non
1d (1) aliter nisi per huiusmodi uiam aestimanda sunt. Sed et aliam disceptationem iuris antiqui non absimilem constitutam decidere nobis humanum esse apparuit. agitabatur enim, si quis agrum Cornelianum uel forte alium uel quandam rem cuidam legauerit et postea iterum uel saepius ei eandem rem per legatum uel fideicommissum dederit, post talia autem uerba testamenti Sempronio eundem agrum uel aliam rem legauerit, ut saepius quidem Titii fuisset mentio, semel autem Sempronii, quid statuendum est, et quid iuris sit, si coniunctim an separatim eis relinquatur, siue in legato hoc consistat siue in hereditate?
2a Huiusmodi igitur decidentes antiquam controuersiam sancimus, cuicumque fuerit uel hereditas uel ager in memoratis casibus siue coniunctim siue soli siue saepius eidem relictus, aequa lance et hereditatem et agrum et aliam quamcumque rem diuidi et ad dimidiam partem unumquemque uocari, nisi specialiter expresserit et dixerit testator tantas quidem partes uelle unum, tantas autem alterum habere. in omnibus etenim testatoris uoluntatem, quae legitima est, dominari censemus. D. XV K. DEC. LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

*CRM*

---

[1] *iunge* 6, 9, 9. 6, 23, 15 [2] *scribi debuit* Constantius, *cf. ad* 6, 23, 15 [3] Laodiceae *ins.* 6, 9, 9 [4] et *del.* (*Mommsen*)

---

1 constantinus] *SM*, constant. *C*, const. *R* | a. *om.* $M^a$ 2 qui $CR^aM^a$ 3 *s. a. Hal.* 5 a. *om.* *M* 7 omnibus *om.* $M^a$ | et] et eorum $RM^b$ | pro *om.* $M^a$ 8 *s. a. Hal.* 9 idem] impr. iustinianus *S* 10 ueteres *RM* | quis] quae $R^a$ | quendam agrum *C*, agrum cuidam *R* 11 partem] portionem $R^a$ | dimidiam eius *M* | quantum secundus $M^a$ 12 legatariis $R^a$ 13 huiuscemodi *R* 14 uoluntates *M* 15 manifestum *CM* 16 priori $R^aM^a$ 17 eam *om.* $M^a$ | uncias $C^a$ | aliis *CM* | casus] causa $M^a$? 18 hereditates $M^a$ 19 dominium *C* | heredem] hereditates *C* 20 primo re (re *om.* *C*) tota] *CM*, tota re primo (prima $R^a$) *R* | relinquerit $M^a$ | sec. pr. mod. *om.* $M^a$ 21 quidem octo *C* 22 stat. est in omnibus *M* | id est *om.* *C*, id est in *om.* *M* 24 huiusscemodi *M* | et] eciam et $M^a$, eciam $M^b$ 25 dicere $M^a$ 26 quis] que *R* | uel forte] ut forte $R^a$ 27 rem *om.* $M^a$ | alia *M* 28 alia $M^a$ | sepis $R^a$ 29 fuisset mentio *om.* $R^a$ | semphronium $R^a$? | quod iuris $M^a$, *deficit* $R^a$ 30 an] *C*, ac *R*, a. $M^a$, aut $M^b$ | constat *M* 31 dicentes $M^a$ 32 sepis $R^a$ | relictus] rescriptum $R^a$ 33 et hered. ... 34 unumquemque] quamque $M^a$ | alium $R^a$ | quacumque *R* 35 uelle unum] uelleianum $R^a$ | habere alterum *M* 36 legip̄ $R^a$ | *s. a. Hal.*

24 [1]Idem A. Iohanni pp. Cum quidam suum filium familias impuberem exhere- B 44, 4, 49
datum fecit aliis heredibus scriptis, eidem autem pupillo alium substitutum reliquit, maxi-
mam scilicet ostendens ad filium suum adfectionem, cui nihil quidem emolumenti reliquit,
sed post exheredationis iniuriam etiam substitutionem ei addidit et a substituto legatum
1 reliquit, quaerebatur, si huiusmodi legatum uel fideicommissum potest ualere. Sed et si
legatum eidem exheredato filio pater reliquerit et substituerit ei exheredato facto aliquem
extraneum, iterum certabatur, si saltem per eundem modum fideicommissum potest relin-
2 quere. Cum igitur antiquitas quidem haec diuerse tractare maluit, nobis autem huiusmodi
iurgia superuacua esse uidentur, sancimus nullo legato nullo fideicommisso huiusmodi sub-
stitutum qui exheredato pupillo datus est praegrauari, nec si ipsam rem quam pupillo
legauit a substituto eius uel legare uel fideicommittere uoluit. D. ii k. Mai. Constan-
tinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

25 Idem A. Iohanni pp. Si legatarius celauerit testamentum et postea hoc B 44, 4, 50
in lucem emerserit, an possit legatum sibi derelictum is qui celauerit ex eo testamento
1 uindicare, dubitabatur. Quod omnimodo inhibendum esse censemus, ut non accipiat fruc-
tum suae calliditatis, qui heredem uoluit hereditate defraudare: sed huiusmodi legatum illi
quidem auferatur, maneat autem quasi pro non scripto apud heredem, ut, qui alii nocendum
esse existimauit, ipse suam sentiat iacturam, quemadmodum, si legatarius, cui propter tute-
lam gerendam aliquid derelictum sit, non subierit tutelam, ei quidem legatum aufertur,
pupillo autem adsignatur, cui ille utilis esse noluit. D. k. Nov. Constantinopoli post
consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

26 Idem A. Iohanni pp. Illud, quod de legatis uel fideicommissis temporalibus B 44, 4, 51
utpote irritis a legum conditoribus definitum est, emendare prospeximus sancientes et
1 talem legatorum uel fideicommissorum speciem ualere et firmitatem habere. Cum enim
iam constitutum est fieri posse temporales donationes et contractus, consequens est etiam
legata uel fideicommissa, quae ad tempus relicta sunt, ad eandem similitudinem confirmari:
post completum uidelicet tempus ad heredem isdem legatis uel fideicommissis remeantibus,
necessitatem habente legatario uel fideicommissario cautionem in personam heredis expo-
nere, ut post transactum tempus res non culpa eius deterior facta restituatur. D. xv k.
Nov. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. anno secvndo. a. 532

## XXXVIII

## ℞ DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE ℞

1 Imp. Antoninvs A. Antipatrae. Praediis instructis legatis, quamuis ex B 44, 3, 99
fructibus oleum et uinum in eodem fundo habuerit, tamen si id uenale fuit, item ea, quae
ad tempus propter incursionem latronum tutelae causa in praedium translata sunt, legato
1 non cedere iuris auctoribus placuit. Vinum uero, quod in apothecis fuit, si ideo illic
habuit, ut, cum in praedium uenisset mater familias, eo uteretur, legato cedere ignorare
non debes. PP. vi id. Avg. Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

*P* (37, 25. 38 ℞) *L* (*ut P*) *C* (*u.* 1 um quidam ... 11 uoluit *in litura*) *R M* (*transponit* 3 ℞)

[1] *iunge* 6, 42, 31

1 idem] impr. iustinianus *S* | exhereditatum *M*ᵃ*?* 2 inscriptis *M*ᵃ | substituti *M*ᵃ 3 relinquit *M*ᵃ 4 substentatione *R*ᵃ 5 relinquit *M*ᵃ 6 reliquit *M*ᵃ | et] s *R*ᵃ*?* | facto *om. R* 7 si *om. M*ᵃ | derelinquere *M* 8 haec] he*e *M*ᵃ | autem nobis *M* 9 sactimus *M*ᵃ | substitut* *M*ᵃ 11 a] ab *R* | uel fideicomm. uoluit *om. R*ᵃ | *s. a. Hal.* 13 idem] impr. iustinianus *SPL* 14 luce *R* | posset *PL* | relictum *CRM* | celauerat *L*ᵃ 15 inhiendum *M*ᵃ 16 hereditate] ex h. *PLR* | defrudere *M* 17 non pro *M*ᵃ 18 pro tutela gerenda *M* 19 relictum *CRM* | auferatur *R* 20 utile *L* | *s. a. Hal. PL* 21 lampadie *P*, lamp. *L* | uu. cc.] conss. *PL* 22 idem] impr. iustinianus *S* 23 perspeximus *CR* | et talem] *** *M*ᵃ 24 legatorium *M*ᵃ 27 fideicommissus *M*ᵃ 28 habentem *R*ᵃ, habent *M*ᵃ | legatorio *M* | in personam *bis M*ᵃ 29 res *om. R*ᵃ | eius] eidem *R* | *s. a. Hal.* 30 nou.] decemb. *Russardus* 32 et *om. S* 33 antonius *M* | antipatro *S*, antipane *R* 34 fundum *M*ᵃ 36 concedere *R* | iuris *om. R*ᵃ | auctoritatibus *M* 38 deberes *R*ᵃ | *s. a. Hal.*

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. RVFINO. Fundo 'sicut | B 44, 3, 100 'instructus est' legato siue per fideicommissum relicto uilicum hominesque et omnia, quae uel, ut ipse pater familias, cum ibi ageret, uel fundus esset instructus, non temporis causa habuit in eo, relicta esse iuris auctoritate definitum est: ea etiam, quae tam fruc-
1 tuum colligendorum quam seruandorum. Item pecora stercorandi uel pascendi causa ibi constituta, ut fructus de his capiantur uel ut fundus sit instructior, fideicommisso cedere certi iuris est. D. NON. OCT. SIRMI AA. CONSS. a. 293

3 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Sancimus cautionis nomine uel ἀσφαλείας | B 44, 3, 101 non esse fideiussoris dationem interpretandam, nisi hoc specialiter uel in Graecis uel in Latinis uerbis scriptum fuerit: nisi enim uel generaliter de satisdatione uel de fideiussione specialiter sit nominatum, cautione uel cautela uel ἀσφαλείᾳ minime fideiussionem, sed nudam promissionem significari. D.[1] K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. *cc.* a. 531

4 IDEM A. IOHANNI PP. Cum quidam sic uel institutionem uel legatum uel | B 44, 3, 102 fideicommissum uel libertatem uel tutelam scripsisset: 'ille uel ille heres mihi esto' uel 'illi aut illi do lego' uel 'dari uolo', uel 'illum aut illum liberum' uel 'tutorem esse uolo' uel 'iubeo', dubitabatur, utrumne inutilis sit huiusmodi institutio et legatum et fideicommissum et libertas et tutoris datio, an occupantis melior condicio sit, an ambo in huiusmodi lucra uel munia uocentur et an secundum aliquem ordinem admittantur, an uterque omnimodo, cum alii primum *in* institutionibus quasi institutum admitti, secundum quasi substitutum, alii in fideicommissis posteriorem solum accepturum fideicommissum existima-
1 uerunt, quasi recentiore uoluntate testatoris utentem. Et si quis eorum altercationes singillatim exponere maluerit, nihil prohibet non leue libri uolumen extendere, ut sic explicari possit tanta auctorum uarietas, cum non solum iuris auctores, sed etiam ipsae principales
1a constitutiones, quas ipsi auctores rettulerunt, inter se uariasse uidentur. Melius itaque nobis uisum est omni huiusmodi uerbositate explosa coniunctionem 'aut' pro 'et' accipi, ut uideatur copulatiuo modo esse prolata et magis sit παραδιάζευξις, ut et primam personam
1b inducat et secundam non repellat. Quemadmodum enim uerbi gratia in interdicto quod ui aut clam 'aut' coniunctio pro 'et' apertissime posita est, ita et in omnibus huiusmodi casibus siue institutionum siue legatorum siue fideicommissorum uel libertatum seu tutelarum hoc esse intellegendum, et ambo ueniant aequa lance ad hereditatem, ambo legata similiter accipiant, fideicommissum in utrumque diuidatur, libertas utrumque capiat, tutoris
1c ambo fungantur officio. Sic nemo defraudetur a commodo testatoris, sic maior prouidentia pupillis inferatur, ne, dum dubitatur, apud quem debet esse tutela, in medio res pupillorum depereant. sed haec quidem sancimus, cum in personas huiusmodi proferatur scriptura.
2 Sin autem una quidem est persona, res autem ita derelictae: 'illam aut illam rem illi do

*S* (38, 3) *P* (38, 2) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] x *ins.* (*cf. Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 178)

1 et cc. *om. RM* | trifino *S*, rufinae *M* 2 omnesque $M^a$ 4 in eo habuit *CRM* 5 pascenda $R^a$ 6 ut] aut *R*, aut ut *M* | capiatur $M^a$ | uel ... 7 est *om.* $P^a$ | ut *om. R* 7 certissimi *R* | est *om.* $M^a$ | *s. a. Hal. P* | d. non. *om. P* | aa.] a. *P* 8 iustinus *M* | cautionem *S* | uel ... 9 specialiter *om. S*, uel ἀσφ. *om. M* | ασφαασιας *C*, hac φ. μειλc *R* 9 esse] esse et *CR* | interpretandum *C* 10 uerbum $C^a$?, urbis $M^a$ | uel gen.] gen. *SM* | uel de] uel *SRM* | fideiussionem *S* 11 specialiter ... fideiussionem *om.* $R^a$ | nominatim *C* | cautionem uel cautela *S*, cautionem uel cautelam (—las $R^b$) $R^bM^a$ | ἀσφαλείᾳ] *C*, ασθαφα eas *M*, ut φν iam *S*, alias $R^b$ | minimine *S*, minime de *C* 12 nudam] in nullam *S* | professionem *R* | *s. a. Hal. S* | martias *S* | const. ... 13 cc.] const. lampadio et oreste uu. cc. coss. *Hal.*, pc. lampadio et orestes *S* 14 idem] impr. iustinianus *S* | sic] si *C* 15 mihi heres *R* | aut illi uel illi *R* 16 uolo uel] uolo ut $M^a$ | uel tut.] aut tut. *R* 18 occupatis $M^a$ 19 munera $C^bRM^b$ 20 primo *C* | in] $W^b$, *om. CRM* | adstitutum $R^a$ 21 substitum $M^a$ | existimauerint $M^a$ 22 recentiorem $M^a$ | utentes *C* 24 etiam] et *R* 26 aut pro et *om.* $R^a$, *deficit* $M^a$ 27 uideantur *R* | παρdιαζευξιc *C*, παραααια. hευζειc *R*, napadia ζευζιc *M* 28 secundam] ad secundum $M^a$ | in *om. R* 29 pro et] pro ut $R^a$ | in *om.* $CRM^a$ 30 uel libertatium $CM^a$, uel *om. R* 31 haec *M* 32 diuidantur *C* | utrosque *R* 33 defraudatur *C*, defraudent $R^a$ | a comm.] accomm. $CRM^a$ 34 inferetur *C* | ne] nec *C* | dum dubitatur $M^a$ | tutelam *R* 35 personis *M* 36 persona est *R* | do] de $M^a$

'lego', uel 'per fideicommissum relinquo', tunc secundum ueteres regulas et antiquas definitiones uetustatis iura maneant incorrupta, nulla innouatione eis ex hac constitutione intro-
3 ducenda. Quod etiam in contractibus locum habere censemus. D. PRID. K. MAI. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
5 IDEM A. IOHANNI PP. Suggestioni Illyricianae aduocationis respondentes [B 44, 3, 103]
decernimus familiae nomen talem habere uigorem: parentes et liberos omnesque propinquos et substantiam, libertos etiam et patronos nec non seruos per hanc appellationem
1 significari. Et si quis per suum elogium fideicommissum familiae suae reliquerit, nulla speciali adiectione super quibusdam certis personis facta, non solum propinquos, sed etiam his deficientibus generum et nurum. et hos enim nobis humanum esse uidetur ad fideicommissum uocari, ita uidelicet, si matrimonium morte filii uel filiae fuerit dissolutum. nullo etenim modo possint gener uel nurus filiis uiuentibus ad tale fideicommissum uocari, cum hi procul dubio eos antecedant: et hoc uidelicet gradatim fieri, ut post eos liberti
2 ueniant. Hoc eodem ualente, et si quis rem immobilem cuidam legauerit uel fideicommiserit eamque alienari prohibuerit adiciens, ut, si hoc fideicommissarius praeterierit, fami-
3 liae suae res adquiratur. In aliis autem casibus nomen familiae pro substantia oportet intellegi, quia et serui et aliae res in patrimonio uniuscuiusque esse putantur. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. ANNO SECVNDO. a. 532

## XXXVIIII

## ℞ SI OMISSA SIT CAVSA TESTAMENTI ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. IANVARIAE. Si in fraudem legatorum [B 44, 26, 1]
transmissam hereditatem ad substitutum probatura es, utilis actio aduersus eum, cum quo fraudis consilium participatum est, competit. plane si pecunia accepta omisit aditionem, legata et fideicommissa praestare cogitur. ACCEPTA K. OCT. *DEXTRO II ET PRISCO* CONSS. a. 196
2 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. VICTORIAE. Eum, qui, cum testamento [B 44, 26, 2]
posset obtinere hereditatem, ab intestato ius successionis uoluit amplecti, libertatibus eodem
1 testamento datis obesse non posse iam pridem placuit. Quod si, cum neque adiri ex testamento hereditas neque bonorum possessio peti possit, iudicium defuncti non usurpabitur[1],
2 sed ad irritum iuris ratione uocatum est, petitio relictorum nullo iure procedit. Sin uero iure facto testamento cessante herede scripto alter ab intestato adiit hereditatem, neque libertates neque legata ex testamento posse praestari manifestum est. PP. K. IAN. PHILIPPO A. ET TITIANO CONSS. a. 245
3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. APRO ET PIAE. Si Pro- [B 44, 26, 3]
culina patri uestro, cuius estis heredes, testamento quid reliquit et scripti iure secundum eius iudicium uel omissa causa testamenti successerunt ab intestato, aditus competens iudex, quatenus legis Falcidiae modus patitur, uobis relicta restitui iubebit. D. XV K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

*P* (38, 5) *L* (*ut P*) *C* (*transponit* 39, 1 ℞) *RM*

---

[1] non insuper habitum (*Cuiacius*)?

1 relinquo tunc *bis* $M^a$ | diffinitionis $M^a$ 3 locum *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* 5 idem] impr. iustinianus *SPL* | ioh. pp.] prefecto *M* | illiriane $M^a$ 6 uigorem habere *M* 7 libertos] et lib. *M* 8 signficari $M^a$ | quis] quae *R*, quod $M^a$ | filiae $L^a$ 10 defic. his *R* | hos] hoc *C cum B* τοῦτο | nobis] nobis enim $M^a$ | uideatur $L^aR$ 11 solitum $M^a$ 12 possit *PLRM*$^a$, pos $M^a$, δυνηθήτωσαν *B* 13 hii *R* | fieri *om.* $M^a$ 14 perueniant *CRM*, ἔλθωσι *B* | et *om. R* | quis] quae *R* 15 alienare *CRM*$^b$, ἐκποιηθῆναι *B* 17 et aliae res *om.* $M^a$ | in matrimonio $M^a$? | unicuique $R^a$ | putatur $M^a$ | *s. a. Hal. PL* 18 constant. ... secundo *om. PL* 20 *rubricam Latine exhibet B*Σ 48, 3, 68 | sit *om. R, deficit* $M^a$ 22 substitum $M^a$ | aduersus] aduer $M^a$ 23 conscilio $M^a$ | commisit $M^a$ 24 *s. a. Hal.* | dextro II et prisco] *Herrmann*, fusco et dextro (= *a.* 225) *Hal.* 25 et phil. c. (cc. *M*) *om. R* | cum *om.* $M^a$ 26 possit *CRM*$^a$ 27 datis ... testamento *om.* $R^a$ | placet *C*, plac.. $M^a$ 28 usurpatur *R* 29 ad *om.* $M^a$ 30 censante *M* 31 legarea $M^a$ | *s. a. Hal.* 33 et cc. *om. RM* | pro et piet *S*, pio et apro *R* | proculiana $C^bM^b$ 34 uestri cui $M^a$ 35 indiditium eius *M* | successerint *R* 36 motus $R^a$ | *s. a. Hal.*

# XXXX

## ℞ DE INDICTA VIDVITATE ET DE LEGE IVLIA MISCELLA TOLLENDA ℞

1 IMP. GORDIANVS A. BONO. Legatum alii sub condicione sic relictum, si uxor [B 44, 19, 116]
nuptui se post mortem mariti non collocauerit, contractis nuptiis condicione deficit ideoque
peti legatum nequaquam potest. PP. XIII K. AVG. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. a. 241

2 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Ambiguitates legis Iuliae miscellae generali lege
tollentes nullum concedimus fieri iuramentum secundum praedictam legem, sed penitus ea
cum Muciana cautione super hac causa quiescente licere mulieribus, etiam maritorum
suorum interminatione spreta, quae uiduitatem eis indicit, et non dato sacramento pro-
creandae subolis gratia, tamen ad secundas migrare nuptias, poena huiusmodi cessante, siue
habeat liberos, siue non, et percipere ea, quae maritus dereliquit (quorum omnium mani-
festissimum est dominium minime eas liberis existentibus habere usu fructu tantummodo
apud eas manente et ad liberos prioris tori proprietate eorum deferenda secundum ea,
quae de secundis nuptiis lucrisque ex his mulieribus statuta sunt), ne ex necessitate legis
1 et sacramento colorato periurium committatur. Cum enim mulieres ad hoc natura pro-
genuit, ut partus ederent, et maxima eis cupiditas in hoc constituta est, quare scientes
2 prudentesque periurium committi patimur? Tale igitur iuramentum conquiescat et lex
Iulia miscella cedat cum Muciana cautione super hoc introducta, a re publica separata.
augeri etenim magis nostram rem publicam et multis hominibus progenitis frequentari
quam impiis periuriis adfici uolumus, cum satis esse inhumanum uidetur per leges, quae
periuria puniunt, uiam periuriis aperiri. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSV-
LATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

3 IDEM A. IOHANNI PP. Legem Iuliam miscellam quemadmodum in feminis [B 40, 19, 117]
sustulimus, ita et in masculis esse sublatam pertinere quidem ad sensum nostrae legis,
1 quam super hoc promulgauimus, non est incertum. Ne tamen quaedam ambiguitas sim-
plices animos moueat, etiam expressim sancimus legem Iuliam miscellam et senatus con-
sulta, quae circa eam facta sunt, nec non Mucianam cautionem, quae super talibus nuptiis
2 introducta est, non solum in feminis, sed etiam in masculis cessare. Sed quia apud
Vlpianum in libris Sabinianis inuenimus quaedam uerba, quae effugiunt legis miscellae
obseruationem, ne quis et ea sublata esse putauerit, sancimus, cum huiusmodi uerbis
mulieribus aliquid relinquatur: 'si uidua erit' uel 'cum uidua erit' uel 'quotiens uidua
erit', uel e contrario maribus: 'si amiserint uxores' uel 'quando ad caelibatum peruene-
rint', non uetari ea uindicare uel legitimo modo sumere, quae eis derelicta sunt. neque
enim ut permaneant uel feminae in uiduitate uel masculi in caelibatu relictum esse uidetur,
ut locum uel ante nostram legem habeat lex Iulia miscella, quae iam perempta est: sed
cum primum hoc euenerit, ilico competat talibus personis eius quod relictum est per-
secutio, quia sub condicione relictum esse uidetur, siue semel siue in annos singulos haec
liberalitas fuerit conscripta, quasi pro solacio suae tristitiae. D. K. NOV. CONSTANTINO-
POLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

*CRM*

---

2 uindicta $M^a$ 4 alii sub cond.] *W'*$^a$ *cum B* τινί, aliis sub cond. *CM*, sub cond. aliis *R* 5 nuptum $M^a$? | condicio $CM^b$ | defecit *R* 6 *s. a. Hal.* 7 iustinus *M* | iuliano] iohanni *C* | pp.] p. *M* | lege *om. C* 8 tollentes *om.* $R^a$ | ea cum] $R^a$, euacuamus *C*, una cum $M^a$, ea una cum $R^bM^b$ 10 procreandae ... 11 cessante *om.* $M^a$ 11 subolis] soporis $R^a$ 12 habeant $RM^b$ | precipere $M^a$ | manifestum $M^a$ 14 tori] mariti *R* 15 lucrisque] et lucris quae *CRM* 18 permitti *M* | adquiescat *RM* 19 cedat] tollatur *M* | a] in *C*, ** $M^a$ | re publica (rem publicam *C*) ... 20 nostram *om.* $M^a$ | suparatam $R^a$ 20 progenitis] *C*, legitimis (legimus $M^a$) prog. *RM* 21 per leges] leges $M^a$ | quae] quiue $R^a$ 22 periniuria $R^a$ | aperire *R* | *s. a. Hal.* 24 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *C* | pp. *om. M* 25 pertinem $M^a$ 27 expressum $R^aM^a$ 28 ea *R* 29 quia] qui $M^a$ 30 sibian*s $M^a$ | leges $R^aM^a$ 32 derelinquatur *R* | cum uiduauerit $R^a$ 33 e] * $M^a$, *om.* $R^a$ | maritibus $R^a$ | peruenerit *C* 34 legimus $M^a$? | modo *om.* $M^a$ 35 ut] u $M^a$ | celibatum $M^a$ | uidetur esse relictum *R* 37 uenerit *M* 39 *s. a. Hal.*

# XXXXI

## ℞ DE HIS QVAE POENAE NOMINE IN TESTAMENTO VEL CODICILLIS RELINQVVNTVR ℞

1 [1] IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Superuacuam obseruationem ueterum legum, per quam uoluntates testatorum ad effectum duci impediebantur, amputamus praecipientes nullum ualere, dicendo poenae nomine quaedam esse relicta uel adempta in supremis testantium uoluntatibus, ea infirmare, sed licere testanti pro implenda sua uoluntate uel pecunias dari praecipere uel aliam pecuniariam poenam inferre quibus uoluerit, tam in adimendis hereditatibus uel legatis uel fideicommissis uel libertatibus quam in praecipiendo ad alias personas ea transferri ab eo, cui relicta ab initio sunt, uel aliquid aliis ab eo dari, si minus dispositionibus suis heres uel legatarius uel libertate donatus [B 44, 18, 38]
1 paruerit. Quod si aliquid facere uel legibus interdictum uel alias probrosum uel etiam impossibile iussus aliquis eorum fuerit, tunc sine ullo damno etiam neglecto testatoris praecepto seruabitur. D. K. IAN.[2] CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. PP. II CONS. a. 528

# XXXXII

## ℞ DE FIDEICOMMISSIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. DEMETRIO. Si probaueris Demetrium petisse de matre heredeque sua, ut tibi alimenta menstrua et uestiarium annuum praestaret, eamque secutam uoluntatem filii sui per multum temporis, id est non minus in tali causa triennio, ea praestitisse: ut in futurum quoque ea praestentur et, si qua in praeteritum praestita non sunt, exsoluantur, impetrabis. PP. XVII K. SEPT. DVOBVS ASPRIS CONSS. [B 44, 1, 122] a. 212

2 IDEM A. EVPATRIO. Etsi inutiliter fideicommissum relictum est, tamen si heredes comperta uoluntate defuncti praedia ex causa fideicommissi auo tuo praestiterunt, frustra ab heredibus de ea re quaestio tibi mouetur, cum non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi satis defuncti uoluntati factum esse uideatur. PP. VI K. AVG. LAETO II ET CEREALE CONSS. [B 44, 1, 123] a. 215

3 IDEM A. RVFINO. Cum secundum uoluntatem defunctae Chrysidem puellam ab heredibus manumissam eamque, priusquam ei restitueretur hereditas, intestatam uita functam proponas, ad manumissores eius successio pertinet. qui si adierint eius hereditatem, confusis actionibus fideicommisso sunt liberati. PP. V ID. DEC. LAETO II ET CEREALE CONSS. [B 44, 1, 124] a. 215

4 IMP. ALEXANDER A. VICTORINO. Voluntas patris prohibentis liberos fundos extra familiam uendere uel pignori dare fratrem sorori donare prohibuisse non uidetur. PP. V K. IVL. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 44, 1, 125] a. 223

*P* (42 ℞ 4) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 3, 28, 30. 6, 23, 24 [2] Iun. (3, 28, 30)?

2 quae] qui *S*$M^a$ | testamentis *C* 3 relinquentur *C* 4 menae] omine $M^a$ | obsuasionem $M^a$ 6 discendo pen nomine $M^a$ 7 tastanti $R^a$ 8 uel pecunias] pecunias *R* | dari] sedari $M^a$?, dare $R^b$ | percipere *R* 10 ea] eas *C*$M^a$? 11 uel legatarius] legatarius $R^a$ | uel libertate] libertate *R* 12 aliquod $M^a$ | uel etiam] etiam $R^a$ 13 inpossibiles $M^a$ | fuerint *C* 14 *s. a. Hal.* 17 antonius *M* | a. *om. M* 18 praestaret] praesta ē $R^a$ 19 filiis suis $R^a$ | tempus *R* 20 praestituta *C* 21 *s. a. Hal.* | duobus] d. et *Hal.* 23 praedium *CM* | fideic. causa *M* 24 heredibus] her. eius *C*$M^b$: ἐὰν ἄχρηστον καταλειφθῇ ληγάτον καὶ οἱ κληρονόμοι ἐν εἰδήσει αὐτὸ καταβαλῶσιν, οὐκέτι δύνανται αὐτὸ ἐπαναλαμβάνειν *B* | ea] ipsa *C* | mouitur $M^a$ | sed] et $M^a$ 25 uideatur $M^a$ | *s. a. Hal.* 26 cereali *Hal.* 27 chrysidem] ehisdem $R^a$ 28 priusquam *om.* $M^a$ | restituetur *C* 29 adi*int $R^a$ 30 *s. a. Hal.* 31 cereali *Hal.* 32 alerander *M*, aex. $C^a$ | a. *om. M* | prohibendis *C* 33 dari *C* 34 *s. a. Hal. PL* | v *om. PL* | elianus *P*, el. *L*

5 Idem A. Reginae. Si frater tuus, posteaquam patri heres extitit, pubes [B 44, 1, 126] iam sine liberis decessit, ex pupillari substitutione tibi hereditas eius delata non est. sed si uerbis fideicommissi aliqua parte testamenti confirmata est, fideicommissum ab heredibus petere non prohiberis. PP. xv k. Febr. Ivliano *et* Crispino conss. a. 224

6 Idem A. Nilo. Praedia obligata per legatum uel fideicommissum relicta [B 44, 1, 127] heres luere debet, maxime cum testator condicionem eorum non ignorauit aut, si scisset,
1 legaturus tibi aliud, quod non minus esset, fuisset. Sin uero a creditore distracta sunt, pretium heres exsoluere cogetur, nisi contraria defuncti uoluntas ab herede ostendatur. PP. xvi k. Mart. Ivliano *et* Crispino conss. a. 224

7 Idem A. Septimo. Voluntatis defuncti quaestio in aestimatione iudicis est. [B 44, 1, 128] PP. xv k. Mart. Fvsco ii et Dextro conss. a. 225

8 Idem A. Mascello. Qui fideicommissariam libertatem meruit, legata seu [B 44, 1, 129] fideicommissa a defuncto sibi data suo iure persequitur. PP. xv k. Ivn. Fvsco ii et Dextro conss. a. 225

9 Imp. Gordianvs A. Pavlinae. Ab eo, qui neque legatum neque fidei- [B 44, 1, 130] commissum neque hereditatem uel mortis causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui potest. PP. xvii k. Oct. Pio et Pontiano conss. a. 238

10 Idem A. Firmo. Verbum 'uolo' licet desit, tamen quia additum per- [B 44, 1, 131] fectum sensum facit, pro adiecto habendum est. PP. iii id. Dec. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

11 Idem A. Papiniano. Quotiens ab omnibus, qui alienatione facta ad fidei- [B 44, 1, 132] commissi petitionem adspirare possint, uenditio celebratur aut quibusdam uendentibus alii consenserint, auctoritas contractus conuelli nequaquam potest. PP. ii k. Ian. Gordiano A. ii et Pompeiano conss. a. 241

12 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Rvfino. Post mortem suam rogatam [B 44, 1, 133] restituere hereditatem defuncti iudicio et antequam fati munus im*pl*eat posse satisfacere (id est restituere hereditatem) quarta parte uel retenta uel omissa, si uoluerit, explorati iuris est. PP. id. Oct. Peregrino et Aemiliano conss. a. 244

13 Idem A. et C. Sempronio. Quotiens principali loco heres institutus testa- [B 44, 1, 134] tori succedit, legata seu fideicommissa a substituto data posci iure non possunt. PP. viii k. Mart. Praesente et Albino conss. a. 246

14 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. Falconi. Ea, quam frater tuus [B 44, 1, 135] instituerat, siue quaesita siue non quaesita hereditate decesserit, cum tamen simpliciter, antequam duodecimum annum aetatis implesset, uerbis precatiuis testamento facto nonnullos ei uoluerit substitutos, nihil prohibet fideicommissum peti uel ab ipsius heredibus,
1 qui bona intestati tenent. Tunc enim locum habet, quod regulariter traditur ea, quae in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non ualere, cum uerbis relicta directis adiri potuit hereditas, non cum illa ipsa sic data est, ut esset
2 etiam ab intestato[1] successoribus postulanda. Quod rescripsimus sequentes adseuerationem

*P* (42, 7. 8. 10) *L* (*ut P*) *CRM* (*in* 22 adspirare ... 29 sempronio *fere periit* $M^a$)

[1] intestati?

1 a.] a. et c. *S* | regnae *R*, rigine *M* | heres *om. C* 3 fideicommissis $R^a$ | aliqua pars *R*, aliquam part. $M^a$ 4 *s. a. Hal.* 5 nilo] nilopidiae *M* 7 legatarius $R^a$, legatariis $R^b$, *deficit* $M^a$ 8 cogitur $R^a$ | defuncti *om.* $M^a$ | here $M^a$ 9 *s. a. Hal.* | et] ii et *Hal.* 10 septimio $P^bLC$ | estimationem *PL* 11 *s. a. Hal. PL* | ii *om. PL* 12 idem a.] imp. gord. a. a. $L^a$ | marcello *S*, mascilo *PL*, masculo *CR*, miscilio *M* 13 defucto $P^a$ | data] delata *R* | persequetur *CRM* | *s. a. Hal. PL* | xuii k. iul. *PL* | ii *om. PL* 15 qui] quod $M^a$ 16 donatione *R* 17 potest] p. aspirare $M^a$ (*ex u.* 22) 18 idem] imp. gor. *PL* | additum] ad.ilum $L^a$ 19 adiecito $R^a$ | *s. a. Hal. PL* | a. et *om. P*, a. *om. L* 21 appiano *S* | alienationem factam *R* 22 post sunt $M^b$, *deficit* $M^a$ | celebratum $R^a$ | aliis $R^a$?, *deficit* $M^a$ 23 *s. a. Hal.* 25 et phil. c. *om. R*, *deficit* $M^a$ | rufine *S*, *deficit* $M^a$ 26 impleat] $T^u$, immineat $CRM^b$, *deficit* $M^a$ 27 quarta] *C*, etiam quarta $RM^b$, *deficit* $M^a$ | commissa $R^a$? 28 *s. a. Hal.* 29 aa. et cc. *C*, a. *R*, *deficit* $M^a$ | institutos $M^a$ | testatoris *R* 30 seu] uel *R* | *s. a. Hal.* 32 ualentinus et gallius aa. falconiae *M* | ea] *R*, si ea $C^a$, eam $C^bM^b$, .a *uel* .am $M^a$ 35 ipsis *R* 36 qui] uel ab his qui $M^b$: *sed* ipsius *ad testatorem referendum est* 37 non adeatur ... 38 directis *om.* $R^a$ 39 etiam *om. CM*

tuam, quasi scripta heres non fuerit iure adoptata. alioquin si in familia relicta[1] heres facta decessit, et consequenter ipsius heredes petitioni fideicommissi respondere coguntur. PP. XIIII K. SEPT. VALERIANO III ET GALLIENO II AA. CONSS. a. 255

15 IDEM AA. PHILOCRATI. Quamuis simpliciter te ac fratrem tuum aliquis [B 44, 1, 136] instituerit heredes eiusque hereditatis commodum pater ex tua fratrisque persona pro portionibus uestris potestatis ratione quaesierit, tamen quia inferioribus uerbis testamenti uos sui iuris facere testator curauit, intellegi potest restituendi hereditatis commodi fideicommisso patrem obstrictum esse. PP. VI ID. OCT. ROMAE MAXIMO II ET GLABRIONE CONSS. a. 256

16 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. ISIDORAE. Cum uirum [B 44, 1, 137] prudentissimum Papinianum respondisse non ignoramus[2] etiam legata huiusmodi fideicommisso contineri, id est ubi heres rogatus fuerat, quidquid ex hereditate peruenerit, post mortem restituere, animaduertis, etiam praeceptionis compendium testatoris uerbis comprehensum esse.
1 Sane quoniam in fideicommissis uoluntas magis quam uerba plerumque intuenda sunt, si quas pro rei ueritate praeterea probationes habes ad commendandam hanc patris uoluntatem, quam fuisse adseueras, apud praesidem experiri non uetaris. PP. PRID. ID. NOV. CARO ET CARINO AA. CONSS. a. 283

17 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. FORTVNATO. Si creditoris uoluntas iure subnixa liberari te debito uolentis doceri potest, et antequam sollemniter tibi liberatio a successore praestetur, exceptionem tibi ex uoluntate descendentem competere manifestum est. PP. XII K. MAI. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

18 IDEM AA. APOLAVSTO. Cum necessitatem reddendae rationis defunctus [B 44, 1, 138] remittendam tibi esse petierit, manifesti iuris est uoluntatem defuncti immotam esse debere. PP. ID. MART. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

19 IDEM AA. AMPLIATO. Clari et aperti iuris est in fideicommissis posteriores [B 44, 1, 139] uoluntates esse firmiores. PP. VIII ID. SEPT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

20 IDEM AA. IVLIANO. Etiam a pupillorum tutoribus uelut ab ipsis[3] [4, 1, 5 B 44, 1, 140] relicta fideicommissa debentur. PP. III NON. DEC. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

21 IDEM AA. *ET CC.* TIBERIO. Si in persona patris tui, cui te successisse [B 44, 1, 141] proponis, fideicommissi dies utiliter cessit, licet tempore quo fuerat datum necdum te natum probetur, uxorem patrui, quem contendis patri tuo rogatum, si sine liberis decesserit, ab auo relicta restituere, si ei successit, de fideicommisso conuenire debes. nam si patrui etiam hereditas tibi quaesita est, non de fideicommisso quaerendum, sed hereditas ab ea uindicanda est. D. VI ID. FEBR. AA. CONSS. a. 293

*P* (42, 19) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] est *ins.* (*Mommsen*) [2] ignoras? [3] pupillis *ins. l. gem.*

---

2 consequenter] sequentes $R^a$ | heredem $M^a$ | repetitioni *R*, petionis $M^a$*?*, petioni $M^b$ 3 *s. a. Hal. R* | xu *R* | III] iiii *R* | II aa. conss.] et ss. *R* 4 aa.] a. et c. *S*, a. *CRM* | fratrem tuum] $R^bM^b$, fratres tuos *C*, frater tuus $R^a$, *inc.* $M^a$ 5 tuam fr. personam $R^a$, tua fr. tui persona *M* 6 potestatibus $M^a$ | uerbi *R* 7 restituende h. commodi fideicommisso *C*, restituende h. commo** fideicommissum $R^a$, restituendi h. commodum fideicommisso $R^b$, restituend*(e?) h. commodo fideicommisso $M^a$, restituendi h. commodi fideicommissi $M^b$ 8 *s. a. Hal. R* | VI] iii *R* | rom. *R* | II ... 9 conss.] et glabrino et ss. *R* 10 impp. *CR* | carus *om. C* | et num.] numerius *S* | aaa.] aaa. et c. *S*, aa. *CR* | isidorae *om. M* 12 continere $R^a$ | here $M^a$ | peruenit $R^b$, fuerit $R^aM^t$ 13 animaduertimus $R^b$ | uerbis] uerus $R^a$ 15 probatione $M^a$ | commodandam $R^aM^a$ 17 *s. a. Hal.* 18 aa.] aa. et cc. *SC*, *om. M* 21 *s. a. Hal.* 22 idem aa. (a. *RM*)] et c. *S* | pollausto *S*, apolaustro *R*, apolanto *M* | cum] sum $M^a$ 23 immotam] *Mommsen*, immutam $M^a$, immutatam $CM^b$, immutandam *R* 24 *s. a. Hal.* 25 idem] impp. dioc. et max. *PL* | aa.] a. *RM* | fideicommisso *R* 26 esse uoluntates *RM* | *s. a. Hal. PL* | VIII] iii *PL* | aa. IIII et III *Hal.* 27 aa.] a. et c. *S*, a. *RM* | a pup.] pup. $M^a$ | uelut] uel $M^a$ 28 deberentur *R* | *s. a. Hal. cum l. gem.* 29 aa. et cc.] a. et c. *S*, aa. *C*, a. *RM* 30 fuerit *RM* 31 natam $C^a$, *inc.* $R^a$ | patrii* $M^a$ | discesserit $R^aM^a$ 32 conuenire ... 33 fideicommisso *om.* $M^a$ 33 quaerendam $R^a$ 34 ab] tibi ab *M* | uindicata $M^a$ | *s. a. Hal.*

22 IDEM AA. ET CC.* PLANCIANO. Et in epistula uel breui libello uel sine [B 44, 1, 142] scriptura, immo etiam nutu fideicommissum relinqui posse adhibitis testibus nulla dubitatio est. D. ID. APRIL. BYZANTII AA. CONSS. a. 293

23 IDEM AA. ET CC. STRATONICO. Si ueritas uel sollemnitas iuris deest nec [B 44, 1, 143] amplexus parentis uoluntatem relicta dedisti uel transactionis causa stipulantibus promisisti negotiumque integrum est, ad solutionem urgueri non potes. D. V K. FEBR.[1] AA. CONSS. a. 293

24 IDEM AA. ET CC. MENESTRATO. Instrumenta praediorum per fideicom- [B 44, 1, 144] missum relictorum, quae ad probationem originis eorum pertinent, heredes praestare necesse non habent: tamen cautionem praestare debent, quod, si opus fuerit legatario seu fideicommissario, ipsa, si habent, proferant. D. K. DEC. SIRMI AA. CONSS. a. 293

25 IDEM AA. ET CC. IVLIANAE. Heredum etiam res proprias per fideicom- [B 44, 1, 145] missum relinqui posse non ambigitur. D. II K. MART. CC. CONSS. a. 294

26 IDEM AA. ET CC. GAIANO. Ex repudiatione fideicommissi doli mali [B 44, 1, 146] exceptio iusta causa intercedente tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione usus fuerit. unde cum hoc non te, sed patrem fecisse adseueras, qui tibi nocere non potuit, nihil tibi obesse potest. D. II ID. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294

27 [2]IDEM AA. ET CC. OLYMPIADI. Fideicommissum eius qui reliquerat paeni- [B 44, 1, 147] tentia probata successores numquam praestare compelluntur. D. V K. OCT. VIMINACII CC. CONSS. a. 294

28 IDEM AA. ET CC. GAIO. Ex fideicommisso sub condicione sine libertate [B 44, 1, 148] seruis propriis inutiliter dato libertas peti non potest. D. XV K. NOV. TRANS MARE[3] CC. CONSS. a. 294

29 IDEM AA. ET CC. ACHILLEO. Ex testamento, quod iure non ualet, nec [B 44, 1, 149] fideicommissum quidem, si non intestato quoque succedentes rogati probentur, peti potest. D. VIII ID. DEC. CC. CONSS. a. 294

30 IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Cum acutissimi ingenii uir et merito [B 44, 1, 150] ante alios excellens Papinianus in suis statuit responsis, si quis [cf. 6, 25, 7, 1 Dig. 35, 1, 102] filium suum heredem instituit et restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc uideri disposuisse, nisi cum filius eius sine subole uitam reliquerit: nos huiusmodi sensum merito mirati plenissimum ei donamus euentum, ut, si quis haec disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, uel ab initio nepotem uel neptem, pronepotem uel proneptem uel aliam deinceps posteritatem, et eam restitutionis post obitum grauamini subiugauerit, non aliter hoc sensisse uideatur, nisi hi qui restitutione onerati sunt sine filiis uel filiabus uel nepotibus uel pronepotibus fuerint defuncti, ne uideatur testator

*P* (42, [22 *p*] 27. 24. 25) *L* (42, 22. 27. 24. 25 [30 *ad finem libri quinti suppl. l*]) *D* (*ad c.* 30) *CR* (*transponit c.* 29. 28) *M*

---

[1] Sept.? [2] *iunge* 8, 53, 23 [3] Transmarisca (*Mommsen*)?

---

1 aa. et cc.] a. et c. *S*, aa. *pLC*, a. *RM* | pluciano *pL*, prolatino *M* | breui] *CRM*, iure ciuili *pL*: ἐν οἱῳδήποτε λιβέλλῳ *B* 2 nutu] nudum *pL* 3 *s. a. Hal.* 4 aa.] a. *RM* | stranico *R* 6 potest $R^a$, postest $M^a$ | *s. a. Hal.* 8 idem aa. (a. *R*) et cc.] impp. car. et carinus et numerianus (nunmer. $L^a$) aaa. et cc. *PL*, impppp. car. carinus et numerarius *M* 10 habet *M* | si] si de his $M^a$ | fuerint *PLRM* | legatorio *RM* 11 habeant $PLM^a$: ἐὰν χρεία γένηται καὶ ἔχουσιν *B* | *s. a. Hal.* 12 aa. et cc.] a. *SM*, a. et cc. *R* | iuliano *M* | fideicommissi $R^aM^a$ 13 reliqui $RM^a$ | ambiguitur $M^a$ | *s. a. Hal. PL* | II] prid. *PL* 14 aa. (a. *R*) et cc.] a. *M* | gaio *S*, gaione *M* 15 cui *om.* $M^a$ 16 cum *om.* $M^a$ 17 *s. a. Hal.* 18 aa.] a. *RM* | et cc. *om. PLM* | olympiade *S*, olimpiani *PL*, olimpiano *M* | relinquerat *M* 19 *s. a. Hal.* 21 gaiano *R*, *deficit* $M^a$ 22 *s. a. Hal.* 24 acilleo *CRM* 25 intestamento $R^a$ | roganti $R^a$, rogari $M^a$? 26 *s. a. Hal.* 27 impp. *D* | iustinus *M* | aa. *D*, *om. M* | demonsteni *R* | pp. *om.* $M^a$ 28 alios] illos *l*, ***** $M^a$ 29 oneris $CR^aM^a$? | hoc uideri] fieri *l*, hoc fieri $D^a$ 30 filium *l*, filiis $M^a$ | uitam] *lD*, uitam suam *CRM* | nos] non *l* 31 ei] ei' *D* | disposuit $M^a$ 32 institueris $R^a$, institue** $M^a$ | neptem (uel *ins. D*) pron. u. proneptem] nep*tem $M^a$ 33 alia *l* | et] e $D^a$ | grauaminis *D*, grauamine $C^a$ 34 hii $lM^b$, enim *D* | restitutionem $CR^a$, *om. D* | honorati $M^a$ 35 nepotibus uel pronepotibus] $CRM^a$ *cum B* ἐκγόνων ἀρρένων ἢ προεκγόνων, nepotibus uel pronepotibus neptibus uel proneptibus $lM^b$, nepotibus neptibus uel proneptibus *D* | ne *om.* $M^a$

alienas successiones propriis anteponere. RECITATA SEPTIMO IN NOVO CONSISTORIO
PALATII IVSTINIANI. D. III K. NOV. DECIO VC. CONS. a. 529
31 [1]IDEM A. IOHANNI PP. Quidam filium suum a sacris paternis remisit et B 44, 1, 151
postea testamento condito eum praeteriit nullo ei penitus relicto, aliis heredibus derelictis,
ipsum autem, quem neque heredem neque exheredatum fecit, fideicommisso praegrauauit.
1 quaerebatur, si utile est huiusmodi fideicommissum. Tota igitur antiqua dubietate super
hoc explosa nobis in hoc casu placuit, ut emancipatus utpote iniuria a patre adflictus non
2 compellatur fideicommissum a sua persona relictum praestare. Quod etiam in aliis per-
sonis, quas exheredari necesse est, locum habere censemus. D. PRID. K. MART. CONSTAN-
TINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
32 IDEM A. IOHANNI PP. Quaestionem ex facto emergentem resecantes et B 44, 1, 152
uoluntati defunctorum prospicientes sancimus, si sine scriptura et praesentia testium
fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit iuramentum heredis uel forsitan legatarii
uel fideicommissarii, quotiens ab eo relictum est fideicommissum, siue uniuersitatis siue
speciale, necesse habere heredem uel legatarium uel fideicommissarium prius iureiurando
de calumnia praestito uel sacramentum subire et omni inquietudine sese relaxare uel, si
recusandum existimauerit sacramentum aut certam quantitatem manifestare fideicommissario
derelictam noluerit, si forsitan maiorem fideicommissarius expetat, omnimodo exactioni
fideicommissi subiacere et eum ad satisfactionem compelli, cum ipse sibi iudex et testis
inuenitur, cuius religio et fides a fideicommissario electa est, nullis testibus nullisque aliis
aduenticiis probationibus requisitis, sed siue quinque sint testes uel minores uel nemo,
causam per illius sacramentum uel dandum uel recusandum suam habere tam firmitatem
quam exactionem, siue pater sit, qui fideicommissum dederit, siue extraneus, ut aequi-
1 tatis ratio communiter in omnes procedat. Cum enim res per testium sollemnitatem osten-
ditur, tunc et numerus testium et nimia subtilitas requirenda est. lex etenim, ne quid
falsitatis incurrat per duos forte testes compositum, maiorem numerum testium expostulat,
2 ut per ampliores homines perfectissima ueritas reueletur. Cum autem is, qui quid ex
uoluntate defuncti lucratur, et maxime ipse heres, cui summa auctoritas totius causae
commissa est, dicere compellitur ueritatem per sacramenti religionem, qualis locus testibus
relinquatur uel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria et[2] indubitata
relicta? cum et in leges respeximus, quae iustis dispositionibus testatorum omnimodo
heredes oboedire compellunt et sic strictius causam exigunt, ut etiam amittere lucrum
hereditatis sanciant eos, qui testatoribus suis minime paruerunt. D. V K. DEC. CONSTAN-
TINOPOLI *POST CONSVLATVM* LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

*P* (42, 32) *L* (42, [30 *l*] 32) *D* (*ad* 42, 30) *CRM*

---

[1] *iunge* 6, 37, 24 [2] ei (*Mommsen*)?

---

1 *s. a. Hal. RM* | recitatas *M* 2 d. III ... cons. *om. RM* 3 idem] impr. iustinianus *S* | pp. *om. M* | a] ad $R^aM^a$ 4 relecto $R^a$ 5 fideicommissum $M^a$? | praegrauatus $R^a$, *inc.* $M^a$ 6 huiusmodi *om.* $R^aM^a$ 7 mancipatus $RM^a$ | ininiuria $M^a$ 8 etiam] etiam et $CR^b$ | alienis $RM^a$ 9 ex*radari $R^a$, exero*dari $M^a$ | *s. a. Hal.* 11 idem] impr. iustinianus *SPL* | pp. *om. M* 12 defunctorum] *PL*, mortuorum *CRM* 13 relicto $RM^a$ | fideicommisarium $M^a$ | heredis iuramentum *CRM* 14 uel speciale *PL* 15 prius *om.* $M^a$ 16 sacramento $CM^a$ | omnem inquietudinem *C* | sese] se $M^a$ | rexare $M^a$ 17 existimauerint *RM* | sacram. *om.* $M^a$ | manifestari $R^aM^a$ 18 si *om.* $R^a$, *deficit* $M^a$ | exactionem *PL*, *deficit* $M^a$ 19 ad] id ad $R^a$?, *deficit* $M^a$ | satisdationem *PL*, *deficit* $M^a$ 20 legio $P^a$ 21 adaduenticiis *C* | adrequisitiis $M^a$ 22 causa *PL* | haberet $RM^a$? 25 nimia] min $L^a$ 26 falsitas $L^a$ | forte] falsos $RM^a$ | compositum] c. est *P*, c. est testamentum $L^a$, c. testamentum $M^b$ 27 perfectissimas $P^a$ | releuetur *PLC*, reuelatur $R^a$ | cum ... 28 lucratur *om.* $M^a$ | qui quid] $C^b$, quicquid $PLC^a$, qui aliquid $RM^b$ 28 ipse *om. C* | cui] cum $M^a$? 29 qualis] quis *PL* 30 quemadmodum] ammodum *P* | recurratur *CR*, percurrat $M^a$, percurratur $M^b$ | propria] ut pr. $PL^aR^bM^b$ | indebita $L^a$, indubiata $M^a$ 31 disposicionis $P^a$ 32 ttrictius $L^a$, structius *C*, tristius $R^aM^a$ 33 sentiant $P^aM^b$ | suis *om.* $R^aM^a$ | *s. a. PL* | v] xu *L* | constant. ... 34 cc.] cp. lampadi (lamp. *L*) et or. conss. *PL*

# XXXXIII

# ℞ COMMVNIA DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS ET DE IN REM MISSIONE TOLLENDA ℞

1 Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. Cum ii, qui legatis uel fideicommissis [B 44, 27, 1
honorati sunt, personalem plerumque actionem habere noscuntur, quis uel uindicationis uel
sinendi modo aliorumque generum legatorum subtilitatem prono animo admittet, quam
posteritas optimis rationibus usa nec facile suscepit nec inextricabiles circuitus laudauit?
1 quis in rem missionis scrupulosis utatur ambagibus? Rectius igitur esse censemus in
rem quidem missionem penitus aboleri, omnibus uero tam legatariis quam fideicommissariis
unam naturam imponere et non solum personalem actionem praestare, sed etiam in rem,
quatenus eis liceat easdem res, uel per quodcumque genus legati uel per fideicommissum
fuerint derelictae, uindicare in rem actione instituenda, et insuper utilem Seruianam (id
2 est hypothecariam) super his quae fuerint derelicta in res mortui praestare. Cum enim
hoc iam iure nostro increbuit licere testatori hypothecam rerum suarum in testamento
quibus uoluerit dare, et iterum nouellae constitutiones in multis casibus et tacitas hypo-
thecas induxerunt, non ab re est etiam nos in praesenti casu hypothecariam donare, quae
3 et nullo uerbo praecedente possit ab ipsa lege induci. Si enim testator ideo legata uel
fideicommissa dereliquit, ut omnimodo personae ab eo honoratae ea percipiant, apparet
ex eius uoluntate etiam praefatas actiones contra res testatoris esse instituendas, ut omni-
bus modis uoluntati eius satisfiat, et praecipue cum talia sint legata uel fideicommissa,
4 quae piis actibus sunt deputata. Et haec disponimus, non tantum si ab herede fuerit
legatum derelictum uel fideicommissum, sed et si a legatario uel fideicommissario uel alia
persona, quam grauare fideicommisso possumus, fideicommissum cuidam relinquatur. cum
enim non aliter ualeat, nisi aliquid lucri offerat ei a quo derelictum est, nihil est graue
etiam aduersus eum non tantum personalem, sed etiam in rem et hypothecariam exten-
5 dere actionem in rebus, quas a testatore consecutus est. In omnibus autem huiusmodi
casibus in tantum et hypothecaria unumquemque conueniri uolumus, in quantum personalis
actio aduersus eum competit, et hypothecam esse non ipsius heredis uel alterius personae
quae grauata est fideicommisso rerum, sed tantummodo earum, quae a testatore ad eum
peruenerint. D. xv k. Oct. Chalcedone Decio vc. cons. a. 529

2 Idem A. Ivliano pp. Omne uerbum significans testatoris legitimum sensum [B 44, 27, 2
legare uel fideicommittere uolentis utile atque ualidum est, siue directis uerbis, quale est
'iubeo' forte, siue precariis utetur testator, quale est 'rogo' 'uolo' 'mando' 'fideicommitto',
siue iuramentum posuerit, cum et hoc nobis audientibus uentilatum est, testatore quidem
1 dicente 'ἐνορκῶ', partibus autem huiusmodi uerbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur
secundum quod diximus ex omni parte uerborum non inefficax uoluntas secundum uerba
legantis uel fideicommittentis et omnia, quae naturaliter insunt legatis, ea et fideicom-
missis inhaerere intellegantur et e contrario, quidquid fideicommittitur, hoc intellegatur
esse legatum, et si quid tale est, quod non habet natura legatorum, hoc ei ex fideicom-

*$A^{ul}$* (43 ℞) *P* (43 ℞ 2) *L* (*ut P*) *CRM*

---

2 fidecommissis *L* 3 in *om.* $R^a$ | rem] *C*, re *SAPLRM* | tollendam $P^a$ 4 a. *om.* *R* | ii] hi *C* 5 plerumque *om.* $M^a$ 6 generumque $M^a$, *inc.* $R^a$ 7 usa] usa et $M^a$ | susceperit $RM^a$ 8 quibus *R* | rem] re $CRM^b$ | scripulosis *C* | utuntur *C*, utitur $M^b$ 9 fideicommissis $M^a$ 11 eis] eius $M^a$ 12 actionem *R* | id] idem *R* 15 uoluerint *C* | constitutionis $M^a$ 16 in *om.* $M^a$ | casu] causa *CR* 17 ab] ad $CM^b$ | ipsam legem $M^a$ 18 derelinquat *C* | ut] et $R^b$, *om.* $R^aM^a$ 19 perfatas $R^a$, perfectas $M^a$ 20 uoluptati $R^a$ 21 hoc *M* 22 et *om.* $RM^a$ | legatorio $M^a$ 24 aliquod *uel* aliquis *M* | afferat $R^b$ | graue est *RM* 27 ypothecariam *R* 28 et *om.* *R* 29 rerum] utrum $R^a$ | testante $R^a$ 30 *s. a. Hal.* 31 idem] impr. iustinianus *SPL* | a. *om.* *M* | iuliano] iohanni *PLM* 32 uel] ac *PLM* 33 utitur $RM^a$ | testor $M^a$ | uolo rogo *CR* 34 imposuerit $CRM^b$ | cum *om.* $M^a$ | uentil. est (est *om.* $R^a$) audientibus *R* 35 υενορχω *PL*, ιενορχω *M* 36 uerborum n. i. uol.] uol. testatoris non inefficax $R^a$ 37 ea] eam $M^a$ 38 et e c. q. fideic. *om.* $M^a$ | fideicommittatur $CR^bM^b$ | hoc] in hoc *C* 39 legatum … habet *om.* *C* | naturam *PRM* | fideicommissi *C*

missis. accommodetur, et sit omnibus perfectus euentus, ex omnibus nascantur in rem
2 actiones, ex omnibus hypothecariae, ex omnibus personales. Vbi autem aliquid contra-
rium in legatis et fideicommissis eueniat, hoc fideicommisso quasi humaniori adgregetur et
3 secundum eius dirimatur naturam. Et nemo moriens putet suam legitimam uoluntatem
reprobari, sed nostro semper utetur adiutorio, et quemadmodum uiuentibus prouidimus,
ita et morientibus prospiciatur: et si specialiter legati tantummodo faciat testator mentio-
nem, hoc et legatum et fideicommissum intellegatur, et si fidei heredis uel legatarii aliquid
committatur, hoc et legatum esse uideatur. nos enim non uerbis, sed ipsis rebus leges im-
ponimus. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
3 IDEM A. IOHANNI PP. Si duobus uel tribus hominibus uel pluribus forte [B 44, 27, 3]
optio serui uel alterius rei relicta fuerit, uel si uni quidem legatario optio serui uel alte-
rius rei relicta est, ipse autem moriens plures sibi reliquerit heredes, dubitabatur inter
ueteres, si inter legatarios uel heredes legatarii fuerit certatum et alter alterum seruum
1 uel aliam rem eligere uelit, quid sit statuendum. Sancimus itaque in omnibus huiusmodi
casibus rei iudicem fortunam esse, sortem etenim inter altercantes adhibendam, ut, quem
sors praetulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, ceteris autem aestimationem praestet
contingentium eis partium: id est in seruis quidem et ancillis maioribus decem annis,
si sine arte sint, uiginti solidis aestimandis, minoribus uidelicet decem annis non amplius
quam decem solidis computandis: sin autem artifices sunt, usque ad triginta solidos aesti-
matione eorum procedente, siue masculi siue feminae sunt, exceptis notariis et medicis
utriusque sexus, cum notarios quinquaginta solidis aestimari uolumus, medicos autem et
obstetrices sexaginta: eunuchis minoribus quidem decem annis usque ad triginta solidos
ualentibus, maioribus uero usque ad quinquaginta, sin autem artifices sint, usque ad
1a septuaginta. Sed et si quis optionem serui uel alterius rei reliquerit non ipsi legatario,
sed quem Titius forte elegerit, Titius autem uel noluerit eligere uel morte fuerit prae-
uentus, et in hac specie dubitabatur apud ueteres, quid statuendum sit, utrumne legatum
1b expirat, an aliquid inducitur ei adiutorium, ut uiri boni arbitratu procedat electio. Cen-
semus itaque, si intra annale tempus ille qui eligere iussus est hoc facere supersederit
uel minime potuerit uel quandocumque decesserit, ipsi legatario uideri esse datam electio-
nem, ita tamen, ut non optimum ex seruis uel aliis rebus quicquam eligat, sed mediae
aestimationis, ne, dum legatarium satis esse fouendum existimamus, heredis commoda
2 defraudentur. Sed quia nostra maiestas per multos casus legatariis et fideicommissariis
prospexit et actiones tam personales quam in rem et hypothecarias dedimus et in rem
2a missionis tenebrosissimus error abolitus est, et ad hanc legem peruenimus. Nemo itaque
ea, quae per legatum uel pure uel sub certo die relicta sunt uel quae restitui aliis disposita
sunt uel substitutione posita, secundum ueterem dispositionem putet esse in posterum

*A*$^{ul}$ (43, 3 *usque ad u.* 24 quinquaginta) *PLCRM*

1 euenditur $P^a$, uentus $M^a$ | nascatur *L* 2 ex] et ex $RM^b$ 3 in *om.* $M^a$ 4 dirimentur *PL*, dirimetur $R^bM$ | natura *C* | legitam $R^a$ 5 atetur $L^a$, utitur *R* | prouidemus *R* 6 modo] mo *P* 7 hoc $P^a$, hoc *uel* haec *L* | et fideic. ... 8 legatum *om.* $M^a$ 8 uidetur *PL*, *deficit* $M^a$ | legem *PL* | inponamus $M^a$ 9 *s. a. Hal.* *PL* | lampadii ... cc. *om.* *P*, constant. ... cc. *om.* *L* 10 idem] impr. iustinianus $SPLM^a$ | a. *om.* $A^lM$ | uel trib.] trib. $PL^a$ 11 alteris *P* | fuerit (est *CR*) ... 12 relicta *om.* $M^a$? | si *om.* *R* 12 morient $L^a$ | relinquerit *R* | inter ueteres *om.* $PLR^bM$ 13 legatarii] legatarios heredes legatarii ***rit $M^a$ 14 omnibus *om.* *PL* 15 sortem (sorte *C*) etenim] *AC*, et sortem $PL^bR^bM^b$, et sortes $L^a$, et sortem enim $R^a$, *de* $M^a$ *non constat* | altercantes] cantes $L^a$ | adhibenda *C* 16 sros $P^a$ | estimationes *M* | prestaret $M^a$, *inc.* $P^a$ 17 contignentium *R*, contigentium $M^a$ | in] et in *PL* | ancillis] in anc. *M* 18 estimatis *PL*, existimandis *R*, estimantis $M^a$ | decem] et d. *R* 19 quam] quam in $M^a$ | solidos $CM^a$, sol. *PL* | sunt] $AM^b$, *om.* $PLCRM^a$ | estimationes e. procedent *A*, estimationem e. procedente *R* 20 sint *PLCRM* 21 solidos *CM*, sol. *PL* | estimare *M* 23 ualentibus] *AW*, manentibus *PLCRM* | uero maioribus $R^a$ | sunt *CR* 24 reliquid *CR*, relinquerit *M* | legatorio *M* 25 sed] sed etsi quis $P^a$ | morte] forte morte *CR* | praeuentius *R* 27 sperat $PL^l$, spirat $M^a$ | aliquod *CR* | ei inducitur *CRM* | arbitratus *PL* | cencemus $P^a$ 28 inter *PL* 29 legatorio *M* | datam uid. esse *PL* 31 estimamus *PL*, estimauimus *R* 32 defrudentur $C^a$, diffrudentur $R^a$ | et] uel *R* 33 et *om.* *M* | inpothecarias *R*, ypothecariam *M* | re $PLCR^a$ 34 obolitus *PL* | et *om.* $PL^aR^b$ 35 uel sub] sub $PL^a$ 36 sunt *om.* $M^a$ | subsistitutione $M^a$, sub substitutione $M^b$: *cf. p.* 587, 6

alienanda uel pignoris uel hypothecae titulo adsignanda uel mancipia manumittenda, sed
sciat, quod hoc *quod* alienum est non ei liceat utpote sui patrimonii existens alieno iuri
applicare, quia satis absurdum est et inrationabile rem, quam in suis bonis pure non
possidet, eam ad alios posse transferre uel hypothecae pignorisue nomine obligare uel
3 manumittere et alienam spem decipere. Sin autem sub condicione uel sub incerta die fuerit
relictum legatum uel fideicommissum uniuersitatis uel speciale uel substitutione uel resti-
tutione, melius quidem faciat, et si in his casibus caueat ab omni uenditione uel hypotheca,
3a ne se grauioribus oneribus euictionis nomine supponat. Sin autem auaritiae cupidine
propter spem condicionis minime implendae ad uenditionem uel hypothecam prosiluerit,
sciat, quod condicione impleta ab initio causa in irritum deuocetur et sic intellegenda est,
quasi nec scripta nec penitus fuerat celebrata, ut nec usucapio nec longi temporis prae-
3b scriptio contra legatarium uel fideicommissarium procedat. Quod similiter censemus in
huiusmodi legatis, quae siue pure siue sub die certo siue sub condicione siue sub incerta
die relicta sint: sed in his omnibus casibus legatario quidem uel fideicommissario omnis
licentia pateat rem uindicare et sibi adsignare, nullo obstaculo ei a detentatoribus oppo-
4 nendo. Emptor autem *s*ciens rei grauamen aduersus uenditorem actionem habeat tantum-
modo ad restitutionem pretii, neque dupli stipulatione neque melioratione locum habente,
cum sufficiat ei saltem pro pretio, quod sciens dedit pro aliena re, sibi satisfieri: creditori
nihilo minus pigneraticia contraria actione aduersus debitorem competente, ut ex omni
parte omnique studio id, quod semper properamus, ad effectum perducatur, ut ultima
elogia defunctorum legitimum finem sortiantur: bonae fidei procul dubio emptoribus integra
iura et nullo modo ex hac constitutione deminuta contra uenditores habentibus. D. K.
SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## XXXXIIII

## R DE FALSA CAVSA ADIECTA LEGATO VEL FIDEI-COMMISSO R

1 IMP. ANTONINVS A. SEPTIMIO. Verba testamenti, quae inseruisti, aut solu- [B 44, 16, 31
tam pecuniam debitam testatori declarant aut uoluntatem eius liberare uolentis debitorem
manifeste ostendunt. et ideo aut peti quod solutum est non potest aut ex causa fidei-
commissi, ut debitor liberaretur, agendum est nisi liquido probari possit eum non liberari
debitorem uoluisse, sed errore lapsum solutam sibi pecuniam existimasse. PP. VII K. MART.
ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213
2 IMP. ALEXANDER A. FAVSTINAE. Etiam si ueritas debiti non subest, falsa [B 44, 16, 32
demonstratio non perimit legatum et ex testamento eius quoque nomine competit actio.
PP. VII ID. NOV. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

*P* (43, 3) *L* (*ut P*) *CRM*

---

1 pognoris $M^a$ 2 quod hoc quod] $Q^a$, quod hoc *PLRM*$^a$, quia hoc quod *C*, quod $M^b$ | existat *P* 3 applicari *PL*$^a$ | et] ut $P^t L^t$ | inracionabilem *PL*$^a$ | in *om.* $P^a L^a M^a$ | bonus $M^a$ 4 eam] etiam *R* | transferre posse *M* | nomine pign. uel *C*, pign. uel nomine *R* 5 alienas species (spes $P^b M^b$, spem $L^r$) *PLM*$^a$ | certa *PLM*$^a$ 6 substitutio uel restitutio *C contra B* 7 faciunt ... caueant ... 8 supponant (—nat $M^a$) *PLM*$^a$: χρέιττον μέν, εἰ μὴ ἐκποιήσει μηδὲ ὑποβάλλει *B* 8 grauioribus $M^a$ | auarie $M^a$ | cupidus *PLM*, *inc.* $R^a$ 9 spetiem $M^a$ | impendet $R^a$ 10 casa $P^a$ | intellegendam *R* | est *om. CR* 11 nec scr.] non scr. *M* | fuerit *RM*$^b$ | praescripti $R^a$ 12 quod] qui $M^a$ | censemus] obtinere c. *M* 13 quae *om. CR*$^a$ | siue pure ... incerta die] *CR*, seu pure seu sub cond. seu sub die certo *PL*, seu pure seu sub die certo seu sub (se $M^a$?) conditione *M* 14 sunt *L* | legatorio *M* | uel] et *PL* 15 a detentoribus *M*, ab emptoribus *PL*$^b$, *om.* $L^a$ 16 sciens] *dett.*, si sciens *PLCRM* | habet $L^a$, beat $M^a$ 18 saltim *PL* | quid $R^a$, quo $M^a$ | rem $M^a$ 19 pignoraticia *PLM*$^b$ | *straria $M^a$ | conpetite $M^a$ 22 ullo $L^a$ | *s. a. Hal. PL* 23 constant. ... cc. *om. PL* 25 adiecta *om. S* 27 a. *om. M* | septimo *SC* 30 liberetur $M^b$ | possit] non p. $M^a$ 31 errorem $M^a$ | extimasse *R* | *s. a. Hal.* 35 *s. a. Hal.: in M extat* proposita

3 IDEM A. VERINAE. Si non designata certa quantitate dotem tibi legauit [B 44, 16, 33]
maritus, sed quodcumque ad eum dotis nomine peruenisset peruenturumue esset, et id
1 ex testamento petis, necessaria probatio est numeratae pecuniae. Quod si quantitatem
expressit, debetur et si in dotem datum non est, quasi aliud legatum, non eo iure, quo dos
apud eos, a quibus relictum est, nisi et hic uel substitutus relictum accipiat uel coniunctus
siue heres siue legatarius hoc sibi adquirat, cum certi iuris sit et in institutionibus et
8 legatis et fideicommissis et mortis causa donationibus posse substitui. Sed ut manifestetur,
pro qua parte manere oportet hoc, quod fuerit defectum, apud eos, ex quibus sit derelic-
tum, sancimus, si quidem ad heredes lucrum perueniat, pro parte hereditaria fieri eius
distributionem, cum et ab ipsis simili modo, si ualuisset, praestaretur, nisi nominatim ab
uno uel ex certis heredibus fuerat relictum: tunc enim, quemadmodum solus uel soli prae-
8a stabant, ita et lucrum sentiant. Sin autem legatarii uel fideicommissarii sint uel mortis
causa donatione honorati uel alia forte persona, quae fideicommisso praegrauari potest,
et hoc euanescat, manere hoc apud enumeratas personas sancimus pro uirili omnimodo
9 portione, id est pro numero personarum. Ne autem hoc, quod non ineleganter summi
ingenii uir Vlpianus in hac parte cum omni subtilitate disposuit, praetereatur, nostra
9a sanctione hoc apertius inducimus. Cum enim iam statuimus haec cum suis oneribus ad
eum qui lucretur peruenire, sancimus, si quidem condicio uel aliud grauamen in dando
9b sit constitutum, hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoscere. Sin autem in faciendo
aliquid impositum est, si quidem hoc et per alium impleri possit, simili modo et a lucrante
agnosci, puta si honorata persona iubeatur insulam uel monumentum uel aliud tale suis
sumptibus facere uel heredi uel legatario uel alii forte, quem testator uoluerit, uel rem
ab herede testatoris emere uel locationem uel fideiussionem subire, et si quid huiusmodi
facti simile sit: nihil etenim refert, siue per eum, de quo testator locutus est, siue per
9c alium eiusdem lucri successorem adimpleatur. Sin uero talis est uerborum conceptio et
facti natura, ut quod relictum est ab alio adimpleri non possit, tunc, etsi lucrum ad ali-
quem peruenerit, non tamen et grauamen sequi, quia hoc neque ipsa natura concedit neque
testator uoluerit. quid enim, si iusserit eum in locum certum abire uel liberalibus studiis
imbui uel domum suis manibus extruere uel pingere uel uxorem ducere? quae omnia

*CRM*

[1] 6, 52, 1 [2] 6, 30, 19

2 qui] quae *C* | migrantur $CM^a$, migrantes $R^a$ 6 et *om.* $R^a$ 7 ad] a *R* | haec *om.* $M^a$ 10 uel ex] uel *R* | oneratae *M* 11 ex *om.* *CR* 12 tunc cedat cum uel] *E*, tunc (*c̄ $M^a$) cedat uel *M*, tunc cedant uel *C*, tunc cedant uel cum $R^b$, concedant uel cum $R^a$ 13 quod] quo $M^a$ | ex *om.* $M^a$ | decedit uel eo sup.] sup. decedat uel ** $M^a$, sup. eo decedit uel $M^b$ 14 praeualuerit *R* | diponimus $M^a$ 15 conuictus $R^a$ 16 legatarias $R^a$, legarius $M^a$ | in *om.* $M^a$ 18 quam partem $R^a$, qua pare $M^a$ | fuerat *M* 19 pro] et pro *R* 20 ab] aliis ab $R^a$, ad $M^a$? | nisi si *R* 23 honorata $M^a$ | potes $M^a$ 24 denumeratas (din. *C*) *CM* 25 ne autem hoc *bis* $R^a$ | neglegantur $M^a$ 26 praeterea cum nostra *C* 27 haec] hoc $M^a$ 30 hoc et per] per hoc $R^a$, hoc per $R^b$ | posset *M* 31 honerata $RM^b$ 32 legatorio *M* | alio forte quo $CM^a$ 33 ab heredem *C*, ad heredem *RM* 34 etenim nichil *M* | eundem de quo *R*, eumdemque $M^a$ 35 eius *RM* 36 id impleri *R*, impleri *M* 37 quia] qui $M^a$ 38 loco $M^a$ | adire *RM* 39 inhibui $R^a$ | pingnere $RM^a$ | deducere *M*

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

testatoris uoluntas in ipsius solius persona intellegitur conclusisse, cui et suam munificen-
9*d* tiam relinquebat. In omnibus uidelicet hoc obtinente, ut pro simili parte et lucrum sen-
9*e* tiant et grauamen, ubi hoc possit procedere, subeant. Et hoc locum habere omni quidem
modo in his, quae in causa caduci uel caduca secundum quod supra dictum est fiebant:
in pro non scriptis autem non omnibus, sed quibusdam, quia eorum quaedam, etsi talia
sunt, tamen cum suo onere ueniebant, quae et nos in noui iuris compositione specialiter
enumerari iussimus, ne quis ueteris iuris prolixitatem quasi rebus necessariam uel pro
10 eorum reuoluat scientia. His ita definitis, cum in superiore parte nostrae sanctionis in
plurimis locis coniuncti fecimus mentionem, necessarium esse duximus omnem inspectionem
huiusmodi articuli latius et cum subtiliore tractatu dirimere, ut sit omnibus et hoc aper-
10*a* tissime constitutum. Non enim tantum coniunctiuo modo quaedam relinquuntur, sed etiam
disiunctiuo. in his itaque, si quidem coheredes sunt omnes coniunctim uel omnes dis-
iunctim et uel instituti uel substituti, hoc, quod fuerit quoquo modo uacuatum, si in parte
hereditatis uel partibus consistat, aliis coheredibus cum suo grauamine pro hereditaria
10*b* parte, etiamsi iam defuncti sunt, adquiratur. Et hoc et nolentibus ipso iure adcrescat,
si suas portiones iam agnouerint, cum sit absurdum eiusdem hereditatis partem quidem
agnoscere, partem uero respuere, secundum quod et in diuinis nostri numinis decisionibus
10*c* statutum est. Sin uero quidam ex heredibus institutis uel substitutis permixti sunt et alii
coniunctim alii disiunctim nuncupati sunt, si quidem ex coniunctis aliquis deficiat, hoc
omnimodo ad solos coniunctos cum suo ueniat onere, id est pro parte hereditatis, quae ad
10*d* eos peruenit. Sin autem ex his, qui disiunctim scripti sunt, aliquis euanescat, hoc non
ad solos disiunctos, sed ad omnes tam coniunctos quam disiunctos similiter cum suo onere
10*e* pro portione hereditatis perueniat. Haec ita tam uarie, quia coniuncti quidem propter
unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt et partem coniunctorum sibi here-
dum quasi suam praeoccupant, disiuncti uero ab ipso testatoris sermone apertissime sunt
discreti et suum quidem habent, alienum autem non soli appetunt, sed cum omnibus suis
11 coheredibus accipiunt. et haec in heredibus tantummodo statuenda sunt. Vbi autem lega-
tarii uel fideicommissarii duo forte uel plures sunt, quibus aliquid relictum sit, si quidem
coniunctim hoc relinquatur et omnes ueniant ad legatum, pro sua portione quisque hoc
11*a* habeat. Sin uero pars quaedam ex his deficiat, eam omnibus, si habere maluerint, pro
uirili portione cum omni suo onere adcrescere uel, si omnes noluerint, tunc apud eos
remanere, a quibus derelictum est: cum uero quidam uoluerint, quidam noluerint, uolen-
11*b* tibus solummodo id totum accedere. Sin autem disiunctim fuerit relictum, si quidem
omnes hoc accipere et potuerint et maluerint, suam quisque partem pro uirili portione
accipiat et non sibi blandiantur, ut unus quidem rem, alii autem singuli solidam eius rei
aestimationem accipere desiderent, cum huiusmodi legatariorum auaritiam antiquitas uaria
mente suscepit, in uno tantummodo genere legati eam accipiens, in aliis respuendam esse
existimans, nos autem omnimodo repellimus, unam omnibus naturam legatis et fideicom-
11*c* missis imponentes et antiquam dissonantiam in unam trahentes concordiam. Haec autem

*CRM*

1 in *om.* $R^aM^a$ | personam *R* 2 ut] ut et *R* 3 hoc *om.* $M^a$ 4 dictum] scriptum *R* 5 non *om. C* | alia $M^a$ 6 honore $R^aM^a$ | compositiones $M^a$ 7 remunerari $M^a$ 8 scientia reuoluat *R* | in *om.* $M^a$ | superiori *R* 9 plurimus $M^a$ | coniunctis $M^a$ | diximis $M^a$ 10 articulus $R^aM$ | subtiliori *R* 12 uel *om.* $M^a$ 13 quoque *C*, quodque $R^a$?, quocumque *M* | patre $M^a$ 14 distat $R^a$, constat $M^a$ 15 iam] am $M^a$ | distincti $R^a$, defucti $M^a$ | hoc et] hoc *RM* 16 agnouere *C*, agnouerant $R^a$ | partem q. agnosc. *om.* $R^a$ 17 nostris $CR^a$? | nominis *RM* 19 sunt] *C*, sunt tunc *RM* | aliquid *CR* 20 solos] suos *M* | honore $R^a$ 21 aliquid *CR* 22 solum $R^a$ | sed ... disiunctos *om.* $R^a$ | honore $RM^a$ 23 coniunctim $RM^b$ 24 unitate in sermonibus $M^a$? | quas *R* 25 praeoccupan $R^a$ | disiunctis *CR* 26 habeant *R* | soli] solum autem $M^a$ 27 heredibus $M^a$ | statueda *R* 28 forte] $R^bM$, fere $CR^a$ 29 coniunctum $M^a$ | relinquantur $M^a$ 30 habeant *C* | maluerit *CR* 31 uiri $R^aM^a$ | honore $M^a$ | uoluerint $C^a$ | eum *R* 32 quidem $R^a$ | uoluerint (nal. $M^a$, mal. $M^b$) quidam *om.* $R^a$ 33 accidere $R^a$ | fuert $M^a$ 34 hoc *om.* $M^a$ | quisque] quidem *R* | uiri $R^a$, uili $M^a$ 35 accipiant *CR* | singulari $M^a$? 36 desiderat $R^a$, desiderant $R^bM^a$ | legatori*rum $M^a$ | auaritia *R* 37 tammodo $M^a$ 38 existimant $R^a$ | unum $R^a$ 39 et *om.* *R* | in unam *om.* $M^a$ | contrahentes *R*

ita fieri sancimus, nisi testator apertissime et expressim disposuerit, ut uni quidem res
11*d* solida, aliis autem aestimatio rei singulis in solidum praestetur. Sin uero non omnes lega-
tarii, quibus separatim res relicta sit, in eius adquisitionem concurrant, sed unus forte
eam accipiat, haec solida eius sit, quia sermo testatoris omnibus prima facie solidum
adsignare uidetur, aliis superuenientibus partem a priore abstrahentibus, ut ex aliorum
quidem concursu prioris legatum minuatur, sin uero nemo alius ueniat uel uenire potuerit,
tunc non uacuatur pars quae defecit nec alii adcrescit, ut eius qui primus accepit legatum
augere uideatur, sed apud ipsum qui habet solida res maneat nullius concursu deminuta.
11*e* Et ideo si onus fuerit in personam eius, apud quem remanet legatum, adscriptum, hoc
11*f* omnimodo adimpleat, ut uoluntati testatoris pareatur. Sin autem ad deficientis personam
onus fuerit collatum, hoc non sentiat is, qui non alienum, sed suum legatum imminutum
11*g* habet. Et uarietatis non in occulto sit ratio, cum ideo uidetur testator disiunctim
haec reliquisse, ut unusquisque suum onus, non alienum agnoscat. nam si contrarium
12 uolebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere. Quae autem antiquis legibus (B)
dicta sunt de his quae ut indignis auferuntur, et nos simili modo intacta seruamus, siue
13 in nostrum fiscum siue in alias personas perueniant. Cum autem in superiore parte
legis[1] non aditam hereditatem minime quibusdam personis[2] ad heredes transmitti disposui-
mus, necesse est, si quis solidam hereditatem non adierit, hanc, si quidem habeat sub-
stitutum, ad eum, si uoluerit et potuerit, peruenire. quod si hoc non sit, uel ab intestato
successores eam accipiant uel, si nulli sint uel accipere nolunt uel aliquo modo non
14 capiant, tunc ad nostrum aerarium deuoluatur. Haec autem omnia locum habere censemus
tam in testamentis siue scriptis siue sine scriptis habitis quam in codicillis et omni ultimo
elogio uel si quid ab intestato fuerit derelictum nec non in mortis causa donationibus.
14*a* Tantum etenim nobis superest clementiae, quod scientes etiam fiscum nostrum ultimum ad
caducorum uindicationem uocari, tamen nec illi pepercimus nec Augustum priuilegium
exercemus, sed quod communiter omnibus prodest, hoc rei priuatae nostrae utilitati prae-
ferendum esse censemus, nostrum esse proprium subiectorum commodum imperialiter
15 existimantes. Locum autem huic legi constituimus in his defunctorum elogiis, quae post-
16 hac composita fuerint: anteriores etenim casus suo Marte discurrere concedimus. Haec
omnia ad uos, patres conscripti, duximus esse sancienda, ut nemini maneat incognitus
nostrae beniuolentiae labor, sed edictis ex sollemnitate a nostris magistratibus propositis
omnibus innotescat. D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO PP. A. IIII ET PAV-
LINO VC. CONSS. a. 534

*CRM*

---

[1] § 5 [2] exceptis *suppl.*

---

1 ita *om.* *R* | et *om.* $RM^a$ | res] per $CR^a$? 2 existimatio *RM* | legatariis *C* 4 sint $CR^aM^a$? 5 uideatur *R* 6 concursum $R^aM^a$ | nuntiatur $R^a$ | aliis $M^a$ 7 legatur $M^a$ 8 augere ... 11 legatum *bis* $R^aM^a$ (*iterationem ita erasit* $M^b$, *ut nihil fere legatur*) | agere $M^a$ | sed] se $M^a$ | res] re $CR^a$ *utroque loco* | remaneat *M* | nullis $R^a$ *alt. l.* | concursus *R* *alt. l.* 9 onus] minus $R^a$ *alt. l.* | in] collatum in $R^a$ *alt. l.* | persona *R* *alt. l.* | perremanet $M^a$?, permanet $M^b$ | omnimodo hoc *R* *alt. l.* 10 adimpleatur ut *M*, adimpleatur et $R^a$ *alt. l.* | ad] a $M^a$, *om.* $R^a$ *alt. l.* | persona *R* *alt. l.* 11 non minutum *R* 12 habent $M^a$ | et] *C*, sed $R^aM^a$, sed ut $R^bM^b$ 13 haec *om.* $R^a$ 14 eam *R* | autem] ante *R* 15 dignus $M^a$ 16 nostro fiscum *C*, nostro fisco $R^a$ 17 quibusdam] sine q. $R^b$, nisi q. $M^b$ 18 nece $M^a$ | qui $R^a$, quae $R^b$ | audierit $M^a$ | quiquidem $M^a$ | habeant $CM^a$ | substitum $M^a$ 19 uoluerint $M^a$ 20 eum $R^a$ 23 ab] uel ab *RM* | in mortis] imeritis $M^a$ 24 ad *om.* $R^a$ 25 uindicatione *R* | perspeximus *RM* | augustam $R^a$ 26 proest $M^a$ | utilitate $M^a$ 27 commodum propr. subiect. *R* 28 posthanc *C* 29 su*(a?) marte $M^a$, s** arte $R^a$ | discurrere *om.* $R^a$ 30 saccienda $M^a$ 31 sed *om.* $R^aM^a$ | ex] et *R* 32 *s. a. Hal.* *Q* | a. pp. *Hal.* | iii et paulo *Q* 33 uc. *om.* *Q*

## LII

## ℞ DE HIS QVI ANTE APERTAS TABVLAS HEREDITATES TRANSMITTVNT ℞

1 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Hormisdae pp. Per hanc [B 35, 14, 117] iubemus sanctionem in posterum filios seu filias, nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes a patre uel a matre, auo uel auia, proauo uel proauia scriptos heredes, licet non sint inuicem substituti, seu cum extraneis seu·soli sint instituti et ante apertas tabulas defuncti, siue se nouerint scriptos heredes siue ignorauerint, in liberos suos, cuiuscumque sint sexus uel gradus, derelictam sibi hereditariam portionem posse transmittere memoratasque personas, si tamen hereditatem non recusant, nulla huiusmodi praescriptione obstante sibi tamquam debitam uindicare: quod scilicet etiam super legatis seu fideicommissis a patre uel matre, auo uel auia, proauo uel proauia derelictis locum habet: si quidem perindignum est fortuitas ob causas uel casus humanos nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes auita uel proauita successione fraudari aliosque aduersus auitum uel proauitum desiderium uel institutum insperato legati commodo uel hereditatis gaudere. habeant uero solacium tristitiae suae, quibus est merito consulendum. D. iii non. April. post consvlatvm Protogenis et Asterii. a. 450

## LIII

## ℞ QVANDO DIES LEGATI VEL FIDEICOMMISSI CEDIT ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Agrippae. Si competenti iudici [B 44, 19, 110] annua legata uel fideicommissa tibi relicta probaueris, ab initio cuiusque anni exigendi ea habebis facultatem. Svpposita iii k. Ivn. Satvrnino et Gallo conss. a. 198

2 Idem AA. Prisco. Agrum pluribus relictum nominatim animaduertimus [B 44, 19, 111] et cautum, ut ad eum qui superuixisset res pertineret. quicumque igitur is fuit, ad heredem suum dominium transmisit nec tali fideicommisso adstringitur. PP. xv k. Avg. Cilone et Libone conss. a. 204

3 Idem AA. Aeliae. Si Pontianilla peruenit ad eam aetatem, cui legatum [B 44, 19, 112] aut fideicommissum delatum erat, petitionem ad heredes transmisit, licet ante decesserit, quam consequeretur legatum uel fideicommissum. PP. v k. Avg. Cilone et Libone conss. a. 204

4 Idem AA. Ammiae. Cum uxori usus fructus fundi legatur et eius pro- [B 44, 19, 113] prietas, cum liberos habuerit, nato filio statim proprietatis legati dies cedit nec quicquam obest, si is decedat. PP. k. Avg. Antonino A. iii et Geta item iii conss. a. 208

5 Imp. Alexander A. Maximo. Ex his uerbis: 'do lego Aeliae Seuerinae [B 44, 19, 114] 'filiae et Secundae[1] decem, quae legata accipere debebit, cum ad legitimum statum per-

*P* (52) *L* (52) *CRM*

[1] *idem Graeci* (Μαρίᾳ καὶ Θέκλᾳ): *fuitne* filiae e Secunda (*Mommsen*)?

2 que *S* | ante apertas] antea per *S* | hereditatem *R* 3 transmittuntur *S* 4 et] a. et *PL* | ualerius *M* | aa.] a. *PL* | pp.] p. *M* 5 filios] seu f. *PL* | pronepotes *om.* $P^a$ | preneptes $M^a$ 6 uel a] *PL*, uel *CRM* | auo] auio $M^a$ | uel proauia] proauia *R*, *om.* $P^a$ 7 sunt *R* | seu] eu $M^a$ | ante] non $P^a$ 8 in *om.* *PL* | libros $M^a$ 9 derelictam] delatam *L* | possent $P^a$ 10 obstantem *C* 11 tamquam] quam $L^a$ | debitam] uenditam $M^a$ | a *om.* *C* 12 auo] auio $M^a$ | proauia] auia $C^a$ | habebit *C* 13 fortuita sub *C* 14 auita] auia *C*, abauita *M* | aliisque $P^a$ 15 institum $M^a$ | gudere $L^a$ | habent $L^a$ 16 suae *om.* *PL* | meritum $M^a$ | consulendo $PL^a$ | *s. a. Hal.* *PL* | post cons.] cp. *PL* 17 asturi *PL* 19 fidecommissi *M* | succedet *S* 20 aa.] a. *SM* 21 cuiuscumque *libri* 22 *s. a. Hal.* 23 prisco] prasio *S* 24 igitur] uegitur $R^a$ | ad *om.* $R^a$ 25 dominum $M^a$ | transmittit *R* | tali] alii $R^b$ | *s. a. Hal.* | xv] v *Contius* 1571 *errore, ut uidetur* 27 aa.] a. *SRM* | potianilla $M^a$ | eam aetatem] eum e***m $R^a$ 28 fideicommisso $R^a$ | delegatum $RM^a$, derelictum $M^b$ | liceat $R^aM^a$ 29 quam] quamq $R^a$ | *s. a. Hal.* 30 aa.] a. *SM* | ambite *S*, amninae *M* | uxoris *C*, uxore $R^a$ | usum fructum *R*, usu fructus *M* 32 legati] legatis legatis $M^a$ 32 *s. a. Hal.* 33 ex] et $R^a$ 34 peruenerint *C*, peruen*** $R^a$, perueneri** $M^a$

'uenerit', non condicio fideicommisso uel legato inserta, sed petitio in tempus legitimae
1 aetatis dilata uidetur. Et ideo si Aelia Seuerina filia testatoris, cui legatum relictum est,
die legati cedente uita functa est, ad heredem suum actionem transmisit, scilicet ut eo
tempore solutio fiat, quo Seuerina, si rebus humanis subtracta non fuisset, uicesimum
2 quintum annum aetatis impleret. Non coeptum enim annum, sed impletum, si de emolumento relicti fideicommissi tractetur, expectandum esse prudentibus placuit. PP. XIII K. IAN. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

6 [1]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. EVSEBIO. Si fideicommissum ab intestato fuerit sorori tuae relictum codicillis et, posteaquam dies fideicommissi cessit, ignorans fideicommissum decessit, actionem huiusmodi adquiri potuisse dissimulare non potueris, salua scilicet ab intestato succedenti quarta portione. SVPPOSITA[2] K. MAI. TRALLIS[3] AA. CONSS. a. 293 [B 44, 19, 115]

## LIIII

## R VT IN POSSESSIONEM LEGATORVM VEL FIDEICOMMISSORVM SERVANDORVM CAVSA MITTATVR ET QVANDO SATISDARI DEBET R

1 DIVVS PIVS SALVIO. Quoniam nihil actor amplius postulat, quam ut fideicommissi nomine satisdetur, non debet is qui iuri dicendo praeest subtiliter cognoscere, debetur nec ne fideicommissum, sed tantum decernere, ut satisdetur. SINE DIE ET CONSVLE. [B 44, 31, 1]

2 DIVVS MARCVS STRATONICAE. Ipsis rerum experimentis cognouimus ad publicam utilitatem pertinere, ut satisdationes, quae uoluntatis defunctorum tuendae gratia in legatis, item fideicommissis inductae sunt, eorundem uoluntate remitti possint. quocumque enim indicio uoluntatis cautio legati seu fideicommissi remitti potest. SINE DIE ET CONSVLE. [B 44, 31, 2]

3 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. SYMPHORO. Si, postquam seruandi legati seu fideicommissi gratia in possessionem inductus es, pignoris obligatio aut uenditio ab herede interuenit, praecedere causam tuam, quam iure praetorio uelut pignus habuisti, manifestum est. PP. XI K. DEC. DEXTRO ET PRISCO CONSS. a. 196 [B 44, 31, 3]

4 IDEM AA.[4] PROTAGORAE. Cum Artemidoram patri pupillorum tuorum here- [B 44, 31, 4]
dem extitisse proponas, quamuis, ut fideicommissam hereditatem his cum moreretur restitueret, petita sit, nullam tamen aduersus debitores hereditarios habent pupilli tui actionem.
1 Plane ut satis fideicommissorum Artemidora det, si modo testator id fieri non prohibuerit,
apud suum iudicem conueni. PP. III K. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

*S* (54, 2) *CRM*

[1] *iunge* 2, 3, 21. 6, 30, 7 [2] pp. 2, 3, 21. 6, 30, 7 [3] Thirallo 2, 3, 21, Thiralli 6, 30, 7
[4] *scribi debuit* imp. Antoninus A.

2 delata *CRM* | uideatur *M* | si aelia] se helie $R^a$ | cui] siue $M^a$? 3 fucta $RM^a$ 4 tempoe $M^a$ 6 tractatur *C* | expentandum *M* | *s. a. Hal.* 8 aa. et cc. *om. M* 10 ignorans] *R*, rebus licet ign. $CM^a$, licet ign. $M^b$, rebus humanis licet ign. *W* | adquirere *C* | potuisset *R* 11 potueras *C*, potuerit $M^a$ | portione *om. R* | *s. a. Hal.* 14 in *om.* $R^a$ | possessione *SCRM* 15 seruatorum *S* | mittantur *C* 16 satisdare $SCRM^a$ | debent *R* 17 *inscriptionem om.* $R^a$ | impr. diuus piuus *S* | saluo *M* 18 debet is] debetur $R^a$ | dicundo $R^bM^b$ 19 nec ne] nec $CR^a$, ne $M^a$: πότερον κεχρεώστηται ... ἢ μή *B* | decenere $M^a$ | *s. a. Hal.* 21 impr. diuus martius *S* | statonico *R* 22 satisdationis *S* | uoluntate def. tuendi *S* 23 in (inter *C*) leg. item] *CQ*, potest autem item *S*, in** leg. et $R^a$, in leg. et $R^bM$ | iniuncte *S* | uoluntatem $SCR^aM^a$ | possunt *C* 24 enim in iudicio *S*, enim iuditio $M^a$? | legatis siue fideicommissis *S* | *s. a. S Hal.* 26 seuerus] a *R* | symphoro] siphonisi *S* | legati seruandi *M* 27 possessione *R* | est $R^aM^a$? 28 presidere $M^a$, *inc.* $R^a$ | preterito *M*, praetoriae $R^a$ 29 *s. a. Hal.* 30 aa.] a. *SM* | artemidoream $M^a$ 31 restituere *CM* 32 nulla *R* | habet $M^a$ | tui *om.* $R^a$ 33 artemidra $M^a$ | det] et $R^a$ 34 conuenit $CRM^a$? | *s. a. Hal.* | cereali *Hal.*

5 Imp. Alexander A. Pavlinae. Qui legati siue fideicommissi causa in [B 44, 31, 5] possessionem mittuntur, non proprietatem nanciscuntur, sed ius pignoris. ut autem et post acceptum pignus satisfiat defuncti uoluntati, competens iudex te adeunte prouidebit. PP. III id. Avg. Ivliano *et* Crispino conss. a. 224

6 Idem A. Donato. Certa est forma iurisdictionis, qua fideicommissi seruandi [B 44, 31, 6] causa in possessionem rerum, quae in causa hereditaria sunt aut dolo malo esse desierint, is, cui legati uel fideicommissi nomine satis non datur, mittitur uel in proprias res heredis, si fideicommisso satis non fit post sex menses, quam peti coeperit, secundum diui Antonini patris mei constitutionem [1]. PP. vi id. Ian. Fvsco ii et Dextro conss. a. 225

7 Idem A. Procvliano. Scire debetis fideicommissi quidem et legati satis- [B 44, 31, 7] dationem remitti posse diuum Marcum [2] et diuum Commodum constituisse: ut autem boni uiri arbitratu is, cui usus fructus relictus est, utatur fruatur, minime satisdationem remitti testamento posse. PP. x k. Mart. Fvsco ii et Dextro conss. a. 225

8 Idem [3] AA. et CC. *Ivlio et* Zenodoro. Contra eos siue succes- [11, 31, 2 B 44, 31, 8] sores eorum [4], qui rem publicam administrantes per officii necessitatem ciuitati sub condicione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti rei publicae interest satis acceptum non esse, dirigendam certum est actionem [5]. Svpposita vii k. Mart. [6] CC. conss. a. 294

# LV

## ℞ DE SVIS ET LEGITIMIS LIBERIS ET EX FILIA NEPOTIBVS AB INTESTATO VENIENTIBVS ℞

1 [7] Impp. Severvs et Antoninvs AA. Crispinae. Si fratri tuo legitima [B 45, 2, 15] heres esse potes, centum dierum praefinitione non excluderis ad adquirendam hereditatem. PP. iii non. Nov. Antonino A. ii et Geta ii conss. a. 205

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Aviae. Nepotes ex diuersis filiis [B 45, 2, 16] uarii numeri auo succedentes ab intestato non uirilibus portionibus, sed ex stirpibus succedunt. S. iii k. Mart. Hadrianopoli ipsis AA. iiii et iii conss. a. 290

3 Idem AA. et CC. Frontoni. Vt intestato defuncto filius ac nepos ex alio, [B 45, 2, 17] qui mortis eius tempore *in* rebus humanis non inuenitur, manentes in sacris pariter succedant, euidenter lege duodecim tabularum cauetur. quod et honorarii iuris obseruatio sequitur. S. xv k. Ivl. AA. conss. a. 293

*P* (55, 1 ℞ 2) *L* (55 ℞ 1. 2) *CRM*

---

[1] *Dig.* 36, 4, 5, 16 [2] *c.* 2 *h. t.* [3] impp. Diocletianus et Maximianus *l. gem.* [4] siue successores eorum *om. l. gem.* [5] dirigendam actionem perspicitis *l. gem.* [6] pp. vii k. Dec. *l. gem.* [7] *iunge* 6, 9, 2

---

1 impp. $M^a$ | legatis *C* | causam *C* 2 possessione *R* 3 conferens $R^a$, conterens $M^a$ 4 *s. a. Hal.* | et] ii et *Hal.* 5 a.] aa. *R* | quia $CR^a$ 6 possessione *RM* | her. sunt] hereditarias $R^a$ | desiderint $M^a$ 7 heredes $R^aM^a$ 8 si] siue *C* | fit] fecit *R* | diu $M^a$ 9 mei] me $M^a$ | constitutione *R* | *s. a. Hal.* 10 procliano *S* | quidem *om. RM* 12 arbitratu is] arbitratus $R^a$ | cui] cuius *C* | relictum *R* | utetur autem fruatur $R^a$, ut*tur fruatur $M^a$ | satisdatione *R* 13 *s. a. Hal.* 14 aa. et cc.] a. *SM* | iulio et] *l. gem., om. libri cum S* | zenodote *S* | siue *om.* $M^a$ 15 officium *C* | conditionem *M* 16 fideicommissis $M^a$ | quanti] quantitate $R^a$ 17 non esse acceptum *l. gem.* | *s. a. Hal.* 20 et] uel *M* | legitima *R* | liberis] et l. *C*, *om. R* | et *om. M* | ex filia] exilia $P^a$ 21 ab intestati *S* 22 seuerus *om. R* | aa. *om. M* | legima $P^a$ 23 centum] certa $PL^a$, ρ' *BΣ* (κ.π.) | inquirendam $PL^a$?, κτήσασθαι *BΣ* (κ.π.) 24 *s. a. Hal.* 25 aa.] aa. et cc. *PL* 26 muneri $R^a$ | auo *om.* $P^a$ | accedentes $P^a$, succedente $R^a$ | ex *om.* $CM^a$ | succedant $M^a$ 27 *s. a. Hal. PL* | s. iii k.] d. iiiii (iii *L*) id. *PL* | hadrianopoli ... conss.] adpriano. iii et iiii *P*, *om. L* 28 et cc. *om. M* | frontone *M* | ut] et $M^a$ | filius (filio $R^a$) defuncto *CR:* τελευτήσαντι ὁ υἱός *BΣ* (κ.π.) | nepote $R^a$ 29 in] *N cum BΣ* (κ.π.), *om. CRM* | inuenitur] inu. humanis $R^a$ | succedat euidente $R^aM^a$, κληρονομοῦσι φανερῶς *BΣ* (κ.π.) 31 *s. a. Hal.*

4 Idem AA. et CC. Marcellae. Intestato defuncto postumum suum heredem quam sororem licet consanguineam haberi potiorem ordo successionum lege duodecim tabularum factus nimis euidenter demonstrat. S. vi id. Dec. AA. conss. [B 45, 2, 18] a. 293

5 Idem AA. et CC. Appiano. Si te parens, in cuius fuisti potestate, sollemniter in adoptionem dedit, cum filiis naturalibus adoptiui patris ante uel post quaesitis defuncto intestato succedere potes. D. vi k. *Ian.* Sirmi AA. conss. [B 45, 2, 19] a. 293

6 Idem AA. et CC. Posidonio. Ex libera conceptus et seruo uelut spurius habetur nec ut decurionis filius, quamuis pater eius naturalis manumissus et natalibus suis restitutus hunc fuit adeptus honorem, defendi potest. Svpposita vi id. Febr. CC. conss. [B 45, 2, 20] a. 294

7 Idem AA. et CC. Aemilianae. Filium habere suum libertus in potestate non prohibetur, cum ob praeteritum statum ex legitimis nuptiis ingenuorum exemplo filios habere liberto non sit interdictum. S. xvi k. Mart.[1] Sirmi CC. conss. [8, 46, 8 mut. B 45, 2, 21] a. 294

8 Idem AA. et CC. Catoniae. Apud hostes patre defuncto filia communis uobis, quo casu scientia mortis non postulatur, heres extitit sua et ad te transmisit successionem. S. xii k. Dec. Nicomediae CC. conss. [B 45, 2, 22] a. 294

9 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Constantiano pp. [Th. 5, 1, 4]
Galliarvm. Si defunctus cuiuscumque sexus aut numeri reliquerit filios et ex filia diem
functa[2] cuiuscumque sexus aut numeri nepotes, eius partis, quam defuncta filia superstes
patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia,
tertia pars fratribus sororibusue eius quae defuncta est, id est filiis filiabusque eius, de
cuius bonis agitur, auunculis scilicet siue materteris eorum, quorum commodo legem sanci-
1 mus, adcrescat. Haec eadem, quae de aui materni bonis constituimus, de auiae maternae
siue etiam paternae simili aequitate sancimus: nisi forte aui ad elogia inurenda impiis nepo-
2 tibus iusta se motos ratione dixerint[3] et hoc fuerit legibus approbatum[4]. Non solum autem
si intestatus auus auiaue defecerit, haec nepotibus quae sancimus iura seruamus, sed et
si auus uel auia, quibus huiusmodi nepotes erunt[5], testati obierint et praeterierint nepotes
aut exheredauerint, easdem et de iniusto auorum testamento et si quae filiae poterant uel
de re uel de lite competere[6] actiones nepotibus deferimus secundum iustum nostrae legis
modum, quae de parentum inofficiosis testamentis competunt filiis. D. v k. Mart. Medio-
lani Timasio et Promoto conss. a. 389

10 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Maximo pp.[7] Vbi auiarum successio morte[8] interueniente discutitur, capitis deminutio materna quaerenda non est. [Th. 5, 1, 6 B 45, 2, 23]

*S* (55, 8) *P* (55, 5. 6) *L* (55, 5) *CRM*

[1] Mai. *l. gem.* [2] filia defuncta *Th.* [3] monstrauerint *Th.* [4] et hoc f. l. appr. *om. Th.* [5] erant *Th.* [6] et si ... competere *firmat Th., delet Mommsen* [7] pu. (*Th. libri boni*)? [8] occasu *Th.*

1 et cc. *om. M* | defuncto] quidem d. *R* 2 haberet $C^aR^a$, habere $M^a$? | portionem $R^aM^a$ 3 euidentur $M^a$ | *s. a. Hal.* 4 et cc. *om. M* 6 potest *R* | *s. a. Hal. PL* | uii *PL* | ian.] *Mommsen*, mart. *Hal.*, *om. PL* | sirmi aa.] caesaribus *Hal.* 7 a. *M* | et cc. *om. PLM* | expurius $P^a$ 8 naturalis] natalibus *P* | intalibus $R^a$, na**alibus $M^a$ 9 institutus *M* | hunc] * $P^a$, non $R^a$, *del.* $P^b$ | deferendi $R^a$ | potes *C* | *s. a. Hal. P* | supp. vi] dat. iiii *P* | cc.] aa. *P* 11 et cc. *om. M* | emiliano *S*, miliane *M* 13 liberto *ante* 12 ingenuorum *collocat BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal. cum l. gem.* | sirmi *om. Hal.* 14 et cc. *om. RM* | cathoni *S*, cataonie $R^a$, catone *M* | patres $R^a$ 15 casus $M^a$ | mortis] a bona mortis *S* | prestolatur *S*, p**** $C^a$ | extiti $R^a$ | suam *R* 16 *s. a. S Hal.* | s. xii] sub die decimo *S* | dec.] decl'o *S* (*Heimbach*), decb. *S* (*Bluhme*) | nicea *S* | cc. conss. *om. S* 17 impp. $CR^b$, *inc.* $R^a$ | ualent.] ualerius et *M* | theod. et arc. aaa. (aa. *C*, *om. M*)] et theod. aa. *S* | constantino *R*, const. *S*, constant. *C* 18 galliarum *om. SM* | defuctus *R* | ex] ea $R^a$ 19 functam *CR* | nemeri *R* | defunctam $R^aM^a$?, defuncti *Th.* 20 fuisse $R^a$ | consequentur *M* | eandem $R^a$ 22 aiunculis *R*, auunculus $M^a$ | siue *om.* $M^a$ 24 similia *C* | aui ad elogia] *Mommsen*, auia delogia $C^a$ *cum libris Th.*, auia elogia $C^bM^b$, aui elogia $M^a$, aui eulogia $R^b$, *inc.* $R^a$ 25 se motos] semotos $CR^aM^a$, semotos *uel* semotus *libri Th.*, semotis $R^bM^b$ | dixerint] *C*, dixerit $RM^a$, duxerit $M^b$ 26 si *om.* $R^a$ | et *om.* $M^a$ 27 quibus] cuius *R* | huius *bis* $R^a$ | nepotes aut] aut *R* 28 exeredeauerint $M^a$ | easdem] $C^a$, eosdem *Th.*, eadem $C^bRM^b$, e*dem $M^a$ | uel de re] uindicare $R^a$?, uendi**re $M^a$ 29 deferamus *R* | iustum *om. M* 30 de parentium $CM^a$, deferimus $R^a$ | *s. a. Th. Hal.* 32 aa. *om. M* | marximo *M* 33 paterna *RM contra Th. et BΣ* (κ.π.) τῆς μητρός | non *om.* $R^a$

tunc enim in huiusmodi hereditatibus filiorum status aut persona spectatur, quotiens de eius bonis, qui potestatem familiae potuit habere, tractatur. D. v k. Oct. Ravennae Theodosio A. viiii et Constantio iii conss. a. 420

11 [1] Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. ad senatvm vrbis Romae. [Th. 5, 1, 8 B 45, 2, 24] Si matre superstite filius uel filia, qui moritur, filios dereliquerit[2], omnimodo patri suo matriue ipso iure succedant. quod sine dubio et de pronepotibus obseruandum esse censemus. D. viii id. Nov. Ravennae Theodosio xii et Valentiniano ii AA. conss. a. 426

12 [3] Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Quotiens aliquis uel aliqua intestatus uel intestata mortuus uel mortua fuerit nepotibus uel pronepotibus cuiuscumque sexus uel deinceps aliis descendentibus derelictis, quibus unde liberi bonorum possessio minime competit, et insuper ex latere quibuscumque agnatis, minime possint idem agnati quartam partem hereditatis mortuae personae sibi uindicare, sed soli descendentes ad mortui successionem uocentur. quod tantum in futuris, non etiam praeteritis negotiis seruari decernimus. D. k. Ivl.[4] Constantinopoli dn. Ivstiniano A. pp. ii cons. a. 528

## LVI

## ℞ AD SENATVS CONSVLTVM TERTVLLIANVM ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Vivianae. [BΣ 45, 2, 1] Licet liberi matribus ab intestato ita demum per se heredes existant, si fari possint, tamen matres liberis, etiamsi infantes naturae concesserint, posse succedere nulla dubitatio est. PP. x k. April. Tiberiano et Dione conss. a. 291

2 [5] Idem AA. et CC. Rhesae. In successionem filii uel filiae communis sine liberis et fratribus uel sororibus morientis pater manumissor, quia ei sit uetus ius seruatum, matri praefertur. S. vi id. Dec. CC. conss. a. 294

3 Imp. Constantinvs A. Catvlino *proconsvli* Africae. [B 45, 1, 36] Matres, quae puberes amiserunt filios, licet impuberibus eis tutores non petierunt, praescriptione non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere praescribi certum est. D. vi k. Avg. Constantino A. *iiii et Licinio iiii* conss. a. 315

4 [6] Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Evtropio pp. [5, 9, 1 B 45, 1, 37] Si qua mulier nequaquam religionem priori uiro, ex quo filios seu filias non habet,

*P* (56 ℞ 3) *L* (56 ℞ 3) *CRM*

[1] *iungendae sunt* 6, 30, 18. 6, 56, 5. 6, 60, 3. 6, 61, 1. 8, 55, 9. *Th.* 4, 1, 1. 8, 18, 10, *fortasse etiam* 1, 14, 2. 3. 1, 19, 7. 1, 22, 5. *Th.* 1, 4, 3 [2] si uero filius, qui moritur, filium uel filiam derelinquit *Th.* [3] *iunge* 6, 56, 7. 8, 58, 2 [4] Iun. (6, 56, 7. 8, 58, 2)? [5] *fortasse iungenda est* 8, 44, 29 [6] *fortasse iungendae sunt* 5, 1, 3 *et quae ibi laudantur, ut in subscriptione* Iul. *pro* Ian. *ponatur*

1 personas *R* | quoties *C* 2 *s. a. Th. Hal.* | v] xv *Hal.* 3 theodosio xiii et ualentiniano iii aa. coss. (= *a.* 430) *Hal.* 4 thodosius et ualerius ad (*om.* aa.) *M* 5 mater $R^a$ | qui] qui quaeue $R^b$, *cf. Th. not.* 2 6 de *om.* $R^a$ 7 censuimus *M* | *s. a. Th. Hal.* | xv et ual. iii *Hal.* 9 impp. *R* | quoties *C* 10 mortuus uel *om. R* 12 idem] id est $R^a$ 13 personae mortuae *M* 14 tantun futuris *R* | etiam] in *R* 15 *s. a. Hal.* 17 senatum $SP^bM$, senectum $P^a$ | terrillianum *P* 18 aa. *om. M* | uauinie *S*, iuuiniano *M* | liberi *om.* $R^a$ 19 heredis $R^a$ 20 natura $CR^aM^a$ | *s. a. Hal.* 22 et cc. *om. M* | resue *S*, rheso 8, 44, 29 | communi $R^a$ | libris $R^a$ 23 morienti *R* | patri $R^a$ | qua $R^a$, qui $M^a$ | eis $M^a$ | sit uetus] situm et us $R^a$ 24 *s. a. Hal.* | vi] vii 8, 44, 29 25 constantinus] *SM*, const. *PLR*, constant. *C* | a. *om. M* | catilino *S* | proc.] *edd.*, praefecto *SPL*, pp. *CRM* 26 petierint *C* | praescriptionem *CR*, praescriptioni *Latine BΣ* (κ.π.) | tutores $M^a$ 27 certum est] $R^b$ *cum BΣ* (κ.π.) δῆλόν ἐστι, *om.* $PLCR^aM$ | *s. a. Hal. PL* | aug. *om. PL* 28 iiii et lic. iiii conss.] *scripsi*, vii et constante coss. (= *a.* 354) *Hal.*, *om. PL*: *Catulinus proc. Afr. fuit a.* 315—318 29 αὕτη ἡ διάταξις μέρος ἐστὶ τῆς α' διατάξεως τοῦ de secundis nuptiis τιτ. τοῦ θ' τιτ. τοῦ ε' βιβ. τοῦ κώδικος. καὶ γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς βασιλεύς ἐστι καὶ ὁ αὐτὸς ὕπατος καὶ πανταχόθεν δείκνυται ἡ αὐτὴ διάταξις *BΣ* | impp. *CR* | gratianus] crat. *R* | ualerius *M* | aa. *C*, *om. M* | eutrophio *S* 30 religione *R*, luctus religionem *l. gem. contra B* (κ.π.) τὴν θρησκείαν ἤτοι τὴν πίστιν (ἤτοι τ. π. *om. Synopsis*) | uero $R^a$ | filios seu filias] filium seu filios *M* | habere $R^a$

nuptiarum festinatione praestiterit, ex iure quidem notissimo sit infamis, nisi huius- (5, 9, 1)
1 modi maculam imperiale beneficium ei remittat. Sin autem ei filii erunt seu filiae et impe-
trauerit indulgentiam, infamiae abolitionem permittimus et ceterarum poenarum antiqua-
tionem, si facultatum omnium, quae fuerint tempore nuptiarum, medietatem filio filiaeue,
filiis seu filiabus donauerit, quos habebat ex uiro priore susceptos, pure scilicet et omni
2 donationis sollemnitate completa nec retento quidem usu fructu. Quem quidem semissem
si duobus filiis seu filiabus pluribusue donauerit et sorte fatali unus uel una, seu alius uel
alia ex isdem intestatus uel intestata obierit, semper ad superstites fratres uel sorores
3 uolumus pertinere. Sin autem uniuersae uel uniuersi intestati diem obierint, durae fortu-
nae ad matrem solacia ex integro reuertantur, ita scilicet, ut hunc semissem, quem filiis
seu filiabus donauerat, intestato diem filiis seu filiabus obeuntibus rursus ipsa separatim
ab ultimi filii uel filiae hereditate praesumat. PP. XV K. IAN.[1] GRATIANO V ET THEO-
DOSIO AA. CONSS. a. 380
5 [2]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM *VRBIS* Th. 5, 1, 8 mut. B 45, 1, 38
*ROMAE*. Mater, quae defuncto filio filiaue sine liberis ex testamento uel ab intestato
succedit, si matrimonium secundum post mortem filii uel filiae non contraxerit, omnia *filii*
1 morte *delata* pleno iure conquirat. Sin uero alterius elegerit coniugium mariti, extrin-
secus quidem quaesita filio filiaeue simili firmitate possideat, rerum uero paternarum
defuncti solo usu fructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem sorori et[3] fratri-
bus transmissura defuncti. D. VIII ID. NOV. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTI-
NIANO II AA. CONSS. a. 426
6 [4]IDEM AA. FLORENTIO PP. Omnem matri siue ab intestato Nou. Theod. 11 B 45, 1, 39
siue iure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandam uolumus successionem,
si ea legitima liberorum tutela suscepta ad secundas contra sacramentum praesti- (8, 14, 6)
tum adspirauerit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari eique quod debetur
ex ratione tutelae gestae persoluerit. D. VI ID. IVL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A.
XVII ET FESTO CONSS. a. 439
7 [5]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Si quis uel si qua matre super- BΣ 40, 5, 3 sch. 10
stite et fratre uel legitimo uel sola cognationis iura habente intestatus uel intestata deces-

*P* (56, 5) *L* (56, 5) *CRM*

[1] *cf. not. praeced.* [2] *iunge* 6, 55, 11 *et quae ibi laudantur* [3] Orientis et exconsule *addit Nou.* [3] sorori et *om. Th.* (*u. i.*) [4] *iunge* 6, 58, 10 [5] *iunge* 6, 55, 12. 8, 58, 2

1 festinationem *R* | nisi] nisi ex $R^a$ 2 beneficio $R^a$ | ei *om. B* (*κ.π.*) | impe**trauerint $M^a$ 3 praemittimus $R^a$ | antiquationem] $CR^bM^b$ *cum B* ἀναίρεσιν, antiqua obseruatione $R^a$, antiquam obseruatione antiquatione $M^a$ 4 facultatium *C* | filiaeue filiis] $M^b$, filiae filiisue *C*, filiaeue *R*, filiae filiis $M^a$, ἢ τῇ θυγατρὶ ἢ τοῖς υἱοῖς *B* (*κ.π.*) 5 uiro] iuri $R^a$ 6 donationes $R^a$ | nec] ne $CM^a$ | usus fructus $R^a$ | quae q. semisse $R^a$ 7 sorte fatali] τοῦ κλήρου τοῦ μητρικοῦ (μοιριδίου *Mommsen*) *B* (*κ.π.*) | alus $M^a$ 8 fratre $R^a$ 9 sin] sit $R^a$ | uniuersi] unuersi $M^a$ | intestati] *M cum B* (*κ.π.*) ἀδιάθετοι, intestato *CR* 10 solaciam $R^a$ | semisse $R^a$ 11 donauerat ... filiabus *om* $M^a$, filiis seu filiabus *om.* $R^bM^b$: ἐδωρήσατο ἀδιαθέτων τῶν παίδων ἢ τῶν θυγατέρων τελευτώντων *B* (*κ.π.*) | obeuntis $R^a$? | separatim ab ult. (ultima $R^aM^b$) ... 12 hereditate (—tem $R^a$) praes.] τοῦτο πρὸς τὸ παλαιὸν νόμιμον ἔκειτο, ὅτε ὁ θεῖος καὶ οἱ ἄλλοι ἀδγνάτοι μέρος ἐλάμβανον ἀπὸ τῆς μητρός *BΣ*, *cf. Th.* 5, 1, 1 *et c.* 7 *pr. h. t.* 12 *s. a. Hal.* 14 ad senatum *om. R* | urbis romae] *Th.*, *om. libri* 15 defuctus $P^a$? | filiaeue sine lib. $P^bLCRM$, sine lib. filiaue *Th.*: τελευτήσαντος τοῦ υἱοῦ ἢ τῆς θυγατρὸς χωρὶς παίδων ... ἐκληρονόμησεν *BΣ* (*κ.π.*) 16 succedit] $R^bM^b$ *Th.*, succedet $PLCR^aM^a$, ἐκληρονόμησεν *BΣ* (*κ.π.*) | filii m. delata] *Th. cum BΣ* (*κ.π.*) τὰ ἐκ θανάτου τοῦ υἱοῦ κατενεχθέντα, filii seu filiae m. delata uel derelicta *libri* 17 si *Th.* | ulterius $M^a$ 18 a filio filiaue *C contra Th.* 19 proprietatem] $CM^b$ *Th.*, proprietate $PLRM^a$, τὴν προπριεταρίαν *BΣ* (*κ.π.*), τὴν δὲ δεσποτείαν *B* | sorori et fratribus] τῷ ἀδελφῷ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς *BΣ* (*κ.π.*), τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ταῖς ἀδελφαῖς *B* 20 *s. a. Th. Hal. PL* | VIII id.] v id. *Hal.*, u *P*, u k. *L* | XII] a. xii *PL* 22 aa.] a. et *S*, a. *M* | florentino *SM* | pp. *om. M* | matris $R^a$ | siue] sue $RM^a$ 23 substitionis $M^a$ | si *om* $M^a$ | successione $M^a$ 24 librorum $M^a$ 25 ei] et *CM* 26 ratione] or̄ $R^a$ | soluerit *CM* | *s. a. Nou. Hal.* | VI] *Nou. libri optimi cum l. gem.*, VII *Hal. cum quibusdam libris Nou.* | constant. *om. Hal.* 27 XVI *Hal.* | festo] f. uc. *Nou.* 28 iustinus *R* | a. *om. M* | matre sup.] mater $R^a$ 29 legitime $R^a$, legitima $M^b$ | uel sola] sola *C*, *om.* $R^a$ | iure $R^a$ | habentem *C*, abt̄abente $M^a$ | testatus $R^a$

serit, non excludi a filii successione matrem, sed una cum fratre mortui uel mortuae, si
superstes uel filius uel priuignus ipsius sit, ad eam peruenire ad similitudinem sororum
mortui uel mortuae: ita tamen, ut, si quidem solae sorores agnatae uel cognatae et mater
defuncti uel defunctae su*persi*nt, pro ueterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram
uero dimidiam partem omnes sorores habeant: sin uero matre superstite et fratre uel fra-
tribus solis uel etiam cum sororibus intestatus quis uel intestata moriatur, in capita distri-
buatur eius hereditas nec liceat matri occasione sororum mortui uel mortuae ampliorem
partem sibi uindicare, quam rata portio capitum exigit: patruo scilicet mortui uel mortuae
eius[1] filio uel nepote nullum ius ad eius hereditatem matre herede existente habentibus
1 nec ex ueteribus legibus uel ex constitutionibus partem matris minui. Sin autem defuncta
persona non solum matrem et fratres et sorores superstites habeat, sed etiam patrem, si
quidem sui iuris decessit, quia patris persona interueniens matris iura superare uidetur,
omnibus pio animo prouidentes sancimus fratres quidem et sorores mortuae personae ad
successionem proprietatis solos pro uirili parte uocari, patri autem et matri usus fructus
totius successionis besse*m* competere aequa lance inter patrem et matrem diuidendum,
2 reliqua parte usus fructus apud fratres et sorores remanente. Sin uero defuncta persona
in sacris patris constituta decesserit, pater quidem usum fructum, quem et uiuente filio
habebat, detineat donec uiuat incorruptum, mater autem, quia hunc usum fructum habere
uiuente patre non potest totum apud patrem constitutum, una cum fratribus defunctae
personae ad proprietatem uocetur, scilicet cum sororibus sola in dimidiam, cum fratribus
3 uel promiscui generis secundum supra scriptam distributionem in uirilem portionem. Omni-
bus uidelicet, quae de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt, *in* suo
statu durantibus. D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO A. PP. II CONS. a. 528

## LVII

## ☧ AD SENATVS CONSVLTVM ORFITIANVM ☧

1 IMP. ALEXANDER A. EVANGELO. Si intestatae mulieris consanguinei existant B 45, 1, 40
et mater et filia, ad solam filiam ex senatus consulto Orfitiano hereditas pertinet. PP. XV
K. FEBR. FVSCO II ET DEXTRO CONSS. a. 225

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. METRODORAE. Non pro numero
1 superstitum mortis matris tempore, sed succedentium materna scinditur hereditas. Qua-
propter si mater uestra te et uno fratre emancipatis, duobus autem aliis in patria positis
potestate superstitibus diem functa est et hi, qui in potestate patris fuerant, priusquam

*P* (57 ☧) *L* (57 ☧) *CRM*

---

[1] eiusue? (*similiter edd.*)

---

1 mortuae] morte $R^a$, mortu $M^a$ 2 filium $M^a$ | eam] eam rem $CR^a$ 3 quidem] quod $M^a$ | sola $R^aM^a$ | uel cognatae *om.* $R^a$ 4 supersint] $E^b$, subessent $CRM^a$, superessent $M^b$ | tenorem *C* | altera *CR* 5 sorores] s. suas $R^a$ | mater $R^a$ 6 solus $M^a$ | capite *R* 7 occasionem *C* | mortui] mortuo $R^a$ | ampliorem ... 8 mortuae *om. C* 8 patrem $R^a$ | exigi $R^a$ | mortuae] mortuo $R^a$, mortui $M^a$ 9 nepoti *C*, nepotes $R^a$ | ad *om.* $M^a$ | matre] matri $M^a$, matri eius $CR^a$, matre eius $R^b$ | habente *M*, *om.* $R^a$ 10 ne *R* | legitibus $R^a$ | constitutionis $M^a$ | patris *C* | minuit $R^a$ 11 si *om.* $M^a$ 12 interuenientes $M^a$ | sperare $R^a$ 13 quidem] quod $M^a$ | et sorores *om.* $R^a$ 14 successioni $R^a$ | solas *R* | uiri $M^a$ | matris $M^a$ | usus] us $R^aM^a$ 15 bessem] *Q*, posse $CR^a$, ***se $M^a$, pro besse $R^b$, et bessem $M^b$ | compefitere $R^a$, compere $M^a$ | inter patrem] in parte $R^a$ 16 apud fratres] apatres $R^a$ | remanentes $M^a$ 17 decesserat $M^a$ | husu $M^a$ | et uiuente ... 20 personae ad pro] *pro his in* $M^a$ *est litura 24 fere litterarum* | uiuentem *R* 18 habeat detineat *C*, habetat ** $R^a$, habebat teneat *E* 19 pate $R^a$ | potest] potest est *C*, potest es $R^a$ 20 propriam etatem $R^a$ | dimidia $R^aM$ 21 promiscuis *R* | secundum supra *om.* $M^a$ | distributione *R* | in] in tribus $R^a$ | portione *R* 22 sancta $R^aM^a$ | in] *E*, *om. CRM* 23 *s. a. Hal.* 25 *rubricam om.* $R^a$ | senatum *S* | orphianum *C* 26 a. *om. M* | euacelo *S*, euagelo *R* | si *om.* $R^a$ | existat $R^a$ 27 et mater] $M^a$ *cum* *BΣ* (κ.π.), mater $CRM^b$ | *s. a. Hal.: in R extat* pp. 29 et cc. *om. M* | merodore *S* 32 diem] de $M^a$ | functam $R^a$ | ii *M* | fuerit $R^a$, fuerunt *M*, fuerint $R^b$

maternam hereditatem sibi quaererent, rebus humanis exempti sunt, inter duos tantum
uiriles non ambigitur factas portiones. S. VII K. APRIL. SIRMI AA. CONSS.[1] a. 293

3 IDEM AA. ET CC. IVLIANAE. Matri intestatae defunctae secundum Orfitia- [B 45, 1, 41
num senatus consultum citra bonorum possessionem filia pro herede gerendo succedere
non prohibetur. S. XII K. NOV. AA. CONSS.[1] a. 293

4 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HILARIA- [Th. 5, 1, 3
NVM PP. Quotiens de emancipati filii filiaeue[2] successione tractatur, filiis ex his[3] genitis
deferatur intacta pro solido successio neque ulla defunctae patri matrique concedatur
intestatae successionis hereditas. D. XI K. MART. MEDIOLANI MEROBAVDE II ET SATVR-
NINO CONSS. a. 383

5 [4]IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Si qua illustris mulier filium ex [B 45, 1, 42
iustis nuptiis procreauerit et alterum spurium habuerit, cui pater incertus sit, quemad-
modum res maternae ad eos perueniant, siue tantummodo ad liberos iustos siue et ad
1 spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut neque ex testamento neque ab intestato neque
a liberalitate inter uiuos habita iustis liberis existentibus aliquid penitus ab illustribus
matribus ad spurios perueniat, cum in mulieribus ingenuis et illustribus, quibus castitatis
obseruatio praecipuum debitum est, et nominari spurios satis iniuriosum, satis acerbum et
nostris temporibus indignum esse iudicamus et hanc legem ipsi pudicitiae, quam semper
2 colendam censemus, merito dedicamus. Sin autem concubina liberae condicionis constituta
filium uel filiam ex licita consuetudine ad hominem liberum habita procreauerit, eos etiam
cum legitimis liberis ad materna uenire bona, quae ea iure legitimo et in suo patrimonio
possidet, nulla inuidia est. D. XV K. OCT. CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 529

6 [5]IDEM A. IVLIANO PP. Quidam ancillae suae per fideicommissum liber- [B 45, 1, 43
tatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta est, moram in libertate praestanda faciente
peperit ancilla. et esse quidem ingenuum puerum uel puellam, qui post moram nati sunt,
omnes ueteris iuris auctores consentiunt, dubitabatur autem inter eos, si matri morienti
1 potest succedere. Huiusmodi itaque dubitationem eorum decidentes ulterius eam procedere
non patimur, sed sancimus eandem matris progeniem heredem ab intestato posse ei
existere, saluo iure legitimo ex auctoritate senatus consulti Orfitiani proli seruando et tam
matre ex senatus consulto Tertulliano quam prole ex Orfitiano senatus consulto inuicem
ad suas hereditates uenientibus. D. K. OCT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE
VV. CC. CONSS. a. 530

*P* (57, 4...6) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] CC. conss. (*a.* 294: *Mommsen*)? [2] emancipatae filiae (*Th.*)? [3] ea (*Th.*)? [4] *iunge* 5, 27, 10 [5] *iunge* 7, 4, 15. 16

1 quaerere $R^a$ | tantum] tamen *R* 2 factas portiones *om.* $M^a$ | *s. a. Hal.* 3 a. et. c. *S*, et cc. *om. CRM* | defunctae *om.* $R^a$ *contra BΣ* (κ.π.) | ofitianum $M^a$ 4 circa *R*, contra $C^a$ | possessione filiam *R* | gerendo herede $R^a$ 5 *s. a. Hal.* 6 imppp. (impp. *PLC*) grat. (grācianus *M*)] idem a. et *S* | ualerius *M* | et] e *M*, *om. PL* | aaa.] aaa. et c. *S*, aa. *C*, *om. M* | hilarium] *Th.*, elarium *S*, hilarianum *PCR*, helianum *L*, clarianum *M* 7 pp.] pu. *PLR*, perfectum *M* | quoties *C* | successioni *R* | gemitis $M^a$ 8 int. pro sol. defer. *Th.* | intanta $M^a$ | defunctae] *C Th.*, defuncti *PL*, defuncti uel defunctae *R*, defunctaeue $M^a$, defuncti defunctaeue $M^b$ 9 success. intest. *PL* | *s. a. Th. Hal. PL* | XI] *Th.*, XV *Hal.*, *om. PL* 10 conss. *om. PL* 11 iustinus *R* | a. *om. PM* | demonsteni *L*, demostino *M* | pp. *om. L* | illustris] inlu. $R^a$ 12 procreauituerit $P^a$, procreauit *M* | spurium et alterum $PL^a$ *contra B* (κ.π.) | cuius $R^bM$ 13 et] *CR cum B* (κ.π.), *om. PLM* 14 ex] *RM cum B* (κ.π.) ἐκ διαθήκης, a *C*, *om. PL* 15 a] *C*, ad $M^a$, *om.* $PLRM^b$, ἀπὸ δωρεάς *B* (κ.π.) | aliquid ... 16 illustribus *om.* $R^a$ 17 nominare $M^a$, ñorias $P^a$, ñori $L^a$ | satis iniur.] iniur. $M^a$ | satis acerbum] $M^a$ *cum B* (κ.π.), satisque ac. $PLCRM^b$ | et *om.* $P^aL^b$ *contra B* (κ.π.) 18 et hanc ... 19 dedicamus *om.* $M^a$ 20 consuedunine $P^a$ | ab (ad $R^a$) homine libero *PLRM*, πρὸς ἄνθρωπον ἐλεύθερον *B* (κ.π.) | habitam *C* 21 maternam $R^a$ | ea] $P^bL^b$ *cum B* (κ.π.) αὐτή, ex *C*, *om.* $P^aL^aRM$ | et in] *E cum B* (κ.π.) καὶ ἐν, et $PLCR^aM^a$, et ex $R^bM^b$ 22 *s. a. Hal. PL* | calcedona *PL* | uc. conss.] uu. cc. *PL* 23 iuliano pp.] iulio perfecto *M* | quidem $R^a$ 25 ceperit $M^a$ | esse] eum $P^b$ | uel] et *P*, esse et *L*, ἢ *B* (κ.π.) 26 ueteres *R* | mater *R* 27 dubitatione *R* 28 eandem] itaque eandem *PL contra B* (κ.π.) | progenem *C* | ei *om. R*, δύνασθαι αὐτῇ *B* (κ.π.) 29 actoritate $P^a$ | sanatus *P* 30 tertilliano *P*, tertulliano (tertull. *suppl.* $L^b$) ... consulto *om.* $LM^a$ 31 *s. a. Hal. PL* | lampadi *P*, lamp. *L* | et ... 32 conss. *om. PL*

# LVIII

# ℞ DE LEGITIMIS HEREDIBVS[1] ℞

1 Imp. Alexander A. Cassio et Hermionae. In successione titulo consanguinitatis uel in bonorum possessione, quae proximitatis nomine competit, tam fratres quam sorores pari iure esse, licet non eadem matre susceptae sunt, ius certum est. nec huic derogatur, quod amitas uestras ab auo uestro dotatas fuisse proponitis. PP. non. Mai. Maximo II et Aeliano conss. a. 223

2 Idem[2] A. Tatianae et aliis. Si eius, quae uos heredes instituit, patri non quaesistis hereditatem posteaque mortuo patre ac repudiata eius hereditate defunctae successionem agnouistis, ea, quae bonorum sunt defunctae, ab his separari, quae patris uestri fuerunt, praeses prouinciae non ignorabit. PP. VI id. April. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

3 Imp. Decivs A. Asclepiodotae. Consanguinitatis iure et feminas ad intestatorum
1 successionem admitti posse explorati iuris est. Proinde cum fratris tui intestato mortui ad te consanguinitatis iure hereditas pertineat, nulla ratione alterius fratris tui filii ad eandem successionem adspirare desiderant: nam et cessante iure agnationis in persona omnium praetorii iuris beneficio ad te potius, quae secundum gradum obtines, hereditas pertinet quam ad fratris tui filios, qui tertio gradu constituti sunt. PP. II non. Dec. Decio A. et Grato conss. a. 250

4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Caecilio. Si aut nullum testamentum nepos patrui tui ordinauit aut intra quattuordecim annos constitutus fecit et agnationis iure successio eius tibi delata est, etiam citra bonorum possessionis subsidium legitimo iure subnixus es. PP. id. Ivl. ipsis AA. IIII et III conss. a. 290

5 Idem AA. et CC. Cyrillae. Ad intestati successionem agnationis iure quam proximitatis uenientes haberi potiores certum est. Svpposita XVI k. Ivl.[3] Sirmi AA. conss. a. 293

6 [4]Idem AA. et CC. Clavdianae. Defuncto, suis extantibus heredibus et abstinentibus uel repudiantibus hereditatem, frater iure consanguinitatis succedere potest. S. prid. k. Ian. AA. conss. a. 293

7 Idem AA. et CC. Ammiano. Patruo ac materterae tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur, sed patris frater agnationis iure sorori matris anteponitur. S. XVII[5] k. Mart. Sirmi CC. conss. a. 294

*P* (58 ℞ 6) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *ad finem libri sexti* $L^b$ *inter alia suppleuit haec:* lib. ui tit. de legitimis heredibus. Idem a. et cc. Inter eos, qui de inlicita uel incerta procreatione nati sunt, nulla est successio uel hereditatis petitio, nisi ab eisdem relictum uel concessum aliquo modo inter se doceatur. *ad hanc constitutionem pertinet adnotatio in Paris.* 4534 *Bamberg. I D* 3 *ad* 6, 61, 3 *adscripta:* hic in quibusdam codicibus inuenitur falsa constitutio Galgosiana quae sic incipit Inter eos: *haustam autem esse ex lege Liutprandi* (*Lombarda* 2, 8, 6) *uidit Merkel apud Savigny Geschichte des Röm. Rechts* 4, 575: *inscriptio suppleta uidetur ex c.* 4...9 *h. t., ad quas in margine adscripta fuerit* [2] *scribi debuit* imp. Gordianus [3] Ian. (*Mommsen*)? [4] *iunge* 6, 31, 5 [5] XVI (*Mommsen*)?

---

3 impp. $M^a$ | a. cassio et *om.* *M* | et hermionae] ermosiano *S*, termione *R*, hemmone *M* | succesatione $R^a$ 4 pessione $M^a$ | sororis $R^a$ 5 patri $M^a$ | iuri *R* | nec] ne $R^a$ 6 quod] quo *C* | dotata *R* | *s. a. Hal.* 8 a.] aa. *R* | tartane *M* | et aliis *om.* *M* | uos] uero $R^a$ | non *om.* $C^a$ | quaesisti $C^a$ 9 successione $R^a$ 11 ignorabat $M^a$ | *s. a. Hal.* 12 decius a.] zeno *M* | asclepiodoto *C* | ab intestator (—torum $R^b$) successione *R*, a** int. successionem $M^a$ 13 intestati *CM* 14 ulterius $M^a$ 15 adagnationis *C* 16 praetoris $CRM^a$ | ad] tuae a $R^a$, a $R^b$ | optinens *R* 17 *s. a. Hal.* 19 aa.] aa. et cc. *R*, *om.* *M* | celio $R^b$, *inc.* $R^a$ 20 constitutos $R^a$, constitus $M^a$ | agnitionis *M* 22 es] est $R^aM$ | *s. a. Hal.* 23 et cc. *om.* *M* | cirillae *C*, curillae *CRM*: *c.* 5 *om.* *S* | ad] ab $R^a$? | intestat* $R^aM^a$ 24 uenientes *om.* $R^a$ | habeto $R^a$, abere $M^a$ | *s. a. Hal.* 25 idem] impp. dioc. et max. *PLM* | et cc. *om.* *M* | flaudianae $P^a$, claudinae *L*, cladianae *C*, standiane *M* | defunctis $PL^aR^aM$, defuncti $L^bR^b$ 26 hereditate $PM^a$? | *s. a. Hal.* *PL* | s. prid.] 6, 31, 5, d. prid. *PL*, suppos. *Hal.* 27 ian.] iul. uar. *PL* | aa.] aa. et cc. *P*, aa. cc. *L* 28 lamnio *S* | ac] hanc $R^a$ | matertera *RM* | tertio] de tertio $CR^bM^b$, de certio $R^a$?$M^a$? | gradum $R^a$ 29 intestato *CM* | frater] fr. atque $R^a$ | sororis $CRM^a$ 30 *s. a. Hal.*

8 IDEM AA. ET CC. SILANO. Si his, de quorum successione agitur, apud [B 45, 1, 45] hostes defunctis secundum legis Corneliae beneficium iure agnationis adita hereditate uel petita bonorum possessione successisti, substantiam eorum uindicare non prohiberis. S. NON. IVL. SIRMI AA.[1] CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. DAMAGORAE. In successione intestatae sororem quam auum maternum haberi potiorem non ambigitur. S. VI K. IVL. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

10 [2]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. [Nou. Theod. 11 B 45, 1, 46] Sciant qui ad successionem uocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre tutorem ei secundum leges non petierint intra annum, omnem eis siue ab intestato siue iure substitutionis successionem eius, si impubes moritur, denegandam. D. VI ID. IVL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439

11 [3]IMP. ANASTASIVS A. CONSTANTINO PP. Si ab eo, qui ex sacro rescripto [B 45, 1, 47] secundum nostram constitutionem[4] fieri postulauerit emancipationem liberorum, petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandaue est, minime legitima iura per emancipationem extinguantur, eadem iura tam emancipato uel emancipatae contra personas alias hoc modo sibi coniunctas quam aliis itidem contra eum uel eam in hereditatibus uel successionibus et tutelis nec non ceteris seruentur intacta. D. XV K. AVG. CONSTANTINOPOLI PROBO ET AVIENO IVN. CONSS. a. 502

12 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Si maior quinquagenaria partum ediderit, [B 45, 1, 48] si debet huiusmodi suboles suo patri sua constitui et hereditatem eius nancisci, a Caesa-
1 riana aduocatione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis huiusmodi partus inuenitur et raro contingit, nihil tamen eorum, quae probabiliter a natura noscuntur esse producta, respui, sed omne ius, quod ex quacumque lege liberis praestitum est, hoc merum atque immutilatum huiusmodi filiis uel filiabus seruari in omnibus successionibus siue ex
2 testamento siue ab intestato. Et summatim non absimiles aliis fiant, quos similes natura effecit, maxime cum et anteriore nostra lege[5] huiusmodi nuptias permisimus, impares eas uideri minime concedentes. D. IIX[6] K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. ANNO SECVNDO[7]. a. 532

13 [8]IDEM A. IOHANNI PP. De emancipatis filiis, qui sacro rescripto patribus impertito hoc a suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. cum enim Anastasiana lex[9] iura fratribus legitima noscitur seruare, si quis ex his sine testamento et liberis decesserit, utrumne ad fratrem uel sororem eius successio deuoluatur an ad superstitem patrem, dubitabatur.
1 Huiusmodi dubitationem compendioso responso duximus esse finiendam ideoque sancimus ad simillitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus a nobis iam lex posita est[10], et

*P* (58, 10. 13) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] CC. (*Mommsen*)? [2] *iunge* 6, 56, 6. 8, 14, 6 [3] *iunge* 6, 20, 18. 8, 48, 5 [4] 8, 48, 5 [5] 5, 4, 27 [6] XV? [7] anno secundo *del.* [8] *iunge* 8, 47, 11. 8, 48, 6 [9] *cf. ad* 5, 70, 5 [10] 6, 59, 11

1 et cc. *om. M* | siluiano *S* 2 hereditatem *R* 3 proberis *R* | *s. a. Hal.* 5 aa. et cc.] a. *M* 6 haberi] hereditatis haberi *M* | *s. a. Hal.* 7 ualentinus *M* | florentio] *S Nou.*, ad florentium (—tinum *M*) *PLCRM* 8 defucto $R^a$ | ei] eis *CR* 9 annum omnem] ante nomine $R^a$ | iuris *M* 10 eius *om. L* | denegandam] eis d. $LR^b$ | *s. a. Nou. Hal. PL* | d. *bis* $P^a$ | VI] *Nou. libri optimi*, u *Hal. PL*, VII *alii libri Nou.* | constant. *om. PL* 11 a. *om. PL* | fisco *PL*, festo uc. *Nou.* 12 anastasius] anat. *R* | a. *om. M* | eo qui ex] ** qui $M^a$ 14 qui emancipatus $R^a$ 15 emancipato uel *om.* $R^a$ 16 uel] uel in *R* | tutelas *R* 17 seruetur $RM^a$ | intracta *R* | *post* intacta *edd. addunt* collationibus tamen ab his secundum ea quae super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, utpote peracta emancipatione faciendis, *inserta uidelicet ex* 6, 20, 18 *contra libros et BΣ* (κ.π.), *praeterea contraria legis sententiae, ut docet Thalelaeus* (*BΣ*) σημείωσαι δέ, ὅτι οὐδὲ συνεισφορᾷ ἐβάρησεν αὐτοὺς ἡ διάταξις ὡς γενομένους ἐμαγκιπάτους | *s. a. Hal.* 19 iustinus *R* | maio $M^a$ | quinquagintaria $R^a$ 20 debet] i et *C*, debet ex $R^a$? | sobole $CR^a$ | nancisci] n. possit *C contra BΣ* (κ.π.) 21 sumus et *om. BΣ* (κ.π.) 23 respuisset omne $R^a$ 24 filiis] liberis filius $R^a$ | seuari $R^a$ | successionibus *om.* $R^a$ 25 intestato] intestamento $R^a$ | non *om.* $M^a$ | fiat $R^a$ | similes] *Q cum BΣ* (κ.π.) ὁμοίους similis *CRM* 26 effecit] *dett. cum BΣ* (κ.π.) ἐποίησεν, efficit *CRM* 27 *s. a. Hal.* 29 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *L* | imperito $P^a$ 31 agnoscitur $PLR^b$ | decesseris $R^a$? 32 dubitabatur *om.* $CR^aM$ 33 que *om.* $R^a$ 34 aliorumque $M^a$ | de] de his $PL^a$ | iam a nobis *CRM* | lex *om.* $M^a$ | et *om. PLR*

huiusmodi hereditatem iure quidem dominii ad fratres uel sorores peruenire in totum, usum fructum autem eius patri totum, siue torum priorem seruauerit siue ad secundas migrauerit nuptias, adquiri, siue per sacrum oraculum emancipatio procedat siue alio legitimo

2 modo a sacris paternis fuerint absoluti. Cum enim et pater utitur usu fructu et uotum eius est ad alios filios suas res peruenire, quapropter, cum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, non a nobis in hac specie plenius eis subuenitur, ut

3 pater habeat usum fructum, fratres autem uel sorores dominium rerum relictarum? Exceptis maternis rebus, in quibus, si ex eadem matre fratres uel sorores sunt, eos solos uocari oportet: sin autem non supersint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus et non per differentiam personarum uel rerum uacillare noscatur. D. K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

14 IDEM A. IOHANNI PP. Lege duodecim tabularum bene Romano generi prospectum est, quae unam consonantiam tam in maribus quam in feminis legitimis et in eorum successionibus nec non libertis obseruandam esse existimauit, nullo discrimine in successionibus habito, cum natura utrumque corpus edidit, ut maneat suis uicibus immortale et

1 alterum alterius auxilio egeat, ut uno semoto et alterum corrumpatur. Sed posteritas, dum nimia utitur subtilitate, non piam induxit differentiam, sicut Iulius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatus consultum Tertullianum fecit, apertissime docuit.

2 Qui enim ferendum est ab intestato successionibus suas quidem filias ad similitudinem masculae subolis in parentis uocari successionem et iterum germanas iure consanguinitatis eandem sibi uindicare praerogatiuam, deinceps autem legitimas feminarum personas, si iura consanguinitatis non possident, a successione legitima repelli, cum maribus eadem

3 successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filii fratris sui una cum masculis uocatur, sed aliud ius in amita, aliud in patruis obseruatur? uel qua ratione fratris filius ad successionem patrui uocatur, germana autem eius ab eadem successione

4 recluditur? Huiusmodi itaque legis antiquae reuerentiam et nos anteponi nouitati legis censemus et sancimus omnes legitimas personas, id est per uirilem sexum descendentes, siue masculini siue feminini generis sint, simili modo ad iura successionis legitimae ad successionem intestatorum[1] uocari secundum gradus sui praerogatiuam non ideo excluden-

5 das, quia consanguinitatis iura secundum germanae obseruationem non habent. Cum enim unius sanguinis iura remanent per uirilem sexum incorrupta, quare naturae offendimus et legitimo iuri derogamus? cum et aliam maximam iniuriam res in se continet plerisque quasi uulnus intestinum incognitum. cum enim ad earum mulierum successionem masculi iure agnationis uocantur, quis patiatur earum quidem hereditatem ad eos legitimo iure deferri, ipsas uero neque inuicem sibi neque masculis posse eodem iure succedere, sed

*P* (*c.* 13) *L* (*c.* 13) *CRM*

[1] ad successionem intestatorum *del.*

1 in totum peruenire *CRM* 2 patri ad (in $R^b$) totum *libri* | torum pr. s. siue *om.* $M^a$ | priorem torum $CR^b$, prior temthorum $R^a$ 4 a] ad $M^a$, *om.* *C* | etenim et *C* | usum fructum *R* 5 cum *om.* $R^a$ | anastasian $R^a$, astasiana $M^a$ 6 non] nunc $P^v L^v C R^b M$ | eis] eius $L^a ? M^a$ 7 habet *L* | fratres *om.* $R^a$ 8 ex] $P^b L$, *om.* $P^a C R^a M^a$, de $R^b M^b$ 9 opotet $R^a$ 10 recedere $R^a$ | contractus *L* 11 uacillire *P* | noscantur $M^a$ | *s. a. Hal. PL* 12 consula *P*, consul. *L* | oresti *P*, hor. *L* | cc.] cc. anno sec. *Hal.* 13 idem] impr. iustinianus *S* 14 quam] et $R^a$ 15 nec] ne $M^a$ | liberis $R^b$ | existimauit *R* 16 ciuibus $C R^a M^a$ 17 ut] ** $M^a$, et $M^b$ | corcorrumpatur *R*, corrumpantur $M^a$ 19 liberi $R^a$ | sigulis *R* | ad *om.* $R^a$ | perfecit *R* 20 qui] *Mommsen*, cui *CRM* 21 masculere $R^a$, masculi $M^a$ | patris *C* | uocare successione $R M^a$ | sanguinitatis *M* 22 si *om.* $M^a$ 23 a *om.* $R^a M^a$ 24 suis *R* | una] un $R^a$ 25 alius $R^a$ | ius *om.* $M^a$ | patris $R^a$ 26 successione *R* | patri $R^a$ | eius *om.* $R^a$ 27 reuentiam $M^a$ | anteponimus $M^a$ | nouitati] bonitati *C* 28 per uirilem] pueri uel $M^a$ 29 siue femin.] femin. $M^a$ | generi *R* | ad succ. int.] ab intestato $R^b$ 30 uocati $R^a$ 31 quia] quia iura $R^a$ | obseruatione *R* 32 incorruptum $R^a$ 33 iuris $R^a$ | iuriam $M^a$ | plurisque *C* 34 uulgnus $R^a$ | cum e. ad earum (rerum *C*) *bis* $M^a$ | successione $R^a$ 35 agnationis] ****gnatione $R^a$ | patiantur $R^a$ | earum] rerum *M* 36 differri *M* | neque] que $M^a$, *om.* $R^a$?

propter hoc solum puniri, quod feminae natae sunt, et paterno uitio (si hoc uitium est)
6 (1) prolem innocentem grauari? In his igitur casibus legem duodecim tabularum sequentes
et nouum ius nouissimo iure corrigentes etiam unum gradum pietatis intuitu transferri ab
iure cognationis in legitimam uolumus successionem, ut non solum fratris filius et filia
secundum quod iam definiuimus ad successionem patrui sui uocentur, sed etiam germanae
consanguineae uel sororis uterinae filius et filia soli et non deinceps personae una cum
his ad iura auunculi sui perueniant, et mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui
filiis, auunculus autem sororis suae suboli, simili modo ab utroque latere succedatur, tam-
quam si omnes legitimo iure ueniant, scilicet ubi frater et soror superstites non sunt.
his etenim personis praecedentibus et hereditatem admittentibus ceteri gradus remanent
7 penitus semoti. Illo procul dubio obseruando, ut successio non ad stirpes, sed in capita
diuidatur et is gradus in ordinem legitimum transferatur: ceteris omnibus successionibus
8 secundum ius usque ad praesens tempus obseruatum in suo statu manentibus. Si qui
autem casus iam euenerunt, secundum quod pristina iura uolebant, eorum fiat distributio.
D. V K. DEC. POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
15 IDEM A. IOHANNI PP. Meminimus antea diuinam promulgasse constitutionem[1], per
quam ad uestigia legis duodecim tabularum totam progeniem ex legitima subole descen-
dentem siue masculinam siue femininam legitimo iure hereditatem adipisci sanximus, ut,
quemadmodum ipsis a legitimis succeditur, ita et ipsae legitimarum personarum amplectan-
1 tur successionem. In qua constitutione unum gradum ex cognatis in ius legitimum reduxi-
mus, id est germanae filios et filias et sororis uterinae filios ac filias: quam constitutionem
in suo robore permanere censemus, cum et in nostris institutionibus[2] tenor eius a nobis
1*a* relatus est. Sed subtiliore tractatu habito necessarium duximus, et si quid ex praetoria
iurisdictione frugi inuentum est, et hoc cum perfectissima definitione posito nostras leges
1*b* (1) ampliari. Cum igitur praetor filium emancipatum, licet subtili iure capite fuerat deminutus,
attamen in patris successione sine ulla deminutione uocare manifestissimus est, non eodem
autem iure ad fratrum suorum successionem ab eo uocabatur, sed nec filii eius iure legitimo
suis patruis succedebant, necessarium duximus hoc primum corrigere et legem Anastasianam[3]
iusto incremento perfectam ostendere, ut emancipatus filius et filia non solum *in* paternis
bonis ad suorum similitudinem succedant, sed etiam in fratrum uel sororum suarum succes-
sione, siue omnes emancipati sint siue permixti sui cum emancipatis, aequo iure inuicem sibi
succedant et non secundum legem Anastasianam parte aliqua deminuta. et haec quidem de
2 filiis emancipatis sancire bellissimum nobis uisum est. Sed nec fratrem uel sororem uterinos

***CRM***

[1] *c.* 14 *h. t.* [2] *Inst.* 3, 2, 4 [3] *cf. ad* 5, 70, 5

2 duod. tab. legem (iura $R^b$) $R^bM$, legem *om.* $R^a$ 3 transferre *C* 4 cognato $CR^a$, cogna** $M^a$ | fratres $R^a$ | et] uel *M* 5 successione *R* 6 interine $R^a$ | persona $CRM^a$ 7 superuiaut *R* | et *om.* $R^a$ | patruis $R^a$ | est *om.* *M* 8 filiis] filii set *C* | auunculis *R* | subolis *CR* | ab] ad $R^a$ 9 si *om.* *M* | ueniebat $R^a$, ueniebant $CM^a$ | sint *C* 10 ceteris $R^a$, *inc.* $M^a$ | remanet $R^a$, rem**ent $M^a$ 11 ad stirpes] stirpe $R^a$ | capite *R* 13 ad] a *R* | obseruatur $R^a$? | quis $CM^a$ 14 euerunt $M^a$ | pristinam $R^a$ | fiant $M^a$ 15 *s. a. Hal.* 16 meminus $M^a$ | ante $M^a$ | diuina *R* | promulgasset $R^a$ | constitutione *R* 17 ad *om.* $R^a$ | duodecimum $M^a$ | ex] et $CR^a$ | legitimas $R^a$ 18 siue fem.] feminam $M^a$ | iure] iure ad $R^a$ | hereditate *C* | santimus $R^a$, sanctimus $M^a$ 19 a *om.* $M^a$ | legitimam $R^a$ | ipsae] in ipsae *C*, in ipsa $R^a$ 20 successione *R* | constitutionem *M* | in ius] unius $M^a$? 21 et sororis ... filias *om.* $R^a$ | ac] et *C* 22 et *om.* *C* | in *om.* $R^a$ 23 subtiliori *R* | tract.] et tract. $R^a$ | habitio $R^a$, habit* $M^a$ 24 frugi] fungi *C* | cum *om.* $R^a$ | perfectissimam $R^a$ | posita $R^a$, posit* $M^a$ | nostra legis ampliare $R^a$, nostras legis ampliari $M^a$ 25 mancipatum *R* | subliti $R^a$ | fuerit *M* 26 patris *om.* $M^a$ | uocari *R* | manifestissimus] $CM^a$?, manifestissimum $M^b$, manifest*um *R* | eadem $R^a$, edem $M^a$ 27 successiones *R* | uocatur $R^a$ 28 succedebat $R^aM^a$ | col**gere $R^a$ 29 parfectam *R* | emancipati $R^a$?$M^a$ 30 in *om.* *CRM* | bonis] moribus $R^a$, *onis $M^a$ | suorum *M*, *om.* *R* | successiones *RM* 31 siue omnes emancipati sint siue permixti sui cum emancipatis] *M*, siue omnes sui siue omnes emancipati sint *C*, siue omnes emancipati sint $R^a$, siue omnes sui siue omnes emancipati siue permixtim sint $R^b$ | aequo] $R^b$, eo $CR^a$, integro *M* 32 patem aliquam deminutam $R^a$ | de *om.* $R^a$ 33 uelissimum $CR^a$? | fratrum *M*

concedimus in cognationis loco relinqui. cum enim tam proximo gradu sunt, merito eos
sine ulla differentia, tamquam si consanguinei fuerant, cum legitimis fratribus et sororibus
uocandos esse sancimus, ut secundo gradu constituti et legitima successione digni reperti
aliis omnibus, qui sunt ulterioris gradus, licet legitimi sint, praecellant. et haec quidem
de secundi gradus successione satis abundeque nobis cum summa utilitate disposita sunt.
3 Cum autem tertio gradui ex transuersa linea fuerit locus, ubi patruis et filiis fratrum et
sororum locum antiquitas dedicauit, una cum illis tam emancipati fratris quam emanci-
patae sororis filium tantummodo et filiam, siue emancipatos siue suos patribus constitutos,
et neminem alium ulterius, nec non fratris uterini et sororis germanae uel uterinae filium
et filiam tantummodo ex legitima linea inuicem uocari censemus, sicut iam sanximus[1], ut
omnes, qui uel ab antiquo iure uel a nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt
3a praerogatiua, eodem autem tertio gradu sunt, simili iure uocentur. Successionis uidelicet
iure et in hac parte seruando, ut, si qui ex secundo gradu uocati renuntiauerint hereditati
et noluerint eam adire nullusque alius sit in secundo gradu, qui succedere et potest et
uult, tunc hi, quos praesenti lege enumerauimus ex tertio gradu, in locum recusantium
3b succedant. Illo etiam obseruando, ut successio non ad stirpes, sed in capita diuidatur:
ceteris omnibus successionibus secundum ius usque ad praesens tempus obseruatum pro-
cedentibus et nullo ex cognatis supra memoratos gradus ad iuris agnaticii formam redi-
4 gendo, sed suum ordinem suamque proximitatem tenente incorruptam. Quas autem per-
sonas ex iure cognationis in legitimas successiones transueximus, eas et tutelae grauamini
uicissim supponimus, scilicet si et masculi sint et perfectae aetatis secundum nostrae con-
5 stitutionis tenorem, ut non solum lucrum sentiant, sed etiam grauamini subiugentur. Si
qui autem casus iam euenerunt et per iudicialem sententiam uel amicalem transactionem
sopiti sunt, nullam sentiant ex hac lege retractationem. D. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI
DN. IVSTINIANO A. PP. IIII ET PAVLINO VC. CONSS. a. 534

## LVIIII
## R COMMVNIA DE SVCCESSIONIBVS R

1 [2]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. VARIANAE. Scire debuisti fratre
emancipato potiorem eam quae in familia mansit in alterius emancipati bonis non haberi,
sed eos pariter, si sollemniter petierint bonorum possessionem, succedere. S. XV K. IVN.
SIRMI CC. CONSS. a. 294
2 IDEM AA. ET CC. APOLLINARIO. Si pater tuus propiori sobrino tuo agnato [B 45, 1, 50]
constituto et intestato defuncto iure ciuili adita hereditate, uel hoc ab initio non inter-
ueniente siue capitis deminutione perempto sollemniter bonorum possessione admissa suc-

*p* (59 R) *L* (59 R) *CRM*

---

[1] *c.* 14 § 6 *h. t.* [2] *c.* 1 *collocari debuit post c.* 5

---

2 sine ulla] si nulla $R^a$? 3 instituti $M^a$ | et] ex $R^a$ 4 ulteriores $R^aM^a$ | licet *om.* $R^a$ | sunt *M* | praecedant $M^aM^c$ | haec] *ac $M^a$ 5 de secundi] secundi *M*, descendendi $R^a$ | sucessiones $M^a$ | satis] sad $R^a$? | abundequod $R^a$ 6 gradu $R^a$ | trauersa $R^aM^a$ | patuis $R^a$ 7 tam emanc. fratris quam] mancipati fr. quam $M^a$, tamen $R^a$ 8 sorores $C^aM^a$ | emancipatus $R^a$ | siue suos] $C^bR^bM^a$, suos siue $C^a$, siue suis $R^a$, siue suos patribus suis $M^b$ 9 alterius $M^a$ | non] con $R^a$ | sorores *CR* | uteranae $R^a$ 11 a *om.* $R^a$ | legitimo $R^a$ | sint *R* 13 quis $CRM^a$ | uocati ... 14 gradu *om.* $M^a$ | uocatie $R^a$ 15 nunc $R^a$, quo $R^a$ | numerauimus $M^a$ | ex] et $R^a$ | recunsantium *R* 16 stirpem *RM* 17 praeses $CR^a$, praesentes $M^a$ 18 iuris agnatii $M^a$, uiros agnatii $R^a$ 19 tenentem $CR^b$, nenentem $R^a$ 20 gramini $R^a$, grauamine $M^a$ 21 si *om.* $M^a$ | masculis *CR*, masculi** $M^a$ 22 sentiant *om.* $R^a$ | grauaminis $CR^a$ | subiungentur *R* 23 quis $CR^aM^a$ | uel amic. *om.* $M^a$ 24 nulla *C* | retraccionem $M^a$ | *s. a. Hal.* 27 successione *R* 28 uarinie *M* | fratrem $R^a$, fratrum $M^a$? 29 patiorem *R* | emancipatis bolnis $R^a$ 30 si *om.* $M^a$ | sucducere $R^a$ | *s. a. Hal.* 32 et cc. *om.* *M* | pater tuus si *M contra BΣ* (κ.π.) | proprio $C^a$, propriori $C^bRM^b$, priori $M^a$, τῷ ἐγγυτέρῳ *BΣ* (κ.π.)

cessit ac tibi patris tui quaesita hereditas est, adire praesidem prouinciae debes ac tutorem eius de tutela conuenire. D. XIIII K. IVN. VERONAE[1] AA. CONSS. a. 293

3 IDEM AA. ET CC. VLPIANAE. Vitrico priuigni successionem intestati ciuili uel honorario iure non deberi certissimum est. S. XV K. MART. SIRMI CC. CONSS. a. 294

4 [2]IDEM AA. ET CC. *AVRELIO* ASTERIO. Seruus successores habere non potest. D. NON.[3] APRIL.[4] CC. CONSS. B 45, 1, 51 a. 294

5 IDEM AA. ET CC. IVSTINAE. Amitae, cui successisse filios suos proponis, hereditatem
1 tuo nomine non recte petis. Sed quoniam hos etiam intestatos diem functos adseueras, si quidem hi, quos priuignos eiusdem amitae dicis, eorum consanguinei fuerint fratres, tam agnationis quam cognationis iure secundo gradu constitutos tibi praeferri non ambigitur. nam si amitini tui alio etiam patre nati nunquam[5] eorum matri priuigni sunt, admisisse te bonorum possessionem probans eorum uindica successionem. S. XII K. MART.[6] CC. CONSS. a. 294

6 IDEM AA. ET CC. PVBLICIANO. Auunculo priori, qui est in tertio gradu, quam consobrino, qui sequentem occupat, deferri successionem intestati certi iuris est. SVPPOS. K. OCT. CC. CONSS. a. 294

7 IDEM AA. ET CC. NICOLAO. Adfinitatis iure nulla successio promittitur. B 45, 1, 52 D. PRID. NON. OCT. CC. CONSS. a. 294

8 IDEM AA. ET CC. IVSTAE. Antequam scriptus cuiuscumque portionis capax B 45, 1, 53 repudiet hereditatem uel alia ratione quaerendae facultatem amittat, ei qui testamentum reliquit intestato nemo succedit. igitur perspicis, quod testamentariae successionis spe durante intestati bona defuncti non recte uindicentur. S. VI ID. MART.[7] RETIARIAE CC. CONSS. a. 294

9 [8]IDEM AA. ET CC. SOPATRO. Ancillae dominus liberi hominis, cum quo B 45, 1, 54 contubernium haec habuit, per hanc commixtionem successionem uindicare non potest. S. XV K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

10 IDEM AA. ET CC. DANVVIO. Nutritoribus hoc nomine nec ciuili nec honorario iure defertur hereditas. S. VI K. IAN. CC. CONSS. B 45, 1, 55 a. 294

11 IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Sancimus, quemadmodum de his rebus, quae liberis in sacris constitutis ex occasione maritali adquisitae sunt, certus ordo destinatus est, ut, si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars eius, quam lucratus est, ad eius liberos uel nepotes uel pronepotes concedat, quibus non extantibus ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos uel, si etiam[9] non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos, cumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perueni*at*: ita et de his,

*P* (59 [3 *p*] 4 [7 *p*] 9 [10 *p*]) *L* (59, 3. 4. 7. 9. 10) *CRM*

[1] Beroeae (*Mommsen*)? [2] *iunge* 3, 31, 8. 7, 16, 27 *Consultatio* 6, 18 [3] d. III k. *leges iungendae* [4] Sirmio *ins. Consult.* [5] numquam] neque hi (*Mommsen*)? [6] Mai. (*Mommsen*)? [7] Oct. (*Mommsen*)? [8] *iunge* 3, 32, 28 [9] hi *ins.*

1 adirem $R^a$ | ac tutorem] auctorem $R^a$, a tutore $M^a$ 2 *s. a. Hal.* 3 idem] impp. dioc. et max. *pL* | et cc. *om. pLM* | ulpiano $C^a$, ulpane $R^a$ | onerario $p^a$ *uel* $p^b$ 4 non *om.* $L^a$ | *s. a. Hal.* 5 et cc. *om. M* | aurelio] *Consult.*, *om. libri* | seuus $P^a$ | abere non p. succ. *M* 6 *s. a. Hal. PL* | cc. conss. *om. L* 7 et cc. *om. M* | amitae] s(i?)te $R^a$? | praeponi $M^a$, praeponis $M^b$ 8 quoniam] quam $R^a$ | intestatus d. functus $R^a$? 9 hii *M* | eius $R^a$ 10 secundum $R^a$ 11 amiti tui etiam alio p. nati $R^a$, amitinis tuis alio etiam (etiam alio *R*) p. natis $R^bM^b$ | matres $R^a$ 12 probas $R^aM^b$? | uindicas $R^a$ | succisionem *R* | *s. a. Hal.* 14 et cc. *om. M* | publicano *M* | priori q. e. in (*om. C*) tertio] propriore gradu qui est terti $R^a$ 15 differri $R^a$, de gradu ferri $M^a$ | successione *R* | *s. a. Hal.* 17 et cc. *om. M* | nicolao] iuste *pL* | permittitur *L* 18 *s. a. Hal. pL* | d. prid. non.] s. idib. *Hal.* | cc. conss. *om. pL* 19 et cc. *om. M* | iustae] nicolao *S* 20 aliam rationem $M^a$ | amittet $R^a$ | testamento $R^a$ 21 successiones *C* 22 intestati bona def. (deif. $R^a$)] ἐξ ἀδιαθέτου τοῦ τελευτήσαντος τὰ πράγματα *BΣ* (κ.π.) | iudicentur $M^a$ | *s. a. Hal.* 24 et cc. *om. M* | socrato *M* | hominis] hoñis *L* 25 commixtionem] *PL*, coniunctionem *CM*, cognitionem *R*: τὸν συμμιγέντα αὐτῇ *BΣ* | potes *R* 26 *s. a. Hal. PL* | s.] d. *PL* | ian. nic.] iun. anuastнic *P* (*ortum uidelicet ex* ianuarias nic.), iun. (iul. $L^a$) anuastilie *L* 27 danubio *pLCR*, danato *S*, damibio *M uel* $M^b$ | onerario $p^aR$ 28 *s. a. Hal.* 29 iustinus $R^a$ | demostino *M* 30 destinatus est ordo *M* 32 concedatur $R^aM^b$ | existantibus $M^a$ 33 ex *om. M* | progenito $R^a$ | non *om.* $M^a$ 34 fuerint $R^a$ | relictis $M^a$ | perueniat] $Q^b$, peruenit *CRM*

quae materna linea per qua*s*cumque occasione*s* uel inter uiuos uel per ultimas dispositiones
uel ab intestato descendunt, similis ordo seruetur, primo in filii uel filiae successione
posteritate eius uocanda eaque non inuenta fraterno consortio eiusdem uel alieni matri-
monii secundum praedictum ordinem arcessito, tunc ad ultimum locum pater a legibus
conclametur et sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat
1 adquisitum. In omnibus uidelicet casibus, in superstite subole liberorum et fratribus adhuc
uiuentibus, qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt, usu fructu rerum, quarum
dominium ad eos peruenit, apud parentes remansuro. ' D. XV K. OCT. CHALCEDONE
DECIO VC. CONS. a. 529

# LX

# ℞ DE BONIS MATERNIS ET MATERNI GENERIS ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. CONSVLIBVS PRAETORIBVS TRIBVNIS [Th. 8, 18, 1 mut. B 45, 4, 1]
PLEBIS SENATVI SALVTEM[1]. Res, quae ex matris successione *fuerint* ad filios deuolutae,
ita sint in parentum potestate, ut fruendi dumtaxat habeant facultatem, dominio uidelicet
1 earum ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos maternarum rerum utendi fruendi-
que tantum[2] potestas est, omnem debent tuendae rei diligentiam adhibere et quod iure
filiis debetur in examine per se uel per procuratorem[3] poscere et sumptus ex fructibus
impigre facere et litem inferentibus resistere atque ita omnia agere, tamquam solidum per-
fectumque dominium et personam gerant legitimam, ita ut, si quando rem alienare uolue-
rint, emptor uel is cui res donatur obseruet, ne quam partem earum rerum, quas alienari
2 prohibitum est, sciens accipiat uel ignorans. Docere enim pater debet proprii iuris eam
rem esse, quam donat aut distrahit: et emptori, si uelit, fideiussorem licebit accipere, quia
nullam poterit praescriptionem opponere filiis quandoque rem suam uindicantibus. D. XV
K. AVG. AQVILEIA. RECITATA APVD VETTIVM RVFINVM PV. IN SENATV NON. SEPT. CON-
STANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

2 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO PV. Quidquid [Th. 8, 18, 7 B 45, 4, 2]
auus auia, proauus proauia ex materna linea uenientes[4] nepoti nepti pronepoti pronepti
testamento fideicommisso legato donatione uel alio quolibet titulo largitionis uel etiam
intestati successione contulerint, pater filio filiaeue integra illibataque custodiat, ut uendere
donare relinquere alteri obligare, sicut nec materna bona[5], non possit usu fructu dum-
taxat ad eum pertinente, ita[6] ut, quemadmodum ipse super his licentiam totius potestatis

*P* (60 ℞ 1. 2) *L* (*ut P*) *CRM* (*deficit in u.* 29 uendere)

[1] dicit *addit Th.* [2] tantum *om. Th.* [3] per se uel per proc. *om. Th., habent B* [4] ex mat. l. uenientes *om. Th., habent B* [5] sicut n. m. bona *om. Th., habent B* [6] ita *om. Th.* (*u. i.*)

1 materna] mana $R^{a}$ | per quacumque occasione sunt *CR*, per quamcumque occasionem sunt (sunt *del.* $M^{b}$) *M* | inter] ab intestato $R^{a}$ | depositiones $R^{a}$ 3 eius posteritate *M* | alini $R^{a}$ 4 accersito *RM* | pater a] paterna $R^{a}$ 6 casibus *om.* $R^{a}$ 7 usum fructum *R* 8 ad eos *bis* $M^{a}$ | *s. a. Hal.* 11 paternis *C* | materni] maternis *S* 12 imp. *om. S* | costantinus *M* | a. *om. S* | tribunisque *R* 13 plebis *om. S* | senatus *PL* | fuerint] *Th. cum B*, siue ex testamento siue ab intestato (siue ab int. *om.* $R^{a}$) fuerint *PLCRM* 14 parentium *PLCR* | patestate $C^{a}$ 14 habeat $P^{a}RM^{a}$, habent $L^{a}$ 15 *ad om.* $P^{a}$ | panes $R^{a}$ | fruendi utendique *M* 16 tantum] tum $R^{a}$ | potestas] post*a*s $M^{a}$ 17 examinine *M* | per proc.] proc. *PLR* 18 impige $R^{a}$ | restisistere $L^{a}$ 19 et] eis fuisset adquisitum (a. f. $R^{b}$) $P^{b}LR^{b}M$ | uoluerit $P^{a}M$, uoluerunt *R* 20 ne quam] *C Th.*, nunquam $P^{a}$, ne (nec *R*) unquam $P^{b}LR$, ut numquam *M* | patem $P^{a}$ 21 doce $M^{a}$ 22 distraat *R* | emptore $R^{a}$ | fidemiussorem *C* 23 *s. a Th. Hal. PL* 24 quileia *P*, aquileiae *Hal.* | rec. apud uettium (apum eciam *PL*) ruf. pu. in sen. (senatum *PL*) ... 25 lic. c. (c. *om. L*) conss.] *Th. PL*, sabino et rufino coss. recitata apud uectium rufinum p. u. *Hal.* 26 florentino] *M Th.*, florentio *SLCR*, floreccio *P* | pu.] *Th.*, pp. *SPLCM*, *om. R* 27 proauia] qui auia $R^{a}$ | uenientes linea *M* | nepti pron. pr. test.] test. nepti pronepti *PL* 28 testamenti *C* | quodlibet $R^{a}$ | largionis $M^{a}$ 29 intestato *PL contra Th. et B* (κ.π.) | successionem *R* | contulerit $P^{a}CR$ | integrae *C* 30 obligare] aut obl. *Th. contra B* (κ.π.) | non *om. R*—fructum *R* 31 pertinentem *C* | ita ut] οὕτως ἵνα *B* (κ.π.) | potestatit $L^{a}$

amittit, [1]defuncto eo filio filiaeue praecipua computentur nec ab illis, qui ex patre sunt
coheredes[2], uindicentur. D. ID. OCT. MEDIOLANI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395
3 [3]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM VRBIS [Th. 8, 18, 9 B 45, 4, 3]
ROMAE. Si uiua matre emancipati sunt filii et postea mater decesserit, quoniam[4] omni
commodo destituitur pater nec retinet usum fructum, uiriles ei inter filios, siue unus seu
1 plures sunt, usus fructus tribuimus portiones[5]. Si uero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in casu dispari utitur maritus defunctae beneficio, quo*d* casu*i* utrique praescripsimus[6], id est circa eorum quidem portionem, quos adhuc in sacris retinet, usum fructum ex legum auctoritate retinebit et praemium delatae, cum uolet, emancipationis accipiet, in eorum uero parte, quos exisse de potestate uiua matre constiterit, usum fructum uirilis inter eos portionis secundum praescripta percipiet.
2 In nepotibus etiam uel neptibus hoc obseruandum esse censemus, ut maritus, qui uxore mortua, non extantibus filiis, cum solis nepotibus uel neptibus ex hac lege ad emolumentum uocandus est, si unus uel una pluresue nepotes ex filio uno uel pluribus, qui in
2*a* potestate defecerunt, procreati sunt, hoc iure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam
licet hoc nouum praesens lex constituat in nepotes, non est tamen ab re, ut in hoc casu
2*b* deteriores esse nepotibus filii non sinantur. Habeat igitur auus ueniens cum nepotibus in
potestate durantibus usum fructum bonorum omnium, quae ex defunctae auiae successione
2*c* delata sunt. Cum uero his quoque libertatem emancipatione largitur, similiter et ab ipsis,
sicut de filiis constitutum est, praemium[7] manumissionis accipiat, uel si ex pluribus
alteros manumittit alteros retinet, ex parte manumissorum legitimum praemium[8], ex parte
3 uero in potestate manentium retineat usum fructum. Quod si nepotes sint neptesue aut ex emancipato filio aut ex filia procreati aut ab ipso auia uiuente sacris dimissi, idem auus uirilis cum ipsis portionis habeat usum fructum. Si uero ex nepotibus neptibusue tempore, quo in auiae successionem uocantur, alii in aui sunt potestate, id est mariti defunctae, alii sui iuris sint, circa personam quidem eorum, qui in potestate consistunt, et in usu fructu consequendo et in emancipationis praemio[9] conquirendo ratio supra dicta seruetur: in his uero, qui sui iuris sunt, facultas capiendi usus fructus uirilis inter eos
4 portionis habeatur. Eadem autem et de pronepotibus sexus utriusque sancimus, manente
definitione, quae de singulis sancita est, si filii sint pariter ac nepotes. D. VIII ID. NOV.
RAVENNA THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426
4 IMP. LEO A. CALLICRATI PP. PER ILLYRICVM. Omnem ambiguitatis confu- [B 45, 4, 4]
sionem amputantes hac liquida et compendiosa lege sancimus circa usum fructum mater-

*P* (60, 2. 61 *R* 1. 60, 3) *L* (*ut P*) *CR Q* (*ad c.* 4)

[1] ita *ins. Th. cum B* [2] consortibus *Th.* [3] *iunge* 6, 55, 11 *et quae ibi laudantur* [4] sin uero uiua m. em. s. filii, tum demum quia *Th.* [5] *idem Th.: fuerit* uirilis ... usum fructum tr. portionis (*Mommsen*) [6] praescribimus *Th.* [7] trientem pro praemio *Th.* [8] legit. praemium] trientem *Th.* [9] in triente *Th.*

1 praecipia $P^a$ | nec ab] ab ** $R^a$ | ullis *C cum B* (κ.π.) ἔκ τινων, *sed contra Th.* | sint *C* 2 coheredibus *C contra B* (κ.π.): οἵτινες ἀπὸ τοῦ πατρός εἰσι συγκληρονόμοι | cuindicentur $R^a$ | *s. a. Th. Hal. PL* | mediol. *om. Hal. PL* | probo *PL* 3 impp. ... aa.] idem aa. et cc. *PL* | urbis romae *om. PL* 4 decessit *C* 5 modo $P^a$ | uiriles ei] uiriles $P^a$, et $R^a$, uiriles et $R^b$ | inter] snter $C^a$ | filium $R^a$ | siue] secum $R^a$, seu *Th.* | seu] siue *PL* 6 porcionem $P^a$, portionis $CR^a$ 7 in casu] *C Th.*, in hoc casu *PLR* | utitur] *C Th.*, utetur *PLR* 8 quod casui] *Th.*, quo casu *PLCR* | prospeximus *C* | portione *R* | qui ... 9 retinentur *PLR* 9 praemum $R^a$ | delatae] debitae *Th. libri meliores* 10 emanc. cum uolet *PLR* | accipiat *R* | uero *om. PL* | egisse $L^1$ 11 praescipta $P^a$ | percipiat $PLR^b$ 12 neptibus] neptis *C* | qui *om. PL* 13 uel neptibus *om. C* 14 uocandum $P^a$ 17 ueniens auus $R^a$ 18 ufum *R* | auae $R^a$ 19 emancipatione] ac emancipationem $P^a$, emancipationem $P^bL^a$ | ipsis] sis $R^a$ 20 filius $R^a$ 21 alter *C* | manumittat *PL* | ex ... praemium *om.* $R^a$ | manum.] uero m. $PLR^b$ 22 quo $P^a$ 23 mancipato *PLR* | ab *om. C* | in sacris auia uiuente *Th.* | dimissis $P^aR$ 24 auus] alius *C* | habet *L* | usus *R* 25 successione $PLR^b$, ex successione $R^a$ 26 defuctae $P^a$ | sunt $L^a$, sin $R^a$ | personas *PL* | eorum quidem *L*, quidem *om.* $P^a$ 27 et in] et *R* 28 faciendi *C* | fructum *R* 29 eandem $R^a$ | autem *om. PL* | sancimus *om.* $P^aL$ 30 sancta *R* | si ... nepotes] filiis pariter ac nepotibus *PL* | *s.a.Th. Hal. PL* | VIII] uii *PL*, VI *Hal.* 31 rauenna ... conss.] theod. XIII et ual. III aa. coss. *Hal., om. PL* 32 callicrati] *N*, colligrato *S*, callicrato *C*, gallicrato *R*, caricrato *Q* | per ill. *om. S* | ambiguitates $R^a$ 33 amputates *R* | liquidam $R^a$ | compendios $R^a$

narum rerum nullam esse differentiam, siue in priore matrimonio pater, ex quo filios habuit, permanere uoluerit siue nouercam filiis superduxerit: legibus, quae de maternis
1 bonis latae sunt, suam habentibus firmitatem. Patres igitur usum fructum maternarum rerum, etiamsi ad secundas migrauerint nuptias, sine dubio habere debebunt[1]: nec ullam filiis uel quibuslibet ex persona eorum contra patres improbam uocem accusationemque posse competere. D. K. SEPT. ANTHEMIO A. II CONS. a. 468

## LXI

## ℞ DE BONIS, QVAE LIBERIS IN POTESTATE CONSTITVTIS EX MATRIMONIO VEL ALITER ADQVIRVNTVR, ET EORVM ADMINISTRATIONE ℞

1 [2]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. Cum [Th. 8, 19, 1 B 45, 4, 5] uenerandae leges uetuerint patribus iure potestatis adquiri, quidquid eorum filiis auus auia proauus proauia a linea materna uenientes quocumque titulo contulissent, hoc quoque conuenit obseruari, ut, quidquid uel uxor marito non emancipato uel maritus uxori in potestate positae quocumque titulo uel iure contulerit seu transmiserit, hoc patri nullatenus adquiratur: atque ideo in eius tantum, cui delatum est, iure durabit. D. VIII ID. NOV. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

2 [3]IDEM AA. HIERIO PP. Constitutionis nouae capitulum clariore interpreta- [B 45, 4, 6] tione sancimus, ut, quae per filios nepotes pronepotes itemque filias neptes proneptes, quamuis in potestate sint, minime adquiri decreuimus a marito uel uxore quocumque titulo collata siue ultima uoluntate transmissa, nullus ad id quoque pertinere existimet, quod ab ipso parente datum uel ante nuptias donationis causa pro una ex memoratis personis praestitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, reuertatur (prospiciendum est enim, ne hac iniecta formidine parentum circa liberos munificentia retardetur): sed ut his potestatis iure ad parentes reuersis cetera, quae ex substantia speciali coniugis ad superstitem deuenerunt, quamuis idem in sacris sit, fructu tamen[4] solo atque usu parentibus deputato, dominium ei qui a coniuge uel quae meruit reseruetur, parente pro emancipationis etiam beneficio, si uoluerit, sicut in maternis rebus uel quae per eandem lineam ueniunt, praemium habituro. D. X K. MART.[5] FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

3 [6]IDEM AA. FLORENTIO PP. Quod scitis prioribus conti- [Nou. Theod. 14, 1, 8 B 45, 4, 7] netur nec a filia quae in potestate est donationem ante nuptias patri nec a filio dotem adquiri, eo addito confirmamus, ut, defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis

*P* (61 ℞ 1. 60, 3. 61, 2. 3) *L* (*ut P*) *CR Q* (*ad* 60, 4)

---

[1] debebunt *tuentur B* (κ.π.), *delet Mommsen* [2] *iunge* 6, 55, 11 *et quae ibi laudantur* [3] *iunge* 2, 57, 2. 5, 3, 17. 5, 4, 22. 5, 11, 6. 6, 18, 1. 6, 24, 11 [4] tamen *om. BΣ* (κ.π.), *delet Mommsen* [5] Constantinopoli *ins. leges iungendae* [6] *iunge* 5, 9, 5

---

1 filiis $R^a$ 3 lete $R^a$ | sua manentibus firmitate *R* 4 migrauerit nuptiis $R^a$ | ullam ... 5 improbam uocem (improbo uoces $R^a$) accusationemque (cautionemque $CQ^a$, causationeque $R^a$) posse (postse $R^a$)] οὐδεμία ... ἀναίσχυντος φωνὴ ἢ αἰτίασίς τις δύναται *B* (κ.π.) 6 *s. a. Hal.* 9 matrimonium *S* | alter *L* 10 administrationem *S* 11 impp. *om. S* 12 ueneriae $P^a$ | conquiri *Th. libri boni* 13 a linea] aliena $P^a$, linea *R* | titillo $R^a$ | contulisset *CR contra Th. et BΣ* (κ.π.) 14 obseru $R^a$ | uel *om. CR contra Th. et BΣ* (κ.π.) | nonnemancipato $R^a$ 15 iure uel titulo *PL contra Th. et BΣ* (κ.π.) 16 *s. a. Th. Hal. PL* | VIII] ui *PL*, III *Hal.* 17 rau. *PL* | II aa. conss. *om. PL* 18 idem] impp. theod. et ual. *PL* | aa.] a. et c. *S* 19 ut quae] utique *C* 20 a *om.* $P^aL^a$, ἐκ *BΣ* (κ.π.) | uxores $P^a$ 21 transmissas *PL* | quoque *om. BΣ* (κ.π.) | pertinenere *P* | estimet *PLR* 22 quot ab $R^a$, quo id *C* | ante nuptias uel *legit BΣ* (κ.π.) πρὸ τῶν γαμῶν ἢ δωρεᾶς ἕνεκεν 24 in**(in?)iecta $P^a$ | parentium *L* 25 parentis *R* | coniungis *R* | ad] a *L* 26 deuenerant *R* | sint *C* | fructum $P^a$ | atque] que $L^a$ 27 deputate *C* | uel] meruit uel *C* | per ... 28 beneficium *PL* | emantionis *P*, mancipationis $R^a$ 28 lineam *om. R* 29 *s. a. Hal. PL* | x *om. PL* | tauro conss.] probo *PL* 30 idem a. et c. *S*, impr. theod. a. *PL* | florentio] hierio *PL* 31 a *om.* $PL^a$ *contra Nou. et BΣ* (κ.π.) | nec] ne $R^a$ | a *om.* $PL^aR$ *contra Nou. et BΣ* (κ.π.)

extantibus moriantur, ad liberos eorum eaedem res iure hereditatis, non ad patres iure
1 peculii transmittantur nec per nepotes auo uidelicet adquirendae. Sin autem (Nou. Theod.)
idem nepos superstitibus tam patre quam auo paterno diem suum sine liberis obierit,
eorum dominium, quae ad ipsum ex matre uel ab eius linea peruenerunt, non ad auum,
sed ad patrem eius perueniat: usu fructu uidelicet et in huiusmodi casibus auo, dum
supererit, seruando. D. VII ID. SEPT. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO
CONSS. a. 439
4 [1]IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ERYTHRIO PP. Quaecumque Prochirum auctum 31, 33
res ad filium uel filiam, nepotes siue pronepotes utriusque sexus in potestate constitutos
ex priore uel secundo aut tertio seu coniugio numerosiore peruenerint ex dote uel qua-
cumque donatione seu hereditate legato[2] uel fideicommisso, earum usque in diem uitae suae
pater uel auus *uel* proauus usum fructum habeant: easdem res quocumque modo alienandi
uel pignoris seu hypothecae iure obligandi facultate eis penitus interdicta, dominio uidelicet
earum ad filios et nepotes siue pronepotes utriusque sexus permanente, etiamsi ex eodem
matrimonio procreati non sint, ex quo eaedem res ad parentes eorum, qui quaeue in
1 potestate sunt, fuerint deuolutae. Eo uidelicet obseruando, ut morientium fratrum soro-
rumue portiones, qui quaeue ex eodem matrimonio progeniti uel progenitae sunt, primo
quidem ad liberos eorum, ut dictum est, si tamen fuerint, deinde his non extantibus ad
superstites tantummodo fratres uel sorores eorum perueniant aut ad superstitem, si ex
2 isdem fratribus siue sororibus unus unaue remanserit. Omnibus autem, qui ex eodem
coniugio fuerint procreati, defunctis tunc demum ad eos, qui ex alio matrimonio sunt
editi, easdem res pro uirili parte uenire statuimus: nullo autem ex memoratis personis
3 existente parentes eorum eas percipere. Parentibus uero, quorum sub potestate sunt,
usum fructum dumtaxat habituris memoratas res iure potestatis alienandi uel obligandi
licentiam denegamus, non prohibendis isdem liberis, quandoque sui iuris fuerint, nulla
temporali praescriptione obsistente easdem res omnibus modis uindicare, nisi forte, post-
quam potestate parentium eos contigerit liberari, tantum temporis effluxerit, ut ex continua
et inconcussa tenentis possessione eorum excludatur intentio. D. V K. MART. MARCIANO
CONS. a. 472
5 IDEM AA. NEPOTI MAGISTRO MILITVM DALMATIAE. Non sine ratione de B 45, 4, 8
negotio, quod inter matrem familias, cuius uestra suggestio meminit, et germanum eius
uertitur, magnitudo tua diuersis legibus ex utraque parte prolatis nostram credidit consu-
lendam esse clementiam, cum mulier diuersis iuris lectionibus idem intellegi maritum et
sponsum niteretur probare, germanus mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxerit, recita-

*P* (61, 3. 4) *L* (*ut P*) *CR Q* (*ad* 61, 5)

[1] *iunge* 5, 9, 6. 6, 20, 17 [2] legatoue (*Mommsen*)?

1 eadem (edem $L^b$) res ... transmittatur (—antur $R^b$) *PLR*$^b$ *contra Nou. et BΣ* (κ.π.): τὰ αὐτὰ πράγματα ... παραπεμφθῶσι, heaeredem ius ... transmittatur $R^a$ | hereditatis ... iure *om.* $P^tL^t$ | parentes $L^v$ 2 adquirendo *PL* | sin] sint $P^a$ 3 subperstitutibus *R* 4 matc $R^a$ | auum] alium *L* 5 usum *R* | et in] *Q cum BΣ* (κ.π.) καὶ ἐν, ex *PLR*, ut in *C* 6 superierit *R* | reseruando *PL*, φυλαττομένου *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Nou. Hal.* 8 antoninus *S*, anthemio *PL* | eruthrio *C*, eriphio *R* | pp. *om. PL* 9 uel] uel ad *C* | siue] suum *R* 10 uel *om. L* | aut] autem $P^a$ | coniungio *R* | peruenerit $P^a$ 11 die *C* 12 uel] $W^b$, *om. PLCR* | habent *L* 13 eius $L^a$ 14 earundem *R* | ad] ac *C* | et] ad *R* | siue pronepotes *om.* $P^a$, siue *om. L* | pertinente *R*, *om. C*, *cf. p.*621,29 | eodem] eo *CR* 15 eadem *CR*, *inc.* $P^a$ 16 sint *R* | udelicet $L^a$ | ut] et *R uel* $R^b$ 17 eodem] eo *R* | progenite uel progeniae $R^a$ | sint *PL* 18 deinde] de $L^a$ 19 superstite *L* | aut ad *om. C*, ad *om. R* 20 remanserint $P^a$ 21 defunctus $P^a$ | sunt matrimonio *CR* 22 easdem] eas *R* | peruenire *CR* 23 eos *R* | sub] in *R* 24 alienanda $L^a$ | uel oblig. *om. R* 25 prohibentis *R* 26 contingerit *R* 27 libereri $R^a$ | effluxent $L^a$ 28 *s. a. Hal. PL* | marci. conss. *PL*, marciano et zenone coss. (= *a.* 469) *Hal.* 30 aa.] a. *SCR* | magri *S* | militi *C* | non sine *om.* $R^a$ | de nogotio $R^a$, denegatio $Q^a$ 31 suggessio *C* | germanus *C*, germa $R^a$? 32 nostra $R^a$ | crediderit *CR*, ἐπίστευσεν *BΣ* (κ.π.) | lectionis $R^a$ 33 idem] τὸν αὐτόν *BΣ* (κ.π.), *quasi esset* eundem | mariti $R^a$ | et] et cum $R^a$ 34 sponsi $R^a$ | illius solius *C*, ἐκείνῳ μόνῳ *BΣ* (κ.π.) | contraxerint $Q^a$

tione constitutionis diuorum retro principum Theodosii et Valentiniani[1], qua cauetur,
quidquid maritus uel uxor in potestate constituti inuicem sibi reliquerint, non patri adquiri,
1 sed ad eorum ius pertinere, imponere[2]. Quamuis ergo significatione nominis maritus uel
uxor post coeptum matrimonium intellegatur, ex quo uidelicet inducta est dubietas,
attamen, quia consequens est ambiguas atque legum diuersis interpretationibus titubantes
causas benigne atque naturalis iuris moderamine temperare, non piget nos in praesenti
quoque negotio, de quo sublimitas tua suggessit, aequitati conuenientem Iuliani tantae
existimationis uiri atque disertissimi iuris periti opinionem sequi. qui cum[3] de dotali
praedio tractatu proposito idem ius tam de uxore quam de sponsa obseruare arbitratus
sit, licet lex Iulia de uxore tantum loquatur: qua ratione tam sponsaliciam donationem
quam hereditatem, quam memoratus sponsus suam sponsam lucrari uoluit, non adquiri
patri, sed ad eam peruenire benignum esse perspeximus. D. K. IVN. LEONE A. V CONS. a. 473
6 IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Cum oportet similem prouidentiam B 45, 4, 9
tam patribus quam liberis deferri, inuenimus autem in ueteris iuris obseruatione multas
esse res, quae extrinsecus ad filios familias ueniunt et minime patribus adquiruntur, quem-
admodum in maternis bonis uel quae ex maritali lucro ad eos perueniunt, ita et in his,
1 quae ex aliis causis filiis familias adquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis
itaque filius familias uel patris sui uel aui uel proaui in potestate constitutus aliquid sibi
adquisierit non ex eius substantia, cuius in potestate sit, sed ab aliis quibuscumque causis,
quae ex liberalitate fortunae uel laboribus suis ad eum perueniant, ea suis parentibus
non in plenum, sicut antea erat sancitum, sed usque ad solum usum fructum adquirat, et
eorum usus fructus quidem apud patrem uel auum uel proauum, quorum in sacris sit
constitutus, permaneat, dominium autem filiis familias inhaereat ad exemplum tam mater-
1*a* narum quam ex nuptialibus causis filiis familias adquisitarum rerum. Sic etenim et parenti
nihil derogabitur usum fructum rerum possidenti et filii non lugebunt, quae ex suis labo-
ribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda adspicientes uel extraneos uel ad fratres
1*b* suos, quod etiam grauius multis esse uidetur. Exceptis castrensibus peculiis, quorum nec
usum fructum patrem uel auum uel proauum habere ueteres leges concedunt: in his enim
nihil nouamus, sed uetera iura intacta seruamus. eodem obseruando etiam in his peculiis,
1*c* (1) quae quasi castrensia peculia ad instar castrensis peculii accesserunt. Sub hac tamen
definitione hunc legis articulum inducimus, ut in successione quidem earum rerum, quae
extrinsecus filiis familias adquiruntur, iura eadem obseruentur, quae in maternis et nuptia-
2 libus rebus statuta sunt. Non autem hypothecam filii familias aduersus res patris uiuentis
adhuc seu iam mortui sperare audeant nec ratiocinia eis super administratione inferre, sed
tantummodo alienatione uel hypotheca suo nomine patribus denegata rerum, habeat parens
plenissimam potestatem uti fruique his rebus, quae per filios familias secundum praedictum
2*a* modum adquiruntur. Et gubernatio earum sit penitus impunita et nullo modo audeat

*CRQ*

[1] *c.* 1 *h. t.* [2] imponi opponeret *uel simile quid requiritur* [3] *idem BΣ* (κ.π.): *fuerit* sequi, cum (*om.* qui: *Mommsen*)

1 thodosi *R*, theodosiani $Q^a$ 2 relinquerint *C* 3 imponeret *C*, opponeret *uidetur emendasse Graecus interpres in BΣ* (κ.π.) ἀντιτέθειχαν (*leg.* ἀντιτέθειχεν κἂν τὰ) μάλιστα οὖν | significationem *CR*, τῇ σημασίᾳ *BΣ* (κ.π.) 5 est] est in *Q* 6 nos] non $R^a$ 8 exstimationis *R* | uiri] iuri *C* | sequi qui] * $R^a$ | de *om. R* 9 tractatur $R^aQ^a$ 10 donatione $R^a$ 11 uoluit $R^a$ 12 patris $R^a$ | ad *om.* $CR^a$, εἰς *BΣ* (κ.π.) | benigno $R^a$ | perspeximus] *dett.*, perspicimus *CRQ*, ἐθεωρήσαμεν *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal.* 13 iustinus *R* 14 inferri *Q*, καταφέρεσθαι *B* (κ.π.) 16 perueniunt] *Q cum B* (κ.π.) φέρονται, peruenerint *C*, peruenerit *R* 17 definitione *R* | qui $R^a$ 18 filium $R^a$ | patri *R* | uel proaui *om. B* (κ.π.) | constitus *R* 19 eius] ius $R^a$ | ab *om. C*, ἐξ *B* (κ.π.) | alius $R^a$ | casis *R* 20 quae *om. Q* | eas *R contra B* (κ.π.) ταῦτα 21 ante *C* | erat sancitum] *C cum B* (κ.π.) ἦν θεσπιζόμεν[ον], sanctum erat *RQ* 22 uel proauum *om. B* (κ.π.) 23 maneat *Q* 24 et *om. R contra B* (κ.π.) 26 uel extr.] ἢ εἰς ἐξωτικούς *B* (κ.π.) 28 uel proauum] *E cum B* (κ.π.), proauum *CRQ* | leges *om. B* 30 quasi] *sis $R^a$ | castrensi $Q^a$ 32 adquirunt $R^a$ | et] et in *R* 33 sint *R* 34 mortuis $CQ^a$ | administrationem *C* 35 alienationem (—ne *C*) uel hypothecam *CR contra B* (κ.π.) | et] ut *R* | eorum *R*

filius familias uel filia uel deinceps personae uetare eum, cuius in potestate sunt, easdem
res tenere aut quomodo uoluerit gubernare, uel si hoc fecerint, patria potestas in eos
exercenda est: sed habeat pater uel aliae personae, quae superius enumeratae sunt, plenis-
2b simam potestatem uti frui gubernareque res praedicto modo adquisitas. Et si quid ex
usu earum pater auus uel proauus collegerit, habeat licentiam quemadmodum cupit hoc
disponere et in alios heredes transmittere, uel si ex earum rerum fructibus res mobiles
uel immobiles uel se mouentes comparauerit, eas etiam quomodo uoluerit habeat et trans-
mittat et in alios transferat siue extraneos siue liberos suos seu quamlibet personam.
2c Sin autem res sibi memorato modo adquisitas parens · noluerit tenere, sed apud filium
uel filiam uel deinceps personas reliquerit, nullam post obitum eius licentiam habeant
heredes alii patris aui uel proaui eundem usum uel quod ex hoc ad filios familias per-
uenit utpote patri debitum sibi uindicare, sed quasi diurna donatione in filium celebranda,
qui usum fructum detinuit, quem patrem habere oportuerat, ita causa intellegatur et eun-
dem usum fructum post obitum patris ipse lucretur, parente ius exactionis quasi sibi
debitae a filio, qui usum fructum consensu eius possidebat, suae posteritati uel successioni
minime transmittente, quatenus in omni pace inter se successio eius permaneat nec alter-
3 cationis cuiusdam maxime inter fratres oriatur occasio. Cum autem Constantiniana lege[1]
cautum erat, si filii familias ab his, qui eos in potestate habent, nexu paterno per eman-
cipationem liberentur, debere patrem tertiam partem bonorum, quae adquiri non solent,
quasi remunerationis gratia a filio accipere uel retinere, et ex hac causa iterum pars non
minima substantiae liberorum adimebatur, sancimus huiusmodi casu interueniente et eman-
cipatione liberis imposita non tertiam partem dominii rerum minime adquisitarum, sed
dimidiam usus fructus apud maiores qui emancipationem donant residere: exceptis et in
hoc casu castrensibus et quasi castrensibus tantummodo peculiis, quibus nihil nec ex hac
causa diminuitur. sic enim nec liberis cuiuscumque sexus aliquid dominii auferetur et
3a patribus amplioris patrimonii usus fructus adsignabitur. Hoc obtinente et si in emanci-
patione sibi parentes hoc minime seruauerint: sed nisi specialiter uel in emancipatione
huic praemio renuntiauerint uel donatione facta sese et ab huiusmodi beneficio alienaue-
rint et in liberos hoc transtulerint, manere ad eos etiam tacentes ius et beneficium usus
fructus retinendi, ut post obitum eorum et usus fructus in omnibus memoratis causis ad
eos perueniat, quorum dominium est, scilicet, secundum quod iam diximus, in successio-
nibus eorum omnibus seruandis, quae de maternis et nuptialibus bonis consultissimis
4 legibus definita sunt. Sed cum tacitas hypothecas tam ueteres leges in quibusdam certis
casibus introduxerunt quam nos[2] in maternis ceterisque, quas seruare necesse est, et dubi-
tabatur, ex quo hypothecas competere oportet, utrumne ab initio an ex eo tempore,
ex quo male aliquid gestum est, compendiosa narratione interpretamur initium gerendae

*CRQ*

---

[1] 6, 60, 1 [2] 5, 9, 8, 3. 4

---

1 uel filia *om.* $R^a$ *contra B* (κ.π.) | personae *om. R contra B* (κ.π.) | uetare eum] uet*** $R^a$ 2 noluerit *R* | fecerint] *W cum B* (κ.π.) ποιήσωσι, fecerit *CRQ* 3 uel aliae personae] in alias res *uertunt B* (κ.π.) εἰς τὰ ἄλλα πράγματα 4 adquisita $R^a$ 5 earum] *W*, eorum *CRQ* 8 qualibet *R* 9 sin] siue $R^a$ | memoratos $R^a$ 10 filia *C* | personam *CR contra B* (κ.π.) | habeat *C* 11 usum] usum fructum $R^b$*:* τὴν αὐτῶν χρῆσιν (= usum *uel* usum fructum) *B* (κ.π.) 11 familios $C^a$ 12 celebrandam *C* 13 intellegitur *Q uel* $Q^b$ | et] ut $R^bQ$, *om.* $R^a$, καὶ *B* 14 ius] eius $CQ^a$, τὸ δίκαιον *B* (κ.π.) | quas $Q^a$ 15 consensum *CR* | uel successioni] ad successionem *uertunt B* (κ.π.) εἰς διαδοχήν 16 se *om.* $R^a$ | maneat *R* | nec] ne *C*, καὶ μηδέ *B* (κ.π.) 17 fratris $R^a$ 18 filiis *C* | ab *om.* $Q^a$ | in potest. eos *CR*, αὐτοὺς ὑπεξουσίους *B* (κ.π.) 19 tertia parte *R* 20 et *om.* $Q^a$ 21 et *om. CR contra B* (κ.π.) 22 liberis *om. R* | non *om.* $R^a$ | adquisitarum] sibi adquis. *C contra B* (κ.π.) 23 emancipatione *R* 24 castrensibus et *om.* $R^a$ | nec *om. Q* 26 optinentem $CR^a$ | si in] sin $R^a$ 27 in *om.* $R^a$ 28 praemio *om. R*, τούτῳ τῷ ἐπάθλῳ *B* | renuntiauerit *R* | dominatione $R^a$ | sese] esse *C*, ** $Q^a$, *inc.* $R^a$, ἑαυτούς *B* (κ.π.) | beneficio *om. R* 29 libros $R^a$ | transtulerit $R^a$ | ad] apud *R* (*cf. p.* 619, 14) | tacente $CR^aQ^a$ 31 perueniant *R* 32 seruandis *om.* $R^a$ 33 defunita *R* 34 causibus *R* | quam] et quam $R^b$, et uuā $R^a$ | quas] quam $R^a$ 35 an *om.* $R^a$ 36 aliquid (aliquod *Q*) male *RQ*, κακῶς τίποτε *B* (κ.π.)

uel deserendae administrationis uel obseruationis esse spectandum et non tempus, ex quo
male aliquid fuerit gestum. Recitata septimo miliario in novo consistorio palatii
dn. Ivstiniani. d. iii k. Nov. Decio vc. cons. a. 529
7 Idem A. Ivliano pp. Cum multa priuilegia imperialibus donationibus iam B 45, 4, 10
1 praestita sunt, dignum incrementum et his offerre nostra dignata est clementia. Si quis
igitur a serenissimo principe uel a piissima Augusta siue masculus siue femina donationem
sit consecutus uel consecuta siue mobilium siue immobilium seu se mouentium rerum,
in filiis familias tamen constitutus uel constituta, habeat huiusmodi res omni adquisitione
absolutas et nemini eas adquirat neque earum usum fructum pater uel auus uel proauus
sibi uindicet, sed ad similitudinem castrensis peculii omnem facultatem in eas filii uel
2 filiae familias habeant. Vt enim imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet et
principales liberalitates culmen habere praecipuum. D. proposit. xii[1] k. April. Con-
stantinopoli Lampadio et Oreste vv. cc. conss. a. 530
8 Idem A. Iohanni pp. Cum non solum in maternis rebus, quae filiis fami- B 45, 4, 11
lias deferuntur, sed etiam de aliis omnibus, quae adquisitionem effugiunt, et maxime post
nouellam nostri numinis legem[2], quae omnia, quae extrinsecus ad filios familias perueniunt
et non ex paterna substantia, non esse adquirenda patribus statuit, nisi tantummodo ad
usum fructum, uariae altercationes exortae sunt et uarios euentus uariosque continent
tractatus et semper in iudiciis uersantur, necesse est utiliter et apertissime omnia dirimere.
1 Sancimus itaque in omnibus rebus, quae fugiunt quidem dominii adquisitionem, sed usus
fructus tantummodo patri offertur uel aliis parentibus a filio familias cuiuscumque gradus
uel sexus, siue pater adire filium familias integrae aetatis compellit et ille reclamandum
existimat, siue filius familias adire cupit et pater in contrarium inclinat, liberam habere
licentiam et patrem ipsum sibi adire hereditatem recusante filio et omne siue damnum
siue lucrum in suam habere fortunam, nullo ex hoc praeiudicio filio generando: siue e
contrario patre recusante filius adire hereditatem uoluerit, nullam adquisitionem nec usum
fructum patri offerri, sed ipsum filium sibi imputare, si quid ex hoc contigerit: nulla
actione neque contra patrem danda, ubi aduersus eius uoluntatem filius hereditatem uel
legatum uel fideicommissum uel aliud quidquid ex quocumque titulo siue donationis siue
contractus sibi adquirere maluerit, neque aduersus filium simili modo actione extendenda,
ubi recusante eo pater sua auctoritate haec sibi uindicet, huiusmodi aditionis tramite ex
1a praesenti lege patri competente. Sed habeat et pater omnem licentiam et actiones

*P* (*c.* 8: *u.* 30 neque *ad finem suppl. p*) *L* (*c.* 8) *C* (61, 8 *collocatur post* 62, 5) *R Q* (*ad c.* 6. 7)

[1] d. xv (*deleto* prop.) *scr.* [2] *c.* 6 *h. t.*

1 administratiois *R* 2 aliquod male *Q* | *s. a. Hal. RQ* | septimo miliario] $Q^b$, septimo $Q^a$, *om. Hal. R* | in nouo ... 3 conss. *om. Q* 3 dn. *om. R* | d. ... conss. *om. R* 4 idem] impr. iust. *S* 5 dignitas $CR^a$, ἠξίωσε *B* (κ.π.) 6 igitur assereminissimo *R* | donationem] *B* (κ.π.), donatione *C*, donationes *Q*, ad donationes (*uel* —nis) $R^a$, donatio $R^b$ 7 mob. siue immob.] *dett. cum B* (κ.π.), immob. siue inmob. *R*, immob. siue mob. *CQ* | seu se] suum e $R^a$ 8 constituta] constitutas *C* | habeat *om. R* | res huiusmodi *C*, τὰ τοιαῦτα πράγματα *B* (κ.π.) | acquisitioni $Q^a$ 9 et] *E cum B* (κ.π.), *om. CRQ* | eas *om. B* (κ.π.) | eorum *CRQ* | uel auus] auus *RQ* 10 sibibi *R* | omnem] et o. *R contra B* (κ.π.) | filii] uel filii (filia *R*) *CR contra B* (κ.π.) 11 habent *R*, ἐχέτωσαν *B* (κ.π.) | supermina et *R* | et *om. Q* 12 *s. a. Hal.* 14 idem] impr. iustinianus *SPL* | quae *om.* $R^a$ | familias *bis* $L^a$ 15 etiam de aliis] **liis $R^a$ 16 nominis *PL* 17 et *om. BΣ* (κ.π.) | subst.] subst. sunt *LR contra BΣ* (κ.π.) | adquirendas *C* 18 usus *R* | fuctum $P^a$ | uarius eu. uariusque continetur tr. *PLR contra BΣ* (κ.π.): ποίκιλα ἀποτελέσματα καὶ ποικίλας ἔχουσι ζητήσεις 19 est] esse *L*, *inc.* $R^a$ | et apert.] apert. que $PLR^b$, et apert. que $R^a$ 20 sancimus] statuimus *PL*, θεσπίζομεν *BΣ* (κ.π.) | effugiunt *C*, φεύγουσι *BΣ* (κ.π.) | quidem *om. L* 21 tantummodo] αὐτῶν μόνον *BΣ* (κ.π.) | adfertur *R* | a filio] alio $P^a$ | cuiusque *PL* 22 famias $P^a$ | et *om. Q* | clamandum *L* 23 famias $P^a$ 24 sibi *om. BΣ* (κ.π.) 25 fortunam (fortuno $R^a$) hab. *PLR*: εἰς τὴν ἰδίαν ἔχειν τυχήν *BΣ* (κ.π.) | e] ex *R*, *om. C* 26 pater $P^aL$ 27 offerre $Q^a$ | contingerit *R* 28 dandam $P^a$ | filius] οὗτος *BΣ* (κ.π.) (ὁ υἱός *scr.*) 30 uoluerit $P^aL$ 30 eo sua auct. pater *R*, eo pater *om. pL*: αὐτοῦ ὁ πατὴρ ἐξ ἰδίας αὐθεντίας *BΣ* (κ.π.) 32 et *om. pL contra BΣ* (κ.π.) | patrem *L* | omne *R* | et *om. pL contra BΣ* (κ.π.)

mouere et ab aliis pulsari, ubi ad eum totum commodum peruenit, et filius simili modo
in agendo et pulsando solus habeat et detrimentum et commodum, necessitate per officium
patri imponenda tantummodo filio consentire uel agenti uel fugienti, ne iudicium sine
patria uoluntate uideatur consistere. et haec quidem, si plenae aetatis filius est, qui
1b paternam uoluntatem sequi non patitur. Sin autem in secunda aetate adhuc filius est et
hereditate ei delata pater consentire adeunti hereditatem noluerit uel patre uolente ipse
reclamauerit, si quidem recusauerit filius, licentiam damus patri simili modo hereditatem
adire et eam pleno iure habere, his omnibus quae superius diximus locum habentibus.
1c Sin autem patre recusante filius adire maluerit, damus quidem licentiam ei hoc facere,
patre autem nolente res filii gubernare propter causae necessitatem habeat facultatem
filius adire competentem iudicem et ex eo petere curatorem hereditati dari, per quem
gubernatio rerum in eum delatarum procedat: in utroque casu in integrum restitutionis
2 auxilio minime ei denegando. Similique modo et in milite filio familias, qui recusauerit
aditionem hereditatis, quae ei ex castrensibus occasionibus perueniat, patri danda licentia
adire hereditatem, ut ad ipsum perueniat pleno iure tam per usum fructum quam per
dominium eandem hereditatem possessurum, quasi ipse pater ab initio fuisset heres institutus: eo uidelicet subiacente omnibus oneribus hereditariis et omnia commoda habituro
et ad filium nullo periculo redundante. et haec quidem in his casibus obseruanda sunt,
3 quibus discordia inter patrem et filium uertitur. Vbi autem in unum uoluntas eorum
concurrit, et pater usum fructum et filius habeat proprietatem, et in agentibus et in fugientibus pater quidem suscipiat actiones et moueat, cuiuscumque aetatis filius inueniatur,
adhibeatur autem etiam filiorum consensus, nisi adhuc in prima sunt aetate constituti uel
longe absunt, sumptibus uidelicet a patre propter rerum incrementa faciendis. cum enim
nuda proprietas apud filium inuenitur, ex qua substantia possibile est eum sumptus litis
4 dependere? Sin autem aes alienum ex defuncti persona descendit, cum etiam apud ueteres
haec esse substantia intellegitur, quae post detractum aes alienum supersederit[1], habeat
pater licentiam ex rebus hereditariis primum quidem mobilibus, sin autem non sufficiunt,
et immobilibus sufficientem partem filii nomine uenumdare, ut ilico reddatur aes alienum
4a et non usurarum onere praegrauetur. Quod si pater hoc facere supersederit, ipse usuras
4b uel ex reditibus uel ex sua substantia omnimodo dare compelletur. Sin autem legata uel
fideicommissa siue annalia siue semel relicta imminent huiusmodi personis, si quidem
tales reditus sunt, qui sufficiunt ad annalia legata, pater ex huiusmodi reditibus haec
4c dependere compelletur. Sin autem non habet substantia sufficientem reditum ad legatorum
uel fideicommissorum praestationem uel minime reditus uel alias accessiones contineat, sint

*P* (*u.* 1...19 uertitur *om. P, u.* 1...13 denegando *et* 18 et haec ... 19 uertitur *suppl. p*) *L* (*om. u.* 13 similique ... 18 redundante) *CR*

[1] supererit? (*Mommsen, cf.* *BΣ κ.π.* περισσεύει: supersederit *aberrasse uidetur ex u.* 29)

1 ab *om.* $CR^{a}$ | aduenit *CR*, περιίσταται *BΣ* (κ.π.) | et filius] *C cum BΣ* (κ.π.), filius *pLR* 2 necessitatem *R* | officium] *pLR*, *idemque habuit sed male interpretatus est BΣ* (κ.π.) κατὰ τὸ πρέπον, officium iudicis *C* 3 filium $L^{a}$ | agendi $pLCR^{a}$, ἐνάγοντι *BΣ* (κ.π.) | uel fugiendi *pL*, *om.* $R^{a}$ | ne] ne in *C contra BΣ* (κ.π.) 4 consentire *pL*, συνίστασθαι *BΣ* (κ.π.) 5 uoluntate *pL*, uluntatem $R^{a}$ 6 ei] *CR*, sibi *pL* | uoluntate $L^{a}$, *inc.* $R^{a}$ 8 his] *C cum BΣ* (κ.π.), et his *pLR* | superius] super his *uertit BΣ* (κ.π.) περὶ τούτων 9 ei] et *R*, αὐτῷ *BΣ* (κ.π.) 10 uolente *C* 11 adire] adire maluerit $p^{a}$ | et *om.* $R^{a}$ | dare $L^{a}$ 12 integrum] in $L^{a}$ 13 auxilio *om.* $p^{a}$ | et *om. R contra BΣ* (κ.π.) 14 ei] eis *C*, *inc.* $R^{a}$, αὐτῷ *BΣ* (κ.π.) 18 et ad] ad *BΣ* (κ.π.) | redundantem *C* 19 discordiam $L^{a}$ | uol. eorum in unum *PL*, εἰς ἓν ἡ βούλησις αὐτῶν *BΣ* (κ.π.) 21 inniatur $R^{a}$ 22 autem etiam] *R cum BΣ* (κ.π.) δὲ καί, etiam $L^{b}C$, *om.* $PL^{a}$ 24 qua *om.* $R^{a}$ | sumptus] cum sumptu *PL*, τὰ δαπανήματα *BΣ* (κ.π.) | lites *PL*, liti *R* 26 hoc *PL*, αὕτη *BΣ* (κ.π.) | esse *om. BΣ* (κ.π.) | detractatum *R* | habet *L* 27 hereditarus $R^{a}$ 28 et] ex $P^{b}L$, καί *BΣ* (κ.π.) | immobiles $P^{a}R^{a}$? | ut ilico] utili quo $C^{a}$ 29 onere] nomine *C*, φορτίῳ *BΣ* (κ.π.) | haec pater *PL*, ὁ πατὴρ τοῦτο *BΣ* (κ.π.) 30 reditibus $R^{a}$ | substantia sua *PL*, ἰδίας ὑποστάσεως *BΣ* (κ.π.) | compellitur *R*, ἀναγκαζέσθω *BΣ* (κ.π.) | legatum *C* 31 fideicommissas $P^{a}$ | annalia] alia $P^{a}$ | eminent $PLR^{b}$, •eminent $R^{a}$, ἐπίκεινται *BΣ* (κ.π.) 32 sufficiant *PL*, ἀρκοῦσιν *BΣ* (κ.π.) 33 compellitur $R^{a}$ | habeat $PL^{b}R^{b}$: ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ *BΣ* (κ.π.) 34 uel] καί *BΣ* (κ.π.) | fidei *om.* $PL^{a}$ | praestatione *R* | alia *L* | successiones $P^{t}L^{t}$ | contineant *C* | sunt $R^{a}$

tamen res mobiles uel immobiles, steriles quidem, non tamen inutiles, ueluti domus in prouinciis pretiosae uel ubicumque posita suburbana, ex quibus huiusmodi legata possunt explicari, licentia dabitur patri sufficientem partem eorum similiter filii nomine uendere et
4d satisfacere legatis. Hoc procul dubio obseruando, ut et mancipia ipse usufructuarius aleret et omnia circa usum fructum faceret, quae nullo modo proprietatem possint deteriorem facere, paterna reuerentia eum excusante et a ratiociniis et a cautionibus et ab aliis omnibus, quae usufructuarii extranei a legibus exiguntur, secundum nostrae constitu-
4e (5) tionis tenorem, quam iam super huiusmodi casibus tulimus[1]. Ipsum autem filium uel filios uel filias et deinceps alere patri necesse est non propter hereditates, sed propter ipsam naturam et leges, quae et parentibus alendos esse liberos imperauerunt et ipsis liberis
5 parentes, si inopia ex utraque parte uertitur. Sed pater quidem in praedictis tantummodo causis habeat licentiam recte res filiorum familias uendere filii nomine uel, si emptorem non inuenerit, supponere, nullo modo licentia concedenda filiis easdem uenditiones uel hypothecas retractare: non item licentia parentibus danda extra memoratas causas res, quarum dominium apud eorum posteritatem est, alienare uel pignori uel hypothecae titulo dare, sed si hoc fecerint, scituris, quod necesse est eos in legum laqueos incidere, quibus huiusmodi uenditiones uel hypothecae sunt interdictae, exceptis uidelicet rebus mobilibus uel immobilibus illis, quae onerosae hereditati sunt uel quocumque modo damnosae, quas sine periculo uendere patri cum paterna pietate licet, ut pretium earum uel in res et
5a causas hereditarias procedat uel filio seruetur. Filiis autem familias in his dumtaxat casibus, in quibus usus fructus apud parentes constitutus est, donec parentes uiuunt, nec testari de isdem rebus permittimus, nec citra uoluntatem eorum, quorum in potestate sunt, ulla licentia concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare uel hypothecae titulo dare uel pignori adsignare. melius enim est coartare iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium. cum enim, sicut dictum est, parentes alere eos secundum leges compelluntur, quare ad uenditionem rerum
6 suarum prosilire desiderant? Vbi autem puerilis aetas patri licentiam praestat etiam sine consensu filii hereditatem nomine eius adire, si hoc fecerit, damus quidem filio in integrum restitutionem, postquam patria fuerit potestate liberatus uel adoleuerit, patrem autem oneribus hereditariis, licet nomine filii adiit, modis omnibus illigamus: quare enim talem

*PLCR*

---

[1] *c.* 6 § 2 *h. t.*

---

1 tamen r. m. uel (seu *R*) ... inutiles] steriles quidem non tamen fertiles (q. n. t. fert. *del.* $P^b$) tamen res mobiles uel immobiles sed utiles *P*, steriles tamen res mob. uel immob: sed utiles (quidem tamen non fertiles *addit* $L^b$) *L:* εἴησαν δὲ πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα, ἄκαρπα μέν, οὐ μὴν ἀχρήσιμα *BΣ* (κ.π.) 2 pretiosae *om.* *BΣ* (κ.π.) | posita *om.* *R*, κείμενα *BΣ* (κ.π.) | possint *PL*, δύνανται *BΣ* (κ.π.) 4 usufructuaris $P^a$, usufructuarius $P^bLC$, usufructusuarius $R^a$ 5 deterirem $PL^a$ 6 reuerantia *R* | ecusante $P^a$ | et a rat. et a caut.] ut rationis et actionibus $R^a$ 7 usufructuarii extranei] *C cum BΣ* (κ.π.), ab usufructuariis (—rius $R^a$) extraneis *PLR* | a *om.* *PL* 8 iam] *C cum BΣ* (κ. π.), *om.* *PLR* | ipsum autem] ipsum $P^a$, ˙ipsum *R*, αὐτὸν δέ *BΣ* (κ.π.) 9 uel filias *om.* *R* | hereditatem *C*, τὰς κληρονομίας *BΣ* (κ π.) 10 parentibus] $R^a$ *cum BΣ* (κ.π.), a. par. $PLCR^b$ | imperauerint *PL*, impetrauerunt $R^a$ | et] et ab $PR^b$ *contra BΣ* (κ.π.) 11 partibus $P^a$? 12 causas $L^a$ | habet *L* | recte (rite $P^vL^bR$) res fil. fam.] ceteras $P^tL^a$?, ὀρθῶς τὰ πράγματα τῶν ὑπεξουσίων *BΣ* (κ.π.) | filii nomine uendere *PL*, διαπιπράσκειν ὀνόματι τοῦ παιδός *BΣ* (κ.π.) 13 modo *om.* $R^a$ | concedenda ... 14 licentia *om.* $P^a$ 14 non item] $P^bLR^b$, non autem *C*, **tem $R^a$, οὐ μήν *BΣ* (κ.π.) | licentiam p. dandam *C*, ἐξουσίας ... διδομένης *BΣ* (κ.π.) 15 uel *om.* *PLR contra BΣ* (κ.π.) | pignore $P^a$ 16 quibus] quia *PL*, τισιν *BΣ* (κ.π.) 17 uel] siue *C* 18 uel *om.* *L* | honorosae $R^a$ | hereditate *PL* | damnosae *om.* $R^a$ | quasi $R^a$ 19 cum *om.* *PL*, μετά *BΣ* (κ.π.) | pretio *C* 20 hereditarias] uel derit *P* | filiis ... 22 permittimus] *C cum BΣ* (κ.π.) τοῖς δὲ ὑπεξουσίοις ... ἐπιτρέπομεν, filii (filius *R*) ... possunt *PLR* 22 eisdem *P* 23 ulla] $R^a$, nulla $P^bLCR^b$?, ***la (utila?) $P^a$, οὐδενὶ τρόπῳ *BΣ* (κ.π.) | eos] eum *PL*, αὐτούς *BΣ* (κ.π.) | pertinentes $P^a$ 24 est enim *PL*, γάρ ἐστι *BΣ* (κ.π.) | iuuenales $CR^a$ 25 existum *R* | sentiant] non s. *C* | depersum $R^a$ 26 leges] leges et naturam *PL contra BΣ* (κ.π.) | compelentur *PL*, compellantur *R* 27 suarum *om.* *BΣ* (κ.π.) | prosil˙re $L^a$, prosilere *R* 28 in *om.* $R^a$ 29 patriam *P* | fuerat *L* 30 alligamus $L^b$

6a hereditatem adiit, qualem nec ipse nunc nec filius idoneam sibi esse existimat? Non
autem filio damus licentiam, si in integrum restitutionem petat respuendam esse credens
hereditatem, adhuc minoribus curriculis instantibus iterum per aliam restitutionem adire
praefatam hereditatem, ne ludibrio leges ei fiant saepius eandem et amplecti et *respuere*
cupienti. si enim quod pater fecit ratum non habuit et propter hoc restitutus est, quo-
modo ferendus uideatur iterum iudicium amplectens, quod et post patris uoluntatem con-
6b traria adfectione aspernandum esse existimauit? Sin uero pater quidem hereditatem
repudiauerit infante filio constituto, ipse autem filius postea uel adhuc in sacris consti-
tutus uel patria potestate liberatus adeundam esse crediderit eandem hereditatem, licentiam
damus ei uel, si sui iuris efficiatur, tutoribus uel curatoribus eius hereditatem adire, nullo
praeiudicio ex recusatione paterna ei generando: simili modo et in hac parte nulla ei uel
tutoribus *eius* uel curatoribus licentia concedenda contra priorem suam uoluntatem in
6c integrum restitutionem petere. Quae et in legatis et fideicommissis tam specialibus quam
per uniuersitatem relictis et in aliis causis, quas supra enumerauimus, similibusque eis
7 obseruanda sunt. In seruis autem, qui filiis familias donantur, siue in constante matri-
monio siue ab extraneis sub ea condicione, ut statim eos in libertatem producant, nullum
impedimentum paterna faciat auctoritas. qualis enim usus fructus potest ei adquiri, qui
momentarius esse ostenditur? si enim in ipso momento necesse habet eum et possidere et
libertate donare, in talem hominem qualis usus fructus patri potest adquiri? D. IIII
K. AVG. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## LXII

## R DE HEREDITATIBVS DECVRIONVM NAVICVLARIORVM COHORTALIVM MILITVM ET FABRICENSIVM R

1 IMP. CONSTANTINVS A. MASTICHIANO PRAEFECTO ANNONAE. Si quis nauicularius sine testamento et liberis uel successoribus defunctus sit, hereditatem eius non ad fiscum, sed ad corpus nauiculariorum, ex quo fatali sorte subtractus est, deferri praecipimus. PP. XV K. . . . . LASTRONAE[1] CONSTANTI*NO* A. VII ET CONSTANT*IO* C. CONSS. a. 326

2 IMP. CONSTANTIVS A. BONOSO MAGISTRO EQVITVM. Vniuersis [Th. 5, 4, 1 B 45, 1, 12]
tam legionibus quam uexillationibus comitatensibus seu cuneis insinuare debebis, ut

*P* (61, 8) *L* (61, 8) *C* (61, 8 *collocatur post* 62, 5) *R Q* (*ad* 62)

[1] k. Iulias Veronae (*Mommsen*)?

1 nunc nec] nunc $R^a$ | esse *om. C contra BΣ* (κ.π.) | eximat *R* 2 in *om. R* | esse credens *om.* $R^a$ 3 adhunc *R* | restitutione *R* 4 hereditatem praefatam (perfectam $R^a$) *R contra BΣ* (κ.π.) | legis ei *P*, legis $L^a$, ei leges $L^b$, leges eis *C*, αὐτοὶ οἱ νόμοι *BΣ* (κ.π.) | eandem et ampl. et resp.] *scripsi cum BΣ* (κ.π.) τὴν τοιαυτὴν (*scr.* τὴν αὐτήν) καὶ καταδέχεσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι ἐπιθυμοῦντι, eandem et ampl. et resp. hereditatem *CR*, et ampl. et resp. eandem hereditatem *PL* 5 cupientes $PL^a$ *contra BΣ* (κ.π.) | si enim] *Q cum BΣ* (κ.π.) ἐὰν γάρ, si (sin *R*) autem *PLCR* | restit. est (est et *C*) quom. ferendus (ferendi $PL^a$?)] restitutionem et commodum ferentibus $L^v$ 6 iterum] iter in *C*, *om.* $L^vR^a$, πάλιν *BΣ* (κ.π.) 9 erediderit $R^a$ | tiam ... 10 uel cura *om.* $R^a$ 10 hereditatem] τὴν αὐτὴν κληρονομίαν *BΣ* (κ.π.) 12 eius uel curat.] *BΣ* (κ.π.), uel cur. $P^bL$, uel cur. eius *CR*, *om.* $P^a$ | in *om. CR* 13 restitutione *R* | et in *om.* $R^a$ | fideic.] in fideic. *C contra BΣ* (κ.π.), in filiideicommissis $R^a$ 14 unitatem $R^a$ | quam *R* | numerauimus *PLR* 15 filiis] $PLR^b$ *cum BΣ* (κ.π.), filiis uel filiabus $CR^a$ | donatus *C* 16 eam conditionem *R* 17 ei *om. BΣ* (κ.π.) 18 momentariis $L^a$ 19 libertatem *PLR*, ἐλευθερία *BΣ* (κ.π.) | qualis] qua uel *L* | *s. a. PLQ* | IIII] iii *Q* 20 constant. *om. Q* 22 hereditate $SQ^a$ | nauiculariorum *om.* $CR^a$ 23 cohort.] et cohort. *C* | fabericonscium $R^a$ 24 constantinus] *S*, constant. *CRQ* | mastihiano *Q*, musciano *S* | anne *S* 25 sine] in $R^a$ | successionibus *Q* | fiscus *R* 26 fatales obtractus *C*, fatalis * obtractus $R^a$? 27 *s. a. Hal.* | constantio a. VII et constante cl. caes. coss. (= *a.* 354) *Hal.*, *emend. Gothofredus* 28 constantius] *Q*, constantinus *S*, constant. *CR* | bono mag. *S*, ad bonosum magistrum *Th.* | equitum] militi et equitum *S* 29 uelexclationibus *R* | commitiantesibus *C*, committantaesibus *R* | ctineis *C* | uti *Th.*

cognoscant, cum aliquis fuerit rebus humanis exemptus atque intestatus sine legitimo herede decesserit, ad uexillationem, in qua militauerit, res eiusdem necessario peruenire. D. v id. Mai. Hierapoli Rvfino et Evsebio conss. a. 347

3 Idem A. Rvfino pp. Si quis cohortali condicione grauatus sine testamento [B 45, 1, 56] uel quolibet successore ultimum diem obierit, successionem eius non ad fiscum, sed ad ceteros cohortales eiusdem prouinciae pertinere iubemus. D. v k. Ian. Limenio et Catvlino conss. a. 349

4 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Florentio pp. Intestatorum curialium bona, si sine herede moriantur, ordinibus patriae eorum adipisci praecipimus. D. v id. Mart. Florentio et Dionysio conss. a. 429

5 [1]Idem AA. Avreliano comiti rervm privatarvm. Si quis [Nou. Theod. 6 B 45, 1, 57] fabricensis sine liberis uel legitimo herede decesserit non condito testamento, eius bona, cuiuscumque summae sint, ad eos pertinere[2], qui uelut creatores decedentium attinentur,
1 qui fisco pro intercepto respondere coguntur. Hoc enim facto[3] contingit, ut *et* rei publicae ratio salua permaneat et fabricenses collegarum suorum solaciis perfruantur, qui damnis ac detrimentis tenentur obnoxii. D. prid. non. Nov. Constantinopoli Theodosio A. xvii et Festo conss.[4] a. 439

*CRQ*

---

[1] *iunge* 11, 11, 5 [2] nutu nostrae mansuetudinis *ins. Th.* [3] pacto *Th.* (*u. i.*) [4] *idem* 11, 11, 5: xvi et Fausto uc. conss. (= *a.* 438) *Nou.*

---

1 legitima *C*, legitimum *R* 2 uexillatione *R* 3 *s. a. Th. Hal.* | hieropoli *Hal.* 4 qui cohartali *C* | condicione] cone *R*ᵃ 5 successorem *R* | successione *R* 6 *s. a. Hal.* 8 ualent.] ualr. *Q* | intest.] si intestator *R*ᵃ 9 patriae] *Q*ᵇ, patris *CR*, patris *uel* patriae *Q*ᵃ | adpisci *R*, addici *uel* adici *dett.*: adipisci *passiue usurpatum uidetur* | praecipimus *R* | *s. a. Hal.* 11 aa.] aa. et cc. *CRQ*ᵃ | aurelio *S* | priuatarum] prium *R* | si quis] quisquis *Nou.*, ἐάν τις *B* 12 fericensis *Q*ᵃ 13 summae] suprem̄ *R* | uelut] uel *Q* | creditores *C*ᵇ*RQ*ᵇ, χειροτονηται *B* | decidentium *Q* 14 conguntur *R* | facto *confirmant B* τούτου γὰρ γινομένου | contingit ut] *Q Nou.*, contingitur *C*, contigitur *R* | et] *Nou. cum B*, *om. CRQ* 15 fabricensis *CR* | demnis a detr. *R* 16 obnoxui *R*ᵃ | *s. a. Nou. Q* | constant. *om. Q*

# LIBER SEPTIMVS

## I

## ℞ DE VINDICTA LIBERTATE ET APVD CONSILIVM MANVMISSIONE ℞

1 Imp. Antoninvs A. Tertio. Eorum, qui apud consilium manumittuntur, [B 48, 2, 23] post causam ab iudicibus probatam et manumissionem secutam non solet status in dubium uocari, si dicantur falsa demonstratione liberati. PP. non. Oct. Gentiano et Basso conss. a. 211

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Sallvstio. Nihil ciui- [B 48, 2, 24] tati Romanae semel praestitae uel addere uel detrahere secundam manumissionem potuisse certissimum est. D. prid. k. Mai. AA. conss. a. 293

3 Idem AA. et CC. Attiae. Nec mulierem per maritum nec alium per procuratorem uindicta manumittere posse non est ambigui iuris.

4 Imp. Constantinvs A. ad Maximvm pv. Apud consilium nostrum uel apud consules praetores praesides magistratusue earum ciuitatum, quibus huiusmodi ius est, adipisci potest patronorum iudicio sedula seruitus libertatem, a. 319—323

## II

## ℞ DE TESTAMENTARIA MANVMISSIONE ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Primo. Si codicillos maior uiginti annis fecisset, confirmationis tempus libertati non nocere certum est: nec enim potestas iuris, sed iudicii consideratur. Proposita.

2 Idem AA. Phileto. Ex testamento defuncti libertates praestari non possunt hereditate non adita, uel si rei memoria propter crimen quod morte non intercidit damnata est.

3 Idem AA. Evphrosynae. Libertas testamento data adita hereditate contingit, et si heres scriptus per in integrum restitutionem abstinuerit hereditate, nihil ea res libertati obest. S. xvii k. Mai. Apro et Maximo conss. a. 207

4 Idem AA.[1] Anchilao[2]. Cum testamento directam libertatem pater tuus sit [B 48, 3, 62] consecutus, quamuis ei heres extiteris, frustra tamen, rationes quas tempore seruitutis

*P* (1 ℞ 2. 2 ℞ 3. 4) *L* (*ut P*) *CRM* (*incipit u.* 5)

---

1 *debuit esse* imp. Antoninus A. [2] Anchialo?

---

3 indicta *S* | libertati $R^a$, *om. C* | et *om.* $P^a$ 4 manumissionis *S*, manumissionum $PL^a$ 5 terentio *S*, zertio *R* | conscilium $M^a$ | manumittantur $R^a$ 6 ab] *M*, uel a *C*, apud $R^a$?, a $R^b$ 7 demostratione *R* | libertati $R^a$ | *s. a. M* 8 conss. *om. M* 9 et cc. *om. S* 10 detrahere uel addere *R contra BΣ* (κ.π.) | secunda manumissione $PL^aR^b$, secundum manumissionem $R^a$, τὴν δευτέραν (*om.* manum. potuisse) *BΣ* (κ.π.) 11 *s. a. PL Miraeus* | d. *om. PL* 12 adciae *R* | nec] ne $R^a$ 14 constantinus] *M*, const. *SR*, *non constat de C* | pu.] *R*, pp. *SCM*: *Maximus a k. Sept. a.* 319 *ad id. Sept. a.* 323 *pu. fuit* 18 *rubricam om. C* 19 imp. *R* | fecisse $R^a$ 21 *s. a. M* 22 filito *S* | heredita *uel* hereditas $R^a$ 24 idem] impp. seu. et ant. *PL* | ephiposi *S* | contingnit *L*, contigit *R* | si] *PLRM*, licet *C* 25 heres] h. se *R* | in *om. P* 26 *s. a. PL Miraeus* 27 anchilao] *SCM*, achillao *PLR* 28 consecutus) consecutus constitutus $P^a$, constitutus $R^a$ | heres ei *C contra BΣ* (κ.π.) | extiterit $P^aR^aM^a$, ἐγένου *BΣ* (κ.π.) | frusta *P*

1 gessit ut reddas, compelleris, cum non ea condicione acceperit libertatem. Is autem, cui libertas siue fideicommissaria siue directa, si rationes reddidisset, relicta est, ante reliqua illata et ea, quae malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest peruenire: sin autem non debitor ex rationibus fuerit repertus, post aditam hereditatem quasi puram libertatem consequitur. PROPOSITA VII K. DEC. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 21

5 IMP. ALEXANDER A. QVINTIANO. In fraudem creditorum testamento datae [B 48, 3, 63] libertates, quamuis debitori heres qui soluendo est extiterit, per legem Aeliam Sentiam non ualent.

6 IMP. GORDIANVS A. PISISTRATO. Si hereditas eius, a quo testamento dicis [B 48, 3, 64] te esse manumissum, ob aes alienum spernitur ab heredibus, conseruandae libertatis gratia[1] non iniusta ratione creditoribus hereditariis satis offerens iudicium testatoris seruari tibi postulabis, maxime cum id etiam a diuo Marco consultissimo principe sit constitutum[2]: quod in extranea quoque persona obseruari oportet.

7 IDEM A. IVSTAE. Contra uoluntatem matris tuae libertatem in eum conferre, [B 48, 3, 65] quem illa liberum fieri prohibuit, non debes, ne uidearis iura pietatis uiolare. PP. X K. FEBR. SABINO II ET VENVSTO CONSS. a. 24

8 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. GEMELLO. Cum testator libertatem [B 48, 3, 66] tempore nuptiarum filii sui uel filiae seruo dari iussit, non tempus praestandae libertati praestituit, sed potius condicioni locum fecit, ut non insecutis nuptiis libertas iure posci non possit.

9 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. MAVRO. Seruo tuo defunctus, licet te heredem scripsisse proponatur, tamen directam libertatem dare non potuit: iure enim directo libertatem seruis alienis dare nemo potest. PP. VI ID. NOV. CARO ET CARINO CONSS. a. 283

10 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. GERMANO. Directis uerbis iure data libertate non sola impositione pilei, sed adita hereditate, si nulla iuris impediat constitutio, liberti constituuntur. a. 293

11 [3]IDEM AA. ET CC. LAVRINAE. Si iure non substitit testamentum, in hoc nec [B 48, 3, 67] libertates (cum non fuisse additum, ut pro codicillis scriptum ualeret, proponas) recte datas constabit. PP. SVB DIE XVI K. APRIL. SIRMI AA. CONSS.[4] a. 293

12 IDEM AA. ET CC. RHIZO. Si heredes iure facto testamento sollemniter [B 48, 3, 68] adierint hereditatem, ex testamento tibi libertas quaesita post colludentibus tam scriptis
1 heredibus quam ab intestato uindicantibus successionem adimi non potuit. Quod si sponte repudiauerunt sibi delatam successionem, omnia quae testamento fuerant scripta defecisse
2 conuenit. Si uero, ut uos fraudarent libertate, collusisse eos praeses animaduerterit, secun-

*Vtinensis* (2, 9...11) *P* (2, 4. 7. 12) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] conseru. libert. gratia *del. cum BΣ* (κ.π.) [2] *Inst.* 3, 11, 1 [3] *iunge* 2, 32, 2 [4] CC. conss. (= *a.* 294) 2, 32, 2 *rectius, cum Diocletianus iam kalendis Aprilibus a.* 293 *commoraretur Heracleae, quae DCLIII milibus a Sirmio abest*

---

1 accepit *R* 2 siue fid.] fid. *PL*[a] *contra BΣ* (κ.π.) | ratione *R* | reddisset *M* 3 ea] a *P*[a] 5 *s. a. PL Miraeus* | VII] ·uii P[a] 6 quintino *R* 7 heres *om. R*[a] | aeliam sentiam] *M*[a], aelia sentiam *C*, heliascentiam *R* 9 philistrato *S*, prosistrato *R*, piscistrato *M* 11 postulabis seruari tibi *M*, tibi *om. BΣ* (κ.π.) 12 id] idem *R* 14 idem] imp. gord. *PL* 15 illam *P*[a] | prohibuit *om. R*[a] | *s. a. PL* | pp.] p. *P* 17 a. et phil. c.] aa. *R*, a. et philippo conss. *M* | mello *R* 18 libertati] *C*[a]*M*[a] *cum BΣ* (κ.π.), libertatis *C*[b]*RM*[b] 19 praestituit] *edd.*, praestitit *CRM* | iure *om. BΣ* (κ.π.) | posci] posse *R*[a] 21 impp. *Vtin. CR* | numerius *M* | aa. *CR*, augusti et cesares *Vtin.* | defuncto *M*[a], defunct· *R*[a] 22 te *om. Vtin. M*[a] | dare ... 23 libertatem *om. R*[a] | enim] nihil *Vtin.* 23 *s. a. Vtin.* 24 imp. *Vtin.* | et cc. *om. M* 25 libertatem *Vtin.* | pilei sed] *R*, pilei (p·(a?)llei *C*[a]) sed et *CM*, per illis *Vtin.* | inpedit *Vtin.* 26 liberi *Vtin.*, liberati *M*[a]? | constit.] *Vtin.*, constit. orcini *CRM* 27 idem] ita *Vtin.* | cc.] consl. *Vtin.* | laurentine *Vtin.*, lauricie *M*[a], largino *R* | substitit] *Vtin. cum BΣ* (κ.π.) ὑπέστη, subsistit *CRM* | hoc] his *Vtin.* 28 libertatis *Vtin.*, libertas *R*[a] | fuisset ... ualere *Vtin. R*[a] 29 *s. a. Vtin.*, *ubi est* pp. sbd. xui. kl. aprilis sirmia conl. | XVI] XV 2, 32, 2 30 aa. et cc.] a. et comiti *S* | rizo *P*[b]*LM*, ruzo *uel* riizo *P*[a]?, phizosi *S*, phizo *R*, chizo *C* 31 adierit *P*[a], adierunt *C*, adirunt *M*[a] | liberatas *M*[a] | post] postea *Latine BΣ* 32 adimi ... 33 successionem *om. P*[a] | quod] pro quod *P*[b] (*om. P*[c]) | ponte *R*[a] 33 testamento] ἐν τῇ διαθήκῃ *BΣ* (κ.π.) | inscripta *R* 34 libertatem *CR* | eos] *R cum BΣ* (κ.π.) αὐτούς, hos *PLCM*

dum haec quae diuus Pius Antoninus constituit libertatibus consuli prouidebit. S. K. DEC.
SIRMI AA. CONSS. a. 293
13 IDEM AA. ET CC. MARTIALI. Statuliberis datam libertatem adimi ab herede [B 48, 3, 69]
non posse certum est: nec alienatio nec usucapio statulibero, quominus existente condicione
libertatem consequatur, nocere potest.
14 [1]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Direc- [Nou. Theod. 16, 1, 8]
tas libertates Graecis uerbis liceat in testamentis relinquere, ut ita libertates directae datae
uideantur, ac si legitimis uerbis eas testator dari iussisset. D. PRID. ID. SEPT. CONSTAN-
TINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439
15 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Cum constitutio diui Marci[2] declarat, [B 48, 3, 70]
si quis testamento condito uel sine testamento moriens, ut locus fiat ab intestato succes-
sioni, libertates reliquerit, nemo autem adire uult defuncti hereditatem eo, quod suspecta
esse uidetur, et si fuerint libertates forsitan et sine scriptis fideicommissariae relictae,
licere uel cuilibet extraneo uel uni ex seruis, qui et ipse libertate donatus est et pro sua
periclitatur condicione, adire hereditatem sub hac condicione et satisdatione, quod et
creditoribus omnibus satisfaciat et libertates imponat his, quibus uoluerit testator, uariae
1 dubitationes ex hac constitutione emerserunt. Nam si res hereditariae herede minime
inuento uenierint, an et post uenditionem earundem rerum possibile est uel seruum uel
quemlibet alium adire et recuperare quidem ab emptoribus res, satisfacere autem credi-
1a toribus et libertatibus, quaerebatur. Et licet diuus Seuerus semel rebus uenditis hoc non
admisit, nobis tamen Vlpiani sententia admonente placuit maxime propter libertates, ne
depereant, et post uenditionem rerum annale remedium dare diui Marci constitutioni, intra
quod et creditoribus omnibus satisfiat et emptores nihil noui patiantur, qui annalem saepe
sentiebant rescissionem, et licere seruo, qui libertate donatus est, uel alii cuidam extraneo
uel ante uenditionem rerum uel post uenditionem, intra annale tamen tempus, adire here-
ditatem et res recuperare, prius satisdatione danda, ut tam creditoribus quam libertatibus
1b (1) satisfaciat. Sin autem libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur, creditoribus
autem non in solidum, sed in partem soluere creditum, illi autem huiusmodi pactionem admi-
serint, sancimus et in huiusmodi casu consultissimi principis locum habere constitutionem
et eum modis omnibus admittendum censemus, maxime cum ex uoluntate creditorum hoc
interponitur: nolentibus etenim creditoribus admitti talem petitionem nullo concedimus modo.
2 Si uero quidam ex seruis libertatem amplexi fuerint, alii autem censuerint esse respuen-
dam, et in hunc casum extendenda est diui Marci oratio et procul dubio et in hac specie
audiendus est petitor hereditatis et maneat liberum arbitrium seruorum, siue ad libertatem
2a uenire uolunt siue in seruitutem remanere. Licet enim Romanam ciuitatem recusare nemini
seruorum licet, tamen in hoc casu, ne propter quorundam indeuotionem alii maneant in

*Vtinensis* (2, 14) *P* (2, 12) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 5, 28, 8. 6, 23, 21 [2] *Inst.* 3, 11, 1

---

1 hoc quod *R* | pius (pius *om. R*) ant. const.] ὁ θεῖος Πῖος καὶ Ἀντωνῖνος διετάξαντο *ΒΣ* (*κ.π.*) | libert.] uel libert. $P^a$ | *s. a. PL* 2 aa. cc. ss. *P*, aa. cc. conss. *L* 3 statuliberis] τῷ στατουλίβερι *ΒΣ* (*κ.π.*) | data $M^a$ 4 cretum $R^a$ | statuliberos $R^a$ 6 imp. *Vtin.* | ualerianus *Vtin. M* | aa.] aug. et consl. *Vtin.* | florenti *Vtin.* | pp. *om. S Vtin.* 7 datae *om. Vtin.* 8 ac si ... iussisset *om.* $M^a$ | *s. a. Nou. Vtin.* | prid.] sbd uiii *Vtin.* | constant. *om. Vtin.* 9 festo] festo uc. *Nou.* 11 moriens] condito moriens $M^a$, ***** moriens $R^a$ 12 libertatis $M^a$ 13 si] *Q cum ΒΣ* (*κ.π.*), *om. CRM* 14 extrane $R^a$ | ipse ... 15 condicione et *om.* $M^a$ | suo $R^a$ 15 condicione et] condicionem $R^a$ 16 et *om.* $R^a$ | imponet *RM*, ἐπιτίθησιν *ΒΣ* (*κ.π.*) 18 uenerint $M^a$ | an et] an $R^a$? 19 adire] aire $R^a$, adire uel adhibere *C*, καταδέξασθαι (= adire) *ΒΣ* (*κ.π.*) | res] es $M^a$ | credit.] *R cum ΒΣ* (*κ.π.*), et cred. *CM* 21 sententiam $R^a$ | admonente] $CM^a$, admodum $RM^b$, admonentis *ΒΣ* (*κ.π.*): ἡ Οὐλπιανοῦ γνώμη ὑπομιμνήσκοντος ἤρεσε 22 constitutione $R^a$ 23 emptoribus $R^a$ 24 et licere] dicere $R^a$? | seruo] uel s. *M* 25 uenditionem ... uenditionem] uenditione $M^a$ | tempus tamen *R*, tamen *om.* $Q^b$ *cum ΒΣ* (*κ.π.*) 27 satisfiat *R*, ποιήσῃ *ΒΣ* (*κ.π.*) | pollicentur $R^a$ 28 parte *R* 29 in *om. M* 30 eum] $R^bM$ *cum ΒΣ* (*κ.π.*) κἀκεῖνον, cum *C*, eius $R^a$? 32 sin uero *C* | censuerunt *CR* | respuendum $M^a$ 33 in hunc casum ext.] ἐν τούτῳ τῷ θέματι ἐκτατέα *ΒΣ* (*κ.π.*) | extenda $M^a$ 35 nolunt $M^a$ | seruitute *M*, εἰς τὴν δουλείαν διαμεῖναι *ΒΣ* (*κ.π.*) 36 indeuotiem $R^a$

**seruitute, uolentibus quidem omnibus seruis licere in libertatem peruenire, nolentibus
autem quibusdam uel recusantibus spontaneam seruitutem imminere oportet et, quem
3 patronum habere noluerint, dominum suum, forsitan et acerbum, sentiant. Sin uero non
omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerum seruorum ex his, qui ad
libertatem uenire iussi sunt, melius est, si quidem res hereditariae sufficiunt ad implendos
creditores, etiam omnibus seruis dare libertatem, etsi hoc non pollicitus est. si autem
deest in exsoluendis creditoribus, humanius est, ut saltim pauci ueniant ad libertatem.
4 Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium inuenimus. bellissimam autem reple-
tionem praefatae constitutioni donantes sancimus: si non unus ueniat hereditatis petitor,
sed plures, si quidem uno momento uterque uel ampliores, omnibus detur licentia com-
muniter hereditatem adire, prius satisdatione ab omnibus danda, ut creditoribus et liber-
4a tatibus satisfaciant. Sin autem per interualla temporum hoc fiat, qui primus ueniat
habeat praerogatiuam, si etiam satisdationem praestare potest: illo enim cessante hoc
facere alii gradatim secundum tempora petitionis succedant. et hoc intra annale tempus
5 obseruetur. Sin autem uno pollicente quosdam liberos facere, non autem totos, alius
emerserit satisdationem paratus idoneam praestare, quod omnibus creditoribus et omnibus
libertatibus satisfaciat, aequissimum est eum admitti, ut omnes libertates indistincte cele-
brentur. quod priuilegium damus non solum seruo, qui libertate donatus est, sed etiam
ei, cui nulla libertas relicta est, ut aliquid uenustum eueniat, ut per eum, cui libertas
6 relicta non est, aliis libertas imponatur. Sed si quidem, antequam prior hereditarias res
et libertatem accipiat, hoc eueniat, secundo petitori uel tertio uel deinceps ampliores liber-
7 tates pollicentibus fieri locum censemus. Sin autem iam rebus seruo, qui primus petiit
hereditatem, datis et libertatibus ab eo quibusdam seruis hereditariis impositis quidam alius
seruus hereditarius uel liber extraneus hoc facere maluerit, licebit quidem ei hoc impetrare
et sub maioribus pollicitationibus et satisdationibus hereditatem accipere: sed prior in
libertate petitor maneat, licet res ab eo abstrahantur. his omnibus intra annum secundum
quod dictum est celebrandis, ex quo prior petitor iudicem adierit.** a. 531

## III

## ℞ DE LEGE FVFIA CANINIA TOLLENDA ℞

1 **IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Seruorum libertates in testamento relictas tam directas quam fideicommissarias ad exemplum inter uiuos libertatum indistincte ualere censemus, lege Fufia Caninia de cetero cessante nec impediente testantium pro suis seruis clementes dispositiones effectui mancipari. D. K. IVN. *CONSTANTINOPOLI DN. IVSTINIANO* PP. A. *II* CONS.** a. 529

## IIII

## ℞ DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBVS ℞

1 **IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. Cum proponas hereditatem eius aditam non esse, a quo tibi fideicommissariam libertatem relictam dicis, et ab intestato alium quam qui**

*P* (3. 4) *L* (*ut P*) *CRM*

---

3 noluerunt (uol. $M^a$?) *M* | et] ex $R^a$ | si *R* 5 si quidem est *C* | suffitiant $M^a$ 6 creditorem $M^a$ | si] sin *M* 7 dest $M^a$ | paucis $R^a$ 8 bell. autem repl.] ἀναπλήρωσιν δὲ ἀσφαλῆ *ΒΣ* (κ.π.) 10 uterque] ἑκάτερος ἔλθῃ *ΒΣ* (κ.π.) | licentiam $R^a$ 12 satisfaciat *R* | autem] uero *C* 13 illo enim] illo autem *dett. cum ΒΣ* (κ.π.) ἐκείνου δέ 14 succedat $M^a$ 16 idonea $M^a$ 17 satisfacit *C* 18 libertatem $R^a$ | datus $M^a$ 20 prius *R* 21 ueniat *R* 22 iam] etiam *R*, ἤδη *ΒΣ* (κ.π.) | petiuit *R*$M^a$ 23 hereditatis $M^a$ 24 face $M^a$ 26 libertatem *CM*, ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ *ΒΣ* (κ.π.) 27 quod *om.* $M^a$ 29 fusia *L* | canainia $P^a$, canina $M^a$, can. *R* | soluenda *C* 31 indisticte $P^a$ 32 caninaa $C^a$, canina *R* | testantium] cessantium $R^a$ 33 affectui *R* | *s. a. PL Miraeus* | constant. ... cons.] pp. a. conss. *PL*, aa. conss. *Miraeus* 35 fideicommissaria *P* 36 aa.] a. *R*, aa. primo *edd.* | proponamus *C* 37 fideicommissarium $M^a$ | ab] am ab $L^a$ | intesto *P* | qui] squi $R^a$

scriptus erat hereditatem possedisse, si non a legitimo quoque herede fideicommissaria
1 libertas repetita est, nullo iure praestari eam ab eo qui rogatus non est desideras. Plane si pecunia accepta heredem institutum omisisse hereditatem docueris, libertatem tibi praestare cogetur. PP. XIII K. MART. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197

2 IMP. ANTONINVS A. VALERIO. Quamuis codicilli, quibus auunculo defunctae [B 48, 13, 1] legatus esse uidearis, falsi pronuntiati sunt, tamen si ante motam criminis quaestionem iustam libertatem es a legatario consecutus, posterior euentus non infirmat ita datam libertatem. plane secundum diui Hadriani constitutionem datur heredi uiginti aureorum repetitio. D. XVIII K. AVG. EODEM ANTONINO A. . . . . . . . . . CONSS.[1]

3 IMP. ALEXANDER A. LVCIO. Cum libertatem mulieribus sub condicione [B 48, 13, 2] datam proponas, quid dubium est eos, qui ex his ante impletam eam eduntur, seruos nasci et pertinere ad heredes iure dominii? his enim demum succursum est, qui post moram praestandae libertatis progeniti sunt, ut liberi et ingenui nati uiderentur. a. 222?

4 IDEM A. ARRIANO. Si uoluntate domini in libertate morata est, cui fidei- [B 48, 13, 3] commissaria libertas debita fuerit, secundum senatus consultum et constitutiones ad id pertinentes ciuis Romana facta ingenuos peperit. sed si numquam ab ea libertas petita est, sibimet imputare debet, cum interea ex ea progeniti serui sint. a. 222?

5 [2]IDEM A. DIONYSIO. Minor annis lege definitis nec per fideicommissum [Ῥοπαί 35, 4] libertatem supremis suis relinquere potest nisi his, quorum causam probare potest. a. 222?

6 IDEM A. MAXIMO. Deberi etiam alienae ancillae fideicommissariam liber- [B 48, 13, 4] tatem placuit: nec deficit hoc debitum, si interim domina, si modo nihil ex iudicio eius, qui quaeue reliquit libertatem, percepit, noluit uendere, quia possit tempore procedente, ubicumque occasio redimendae ancillae fuerit, praestari libertas.

7 IDEM A. NICOMEDI. Hi, quibus per fideicommissum libertas supremis iudi- [B 48, 13, 5] ciis relinquitur, eorum liberti efficiuntur, a quibus manumittuntur. PP. K. APRIL. FVSCO ET DEXTRO CONSS. a. 225

8 IDEM A. EVTYCHETI. Cum proponas fideicommissariam libertatem ita tibi [B 48, 13, 6] datam, si uxori testatoris placuisset, licet non adeunte hereditatem ad filium solida hereditas pertinere coepit, non refragante tamen uxore testatoris potes petere libertatem. PP. XV K. SEPT. FVSCO ET DEXTRO CONSS. a. 225

*V* (*incipit u.* 24) *Vtinensis* (4, 8) *P* (4, 1. 2. 15. 3. 7) *L* (4, 1...3. 7) *CRM*

---

[1] Antonino A. IIII et Balbino conss. (= *a.* 213: *u. i.*)? [2] *iungenda uidetur* 2, 3, 8, *inscripta* Aurelio Dionysio *et cum subscriptione* pp. prid. id. Sept. Alexandro A. cons. (= *a.* 222)

---

1 ulla trepidatione poenae facilis dissolutio est. Si uero iubentibus nobis quicquam lege actum esse doceatur et non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petisse probetur[1], tunc eodem, qui in conspectu nostro libertatem monstrabitur consecutus, ei protinus ad cuius proprietatem pertinet restituto is, qui mancipium alienum fallendo principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino eius dare, cuiusmodi sexus aetatis atque artis constiterit esse manumissum, et alia tria fisco eadem[2] ratione similia.
2 Quae multa non semper imponitur, sed potius conquiescit, si forte manumissus inferentem sibi quaestionem status obiecta legitima praescriptione potuerit excludere, cum sibi amissi mancipii damna debeat imputare, qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauerit. PP. id. Ivl. Constantino A. v et Licinio C. conss. a. 319

# XI

## QVI MANVMITTERE NON POSSVNT ET NE IN FRAVDEM CREDITORVM MANVMITTATVR

1 Imp. Alexander A. Antiocho. Certum ius est non alias directas libertates [B 48, 7, 33] per legem Aeliam Sentiam, quae sunt in fraudem creditorum manumissorum, reuocari, nisi et consilium fraudis hoc animo manumittentis et euentus damni suum recipere uolentium sequatur. inter creditores autem etiam eos numerandos esse, quibus fideicommissum debetur, olim placuit. PP. iii id. Nov. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

2 Idem A. Nataliano. Seruos meos nec per interpositam personam ad libertatem producere homines peculii sui posse mandatis comprehenditur. [B 48, 7, 34]

3 Idem A. Ivstinae. Diuo Marco auctore amplissimus ordo censuit, ne quis spectaculo, quod edatur, actorem suum alienumue seruum manumitteret et, si factum esset, pro infecto haberetur.

4 Idem A. Felicissimo. Si minor annis uiginti ad libertatem praestandam [B 48, 7, 35] homines tradidisti, senatus consulto quod gestum est irritum constituitur. PP. iii id. Mai. Ivliano et Crispino conss. a. 224

5 Idem A. Prisco. Si in fraudem eorum quae fisco debebantur probari potest [B 48, 7, 36] libertas data, non ualet. sed si pecuniam is, quem patrem tuum appellas, emptori dederit et ab eo redemptus ad libertatem productus est, nihil uidetur bonis defuisse eius, qui fisci debitor dicitur.

6 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Olympio. Nec fidei- [B 48, 7, 37] commissariam libertatem a pupilla sua seruis debitam tutorem posse praestare certi iuris

*Vtinensis* (10, 7) *A*[ul] (11 R 4) *P* (10, 7. 11 R 1) *L* (10, 7. 11 R. 10, 5. 11, 1) *CRM*

[1] probetur *om. Th.*, *tuetur BΣ* (κ.π.) [2] eademque *Th.*

1 bassam *R* 2 impetrabunt *R* 3 quicumquam *Vtin.* | lege *om. R*[a] 4 actu est doc. ut non *Vtin.* 5 probatur *Vtin.*, probaretur *R* | qui in] quin *R*[a] | consecutus] *Vtin. CM*[a] *Th. BΣ* (κ.π.), non a domino cons. *PLRM*[b] 6 cuius] c. protinus *R*[a] | pertineat *Vtin.* | fallendum *PL* 7 conscientia *Vtin.*, consilentiam *P*[a] | cogantur *CM*[a] | cuiusmodi ... 8 constiterit (—rat *Vtin.*)] *Vtin. C Th. BΣ* (κ.π.), huiusmodi ... const. *P*[a], huiusmodi ... cuius const. *P*[b]*LRM* 8 aque *Vtin.* | alia tria] alio tr*** (trans?) *R*[a] | eodem *Vtin.* | rationem *P*[a] 9 imponitur] ἀπαιτηθήσεται *BΣ* (κ.π.) | conquiescit] *R*[a] *Th.*, conquiescat *Vtin. PLCR*[b]*M*, ἡσυχάσει *BΣ* (κ.π.) 10 statutus *Vtin.* | puerit *L*[a] | amissa mancipia *Vtin.* 11 suam] si (*uel* st) suam *L*[a] 12 *s. a. Th. Vtin.* | iulias *Vtin.* | const.] consl. *Vtin.* | v *om. Vtin.* | c.] cc. *Vtin.* 14 qui] de his qui *S* 15 fraude *APLRM* | creditorem *A*[l] | manumittuntur *S*, mitmanumittatur *L*[a] 17 elie *PM*[b], elia *LCR*, *liam *M*[a]? | sententiam *M* | fraude *PL* | reuocare *PL* 18 manumittendis *R*[a] | dampna *R*[a]? 19 eos *om. R*[a] | esse *om. L* 20 placet *C* | *s. a. PL Miraeus* | ii] u *PL Mir.* 21 aa. *RM* | netaliano *S* 22 peculii] in peculiis *R*[a] | comprehendatur *R* 23 aa. *RM* | quid *M*[c] 24 auctorem *CR*[a] | infacto *M*[a] 25 habetur *R* 26 aa. *M* 27 reddidisti *R*[a] | contra senatus consultum *C*, ἀπὸ δόγματος συγκλήτου *BΣ* (κ.π.) | *s. a. A* 29 prisco] crispino *S* | fraude *R* | debebatur *M*[a] 30 emptor *R*[a] 33 diocl.] iustin. *R* 34 seruus *M*[a] | tutore *R*

est. unde si hos, quos tu rogata *manumittere* fueras certo aetatis tuae tempore, ad libertatem non produxisti, sed tutor manumisit, remanserunt in seruitute.

7 IDEM AA. ET CC. ZOTICO. Si debitor ex administratione curae dominus [B 48, 7, 38] tuus non soluendo constitutus fideicommissariam tibi reliquit libertatem, cum in fideicommissariis libertatibus euentum inspici tantum obtinuerit, nihil eius uoluntas tibi prodesse potest.

## XII

## ℞ QVI NON POSSVNT AD LIBERTATEM PERVENIRE ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS[1] AA. TORQVATO. Cum diuus pater meus [B 48, 17, 1] constituerit a praesidibus prouinciarum uel qui coercendorum maleficiorum potestatem habent in perpetua uincula damnatos ad libertatem produci non posse, hi, qui intra tempora poenae liberi et heredes esse iussi sunt aut legatum fideicommissumue acceperunt, neque
1 libertatem adipisci nec quicquam eorum quae his data sunt capere possunt. Quod si poenae tempus compleuerint, iam omni uinculo exsoluti et quasi ad pristinam uel simplicem seruitutis condicionem redacti et libertatem et si qua testamentis dominorum illo tempore defunctorum acceperunt, sine ulla quaestione praeteritae poenae consequantur.

2 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. THEODORO. Is quidem, qui testa- [B 48, 17, 2]
1 mento uetitus est manumitti, ad libertatem non potest peruenire. Sed in proposito interest, utrumne eos, quos cum filio educatos esse testator expresserit, propter familiare ministerium et usum filiorum necessarium et uenire et manumitti noluerit, an quasi male meritis
2 poenam inrogauerit. Nam priore casu, morte eius cui consulebatur obsequii necessitate finita, libertas potest peruenire, posteriore id, quod poenae causa in seruos statutum est, necesse est uires suas obtinere, quando diuis parentibus meis placuerit eiusmodi testamentorum leges perpetuam seruitutem male meritis seruis inrogare, ut nec per suppositum emptorem ad libertatem produci possint.

## XIII

## ℞ PRO QVIBVS CAVSIS SERVI PRAEMIVM ACCIPIVNT LIBERTATEM ℞

1 [2]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. FIRMINO[3]. Quoniam religiosa [B 48, 18, 1] sollicitudo ad augendam prouocandamque fidei obseruationem iuris praemio adfici debet, si ad ulciscendam caedem domini incorruptis probationibus ac strenuo nisu constiteris, libertatem, quam his qui dominorum caedem uindicant iam pridem senatus consulto et

*A*^ui (13 ℞) *P* (13) *L* (13) *CRM*

---

[1] Impp. Antoninus et Verus *Cuiacius propter Dig.* 48, 19, 33 ***haud recte, cum sequatur*** pater meus [2] *iunge* 1, 19, 1 (*Cuiacius*) [3] Firminae 1, 19, 1

---

1 hoc *RM*$^a$ | manumittere fueras] *scripsi ad BΣ* (κ.π.): παρακληθεῖσα ἐλευθερῶσαι ὑπῆρχες, fueras *CRM*, fueras manumittere *E* 2 emanserunt *R*$^a$ | seruitutem *M* 4 constitutum *R*$^a$ | relinquid *R* | cum] eum *C* 5 uolunta∗∗∗(tis?) *M*$^a$, *om. R*$^a$ 8 ***rubricam ante c. 2 collocat*** *R*$^a$ | ad *om. M*$^a$ 9 imp. *R* | antoninis *M*$^a$ | aa.] aa. et c. *S*, *om. C* 10 constiterit *M*$^a$ 11 habeant *R* | dampnato *R*$^a$ 12 iussi] uisi *R*$^a$ | acceperint *CM* 14 poenae] p. se *R*$^a$ | exsolui *R*$^a$ 15 condictionem *R* | libertatem et *om. R*$^a$ | si qua] quasi *M*$^a$ 16 praet. poenae] *RM*$^b$, praetaeritae *M*$^a$, praeterita *C*, praeteritae *om. BΣ* (κ.π.): χωρίς τινος ζητήσεως τῆς τιμωρίας κτῶνται 17 ualerius et gallianus *M* 18 uentus *R*$^a$ 19 filio cum *R*$^a$ | esset *C* 20 et uenire (ueniri *RM*) et man.] nec non uenire et man. *C*, πραθῆναι (*om.* et man.) *BΣ* (κ.π.) | noluerit] uetuit *R*, οὐκ ἠβουλήθη *BΣ* (κ.π.) 21 causu *R*$^a$ 22 causa] casu *M*$^a$ | in seruos *om. M*$^a$ 23 quando] quam *R*$^a$ 25 possunt *M* 27 pro *om. PL:* ὑπὲρ ὧν *B* 48, 18 | praemio *PLM*$^b$, premo *M*$^a$, ἔπαθλον *B* | accipiunt] affitian *M*$^a$ 28 libertatis *R*, τὴν ἐλευθερίαν *B* 29 impp. … max.] idem *M* | aa. et cc. firmo *R* | reliosa *R*$^a$ 30 solitudo *L*$^a$ | adfici] adfigi *legit BΣ* προσπήγνυσθαι 31 stennuo *L*$^a$, str∗nuo *M*$^a$ | constiterit *PLR*$^a$

statutis principum praestari sancitum est, etiam tu pro tam ingentibus meritis non ex ipso facto, sed aditione et sententia praesidis reportabis. PP. VII ID. DEC.[1] *DIOCLETIANO IIII* ET MAXIMIANO *III AA.* CONSS. a. 290

2 [2] IMP. CONSTANTINVS A. AD IANVARINVM. Serui, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes detulerint, ciuitate Romana donantur, ut eorum domini pretium a fisco percipiant. D.[3] XII K. DEC. ROMAE CRISPO ET CONSTANTINO CC. II CONSS. a. 321 [Th. 9, 21, 2 mut. B 48, 18, 2]

3 IDEM A. AD POPVLVM. Si quis seruus raptus uirginis[4] facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum, libertate[5] donetur. D. PRID. K. APRIL. AQVILEIA CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS. a. 320 [Th. 9, 24, 1, 4 B 48, 18, 3]

4 [6] IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM PP. Si desertorem seruus prodiderit, libertate donetur. PP. ID. IVL. ROMAE GRATIANO *V* ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380 [Th. 7, 18, 4, 1 B 48, 18, 4]

## XIIII

## ℞ DE INGENVIS MANVMISSIS ℞

1 IMP. ALEXANDER A. PHILETO. Si ingenuum te et testamento manumissum esse dicas, apud suos iudices causam agere debes, si tamen iustum contradictorem habes, id est eum, qui se patronum tuum esse dicit, memor senatum censuisse, ut, qui post manumissionem originem repetierint, ea quae de domo manumissoris habent ibi relinquant. in qua causa etiam legata ut liberto data esse iuris prudentibus placuit. [B 48, 10, 7]

2 IMP. GORDIANVS A. POMPEIAE. Ingenuam natam neque nutrimentorum sumptus neque seruitutis obsequium faciunt ancillam neque manumissio libertinam. PP. V ID. MAI. SABINO II ET VENVSTO CONSS. a. 240 [B 48, 10, 8]

3 IMP. PHILIPPVS A. FELICISSIMO. Si auiam tuam manumissam postea ingenuam sollemniter constitit statumque eius iustae sententiae tuetur auctoritas, filios eius quamuis ante sententiam susceptos ingenuam libertatem non immerito flagitare, si cum peritioribus tractatum habuisses, facile cognosceres. [B 48, 10, 9]

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. AGRIPPAE. Cum cognatum tuum ingenuum, factum Palmyrenae factionis dominatione uelut captiuum, distractum esse dicas, praeses prouinciae ingenuitati suae reddi eum efficiet. S. IIII *ID.* IAN. *AA. CONSS.* a. 293 [B 48, 10, 10]

$A^{ul}$ (13, 2. 3) *P* (13. 14 ℞ 2) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] PP. VIII id. Oct. 1, 19, 1 [2] *iunge* 9, 24, 1 [3] pp.? [4] uirginis *om. Th.* [5] Latinitate *Th.* [6] *iunge* 12, 45, 1

1 sanctum *C*, *inc.* $M^a$ 2 facto] sacro $R^a$ | aditiones $P^aL^a$, atione *R* | reportabit $L^a$ | *s. a. PL Miraeus: in Vercell.* 127 *Paris.* 4534 *est subscriptio* 15, 1 | diocl. … 3 aa.] 1, 19, 1, et max. *PL Mir.* 4 constantia $A^u$, constantio $A^l$ | aa. *S* | ianuarinum] *N Th.*, ianuarianum *C*, ianuarium *APLRM* | sernos $L^a$ 5 sceribus $M^a$ | detulerint] $ACM^a$ *cum BΣ* (*κ.π.*) ἐὰν (ἐάν *del.*) δηλατορευσωσι, in publicum det. $PLRM^b$ 6 donentur *PLR* *cum BΣ* (*κ.π.*) δωρείσθωσαν, donamus *Th.* | ut] ita ut *A contra Th.*, *om.* $PL^a$ | *s. a. Th. APL Miraeus* | XII] xu *PL Mir.* | roma *P*, romam *L* 7 et … conss. *om. PL Mir.* | constantis $A^u$ | cc. II *om. A* 9 puplico $R^a$ 10 *s. a. Th. APL Miraeus* | prid. *om. Th.* | aquil. … conss. *om. L Mir.* | aquileae *A* | constantino … c. (cc. *P*) conss.] constantio ui et conss. *A* 11 impp. $P^bLCR$, imp. $P^a$ | ualent.] et ual. *PL*, ualerius *M* | aaa.] a. $P^a$, aa. *C* 12 suagrium *PLC*, siacrium *M*, uiacricuu *S* | *s. a. Th. PL Mir.* | pp. *om. PL Mir.* 13 gratiano … conss. *om. PL Mir.* | v] vi *Th.* | aa.] I aa. *Th.* 16 alex.] ual. *R* | te et] ** $M^a$, te $M^b$ | manum. test. *R* 17 suum iudicem *R* 18 senatus $R^a$ 19 tibi $R^a$ 20 ut *om.* $R^a$ 20 impp. gor. aa. *R* | pompeio *PLR* | naturam $P^a$? 22 libertinam] libern. $R^a$ | *s. a. PL Miraeus* 23 uenusio *PL* 24 philippus *om. M* | a. *om. R* | tuam] tuam ancillam $CM^a$ 27 peritoribus $M^a$ | tractum abuisse *R* | cognosces $CM^a$, cognoscet $R^a$ 28 et cc. *om. R* | acripe *R* 29 factum] $CM^a$ *BΣ* (*κ.π.*), f. redemptum ex captiuitate $RM^b$ | palinurenae *C*, palmurene *RM* | dominationis $R^a$, dominationem $M^a$ | captuum $M^a$ 30 ingenuitatis *R* | *s. a. Paris.* 4534, *ubi est* si. iiii k. ian. id. aa. et cc.

5 IDEM AA. ET CC. CRESCENTI. Defamari statum ingenuorum seu errore seu | B 48, 10, 11 |
malignitate quorundam periniquum est, praesertim cum adfirmes diu praesidem unum
atque alterum interpellatum a te uocitasse diuersam partem, ut contradictionem faceret, si
1 defensionibus suis confideret. Vnde constat merito rectorem prouinciae commotum adlega-
2 tionibus tuis sententiam dedisse, ne de cetero inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc
diuersa pars perseuerat in eadem obstinatione, aditus praeses prouinciae ab iniuria tempe-
rari praecipiet. D. PRID. NON. APRIL. *AA. CONSS.* a. 293

6 IDEM AA. ET CC. DIONYSIO. Scientis condicionem liberum non posse fieri | B 48, 10, 12 |
seruum euidentissimi iuris est. cum igitur proponas patrem pupillorum, quorum precibus
fecisti mentionem, uelut liberum te penes se habuisse, ministerium, licet in actu longi
temporis, non praecedente uero titulo, quibus dominia quaeri solent, mutare tuam condi-
cionem minime potuit. S. VII K. MAI. AA. CONSS. a. 293

7 IDEM AA. ET CC. MATRONAE. Si te ac filios tuos ingenuos esse constat, | B 48, 10, 13 |
natalium ueritas uos tuetur. nam qui seruitutis mouerat quaestionem, apud acta causae
renuntiando ad ingenuitatis probationem nec nocere quicquam nec prodesse potest. S. XV
K. IVL. AA. *CONSS.* a. 293

8 IDEM AA. ET CC. CALLIMORPHO. Ingenui nascuntur, libertini manumissione | B 48, 10, 14 |
tantum constituuntur: pactum autem nec seruis nec libertinis ingenuitatem adsignat nec his,
qui transactioni non consenserunt, quicquam praeiudicare potest. S. IIII K. IAN. *AA.* CONSS. a. 293

9 IDEM AA. ET CC. POTAMONI[1]. Libertina matre procreatam ingenuis nasci | B 48, 10, 15 |
1 natalibus euidentis ac manifesti iuris est. Cum igitur te matre libertina editam, dehinc
ab hostibus captam postliminio reuersam proponas et nunc tibi seruitutis moueri quaestio-
nem, consequens est adiri praesidem prouinciae, qui de causa liberali cognoscet iure laturus
sententiam, sciens neque huiusmodi matris condicionem neque captiuitatem reuersis de
statu pristino quicquam posse detrahere.

10 IDEM AA. ET CC. ATHENODORAE. Ad recognoscendos singulos nomina | B 48, 10, 16 |
comparata publico consensu, ob celandos natales ingenuis si mutentur, minime nocet,
natosque, licet in ministerio seruitutis, liberae condicionis non seruos possessio, sed status
ingenuos edi perficit.

11 IDEM AA. ET CC. MAXIMAE. Si uestram possessionem nullus praecessit | B 48, 10, 17 |
titulus, sed ingenui constituti operas mercede placita locastis, nec statui quicquam uestro
derogatum est nec ad conuentionis implendam fidem sollemniter agere prohibemini. S. NON.
MART. CC. CONSS. a. 294

12 IDEM AA. ET CC. QVIETAE. Ad mutandum liberae statum commissum | B 48, 10, 18 |
plagii nihil promouet, sed abductam natales, quibus nata est, post hunc etiam casum
obtinere conuenit. S. III K. DEC. *CC.* CONSS. a. 294

*P* (14, 5. 6. 11. 12) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *requiritur nomen mulieris*

---

1 idem] impp. diocl. et max. *PL* | nefamari $R^a$ 2 quorundam] aliqua quor. *R contra BΣ* (κ.π.) 3 a te] ad te* *R*, atre *M* | diuersas partes $P^a$ 4 defensoribus $M^a$ | unde] unum $P^a$ 6 obstinationem *R* | prouinciae *om. C* | iuria $R^a$ | temptari *M* 7 *s. a. PL Miraeus Paris.* 4534 | april. aa. conss.] april. cc. aa. *Paris.*, *om. PL Mir.* 8 idem] impp. diocl. et max. *PL* | aa.] a. *R* | donisio $M^a$ | conditionum $L^a$ 9 partem $M^a$ 10 licet in] simplice $P^tL^t$? | logi $P^a$ 11 condictionem *R* 12 monime $P^a$ | *s. a. PL Miraeus* 13 patronae *C* | tuos *om. BΣ* (κ.π.) 15 prodesse] pr. eis *R contra BΣ* (κ.π.) | *s. a. Bamberg. I D* 3 *Paris.* 4534 16 conss.] et cc. *Bamb.*$^a$ *Par.*, et cc. ss. *Bamb.*$^b$ 17 calimorfio *S*, caimorfo $M^a$ 18 autem *om.* $R^a$ | seruus nec libertinus $M^a$ 19 praeiudicari $M^a$ | *s. a. Bamberg. I D 3, ubi est* s. iiii k. ianuarii et cc. ss. 20 pontamoni *S*, patamoni *M* | ingenuus $R^aM^a$ 21 dehinc] *C*, deinde *RM* 23 adire *R* | libelali $R^a$, *om.* $M^a$ 26 athenodorae] *M*, ethimodorae *S*, thetiodore *C*, afenodore *R* | nomine $R^a$ 27 ingenui $R^a$?, τοῖς εὐγενέσιν *BΣ* (κ.π.) 28 liberei $R^a$ | sed status] de statu $R^a$, sed sta**s $M^a$ 30 maximo *R*, aust maxime $M^a$ 31 locastis merc. placita (placida $P^a$) *PL contra BΣ* (κ.π.) | statu $M^a$ 32 agere *om.* $R^a$ | *s. a. PL Miraeus Paris.* 4534 *ad c.* 14 | s.] i. *Par.* 33 conss.] id. aa. et cc. *Par.* 34 et cc. *om. P* | quietate *PL* 35 promouet] *CM*, commouet *PLR*$^b$, *(prae?)mouit $R^a$, ἀντίκειται *BΣ* (κ.π.) | est] es *L*: ἐτέχθη *BΣ* (κ.π.) 36 *s. a. PL Miraeus Russardus* | k. ... conss. *om. Mir.* | cc. (aa. *Russ.*) conss. *om. PL*

13 Idem AA. et CC. Menandro. Ingenuum se contendendo nec probando [B 48, 10, 19]
non amittit libertinitatem. S. vii id. Dec. CC. conss. a. 294
14 Idem AA. et CC. Aristoteli. Status ingenuae ex eo solo, quod uelut [B 48, 10, 20]
ancilla sponsaliorum nomine data proponitur, praeiudicari nulla ratione potest. S. vii
k. Ian. CC. conss. a. 294

## XV

## ℞ COMMVNIA DE MANVMISSIONIBVS ℞

1 [1]Imp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Sancimus, si proprietarius seruo, cuius [B 48, 19, 1]
usus fructus ad alium pertinebat, libertatem imposuit, non secundum antiquam obser-
uationem et libertatem cadere et eum sine domino intellegi esse, sed nec inueniri personam,
cui res ad se uenientes adquirat: sed si tam proprietarius quam usufructuarius libertatem
ei consentientes imposuerant, pleno iure liberum eum effici et, si quid postea sibi adqui-
1 sierit, hoc in bonis suis habere. Sin autem proprietarius solus libertatem imposuerit usu-
fructuario minime consentiente, sit quidem ille, qui libertatem a proprietario accepit, inter
libertos proprietarii connumeratus et, si quid in medio possedit, hoc sibi adquirat, sibi
habeat, suae posteritati relinquat, saluo patronatus iure per omnia custodiendo, nisi et hoc
1a ei legibus fuerit remissum. Ipse tamen libertus quasi seruus apud usufructuarium per-
maneat, donec usufructuarius uiuit uel usus fructus non legitimo modo peremptus est.
etenim si finem usus fructus quocumque modo accipiat, tunc facultas ei tribuitur quo
maluerit degere modo. si uero adhuc superstite usufructuario ab hac luce fuerit libertus
2 exemptus, hereditas eius legitimum tramitem sequatur. Sin autem usufructuarius tantum-
modo libertatem imposuerit, si quidem hoc modo, ut cedat usu fructu proprietario, plenis-
simum ius habeat in seruo proprietarius et omnia ei seruus adquirat secundum ea, quae
2a generaliter in seruos et dominos constituta sunt. Sin uero gratias agendo usufructuarius
eum ab usu fructu liberauerit et libertate donauerit, tunc maneat quidem seruus proprie-
tario suo adnexus, sed non necessitas ei imponatur, donec uiuit usufructuarius uel usus
fructus constare potest, obseruare proprietarium et quaedam ministeria ei adimplere, sed
iudices nostri eum in quiete tueantur. post usufructuarii autem mortem uel usus fructus
quocumque modo interemptionem tunc seruiat quidem domino et omnia, quae in medio ad
2b eum perueniant, haec suo domino adquirat. Et sit ex nostra constitutione haec separatio
inter seruos et liberos et non secundum ius antiquum idem seruus remaneat et nullum
3 respiciat dominum. Illud quoque huic legi adicimus, ut explosa antiqua personarum diffe-
rentia liceat parentibus tam feminis quam masculis, filiis filiabus siue in sacris constitutis
siue emancipatis cuiuscumque gradus, mandatum imponere, quatenus seruos in libertatem

*P* (14, 13. 14. 15 ℞) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 7, 7, 1

---

1 ingenium *P* | contendo $P^aM^a$, contentedo *R* 2 libertatem $PL^a$, libertinitatem aliam libertatem $M^a$ | *s. a. PL Miraeus* | cc. conss. *om. L Mir.* 4 *s. a. PL Miraeus: in Paris.* 4534, *in quo c.* 14 *collocatur inter c.* 11 *et* 12, *additur subscriptio c.* 11 | cc. aa. conss. *P, om. L Mir.* 7 communio de *M*, de communia *C* | successionibus $PL^a$? 9 libertate $CM^b$, τὴν ἐλευθερίαν *BΣ* (κ.π.) 10 cadere] ei consentientes $R^a$, πίπτειν *BΣ* (κ.π.) | dominio $R^a$ | esse intellegi *CM*, νοεῖσθαι εἶναι *BΣ* (κ.π.) | sed *om. BΣ* (κ.π.) | persona $RM^a$ 11 ususfructuarius *C* 12 consent. ... eum *bis* $M^a$ | consentietes *R* | imposuerint *M altero loco*, ἐπέθηκαν *BΣ* (κ.π.) | sibi *om. R* 13 solus *om. BΣ* (κ.π.) 14 inter] in $R^a$ 15 liberos $M^a$ 16 habet *R* 17 ususfructuarium *R* 18 ususfructuarium $R^a$ 19 enim $M^a$ 20 ususfr. *R* 21 sequantur *R* | ususfr. *R* 22 libertatem ... modo ut *om. C* | usu fructu] $M^a$, usu fructum *C*, usus fructus $RM^b$: ἵνα παραχωρήσῃ τὸν οὐσούφρουκτον *BΣ* (κ.π.) 23 et] ut *R*, καὶ *BΣ* (κ.π.) 24 dominus $M^a$ | ususfructuarius *RM* 25 liberauit $CM^a$ | libertatem *CR* 26 suo] seruo $R^a$ | non *om.* $M^a$ | inponitur *R*, ἐπιτεθῇ *BΣ* (κ.π.) | ususfructuarius *CR* 27 proprietario *C* | quidam $M^a$ | ei ministeria *RM contra BΣ* (κ.π.) 29 domino] dnūo $R^a$ 30 domio $R^a$ | haec *om. R contra BΣ* (κ.π.) | separatione $R^a$ 33 parentibus liceat *R contra BΣ* (κ.π.) | filiis *bis* $R^a$ 34 emacipatis *R* | seruus *R*

producant siue apud iudicem siue in sacris ecclesiis siue secundum alium quem mandator uoluerit legitimum modum. cum enim et in successionibus et in aliis paene omnibus nulla est inter liberos discretio, oportet hoc obseruari et in praesenti casu maxime pro libertate, quam et fouere et tueri Romanis legibus et praecipue nostro numini peculiare est. D. XV K. APRIL. LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

2 IDEM A. IVLIANO PP. Si quis seruo suo libertatem imponat siue in ecclesia [B 48, 19, 2] siue ad qualecumque tribunal uel apud eum, qui libertatem imponere legibus habet licentiam, siue in testamento uel alio ultimo elogio directam uel fideicommissariam, nullo coartetur modo eorum qui ad libertatem ueniunt aetatem requirere. neque enim eum tantummodo ciuitatem Romanam adipisci uolumus, qui maior triginta annis extitit, sed quemadmodum in ecclesiasticis libertatibus non est huiusmodi aetatis differentia, ita in omnibus libertatibus, quae a dominis imponuntur siue in extremis dispositionibus siue per iudices uel alio legitimo modo, hoc obseruari sancimus, ut sint omnes ciues Romani constituti: ampliandam enim magis ciuitatem nostram quam minuendam esse censemus. D. K. AVG. LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

3 IDEM A. IOHANNI PP. Si quis sine uxore constitutus ancillam suam nomine [B 48, 19, 3] habeat concubinae et in eadem usque ad mortem consuetudine permanserit et forsitan liberos ex ea sustulerit, sancimus omnimodo non concedi heredibus defuncti eandem uel liberos eius, si etiam liberos habuerit, in seruitutem deducere, sed post mortem domini sub certo modo eripiatur in libertatem una cum subole sua, si etiam eam forsitan habuerit.
1 Ipsi etenim domino, dum superest, damus licentiam quomodo uoluerit uti tam ancilla sua quam etiam ex ea progenita subole et in suo ultimo elogio quidquid uoluerit contra eos disponere, id est siue quasi seruos eos aliis legare siue in seruitute heredum nominatim relinquere. sin autem taciturnitate eos praeterierit, tunc post mortem eius ad libertatem
2 eripiantur, ut sit domini mors libertatis eorum exordium. *Om*nibus etenim uxores habentibus concubinas uel liberas uel ancillas habere nec antiqua iura nec nostra concedunt. D. K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

# XVI

## R DE LIBERALI CAVSA R

1 IMP. ANTONINVS A. SATVRNINAE. Rem quidem illicitam et inhonestam [B 48, 20, 1] admisisse confiteris, quia proponis filios ingenuos a te uenumdatos. sed quia factum tuum filiis obesse non debet, adi competentem iudicem, si uis, ut causa agatur secundum ordinem iuris. PP. V ID. FEBR.

*$A^{ul}$* (16 R) *P* (15, 3. 16, 1 R) *L* (15, 3. 16 R 1) *CRM*

---

1 produducant *R* 2 et *om. RM contra BΣ* (κ.π.) | successionibus] seessoribus *$M^a$* 3 discreptio *$M^a$*, *om. $R^a$* 4 et fouere] ex fauore *$R^a$*, fauore *$M^a$*, καὶ θάλπειν *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Vercell.* 127 *ad* 7, 13, 1 *Paris.* 4534 *ad* 7, 13, 1 *Russardus: in M extat* data 5 april.] iul. *Verc. Par.* | oreste] horgst. *Par.* | uu. cc.] *Par., om. Verc. Russ.* 6 idem a.] impr. iustinianus aa. *S* | libertatem *om. $M^a$* 9 qui *om. $R^a$* 11 ecclesiasticas *$M^a$* | differentia] diffus. *$R^a$* 12 ad hominis *$R^a$* | imponentur *R*, ἐπιτίθενται *BΣ* (κ.π.) 13 legitimo *om. R contra BΣ* (κ.π.) | censimus *R* 14 magis *om. $M^a$ contra BΣ* (κ.π.) | miuendam *$M^a$* | *s. a. Bamberg. I D* 3 *Paris.* 4534 | d.] id. *Par.* | lampadio] iap. *Bamb.* 15 oreste … conss.] hdrst. (horrigt. *Par.*) cc. ss. uu. *Bamb. Par.* 16 idem] impr. iustinianus *SPL* | iohanni] iuliano *S* | constitus *$R^a$* 17 mortem] *PL BΣ* (κ.π.), m. suam *CRM* | consuetudinem *C*, consuedinem *$RM^a$* | manserit *R* 18 liberos] et l. *BΣ* (κ.π.) | ea] a *$L^a$* | susceperit *RM*, ἀναθρέψῃ *BΣ* (κ.π.) | uel *om. $L^a$* 19 post] potest *$R^a$* 20 libertate *$M^a$* 21 ipsis *$R^a$* | enim *R* | uti (ut *$M^a$*?) tam ancilla sua … progenita subole] *CM BΣ* (κ.π.), ut tam ancillam suam … progenitam sobolem *PLR* 22 contra eos] ἐξ αὐτῆς *BΣ* (κ.π.) 23 est siue] est *R contra BΣ* (κ.π.) | seruo eos *$M^a$*, seruus eis *$R^a$* | relegare *$R^a$* 25 sit] si *$R^a$* | hominibus *libri*, πᾶσι *BΣ* (κ.π.) | habentis *$R^a$* 27 *s. a. PL Miraeus* | uu. (iiii *PL*) cc. conss.] IIII *Mir.* 30 honestam *$M^a$* 31 admisisse *om. BΣ* (κ.π.) | confitearis *R* | suum *$L^a$* 32 causam agat *$R^a$ contra BΣ* (κ.π.) 33 uiris *P* | *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *P*

2 IDEM A. VERENIANO. Si hi, quos seruos tuos esse dicis, liberi esse a diuersa parte dicuntur, de statu eorum more solito quaeri oportet: nec enim res iudicata, qua de proprietate eorum pronuntiatum est, opponi causae liberali potest. D. NON. FEBR. ROMAE MESSALA ET SABINO CONSS. [B 48, 20, 2] a. 214

3 IMP. ALEXANDER A. QVIRINO. Si liber homo alienae ancillae contubernium sequatur, licet ei fuerit denuntiatum, ut se abstineret, seruus domini mulieris non fit. PP. NON. FEBR. FVSCO ET DEXTRO CONSS. [B 48, 20, 3] a. 225

4 IDEM A. IVCVNDO. Si is, quem in seruitutem petebas, liber quamuis absente te causa cognita pronuntiatus est, secunda in seruitutem petitio eius dari tibi non debet. sed si, posteaquam cognouisti de sententia iudicis, appellasti, an iure lata sit, in auditorio quaeretur. [B 48, 20, 4]

5 IDEM A. SABINO. Non ideo minus in libertatem proclamare potest ea, quam [B 48, 20, 5]
1 ancillam tuam esse dicis, quia eam uendente fisco comparasti. Sed nec hoc ad praescriptionem operatur, quod uenditionis tempore maior uiginti annis fuit, cum aetatis adlegatio non alias possit praescriptionem aduersus ciuem Romanum accommodare, quam
2 si participandi pretii gratia consensum seruituti dedisse probetur. Probationis sane onus, cum ex seruitute in libertatem adseritur, ad se[1] recipit. qui si adfirmationem suam non impleat, inconcussum possessionis ius obtinebis.

6 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS NOBILISSIMVS CAESAR VAVSVMETIO. Nec si uolens scripsisses seruum te esse, non liberum, praeiudicium iuri tuo aliquid comparasses: quanto nunc magis, cum eam scripturam dare compulsum te esse testaris? P. [B 48, 20, 6]

7 IMP. AVRELIANVS A. SECVNDO. Si ab eo cuius seruus fuisti manumissus es, frustra libertatis controuersiam sustines, maxime ab herede eius qui manumisit, cum, etsi iure libertas non processit, respectu tamen aditae hereditatis uoluntatem defuncti suo consensu firmare debuit. [B 48, 20, 7]

8 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. VENERIAE. Cum adfirmes placuisse quondam domino tuo, ut pro te et filia tua dato nummo certae quantitatis uos manumitteret, et te tantummodo liberauit, aditus rector prouinciae hortabitur eum salua reuerentia, quam patrono liberti solent exhibere, placito suo stare. PP. PRID. . . . SEPT. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. [B 48, 20, 8] a. 286

9 IDEM AA. ET CC. PROCVLO. Cum precum tuarum conceptio, licet eum contra quem supplicas ex ancilla natum esse expresserit, tamen nomini cognomen, quo [B 48, 20, 9]

$A^{ui}$ (16, 3) *P* (16, 2. 3. 6. 8) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *idem Graeci* (*u. i.*): *pro* ad se *fuerit* adsertor in se, *adsertorem expulerint Iustiniani propter* 7, 17, 1

1 idem] imp. ant. *PL* | uereniano] *S*, uerreniano *PL*, uerriano *C*, ueroniano *RM* | hii $RM^b$ | a diuersa] *RM*, aduersa *PLC*, ἐκ τοῦ ἐναντίου *BΣ* (*κ.π.*) 2 patre $P^a$ | dicantur *R* | enim *om. PL contra BΣ* (*κ.π.*) 3 *s. a. PL Miraeus* 4 sabino] gū. *PL* 5 contub.] in c. $R^a$ 6 consequatur *R* | fierit $M^a$ | abstineat *PL*, ἀπόσχηται *B* | mulieri $A^l$ | fit] *AC*, fiet *PL*, sit *RM*, γίνεται *B* 7 *s. a. APL Miraeus* | pp.] p. *PL* 8 seruitute *R* 9 causa *om.* $M^a$ | pronuntiatum $R^a$ | seruitute *R* 10 lata] appellata $R^a$ | sentia $M^a$ 12 libertate *M* 13 quia] *C*, qui $M^a$, quod $RM^b$, ἐπειδή *BΣ* (*κ.π.*) 15 praescriptiones *R contra BΣ* (*κ.π.*) | romanam $C^a$ 16 dedisse probetur] $M^b$ *cum BΣ* (*κ.π.*) δεδωκέναι ἀποδειχθῇ, probetur $M^a$, probetur dedisse *R*, probetur adcommodasse *C* 17 ex] *e $R^a$ | libertate *RM* | ad se recipit qui] *C cum BΣ* (*κ.π.*): εἰς ἑαυτὸν ἀναδέξηται· ὅστις, ad se rec. quae *RM* 18 optinebit $R^aM^a$ 19 imp. *P* | ualerius *M* | et gall. aa. (a. *PL*) et ual. (ualerius *PL*) nobil. (nou. *PL*, nob' *C*) c. (c. *om. C*)] gal. et ual. aaa. nouies pc. *S*, et gallius aa. *M* 20 uausumetio] *PL*, uausumeno *S*, uarsumetio *CR*, *om. M* 21 iuri] uiri *C* | eas scriptura (—ras $R^b$) *R contra BΣ* (*κ.π.*) 22 *s. a. PL* 23 aurelius *R* | secundus *M* 24 hede $M^a$ 27 aa.] aa. et cc. *RM* | uereniae *CRM* | adfimaes $M^a$ 28 dominio $R^a$ | ut] et *PL*, ἵνα *BΣ* (*κ.π.*) | dato] donato *C*, δοθέντος *BΣ* (*κ.π.*) | uos] ut uos *L*, ὑμᾶς *BΣ* (*κ.π.*) | manumittae *uel* manumittaere $P^a$ 30 patrono] τοῖς πάτρωσιν *BΣ* (*κ.π.*) | solent] *CM cum BΣ* (*κ.π.*) εἰώθασι, debent $PLR^b$, debet $R^a$ | excipere $R^a$ | placitos uos stare $L^a$ | *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *PL*, dat. *Mir.* | sept. *om. L Mir.* 31 maximo … conss.] ii et a quibus conss. *PL* 32 aa.] a. *C* | et cc. *om. CM* | proculo *om. S* | pretium $M^a$ 33 nomini] si n. *C*

liberi dumtaxat nuncupantur, addiderit et non seruum esse, sed seruili macula adspersum comprehenderit, contra eum qui seruus non est supplicasse te intellegitur. a. 293

10 Idem AA. et CC. Stratio. Liberos priuatis pactis uel actus quacumque [B 48, 20, 10 administr*ati* ratione non posse mutata condicione seruos fieri certi iuris est. D. iiii non. a. 293

11 Idem AA. et CC. Fausτino. Non mutant serui statum, si ad ciuiles [B 48, 20, 11 honores illicite atque improbe adspirauerint. unde si status moueatur quaestio, intellegere uobis licet nihil prodesse posse, quod pater uester honores ciuiles gessit. sollemnibus itaque ordinatis apud praesidem prouinciae de statu uestro cognoscetur. a. 293

12 Idem AA. et CC. Secundo. Si liberum te natum aliquis comparauit, [B 48, 20, 12 statum retines, quem antea habuisti. si uero ex ancilla editum naturalis pater idemque dominus distraxit ac post emptori pretium soluisti, non idcirco libertatem consecutus es. PP. xviii k. Mai. *AA. conss.* a. 293

13 Idem AA. et CC. Antistiae. Principaliter de statu defuncti agi non [B 48, 20, 13 potest. si uero ex peculio quondam eius, quem *tibi* bona reliquisse commemoras, res uindicentur uel eius filiis moueatur status quaestio, haec omnia sollemniter praesidali notione decidi debent. D. v k. Mai. AA. conss. a. 293

14 Idem AA. et CC. Quintianae. Lite ordinata in possessione libertatis [B 48, 20, 14 is, de cuius libertate quaeritur, constituitur et interim pro libero habetur. D. iiii k. Mai. Heracleae AA. conss. a. 293

15 Idem AA. et CC. Palladio. Nec omissa professio probationem generis [B 48, 20, 15 excludit nec falsa simulata ueritatem minuit. cum itaque ad examinationem ueri omnis iure prodita debeat admitti probatio, aditus praeses prouinciae sollemnibus ordinatis, prout iuris ratio patitur, causam liberalem inter uos decidi prouidebit. a. 293

16 Idem AA. et CC. Diogeniae. Si ministerium quasi libera exhibuisti ac [B 48, 20, 16 te nesciente quasi ancilla in dotem data conscriptum instrumentum est, nihil haec libertati tuae nocere potuerunt, maxime cum te minorem aetate fuisse commemores et placuerit minores uiginti annis nulla ratione mutare statum ac pro liberis seruos fieri, ne ante libertatem inconsulte amittant, quam aliis propter aetatis rationem sine consilio praestare non[1] possunt. PP. vi id. Mai. Hadrianopoli AA. conss. a. 293

17 Idem AA. et CC. Regino. Multis rationibus, natalibus ingenuis fratribus [B 48, 20, 17 natis, post delictis uel casibus interuenientibus singulorum causae status separantur.
1 Nihil itaque prohibet eundem et tibi non mouere quaestionem et eos, quos fratres tuos

*P* (16, 10. 12. 14...16. 17) *L* (*ut P*) *CR M* (*om. u.* 23 inter uos ... *c.* 21 *fin.*)

---

[1] non *tuetur BΣ* (κ.π.), *delet Mommsen*

---

1 nuncupatur *R* | sed *om.* $R^a$ 2 supplica $R^a$ 3 stratio] *PL,* statio *S,* stratio et aliis *C,* statonio *R,* stratonio *M* | actus quacumque administrati ratione] *scripsi ad BΣ* (κ.π.) τῆς πράξεως ἥντινα ἐδιοίκησαν λογισμῷ *et BΣ* (*Thal.*) οὕτως σύνταξον· uel ratione actus καὶ τὰ λοιπὰ διὰ μέσου, actus (actis *C*) quacumque administratione *CM,* actu quocumque (quac. $P^a$?) administrationis (—stratioonis *R*) *PLR* 4 *s. a. PL* 5 serui] honores serui *BΣ Latine, sed contra BΣ* (κ.π.), *quamquam in hoc quoque* serui *pro genetiuo explicatur:* οὐκ ἐναλλάσσουσι τὴν τοῦ δούλου κατάστασιν | si] sed $R^a$ 7 prodesse posse] *CM,* posse *om. R,* δύνασθαι συμβάλλεσθαι *BΣ* (κ.π.) 9 secundino *C* | liber $P^b$, **ber $P^a$, libera $LR^bM^b$, liber* $R^a$, ἐλεύθερον *BΣ* (κ.π.) 10 ante $CM^a$, ante ea *R,* ante hec $M^b$, πρότερον *BΣ* (κ.π.) | habuisti *om.* $R^a$ | sin $PM^b$ 11 est *R* 12 *s. a PL Miraeus* | pp.] p. *PL* | aa. conss. *om. PL Mir.* 13 antistiano *R* 14 ex pec.] expectaculio $P^a$ | quodam $M^a$ | tibi] *BΣ* (κ.π.), tu *CRM* | commemorans $M^a$ | uindicetur $M^a$ 15 questio status *R:* περὶ καταστάσεως κινεῖται ζήτησις *BΣ* (κ.π.) | praesidales notiones didicere (dicidere $P^cL^v$) *PL,* presidali natione decidi $M^a$ 16 *s. a. PL Miraeus* | aa. conss. *om. L Mir.* 17 hordinate $R^a$ 18 libere $M^a$ | *s. a. PL Miraeus* 19 herac. (haerec. *P*) a. conss. *PL* 21 simul. uerit. *om.* $M^a$ 25 datam *R* | haec nihil *PLR,* οὐδὲν ταῦτα *BΣ* (κ.π.) 26 commemoras *C* 27 pro *om.* $R^a$ | ne ... 28 amittant] *W cum BΣ* (κ.π.) τινων (*leg.* ἵνα) μὴ ... ἀπόλωσιν, nec (ne $CR^b$) ... amittunt (adm. *R*) *PLCR* | antea *R* 28 quam] q. libertatem *R* | alii *PLR contra BΣ* (κ.π.) | ratione *R* 29 *s. a. PL Miraeus* | adrian. a. cons. *PL Mir.* 30 idem ... cc. *om. S* | region *R* | patribus (papatribus $P^a$, a patribus $L^a$) $P^tL^t$, τῶν ἀδελφῶν *BΣ* (κ.π.) 31 separentur *R* 32 frater tuus $R^a$

adseueras, in seruitutem uindicare siue retinere. Igitur ad demonstrandam fratrum tuorum libertatem aliae sunt probationes necessariae: nam quod tibi non mouetur quaestio libertatis, eorum non idoneam constat habere probationem. S. x k. Ivn. AA. conss. a. 293

18 Idem AA. et CC. Zotico. Ad probationem ingenuitatis ab eo, contra [B 48, 20, 18] cuius successores postulas, facta tibi locatio non sufficit, nec tamen hoc solum ad seruitutis uinculum argumentum est idoneum. S. id. Ivl. Philippopoli AA. conss. a. 293

19 Idem AA. et CC. Pavlo. Principaliter causam eius de quo supplicas [B 48, 20, 19] esse quam tuam perspicimus. nam cum te eum ad libertatem produxisse profitearis, illius interest magis sollemniter suum tueri statum et consequenter tua etiam agetur causa: nam si ab eo, contra quem fundis preces, seruus dicatur eique libertas ex manumissione tua uindicetur, probatio seruitutis originis et beneficium[1] manumissionis libertatem illi adsignans tuum etiam ius patronatus tuetur. si uero consentiat seruituti, tunc iure concesso adito praeside prouinciae eum inuitum etiam defendere poteris. a. 293

20 Idem AA. et CC. Aeternali. Sicut semel praestitam libertatem reuocari [B 48, 20, 20] non licet, sic per ea, quae non manumittendi causa domini cum seruis propriis agunt, nihil sibi detrahunt. S. vi k. Sept. AA. conss. a. 293

21 Idem AA. et CC. Thallvsae. Eam, quae in possessione libertatis non sine [B 48, 20, 21] dolo malo reperitur, in seruitutem constitutae simile habere praeiudicium edicto perpetuo 'si controuersia erit, utrum ex seruitute in libertatem petatur an ex libertate in seruitutem' sui conceptione manifeste probatur, nec quicquam ancillae dolus proprii iuris dominis aufert. S. non. Oct. Sirmi AA. conss. a. 293

22 Idem AA. et CC. Pardaleae. Parentes natales, non confessio adsignat. [B 48, 20, 22] quapropter si ex ancilla nata post ad libertatem manumissa peruenisti, te uelut ex altera natam ancilla seruam professa quaesitam manumissione libertatem huiusmodi simulatione uel errore amittere minime potuisti, cum serui nascantur ratione certa, non confessione constituantur. D. v k. Dec. AA. conss. a. 293

23 Idem AA. et CC. Mvsciae. Si tibi testamento directa libertas a domino [B 48, 20, 23] relicta est et ex eo successerunt scriptae *filiae*, non idcirco, quod secundum eius uoluntatem uel contra de filiis uni praestas obsequium, ceterae filiae tuam rescindere possunt libertatem. a. 293

24 [2]Idem AA. et CC. Sebastiano. Interrogatam et professam apud acta se [B 48, 20, 24] esse ancillam huiusmodi factum defensionem[3] libertatis non excludit. S. iiii k. Ian. AA. conss. a. 293

25 Idem AA. et CC. Licentiano. Sicut praetermissa instrumenta manu- [B 48, 20, 25] missionis recte factae nullum adferunt praestitae libertati uitium, ita si seruum ad liber-

*P* (*c.* 17. 18. 20...22. 24) *L* (*ut P*) *CR* (*transponit c.* 23. 22) *M* (*om. c.* 18...21)

---

[1] *idem BΣ* (*κ.π.*): probatio originis et (*deletis* seruitutis *et* beneficium: *Mommsen*)? [2] *iunge Consult.* 4, 9 [3] defensione?

---

1 uendere *PL* 2 moueatur *C* 3 eorum *om. BΣ* (*κ.π.*) | idonea *L* | *s. a. PL* 4 ab *om. R*[a] 6 *s. a. PL Miraeus* | philip. p. (p. *om. L*) a. conss. *PL*, philippo. a. cons. *Mir.* 8 fateris *R* 9 ageretur *C*, κινηθήσεται *BΣ* (*κ.π.*) 10 fundis *om. R*[a] 11 manumissionis beneficium (bbenef. *R*[a]) *R contra BΣ* (*κ.π.*) 12 tueatur *R*, ἀσφαλίζεται *BΣ* (*κ.π.*) | consentiant *C*, consentia** *R*[a], συντίθεται *BΣ* (*κ.π.*) | iure] *R BΣ*, in re *C* | successo *R*[a] 13 praesidem *R*[a] 15 propriis] *C cum BΣ* (*κ.π.*), *om. PLR* 16 *s. a. PL Miraeus* 17 thalusae *PLC*, thalasse *S*, thalusie *R* | eam] nam *R*[a] | possessionem *C* 18 perpetuo] *P*[a] *cum BΣ* (*κ.π.*), perp. cauetur *P*[b]*LCR* 19 libertate *L* 20 conceptionem *P*[a]*R* | nec] ne *PL*, καὶ οὐδέ *BΣ* (*κ.π.*) | proprii iuris] *R cum BΣ* (*κ.π.*) τοῦ ἰδικοῦ δικαίου, proprii *L*[t], iuris proprii *P*[t], iuris (iuris *om. L*) propriis *P*[r]*L*[r]*C* 21 dominium *P*[t]*L*[t] *contra BΣ* (*κ.π.*) | aufer**(et?) *R*[a] | *s. a. PL Miraeus* 22 pardalie *R* | natalis *LR*[a], τὰ γενέθλια *BΣ* (*κ.π.*) | assigat *M*[a] 23 peruenistis *R* 24 natam] natura *P* | ancillam *R* | quaesita *PLCR*[a]*?M*[a]*?*, κτηθεῖσαν *BΣ* (*κ.π.*) 25 admittere *R* 26 constituatur *R* | *s. a. PL Miraeus* 27 et cc. *om. R* | musie *R* 28 filiae] *BΣ* (*κ.π.*): αἱ γεγραμμέναι θυγατέρες, *om. CRM: filie interpretationis gratia adscriptum in M* | quod *om. R*[a] 32 esse *om. C* | defensionis *L*[a] | *s. a. PL: in Consult. est* pp. iiii k. ian. isdem conss. 34 instrum. praeterm. *CM contra BΣ* (*κ.π.*)

tatem produxisti, instrumentorum amissio nihil ei nocere potest. S. V ID. FEBR. CC. CONSS. a. 294

26 IDEM AA. ET CC. MOLENTO. Sicut datam libertatem manumissis adimere patronus non potest, ita manumissionis instrumentum praestare cogitur. S. VII ID. MART. CC. CONSS. [B 48, 20, 26] a. 294

27 [1]IDEM AA. ET CC. *AVRELIO* ASTERIO. Arrianus si mota quaestione a Leonide liber fuit pronuntiatus, in seruitutem a uicto iterum non recte petitus est. [B 48, 20, 27]
1 Coheres etiam tibi ab Arriano datus colludens cum eo siue heredibus ipsius, qui status mouerat quaestionem, nihil tibi obfuit, nec quae in confessionem inter eos uenerunt, statum ueritatis uel nomen substantiae defuncti mutare potuerunt. D. III K. APRIL. SIRMIO CC. CONSS. a. 294

28 IDEM AA. ET CC. EVRYMEDONTI. Aui paterni magistratu functi dignitas ad libertatis probationem nihil nepoti prodest, si quidem in liberali causa matris, non patris inspiciatur condicio. sed nec materni aui sola sufficit, cum, licet auia quoque libera probari possit, multis tamen ex causis status mutari consueuerit. SIRMI IIII ID. APRIL. AA. CONSS. [B 48, 20, 28] a. 294

29 IDEM AA. ET CC. TROILAE. De ancilla matre natam et ab eo redemptam, in cuius fuit contubernio, si non manumittitur, in seruitute permanere non ambigitur. a. 294

30 IDEM AA. ET CC. EVTYCHIO. Solo obsequii non praestiti uelamento data libertas rescindi non potest. [B 48, 20, 29] a. 294

31 IDEM AA. ET CC. CORSIANAE. Si tibi seruitutis improbe moueatur quaestio, sollemnibus ordinatis de calumnia uel iniuria, prout uindictae uiam elegeris, habita contestatione, posteaquam seruus non esse fueris pronuntiatus, aduersus eam sententiam postulare potes, tunc demum de his etiam quae direpta probaueris restitutionem, cum pro libertate fuerit pronuntiatum, petiturus. S. V ID. OCT. CC. CONSS. [B 48, 20, 30] a. 294

32 IDEM AA. ET CC. ATHENAIDI. Subscriptio filii domini manumittentis nec addere secuta nec omissa detrahere libertati quicquam potest. D. NON. NOV. CC. CONSS. [B 48, 20, 31] a. 294

33 IDEM AA. ET CC. MELITIANAE. Licet accepta pecunia dominus te manumisit, tamen tributa libertas rescindi non potuit. S. IIII ID. NOV. CC. CONSS. [B 48, 20, 32] a. 294

34 IDEM AA. ET CC. HERMIONAE. Libera concubinatus ratione non constituitur ancilla. D. ID. NOV. CC. CONSS. [B 48, 20, 33] a. 294

35 IDEM AA. ET CC. ATELLIO. Non idcirco minus, quod pupilli res uelut tutor administrasse dicitur, ex eius persona seruitutis pati quaestionem potest. SIRMI[2] NON. DEC. CC. CONSS. [B 48, 20, 34] a. 294

36 IDEM AA. ET CC. THEODORAE. Post certi temporis ministerium ancillae liberam eam esse cum ea paciscendo conuentionis obtemperandi legi domina nullam habet [B 48, 20, 35]

*P* (*c.* 26. 29...34) *L* (*ut P*) *C* (*transponit c.* 37. 38. 36) *R* (*u.* 7 leonide ... 12 magistratu *om.* $R^a$) *M*

---

[1] *iunge* 3, 31, 8. 6, 59, 4 *Consult.* 6, 18 [2] Sirmi] S. (*cf.* 7, 56, 4)?

---

1 instr. amissio] ** amisso $R^a$ | nocere potest] nocere $M^a$, ἀντίκειται *BΣ* (κ.π.) | *s. a. PL Miraeus* 3 molento] *SRM*, modesto *PL*, molesto *C* | manumissis] patronis manum. $L^a$ 4 *s. a. PL* 6 et cc. *om. M* | aurelio] *Consult., om. libri* | aristerio *R* | si *om.* $R^b$, *inc.* $R^a$ 7 uito $M^a$ 8 heredes $M^a$, herede $M^b$, τῶν κληρονόμων *BΣ* (κ.π.) 9 quastionem $M^a$ | nec] ne $M^a$ | uenerint *M* 10 *s. a. loci iungendi* | III k.] non. 6, 59, 4 12 eurumeadonti *C*, heromedotio *S*, euromodenti *M*, *deficit R* (*u. s.*) | magistratus $CM^a$, *deficit* $R^a$: τῇ ἀρχῇ λειτουργήσαντος *BΣ* (κ.π.) | defuncti $R^a$ 14 inspicitur *M* | sed nec *om.* $R^a$ | aui *om.* $R^a$ | abauia $M^a$ | quoque *om.* $R^a$ 15 consuerit $M^a$ | *s. a. Russardus* | sirmi *fortasse natum est ex* s., *cf.* 7, 56, 4 17 trophile *S* | nata ... redempta *R* 18 seruitutem *RM* 19 et cc. *om. PL* | euticio *S*, etichio $P^a$, eutihio *R* | dolo $P^a$ | uelamenti $M^a$ 21 corsine $PL^bRM^b$ 22 ordinatis *om.* $R^a$ | de] ad $M^a$ | elegeres *L* 23 pronuntiatum $P^a$ | aduersus] aduer $L^a$ 24 potest $P^aR^a$ | demum *bis* $L^a$ 25 pro *om.* $R^a$ | libertatem $P^a$ | *s. a. PL Miraeus* 26 ascenaidi *M* | nec] ned $P^a$? 27 addere] ad herede $PL^a$ | *s. a. PL* 28 meltiade (milt. *Heimbach*) *S*, militiane *PL*, melitine *R* | dominus *om. L* 29 potest *R* | *s. a. PL Miraeus* 30 hermionae] *M*, hermine *S*, hermoniae *PLR*, hermioni *C* | concubitnatus *uel* concubitus natus $P^a$, contubinatus $L^a$ 31 *s. a. PL Miraeus* | d. *om. PL* 33 ex] res $R^a$ | questione *R* | *s. a. Russardus* 35 ancilla $R^a$ 36 cum ea *om.* $M^a$ | dominia $R^a$ | habeant $R^a$, habeat $R^b$

necessitatem. utque hoc uerum est, ita e contrario si filios suos constituta cum his libera in ministerium tibi tradere promisisse probetur, parere placitis non compellitur. a. 294

37 Idem AA. et CC. Olympio. Si filium tuum liberum genero uendidisti, qui [B 48, 20, 36] tam proxima necessitudine coniunctus condicionis ignorantiam simulare non potest, utrisque sociis criminis accusator deest. a. 294

38 Idem AA. et CC. Philoserapi. Non idcirco minus, quod te limenarcha [B 48, 20, 37] creato nemo contradixit, rei publicae nomine moueri tibi status quaestio potest. D. xvi k. Ian. Nicomediae CC. conss. a. 294

39 Idem AA. et CC. Evtychio. Liberos uelut seruos profitentes statum [B 48, 20, 38] eorum mutare non posse constat. S. vii k. Ian. Sirmi CC. conss. a. 294

40 Exemplvm sacrarvm litterarvm ad Verinvm. Iuxta edicti nostri conti- [B 48, 20, 39] nentiam in liberalibus quoque negotiis, siue de libertinitate siue de ingenuitate mouentur, absente nihilo minus una parte causam discuti et pro iustitiae ratione sententiam proferri nihil prohibet.

41 Impp. Constantinvs et Licinivs AA. ad Titianvm praesidem Cappa- [B 48, 20, 40] dociae. Iubemus omnes epistulas actricis, quas ad Aelium tamquam principalem fecerat, inanes et uacuas esse atque in irritum deuocari ac de ingenuitate eiusdem Aelii requiri nec mulieri id obesse, quod ad eum tamquam decurionem ac principalem scripserit, uel id, quod idem se finxerit decurionem uel principalem, maxime cum non solum testium professione et cognationis eius, quae iugum seruile *a*gnosci*t*, uerum etiam uoce propria eiusdem Aelii apud aliud iudicium patuerat, quod condicionis seruilis uideretur.

42 Imp. Constantinvs A. ad Maximvm pv. Placuit eos qui [Th. 4, 8, 4 B 48, 20, 41] nascuntur matrum condicionibus[1] uti, quarum mox uisceribus exponuntur. ante litem uero nati suo omnes nomine in quaestionem uocentur, quoniam hos solos, qui in lite nati erunt, omnem fortunam matrum complecti oportet et aut iustis tradi dominis aut libertate cum lucis auctoribus frui. D. prid. id. Ivn. Sirmio Probiano et Ivliano conss. a. 322

# XVII

## ℞ DE ADSERTIONE TOLLENDA ℞

1 Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Lites super seruili condicione mouendas [B 48, 21, 1] ad clementiorem tam examinationem quam terminum transferimus iubentes, si quis uel adhuc seruiens liberum se esse dixerit uel in libertate commorans ad seruitutem uocatus

*S* (16, 38) *P* (16, 39. 17 [℞ *p*] 1. 2. 16, 42) *L* (16, 39. 17 ℞. 16, 42. 17, 1) *C* (*cf. p.* 651) *RM*

[1] et iure *ins. Th. contra B*Σ (κ.π.)

1 necessitudine (—nem $M^b$) *M* | si *om.* $R^a$ | libera in] liberam $R^a$, libera $R^b$ 2 ministerio *RM*, εἰς ὑπηρεσίαν *B*Σ (κ.π.) | promisse $R^a$ | parare $R^a$ 4 necessitudinem *R* | condictioni $M^a$ | utriusque *C*$R^a$?, ἑκατέροις *B*Σ (κ.π.) 6 philoseraphi *M*, fiseraphi *R* | quod minus *S* | limenacha $R^a$ 7 rei] rea *S* | mouere $R^a$ | potest] *RM cum B*Σ (κ.π.), *om. SC, cf. ad u.* 9 | *s. a. S Russardus* | d. xvi] pp. x *S* 8 nicomed.] nic. *Russ.*, nicaea *S* 9 etichiae *PL*, eutitio *M*, potestuticio *R* (potest *uenit ex u.* 7) 10 *s. a. PL Miraeus* 11 exemplum] explicit *S* | uerianum *S*, *deficit* $M^a$ 12 genuitate $M^a$ | mouetur $RM^b$ 13 causa $M^a$ | pro i. r. sent. *om. C* | sententia $M^a$ 14 nihil *om. R* 15 imp. *R* | ad titianum] atitium *M: cf.* 12, 50, 1 *a.* 316 16 epistolam $R^a$ 17 ac] qua et *C*, καί *B*Σ (κ.π.) 18 id] ibd $R^a$ 19 id *om. R contra B*Σ (κ.π.) | se *om.* $R^a$ | finxerint *CM*, ἐπλάσατο *B*Σ (κ.π.) 20 cognitionis *C*, *inc.* $M^a$, συγγενείας *B*Σ (κ.π.) | eius quae i. s. agnoscit] *scripsi cum B*Σ (κ.π.): αὐτοῦ εἴ τις τὸν ζυγὸν τὸν δουλικὸν ἐπιγινώσκει, eiusque (eiu*** $M^a$, eius $RM^b$) … cognoscitur *CRM* 21 seruiles $M^a$ 22 a.] et licinius aa. *S*, *ex c.* 41 *uidelicet, cum alioquin scriberetur* idem AA. *uixque ulla Constantini constitutio Licinium nominet*, *cf.* 3, 1, 8. 7, 22, 3 | pu.] *PLR*, pp. *SCM* 24 omni $R^a$ | questione *R* | litem *PLR* 25 omnem] in omnem *Th.*, οἵαν *B*Σ (κ.π.) | completi $PL^a$ | et *om.* $P^aM$ | libertate *om.* $R^a$ 26 frui cum l. auct. *Th. contra B*Σ (κ.π.) | *s. a. Th. PL Miraeus* | iun. sirmio] iul. *PL Mir.* | probiano … conss. *om. L Mir.* | probo *P* | conss. *om. P* 29 iustin.] gallienus aa. iustiniani *R* | lite *L* | seruili] uirili $R^a$ 31 adhac $M^a$ | seruens $M^a$ | commemorans $R^a$

fuerit, adsertoris difficultatem in utroque casu cessare ipsumque per se ad intentiones eius
qui dominum sese adserit respondere et, si ex possessione libertatis ad seruitutem ducitur,
etiam procuratorem dare minime prohiberi, quod his, qui ex seruitute ad libertatem prosi-
luerint, penitus interdicimus: illis legibus, quae dudum et secunda et tertia uice adsertorias
lites examinari praecipiebant, in posterum conquiescentibus, cum sit iustum primam defini-
tionem in suis manere uiribus, cum prouocatio nulla oblata fuerit: qua porrecta, ad
similitudinem aliorum negotiorum iudex, ad quem res ex prouocatione ducitur, eam exami-
nabit, cuius et ipsius iudicium ad secundam exquisitionem minime deducetur occasione
1 legum, quae super adsertoriis litibus positae sunt. Super peculio etiam eorum uel aliis
rebus aut causis ueterem defensoris obseruationem tollimus, praecipientes illorum tantum-
modo peculia, qui ex possessione seruitutis super libera condicione litigant, aliasque res
2 quae uindicantur in tuto pro dispositione iudicis collocari. Omnes uero, qui pro libertate
periclitantur, si quidem possint fideiussorem dare, eum exigi: sin uero re uera datio eius
impossibilis eis sit hocque iudici manifeste ostendatur, iuratoriae cautioni committi: scientes
quod, si post huiusmodi expositionem afuerint et edictis citati in absentia nihilo minus per
unum annum durauerint, omnimodo seruituti obnoxii erunt et eius dominio, qui litem eis
3 intulit, sine ulla dubitatione adsignabuntur. Scire uero eos uolumus, qui aliquem ad serui-
tutem uocant, quod, si post primam accusationem in quocumque iudicio uel ex diuali
iussione factam et admonitionem ei oblatam, qui seruus esse dicitur, in alio iudicio eum
accusauerint (praeterquam si eius occasionem ipse qui seruus esse dicitur praestiterit), etsi
domini sint, suo iure priuabuntur. D. III ID. DEC. DN. *IVSTINIANO PP. A. II CONS.* a. 528

2 IDEM A. IOHANNI PP. Expeditam antea quaestionem, in praesenti autem ex [B 48, 21, 2]
nostra lege, quam de adsertione tollenda posuimus, in quandam difficultatem incidere peri-
1 clitantem, compendioso remedio fulciendam esse censemus. Cum enim per adsertores
super libertate iudicium agitabatur, si in medio adsertore litem agente adsertus ab hac
luce fuerit subtractus, necessitas imponebatur nihilo minus adsertori litem implere, ut
emptor, si uictus erat et pro libertate fuerat pronuntiatum, habeat regressum aduersus
uenditorem, ut ei quasi liberae personae uenditor reddat id, quod emptionali instrumento
2 continebatur uel natura contractus exigebat. In praesenti autem, quia adsertorum uana
nomina reiecta sunt, si persona, pro cuius condicione lis agitur, mortua fuerit, quem-
3 admodum iudicium potest adimpleri una tantummodo persona in iudicium ueniente? Sanci-
mus itaque in praesenti casu licentiam esse emptori aduersus suum auctorem uenire,
quatenus uel ostendat uenditor seruum se uendidisse uel, si non potuerit, quasi libera
persona uendita euictionis periculum ad eum reuertatur. D. K. SEPT.[1] a. 531

*PLCRM*

---

[1] Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestis uu. cc. *suppl.* (*Buchholtz*)

---

1 assertores $L^a$ | casu *om.* *BΣ* (κ.π.) | que per se] querere et $P^t L^t$ | intentionem $P^t LR$, τὰς ἐναγωγάς *BΣ* (κ.π.) 2 sese] esse $M^a$ | ducetur $L^a$ 3 seruitutem $P^a$ 4 et (et *om.* *PL*) sec. et tert.] καὶ ἐν τῇ τρίτῃ καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ *BΣ* (κ.π.), *sed* δεύτερον καὶ τρίτον *BΣ* (*adnot.*) 5 praecipiebant] petierant $R^a$ | prima difinitione *R* 7 eum $R^a$ 8 secundum $L^a$ | deducitur $RM^b$ 10 causis] seruorum *BΣ* (κ.π.): πρὸς τούτοις περὶ τοῦ πεκουλίου ἐκείνων ἢ τῶν ἄλλων πραγμάτων ἢ τῶν δούλων, *nisi forte scr.* ἢ αἰτιῶν | ueterem defensoris (defensionis $L^r CM^a$)] τοῦ παλαιοῦ δεφένσορος *BΣ* (κ.π.) 12 pro *om.* $L^a$ 14 imp. eis] imposs. eius *L*, imposs. ei *R*, imp. ei reuera *M*, αὐτοῖς ἀδύνατος *BΣ* (κ.π.) | iudici] in iuditio (iudit. $M^a$) *M* | ostenditur *M* | scientes … 15 citati *om.* $L^a$ 15 absientia $P^a$ | per unum annum nichilo minus *PLR contra* *BΣ* (κ.π.) 16 durauerit *C* | seruitutis *R* | obnoxio $P^a$ | et eius dominio] et ei (eius $R^b$) domino *PLR*, dominio $M^a$: καὶ τῇ ἐκείνου δεσποτείᾳ *BΣ* (κ.π.) | eis] eius $L^a$ 17 intulerit $PLR^b$, intullerat $R^a$ | trepidatione $PL^b R^b$, dubitatione trepidatione $R^a$, traditione $L^a$, ἀμφιβολίας *BΣ* (κ.π.) | assignabantur $R^a$ | uero] * *R*, *om.* *PL* 19 ammotionem $M^a$ 20 accusauerit *C* | praepterquam $M^a$ 21 *s. a.* *PL Miraeus* | dn. … cons.] dom. *PL Mir.* 22 idem] impr. iustinianus *S* | pp. *om.* *PLR* | expenditam $C^a$ 24 remedioso $R^a$ 25 se per libertatem $P^a$ 27 uetus $M^a$ 29 naturam *R* 30 reiacta $PL^a$ | quemadmodum *R* 31 impleri *PL* 33 poterit *CM* 34 *s. a.* *PL*

# XVIII

## ℞ QVIBVS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET ET DE REBVS EORVM, QVI AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON PROHIBENTVR ℞

1 Imp. Gordianvs A. Procvlo. Dispar causa est eius, qui dissimulata con- [B 48, 9, 2]
dicione sua distrahi se passus est, et eius, qui pretium participatus est. nam superiori
quidem non denegatur libertatis defensio, posteriori autem, et si ciuis Romanus sit et
1 participatus est pretia[1], libertas denegatur. Eandemque et in eo distinctionem adhibendam,
cui fideicommissaria libertas debetur, meritissimo iuris auctores responderunt. PP. k. Mai.
Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Melanae. De latronum [B 48, 9, 3]
familia descendentibus ex largitione principali uel auctoritate fiscali seruis factis retro
principes libertatem denegari decreuerunt.

3 [2]Imp. Constantinvs A. ad Maximvm pv. Si quis in libertatem [Th. 4, 8, 6 B 48, 9, 4]
proclamauerit, id, quod apud se esse eius qui se dominum dicit profitebitur, quoniam de
1 eo non dubitatur, reddi ac referri iudex protinus pronuntiabit. Quod uero petitur, si
fuerit negatione dubium[3], per cautionem conseruabitur ac petitio differetur, ut, si fuerit
approbata[4] libertas, (quoniam et ipsis, qui his rem commiserunt, medendum est) gestarum
rerum ab eodem ratio atque omne quod debebitur reposcatur, ut seruitute depulsa qui
pro domino quondam fuerat habeat, quod ut seruo dominii iure largitus est et quae ex
earum rerum quaestu ac fructibus conciliata sunt et quae de furtiuis compendiis obscure
capta ac parata sunt, cum liberum[5] esse non oporteat, quod apud seruum dominus peculii
2 nomine collocauerat. Ea uero, quae testamento uel donatione quaesita sunt aut quae ex
earum rerum emolumentis empta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur. quae tamen
uniuersa exacto libertatis iudicio, quae[6] a supra dictis rebus discernantur, in sequestro
esse oportet, ut his ab utroque deductis atque in medio iure collocatis ad eorum proprietatem uterque contendat. D. xv k. Ivn. Thessalonica Severo et Rvfino conss. a. 323

*P* (18, 2 ℞ 1) *L* (18 ℞ 2. 1) *CRM*

---

[1] *idem BΣ* (κ.π.): et part. est pretia *del.* (*Mommsen*) [2] *iunge* 8, 46, 10 [3] controuersum *Th.* [4] propria *ins. Th. contra BΣ* (κ.π.) [5] *idem Th.: fuerit* liberi (*Mommsen*) [6] quo *Th.*, *sed* ἅπερ *BΣ* (κ.π.)

---

3 et *om. P* | qui] quibus *C* | ad] a *M* 4 prohibetur *R* 5 a.] a. et c. *P* | eius] eis $L^a$ | condictione *R* 6 precia *P*, pretio $C^a$, τὸ τίμημα *BΣ* (κ.π.) | nam] nam si $M^a$? 7 ciues *C* 8 precio *PR*, τὰ τιμήματα *BΣ* (κ.π.) | eademque $M^a$ | que et] *CM cum BΣ* (κ.π.) καὶ τὴν αὐτὴν καί, que $PLR^b$, *om.* $R^a$ | eo] eodem *C* 9 meritissimi $PLRM^b$, ἀξίως *BΣ* (κ.π.) | iuris] iuris est $R^a$ | *s. a. PL Miraeus* 11 impp. ... cc.] imp. gor. a. et c. (et c. *om. L*) *PL* | melanae] $PL^bC$, molane *S*, proculo melanae $L^a$, melliane *R*, meliane *M* 12 familiis $P^bLC$, famuliis *uel* famulus $P^a$ | ex] ** $M^a$, καὶ ἐκ *BΣ* (κ.π.) 13 principales $R^a$? | libertates *C contra BΣ* (κ.π.) 14 pu.] *W Th.*, pp. *SCRM* 16 auferri *R* | si] si id *Th.*, ἐάν *BΣ* (κ.π.) 17 negotiatione *Th.*, ἀρνήσει *BΣ* (κ.π.) | defertur $R^a$, differtur *Th.*, ὑπερτιθέσθω *BΣ* (κ.π.) 18 libertas *om.* $R^a$ | ipsis qui his] his qui $R^a$ | commiserint *M*, *inc.* $R^a$ 19 debebitur] *C Th.*, debitur $M^a$, debetur $RM^b$, κεχρεώστηται *BΣ* (κ.π.) 21 conciliata] *C Th.*, congregata $RM^b$, consignata $M^a$, συναχθέντα *BΣ* (κ.π.) 22 parta *Th. libri boni*, εὐτρεπισθέντα *BΣ* (κ.π.) | oporteat] poterat *R* 23 uel] aut *Th.* | aut *om.* $R^a$ 25 liberalitatis $M^a$ | discernantur] $CR^a?M$, discernuntur $R^b$ *Th.*, ἀποχωρίζονται *BΣ* (κ.π.) | sequestri *Th.* 26 locatis *Th.* 27 *s. a. Th.* | iun.] 8, 46, 10, ian. (*alias* mart.) *Th.: Maximus idibus Sept. a.* 323 *praefectura abiit*

# XVIIII

## ℞ DE ORDINE COGNITIONVM ℞

1 Imp. Alexander A. Vitalio. Cum et ipse confessus es status contro- [B 48, 22, 1] uersiam pati, qua ratione postulas, priusquam de condicione constaret tua, accusandi tibi tribui potestatem contra eum, qui te seruum esse contendit? cum igitur, sicut adlegas, statu generis fretus es, iuxta ius ordinarium praesidem pete, qui cognita prius liberali causa ex euentu iudicii, quid de crimine statuere debeat, non dubitabit. PP. v id. M . . . Maximo *II* et Aeliano conss. a. 223

2 Idem A. Galliae. Si de hereditate et libertate controuersia est, prius agi [B 48, 22, 2] causa libertatis debet. sed si de hereditate agetur, ordinanda quidem est causa libertatis, sed sufficit ei, qui libertate utitur, ad uictoriam de hereditate secundum se pronuntiatum. PP. v id. Avg. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

3 Idem A. Valeriano. Si crimen aliquod inferatur ei, quam ingenuam esse [B 48, 22, 3] dicis, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam praeside praebente, quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, ut in liberam et ingenuam an ut in ancillam constitui oportet. PP. vi k. Dec. Maximo *II* et Aeliano conss. a. 223

4 Imp. Gordianvs A. Menedemo. Si status controuersiam pateris, lite prius [B 48, 22, 4] liberali terminata, si pro te fuerit pronuntiatum, agere etiam aduersus eum, qui se domi-
1 num tuum esse contendit, non prohiberis. Quod si ideo te ab accusatione elidet, quasi seruum non proprium sed alienum, liberale quidem iudicium cessat, causae autem examinatio apud eum qui iudicat ostend*et*, utrumne accusatio induci debeat propter statum personae, an euanescat. D. x k. Dec. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

5 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Alpheo. Cum status [B 48, 22, 5] quaestionem tibi moueri et te debita uelle petere commemores, ordinarium est prius sollemnibus interpositis, si hoc iuris admiserit ratio, causam liberalem apud praesidem prouinciae decidi, ut, si liber fueris uel seruus non esse pronuntiatus, tunc tibi iure debita restitui iubeat, cum hoc incerto, utrumne tibi libero constituto an domino tuo, si seruum te sententia declarauerit, debeatur, ad solutionem debitorem tuum urgueri non oporteat. S. prid. k. Mai. Beraci[1] AA. conss. a. 293

6 Idem AA. et CC. Alexandriae. Si res tuas raptas uel amotas esse dicis [B 48, 22, 6] ab his, quos seruos tuos esse contendis, hique in libertatem proclamauerunt, causa liberalis prius aduersus eos et tunc damni dati rerumque amotarum lis apud praesidem prouinciae

*PLCRM*

[1] Heracleae (*Mommsen*)?

3 confusus $M^a$ | controu.] $M^a$ *cum* $B\Sigma$ (κ.π.), te contr. *PLCM*$^b$, contr. te *R* 4 condictione staret $R^a$ | tua] tu* $P^a$, tu $L^a$ *contra* $B\Sigma$ (κ.π.) | tibi *om. R contra* $B\Sigma$ (κ.π.) 6 statu] *C* $B\Sigma$ (κ.π.), statu tui *PLRM* | repete *C*, **pcte** (repetere?) $P^a$, **petere $L^a$, κατάλαβε $B\Sigma$ (κ.π.) 7 uentu $R^a$ | iudicum $L^a$ | qui $M^a$ | statuere de crimine *PL contra* $B\Sigma$ (κ.π.) | *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *PL* | m. *om. L Mir.* 8 II] XI *Mir.*, *om. PL* 9 iulie *RM* 10 causam *R* | sed] sed et *R*, δέ $B\Sigma$ (κ.π.) 11 libertatem $P^a$ | sec. se pronunt.] *C*, sec. pronuntiatam (—tum $P^v$) *P*, sec. eam pronuntiatum (pronuntiatam $L^r$, atum *periit in* $L^a$) *L*, sec. eum pronuntiatum $R^bM^a$, sec. eum pronuntiatum esse $R^aM^b$, ἡ περὶ τῆς κληρονομίας ὑπὲρ αὐτοῦ γενομένη ἀπόφασις $B\Sigma$ (κ.π.) 12 *s. a. PL Russardus* | pp. v] p. *PL* | II] u *PL* | et ael. *om. Russ.* 13 ualer.] gallie *S* | aliquit $P^a$ 14 liberalem causam *R* 15 si] csi $R^a$ | ut] $LR^aM^a$ *cum* $B\Sigma$ (κ.π.), ut ut *P*, an ut *C*, utrum ut $R^bM^b$ 16 ut in] ut *RM*, ὡς εἰς $B\Sigma$ (κ.π.) | *s. a. PL* | pp.] p. *PL* | II *om. PL* 17 patieris $CM^a$, ὑπομείνῃς $B\Sigma$ (κ.π.) 18 liberli $M^a$ | dominus tuus $R^a$ 19 ab acc. te $P^bL$, te *om.* $P^a$, σε ἀπὸ τῆς κατηγορίας $B\Sigma$ (κ.π.) | allidet *C*, alidit $R^a$ | quasi seruum *om.* $P^a$ 21 ostendit $PLCR^aM$, δειχθήσεται $B\Sigma$ (κ.π.) 22 euanescit $P^aL^a$ | *s. a. PL Miraeus* 23 et cc. *om. M* 24 moueri *om.* $R^a$ | commemores *P* 25 hoc] ec *R* 26 pronuntiae ·didicidi $P^a$ | esse] eis *uel* eius · $P^a$, es $P^bL$, εἶναι $B\Sigma$ (κ.π.) 27 incerto] $CM^b$, ince*to $M^a$, incertum est *PLR*, ἀδήλου ὄντος $B\Sigma$ (κ.π.) 28 non] te non *R* 29 oportet *R* | *s. a. PL Miraeus* | mai.] mia. *PL* 30 alexandro *SPL* | ruptas *Cuiacius*, ἁρπαγέντα $B\Sigma$ (κ.π.) | dicas $PLR^b$ 31 ab his *om.* $R^a$ | iique $P^bLR$, καὶ οὗτοι $B\Sigma$ (κ.π.)

contestanda est, ut, si quidem liberi uel serui non esse pronuntientur, tunc demum damni
dati et amotarum rerum procedere possit adhibita probatione condemnatio, si uero secus,
quaestio rerum amotarum euanescat. D. III *K*. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293
7 IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. Si quando negotium status fuerit [B 48, 22, 7]
exortum, si ab eius parte qui dicitur seruus aliquid dicatur dominus abripuisse, prius con-
siderari placet, utrum de possessione seruitutis in libertatem reclamandum putet an uero
1 ex possessione libertatis in seruitutem uocatur. Ac si eum de obsequiis seruilibus liber-
tatem constiterit flagitare, ante decidi status conuenit causam atque ita praeberi direptorum
2 negotiorum, si res exegerit, audientiam. Quod si ei qui ad seruitutem uocatur quicquam
direptum esse memoretur, uniuersa quae constiterit ablata ita demum reddi conuenit ei,
qui seruus esse contenditur, si modo saluam rem futuram per idoneos fideiussores pro-
3 miserit. Nam si tales non potuerit dare, tunc ea conuenit, de quibus in iudicio tractabitur,
sequestrari in eum diem, in quo controuersia sopietur, ita ut ex isdem, si ali*a* facultas
esse non poterit, tantum litis sumptibus et alimoniae hominis subministr*e*tur, quantum
4 (1) moderato iudicis arbitrio fuerit aestimatum. Cum autem necdum lite de statu mota res ab
aliquo direptae sint et sententia de restituenda possessione rerum lata ille, ne sententiae
satisfieret, de statu controuersiam mouit, necessitatem habebit et sine satisdatione easdem
res reddere et tunc causam liberalem secundum iuris ordinem exercere. a. 317—3[...]

# XX

## ℞ DE COLLVSIONE DETEGENDA ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. THEODORAE. Cum seruum matris [B 48, 23, 1]
tuae et stupro uiolasse dominam suam et turpis coniunctionis maculam excogitandae
ingenuitatis collusione ac falsae captiuitatis uelamento apud competentem iudicem obtegere
uoluisse proponas nec libertatem ei matrem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum
nudae uoluntatis mendacio producere enisam adseueres, seruum esse palam est, quando
etiam diui Pii rescriptum super captiuitate emissum, quam non intercessisse significas,
ingenuum fecisse non uideatur nec adseueratio consensus tui ingenuitatis ius tribuere
potuit. PP. XIIII K. IVL. DIOCLETIANO IIII ET MAXIMIANO III AA. CONSS. a. 290
2 IDEM AA. ET CC. MILESIO. Libertinae condicionis constitutis priuatis [B 48, 23, 2]
pactis mutare statum non licere Ninniano senatus consulto contra collusorem poena statuta
praemioque detegenti promisso manifeste declaratur. D. V K. DEC. CC. CONSS. a. 294

*P* (19, 6 [8, 3 *p*] 20 ℞ 2) *L* (19, 6. 20 ℞ 2) *CRM*

---

2 adbita $M^a$ | secum $R^a$, seruus (seruis $L^a$) $L^t$ 3 euanescit *R* | *s. a. PL Miraeus* | k.] *Mommsen*, id. *PL Mir.* | sirdi *uel* sirm. *P*, sir. *L* 4 bassum] bassum pp. *E*: *rectius suppleretur* pu. 5 domino abripuisse (abreptum esse $M^b$) *M*, esse (a *ins.* $R^b$) domino abreptum *R contra B* 7 ac] $M^a$, at $CRM^b$, καὶ *BΣ* (κ.π.) 8 causa *C* 9 negotiorum *om.* $R^a$: τῶν ἁρπαγέντων πραγμάτων *BΣ* (κ.π.) | seruitute $M^a$ | uocantur $R^a$ 10 ablata *om.* $R^a$ | ita demum] quandocumque *uertit BΣ* (κ.π.): ἀφαιρεθέντα ὁτεδήποτε ἀναδίδοσθαι 11 seruum $R^a$ 13 sequestri $R^a$, sequestari $M^a$ | in quo] quo *C*, καθ᾿ ἣν *BΣ* (κ.π.) | aliqua *CRM*, ἄλλη *BΣ* (κ.π.) 14 sumptus $RM^b$ | aliemonie $R^a$ | homini *R contra BΣ* (κ.π.) | subministrentur *CRM*, χορηγηθῇ *BΣ* (κ.π.) 15 statum (statu $M^b$) orta *M* 18 liberalem causam *R contra BΣ* (κ.π.) 20 conclusione *S* 21 aa.] *M*, aa. et cc. *SCR* | theodoro *R* 22 strupro $M^a$ | dominam] dām $M^a$ 24 in solam] *lam $R^a$, solam $M^a$ | eum] cum $M^a$ 25 uoluptatis $M^a$ | procedere *R* | enisam] $CR^b$, en**am $R^a$, en*** $M^a$, nisam $M^b$, σπουδάσασα (*leg.* —σαν) *BΣ* (κ.π.) 26 captiuitatem *R* 28 *s. a. Russardus* 29 aa.] a. *R* | et cc. *om. PL* | milisiac *S*, mililesio *L*, melesio *R* | libertate conditionum $P^tL^t$ *contra BΣ* (κ.π.) 30 iuniano $R^a$? | lusorem $R^a$ 31 praemioque det. promissio $P^a$, praemiaque det. promissa *C contra BΣ* (κ.π.) | *s. a. PL Miraeus*

# XXI

# ℞ NE DE STATV DEFVNCTORVM POST QVINQVENNIVM QVAERATVR ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Niconi. Aditus competens iudex causam [B 48, 11, 5] praescriptionis examinabit et, si Domitiae patronum, qui ciuis Romanus in diem mortis uixit, ante quinque annos, quam lis bonorum mulieris inchoaretur, uita decessisse constiterit, libertae status ex persona manumissoris non retractabitur.

2 Idem AA. Maximo. Si is, qui te heredem fecit, propter matris condicionem [B 48, 11, 6] seruus dicitur et mater ante quinque annos litis motae uita decessit, praescriptioni locus erit, cum quaeri de statu non possit, nisi de condicione matris retractaretur. haec ita, si, quamdiu uixit, sine interpellatione ut ciuis Romana egit. PP. id. Sept. Antonino A. ii et Geta C. ii conss. a. 205

3 Imp. Alexander A. Olympiadi. Quamuis defunctus sit maritus quondam [B 48, 11, 7] tuus, cui status quaestio inferebatur, causa tamen etiam post obitum eius propter emolumentum successionis durat eamque apud eum, qui de hereditate uel de singulis rebus iudicaturus est, decidi oportet.

4 Idem A. Marciano. Si is, quem seruum tuum fuisse et a fratre tuo manu- [B 48, 11, 8]
missum atque heredem scriptum proponis, ut ciuis Romanus uixit nec intra quinquennium post mortem eius status quaestionem mouere coepisti, intellegis neque heredibus ab eo scriptis neque his, quos liberos esse uoluit, controuersiam te contra formam senatus con-
1 sulti facere posse. Quod si prius, quam id spatium temporis excederet, agere coepisti, et peculium eius more iudiciorum persequi et cum manumissis ordinata lite secundum formam edicti experiri non prohiberis. PP. v id. Ivn. Modesto et Probo conss. a. 228

5 Imp. Gordianvs A. Severo. Quod est constitutum post quinquennium de [B 48, 11, 9] statu defunctorum quaestionem incipere non posse, ad speciem emancipationis, iure nec ne perfecta sit, minime pertinet.

6 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. Pollae. Si mater tua quasi [B 48, 11, 10]
ingenua communi opinione uixit et quinquennium a die mortis eius excessit, potes rem publicam et pupillos, si tibi status quaestionem mouere temptauerint, nota praescriptione
1 repellere. An autem pro ingenua in diem mortis egerit, in iudicio requiretur. quod si uarietas interueniat, posteriora tempora spectari conuenit. PP. vi id. Ivn. Saecvlare ii et Donato conss. a. 260

7 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Heliodoro. Si pater tuus [B 48, 11, 11] ueluti ingenuus uixit nec status controuersiam, quasi fisci seruus esset, apud praesidem prouinciae, qui super huiusmodi quaestionibus iudicare solet, sed apud curatorem rei publicae non competentem iudicem passus est, postque mortem eius quinquennium fluxit, status tuus ex praescriptione, quae ex senatus consulto emanat, protectus est.

*P* (21 ℞ 2. 4. 6) *L* (*ut P*) *CRM*

---

2 ne] adito ne $M^a$ 4 nichoni *S* 7 manumissoris] τοίτου τοῦ ἐλευθερώσαντος *BΣ* (*κ.π.*) 8 idem] impp. seu. ant. *P* | aa.] a. et c. *S* | maximo] maximo xxi *PL* | te *om.* $R^a$ 9 praescriptionis $R^a$ 10 erit] est *M* | detractaretur *PL*, **tractaretur $R^a$, tractaretur $R^bM^b$, ἀναψηλαφηθῇ *BΣ* (*κ.π.*) 11 *s. a. PL Miraeus* | pp. id. sept.] p. d. s. *PL Mir.* 12 ii] u *P* | c. ii conss. *om. PL* 14 ininferabatur $M^a$ | tamen etiam] tu* $R^a$ 15 uel de] de *C?* 17 idem a. (aa. *PL*)] impr. diocl. et max. aa. *S* | et *om. R contra BΣ* (*κ.π.*) | manumisso $P^a$ 18 nec *om. PL* | intra] in $P^a$ 19 statu $R^a$ | mouere] non mou. *PL* 20 libertos $PLR^a$, ἐλευθέρους *BΣ* (*κ.π.*) 21 id temporis spatium *CRM*, τοῦτο τὸ διάστημα τούτου τοῦ καιροῦ *BΣ* (*κ.π.*) 22 manumissus $P^a$ | ordinatam litaem *PL contra BΣ* (*κ.π.*) 23 *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *PL* | et probo conss.] cons. *PL* 24 constitum *R* 25 iure *om.* $R^a$ 27 imp. *P* | galianus *M* 28 accessit $R^a$? 29 temptauerit *R* | praescriptionem $P^a$ 30 an] sin $PL^aR$ | pro ing.] ut ingenuam *R* | diae *PL* 31 uarietas] *aritas $P^a$ | *s. a. PL Miraeus* | ii *om. Mir.* 33 aa.] aa. et cc. *R* 34 uelut $RM^b$ | nec *om.* $M^a$ 35 iudicari $M^a$ | procuratorem $R^bM^b$, eum curatorem *C*, παρὰ τῷ κουράτωρι *B* (*κ.π.*) 37 demaneat $CM^a$, καταφέρεται *B* (*κ.π.*)

8 Idem AA. ET CC. THEODORO. Repetitio peculii rerum serui tui, si nullo [B 48, 11, 12] iusto titulo intercedente corpora ab aliquo possideantur, nulla temporis praescriptione mutilabitur. nec enim senatus consultum, quo super non retractandis defunctorum statibus sancitum est, interuenit, si defunctus in fuga conuersatus atque latitans decessit. D. X K. DEC. MEL. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AA. CONSS. a. 293

## XXII

## DE LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIONE, QVAE PRO LIBERTATE ET NON ADVERSVS LIBERTATEM OPPONITVR

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MVCIANO. Mala fide [B 48, 24, 1] morato in libertate diu prodesse non potest temporis praescriptio. unde cum confitearis fuga te ab eo cuius meministi recessisse, intellegis ex hoc solo sine dolo malo in possessione te libertatis non esse. D. X K. SEPT. AA. CONSS. a. 293

2 IDEM AA. ET CC. CARTERIO. Praestat firmam defensionem libertatis ex [B 48, 24, 2] iusto initio longo tempore obtenta possessio. fauor enim libertatibus debitus et salubris iam pridem ratio suasit, ut his, qui bona fide in possessione libertatis per uiginti annorum spatium sine interpellatione morati essent, praescriptio aduersus inquietudinem status eorum prodesse deberet, ut et liberi et ciues fiant Romani. D. VII K. IVL. ANTIOCHIAE CONSTANTIO III ET MAXIMIANO *III* CC. CONSS. a. 300

3 [1]EXEMPLVM SACRARVM LITTERARVM CONSTANTINI ET LICINII AA. AD DIONYSIVM VICE PRAEFECTORVM AGENTEM. [B 48, 24, 3] Solam temporis longinquitatem, etiamsi sexaginta annorum curricula excesserunt, libertatis iura minime mutilare oportere congruit aequitati. D. III K. MAI. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

## XXIII

## DE PECVLIO EIVS QVI LIBERTATEM MERVIT

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. RVFINO. Longe diuersam [B 48, 24, 4] causam eorum, qui a superstitibus manumittuntur, item illorum, quibus testamento libertas

*P* (21, 8. 22) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 3, 1, 8

---

1 idem] impp. diocli. et maxi. *PL* | theodorae *PL* | peculii rerum *om.* $L^a$ | serui tui] seruitu** $P^a$, seruitutis (—tuti $L^v$) *L* 2 intercendente *R*, praecedente *E cum BΣ* (κ.π.) προλαμβάνοντος 3 mutalib*tur $P^a$ | que *R*, quod $M^a$ 4 sanctum $CR^bM^a$ | fugam $P^bLCRM$, fugem $P^a$?, ἐν φυγῇ *BΣ* (κ.π.) | *s. a. PL Miraeus* 5 mel. *PL*, med. *Mir.* 7 prescriptionem *S*, perscriptione *M* | pro libertatem *S* 8 et *om. C* | aduersus] ad $L^a$ 10 et cc. *om. LM* | musciano *S*, et comumtiano *R* 11 libertatem *CR* | tempori $P^a$, longni temporis $LM^b$ | cum *om.* $L^aR^a$ 12 fuga] in fugam $PL^a$? | te *om.* $M^a$ | possessionem *CM* 13 libertatis te *R contra BΣ* (κ.π.) | *s. a. PL Monacensis* 22 | d. x k.] *Mon.*, s. k. d. *PL* 14 catherio *SM*, charterio *R* | libertati $P^cL^cRM^b$ *contra BΣ* (κ.π.) 15 logo *P* | libertati $R^aM$ *contra BΣ* (κ.π.) 16 possessionem *PL* 18 *s. a. PL Miraeus Monacensis* 22 | VII *om. L Mir.* | anthioc. *PL*, antiochio *Mon.* | constant. iii (iiii *L Mir.*) et max. ii. cc. conss. (cos. *Mir.*) *PL Mir.*, conss. ui es max. aa. con *Mon.* 20 exemplo *M* | constantii *M* | et *om. M* | aa. *om. SM* | ad] a *M* 21 uice (uicem *PL*) pr. ag. *om. S* | praefectorum] *ne muta: u. Memorie dell' instituto* 2, 315 | sola t. longinquitate (—tem $L^a$) $P^bLRM^b$ *contra BΣ* (κ.π.) 22 excedit *CR*, exces*** $M^a$: εἰ καὶ ξʹ ἐνιαυτῶν δρόμος παρῆλθεν *BΣ* (κ.π.) | mutilare] $CM^a$? *cum BΣ* (κ.π.), mutilari $PLRM^b$ | oporte $M^a$ 23 *s. a. PLR Monacensis* 22 *Miraeus* | d.] s. (?) die *R*, s. *Mon.* | III k.] iiii k. *Mir.*, uii k. *Mon.*, iiii sept. *R*, id. 3, 1, 8 | uolusiano ... conss. *om. PL* | annian. c. ss. *R*, cc. ss. (*om.* anniano) *Mon.* 25 libertate *RM* 26 et cc. *om. SCM* | loge $M^a$

relinquitur, esse dissimulare non debueras, cum superiore quidem casu concessum tacite peculium, si non adimatur, posteriore uero, nisi specialiter fuerit datum, penes successorem remanere sit iuris euidentis. S. V NON. OCT. CC. CONSS. a. 294

## XXIIII

## ℞ DE SENATVS CONSVLTO CLAVDIANO TOLLENDO ℞

1 IMP. IVSTINIANVS A. HERMOGENI MAGISTRO OFFICIORVM. Cum in nostris [B 48, 25, 1] temporibus, in quibus multos labores pro libertate subiectorum sustinuimus, satis esse impium credidimus quasdam mulieres libertate sua fraudari et, quod ab hostium ferocitate contra naturalem libertatem inductum est, hoc a libidine nequissimorum hominum inferri, Claudianum senatus consultum et omnem eius obseruationem circa denuntiationes et iudicum sententias conquiescere in posterum uolumus, ne, quae libera constituta est, uel semel decepta uel infelici cupidine capta uel alio quocumque modo contra natalium suorum ingenuitatem deducatur in seruitutem et sit pessimum dedecus cognationis suae fulgori, ut, quae forsitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, haec in alienum cadat dominium et dominum pertimescat forsitan cognatis suis inferiorem. quod et in libertis obseruari oportet: semel etenim libertate potitam per tale dedecus in seruitutem reduci religio
1 temporum meorum nullo patitur modo. Sed ne serui uel adscripticii putent sibi [11, 48, 24] impunitum esse tale conamen, quod maxime in adscripticios[1] uerendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis paulatim huiusmodi hominum condicio decrescat, sancimus, si quid tale fuerit uel a seruo uel adscripticio perpetratum, liberam habere potestatem dominum eius siue per se siue per praesidem prouinciae talem seruum uel adscripticium castigatione competenti corrigere et abstrahere a tali muliere. quod si neglexerit, sciat in suum damnum huiusmodi desidiam reuersuram. a. 531—534

## XXV

## ℞ DE NVDO EX IVRE QVIRITIVM TOLLENDO ℞

1 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Antiquae subtilitatis ludibrium per hanc decisionem expellentes nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos uel nudum ex iure Quiritum uel tantummodo in bonis reperitur, quia nec huiusmodi esse uolumus distinctionem nec ex iure Quiritum nomen, quod nihil aenigmate discrepat nec umquam uidetur neque in rebus apparet, sed est uacuum et superfluum uerbum, per quod animi iuuenum, qui ad primam ueniunt legum audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquae dispositiones accipiunt. sed sit plenissimus et legitimus quisque dominus siue serui sui siue aliarum rerum ad se pertinentium. a. 530—531

*CRM*

---

[1] in adscripticios *om. l. gem.*: in adscripticiorum coniugiis (*Mommsen ad B κ.π.*: ἐν ταῖς τῶν ἐναπογράφων συναφείαις)?

---

1 relinquetur *R contra BΣ* (*κ.π.*) | superiori *R* 2 adminatur *M* | successores *R*, παρὰ τῶν κληρονόμων (*leg.* τῷ κληρονόμῳ) *BΣ* (*κ.π.*) 3 iuris euidentisimi (euidentisim̄ $R^a$) est *R*, φανεροῦ νομίμου ἐστὶν *BΣ* (*κ.π.*) | *s. a. Monacensis* 22 5 de senatum consultum claudianum tollendum *S* 6 a. *om. R* | magister off. *R*, *om. M* | in *om. M* 7 sugestorum $R^a$ 8 credimus $M^a$ | mulieris $M^a$ 10 claudiano s. consulto $R^a$ | denuntiationis $M^a$ 11 iudicium $R^aM^a$? | sententias] et sententias *C*: τὰς τῶν δικαστῶν ἀποφάσεις *BΣ* (*κ.π.*) | ne] ne ea *R*, ἵνα μὴ εἴ τις *B* (*κ.π.*) 13 docus $R^a$ 14 forsitan quae *R contra B* (*κ.π.*) | decoratus $M^a$ | cognatus $M^a$ 15 cognati sui *R contra B* (*κ.π.*) | inferiore $M^a$ 16 libertatem potitam $M^a$, libertatem petitam *R* | talem $CM^a$ | decus $R^a$ | reduci *om.* $R^a$ 17 uel … 20 seruo *om.* $R^a$ 20 ascriptio $M^a$ 21 potest $R^a$ 22 abstahere $M^a$ | a tali mul. *om.* $R^a$ 25 ex *om. M* | quiritio *CM*, quirito *R* | tollendum *S* 26 iustinus *M* | a. *om. R* 27 expellentis $M^a$ 28 quiritium $M^a$ | uel … 29 quiritum *om.* $R^a$ 29 quiritii *C* 30 est] et *M* | quod *om.* $R^a$ 31 eorum] eo $R^a$ 33 alierum $M^a$

# XXVI

## R DE VSVCAPIONE PRO EMPTORE VEL TRANSACTIONE R

1 IMP. ANTONINVS A. FLAVIANO. Mancipia tua si ab eis distracta sunt, qui [B 50, 4, 14] ius uendendi non habuerunt, uindicare ea potes. nec enim usucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita uenditione furtum contractum sit. PP. ID. AVG. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMP. ALEXANDER A. MARCELLINO. Si contra defuncti uoluntatem seruos, [B 50, 4, 15] quos propter perfectae artis peritiam heredibus suis defunctus seruari testamento praecepit, tutores uendiderunt, usucapi non potuerunt. D. V NON. MART. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

3 IDEM A. NEPOTILLAE. Si matrem eius, cuius nomine quaestio- [B 50, 4, 16 Synopsis p. 49] nem pati dicis, bona fide emptam possidere coepisti, etiamsi ipsa in causam furtiuam incidit, tamen postea conceptum apud te partum usucapere potuisti.

4 IDEM A. ACHILLEO. Venditioni ancillae consensum dedisse diuersam partem [B 50, 4, 17] si probaueris, retractando contractum, quem ipsa ratum habuit, non audietur. sed et hac probatione cessante si bona fide emptam ancillam uenditore bona fide distrahente temporis spatio usuceperis, intentio proprietatem uindicantis tenere non potest. PP. III ID. APRIL.

5 IMP. GORDIANVS A. MARINO. Si partem possessionis mala fide possessor [B 50, 4, 18] uenumdedit, id quidem, quod ab ipso tenetur, omnimodo cum fructibus recipi potest, portio autem, quae distracta est, ita demum recte petitur a possidente, si sciens alienam
1 comparauit uel bona fide emptor nondum compleuit usucapionem. Violenter autem possessione amissa, priusquam in domini potestatem perueniat, usucapio emptori, etsi bona fide mercatus est, non competit. PP. XII K. APRIL. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

6 IMP. PHILIPPVS A. CVM CONSILIO COLLOCVTVS DIXIT: Cum sit probatum [B 50, 4, 19] rem pignori fuisse obligatam et postea a debitore distractam, palam est non potuisse eam quasi furtiuam usucapi. SINE DIE ET CONSVLE.

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PECVDI. Sciens seruum [B 50, 4, 20] alienum citra domini uoluntatem uenumdans furtum committit. quod rei uitium, priusquam ad dominum eius reuertatur possessio, non permittit usucapionem fieri, licet bona fide possideatur. D. V ID. FEBR. CC. CONSS. a. 294

8 [1]IDEM AA. ET CC. SEVERO[2]. Ex causa transactionis habentes iustam [B 50, 4, 21] causam possessionis usucapere possunt[3]. a. 294

9 IDEM AA. ET CC. GAIO. Eum, qui a pupillo sine tutoris auctoritate [5, 59, 3 B 50, 4, 22] distrahente comparauit, nullum temporis spatium[4] defendit. sed si locupletior [(5, 59, 3)] factus emptoris pecunia post pubertatem occasionem iuris ad iniquum trahat compendium, doli mali submouebitur exceptione. S. VIII ID. DEC. CC. CONSS. a. 294

*P* (26 [R *p*] 1. 4. 27, 1. 26 R 2. 3. 5...7 [8 *p*] 9) *LCRM*

---

[1] *fortasse iungenda est* 4, 38, 9 [2] militi *addit* 4, 38, 9 [3] D. VIII k. April. Sirmii CC. conss. 4, 38, 9 [4] longi temporis spatium non *l. gem.*

---

2 emptione *LR*[a] | transactione] post transactionem *S*, pro transaccione *Pp*, translatione *R* 3 impp. *P* 4 habuerit *R* | eas potest *P*[a] | enim *om. PL*[a] | poterunt *CM*[a] 5 fructum *P*[a] | conmitractum *R*[a] | *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *P*, prid. *L* 6 conss. *om. L* 7 a. *om. R* | marcello *PL* 9 tutoris *L*[a] | *s. a. PL Miraeus* | et] II et *Mir.* 12 epmtam *P* 13 potusti *R* 14 idem] imp. alex. *PL* | chileo *M* 15 ipsum *L*[a], ipse *R*[a] 16 distrahende *P*[a] 17 teneri *PLR*[a] *uel R*[b] | *s. a. PL* pp.] p. *PL* 18 marino] *SPL*, macrino *C*, mariano *R*, merino *M* | possessionem *PL* | fidei *R* 19 id] is *R*[a] 20 aliena *R* 22 potest. domini *R* 23 competis *L*[a]? | *s. a. PL, cf. M ad u.* 24 | pp.] p. *PL* | pio] apio *PL* 24 a.] a. pontiano conss. *M* | cum c. c. dixit *om. SM*[b] | dixit] dixit sinè die et consule *R* 25 potuisti *R*[a] 26 *s. a. PLR ad u.* 24 *M Miraeus* | sin die *P*[a], siñ. d̄. *L* | et conss. *L*, *om. M* 27 impp. d. et m.] *S*, idem *PLCRM* | a. et c. *S*, a. et c. *PL*, a. et cc. *RM* | pecudi] *SCR*, pecudio *PL*, pecucli *M*[a], perucli *M*[b] 28 uoluntatem] mandatum *CM*[l], γνώμην *B* 30 *s. a. PL Miraeus* 31 aa. et cc.] a. *SM*, aa. *pLC* | causa] casu *M*[a] 33 aa. et cc.] a. et c. *SP*, a. et cc. *L*, a. *M* | gaius *R*[a] 34 distrahere *M*[a] | defendet *PLR contra l. gem.* 35 emptoris pecunia factus *CM* 36 summouetur *PLR* | *s. a. PL Miraeus l. gem.* | s. VIII id. dec. *om. PL Mir.*

## XXVII

## R DE VSVCAPIONE PRO DONATO R

1 IMP. ALEXANDER A. MACEDONIO. Siue fuit dominus, qui tibi loca de quibus [B 50, 6, 7] supplicasti donauit, siue a non domino bona fide donata suscepisti eaque usucepisti, auferri tibi quod iure quaesitum est non potest. PP. V ID. MART.

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. CAPITONI. Donantem [B 50, 6, 8] ancillam alienam nihil domino deminuere non est ambigui iuris: furtum etiam contrahere citra uoluntatem domini contractantem, ut eius rei nec usucapio possit procedere. S. V ID. APRIL. AA. CONSS. a. 293

3 IDEM AA. ET CC. RHODANO. Irritam facere donationem perfectam nemini [B 50, 6, 9] licet. utque hoc uerum est, sic error falsae causae ratione fidei bonae non defenditur. quod et in dominio pro [1] usucapione quaerendo seruatur.

## XXVIII

## R DE VSVCAPIONE PRO DOTE R

1 IMP. ALEXANDER A. TAVRINO. Res mobiles in dotem datae, quamuis alienae, [B 50, 7, 3] si sine uitio tamen fuerunt, a bona fide accipiente pro dote usucapiuntur.

## XXVIIII

## R DE VSVCAPIONE PRO HEREDE R

1 IMP. ANTONINVS A. ZOILO. Cum pro herede usucapio locum non habeat, [B 50, 5, 5] intellegis neque matrem tuam, cui heres extitisti, neque te usu mancipia ex ea causa capere posse. PP. VII K. IVL. ROMAE LAETO ET CEREALE CONSS. a. 215

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MARINAE. Nihil pro [B 50, 5, 6] herede posse usucapi suis existentibus heredibus obtinuit. PP. V K. FEBR. AA. CONSS. a. 293

3 IDEM AA. ET CC. DIOCLETIANO. Opinione falsa mortis pro herede possessio [B 50, 5, 7] rerum absentis procedere non potest.

4 IDEM AA. ET CC. SERAPIONI. Vsucapio non praecedente uero titulo procedere [B 50, 5, 8] non potest nec prodesse neque tenenti neque heredi eius potest, nec obtentu uelut ex hereditate, quod alienum fuit, domini intentio ullo longi temporis spatio absumitur. D. VII K. IAN. CC. CONSS. a. 294

## XXX

## R COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS R

1 IMP. ALEXANDER A. SABINO. Qui ex conducto possidet, quamuis corporaliter [B 50, 10, 1] teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere. neque enim colono uel

*P* (27, 1. 26 R 2. 3. 5...7 [8 *p*] 9. 32, 9. 27 R 2. 29 R 2. 4. 30 R 1) *L* (27 R 1. 2. 29 R 2. 4. 30 R 1) *CRM*

---

[1] donato *ins.* (*Russardus*)

---

3 imp. alex.] idem *PL* | a. *om.* *R* | machedio *S* 4 a non] an *P*[a] | sucepisti *L*[a] 5 *s. a.* *PL Miraeus* | pp.] p. *PL Mir.* 6 imp. *P* | aa. et] aa. *PL* 7 alncillam *R*[a] 8 contrectantem *CM*[a] | rei *om.* *R* | posse *M*[a] | *s. a.* *PL Miraeus* 10 rodiano *R* 11 utique *R*[a] 16 si *om.* *M*[a] | fuerint *C* | accipiende fide *R* | usucapiantur *R*[a] 19 antonius *M* | abet *R*, habebat *M* 20 intelligimus *R* | te *om.* *R*[a] | usum *R* | mancipium *C* 21 *s. a.* *Russardus* 22 et cc. *om.* *S* 23 optinebit *PLR* | *s. a.* *PL* | pp.] p. *PL* 26 saraponi *R* | procendente *R* 27 nec obt.] ne obt. *L*[a] | uelut] uel *L*[a] 28 ex *om.* *P*[a] | domini] *P*[b]*L*[b]*R*[a], dominii *L*[c]*CR*[b]*M*[b], dominium *P*[a]?*L*[a]*M*[a]? 29 *s. a.* *PL Miraeus Russardus* | d. VII] scripta VIII *Russ.* 31 usucapione *M* 33 domini *P*[a] | neque] non *C*

conductori praediorum longae possessionis praescriptio quaeritur. PP. VII K. APRIL. ALEXANDRO A. II ET MARCELLO CONSS. a. 226

2 IDEM A. ONESIMAE. Iam pridem quidem mancipium, de quo supplicas, comparasse te dicis: sed si cogitaueris fisci mei rem usucapi non posse, respondere te actionibus fisci mei intellegis nec alias posse proprietatem obtinere, quam si non ex ancilla fiscali natum fuisse constiterit. PP. NON. MART. POMPEIANO ET PELIGNO CONSS. a. 231 [B 50, 10, 2]

3 IDEM A. PANTHERIO. Si mala fide seruum tuum sciens Antiochus tenuit, intentionem tuam contra successorem eius, licet bona fide possidet, propter initii uitium usucapio non absumpsit. [B 50, 10, 3]

## XXXI

## R DE VSVCAPIONE TRANSFORMANDA ET DE SVBLATA DIFFERENTIA RERVM MANCIPI ET NEC MANCIPI R

1 [1] IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Cum nostri animi uigilantia ex iure Quiritum nomen et substantiam sustulerit[2] et communes exceptiones in omni loco ualeant[3], id est decem uel uiginti uel triginta annorum uel si quae sunt aliae maioris aeui continentes prolixitatem, satis inutile est usucapionem in Italicis quidem solis rebus admittere, in prouincialibus autem recludere. sed et si quis res alienas, Italicas tamen, bona fide possidebat per biennium, miseri rerum domini excludebantur et nullus eis ad eas reseruabatur regressus. quae et nescientibus dominis procedebant: quo nihil inhumanius erat, si homo absens et nesciens tam angusto tempore suis cadebat possessionibus. [B 50, 10, 4]

1 Ideo per praesentem legem et in Italicis solis rebus, quae immobiles sunt uel esse intelleguntur, sicut annalem exceptionem, ita et usucapionem transformandam esse censemus, ut tantummodo et hic decem uel uiginti annorum uel triginta et aliarum exceptionum tempora currant, huiusmodi angustiis penitus semotis.

2 Cum autem antiqui et in rebus mobilibus uel se mouentibus, quae fuerant alienatae uel quocumque modo, bona fide tamen, detentae, usucapionem extendebant, non in Italico solo nexu, sed in omnem orbem terrarum, et hanc annali tempore concludebant, et eam duximus esse corrigendam, ut, si quis alienam rem mobilem seu se mouentem in quacumque terra siue Italica siue prouinciali bona fide per continuum triennium detinuerit, is firmo iure eam possideat, quasi per usucapionem ei adquisitam.

3 Hoc tantummodo obseruando, ut in his omnibus casibus ab initio bona fide eam capiat, secundum quod exigit longi temporis praescriptio, et ut continuetur ei possessio etiam anterioris iusti possessoris et connumeretur in decennium uel uiginti annorum spatium uel triennium[4].

3a Quod et in rebus mobilibus obseruandum esse censemus, ut in omnibus iusto titulo possessionis[5] antecessoris iusta detentio, quam in re habuit, non interrumpatur ex posteriore forsitan alienae rei scientia, licet ex titulo lucratiuo ea coepta est.

4 Ita etenim ampliatur quidem longi temporis[6] materia, quae ei subdita est, minuitur autem usucapionum compendiosa dominis iactura et eius iura nocentia.

5 Cum etiam res diuidi mancipi et nec mancipi sane antiquum est et merito antiquari oportet, sit et rebus et locis omnibus similis ordo, inutilibus ambiguitatibus et differentiis sublatis. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

*P* (30, 1. 3) *L* (*ut P*) *CRM*

[1] *iunge* 3, 34, 13 [2] 7, 25, 1 [3] 7, 40, 1 *pr.* [4] tricennium (*edd.*)? [5] possessis (*Mommsen*)? [6] praescriptio et *ins.* (*Mommsen*)

1 conductori] c. seu enfiteoticarii *L* | *s. a. PL Miraeus* 2 II] u *PL Mir.* 3 a.] aa. *C* | onisimo *S* 4 te actionibus] actionibus *M^a* 5 nec] ne *M^a* 6 *s. a. Russardus* 7 a.] *RM*, a. et c. *SPL*, aa. et cc. *C* 9 absumit *PLR* 11 transformandi *M^b* 12 rerum *om. C* | mancipi et] mancipet *S* 14 quiritii *CM^a* | sustulit *CRM* | et] ut *C* | exceptionis *M^a* 15 si *om. CM* 16 soli *CR^bM^b* 17 autem *om. R* 18 reseruabatur regr. (ingressus *M*)] *RM*, res regr. seruabatur *C* 19 procedebatur *R^a*, praecedebant *C^aM* | quod *C* 21 solis] *R^a?M^a*, soli *CR^bM^b* 22 annale exceptione *M^a* | censuimus *C* 23 hic] is *RM^b* 26 extendebat *M^a* | in *om. R* | nexus *C* | omni *R* 29 is *om. M^a* 30 hoc *om. R* | omnibus is *R* | eum *R^a* 32 anteriores *R^a* 33 spatio *C* | et *om. C* 34 omni *M^a* | habuit *R* 35 accepta *C* 36 enim *R* | minuatur *CR^aM* 37 domini *M^a* 38 sit et] *CR*, et sit *M* 39 ambig.] et ambig. *C^a* | *s. a. Russardus*

# XXXII

## ℞ DE ADQVIRENDA ET RETINENDA POSSESSIONE ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Attico. Per liberam personam ignoranti quoque adquiri possessionem et, postquam scientia interuenerit, usucapionis condicionem inchoari posse tam ratione utilitatis quam iuris pridem receptum est. PP. vi k. Dec. Dextro *II* et Prisco conss. [B 50, 2, 52] a. 196

2 Imp. Alexander A. Gavro. Minus instructus est, qui te sollicitum reddidit, quasi in uacuam possessionem eius, quod per procuratorem emisti, non sis inductus, cum ipse proponas diu te in possessione fuisse omniaque ut dominum gessisse. licet enim instrumento non sit comprehensum, quod tibi tradita sit possessio, ipsa tamen rei ueritate id consecutus es, si sciente uenditore in possessione fuisti. [B 50, 2, 53]

3 Imp. Decivs A. Rvfo. Donatarum rerum a quacumque persona infanti uacua possessio tradita corpore quaeritur. quamuis enim sint auctorum sententiae dissentientes, tamen consultius uidetur interim, licet animi plenus non fuisset adfectus, possessionem per traditionem esse quaesitam: alioquin, sicuti uiri consultissimi Papiniani responso continetur, ne quidem per tutorem possessio infanti poterit adquiri. PP. v k. April. Decio A. *II* et Grato conss. [B 50, 2, 54] a. 250

4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Nepotianae. Licet possessio nudo animo adquiri non possit, tamen solo animo retineri potest. si igitur desertam praediorum possessionem non derelinquendi adfectione transacto tempore non coluisti, sed ex metus necessitate culturam eorum distulisti, praeiudicium tibi ex transmissi temporis iniuria generari non potest. PP. k. Avg. ipsis iiii et iii AA. conss. [B 50, 2, 55] a. 290

5 Idem AA. Mennoni. Cum nemo causam sibi possessionis mutare possit proponasque colonum nulla extrinsecus accedente causa ex colendi occasione ad iniquae uenditionis uitium esse prolapsum, praeses prouinciae inquisita fide ueri dominii tui ius conuelli non sinet. [B 50, 2, 56]

6 [1]Idem AA. et CC. Valerio. Si nulla iusta ex causa ingressum agrum siue uineas eum cuius meministi praeses repperit nec ulla praescriptione uestra interpellatur petitio, restituere te possessioni cum omni causa non dubitabit. S. id. April. AA. conss.[2] [B 50, 2, 57] a. 293

7 Idem AA. et CC. Asyncrito. Improba possessio firmum titulum possidendi nullum praestare potest. unde ingredientem in uacuam possessionem alieni fundi non consentiente domino uel actore, qui eius rei concedendi potestatem habuit, causam iustam possessionis adipisci non potuisse certum est. PP. v id. Dec. AA. conss. [B 50, 2, 58] a. 293

8 Idem AA. et CC. Cyrillo. Per procuratorem utilitatis causa possessionem et, si proprietas ab hac separari non possit, dominium etiam quaeri placuit. PP. xviii[3] k. Mart. Sirmi CC. conss. [B 50, 2, 59] a. 294

*P* (32 ℞ 1. 3 [4 *p*] 6. 5. 7. 8) *L* (32 ℞ 1. 3. 4. 6. 5. 7. 8) *CRM*

---

[1] *fortasse iungenda est* 6, 2, 10  [2] sine die et conss. 6, 2, 10  [3] xvi (*Mommsen*)?

---

2 restituenda *S*  3 imp. *P* | seuerus et *om.* *S* | attoco *R*  4 scientiam $PL^aR^a$ | usucapione *R* | conditionis $P^aR$  5 inchoare $R^a$ | pridem] prudentia $PLR^a$ | *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *PL*  6 dextro ii et prisco] de exito *PL*, fusco et dextro *Mir.*  7 reddit $CR^a$  8 quod] quam *C*, quidem $R^a$  9 possessionem *CR*  10 instumento $M^a$ | sit] sit est $R^a$  11 possessionem *R*  12 indefanti $C^a$  13 actorum $P^tL^t$  14 effectus $PLC^aRM$  15 per] uel $C^a$, *inc.* $M^a$ | tradictionem $PL^b$ | sicut iuris (uiri $P^b$) *PL*  16 ne] nec $CRM^b$ | *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *PL*  17 ii] u *PL Mir.*  18 aa.] *M*, aa. et c. *S*, aa. et cc. *pLCR* | nepot. *om.* *R*  19 deserta pr. possessione *pLR*  21 ex] exi $R^a$, ** $M^a$  22 iniuriam $p^aL^a$ | *s. a. pL Miraeus* | ipsius iun. iii. aa. et css. *p*, ips. iun. iii. aa. conss. *L*  23 aa.] a. et c. *S*, aa. et cc. *M* | memnoni *S* | sibi *om.* $R^a$ | mutare ... 25 uenditionis *om.* $R^a$  27 idem] impp. diocl. et max. *PL* | et cc. *om.* *PLRM* | ex iusta ex $P^a$ | agrum ingressum *PL*, ingessum agrum $M^a$ | siue] siue in *R*  28 meministis *R*  29 tibi possessionem $L^bM$ | *s. a. PL Miraeus*  30 asinerito *R*, asimoriton *M* | titulo $P^a$  32 concedente $P^a$, concedendae $LM^b$ | potestatis $P^a$?  33 non posse *R* | *s. a. PL Miraeus*  34 tirillo $M^a$ | causam $R^a$  35 *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *PL*  36 mart.] ma. *P*? | cc. conss.] *L Mir.*, *inc.* *P*

9 IDEM AA. ET CC. SERGIO. Nec ex uera uenditione possessionem, quam non [B 50, 2, 60] fuerat emptor adeptus, improbe retinere potest: ac multo minus is, qui adseueratione falsa uelut emptor, cum sine obligatione pignoris pecuniam mutuo dedisset, fundum inrumpens alienum retinendi iustam habet causam. PP. III NON. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294

10 IMP. CONSTANTINVS A. AD MATERNVM. Nemo ambigit possessionis duplicem [B 50, 2, 61] esse rationem, aliam quae iure consistit, aliam quae corpore, utramque autem ita demum esse legitimam, cum omnium aduersariorum silentio ac taciturnitate firmetur: interpellatione uero et controuersia progressa non posse eum intellegi possessorem, qui, licet corpore teneat, tamen ex interposita contestatione et causa in iudicium deducta super iure possessionis uacillet ac dubitet. PP. XI K. FEBR. TRIVERIS VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

11 [1]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PETRONIO VICARIO HISPANIARVM. [Th. 4, 22, 5 B 50, 2, 62] Vitia possessionum a maioribus contracta perdurant et successorem auctoris sui culpa comitatur. D. XV K. IAN. MEDIOLANO CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

12 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Ex libris Sabinianis quaestionem in [B 50, 2, 63] diuinas nostri numinis aures relatam tollentes definimus, ut, siue seruus siue procurator uel colonus uel inquilinus uel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem cuiuscumque rei eam[2] dereliquerit uel alii prodiderit, desidia forte uel dolo, ut locus aperiatur alii eandem possessionem detinere, nihil penitus domino praeiudicium generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, sed et ipse, si liberae condicionis est, competentibus actionibus subiugetur, omni iactura ab eo restituenda
1 domino rei uel ei, circa quem neglegenter uel dolose uersatus est. Sin autem necdum sub manibus procuratoris uel coloni uel inquilini uel serui possessio facta est, sed ipse eam accipere desidia uel dolo supersedit, tunc ipse qui eum transmisit ex mala sua electione praeiudicium circa possessionem patiatur, ex memoratarum personarum uel machinatione
2 uel neglegentia accedens. Hoc etenim tantummodo sancimus, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his quos transmiserit, non ut etiam lucrum sibi per eos adquirat, cum et antiqua regula, quae definiuit deteriorem condicionem per seruum domini nullo fieri modo, tunc locum habet, cum de damno dominus periclitetur, non cum sibi lucrum per seruum adquiri desiderat: salua uidelicet et in hoc casu domino rei uel ei, qui ad eam detinendam praefatas transmiserit personas, aduersus eas omni actione, si qua ex legibus ei competit, seruata. a. 531–532

## XXXIII

## ℞ DE PRAESCRIPTIONE LONGI TEMPORIS DECEM VEL VIGINTI ANNORVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. IVLIANO PP.[3] Cum post motam et [B 50, 11, 1] omissam quaestionem res ad noua dominia bona fide transierint et exinde noui uiginti

*A*[1] (33 ℞ 1) *P* (32, 9 *ante* 27 ℞: 32, 10. 11. 33 ℞) *L* (32, 9...11. 33 ℞) *D* (*ad* 32, 12) *CRM*

[1] *iunge* 8, 5, 2 [2] eam *del.* (*edd.*) [3] pp. *del.*

1 idem] im. diocl. et max. *PL* | et cc. *om. PL* | sargio *S* | ex *om.* $R^a$ 2 adeptus (ademptus $R^a$) emptor *R* | retineri *R* 3 petuniam $P^a$ | mutuam $PLR^b$, mu*to $R^a$ | disset irrupens $R^a$ 4 *s. a. PL Miraeus Russardus* | pp.] p. *PL* | cc. conss.] *Russ.*, cons. *P*, *om. L Mir.* 5 a. *om. R* | paternum *S* 6 iure] in iure *R* 8 possessorum $L^a$ 9 iuditio *M* | iure] re $P^aL^t$ 10 *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *L* | triueris] trib. *PL*, tribon. *Mir.* | uulsianum et amian. (ami. *L*) conss. *PL* 11 patronio *C* | spaniorum *S* 12 uitia] icario ui*a $M^a$ | perdurat $R^a$ 13 *s. a. Th. PL Miraeus* | xv] *Th. libri boni cum* 8, 5, 2, u *PL Mir. cum nonnullis libris Th.* | mediol. *om. PL Mir.* 14 sabianis $M^a$ 15 nominis *DR* | procurator] liber procur. $R^a$ 16 quam $DR^a$ 17 nanctam $CR^a$?, natam $M^a$ 18 uel] ut *D*, * $M^a$ | dominio $M^a$ | praeiuditii *D* 19 malignitate] potestate $R^a$ | ipse si liberae] si ipse libere *D*, ipse sillabae $R^a$ 20 competentis $R^a$ | subiungitur $R^a$ 23 desidiam uel dolos *D* | supersederit *M* 24 capiatur *D* | memoratorum $R^a$ 25 enim $D^a$ | aliquid *RM* 28 habeat *D* 29 et *om. D* 30 retinendam *M* | personis $R^a$ 31 seruata *om. D* 33 decem] id est d. *R* 34 uiginti] xxx $L^a$ 35 imp. *R* 36 amissam *AC*, omissa $M^a$ | questione $M^a$ | transierit $AR^a$ | et *om.* $M^a$

anni intercesserint sine interpellatione, non est inquietanda quae nunc possidet persona, quae sicut accessione prioris domini non utitur, qui est inquietatus, ita nec impedienda
1 est, quod ei mota controuersia sit. Quod si prior possessor inquietatus est, etsi postea per longum tempus sine aliqua interpellatione in possessione remansit, tamen non potest
2 uti longi temporis praescriptione. Quod etiam in re publica seruari oportet. D. III ET ANTONINO AA. CONSS.[1]

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. Longi temporis praescriptio his, [B 50, 11, 2] qui bona fide coeptam possessionem continuatam nec interruptam inquietudine litis tenuerunt, solet patrocinari. PP. V K. DEC. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

3 IDEM AA. ET CC. ANTONIO. Si uineae, quas mater tua uitrico tuo in [B 50, 11, 3] dotem dedit, tuae proprietatis sunt nec ulla praescriptio ex transacti temporis prolixitate adoleuit, praeses prouinciae restitui tibi eas efficiet. a. 293

4 IDEM AA. ET CC. HERMO. Diutina possessio iure tantum successionis sine [B 50, 11, 4] iusto titulo obtenta prodesse ad praescriptionem hac sola ratione non potest. PP. IIII ID. APRIL. AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. SOTERICHO. Nec petentem dominium ab eo, cui petentis [B 50, 11, 5] solus error causam possessionis sine uero titulo praestitit, silentii longi praescriptione depelli, iuris euidentissimi est. S. SIRMI[2] XI K. MAI. AA. CONSS. a. 293

6 PARS EPISTVLAE DIOCLETIANI ET MAXIMIANI AA. ET CC. AD PRIMOSVM [B 50, 11, 6] PRAESIDEM SYRIAE. Si fraude et dolo, licet inter maiores annis, facta uenditio est, hanc confirmare non potuit consequens tempus, cum longi temporis praescriptio in malae fidei contractibus locum non habeat. ACCEPTA. a. 293

7 IDEM AA. ET CC. ANTHEAE. Longi temporis praescriptione munitis instru- [B 50, 11, 7] mentorum amissio nihil iuris aufert nec diuturnitate possessionis partam securitatem maleficium alterius turbare potest. D. PRID. K. IAN. AA. CONSS. a. 293

8 IDEM AA. ET CC. CELSO. Si is contra quem supplicas matris tuae quon- [B 50, 11, 8] dam mancipia quasi filius ex causa tantum adoptionis defendit, adfectio destinatae illicitae
1 adoptionis ad horum dominium ei quaerendum sola non sufficit. Quapropter mancipia petere non prohiberis nullam timens temporis praescriptionem, si hoc tantum initio procedente is contra quem supplicas horum possessionem adeptus est. a. 294

9 IDEM AA. ET CC. DEMOSTHENI. Emptor bona fide contra praesentem [B 50, 11, 9] decennii praescriptione, cuius initio contestationem haberi sufficit, posteaquam suam impleuerit intentionem petitor, adhibita probatione iustae possessionis defensus[3] absolui recte postulat. a. 294

10 [4]IDEM AA. ET CC. REGINO. Nec bona fide possessionem adeptis longi [B 50, 11, 10] temporis praescriptio post moram litis contestatae completa proficit, cum post motam controuersiam in praeteritum aestimetur. PP. V ID. DEC. CC. CONSS. a. 294

$A^l$ (33, 1. 2. 10) *P* (33, 2. 4 [5 *p*] 6. 7) *L* (33, 2. 4...7 [10 *ad finem libri V suppl. l*]) *CRM*

[1] d. . . . . [Seuero] III et Antonino AA. conss. (= *a.* 202)? [2] Sirmi *del.* (*cf. ad* 7, 56, 4) [3] defensus *colloca ante* 32 posteaquam (*Mommsen*) [4] *cf.* 3, 33, 26

1 sine] siue $A^a$ 2 qui] quia *A* 3 sit] est *CR* | etsi] si *A* 4 possessionem *CR* 5 uti] ut $M^a$ | seruari oportet] sero potet $M^a$ | *s. a. A, ubi est* dat. iii et ant. aa. cc. ss. 8 coemptam $M^a$ 9 *s. a. APL Miraeus* | pp.] p. *PL* | II] u *PL* 10 et c. *S, om. CRM* | anthonino *S*, ant. *R* 11 ex *om.* $M^a$ 12 deleuit $M^a$ | praeses *om.* $R^a$ 13 hermode *S* | tantum iure *M* 14 *s. a. PL Miraeus* | pp.] pp. sirmii *Russardus, om. PL Mir.* 15 conss. *om. PL* 16 sotherio *S*, soterico *pLCRM* | cuius $p^a$ 17 silentii longi] silentio longi temporis *R* 18 *s. a. Russardus* 19 epistulae] $SR^aM^b$, ex epistola *PLC*, ex epistolae $R^b$, epistula $M^a$ | diocletiani] imp. diocletianus *S* | primocum *R* 20 cyriae *PL* | et] aut *PL* | hac $P^a$ 21 conseques $M^a$ 22 habet *CR* | *s. a.* $PL^bM$ 23 praescriptione] $PL^lR^b$ *cum B:* ὁ ἔχων χρονίαν παραγραφήν, possessione $L^rCR^aM$ 24 auferet $R^a$ | paratam *PL*, partem $R^a$ | securitati $R^a$ 25 *s. a. PL Miraeus* | d. *om. P* 27 illicitae] $C^aR^bM$, et ill. $C^bR^a$ 28 ad *om.* $R^a$ 29 nulla $M^a$ | praescriptione $R^a$ 30 quem] qn̄ *R* 33 probatio $R^a$ 35 et cc. *om. M* | ademptis *Al* 36 praescriptione *l* | 37 *s. a. l Contius* 1566 | pp. v] p. uu *l*, d. *Contius* | conss.] et ss. *l*

11 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Super longi temporis praescriptione, quae | B 50, 11, 11
ex decem uel uiginti annis introducitur, perspicuo iure sancimus, ut, siue ex donatione
siue ex alia lucratiua causa bona fide quis per decem uel uiginti annos rem detinuisse
probetur, adiecto scilicet etiam tempore prioris possessoris, memorata longi temporis
exceptio sine dubio ei competat nec occasione lucratiuae causae repellatur. D. K. IVN.
DN. IVSTINIANO PP. A. II CONS. a. 528
12 IDEM A. IOHANNI PP. Cum in longi temporis praescriptione tres emerge- | B 50, 11, 12
bant ueteribus ambiguitates, prima propter res, ubi positae sunt, secunda propter personas,
siue utriusque siue alterutrius praesentiam exigimus, et tertia, si in eadem prouincia uel
si in eadem ciuitate debent esse personae tam petentis quam possidentis et res, pro quibus
certatur: omnes praesentis legis amplectimur definitione, ut nihil citra eam relinquatur.
1 Sancimus itaque debere in huiusmodi specie utriusque personae tam petentis quam possi-
dentis spectari domicilium, ut tam is qui dominii uel hypothecae quaestionem inducit quam
is qui res possidet domicilium in uno habeant loco, id est in una prouincia. hoc etenim
nobis magis eligendum uidetur, ut non ciuitate concludatur domicilium, sed magis pro-
uincia, et si uterque domicilium in eadem habet prouincia, causam inter praesentes esse
2 uideri et decennio agentem excludi. De rebus autem, de quibus dubitatio est, nulla erit
differentia, siue in eadem prouincia sint siue in uicina uel trans mare positae et longo
3 spatio separatae. Sin autem non in eadem prouincia uterque domicilium habeat, sed alter
in alia, alius in altera, tunc ut inter absentes causam disceptari et locum esse uiginti
annorum exceptioni. nihil enim prohibet, siue in eadem prouincia res constitutae sint
siue in alia, super his controuersiam in iudicio prouinciali moueri et multo magis in hac
3a florentissima ciuitate. Quid enim prodest in ipsa prouincia esse possessionem an in alia,
cum ius uindicationis incorporale est et, ubicumque res positae sunt, et dominium earum
et uinculum ad dominum uel creditorem possit reuerti? ideo enim nostri maiores sub-
tilissimo animo et diuino quodam motu ad actiones et earum iura peruenerunt, ut incor-
3b porales constitutae possint ubicumque ius suum et effectum corporalem extendere. Sit
igitur secundum hanc definitionem causa perfectissime composita et nemo posthac dubitet,
neque inter praesentes neque inter absentes quid statuendum sit, ut bono initio et posses-
sione tenentis et utriusque partis domicilio requisito sit expedita quaestio pro rebus ubi-
cumque positis, nulla scientia uel ignorantia expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis
4 oriatur occasio. Eodem obseruando et si res non soli sint, sed incorporales, quae in iure
consistunt, ueluti usus fructus et ceterae seruitutes. D. V K. DEC. CONSTANTINOPOLI POST
CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

*$A^l$* (33, 12) *p* (33, 11) *L* (33, 11. 12) *CRM*

---

1 iustinus *M* | praescriptionem *$M^a$* | quae] tres e quae *$L^a$*, *om.* *$R^a$* 2 uel] et *RM* 3 alia] altera *L* | lucratiua *om. R* 4 abiecto *$pLR^a$* | tempore *om.* *$R^aM^a$* | prioris] pro *$pLC^a$* 5 *s. a. L Miraeus* 6 II *om. L Mir.* | dn.] domno *L Mir.* | conss. *L* 7 idem] idem supradictus iustinianus *A* | iohanni] iuliano *A* | in *om. A* | longninqui *$L^a$* 8 ueteribus *om. A*, ἐζήτουν οἱ παλαιοί *B* | personam *L* 9 siue utriusque *om. L*, que *om. R* | presentia *A* | exigimus ... uel si in eadem *om.* *$R^a$* | tertiam *A* | uel si] uel s *$M^a$* 10 eadem] ed' *L* 11 certantur *L* | omnis *$LR^aM^a$* | ut] et *C*, ⁎⁎ ut *R* | citra] *$R^b$*, contra *$ALCR^aM$* | eam] eam definitionem *A* 12 in h. specie] huiusmodo species *L* 13 spectari] et res pro quibus certantur spectari *$L^a$* (*ex u.* 10) 14 res *om. A* | habet *L*, habeat *R* | enim *L* 15 magis nobis *L* 16 eadem] ea *M* | causa *$M^a$* 17 decennii *$R^a$*, decennii praescriptione *$R^bM$* | dubitatio est] dubitatione *$M^a$* 18 eadem] ea *M* | et] ut *$M^a$* 19 spatio] spa *$R^a$* | eodem *$M^a$* | habet *L* 20 in alia] in altera *L*, *om.* *$M^a$* | alius] atius *$L^a$* *uel* al'ius *L* | ut] et *M*, *om.* *$ALR^b$*, ⁎⁎ *$R^a$?* | inter] in *$M^a$* | loco *L* 21 res] aeae *$R^a$*, aeae res *$R^b$* 22 prouincialium *A* 23 an in al'a *L*, animalia *A* 24 et ubicumque] ubicumque *L* | sint *A* 25 ideo] et ideo *$LR^a$?* 26 iure *$A^a$* | ut *om* *$LR^a$* 27 suum ius *L* | corporales *L* | sit] si *$R^a$* 28 post hanc *LCM* | dubitet] d. et *$L^a$* 29 inter abs.] in abs. *$R^a$* | bonum (bon⁎⁎ *$R^a$*) initium *$LR^a$* | possessionem *$LR^a$* *uel R* 30 tenentis et] tenendi (tenenti *$R^a$*) sit *$LR^a$* | requisitio *A* 31 ne] nec *L* 32 solis *L* | incorporalis *R* | in *om. L* 33 uelut *A* | *s. a. A* | constant. ... 34 cc.] cap. cap. lamp. et orestis uu. cc. cc. ss. *A*

# XXXIIII
# ℞ IN QVIBVS CAVSIS CESSAT LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIO ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MARCELLINAE. Si is, cui colendum fundum dedisti, post instrumenta, quibus dominium ad te pertinere probari posset, per nouercam tuam subtraxit, hoc solo praescriptione temporis defendi non potest. [B 50, 12, 1]

2 [1]IDEM AA. ET CC. DIONYSIO. In seruorum proprietatis negotio cum usucapio locum habeat, ad quaestionem longi temporis praescriptionis superfluo peruenitur. [B 50, 12, 2]

3 IDEM AA. ET CC. APOLLINARIO. Vnus indiuiduum commune pro solido possidens interuallo temporis, quominus socius portionem uindicare uel eum communi diuidundo iudicio prouocare possit, non defenditur, cum neque familiae erciscundae iudicium neque communi diuidundo actio excluditur longi temporis praescriptione. III K. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294 [B 50, 12, 3]

4 IDEM AA. ET CC. LIVIAE. Hereditatem quidem petentibus longi temporis praescriptio nocere non potest. uerum his, qui nec pro herede nec pro possessore, sed pro emptore uel donato seu alio titulo res quae hereditariae sunt uel fuerunt possident, cum ab his successio uindicari non possit, nihil haec iuris definitio noceat. III ID. SEPT. [B 50, 12, 4]

5 IDEM AA. ET CC. ZOSIMO. Si puerum non pro derelicto habitum, sed ab hostibus uulneratum sumptibus tuis, sicut adseueras, liberum existimans curasti, longi temporis praescriptione, quominus dominus eius offerens erogata recte uindicet, defendi non potes. [B 50, 12, 5]

# XXXV
# ℞ QVIBVS NON OBICIATVR LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIO ℞

1 IMP. ALEXANDER A. VENVLEIO VETERANO. Tempus expeditionis aduersus petitiones, si quae competisse iuste probari possunt, praescriptionem non parit. PP. VI NON. IVL. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224 [B 50, 12, 6]

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AVRELIO ARCHIATRO. Cum per absentiam tuam eos, de quibus quereris, in res iuris tui inruisse adseueres teque ob medendi curam comitatu nostro discedere non posse palam sit, praefectus praetorio nostro accitis his quos causa contingit inter uos cognoscet.
1 Non necessario autem petis ex longi temporis diuturnitate praescriptionem tibi non opponi, quando iustae absentiae ratio et necessitatis publicae obsequium ab huiusmodi praeiudicio te defendat. PP. XII K. MART. NICOMEDIAE MAXIMO *II* ET AQVILINO CONSS. a. 286 [B 50, 12, 7]

*A*[1] (35) *P* (34 ℞ 3. 35 ℞ 5. 1. 2: 34, 4 *ante* 32, 10) *L* (34 ℞ 3. 4. 35) *CRM*

[1] *cf.* 7, 14, 6 (s. VII k. Mai. AA. conss.)

4 impp.] imperante *S* 5 possis *R* uel *R*ª, posse *M*ª 6 tuam *om. R* 7 dionysio] *N*, dionysi *S*, dioni *CM*, dionī *R* 9 et cc. *om. L* | indiuiduum commune] τὸ ἐπίκοινον πρᾶγμα *B* | solito *M*ª 10 portionem *om. M*ª | uel ... 11 prouocare *om. R*ª | eum] cum *PL*¹ | commune *PL* 12 diuidendo *R* | praescriptio *R*ª | *s. a. PL Miraeus* 13 sirmi] sirau. *PL* 14 et cc. *om. PL* | lybiae *SCM*, libroiae *PL*, halibecha *R* 15 his] cum his *PL*, hi *R* | pro poss.] poss. *R*ª 16 empto *RM* 17 his] hoc *L* | possint *R* | *s. a. P* (*fere euanidus*) *L Miraeus* | sempt. *Mir.* 20 prescriptio *M*ª | dominus *om. R*ª 21 potest *R*ª 23 obicitur *RM* 25 imp.] imperante *S*, *om. A* | uenulein *PL*, uenulegio *M* | ·eteranum *R*, *om. S* 26 petitiones] petioni *R*ª, *deficit M*ª | quae] qui *R*ª?, *deficit M*ª | praescriptio *R*ª | paret *R* | *s. a. APL Miraeus* | pp. *om. PL Mir.* 27 crisp. *L*, crispo *Mir.* 28 imperantibus *S* | aa.] aa. et c. *S* | aurelio *om. M*ª | archatro *P*ª 30 comitatu] in c. *PL* | posse *om. A* | noster *C* 31 accersitis *PLC*ᵇ*RM*ᵇ | contigit *A* | non *om. PLR*ª | necessarios *P*ª 32 et *om. A* 33 ab] non *A* | *s. a. APL Miraeus* | XII] XII *PL Mir.* 34 nicom. ... conss.] nice. *A* | II] u *PL Mir.*

3 Idem AA. Numidio correctori Italiae. Non est incognitum id temporis, [B 50, 12, 8] quod in minore aetate transmissum est, in longi temporis praescriptione non computari. ea enim tunc currere incipit, quando ad maiorem aetatem dominus rei peruenerit. PP. III id. Sept. ipsis IIII et III AA. conss. a. 290

4 Idem AA. et CC.[1] Crispino. Si possessio inconcussa sine controuersia [B 50, 12, 9] perseuerauerit, firmitatem suam teneat obiecta praescriptio: quam contra absentes uel rei publicae causa uel maxime fortuito casu nequaquam ualere decernimus. PP. IIII k. Mart. Hannibaliano et Asclepiodoto conss. a. 292

5 Idem AA. et CC. Ianuario. Neque mutui neque commodati aut depositi [B 50, 12, 10] seu legati uel fideicommissi uel tutelae seu alii cuilibet personali actioni longi temporis praescriptionem obici posse certi iuris est. S. k. Febr. AA. conss. a. 293

6 Idem AA. et CC. Doleo. Ab hostibus captus ac postliminio reuersus [B 50, 12, 11] actione in rem directa uel qualibet alia dominium uindicando temporis aduersarii possessionem frustra times, cum aduersus eos, qui restitutionis auxilio quacumque ratione iuuantur, huiusmodi factum non opituletur. VI id. Nov. Heraleae CC. conss. a. 294

7 Idem AA. et CC. Cassandro. Praescriptione bona fide possidentes aduersus [B 50, 12, 12] praesentem annorum decem, absentem autem uiginti muniuntur. quod tempus, si ex alicuius persona de petitorum parte restitutionis praetendatur auxilium, deducto eo, quo, si quid fuerit gestum, succurri solet, residuum computari rationis est.

8 [2]Imp. Iustinianus A. Menae pp. Sancimus his solis militibus[3], [2, 50, 8 B 50, 12, 13] qui[4] expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora, quae in eadem expeditione percurrunt, in exceptionibus declinandis opitulari: illis temporibus, per quae citra expeditionum necessitatem in aliis locis uel in suis aedibus degunt, minime eos ad uindicandum hoc priuilegium adiuuantibus. D. k.[5] April. Constantinopoli Decio vc. cons. a. 529

## XXXVI

## ℞ ADVERSVS CREDITOREM ℞

1 Imp. Gordianus A. Veneriae. Diuturnum silentium longi temporis prae- [B 50, 14, 1] scriptione corroboratum creditoribus pignus persequentibus inefficacem actionem constituit, praeterquam si debitores uel qui in iura eorum successerunt obligatae rei possessioni incumbant. ubi autem creditori a possessore longi temporis praescriptio obicitur, personalis actio aduersus debitorem salua ei competit.

2 Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Marcellae. Si debitori [B 50, 14, 2] heres non extitisti, sed iusta uiginti annorum possessione collata in te donatio roborata est, neque personali actione, quia debitori non successisti, conueniri te iuris ratio permittit

$A^1$ (35, 3...6) *P* (35, 5. 1...4. 8) *L* (35, 3. 4. 8. 5) *CRM*

---

[1] et CC. *del.* [2] *iunge* 6, 21, 17 [3] militibus *om. l. gem.* [4] in *ins. l. gem.* [5] d. VIII id.?

---

1 idem] idus *A* | aa.] a. et c. *S* | corrector *SR* | italia *M* 2 quo *A* | minori *R* | est] *om. A* | in *A, om. PLCRM*, ἐν τῷ χρόνῳ ... οὐ ψηφίζεται *B* | praescriptioni $L^v$ | imputari *PL* 3 *s. a. APL Miraeus* | III] iiii *L Mir.* 4 III] *L*, iiii *AP Mir.* 5 cc.] consule *A* 6 perseuerauit *PLRM* 7 casa *P* | fortuitu *A* | *s. a. APL Miraeus Russardus* IIII] *A*, ui *PL Mir.*, III *Russ.* 8 anniualeriano *A* 9 cc.] conss. *A* 10 actio *L*, actione *R* 11 *s. a. APL Miraeus* | s. *om. APL* | aa.] a. *L* | conss. *om. A* 13 temporis] longi t. *A*: οὐκ ἐκβάλλεται διὰ τῆς τοῦ μακροῦ χρόνου παραγραφῆς *B* 14 timens $M^a$ | eos] eum $C^a$ 15 *s. a. A* | VI] *Mommsen*, u *A* | cc. conss.] cc. ss. *A* 16 possidentis $M^a$ 18 praetendatu *uel* praetendatus $R^a$ | auxilio $R^bM^a$ 19 quid *om.* $M^a$ 20 a. *om. RM* 21 occupati ... 22 exceptionibus *om.* $M^a$ | edem $P^a$ 22 exceptionibus] expeditionibus $PL^a$ | quae] quem $L^aR$ | expeditionis *l. gem.* 23 sedibus $C^a$ *contra l. gem.* 24 *s. a. PL Miraeus* | k.] VI id. *l. gem.*, IIII id. 6, 21, 17 | uc.] *l. gem., om. PL Mir.* | conss. *L* 27 ualeriae *R* 28 corrobaratum *R* 29 iuria $M^a$ | successor $R^a$ 30 possore $R^a$, possere $M^a$? 32 et c. *S, om. CM* 33 sed] et *R* | possessionem *R* | corroborata *R* 34 conueniri te] conuenire *R*

nec data pignori praedia post interuallum longi temporis tibi auferenda sunt, quando etiam praesentibus creditoribus decem annorum praescriptionem opponi posse tam rescriptis nostris quam priorum principum statutis probatum sit.

## XXXVII

## R DE QVADRIENNII PRAESCRIPTIONE R

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD ORFITVM. Notum est a fisco quaestionem post [B 50, 13, 1] quadriennium continuum super bonis uacantibus inchoandam non esse. additum etiam est et eos, qui nostra largitate nituntur, nulla inquietudine lacessendos nec his a fisco nostro controuersiam commouendam, qui quoquo modo aut titulo easdem res possederint.

2 IMP. ZENO A. AENEAE COMITI RERVM PRIVATARVM. Omnes, qui quascumque [B 50, 13, 2] res mobiles uel immobiles seu se mouentes uel in actionibus aut quocumque iure constitutas a sacratissimo aerario comparauerint, eos quin etiam, quibus quaecumque res mobiles seu immobiles seu se mouentes aut in actionibus uel quocumque iure constitutae munificentiae principalis nomine datae fuerint, omnibus pariter priuilegiis, quae ex diuinis sanctionibus inclitae recordationis Leonis et nostrae pietatis super certis patrimoniis antea emptores consecuti sunt, perpotiri et ita cunctos huiusmodi beneficiis seu priuilegiis perfrui, tamquam si super singulis substantiis seu patrimoniis etiam nunc uel postea data fuisset huiusmodi dispositio: nec posse contra emptores praedictarum rerum factos iam uel futuros, uel contra eos, quibus super huiusmodi rebus largitas nostra delata est uel fuerit, aliquas actiones in rem dominii uel hypothecae gratia uel in personam, ciuiles seu praetorias, uel ex legibus aut sacratissimis constitutionibus descendentes uel quaslibet alias, licet nominatim praesenti sanctione non sint comprehensae, moueri: data uolentibus licentia intra quadriennium contra sacratissimum aerarium, si quas sibi competere actiones existimant, exercere, ita tamen, ut post elapsum quadriennium nec sacratissimum fiscum licere
1 sibimet quibuslibet actionibus pulsare cognoscant. Ad haec fiscalium rerum emptoribus cum ratione iustitiae consulentes iubemus, quotiens competens scrinium gestis interuenientibus distractarum rerum pretia sese deposuerit suscepisse, minime post huiusmodi solutae pecuniae depositionem emptores quasi non numeratis pecuniis molestari uel necessitatem isdem emptoribus imponi, licet non sollemnem consecuti fuerint securitatem, soluta fuisse pretia probare. sed cum sit in arbitrio pretia suscipientis minime deponere sese quod non accepit suscepisse, ita conuenit nec emptores plenissimam ex huiusmodi depositione super pretii solutione securitatem consecutos ullum (sicut dictum est) ulterius probatione grauamen penitus formidare.

3 IMP. IVSTINIANVS A. FLORO COMITI RERVM PRIVATARVM ET CVRATORI [B 50, 13, 3] DOMINICAE DOMVS ET PETRO VIRO ILLVSTRI CVRATORI DIVINAE DOMVS SERENISSIMAE AVGVSTAE ET MACEDONIO VIRO ILLVSTRI CVRATORI ET IPSI DOMINICAE DOMVS. Bene a

*CRM*

---

3 quam] quae in $R^a$ 5 *rubricam post c.* 1 *collocat* $R^a$ 6 constantinus] *SM*, const. *C?R* | orpitum *S*, horsitum *R*, orphitum pu. *M? edd.: Orfitus pu. sub Constantio a.* 354—359 *occurrit, res tamen qua de agitur non pertinet ad officium pu.* 7 inchoatam $R^a$ 8 utuntur *R* 9 quoquo] quo *C* | ponderint $R^a$ 10 a. *om. R* 11 uel (et *R*) immob. *om.* $M^a$ | iure constitutae a sacr. $C^a$, iura constituta sacr. $R^a$ 12 comparauerunt $R^a$ | quibus quaecumque] $R^a$, quibuscumque $CR^bM$, οἷστισιν οἱαδήποτε *B* 13 se] sese *C* 14 nomine] non $R^a$ | fuerunt $R^a$ | pariter *om.* $R^a$ | ex] et * (in?) $R^a$, et ex $R^b$ 15 ante *R* 16 emptoris $M^a$ | cunctis *R* 17 si *om.* $C^a$ 18 nec *om.* $R^a$ | emptorem $R^a$ | iam *om.* $R^a$ 19 facturos $R^a$ | rebus *om.* $M^a$ 20 aliquas actiones] sanctionem aliquam $R^a$, τινὰς ἀγωγάς *B* (κ.π.) | uel in] * in $R^a$ | personas *M* 21 ex *om.* $R^a$ 22 sanctionis $C^a$?, sanctione* $M^a$? | comprehensi $R^a$ 23 infra *C* | si … 24 fiscum] ** $R^a$ | aestimant *M* 25 emptionibus $M^a$ 26 rationum $R^a$ | quotienscumque *C*, ὁσάκις *B* (κ.π.) 27 pretia sese] pretiasse $C^a$ | disposuerit *CM*, κατάθηται *B* (κ.π.) | suscepisse *om.* $C^a$ 28 depositione $M^a$ 29 fuerunt *R* | securitate $M^a$ 31 acceperit *CM* | nec empt. conuenit *C* | ex *om.* $R^a$ | dispositione *RM* 32 consecutus $C^aM^a$, *om.* $R^a$, κτησαμένους *B* (κ.π.) | probatione] $CR^a?M^a?$ *cum B* (κ.π.) διὰ τῆς ἀποδείξεως, probationis $R^bM^b$ 34 curatorum *S* 35 inlustris curatoris *S* | aug. seren. *S* 36 mathedonio *R* | ipse *R*

Zenone diuae memoriae fiscalibus alienationibus prospectum est, ne homines, qui ex nostro
aerario donationis vel emptionis vel cuiuslibet alienationis titulo quicquam accipiunt, si
quid circa contractum contrarium emerserit vel euictionis uel alterius inquietudinis gratia
ad dominium uel hypothecam respiciens, aliquid sustineant detrimentum: sed aduersus
emptores quidem uel donationem accipientes uel per alios titulos alienationis quicquam
detinentes minime quaecumque actiones moueantur, sed tantummodo contra aerarium usque
1 ad quadriennium tantum, quo translapso neque aduersus fiscum remaneat aliqua actio. Sed
scimus hoc quidem in fiscalibus alienationibus nauiter obseruari, sed non simili modo rem
fuisse obseruatam circa eas res, quae a sacratissimis imperatoribus non a fiscalibus rebus,
1*a* sed ex priuata eorum substantia procedunt. Quod satis inrationabile est. quae enim
differentia introducitur, cum omnia principis esse intellegantur, siue a sua substantia siue
ex fiscali fuerit aliquid alienatum? eodemque modo et si a serenissima Augusta aliquid
alienetur, quare non eadem utatur praerogatiua? sed curatores nostri, per quos solemus
substantiam nostram gubernare, necesse habeant in uenditionibus rerum et euictionem et
alia quae sunt priuatae utilitatis pacta emptionalibus instrumentis addere uel quasdam
tales obligationes in alienationum instrumentis agnoscere uel in permutationibus uel in
1*b* transactionibus, si et hoc fuerit celebratum? Hoc enim est eorum, qui nec maiestatem
imperialem agnoscunt et quantum inter priuatam fortunam et regale culmen medium est,
et nostros curatores, per quos res diuinarum domuum aguntur, aliquibus iniuriis uel damnis
1*c* (1) adficere conantur. Quae omnia resecantes per hanc generalem et in perpetuum ualituram
legem sancimus omnes alienationes de aula procedentes, siue a nostra clementia siue a
serenissima Augusta coniuge nostra siue ab his, qui postea digni fuerint nomine imperiali,
siue iam alienatum quid est siue postea fuerit, sine omni inquietudine permanere, siue res
eis per nosmet ipsos siue procuratores, ex epistalmate tamen nostro, fuerint adsignatae.
1*d* Et nemo audeat eos, qui res accipiunt per quemcumque titulum alienationis siue mobiles
siue immobiles seu se mouentes uel iura incorporalia uel panes ciuiles, iudiciis adficere
uel sperare aliquam contra eos esse sibi uiam apertam, sed omnis aditus excludatur,
2 omnis motus et spes huiusmodi petulantiae. Sed aduersus domos nostras habeant, intra
quadriennium tamen, secundum imitationem fisci, quas existimant posse sibi competere
actiones in rem uel hypothecariam, ut ex nostra iussione causa moueatur et competentem
mereatur effectum. quod si quadriennium fuerit emensum, nec aduersus nostram domum
3 habeat quis quamcumque actionem. Quia igitur multa scimus tam nosmet ipsos quam (B)
serenissimam Augustam coniugem nostram uariis personis iam donasse et uendidisse et
per alios titulos adsignasse, et maxime sacrosanctis ecclesiis et xenonibus et ptochotrophiis
et episcopis et monachis et aliis innumerabilibus personis, et eandem liberalitatem ex nostra
substantia siue serenissimae coniugis nostrae esse confectam, sancimus etiam eos firmo
iure habere quod consecuti sunt, ita ut contra illos quidem nulla moueatur actio, intra
quadriennium autem ex praesenti die numerandum pateat omnibus aditus contra nostras
diuinas domos suas actiones super isdem rebus mouere, scituris, quod praefato quadriennio

*CRM*

---

1 qui] qu $M^a$ 3 circa *om.* $R^a$ 4 a dominum $R^a$ | sustineat $M^a$ 5 uel don.] don. $R^a$ 6 detinens $M^a$ 7 aduersum *R* | aliqua remaneat *CM contra B* (κ.π.) 8 nouiter $CR^a$, gnauiter $M^b$, *inc.* $M^a$: ἐνδρανῶς *B* (κ.π.) 9 quae a] quae e. $M^a$, quae ex $M^b$, quae $R^a$ 11 intellegatur $M^a$ | sua *om.* $R^a$ 12 ex] a *C* | aguste $R^a$ 13 sed] ἀλλ' *B* (κ.π.): *expectes* ut | nostri *om.* $R^a$ | quas *C* 14 habeat *C*, habent *M*, ἔχουσιν *B* (κ.π.) | in *om.* $R^a$ | euictione *M* 15 addere ... 16 instrumentis *om.* $R^a$ 16 in perm.] perm. *R contra B* (κ.π.) | intra sanctonibus *R*, in *om.* $CM^a$ *contra B* (κ.π.) 17 et *om.* $R^a$ 18 legale $M^a$ 19 domorum $CR^b$ | aliis quibus $R^a$ 21 legem *om.* $R^a$ | a ser.] ser. $R^a$ 22 digni ... 23 postea *bis* $R^a$ 23 quid est] quidem *C* | fuerint *R* | sine] siue $M^a$ 24 nosmet] memet $R^a$ | procurat.] per procurat. $C^bR^bM^b$ *contra B* (κ.π.): δι' ἡμῶν αὐτῶν ἢ τῶν | tamen *om. R contra B* (κ.π.) 25 quoscumque titulos *R contra B* (κ.π.) | alienationes $R^a$ | mobiles (—lis $R^a$) siue *om. M* 26 immobilis *R* | seu] siue *M* 27 omnes $R^aM^a$ | excludantur omnes *R contra B* (κ.π.): πᾶσα εἴσοδος ἀποκλειέσθω πᾶσα 28 domos] domos dominus $R^a$ | habet *R* 29 extimant $R^a$ | sibi posse *R contra B* (κ.π.) 31 si *om.* $C^a$ | nostram domum] nostra do.... $R^a$ 32 habet *R* 33 coniungem *M* | uenddisse $R^a$ | et] et eis *C* 34 sacrosanctas aecclesias $C^aM^a$ | et xen.] exen. $C^aRM^a$? | ypochotrophiis *R* 35 et episc.] episc. *R* | ex] siue ex *R* 36 coniugi $C^a$?*R* 37 quod *om.* $R^a$ | persecuti *R* | moueantur *C* 38 numerandi $C^a$?$M^a$ 39 domus *R*, domo $M^a$ | commouere *C*

4 finito neque aduersus nostras domos aliquis eis reseruetur regressus. Cum [B 50, 13, 3] enim multa priuilegia Augusta fortuna meruit et in donationibus sine insinuatione gestorum omnem firmitatem habentibus[1] et super rebus, quas pro tempore serenissimus princeps diuinae Augustae constante matrimonio donauerit uel ipse a serenissima Augusta per donationis titulum consequatur, ut maneat ilico donatio plena, nullo alio adfirmationis tempore expectando[2], ita et hoc uideatur imperiale esse priuilegium. qui enim suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habeant dignam sua
5 praerogatiuam fortuna? Quae igitur pro Augusto honore et cautela res accipientium [(B)] nostra statuit aeternitas, haec tam sublimitas tua quam ceteri omnes iudices nostri obseruare festinent, ex eo tempore ualitura, ex quo nutu diuino imperiales suscepimus infulas.
D. v k. Dec. Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

# XXXVIII

## ℞ NE REI DOMINICAE VEL TEMPLORVM VINDICATIO TEMPORIS EXCEPTIONE SVBMOVEATVR ℞

1 Impp. Valentinianvs et Valens AA. ad Probvm pp. Galliarvm. [B 50, 13, 4] Saepenumero praeceptum est, ut serui atque liberti, colonique praeterea rei nostrae nec non etiam eorum suboles ac nepotes, quicumque de nostris possessionibus recessissent ac se ad diuersa militiae genera contulissent, cingulo, in quo[3] obrepserant fraudulenter, exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota nostro patrimonio redderentur.

2 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Dextro comiti [B 50, 13, 5] rervm privatarvm. Vniuersas terras, quae a colonis dominicis iuris rei publicae uel iuris templorum in qualibet prouincia uenditae uel ullo alio pacto alienatae sunt, ab his, qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis praescriptione officiente iubemus restitui, ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. D. v non. Ivl. Constantinopoli Valentiniano A. *III* et Evtropio conss. a. 387

3 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. ad Pavlvm comitem [11, 67, 2 Th. 10, 1, 15 B 50, 13, 6] domorvm. Si qua usquam loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occu-
1 pauit, secundum ueteris census fidem in sua iura retrahentur. Rescripta igitur obreptionibus

*Vtinensis* (38, 2) $A^{ul}$ (38 ℞) *P* (39, 8. 38 ℞ 2. 3) *L* (38 ℞ 2. 3) *CRM*

[1] *cf.* 8, 53, 34, 1*a* [2] *cf.* 5, 16, 26 [3] quod (*Mommsen*)?

1 domus *R* | aliquid $C^a$ | ei reseruentur *R* | ingressus $M^a$? 3 pro tempore] propter $M^a$ 4 ipse a] ipsa ei $R^a$ | augusti $R^a$ | per donatis $C^aM^a$ 5 ilico] aliquo $C^a$ | alio *om. R contra B* (κ.π.) 6 esse *om. R contra B* (κ.π.) 7 pro] per $C^a$ | suam pr. fortunam *C*, sua pr. fortunam $R^a$, suam pr. fortuna *M*, ἄξιον τῆς ἰδίας προνόμιον τυχῆς *B* (κ.π.) 8 auguste *R* | res *om.* $R^a$ 10 infilias $R^a$ 11 *s. a. Russardus* 13 rei] fidei *S* | temporum *SA* 15 ualens et ualerius *M* 16 liberi $M^a$ | prepterea $M^a$ | rei] rei publicae *R* 17 ac] et *R* 18 abrepserant *R*, obseruant $C^bM^a$ | frauldulenter $M^a$ | excuti $M^a$ 19 aliquas] aliqua (aliqūa $C^a$) sibi *C* | dignitatem $C^a$ 20 recederentur $R^a$? | *subscriptionem fortasse seruauit A, ubi post h. t. rubricam sequitur edictum Theoderici* 15. 16 (*cf. ad* 9, 16, 3) *cum hac clausula* dat. uiiii. kl. octb. iust. opimo (*sic* $A^u$, iustopimo $A^l$) 21 imperator *Vtin.*, imppr. *L*, impp. *CR* | ualentinianus] ualentinus et ual. *Vtin.*, ualens *R*, ualentinus *M* | theod.] et theod. *SR* | et arc. *om. S* | aa. *S Vtin. CR*, daa. *M* | dextro] adextrum *PL* | comes *L* 22 priuatarum] prouincias *Vtin.* | colonis] *Vtin. C cum B* (κ.π.), colonis seu (siue $C^b$) emphiteuticariis $C^bRM$ | dominici $CM^b$ *contra B* (κ.π.), domnis *Vtin.* 23 templorum] *C*, t. dei *Vtin.*, sacrorum (sacrarum $L^a$) t. *PLM*, t. sacrorum *R*, δικαίου ναϊκοῦ *B* (κ.π.) | pactu *Vtin.*$^a$ 24 legem *Vtin.*; τοὺς νόμους *B* (κ.π.) | eas *om. R contra B* (κ.π.) | praescriptionem *Vtin.* | opticiente *Vtin.*$^a$ 25 ut] u $R^a$ | reposcente *L* | *s. a. Vtin. PL Miraeus* 26 constant. … conss. *om. Vtin.* | ual. aa. iu *PL*, ualentin. a. IIII *Mir.* | utropio *PL* 27 comiti *S* 28 domorum] *PLCR l. gem.*, domesticorum *S*, *om. M Th.* | quae quisquam $PL^a$?, quequam $L^bR^b$, qu. usquam $R^a$, quaeque qua $M^b$, qua *l. gem., inc.* $M^a$ | domini $P^a$, dominii *L*, dominum $P^bR^a$ | temeritate *PL* 29 ueteres $PL^l$ | retrahentur] $P^aR$ *Th.*, retrahantur $P^bLCM^b$ *cum l. gem.*, retrahatur $M^a$, ἀνακαλείσθωσαν *B* (κ.π.) | obreptione $PL^l$, obtemptationibus $R^a$

impetrata cum praescriptione longi temporis et noui census praeiudicio submouebit aucto-
ritas tua, atque ita omnia suo corpori quae sunt auulsa restituet. neque enim [1] incubatio
diuturna aut nouella professio proprietatis nostrae priuilegium abolere poterit [2]. D. V K.
APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

## XXXVIIII

## ℞ DE PRAESCRIPTIONE XXX VEL XXXX ANNORVM ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ARRIANAE. Cum adseueras te [B 50, 14, 3]
absente eos, qui oculos praediis tuis imposuerant, operam dedisse, ut annonariae collationis
praetextu uili pretio ab officio praesidali praedia tua distraherentur, si legitimi temporis
spatium ex uenditionis die fluxit, qui prouinciam regit inter uos cognoscet et, quod publico
1 iure praescriptum est, statuet. Si autem nondum ex die publicae uenditionis legitimum
tempus transmissum sit, iudex examinatis adlegationibus tuis quod rei qualitas dictauerit
sequetur, non ignarus, si iniustam esse emptionem perspexerit, pretium, quod pro uitioso
contractu datum est, secundum principalium statutorum tenorem mala fide emptoribus
restitui non oportere.
2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD VOLVSIANVM PV. Male agitur [B 50, 14, 4]
cum dominis praediorum, si tanta precario possidentibus praerogatiua defertur, ut eos
post quadraginta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietare non liceat, cum lex
Constantiniana [3] iubeat ab his possessionis initium non requiri, qui sibi potius quam alteri
possederunt, eos autem possessores non conuenit appellari, qui ita tenent, ut ob hoc ipsum
1 solitam debeant praestare mercedem. Nemo igitur, qui ad possessionem conductor accedit,
diu alienas res tenendo ius sibi proprietatis usurpet, ne cogantur domini aut amittere
quod locauerunt aut conductores utiles sibi fortassis excludere aut annis omnibus super
dominio suo publice protestari. D. VIIII K. AVG. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365
3 [4]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA.[5] ASCLEPIODOTO PP. Sicut [Th. 4, 14, 1 B 50, 14, 5]
in rem speciales, ita de uniuersitate ac personales actiones ultra triginta annorum spatium
minime protendantur. sed si qua res uel ius aliquod postuletur uel persona qualicumque
actione uel persecutione pulsetur, nihilo minus erit agenti triginta annorum praescriptio
metuenda: eodem etiam in eius ualente persona, qui pignus uel hypothecam non a suo
1 debitore, sed ab alio per longum tempus [6] possidente nititur uindicare. Quae ergo ante
non motae sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo competere iure coeperunt,
uiuendi ulterius non habeant facultatem. nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam,
licet per adnotationem, promeruisse responsum, uel etiam iudiciis adlegasse, nisi adlegato

*P* (38, 3. 39 ℞ 2. 40 ℞ 1. 2. 41 ℞ 3. 39, 3) *L* (38, 3. 39 ℞ 2. 40 ℞. 39, 3) *CRM*

---

[1] aut precatio colorata aut *ins. Th. cum l. gem., om. B* (κ.π.) [2] potuerunt *Th. cum l. gem.* [3] *particulae huius constitutionis uidentur extare in* 3, 1, 8. 7, 22, 3, *nisi eae cum Gothofredo ad Th.* 13, 10, 2 *potius Licinio adscribendae sint* [4] *iunge Th.* 2, 12, 7 [5] Imp. Theodosius A. *recte Th.* [6] ⁎per l. tempus *om. Th., tuentur B* (κ.π.)

---

1 noui] longi $C^a$, *inc.* $M^a$ | submouebitur *P* 2 restitues $PL^bR^a$, restituas $L^a$, ἀποκαταστήσει *B* (κ.π.) | incumbatio *PLM* 3 auoluere $P^tL^t$, obolere $M^a$ | poterit] *libri*, ἠδυνήθη *B* (κ.π.) | *s. a. Th. PL Mir.* 4 constant. *om. L Mir.* | arc. IIII] artiū. *PL*, arc. V *Mir.* 7 aa.] aa. et cc. *R* 8 oculis $R^a$ | tuis praediis *R* 10 cognoscit $R^a$ 11 iuri *CM* 13 sequatur $M^a$ | ignorarus $R^a$ | iustam $M^a$ | prospexerit *RM* 16 ualentinus *RM* | ualens] ualent. *PL* | aa. *om. L* | uulsianum *P*, uulsionum *L* | pu.] *SM*, pl'i *PL*, pp. *CR* | igitur $M^a$ 17 cum] ⁎⁎ $M^a$, *om.* $PL^aR$ | dominus $R^a$ 18 cum] ut $P^a$ 20 appellare $M^a$ | qui] quia *R*, qui⁎ $M^a$ | ob *om.* $M^a$ | hoc *om. PL* | ipso solam $R^a$ 22 alienam rem *R* | tinendo $C^a$, retinendo *M* 23 locarunt $CM^a$, collocauerunt *R* | conductores] c. res $P^a$ 24 domino $PL^a$ | protestare $P^a$, detestari $R^a$ | *s. a. PL Miraeus* 25 asclepiodote *M* 26 specialem $PLR^a$, spetiale⁎ $M^a$ | de uniuersatate $P^a$, ad uniuersitatem *Th.*, περὶ ὁμάδος *B* (κ.π.) 27 sed] et *C* | aliquod ius *R* 29 etiam] $C^aM^a$ *Th. B*, etiam iure $PLC^bR$, iure etiam $M^b$ 30 uendistate *uel* distate $R^a$ 32 habent *R* 33 meruisse *Th.* | adlegato] allegasse $R^a$

sacro rescripto aut in iudicio postulatione deposita fuerit subsecuta per exsecutorem[1] con-
1a uentio. Non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda,
sed pupillari aetate dumtaxat, quamuis[2] sub tutoris defensione consistit, huic eximenda
sanctioni. nam cum ad eos annos peruenerit, qui ad sollicitudinem pertinent curatoris,
2 necessario eis[3] similiter ut aliis annorum triginta interualla seruanda sunt. Hae autem
actiones annis triginta continuis extinguantur, quae perpetuae uidebantur, non illae, quae
3 antiquitus[4] temporibus limitantur. Post hanc uero temporis definitionem nulli mouendi
ulterius facultatem patere censemus, etiamsi se legis ignorantia excusare temptauerit.
D. XVIII K. DEC. CONSTANTINOPOLI VICTORE CONS. a. 424
4 [5]IMP. ANASTASIVS A. MATRONIANO PP. Omnes nocendi quibuslibet modis B 50, 14, 6
artes omnibus amputantes cunctas quidem temporales exceptiones, quae ex uetere iure uel
principalibus decretis descendunt, tamquam si per hanc legem specialiter ac nominatim
fuissent enumeratae, cum suo robore durare et suum cunctis, quibus competunt uel in
posterum competere ualuerint, pro suo uidelicet tenore praesidium in perpetuum deferre
1 decernimus. Quidquid autem praeteritarum praescriptionum uel uerbis uel sensibus minus
continetur, implentes per hanc in perpetuum ualituram legem sancimus, ut, si quis con-
tractus, si qua actio, quae, cum non esset expressim saepe dictis temporalibus praescrip-
tionibus concepta, quorundam tamen uel fortuita uel excogitata interpretatione saepe
dictarum exceptionum laqueos euadere posse uideatur, huic saluberrimae nostrae sanctioni
succumbat et quadraginta curriculis annorum procul dubio sopiatur, nullumque ius priuatum
uel publicum in quacumque causa in quacumque persona, quod praedictorum quadraginta
2 annorum extinctum est iugi silentio, moueatur. Sed quicumque super quolibet iure, quod
per memoratum tempus inconcussum et sine ulla re ipsa illata iudiciaria conuentione
possedit, superque sua condicione, qua per idem tempus absque ulla iudiciali sententia
simili munitione potitus est, sit liber et praesentis saluberrimae legis plenissima munitione
securus. D. IIII[6] K. *AVG.* CONSTANTINOPOLI OLYBRIO[7] CONS. a. 491
5 [8]IDEM A. AD THOMAM PP. PER ILLYRICVM. Praescriptionem quadraginta annorum ab
his, qui ad curialem condicionem uocantur, opponi non patimur, sed genitalem statum
semper eos agnoscere compelli sancimus. sacra etenim nostrae pietatis lex[9] de aliis loquitur
condicionibus nec anterioribus constitutionibus per eandem nouellam legem derogatur, quae
manifestissime curiales et liberos eorum explosis temporalibus praescriptionibus patriis
suis reddi praecipiunt[10].
6 IDEM A. LEONTIO PP. Comperit nostra serenitas quosdam sacratissimam B 50, 14, 7
nostrae pietatis constitutionem, quae de annorum quadraginta loquitur praescriptione, ad

*P* (39, 3. 4) *L* (39, 3. 4) *CRM*

---

[1] per exsecutorem *om. Th. contra B* (κ.π.) [2] quamdiu *Th. contra B* (κ.π.) [3] ei *Th.*, αὐτοῖς *B* (κ.π.) [4] fixis *ins. Th.*, *om. B* κ.π. (*u. i.*) [5] *iunge* 10, 27, 1. 11, 62, 14 [6] III 10, 27, 1. 11, 62, 14 [7] uc. *ins.* 10, 27, 1. 11, 62, 14 [8] *iunge* 2, 4, 43. 2, 7, 21 [9] *c.* 4 § 2 *h. t.* [10] D. XV (XII 2, 7, 21) k. Dec. Patricio et Hypatio conss. (= *a.* 500) *leges iungendae*

---

1 posita $PL^a$ 3 defensione] an d. $L^a$ | constitit $CRM^a$, ἔστιν *B* (κ.π.) 4 peruenerint *PLR cum B* (κ.π.) ἐλθῶσιν | solutionem *L* 5 haec $P^aM^a$?, haeae $CR^b$, αὗται *B* (κ.π.) 6 illae quae] illae $M^a$ 7 antiquis *PLRM cum B* (κ.π.) ἐξ ἀρχαίου καιροῦ | militantur *PL, inc.* $R^a$ | nullam $P^tL^a$ 8 se legis ign.] leges ignorantiae $R^a$ 9 *s. a. Th. PL Miraeus* | XVIII] uiiii *PL Mir.* | cons.] uc. cons. *Th.* 11 cunctis $L^a$ 14 competere ual. (uoluerit $C^a$) pro suo (sui *CM*)] compere ual. competere $R^a$ 15 uel uerbis] uerbis *C* 17 essent $C^a$, aessae *P* | expressa $PL^t$ 18 conceptam $R^a$ | uel] *C*, uel a *PLRM* | forte $P^t$, *inc.* $L^a$ 23 et] est $P^bL$, ėst et $RM^b$, *inc.* $M^a$ | rem $L^vR^a$ | iudicaria $R^a$ 24 possedit ... condicione *om.* $R^a$ | qua] quae $P^a$, quam *L* 25 munitionem $P^a$ | positus $P^a$ | amonitione *PLR*, m**itione $M^a$ 26 *s. a. PL Miraeus* | aug.] 10, 27, 1. 11, 62, 14, *om. PL Mir.* | conss. *PL Mir.* 27 ad thomam] anthoniate *S*, thomasium *M* | per (ad *R*) ill. *om. M* | praescriptione *R* 28 uendicionem $R^a$ | generalem $R^a$ 29 enim *R* 31 manifestissimo curialem $R^a$ 32 reddi praecipiunt *om.* $R^a$ 33 a.] a. et c. *S* | comperitur *R* | sacratissimam] *dett. cum B* (κ.π.) τὴν ἱεράν, sacratissime *CRM*

praeiudicium etiam publicarum functionum solutionis trahere conari et, si quid per tanti
uel amplioris temporis lapsum minime uel minus quam oportuerat tributorum nomine
solutum est, non posse requiri seu profligari contendere, cum huiusmodi conamen mani-
1 festissime sensui propositoque nostrae legis obuiare noscatur. Ideoque iubemus eos, qui
rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpel-
latione possederunt, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam remoueri, functiones
autem seu ciuilem canonem uel aliam quandam publicam collationem impositam ei depen-
dere compelli nec huic parti cuiuscumque temporis praescriptionem oppositam admitti.
7 Imp. Ivstinvs A. Archelao pp. Cum notissimi iuris sit actionem hypothe- B 50, 14, 8
cariam in extraneos quidem suppositae rei detentores annorum triginta finiri spatiis, si
non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est etiam per solam conuentionem,
aut si aetas impubes excipienda monstretur, in ipsos uero debitores aut heredes eorum
primos uel ulteriores nullis expirare lustrorum cursibus: nostrae prouisionis esse perspexi-
mus hoc quoque emendare, ne possessores eiusmodi prope immortali timore teneantur.
1 Quamobrem iubemus hypothecarum persecutionem, quae rerum mouetur gratia uel apud
debitores consistentium uel apud debitorum heredes, non ultra quadraginta annos, ex quo
competere coepit, prorogari, nisi conuentio aut aetas, sicut dictum est, intercesserit, ut
diuersitas utriusque rerum persecutionis, quae in debitorem aut heredes eius quaeque
mouetur in extraneos, in solo sit annorum numero, uerum in aliis omnibus ambo similes
sint: in actione scilicet personali his custodiendis, quae prisca constitutionum sanxit iustitia.
2 Sed cum illud etiam in forensibus controuersiis uentilabatur, an creditor anteriora iura
praetendens potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem et ultra triginta annos
inquietare utpote imaginem debitoris obtinentem eique possidentem, necessarium duximus
2a et hoc dirimere. Et sancimus, donec communis debitor uiuit, non posse creditori anteriori
triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum praescriptioni,
quia, dum ille uiuit, merito anterior creditor confidit, utpote apud debitorem eius posses-
2b sione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit,
ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem merito posse triginta annorum
opponere* praescriptionem. et secundum hanc distinctionem computationem temporum
adhibendam, ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos, quos ipse post
mortem debitoris possedit, opponat: sin autem coniungere uoluerit suae possessioni quam
post mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo uiuente debitore uel ipse creditor uel
communis debitor detinuit, tunc quadraginta annorum exceptionis iura tractari et, quantum
deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam et ipse debitor creditorem repellere
3 potuerat, hoc se possedisse ostendat. Eodem iure pro temporum computatione obser- (B)
uando et si posterior creditor anteriori creditori offerre debitum paratus est et is creditor
4 longaeuam possessionis praescriptionem ei opponere conatur. Illud autem plus B 50, 14, 8
quam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in quibus sub aliqua condicione uel
sub die certa uel incerta stipulationes et promissiones uel pacta ponuntur, post condicionis
exitum uel post institutae diei certae uel incertae lapsum praescriptiones triginta aut qua-
draginta annorum, quae personalibus uel hypothecariis actionibus opponuntur, initium

*P* (39, 7) *L* (39, 7) *CRM*

---

1 quid] quidem *dett.* *cum B* (κ.π.) εἰ μὲν ... μηδαμῶς ... κατεβλήθη 6 moueri *C*, μετακινεῖσθαι *B* (κ.π.) 7 ciuiles canones *C*, *contra B* (κ.π.) | ei] *C cum B* (κ.π.) αὐτῷ, eis *RM* 9 imp.] ipp. *M* | iustinianus *S*, iustin. *PLR* | arcelao *C* | hypothecarum $P^t L^t$, *deficit* $R^a$ 10 detentatores $CR^cM$, *deficit* $R^a$ 11 conuentiam $L^a$ 13 ulteriores] ulteriores eorum $PL^a$? | nullus $P^aR^a$ | lustorumque $M^a$ 14 huiusmodi *C* | prore $M^a$? | immortale $P^a$ 15 iubemus *om.* $R^a$ 17 praerogari *C* | intercessit *C* 18 rerum] iterum $P^a$ | heredem *C* 19 simile *M* 20 sunt *R* | custodientes $R^a$ | *san*cxit constitutionum *L* 23 creditoris $R^a$ | eique] atque *P*, **que *M*, *inc.* $L^a$ 24 et sancimus] sed sanc. *C*, *deficit* $R^a$ 25 trigninta *P* | locus $P^a$ 26 possessionem *R* 27 in *om. R* 29 computatione (computane $L^a$) temp. adhibenda *PLR* 30 sua quidem *R* 31 morte *L* | oppotiat $P^a$ | si *C* | contingere $P^a$ 32 quod *C* 33 quadragita $P^a$ | exceptionis ... 34 annorum *om.* $R^a$ 34 *supra* possessionem *adscripsit* exceptionis $L^b$ *ex u.* 33 *ut uidetur, cf. supra* $R^a$ | et *om.* $M^a$ 35 poterit $P^tL^aR$, poterat $P^v$, potuerit $L^b$, *inc.* $L^v$ | ostendant *R* | tprorum *M* | computationem *PL* 37 possessionem $R^a$ 39 et *om.* $PL^a$ 40 aut] uel *CM* 41 quae] quae pro *L*

4a accipiunt. Vnde euenit, ut in matrimoniis, in quibus redhibitio dotis uel ante nuptias
donationis in diem incertam mortis uel repudii differri adsolet, post coniugii dissolutionem
earundem curricula praescriptionum personalibus itidem actionibus uel hypothecariis oppo-
5 nendarum incipiant. Immo et illud procul dubio est, quod, si quis eorum, quibus aliquid
debetur, res sibi suppositas sine uiolentia tenuerit, per hanc detentionem interruptio fit
praeteriti temporis, si minus effluxit triginta uel quadraginta annis, et multo magis, quam
si esset interruptio per conuentionem introducta, cum litis contestationem imitatur ea
5a detentio. Sed et si quis debitorum ad agnoscendum suum debitum secundam cautionem
in creditorem exposuerit, tempora memoratarum praescriptionum interrupta esse uide-
buntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quae scilicet innouata permansit, tam in
personalibus quam in hypothecariis actionibus. namque improbum est debitorem contra-
dicere, qui, ne sub accusatione creditoris fiat, secundam in eum super eo debito cautionem
6 exposuit. In his etiam promissionibus uel legatis uel aliis obligationibus, quae dationem
per singulos annos uel menses aut aliquod singulare tempus continent, tempora memora-
tarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni uel
7 mensis uel alterius singularis temporis computari manifestum est. Nulla scilicet danda
licentia uel ei, qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta uel quoscumque alios
annos detinuerit, dicendi ex transacto tempore dominium sibi in isdem rebus quaesitum
esse, cum in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico res oporteat, uel con-
ductori seu procuratori rerum alienarum dicendi ex quocumque temporum curriculo non
debere se domino uolenti post completa conductionis tempora possessionem recipere eam
reddere. D. K. DEC. CONSTANTINOPOLI PHILOXENO ET PROBO CONSS. a. 525
8 [1]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. II. Si quis emptionis uel donationis uel [B 50, 14, 9]
alterius cuiuscumque contractus titulo rem aliquam bona fide per decem uel uiginti annos
possederit et longi temporis exceptionem contra dominos eius uel creditores hypothecam
eius praetendentes sibi adquisierit posteaque fortuito casu possessionem eius rei perdiderit,
posse eum etiam actionem ad uindicandam eandem rem habere sancimus. hoc enim et
1 ueteres leges, si quis eas recte inspexerit, sanciebant. Quod si quis eam rem desierit
possidere, cuius dominus uel is qui suppositam eam habebat exceptione triginta uel quadra-
ginta annorum expulsus est, praedictum auxilium non indiscrete, sed cum moderata diui-
sione ei praestare censemus, ut, si quidem bona fide ab initio eam rem tenuit, simili possit
uti praesidio, sin uero mala fide eam adeptus est, indignus eo uideatur, ita tamen, ut nouus
possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit uel suppositam eam habebat et memo-
1a ratae exceptionis necessitate expulsus est, commodum detentionis sibi adquirat. Sin uero
nullum ius in eadem re quocumque tempore habuit, tunc licentia sit priori domino uel

*P* (39, 7. 8 *ante* 38 *R*) *L* (39, 7. 8) *CR* (*u.* 23 uel donationis ... 676, 3 possessor *in litura perierunt*) *M*

---

[1] *iunge* 4, 32, 26

---

1 redhibiti $R^a$ 2 solet $L^bCM$ 5 fit] sit *uel* fit *L* 6 effluxerit *C* | triginta] uel xxx *R* 7 contestatione $P^bLR^a$ | introducatur $P^tL^tR$ | ea detentio] eadem tentio $P^a$, eadem detentio *M* 8 et *om.* *PL*, εἰ δὲ καὶ *B* | qui $PR^a$ | debitori $P^tL^v$, debitor *R* | ad *om.* $C^a$ | ignoscendum $P^a$ | suum] siue $P^a$ | secunda cautione $R^a$ 9 exposuerint $PL^aR^a$ | interruptam $P^a$ 10 scilicet] sc. et et $P^a$, sc. et $P^bL^aR$ | tam *om.* $M^a$ 11 quam in] quam *R* | pothecarius $P^a$ | debitorem] $P^a$, hunc deb. *L*, deb. hunc $P^bCRM$ 12 ne] neque *PL* | creditoris] $P^aC^a$, morae creditoris $L^a?C^bR^a$, debitoris $P^b$, morae debitoris $L^bR^bM$ | super eo debitore $M^a?$, *om.* *L*, *sed supra uersum additur* licet (*uoluit* scilicet) super eo debito 14 aliquid $M^a$ | continet $PL^a$ 16 nullam $R^a$ 17 emphyteoco $P^a$ | quascumque *L* 19 iure] iures $P^a$ | conditori $P^a$ 20 non *om.* $M^a$ 21 se] sed omnino $P^r$, *om.* $P^tL^aR$ | uolentiae $P^v$, uolenti** $L^a$, uolente *CR* | complata $P^a$ | recipere] reciperet et $R^a$ 22 *s. a.* *PL* *Miraeus* *Russardus* | constant. ... conss. *om.* *L* *Mir.* 23 imp. iust. a.] impp. iustinianus et maximianus $M^a$ | II] *C*, *om.* *PLRM* 24 cuiusque *C* 25 ypothece ius $CM^a?$ *contra* *B* (κ.π.) τὴν ὑποθήκην αὐτοῦ 26 fortuitu $P^bL$, fortuitus $P^a?$ 27 actione $M^a$ | et] e $L^a$ 28 desidierit $M^a?$ 31 censuimus $PL^a$, θεσπίζομεν *B* (κ.π.) | retinuit $L^bCM$, διακατέσχεν *B* (κ.π.) 32 uti] tuaeri $P^tL^t$, χρήσασθαι *B* (κ.π.) 33 posserror *P*, *inc.* $L^a$

creditori, qui nomine hypothecae rem obligatam habuit, et heredibus eorum ab iniusto
detentore eam uindicare, non obsistente ei, quod prior possessor triginta uel quadraginta
annorum exceptione eum remouerat, nisi ipse iniustus possessor triginta uel quadraginta
annorum ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor, qui et uicit, ea posses-
2 sione cecidit, exceptione munitus sit. Sed haec super illis detentoribus censemus, qui
sine uiolentia eandem rem nancti sunt. nam si quis uiolenter eam abstulit, omnimodo
3 licebit priori possessori sine ulla dictinctione eam uindicare. Sed et si quis non per uim,
sed sententia iudicis eam detinuit, ea tamen occasione, quod absens prior possessor et ad
litem uocatus minime respondit, licebit ei ad similitudinem ceterorum, qui rei dominium
habent, intra annum se offerenti cautionemque suscipiendae litis danti eandem rem reci-
4 pere superque ea cognitionalia subire certamina. Exceptionem etiam triginta uel quadra-
ginta annorum in illis contractibus, in quibus usurae promissae sunt, ex illo tempore
initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minime persoluit. D. III ID. DEC. CON-
STANTINOPOLI DN. IVSTINIANO *A. II CONS.* a. 528
9 IDEM A. DEMOSTHENI PP. Saepe quidam suos obnoxios in iudicium uocantes [B 50, 14, 10]
et iudiciariis certaminibus uentilatis non ad certum finem lites producebant, sed taciturni-
tate in medio tempore adhibita, propter potentiam forte fugientium uel suam imbecilli-
tatem uel alios quoscumque casus (cum sortis humanae multa sunt, quae nec dici nec
enumerari possint), deinde iure suo lapsi esse uidebantur eo, quod post cognitionem nouis-
simam triginta annorum spatium effluxerit, et huiusmodi exceptione opposita suas fortunas
1 ad alios translatas uidentes merito quidem, sine remedio autem lugebant. Quod nos corri-
gentes eandem exceptionem, quae ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu opponi
minime patimur, sed licet personalis actio ab initio fuerit instituta, tamen eam in quadra-
gesimum annum extendimus, cum non sit similis, qui penitus ab initio tacuit, ei, qui et
postulationem deposuit et in iudicium uenit et subiit certamina, litem autem implere per
2 quosdam casus praepeditus est. Sed licet ipse actor defecerit, suae posteritati huiusmodi
causae cursum eum relinquere posse definimus, ut eius heredibus uel successoribus liceat
3 eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublatam. Quod tempus, id est
quadraginta annorum spatium, ex eo numerari decernimus, ex quo nouissima processit
cognitio, postquam utraque pars cessauit. a. 529

*P* (39, 8 *ante* 38 *R*) *L* (39, 8) *CRM*

---

1 eorum heredibus *PL contra B* (κ.π.) 2 detentatore *CM* | eam uindicare *om.* $P^a$ | non] o non $L^a$ | obsistet $C^a$ | ei] et $P^aL'$, ei ** $M^a$, αὐτοῦ (*scr.* αὐτῷ) *B* (κ.π.) | triginta] uel xxx $P^aL$ *contra B* (κ.π.) 3 exceptone $P^a$ | iustus $L^a$, ** iustus $M^a$ | triginta] uel xxx *PLR contra B* (κ.π.) | quadraginta] lx $R^a$ 4 ex *om.* *P* | et uicit] euicit *M contra B* (κ.π.) | ea] $L^bC^aM^b$ *cum B* (κ.π.) ταύτης τῆς νομῆς, a $C^b$, eam $PL^aRM^a$? 5 detentatoribus *CM* 6 uiolentiam $R^a$ | eandem] eam $PL^aR$, τοῦ αὐτοῦ *B* | uolenter *R* 7 possessioni $R^a$ 8 sententiam *PL* | et] *C cum B* (κ.π.), *om.* *PLRM* 9 responderit *R* | similitem $L^a$ 10 habeant *CR* | annum] unum a. *CM contra B* (κ.π.) | offerente $R^a$ | litibus $L^a$ | dante $R^a$ | eadem $M^a$ 11 que ea] qua $PL^a$, qua ea $L^b$ | exceptione *PL*, exceptiones *R*, τὴν δὲ παραγραφήν *B* (κ.π.) | quadraginta] lx *R* 12 usune $P^a$ 13 *s. a. L uel* $L^b$ *Miraeus* 14 a. II cons. *om. L Mir.* 15 idem] impr. iustinianus *S* | obnoxius $M^a$ 16 duentilatis $R^a$ | litis $M^a$ | producebant] προάγουσιν *B* (κ.π.) 17 fore $C^a$ 18 multi sunt qui *uertit B* (κ.π.): ἄλλας οἱασδήποτε περιστάσεις, ὁπότε τοῦ ἀνθρωπίνου κλήρου πολλαί εἰσιν, αἵτινες 20 oppositas $M^a$? 24 similis (simile $M^a$) sit *CM contra B* (κ.π.) 25 in *om.* $M^a$ | ueniit $M^a$ 26 suae] tamen suae *R contra B* (κ.π.) | huiusmodi] omnimodo *R*, τῆς τοιαύτης *B* (κ.π.) 27 ut] et *R* | heredibus] dibus $R^a$ 28 sublatam] $M^a$ *cum B* (κ.π.) ἀναιρεθεῖσαν, sublata $C^aM^b$, oblata $C^bR^b$, ablata $R^a$ | temporis *R* 29 numerare $M^a$

# XXXX

# ℞ DE ANNALI EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTVS TOLLENDA ET DE DIVERSIS TEMPORIBVS ET EXCEPTIONIBVS ET PRAESCRIPTIONIBVS ET INTERRVPTIONIBVS EARVM ℞

1 [1]IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Super annali exceptione, quae ex Italicis B 50, 15, 1
contractibus oritur, tantae moles altercationum in omnibus iudiciis exortae sunt, quantas
1 et enumerari difficile et explanari impossibile est. Primum etenim naturae eius obseruatio
cum omni scrupulositate et difficultate composita est, cum multa concurrere debent, ut
1a ea nascatur. Deinde illud spatium annale alii quidem ita effuse interpretabantur, ut possit
usque ad decennium extendi, alii iudicantes usque ad quinquennium standum esse putauerunt. et in nostris temporibus saepius super huiusmodi calculo a iudicibus uariatum
1b est, unde nec facile suum effectum in litigiis ostendere huiusmodi exceptio ualuit. Cum
itaque nobis aliae temporales exceptiones uel praescriptiones sufficiant, huiusmodi difficultatibus illigari nostro subiectos imperio minime patimur. ideoque memorata annali
exceptione penitus quiescente aliae omnes legitimae exceptiones uel praescriptiones in iudiciis
suum uigorem ostendant, siue quae super decennio uel uiginti uel triginta uel quadraginta
1c (1) annis introductae sunt, siue quae minoribus spatiis concluduntur. Ad haec cum nihil prohibet etiam ea, quae aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus et compendiosis sanctionibus renouare, iubemus omnes personales actiones, quas uerbosa quorundam interpretatio
iactare extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi, nisi
legitimus modus, qui et ueteribus et nostris legibus enumeratus est, interruptionem tem-
1d poris introduxerit: sola hypthecaria actione quadraginta annorum utente curriculis. Nemo
itaque audeat neque actionis familiae erciscundae neque communi diuidundo neque finium
regundorum neque pro socio neque furti neque ui bonorum raptorum neque alterius cuiuscumque personalis actionis uitam longiorem esse triginta annis interpretari: sed ex quo ab
initio competit et semel nata est et non iteratis fabulis saepe recreata, quemadmodum in
1e furti dicebatur, post memoratum tempus finiri. Exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quae in iudicium deductae sunt et cognitionalia acceperunt certamina et postea
silentio traditae sunt, in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos, ex
2 quo nouissimum litigatores tacuerunt, nostra lex[2] antea promulgauit. Ne autem imperfecta sanctio uideatur, cum in maternis quidem rebus filiis familias tempora exceptionum
currere dispositum erat, ex quo sacris paternis absoluti sunt, in aliis autem, quae minime
adquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum, apertissima definitione sancimus

*$A^1PL$* (40 ℞. 39, 3. 4. 7. 8. 40, 1) *CRM: u.* 3 mporibus ... 5 earum *ante* 41, 1 *apparent in* $V^a$

---

[1] *iunge* 1, 2, 23 [2] 7, 39, 9

---

2 de] d $R^a$ | italie *S*, italicis $R^a$ | contractibus *R* 3 et (et de *M*) exc. *om. S* 4 et perscriptionibus *M*, *om. A* | et] et de *L*, *inc.* $M^a$ | interruptibus $R^a$ 5 earum] *VSA*, eorum *PLCRM* 6 impp. $M^a$ | a. *om. M* | pp. *om. PL* 7 oriatur $L^a$ 8 et *om. PLR* | enumerare *A*, numerari *M* | explanare *C*, explenari *M* | naturae (natura *A*) eius obseruatio] $AL^bCM$, natura eius obseruationis $PL^aR$ 10 ea] haec *C* | nascantur $P^a$ | dunde $R^a$ | illud] aliquid $M^a$ 11 putauerint *M* 12 a *om.* $PL^a$ 13 nec *om.* $P^a$ | suum *om.* $P^a$ | exertitio $P^tL^t$ 14 aliae] al'ae *P* | exceptionis $P^a$ | facultatibus *A* 15 aplicari $P^tL^tR$ 16 quescente $L^a$ | uel praescr. *om.* $P^a$ | perscriptiones *R* 17 extendant *PLR* | uiginti] xx annis *PL* | uel quadr. *om.* $M^a$ 18 ad] a $L^a$ 19 eam $R^a$ | compediosis *P* 20 renouari $PLRM^b$, remoue** $M^a$ | omnes] o. qui $P^a$ 22 et in ueter. (uetibus *P*) et in *PLR* | numeratus *PLCR* 23 utende *A*, utent* $M^a$ 24 actionis] $AM^b$, actiones $PLCRM^a$ | heciscunde $L^a$ 25 furti] pro furti *R* | uim *P* 26 largiorem *A* | ex quo] et quae $PL^a?R$ 27 quemadmodo $L^a$ | in *om.* $PL^aC^bR$ 28 personalis *A* 29 sint] sunt $PL^aR$ | postea *om. R* 30 tradita *A* | esse spectandum *C*, expectandos esse *R*, esse ****** $M^a$, expect. *om.* $P^a$ 31 nouissimo *PLRM*, nouissime $C^b$ 32 uideantur *A*, uidebatur $R^a$ | quidem *om.* $PL^aR$

filiis familias omnibus in his casibus, in quibus habent res minime patribus suis adquisitas,
nullam temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo actionem mouere poterint, id est
postquam manu paterna uel eius in cuius potestate erant constituti fuerint liberati. quis
enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod et si maluerint, minime adimplere
lege obuiante ualebant? D. XV K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC.
CONSS. a. 530
2 IDEM A. IOHANNI PP. Vt perfectius omnibus consulamus et nemini absentia [B 50, 15, 2
uel potentia uel infantia penitus aduersarii sui noceat, sed sit aliqua inter desides et uigilan-
tes differentia, sancimus: si quando afuerit is, qui res alienas uel creditori obnoxias [1, 4, 31
detinet, et desiderat dominus rei uel creditor suam intentionem proponere et non ei licentia
sit, absente suo aduersario qui rem detinet, uel infantia uel furore laborante et neminem
tutorem uel curatorem habente, uel in magna[1] potestate constituto, licentia ei detur adire
praesidem uel libellum ei porrigere et hoc in querimoniam deducere intra constituta tem-
pora et interruptionem temporis facere: et sufficere hoc ad plenissimam interruptionem[2].
1 Sin autem nullo poterit modo praesidem adire, saltem ad episcopum locorum eat uel
defensorem ciuitatis[3] et suam manifestare uoluntatem in[4] scriptis deproperet. sin [(1, 4, 31)
autem afuerit uel praeses uel episcopus uel defensor, liceat ei et proponere publice, ubi
domicilium habet possessor, seu cum tabulariorum subscriptione uel, si ciuitas tabularios
non habeat, cum trium testium subscriptione: et hoc sufficere ad omnem temporalem
interruptionem siue triennii siue longi temporis siue triginta uel quadraginta annorum sit.
2 Omnibus aliis, quae de longi temporis praescriptione uel triginta uel quadraginta annorum
curriculis constituta sunt siue ab antiquis legum conditoribus siue a nostra maiestate, in
suo robore duraturis. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET
ORESTIS VV. CC. a. 531
3 IDEM A. IOHANNI PP. Si ex multis causis quendam obnoxium habens, et [B 50, 15, 3
maxime ex similibus quantitatibus, in unius quidem causae summam libellum conuentionis
composuerit, causam tamen non expresserit, apud ueteres agitabatur, an uideatur omnes
causas in iudicium deduxisse aut uetustissimam earum aut nihil fecisse, cum eius sensus
1 incertus sese apparebat. Sed et in iudiciis in multis casibus tales altercationes uentilatas

*V* (*incipit u.* 10 non ei) $A^{l}$ (40, 1. 2) *P* (40, 1. 2) *L* (40, 1. 2) *CRM*

---

[1] summa *l. gem.* [2] et sufficere ... interruptionem *om. l. gem.* [3] uel def. ciuitatis *om. l. gem.* [4] in *om. l. gem.*

---

1 familias] filias $P^{a}$ | in his] his *C* | res habent *L*, habeant res *R*, habet res *M* | patris $P^{t}L^{a}$?, partibus $M^{a}$ 3 materna (pat. $R^{b}$) manu *R* 4 fecerunt $PL^{a}CRM$ | et] eis $PL^{a}?R^{a}$, *om.* $L^{b}$ 5 uabant $L^{a}$ | *s. a. APL Miraeus* | aprelis *A* | lampasio *A* | uu.] uii *L*, *om. Mir.* 7 idem] impr. iustinianus *S* | neminis $P^{a}R$ 8 uel pot.] aut pot. *A* | aduersariis suis (** $P^{a}$) noc. $P^{a}R$ 9 affuerit $PL^{a}$, abfuerit $L^{b}C^{b}RM$ | qui res] quis ea $P^{a}$? | obnoxias ... 10 creditor *om.* $M^{a}$ 10 et des.] et si des. $L^{a}R$ | et non] non $PL^{a}R$ | ei *om. C* 11 sit] si $P^{a}$ | suo aduers. absente *PLR* 12 magno *R* | poteste $P^{a}$, *om.* $R^{a}$ | licentia] sua auctoritate eas res usurpare sed licentia $PL^{a}R^{a}$ 13 praesidem] pr. prouinciae *V? contra l. gem. B* | ei *om. PLR* 14 interruptione $M^{a}$ | sufficiat *PLR* 15 potuerit *V* | praes. audire *P*, audire (adire $L^{r}$) praes. *L* | locorum episc. *V* | uel] uel ad *A* 17 praeses] pr. prouinciae *V* | et *om. PLRM* | praeponere *L* 18 uel] et *A* | tabul. ciuitas *A* 19 habet *R*, habebat $M^{a}$ | sufficeret *PL*, *deficit* $R^{a}$ 20 interpretationem $R^{a}$ | temporis] t. praescriptionem $R^{a}$ | uel quadr. *om.* $P^{a}$ | sit] *** *V*, *om. A* 22 siue ab] *V*, seu ab *APLCRM* 23 *subscriptionem restitui ex Russardo, qui in contextu quidem habet* d. constantinopoli k. oct. post cons. lamp. et or. uu. cc., *in margine autem adnotat: 'in uno ms. legitur* xv k. nou. *ita autem restitui hanc subscr. ex l. ult. de ep. aud. et libro ueteri manuscripto'. quae uerba nescio an ita intellegenda sint, ut ueteri libro cum Haloandrina legis geminae subscriptione nisi in consulibus non conuenerit: k. Oct. non eo solo refutantur, quod eo die aliae constitutiones nullae datae sunt* (*cf. Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 172), *sed etiam V aliud habere uidetur, in quo Mayer legit* pp. x. k. iun. (*uix* ian.), *mihi praeter diei numerum* x, *quem* u *sequi uidetur, certi nihil apparuit. quamobrem Hal. ad geminam legem errore diem antecedentis constitutionis* (1, 4, 28 *omissis Graecis*) *transtulisse consulatumque more suo* (*cf. Zeitschr. l. c. p.* 176) *emendasse crediderim* 25 quendam] $C^{a}R^{a}$, *u***am *V*?, quidam $C^{b}R^{b}M$ 26 summam] *V?CM*, summa *R* 27 exprescerint $R^{a}$ 28 uetustissimum (*uel* —mi) $C^{a}$ 29 casibus] *V*, causis *CRM*

inuenimus, et maxime propter longi temporis interruptionem. si enim personalis forte
fuerat mota actio, hypothecariae autem actionis nulla mentio procedebat, quidam putabant
personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem eua-
2 nescere taciturnitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat obnoxium sibi aliquem con-
stitutum, aliae dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones huiusmodi narra-
tione contineri credantur, an uero quasi silentio circa eas habito tempore expirare, nullo
3 (1) ex incerta libelli confectione adminiculo eis adquisito. Sancimus itaque nullam in iudiciis
in posterum locum habere talem confusionem, sed qui obnoxium suum in iudicium clama-
uerit et libellum conuentionis ei transmiserit, licet generaliter nullius causae mentionem
habentem uel unius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones uel hypo-
thecarias continentem, nihilo minus uideri ius suum omne eum in iudicium deduxisse et
esse interrupta temporum curricula, cum contra desides homines et sui iuris contemptores
odiosae exceptiones oppositae sunt. D. XV K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM
LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## XXXXI

## ℞ DE ADLVVIONIBVS ET PALVDIBVS ET DE PASCVIS AD ALIVM STATVM TRANSLATIS ℞

1 IMP. GORDIANVS A. MARCO. Quamuis fluminis naturalem cursum opere [B 50, 16, 1]
manu facto alio non liceat auertere, tamen ripam suam aduersus rapidi amnis impetum
munire prohibitum non est. et cum fluuius priore alueo derelicto alium sibi facit, ager
quem circumiuit, prioris domini manet. quod si paulatim ita auferat aliique parti applicet,
id adluuionis iure ei quaeritur, cuius fundus crescit. PP. III K. DEC. GORDIANO A. ET
AVIOLA CONSS. a. 239

2 IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. CAESARIO PP. Hi, quos [B 50, 16, 2]
inundatio Nili fluminis reddidit ditiores, pro terris quas possident tributorum praestationem
agnoscant. et qui suum deplorant patrimonium imminutum, alieno saltem functionis onere
liberentur et nostrae serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro
agitandi census examine respondeant deuotioni. D. III ID. IVN. THEODOSIO *A.* ET RVMO-
RIDO CONSS. a. 403

3 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PP.[1] Ea, [Nou. Theod. 20 B 50, 16, 3]
quae per adluuionem siue in Aegypto per Nilum siue in ali*is* prouinci*is* per diuersa
flumina possessoribus adquiruntur, neque ab aerario uendi neque a quolibet peti nec sepa-
ratim censeri uel functiones exigi hac perpetuo lege ualitura sancimus, ne uel adluuionum
1 ignorare uitia uel rem noxiam possessoribus uideamur indicere. Similiter ne ea quidem,

*V P* (41 ℞ 3) *L* (41 ℞ 3) *CR* (41, 3 *om.* $R^a$) *M*

---

[1] et consuli designato *addit Nou.*

---

1 forte fuerit *C,* fuerat forte *R* 3 interruptionem *R* 4 discerat $R^a$ | alique $V^a$ *uel V* 5 aliae] et alie *R* | ei] eis *V uel* $V^a C^a M$ 7 eis] *V?*$C^a$, ei $C^b M$, *om. R* | nullum *R* 9 cusae $M^a$ 10 hypothecariam *C,* hypothecarias *M* 11 eum *om. M* 12 tempora $R^a$ 13 exceptionis $M^a$ | *s. a. V Contius* 1566 | xv (*sic uel* xui *V*) k. nou. *om. Contius* 16 *rubricam tit.* 40 *scripsit* $V^a$ (*emend. manus* 2) | pal.] de pal. *V,* palubibus $M^a$ | de] ** *V, om. SPL cum B* 17 statis $M^a$, latum *R* 18 impp. *V*$M^a$ 19 licet *M* | aduertere *C,* uertere *R* | ripam] filam *V?* | amnisi imp. $V^a$ 20 et *om.* $M^a$ 21 circumibit *CR*$M^a$*?,* παρῆλθεν *B* | dominii *V,* δεσπότου *B* | aliique] *V,* ut utrique $C^a M^a$*?,* ut alteri $C^b$, ut alicui *R,* ut uni $M^b$ | applice $R^a$ 22 id *om. CM* | fundum $V^a$ | *s. a. V Russardus* 24 impp. *VCR* | archadium $M^a$ | et hon. et *R* | aa. *VSCR, om. M* | hii *R* 25 pro terris] propter res *CM* 26 inmunitum *C* | alienos $C^a R^a$ | salutem fractionis $R^a$ 27 argitate defensi ocorum $V^a$ | possessionem *V* 28 respondeat $R^a$ | *s. a. V* | III] *sic potius quam* iu *V* | a.] ii *V* | rumorido *uel* rumoride *V* 30 imp. *P* | ualerius *M* | cyrio *PL* | pp. *om.* $PL^a$*:* pu. *uidentur legisse B, ad hunc enim uerba p.* 680 *u.* 6 tuae sedis *referunt* 31 alias prouincias *VPLC* 33 fluctiones $M^a$*?* | perpetua *PLM* 34 possessoribus obnoxiam *PL* | uideamus $P^a$, uideantur $C^a$ | inducere *PL*

quae paludibus antea uel pascuis uidebantur adscripta, si sumptibus[1] possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, uel uendi uel peti uel quasi fertilia separatim censeri uel functiones exigi concedimus, ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturae nec diligentiam suam sibi damnosam intellegant.
2 Cuius[2] legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coerceri decernimus: inter quos habendum est officium quoque tuae sedis excelsae, si aliquid eiusmodi suggesserit disponendum uel si preces instruxerit petitoris. D. XI K. OCT. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO A. V ET ANATOLIO CONSS. a. 440

## XXXXII

## ℞ DE SENTENTIIS PRAEFECTORVM PRAETORIO ℞

1 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. THALASSIO PP. ILLYRICI. [Nou. Theod. 13 mut. B 9, 1, 55] Litigantibus in amplissimo praetorianae praefecturae iudicio, si contra ius se laesos adfirment, non prouocandi, sed[3] supplicandi licentiam ministramus, licet pro curia uel[4] qualibet publica utilitate seu alia causa[5] dicatur prolata sententia (nec enim public*e* prodest singulis legum adminicula denegari): ita uidelicet, ut intra biennium tantum nostro numini contra cognitionales sedis praetorianae praefecturae[6] sententias, post successionem iudicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. D. III ID. AVG. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439

## XXXXIII

## ℞ QVOMODO ET QVANDO IVDEX SENTENTIAM PROFERRE DEBET PRAESENTIBVS PARTIBVS VEL VNA ABSENTE ℞

1 IMP. TITVS AELIVS ANTONINVS PVBLICIO. [B 9, 1, 56] Non semper compelleris, ut aduersus absentem pronunties, propter subscriptionem patris mei, qua significauit etiam contra absentes sententiam dari solere. id enim eo pertinet, ut absentem damnare possis, non ut omnimodo necesse habeas. SINE DIE ET CONSS.

2 IMP. GORDIANVS A. SEVERO. Cessante quoque causa peremptorii edicti aduersus eos, qui admoniti iudicio adesse noluerunt, sententiam ab iudice posse ferri certum est. S. IIII K. AVG. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

3 IDEM A. ANTISTIO. [B 9, 1, 57] Ab eo iudicato recedi non potest, quod uobis absentibus et ignorantibus atque indefensis dicitis esse prolatum, si, ubi primum cognouistis, non ilico

*V* (*desinit in u.* 28 pio et pontia) *P* (41, 3. 39, 3. 4. 7. 43, 1. 6 ℞ 2. 45, 9. 13. 43, 3) *L* (41, 3. 43) *CR* (41, 3 *om. R*[a]) *M*

---

[1] ac laboribus *ins. Nou.* [2] huius *Nou.* [3] non prou. sed *om. Nou.* [4] alia *ins. Nou.* [5] seu alia causa *om. Nou.* [6] sedis tuae *Nou.*

---

1 ante *M*[a] 2 separati *V* 3 agri ... 4 damnosam *om. L*[a] 4 nec] ne *P* | leges *C* | quadraginta *PL*[a]*?* 7 *s. a. Nou. VPL Miraeus Contius* 1559 | xii *V* | constant. ... conss. *om. PL Mir.* | a. *om. V* | conss.] uc. conss. *Nou.* 9 sentiis *M* | praetorio] praeturiorum *S, deficit V* 10 et ual. aa.] ualerius *M* 11 ilirico *R* | amplissimae *C* | iudicium *C* | ius se] iussi se *V uel V*[a] 13 publice] *Nou.*, publicum *V*, publico *CR*[b]*M*[b], publica *R*[a], public** *M*[a] 14 ita] ea *R*[a] | biennium tantum] bienntum *R* | nostrum *R* | nomini *RM* 15 successiones *M* 16 *s. a. Nou. V* | id.] *Nou., inc. V* 17 conss.] uc. conss. *Nou., inc. V* 20 debent *S, inc. V* | praesentibus] petiti pr. *R*[a] | partibus *om. C* | unum absentem *C*[a], uno abs. *C*[b]*R*, una ***sent* *V* 22 impp. *VC*, imppp. *M* | titius *S* | ant.] et ant. *R* | publico *R*[a] 23 quae *V?* 24 abscentem sent. *PLR*[a] | ut] *V*, ut etiam *PLCRM* | damnari *V?C*[a]*?* 25 omnibus *V?* | *s. a. V* 26 impp. *V* | a.] aa. *S* 27 noluerint *M* | sententia *V* | ab] a *PLC*[b]*RM*[b] | *s. a. VPL Miraeus* | s. *om. PL Mir.* | IIII] uii *magis quam* iiii *V* 28 aug. pio] apri. *P*, april. *L*, ap. p. *Mir.* 29 aa. *R* | uobis] ubis *L*[a] 30 cognouisti *R*

de statutis querellam detulistis. ita enim firmitatem sententia, quae ita prolata est, non habebit, si ei non sit commodatus adsensus. PP. IIII ID. IVN. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

4 IMP. PHILIPPVS A. DOMITIO. Si, ut proponis, pars diuersa die feriato [B 9, 1, 58] absente et ignorante te ab iudice dato sententiam pro partibus suis, quasi contumaciter deesses, impetrauit, non immerito praeses denuo negotium alterius iudicis notioni terminandum commisit. PP. V ID. OCT. PEREGRINO ET AE*MI*LIANO CONSS. a. 244

5 IDEM A. ET PHILIPPVS C. LONGINO. Si, ut proponis, praeses prouinciae, [B 9, 1, 59] cum certum locum causae cognoscendae dedisset, alibi per obreptionem aditus sententiam aduersus te absentem protulit, quod ita gestum est, ad effectum iuris spectare minime oportet.

6 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. DOMITIO. Si praeses quasi desertam [B 9, 1, 60] ab adultis tuis causam appellationis, quae ab adiutore suo facta fuerat, circumduxit eo tempore, quo adulti curatores non habebant, repetitus notionem suam exhibebit. neque enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quo defensione iusta et curatoris auxilio fuerant destituti.

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MARINO. Ea, quae statuuntur [B 9, 1, 61] aduersus absentes non per contumaciam, scilicet denuntiationibus nequaquam ex more conuentos, iudicatae rei firmitatem non obtinere certum est. PP. III K. APRIL. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

8 IDEM AA. CLAVDIAE. Consentaneum iur*i* fuit temporibus ad praesentiam partis aduersae praescriptis praesidem prouinciae impleta iuris sollemnitate et aduersario tuo trinis litteris uel uno pro omnibus peremptorio edicto, ut praesentiam sui faceret, commonefacto, si in eadem contumacia perseuerauit, praesentis adlegationes audire. quod uel successor eius facere curabit. a quo ter citatus si contumaciter praesentiam sui facere neglexerit, non abs re erit uel ad cogendum eum, ut se repraesentaret, possessionem bonorum cui incumbit ad te transferre et aduersarium petitorem constituere, uel auditis defensionibus tuis id quod iuris ratio exegerit iudicare. PP. III K. OCT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

9 IDEM AA. LEONTIO. Tres denuntiationes ad peremptorii edicti uicem aduersus contumaces conualescere salubriter statutum est. PP. XI K. NOV. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

10 IDEM AA. BLAESIO. Cum non uoluntatis tuae arbitrio, sed necessitate pro- [B 9, 1, 62] fectus sis, quidquid contra absentem statutum fuerit, quando absentiae necessaria causa sit, officere tibi iuris ratio non permittit. PP. III ID. MAI. TIBERIANO ET DIONE CONSS. a. 291

11 IDEM AA. ET CC. VALERIO. Cum praesentibus partibus litem inchoatam [B 9, 1, 63] proponas, si, posteaquam contra te licet absentem pronuntiatum est, intra praefinitum diem non appellasti, latam sententiam rescindi postulanti multae sacrae constitutiones refragantur.

*P* (43, 6 ℞ 2. 45, 9. 13. 43, 3. 4. 7. 8...10 [11 *p*]) *L* (43, 3. 4. 6...11) *CR* (43, 5 *om.* $R^a$) *M*

---

1 de] dein $R^a$ | detulisti $R^a$ | sententiae $P^a$ 2 *s. a. PL Miraeus* | pp.] pro. *PL* | a.] aa. *PL* 4 impp. *RM* | a. *om. M* | ad domitium *S*, dominio *M* 5 quaesi $P^tL^t$ 6 deesse $M^a$ | notione *PL* 7 *s. a. PL Miraeus* | eliano *PL Mir.* 8 idem (impr. philippus *S*) a. (a. *om. C*) et phil. c.] idem (imp. $M^b$) philippus *M* | longnino *M* 9 dedisse $M^a$ | sententia $M^a$ 10 affectum *C* | iuris] iniurie $M^a$ | expectare *M* 12 imp. *PL*, imppp. *M* | ual't *R* | gallianus *M* | aa.] a. *PL*, *om. M* | domitio] d. eaque statuuntur $M^a$ | desertum $R^a$ 13 ab adultis] adultis *R* | tuis *om.* $P^a$ | fuerit $P^tL^v$?*R* | circumdixit $L^bC^aM^a$ 14 quod $M^a$ | habeant *R*, habet $P^a$ 15 quo] quod quo $R^a$ 16 fuerint *PLR* 17 aa.] aa. et c. *S*, aa. et cc. *R*, a. *M* | ea] ei $P^a$ 18 absentes] uidentes $R^a$ 19 *s. a. PL Miraeus* | IIII] v *Mir.* 20 III] iiii *PL Mir.* | aa.] a. *PL* 21 aa.] a. et c. *S*, a. *M* | glaudie *L* | iure $PLCRM^a$ | aduersae *om.* $R^a$ 22 perscriptis *C* | et *bis* $P^a$, *om. R* 23 ut] acersito ut $PL^aR^a$ | communifacto $PL^aR^a$ 24 perseuerabit $P^bLR$ | praesentia $R^a$ | uel] uellc $P^a$ (*sic*) 25 faceret $R^a$ | a quo ... 26 erit *om.* $C^a$ 26 abs] $C^a$, ab $PLC^bRM$ | ad] a $LR^a$ 27 uel] ut $L^a$ 28 *s. a. PL Miraeus* | ipsis ... conss. *om. L Mir.* | et III] iiii *P* 29 aa] a. et c. *S*, a. *CM* 30 ualescere *R* | *s. a. PL Miraeus* 31 aa.] a. et c. *S*, a. *RM* | abitrio $R^a$ | necsitate $L^a$ 32 sis] es $L^bCM$ | statutum] fuerit st. $L^a$ | abnescentiae $L^a$, absentae $M^a$ | necessario $L^a$ 33 *s. a. PL Miraeus* 36 diem] diem d $L^a$

## XXXXIIII

## ℞ DE SENTENTIIS EX PERICVLO RECITANDIS ℞

1 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. QVINTO. Arbitri nulla sententia est, [B 9, 1, 64] quam scriptam edidit litigatoribus, non ipse recitauit. si igitur nihil fallis, omissa prouocationis mora ex integro iudicari impetrabis a rectore prouinciae.

2 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PP. Hac [B 9, 1, 65] lege perpetua credimus ordinandum, ut iudices, quos cognoscendi et pronuntiandi necessitas teneret, non subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante formarent et emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferrent scriptasque ex
1 libello partibus legerent, sed[1] ne sit eis posthac copia corrigendi uel mutandi. Exceptis tam uiris eminentissimis praefectis praetorio quam aliis illustrem administrationem gerentibus ceterisque illustribus iudicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium suum et eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitiuas recitare. D. XII K. FEBR. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

3 IDEM AAA. AD PROBVM PP. Statutis generalibus iussimus[2], ut [Th. 4, 17, 1 B 9, 1, 66] uniuersi iudices, quibus reddendi iuris in prouinciis permisimus[3] facultatem, cognitis causis
1 ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adicimus sanctioni, ut sententia quae dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententiae habere mereatur nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis sollemnitas requiratur. D. III NON. DEC. TRIVERIS GRATIANO A. III ET EQVITIO CONSS. a. 374

## XXXXV

## ℞ DE SENTENTIIS ET INTERLOCVTIONIBVS OMNIVM IVDICVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. QVINTILIANO. Non uidetur nobis ratio- [B 9, 1, 67] nem habere sententia decessoris tui, qui cum cognouisset inter petitorem et procuratorem, non procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnauit, cuius persona in iudicio non fuit. potes igitur ut re integra de causa cognoscere. D. IIII K. IVN. ANTONINO A. III ET GETA CONSS. a. 208

2 IMP. ANTONINVS A. SEXTILIO. Si arbiter datus a magistratibus, cum senten- [B 9, 1, 68] tiam dixit, in libertate morabatur, quamuis postea in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta habet rei iudicatae auctoritatem.

*P* (44 ℞ 2. 3. 45 ℞) *L* (*ut P*) *CR* (44, 3 *om. R*[a]) *M*

---

[1] sed *tuentur B Fabroti, om. B Coisl. recte* [2] iusseramus *Th.* [3] permittimus *Th.*

---

2 *rubricam ante* 43, 11 *collocat R*[a] | sentiis *M* 3 ualeri.nus et galerius *M* | aa. *om. R* | quintio *S* 4 edidit *om. M*[a] 5 impetrabit *M*[a] | a rectore] actore *R*[a] 6 imp. *P*, impp. *LCR* | ualentinianus ualerianus *S*, ual. ualent. *L*, ualentinus ualerius *M* | aa. *SCR* | pp.] pu. *S*, *om. PL* 7 credidimus *PR*[b]*M*[b], credi *R*[a], creddimus *M*[a], πιστεύομεν *B* (κ.π.) | quos *om. R*[a] | cognoscendum *L*[a] 8 liberatione *R*[a] | ponderatis *P* 9 conferent *PL*[a]*R*[b]*M*[a] 10 ne] nec *C*, ἵνα μή *B* (κ.π.) | posthic *P*[a] | corrigendi] gerendi *R*[a] 11 uiris] iuris *C* | eminetissimis *R* | praefectos] perceptis *R*[a] 12 suum ... 13 ministerium *om. L*[a] | suum et] suum *P*[a], et *R*[a] 13 accommodat *M*[a] | *s. a. PL Miraeus* 14 gratiam aa. *PL* | probum *P* 15 aaa.] a. et c. *S*. aa. *PLC*, a. *M* | ad *om. PL* 16 iuris] ius *C* 17 scriptis *M* 18 nec] ne *Th.* 19 recisionem *L* | *s. a. Th. PL Miraeus* 20 triueris] tribus *PL Mir.* | gratio. *Mir.* | III] iiii *PL Mir.* 22 sentetiis *R*[a] 23 iudicium *R*[a] 24 ratione *M*[a] 25 sententiam *R* | et] ex *R*[a] 26 non procuratorem *om. C*[a] | domina *M*[a] 27 potest *M*[a] | ut re] uestre *uel* in re *R*[a] | *s. a. Russardus* 29 antoneus *M* 30 libertatem *R* | seruitute *R* 31 rei] re *M*[a]

3 Imp. Alexander A. Vettio. Praeses prouinciae non ignorat definitiuam B 9, 1, 69
sententiam, quae condemnationem uel absolutionem non continet, pro iusta non haberi.
PP. k. Oct. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223
4 [1]Idem A. Severae. Prolatam a praeside sententiam contra solitum iudi- B 9, 1, 70
ciorum ordinem auctoritatem rei iudicatae non obtinere certum est. PP. xv k. Ian.
Alexandro A. *iii* et Dione conss. a. 229
5 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Montano. Cum eorum, qui princi- B 9, 1, 71
paliter fisco tenebantur, bona ea lege fideiussoribus procurator tradi iusserit, ut ipsi
indemnitatem fisco praestarent, nec a sententia eius intercesserit prouocatio, consequens
est datae formae obtemperari.
6 Imppp. Carvs Carinvs et Nvmerianvs AAA. Zoilo. Cum sententiam B 9, 1, 72
praesidis irritam esse dicis, quod non publice, sed in secreto loco officio eius non prae-
sente sententiam suam dixit, nullum tibi ex his quae ab eo decreta sunt praeiudicium gene-
randum esse constat. PP. v k. Dec. Caro et Carino conss. a. 283
7 [2]Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Isidorae. Ex stipula- B 9, 1, 73
tione parta actione pacisci proximis personis suadendo praeses prouinciae uerborum obli-
gationem, quam certo iure tolli tantum licet, extinguere non potest, nec uox omnis iudicis
iudicati continet auctoritatem, cum potestatem sententiae certis finibus concludi saepe sit
1 constitutum. Quapropter si nihil causa cognita secundum iuris rationem pronuntiatum
est, uox pacisci suadentis praesidis actionem tuam perimere, si quam habuisti, minime
potuit.
8 Idem AA. et CC. Licinio. Libera quidem Theodota, quam ex emptionis B 9, 1, 74
causa uel in solutum creditori traditam proponis, pronuntiata citra prouocationis auxilium
1 sententia rescindi non potest. Verum si mota quaestione, praemissa denuntiatione ei, qui
auctor huius mulieris fuit, iudicatum processit, quanti tua interest, empti, si emisti, uel ob
debitum reddendum, si in solutum data est, repetere non prohiberis.
9 Idem AA. et CC. Domno. Post sententiam, quae finibus certis concluditur, B 9, 1, 75
ab eo qui pronuntiauerat uel eius successore de quaestione, quae iam decisa est, statuta
rei iudicatae non obtinent auctoritatem: nam nec de possessione pronuntiata proprietati
ullum praeiudicium adferunt nec interlocutiones ullam causam plerumque perimunt. S. iii
non. April. CC. conss. a. 294
10 Idem AA. et CC. Menodoro. Nulli, qui statuendi non habet facultatem, B 9, 1, 76
interdicere patriae cuiquam permittitur.
11 Idem AA. et CC. Titiano. Cum iudex in definitiua sententia iusiurandum B 9, 1, 77
solummodo praestari praecipiat, non tamen addat, quid ex recusatione uel praestatione
sacramenti fieri oportet, huiusmodi sententiam nullam uim obtinere palam est.

*P* (45, 3. 4. 6. 53, 4. 7. 45, 14: 45, 9. 13 *ante* 43, 3) *L* (45, 3. 4. 9. 13. 6) *CRM*

---

[1] *iunge* 6, 34, 1 [2] *cf.* 8, 37, 5 (s. v k. Dec. AA. conss.)

---

1 uettio] *S*, ueccio *P*, uectio *LC*, uetitio *R*, uetio *M* 2 cumdampnationem $P^a$ | non *om.* $R^a$ | iusto $M^a$ 3 *s. a. PL Miraeus Russardus* | maximo ... conss. *om. L Mir.* | aeliaeno *P* 4 seu. *PLR* 5 rei *om.* $R^a$ | *s. a. PL Miraeus* 6 a. iii] ii *P*, a. *L Mir.* 7 c.] conss. *M* 8 ea *om.* $M^a$ 9 praestare $M^a$ | a sententia] absentiae $C^a$ | intercessit *C* 10 obtempaerare $M^a$ 11 impp. *PLCR* | et carinus mumerius *M* | aa. *CR* 13 decreto $M^a$ 14 *s. a. PL Miraeus* | et *om. L* 15 exidore *M* 16 partam (portam $M^a$) actionem $R^aM^a$ | proximus $M^a$ 17 uox] uos $C^a$*?* 18 auctoritate $M^a$ 19 ratione $M^a$ 22 liberam $M^a$ | theodata $C^a$, theodara $C^b$, theodote $M^a$*?* 23 a creditore $C^aM^a$*?* | tradita $M^a$ 24 promissa $R^a$*?* 25 actor $M^a$ 26 datum $R^a$ 27 idem] impp. (imp. *P*) dioc. et max. *PL* | aa. et cc.] a. *P*, aa. *L* | domno] *SCM*, domitio *PLR* 28 successores $M^a$ 29 nam nec] nec $P^aR$, nec enim *M*, οὐδὲ γάρ *B* (κ.π.) 30 interlocutione *PL* | *s. a. PL Miraeus ad c.* 10 *Russardus* | s. iii] iii *PL Mir.*, s. *Russ.*, april. cc. conss. *om. PL Mir.* 32 *inscriptionem om.* $M^a$ | monodoro *R* 33 *apud Miraeum subscribitur* iii non., *Miraei ni fallor errore in transscribendo commisso, cum pertinere uideantur ad c.* 9, *nec in libro epitomato, qui Miraeo tantum non omnes subscriptiones suppeditauit, c.* 10 *extitisse uerisimile sit*

12 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. IVLIANO PROCONSVLI AFRICAE. Iudices tam Latina quam Graeca lingua sententias proferre possunt. D. V ID. IAN. MEDIOLANI CAESARIO ET ATTICO CONSS. [B 9, 1, 78] a. 397

13 [1]IMP. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI PP. Nemo iudex uel arbiter existimet neque consultationes, quas non rite iudicatas esse putauerit, sequendum, et multo magis sententias eminentissimorum praefectorum uel aliorum procerum (non enim, si quid non bene dirimatur, hoc et in aliorum iudicum uitium extendi oportet, cum non exemplis, sed legibus iudicandum est), nec si cognitionales sint amplissimae praefecturae uel alicuius maximi magistratus prolatae sententiae: sed omnes iudices nostros ueritatem et legum et iustitiae sequi uestigia sancimus. D. III K. NOV.[2] [B 9, 1, 79 Πεῖρα 51, 33] a. 529

14 [1]IDEM A. DEMOSTHENI PP. Cum Papinianus summi ingenii uir in quaestionibus suis rite disposuit non solum iudicem de absolutione rei iudicare, sed et ipsum actorem, si e contrario obnoxius fuerit inuentus, condemnare, huiusmodi sententiam non solum roborandam, sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat iudici uel contra actorem ferre sententiam et aliquid eum daturum uel facturum pronuntiare, nulla ei opponenda exceptione, quod non competens iudex agentis esse cognoscitur. cuius enim in agendo obseruauit arbitrium, eum habere et contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur[2]. [B 9, 1, 80] a. 529

15 [3]*Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.*
Ἡ διάταξις κελεύει πολλῶν ὄντων ἐν τῇ δίκῃ κεφαλαίων δύνασθαι τὸν δικαστὴν ἐπί τισιν αὐτῶν ἐξαγαγεῖν ἀπόφασιν τελείαν καὶ τότε πάλιν ζητῆσαι περὶ τῶν ἄλλων καὶ πάλιν ἐξενεγκεῖν τὴν δοκοῦσαν αὐτῷ ἀπόφασιν καὶ μὴ ἀναγκάζεσθαι μίαν ἀπόφασιν περὶ πάντων ἅμα λέγειν τῶν κεφαλαίων[4]. [B 9, 1, 81]

16 IDEM A. IVLIANO PP. Cum solitum est in sententiis iudicum sic interlocutionem proferri, ut non liceat partibus ante definitiuam sententiam ad appellationis uel recusationis uenire auxilium, quidam putabant non licere ante litem contestatam nec iudicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. cum enim simul utrumque uocabulum ponitur tam appellationis quam recusationis, prouocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi, putabant, quod nec recusare quidem iudicem cuidam conceditur ante litem contestatam. quod minime uetitum est. caueant itaque iudices huiusmodi sermonem simul et sine certa distinctione proferre. D. XV K. DEC. LAMPADIO ET ORESTA VV. CC. CONSS. [B 9, 1, 82] a. 530

*P* (45, 14 [16 *p*]: 45, 13 *ante* 43, 3) *L* (45, 13. 6. 14. 16) *CRM:* 45, 15 *dedimus ad indicem B*

[1] *c.* 13 *et* 14 *iungendae uidentur* [2] Recitata septimo miliario in nouo consistorio palatii Iustiniani. d. III k. Nou. Decio uc. cons. (*Zeitschrift für Rechtsgesch.* 11 *p.* 183)? [3] *iungendae fortasse sunt* 3, 2, 5 *et quae ibi laudantur* [4] D. VIII k. Iul. Chalcedone Lampadio et Oreste conss. (*a.* 530) *leges iungendae*

1 aa. *om. M* | proconsule africae *S,* proconsuli asiae *CM, om. R* 2 sententiam *R* | *s. a. Russardus* | mediolani *suppleui auctore Gothofredo in Prosopographia Cod. Theod. p.* 63, *qui nonnullos codices habere* dat. mediolani *testatur* 3 caesario et attico] c. (*sic*) et amico *liber Russardi* 4 iustin. *om. R,* iustin. a. *om. M* 5 extimet *PLR*$^b$*M,* eximet *R*$^a$ 7 et hoc *PLR,* ταῦτα καὶ *Πεῖρα* (κ.π.) | iudicium *R*$^a$ | uitium] iuditium *PL* | ostendi *PLR* 9 maximi *om. PL*$^a$*R* 10 *s. a. L*$^b$ *Miraeus* 11 *inscript. bis extat in M* | idem] impr. iustinianus *SPL* | a.] aa. *R* | papiniamus *M* | in quaestion.] inquisition. *PL* 12 deposuit *R*$^a$ | absolutae *C*$^a$ 13 auctorem *C* | e] et *PL*$^a$*?* 14 roborand*m s. e. augendum *R*$^a$ 16 agentis] agendum *LR*$^a$, augendum *P*$^t$ 17 obseruabit *P*$^t$*L*$^t$*R,* obseruat *L*$^v$*M* 18 *quam subscriptionem addunt PL Miraeus* d. xu k. dec. lampadio et horesta (oreste *Mir.*) uu. cc. conss. (= *a.* 530), *eam huc non pertinere ex praefectura Demosthenis constat: immo cum post d. III k. Nou. a.* 529 *ad Demosthenem constitutiones nullae emanasse uideantur, hic ipse dies propter c.* 13 *supplendus est, tradita autem subscriptio reuocanda est ad c.* 16 19 impr. iustinianus a. iuliano pp. greca *S,* xlui constitutio greca *W: inscriptionem restitui ex legibus iungendis: inscriptio quam S exhibet fortasse ex c.* 16 *repetita est, cf. ad* 7, 48, 1 20 *breuior index Epitomae* 14, 55 *hic est:* οὐκ ἀναγκάζεται περὶ ὅλων τῶν κεφαλαίων ὁ δικαστὴς ψηφίσασθαι, ἀλλὰ περὶ μόνων ὧν θέλει κρίνει καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἀναφέρει μείζονι δικαστῇ το ....... (*perierunt pauca*) φυλάττων τοῖς μέρεσιν 24 idem] impr. iustinianus *S* | sentetiis *R* 25 ad *om. pL*$^a$ 28 contestatem *L*$^a$ 29 nec] non potest quidem nec *R*$^a$ | iudicem quidem *R* 30 iudicem *R* 31 *s. a. PL ad c.* 14 | oreste *Mir.*

## XXXXVI

## ℞ DE SENTENTIA, QVAE SINE CERTA QVANTITATE PROLATA EST ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. AELIANAE. Cum iudicem, quoad pecunia [B 9, 1, 83] condemnationis soluta fuisset, pendendis usuris legem dixisse profitearis, non contra iuris formam sententiam datam palam est.

2 IMP. ALEXANDER A. MARCELLINO. Quamquam pecuniae quantitas sententia [B 9, 1, 84] curatoris rei publicae non continetur, sententia tamen eius rata est, quoniam indemnitatem rei publicae praestari iussit.

3 IMP. GORDIANVS A. AEMILIO. Haec sententia: 'omnem debiti quantitatem [B 9, 1, 85] 'cum usuris competentibus solue' iudicati actionem parere non potest, cum apud iudices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio auctoritate rei iudicatae censeatur, si parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa.

4 IDEM A. SATVRNINAE. Haec sententia: 'quae bona fide accepisti, solue', [B 9, 1, 86] cum incertum esset, quid accepisset quantumque ab eo peteretur, praesertim cum ipse qui extra ordinem iudicabat interlocutus sit dotem datam quae repeteretur non liquidam esse, iudicati auctoritate non nititur. cum igitur is qui postea iudicabat contra te certam sententiam protulit neque ab statutis prouocaueris, ipsa tuo facto confirmasti iudicatum.

## XXXXVII

## ℞ DE SENTENTIIS, QVAE PRO EO QVOD INTEREST PROFERVNTVR ℞

1 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Cum pro eo quod interest dubitationes antiquae in infinitum productae sunt, melius nobis uisum est huiusmodi prolixitatem prout possibile
1 est in angustum coartare. Sancimus itaque in omnibus casibus, qui certam [B 9, 1, 87] habent quantitatem uel naturam, ueluti in uenditionibus et locationibus et omnibus contractibus, hoc quod interest dupli quantitatem minime excedere: in aliis autem casibus, qui incerti esse uidentur, iudices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, ut, *quod* re uera inducitur damnum, hoc reddatur et non ex quibusdam machinationibus et immodicis peruersionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne, dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat, cum scimus esse naturae congruum eas tantummodo poenas exigi, quae cum competenti moderatione proferuntur uel
2 a legibus certo fine conclusae statuuntur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio, quia et ex eo ueteres quod interest statuerunt: et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquae prolixitatis huius constitutionis recitatio. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTAE VV. CC. a. 531

*P* (47) *L* (47) *CRM*

---

2 *rubricam om.* $R^a$ 4 aa.] aa. et c. *S* | pecuniam $R^a$ 5 soluta fuisset *om.* $R^a$ | petendis *CR:* ἵνα ... τόκους ... παράσχῃ *B* 6 est] esse $C^a$ 8 contineatur *C* 10 imp.] idem a. saturnine imp. $M^a$ | quantitate $M^a$ 11 soluere $M^a$, solue rei $M^b$ | iudicate $R^aM^b$ | actione $C^a$, actioni $C^b$ 12 condempnatione $R^a$ | auctoritate rei] auctoritatem *R* 14 a.] a. et c. *S* | saturnino *S* | accepisti bona fide *uertunt B:* ἅπερ ἐδέξω πίστει ἀγαθῇ κατάβαλε 16 datam dotem *R* | reteretur $M^a$ 18 ab] a *RM* 20 sentiis *M* 21 proferatur *R* 22 imp. iustinianus] idem *PL* | a. *om. M* 24 certa $M^a$ 25 habeant *R* | ueluti in] ueluti $C^a$, uel $R^a$ 27 essent *PL* 28 quod ... hoc] *B:* ἵνα ἥτις ... εἰσάγεται ζημία, αὕτη, hoc quod ... hoc (hoc *om.* $RM^b$) *libri* | et non] ne et hoc *C contra B* (κ.π.) καὶ μή 29 michinationibus $P^a$ | et immod. peruers. *om.* $L^a$ | circuitu *P uel* $P^bL^a$ | ne] et *C* 30 in *om.* $PL^a$ 31 poenas] p. tantummodo pe $P^a$, pecunias $L^a$ | cum comp.] cum p. $P^a$, comp. $P^bL$, μετὰ τῆς ἁρμοζούσης *B* (κ.π.) | moderamine *M* | proferantur $R^a$ 33 complectitur *R* | quia et] $L^bCM^b$ *cum B* (κ.π.) ἐπειδὴ καί, quae $P^bL^a$, quid $R^a$, quia $R^bM^a$, *inc.* $P^a$ | et] ut *L* 35 *s. a. PL* Mitaeus \ orestae uu. cc.] orestis coss. *Mir.*

## XXXXVIII

## ℞ SI NON A COMPETENTI IVDICE IVDICATVM ESSE DICATVR ℞

1 IMP. ALEXANDER A. SABINIANO. Iudex ad certam rem datus, si de aliis [B 9, 1, 88] pronuntiauit, quam quod ad eam speciem pertinet, nihil egit. III NON. IAN. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IMP. GORDIANVS A. LICINIAE. Si militaris iudex super ea causa, de qua [B 9, 1, 89] ciuilibus actionibus disceptandum fuit, non datus, a quo dari poterat, cognouit, etiam remota appellatione id quod ab eo statutum est firmitatem non habet iudicati.

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PHILETAE. Si de pro- [B 9, 1, 90] prietate datus iudex aduersus te nihil super hac statuit, rector aditus prouinciae causam hanc cognoscere suaque decidere sententia curabit, cum et si quid de possessione pronuntiatum probetur, hoc causae proprietatis minime noceat. S. NON. NOV. HER*ACLEAE* CC. CONSS. a. 294

4 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD [Th. 4, 16, 2 B 9, 1, 91] POTITVM VICARIVM. Et in priuatorum causis huiusmodi forma seruetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo iudice dicta constringat. D. X K. OCT. ROMAE AVSONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

## XXXXVIIII

## ℞ DE POENA IVDICIS, QVI MALE IVDICAVIT, VEL EIVS, QVI IVDICEM VEL ADVERSARIVM CORRVMPERE CVRAVIT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. AD GAVDIVM[1]. Constitit in quacumque [Epit. 14, 52 cf. Dig. 3, 6, 1, 3] causa siue priuata siue publica siue fiscali, ut, cuicumque data fuerit pecunia, uel iudici uel aduersario, amittat actionem is, qui diffidentia iustae sententiae in pecuniae corruptela spem negotii reposuerit. D. XIIII K. IAN. DVOBVS ASPRIS CONSS. a. 212

2 [2]IMP. CONSTANTINVS A. AD FELICEM *PRAESIDEM CORSICAE*. [Th. 1, 16, 3 Epit. 14, 52] De eo, qui pretio deprauatus aut gratia perperam iudicauerit, ei uindicta quem laeserit non solum existimationis dispendiis, sed etiam litis discrimine praebeatur. D. VIII K. NOV. SIRMI CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

*A*$^{ul}$ (49 ℞ 1. 2) *P* (48 ℞ 1. 49 ℞. 48, 4. 49, 1. 2) *L* (48 ℞ 1. 4. 49) *CRM*: 48, 4 *extat in Gregorii Magni epist.* 13, 45

---

[1] ad Cassium Sabinum *WQ*$^b$ *cum Dig.* 3, 6, 1, 3 [2] *iunge Th.* 2, 6, 2

---

2 a *om. R* | conpetente *M* | esse *om. R* 3 dicatum *M*$^a$ 4 imp. ... sabiniano (sabiano *PL*)] impr. iustinianus a iohi pp. *S* 5 eam speciem] *P*$^t$*L*$^a$*R*, eas res *L*$^b$*CM*, eam rem *P*$^v$ | agit *R* | *s. a. PL Miraeus* | maximo II et] iu. *PL* 7 milaris *M*$^a$ 8 agnouit *M* 9 statum *M*$^a$ 10 imp. *M* | aa.] a. *M* | philiethae *S* | de *om. M*$^a$ 11 iudex datus *C* 12 positione *M*$^a$ 13 causa *R* | *s. a. Russardus* | her. cc.] *Herrmann*, herc. et caes. *Russ.* 15 impp. *LCM*, imp. *P Greg.*, ipp. *R* | ualentinus *M*, *om. Greg.* | theodosium *M* | aa. *R*, aug. *Greg.*, *om. PLCM* 16 potium *R* | et *om. Th. contra B* | priuatis (*alias* priuatos) *Greg.* | forma *om. P*$^a$*L*$^a$ 17 *s. a. Th. Greg. L*$^b$ *Miraeus* | XI *Greg.* | romae ... 18 conss. *om. L*$^b$ *Mir.* 20 qui] quae *C*$^u$ | iudicauerit *PLRM*$^a$? 21 indice *R* 22 iurauit *S*, curabit *C*, curauerint *PL* 23 antonius *M* | constituit *M*$^a$ 24 siue priu.] priu. *M* | ut] aut *P*$^a$*L*$^a$ | quaecumque *AL*$^b$*C*, qcuicumque *R*$^a$ 25 diffidentiam *R* | corruptela] *A*, corruptelas *PLRM*, corruptelam *C* 26 *s. a. APL Miraeus* | xu *A* 27 impm. *M* | constantio *A* | praes. cors.] *Th.*, *om. libri* 28 quem] quae *P*$^t$*L*$^t$ 29 aestimationis *PL* | dispendiis] *Th.*, dispendii *PLRM*, dispendio *AC* | discriminis *R*, discrimini *uel* discriminis *M*$^a$ | *s. a. Th. APL Miraeus* | uii *A* 30 sirmi *om. APL Mir.* | const. a. v] cp. aa. *A*$^u$?, kapl' aa. *A*$^l$, cp. (cap. *P*) a. u *PL* | c.] ucc. *A*, cc. *PL Mir.*

# L

# ℞ SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE ℞

1 IMP. GORDIANVS A. SECVNDO. Neque suam neque decessoris sui sententiam [B 9, 1, 92] quemquam posse reuocare in dubium non uenit: nec necesse esse ab eiusmodi decreto interponere prouocationem explorati iuris est. PP. K. MART.

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ALEXANDRAE. Per- [B 9, 1, 93] emptorias exceptiones omissas initio, antequam sententia feratur, opponi posse perpetuum
1 edictum manifeste declarat. Quod si aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur. nam iudicatum contra maiores annis uiginti quinque non oppositae praescriptionis uelamento citra remedium appellationis rescindi non potest. VII K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

3 IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCVLVM. Impetrata rescripta non [Th. 4, 16, 1 B 9, 1, 94] placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam prouocatio nulla suspendit: sed eos, qui tale rescriptum meruerint, etiam limine iudiciorum expelli. D. VI K. IAN. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS. a. 319

# LI

# ℞ DE FRVCTIBVS ET LITIS EXPENSIS ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. ACTAE. Hoc fructuum [B 9, 3, 65] nomine continetur, quod iustis sumptibus deductis superest. III NON. APRIL. CC. CONSS. a. 294

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. OLYBRIO PV. Litigator [Th. 4, 18, 1 B 9, 3, 66] uictus, qui post conuentionem rei incu*ba*rit alienae, non in sola rei redhibitione teneatur nec tantum[2] fructuum praestationem aut eorum quos ipse percepit agnoscat, sed[3] eos, quos percipi oportuisse, non quos eum redegisse constabit, exsoluat ex eo, ex quo re in iudicium deducta scientiam malae possessionis accepit. heredis quoque succedentis in uitium par habenda fortuna est. D. VII K. MART. TREVIRIS VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS. a. 369

3 [4]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PP. Ter- [Th. 4, 19, 2 B 9, 3, 67] minato transactoque negotio posthac nulli actio neque ex rescripto super sumptuum repetitione praestetur, nisi iudex[5], qui de principali negotio sententiam promulgauit, cominus partibus constitutis iuridica pronuntiatione signauerit uictori causae restitui debere expensas

*P* (50 [℞ *p*] 1 ℞ 2. 3. 51 ℞ 1. 2) *L* (50. 51 ℞ 1. 2) *CRM*

---

[1] *iunge Th.* 1, 12, 2 [2] simplorum *ins. Th.* [3] duplos fructus et *ins. Th.* [4] *iunge* 7, 62, 31. *Th.* 11, 31, 9 [5] cognitor *Th.*

---

2 sententiam] de sententiam *S*, cum sententia $R^a$ 3 gordiano *M* 5 *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *PL* 6 alexandriae *S*, alexd'. *PL*, alx. *R*, alexander *M* 7 omissa $M^a$? 9 mores $L^a$ 10 *s. a. PL Miraeus* 12 a. *om. P* 13 placeat *PL* | sententiae $P^a$ 14 meruerunt $PL^aRM$ | *s. a. Th. PL Miraeus Russardus* 15 v et licin. conss.] et licinio aa. cc. conss. *Russ.*, R̄· *PL* (*pro* ℞ *ex u.* 17?), *om. Mir.* 17 fuctibus $R^a$ 18 imp. *M* | et cc. *om. SPCM* | actae] *SC*, etae *P*, aetae *L*, acie *M*, *om. R* 19 dedictis $M^a$ | *s. a. PL Miraeus* 20 imp. *R* | ualens et ual. *PL*, ualens et ualerius *M* | olimbrio *R* | pu.] *PL Th.*, pp. *SCRM* 21 incubarit] *Th.*, incumberit *C*, incumbat $PL^aR$, incumbit $L^bM$ | rediibitione $R^a$ 22 nec tantum *seqq.*] καὶ τοὺς κάρπους οὓς ἔλαβεν, ἀλλὰ καὶ οὓς ἠδύνατό τις λαβεῖν *B*, *quae confirmant omissionem simplorum et duplorum* (*not.* 2. 3), *ut uoc.* aut *u.* 22 *male retinuisse compilatores appareat* | praestatione *R* | quo *L* | perceperit $C^a$ | asgnoscat $P^a$ 23 percaepi $PL^a$ | oportuisse] $C^a$ *Th.*, oportuisset $L^b$, potuiscet $PL^aM^b$, potuisse (tuisse $M^a$) $C^bRM$ *cum B:* ἠδύνατό τις (*u. s.*) | ex quo] quo *Th.* | re] $CM^a$ *Th.*, res $PLRM^b$ 24 sententiam $R^a$ | malae] malae fidei $L^bC^bRM^b$ 25 *s. a. Th. PL* | VII (*alias* uiii *uel* ui) *Th.*, iii *PL* | mart.] *PL cum libris quibusdam Th.*, mai. *alii libri Th.* | treuiris] triberii *P*, tib. *L* | ualeriano *P*, ual. *L* | np.] nobis cc. *P*, n̄bis cc. *L* | et uictore (uiciore *P*) conss. *om. L* 27 asclepiodote *M* 28 petitione *RM* 29 communis partibus $C^a$, partibus cominus *M* 30 constitutus $C^a$ | pronutiatione *R*

aut super his querellam iure competere. post absolutum enim dimissumque iudicium nefas est litem alteram consurgere ex litis primae materia. D. III K. APRIL. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

4 IMPP. VALENTINIANI ET MARCIANI AA. EDICTVM AD POPVLVM. [Nou. Marc. 1, 1, 7 B 9, 3, 68] Non ignoret is, cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua fuerit protractus examina, quod, si culpa sui fuerit dilata cognitio uel minime actioni suae adfuerit uel delata probauerit, pro calumnia quidem poenam luat legibus constitutam, pro uero pecuniaria causa post dispendia, post sumptus considerata quantitate postulatorum uel medii itineris interuallo condemnationem pro aestimatione iudicis sustinebit. D. V ID. OCT. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO A. VII ET AVIENO CONSS. a. 450

5 [1] *Αὐτοκράτωρ Ζήνων Α.*

Ἡ διάταξις κελεύει, ὥστε πάντα δικαστὴν ἐν τῇ ἀποφάσει αὐτοῦ κελεύειν τὸν ἡττη- [B 9, 3, 69]
θέντα διδόναι τὰ δαπανήματα πάντα τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ γενόμενα· ἔχοντος ἐξουσίαν αὐτοῦ
τοῦ δικαστοῦ καὶ ὑπερβαίνειν τὴν δαπάνην ἕως τῆς δεκάτης μοίρας τῶν δαπανηθέντων, ἐὰν
αὐτὸν ἡ ἀναισχυντία τοῦ ἡττηθέντος μέρους πρὸς τοῦτο παρακινήσῃ, ὥστε τὸ ὑπὲρ τὰ δαπανή-
ματα τῷ δημοσίῳ λόγῳ διαφέρειν, εἰ μή τι ἄρα ὁ δικαστὴς τὴν τριβὴν τοῦ νενικηκότος μέρους
1 βουληθεὶς θεραπεῦσαι μέρος τί ποτε ἐκ τούτων αὐτῷ ἀφορίσει. Καταδικαζομένου μὴ μόνον τοῦ
ἐνάγοντος καὶ τοῦ ἐναγομένου, ὅτε πρόσφορος ἑκατέρῳ ἐστὶν ὁ δικαστής, ἀλλὰ κἂν τοῦ ἐνάγοντος
ἀπρόσφορός ἐστιν, ἡττηθῇ δὲ ἐξ ἀντεναγωγῆς, μὴ δυνάμενος ἐκεῖνον τὸν δικαστὴν παραιτήσασθαι,
εἴτε ἄρχοντες εἴησαν δικασταὶ εἴτε θεῖοι διαιτηταί· ἔχουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐκβιβαστὰς καὶ ἐπείκτας.
2 Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσει ὁ δικαστής, αὐτὸς τὴν ζημίαν ταύτην ἀναγκάζεται θεραπεῦσαι τῷ νενι-
3 (1) κηκότι μέρει. Ἐὰν δέ τις ἐναγόμενος εὐγνωμόνως ἀποδώσει ἢ ἐνάγων ἀποστῇ τῆς δίκης ἢ καὶ
ὁ δικαστὴς εὕρῃ αὐτὸν τῇ ἀληθείᾳ οὐχὶ συκοφάντην, ἀλλὰ ἐπὶ ἀμφιβόλῳ πράγματι δικαζόμενον,
4 (2) ὁ τοιοῦτος ἐκφεύγει τὴν τῶν δαπανημάτων καταδίκην. Δῆλον δέ, ὅτι ἐπὶ τῶν χαμαιδικαστῶν
ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ ὀφείλων αὐτοῖς ἀφορίσαι ταξεώτην τὸν ταῦτα μεθοδεύοντα.

D. VII K. APRIL. POST CONSVLATVM LONGINI. a. 48

6 IMP. ANASTASIVS A. STEPHANO MAGISTRO MILITVM. Cum quidam per leges [B 9, 3, 70] sacrasque constitutiones, alii per speciales largitates sibi praestituta priuilegia praetendunt tam super sportulis pro conuentionibus usque ad certam quantitatem praebendis quam super expensis litium uel minuendis uel penitus non agnoscendis, per hanc legem decernimus, ut, quicumque huiusmodi priuilegio munitus est uel postea talem praerogatiuam quolibet modo meruerit, sciat, et si quos ipse utpote obnoxios sibi pro quacumque criminali uel ciuili causa constitutos in accusationem deduxerit, hos nihilo minus isdem priuilegiis potituros, quoniam non est ferendum eos, qui praefatas praerogatiuas, ut ante latum est, praetendunt, aliquid plus ab aduersariis suis quaerere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur: ita scilicet, ut haec forma modis omnibus obseruetur super priuilegiis per liberalitates uel generaliter quibusdam officiis aut scholis seu dignitatibus uel specialiter certis personis praestitis uel postea praebendis, siue hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus uel adfatibus insertum siue praetermissum sit uel fuerit.

*CRM: indicem* 51, 5 *restituimus ex B* (*pr.* ... 3 = *Synopsis K* 5, 6)

---

[1] *iungendae uidentur* 1, 51, 13 (d. VI k. Iul. post consulatum Longini) 2, 7, 18. 19 (d. VI k. Ian. Constantinopoli Longino cons.) 3, 3, 6. 3, 10, 1

---

1 aut] ut *C* | competeret *C* 2 prima *R* | *s. a. Th.* 4 ualentinus et marcus *M* 5 ignorat *R*[b]*M*, ignor.t *R*[a] | is *om. R*[a] 6 delata *C* 7 luat] soluat *R* 8 dispedia *R* | sumptuum consideratam quantitatem *C* | postulatarum *R* 9 *s. a. Nou.* 10 conss.] uc. conss. *Nou.* 11 lex u graeca *S*, liii constitutio greca *W alii: inscriptio restituta est ex subscriptione et Nou.* 82 *c.* 10 12 ἑαυτοῦ *Synopsis* 13 γινόμενα *B Coislin.* 15 ἡττηθέντος] δαπανηθέντος *Syn.* | τό] τά *Syn.* 17 ποτε *om. Syn.* 18 ἑκατέρων *B Coislin.* | κἂν] καὶ ὅτε *B Coislin.* 20 καί *om. Syn.* 22 ἢ ἐναγαγών *B Coisl.* 24 ἐκφεύγῃ τῶν (*om.* τήν) *B Coisl.* 26 *s. a. Cuiacius obseru.* 12, 1 *Charondas* 27 anestasio *M* | militi *SM* 28 sacrasque] sacras *M*[a]*?* | praestita *edd.* 29 quantitaem *M*[a]*?* | praebentis *M*[a] 32 obnexios *M*[a] 33 in accus. *om. R*[a] 34 potituturus *M*[a] 35 petendunt *M*[a]

# LII

## ℞ DE RE IVDICATA ℞

1 IMP. ANTONINVS A. STELLATORI. Rebus quidem iudicatis standum est. sed [B 9, 3, 71 si probare poteris eum cui condemnatus es id quod furto amisisse uidebatur recepisse, aduersus iudicati agentem doli exceptione opposita tueri te poteris. XII K. MART. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IDEM A. PACATIANO. Res iudicatae si sub praetextu computationis instau- [B 9, 3, 72 rentur, nullus erit litium finis. PP. PRID. NON. . . . . ROMAE LAETO ET CEREALE CONSS. a. 215

3 IDEM A. DEMETRIO. Si pecuniam, quam mala ratione intercepisse uos appa- [B 9, 3, 73 ruit, iussi sitis inferre cum poena et comperto praecepto praesidis non prouocaueritis, uniuersam quantitatem debetis inferre.

4 IMP. GORDIANVS A. ANTONINO. Sub specie nouorum instrumentorum postea [B 9, 3, 74 repertorum res iudicatas restaurari exemplo graue est. D. VII ID. MART.

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. VALENTINO. Ad solu- [B 9, 3, 75 tionem dilationem petentem adquieuisse sententiae manifeste probatur, sicut eum, qui quolibet modo sententiae adquieuerit. nec enim instaurari finita rerum iudicatarum patitur auctoritas. S. PRID. ID. FEBR. SIRMI CC. CONSS. a. 294

6 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IVLIANO PROCONSVLI [Th. 16, 5, 55 B 9, 3, 76 AFRICAE. Gesta, quae sunt translata[1] in publica monumenta, habere uolumus perpetuam firmitatem. neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. D. III K. SEPT. ROMAE[2] CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS. a. 414

# LIII

## ℞ DE EXSECVTIONE REI IVDICATAE ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. IVSTINO. Nimis propere iudex pignora [B 9, 3, 77 Marcellae capi ac distrahi iussit ante rem iudicatam. prius est ergo, ut seruato ordine actionem aduersus eam dirigas et causa cognita sententiam accipias. PP. III K. FEBR. ALBINO ET AEMILIANO CONSS. a. 206

2 IMP. ANTONINVS A. MAXIMO. Si causam iudicati non nouasti, rem iudicatam [B 9, 3, 78 praeses prouinciae etiam pignoribus captis ac distractis ad emolumentum perduci iubebit. quod si nouata causa est, ex stipulatu tibi actio competit et iudice accepto secundum iuris formam experire.

3 IDEM A. AGRIPPAE. Ordo rei gestae et mora solutionis, quae intercessit, [B 9, 3, 79 constantius desiderat remedium. si itaque praesidem prouinciae, qui rem iudicatam exsequi

*P* (52 ℞ 1. 2. 4...6 [53, 8 *p*] 58, 3. 4. 53 ℞ 1. 3) *L* (52 ℞ 1. 2. 4...6. 53 ℞ 1. 3) *CRM*

---

[1] gesta q. s. translata] notione et sollicitudine Marcellini spectabilis memoriae uiri contra Donatistas gesta sunt ea, quae translata (*scr.* gesta quae sunt translata) *Th.* [2] Rauennae (*Gothofredus*)?

---

2 re] rei *S, deficit* $R^a$ 3 antonius *M* | stillatori *PLR* | quidem *om.* $R^a$ | iudicatae $R^a$, iuditis $M^a$ 4 es] est $R^a$ | recepissee *L*, praecepisse $M^a$ 5 iuditio $P^tL^tR^b$, iudicium $R^a$ | *s. a. PL Miraeus* 6 albino *PL* 7 pagatiano *R* | disputationis $R^a$ 8 *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. $PL^a$ | non. ... conss. *om.* $PL^a$ 9 nulla *R* 12 antonio *P* 13 iuditatis $P^a$, iudicata *R* | restauri *L*, restaurare *R* | exemplo *om.* $R^a$ | *s. a. PL Miraeus: apud Russardum est subscriptio c.* 5 | d. *om. P* | VIII *Mir.* 14 et cc. *om. S* 15 diationem $P^a$ | sentiae $M^a$ | qualibet *R* 16 iudicaturum $C^a$ 17 *s. a. P et Russardus ad c.* 4 | s.] scr. *Russ., om. P* | febr. ... conss. *om. P* 18 proconss. *M*, procuratori *SPCR* 19 africae *om. R* | lata $M^a$ | in] ut $P^tL^t$ 20 cognitionis $P^tL^t$ | *s. a. Th. PL Miraeus* 21 romae *om. PL Mir.* | const. et constante] constant. *PL*, const. *Mir.* 23 *rubricam om.* $R^a$, *ante titulum* 55 *habet* $V^a$ | excusatione $C^a$, *inc. V* | regi $M^a$, re *C, om. V?* 24 propere] perperam $PL^aR$ 26 dirigat $R^a$ | *s. a. PL Miraeus* 32 idem] imp. ant. *P*, imp. iustin. *L* | agrippae *om.* $L^a$ | quae] quod quae $P^a$

debet, adieris et adlegaueris res soli, quae pignori datae sunt, diu subhastatas ex compacto siue ambitione diuersae partis emptorem non inuenire, in possessionem earum te mittet, ut uel hoc remedio res tam diu tracta ad effectum perducatur. D. XI K. IVL. MESSALA ET SABINO CONSS. a. 214

4 IDEM A. MARCELLO MILITI. Stipendia retineri propterea, quod condemnatus B 9, 3, 80 es, non patietur praeses prouinciae, cum rem iudicatam possit aliis rationibus exsequi. PP. III NON. IVN. SABINO II ET ANVLLINO CONSS. a. 216

5 IMP. GORDIANVS A. AMANDO. Etiam nomen debitoris in causa iudicati B 9, 3, 81 capi posse ignotum non est. PP. III ID. OCT. ATTICO ET PRAETEXTATO CONSS. a. 242

6 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. TITIANO. Si, ut proponis, rerum iudi- B 9, 3, 82 catarum executor datus partes sibi iudicis uindicauit et contra ea, quae pridem pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronuntiandum putauit, sententia ab eo dicta uim rei iudicatae obtinere nequaquam potest.

7 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. THEODORO. Si longis apertisque B 9, 3, 83 frustrationibus partis aduersae restitutio remorata est, etiam seruis rebus humanis exemptis a frustratore aestimatio eorum restituenda est. animalia quoque cum fetubus tibi intercessu praesidis repraesentabuntur.

8 [1]IDEM AA. ET CC.[2] Executorem eum solum esse manifestum sit, qui post B 9, 3, 84 sententiam, inter partes audita omni et discussa lite, prolatam iudicatae rei uigorem ad effectum uidetur adducere. SINE DIE ET CONSVLE[3].

9 [4]IDEM AA. ET CC. GLYCONI. Eos, quos debitores tuos esse contendis, apud B 9, 3, 85 rectorem conueni prouinciae, qui siue confessi debitum siue negantes et conuicti fuerint condemnati nec intra statutum spatium solutioni satisfecerint, cum latae sententiae pignoribus etiam captis ac distractis secundum ea quae saepe constituta sunt meruerunt exsecutionem, iuris formam tibi custodiet. S. NON. NOV. CC. CONSS. a. 294

## LIIII

## ℞ DE VSVRIS REI IVDICATAE ℞

1 IMP. ANTONINVS A. PROCVRATORIBVS HEREDITATIVM. Fiscus, qui bona secun- B 9, 3, 86 dum se dicta sententia persequitur, eas quoque rationes habiturus est, ut, qui post legitimum tempus placitis non obtemperauit, usuram centesimam temporis quod postea fluxerit soluat.

2 [5]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Eos, qui condemnati solutionem pecu- B 9, 3, 87 niarum, quas dependere iussi sunt, ultra quattuor menses a die condemnationis uel, si

*P* ([53, 8 *p*] 58, 3. 4. 53 ℞ 1. 3 [4. 5. 7. 9 *p*] 54 ℞ 2: 53, 4. 7 *ante* 45, 14) *L* (53, 3. 8. 4. 7. 5. 9. 54 ℞ 2) *CRM*

[1] *fortasse iungendae sunt* 3, 3, 2. 3, 11, 1. 7, 62, 6: *cf. etiam* 2, 56, 1 [2] dicunt *addunt* 3, 3, 2. 3, 11, 1. 7, 62, 6 [3] d. xv k. April. (Aug. 3, 3, 2) 3, 3, 2. 3, 11, 1 [4] *Cuiacio* 4, 10, 9 *iungenda uidetur, cui subscribitur* d. id. Febr. CC. conss. [5] *iunge* 10, 8, 3

1 datae] captae *C* 2 inueniri $P^{a}LM^{b}$ | possessione $P^{a}R$ 3 *s. a. PL Miraeus* | k. *om. P* 5 idem] imp. ant. *PL* | marcollo $L^{a}$ | militis *C* | stipendiaria *R,* suspendia $P^{a}$ 6 es] est *pC* | posse $p^{a}$ | alius $P^{a}$, aliquis $p^{a}R$ 7 *s. a. PL Miraeus Russardus* | iun. ... conss. *om. PL Mir.* 8 causam *CR* 9 non *om.* $L^{a}$ | *s. a. pL Miraeus* | attico et praet. (praetextu. *pL,* praetexto *Mir.*)] extricato et praesente (= *a.* 217) *in libro ueteri se inuenisse testatur Russardus* 10 imp. (mpp. *R*) ... phil. c. (cc. *CR*)] idem a. *M* 11 pates $M^{a}$ | iudicauit $R^{a}$ | pridem] quidem $R^{a}$ 14 imp. *P* | aa.] a. *P,* aa. et cc. *R* | theodora $p^{a}$ 15 frustarationibus $P^{a}$, frustra rationibus $P^{b}pL^{t}$? | remota $PpLR^{a}M^{a}$ | seruus $M^{a}$ 16 frustatore *L,* frustratorem $R^{a}$, frustrare $M^{a}$ | fetubus] $P^{a}L^{b}$, fetu $P^{b}CRM$, foetibus $pL^{a}$ 18 cc.] cc. agrippe *M,* cc. nicomacho *edd.* | exsecutorem *om.* $M^{a}$ 20 *s. a. pL Miraeus* | cs. *p,* conss. *L* 21 ciliconi $R^{b}$?, cili..ni $R^{a}$ | eos] hos $CM^{a}$ | condendis $M^{a}$ 22 conuincti *pL* 23 infra *C* | cum l.tae $M^{a}$, collatae $R^{a}$ 24 ac] aut *R* 25 *s. a. pL Miraeus* | cc.] cc. et *p* 27 *hanc rubricam ante tit.* 56 *collocat* $V^{a}$ | rei] re $C^{a}$, regi $M^{a}$ 28 heredum *R, om. S* | fiscus] $C^{a}$, fisci. ...s $R^{a}$, fisci. is $C^{b}R^{b}M$: *procur. her. fisci non est in usu et cum* $C^{a}$ *faciunt B:* ἐὰν ὁ δημόσιος ἐναγάγῃ τινὶ καὶ νικήσῃ 29 se dicta sententia] *C,* dicta sententia (—tiam $R^{a}$) $R^{a}M^{a}$, dictam sententiam $R^{b}M^{b}$ 30 centesimae *R* 31 iustinus *M* | a. *om. C* | pp. *om. PL* 32 menses] āā se *P* | condempnationes $M^{a}$

prouocatio fuerit oblata, a die confirmationis sententiae connumerandos distulerint, centesimas usuras exigi praecipimus: nec priscis legibus, quae duas centesimas eis inferebant, nec nostra sanctione[1], quae dimidiam centesimae statuit, locum in eorum personam habentibus. D. VII[2] ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO CONS. a. 529

3 IDEM A. IOHANNI PP. Sancimus, ut si quis condemnatus fuerit, post datas [B 9, 3, 88] a nobis quadrimenstres indutias centesimas quidem usuras secundum naturam iudicati eum compelli soluere, sed tantummodo sortis et non usurarum, quae ex pristino contractu in condemnationem deductae sunt. cum enim iam constituimus[3] usurarum usuras penitus
1 esse delendas, nullum casum relinquimus, ex quo huiusmodi machinatio possit induci. Si enim sine emendatione relinquatur, aliquid absurdum atque inelegans necesse est euenire, cum utiliter ex contractibus descendentes plerumque minores centesimae ex nostra lege[1] factae sunt et necesse est minoribus usuris grauiores supponi. si enim ex iudicati actione centesimae omnimodo currunt usurae, ex contractibus autem hoc raro contingit in capitulis lege nostra tantummodo exceptis, huiusmodi iniquitatem ipsa necessitas rerum intro-
2 ducebat. Et ideo pio remedio causam corrigentes sancimus sortis tantummodo usuras usque ad centesimam currentes ex iudicati actione profligari, non autem usurarum quantascumque usuras. si enim nouatur iudicati actione prior contractus, necesse est usurarum quidem, quae anterioris contractus sunt, cursum post sententias inhiberi, alias autem usuras ex iudicati actione tantummodo sortis procedere, et non ideo, quod forsitan consummata est quantitas sortis et usurarum, totius summae usuras postea colligi, sed sortis
3 (1) tantummodo. Et cum antiquitas pessimo exemplo reis quidem condemnatis laxamentum duorum mensum praestabat, fideiussores autem eorum eodem uti beneficio non concedebat, ut liceret uictoribus relictis propter legem condemnatis personis a fideiussoribus eorum uel mandatoribus statim pecunias uel res in condemnatione positas exigere, huiusmodi acerbitatem resecantes sancimus quadrimenstres indutias, quas dedimus condemnatis, etiam ad fideiussores eorum et mandatores extendi, ne legi fiat derogatum. cum enim interuentor soluere compellatur et ipse reum coerceat ad inuitam solutionem, nullum condemnatus habebat nostrae sensum humanitatis, quia per medium fideiussorem statim pecunias persoluere compellebatur. D. V K. DEC. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

## LV

## SI PLVRES VNA SENTENTIA CONDEMNATI SVNT

1 IMP. ALEXANDER A. VICTORI. Si non singuli in solidum, sed generaliter tu [B 9, 3, 89] et collega tuus una et certa quantitate condemnati estis nec additum, ut, quod ab altero seruari non possit, alter suppleret, effectus sententiae uirilibus portionibus discretus est.

*V* (*incipit u.* 2 centesimas) *P* (54, 2) *L* (54, 2) *CRM*

---

[1] 4, 32, 26, 2 [2] VIII (10, 8, 3)? [3] 4, 32, 28

---

1 oblata] porrecta *dett.* | numerandos $P^aR$ | centesimam usuram *PL*, centesimum (—mas $R^b$) usurarum *R* 2 nec] ne *PL* | eis *om. R* 3 sactione $P^a$ | in e. personam] e. persona $M^a$ 4 *s. a. VPL Miraeus* | id.] k. id. *V uel* $V^a$ | conss. *PL* 5 idem] impr. iustinianus *S* | aa. *R* 6 indicati] iudici $V^a$ 7 compellis $R^a$, pelli $M^a$ | usuram $M^a$ | contractu in] contractui $V^a$ 8 enim] etiam $R^a$ | usuram usuras *V*, usuras usurarum *R cum B* (κ.π.) τόκους τόκων 10 uenire $C^a$ 13 centesimae] cenmae $V^a$, cent. ex nostra $R^a$, *deficit* $M^a$ | current *V*, *deficit* $M^a$, τρέχουσι *B* (κ.π.) 15 pio] priu *supra additis duobus uel quattuor litteris V*, par $R^a$?, *deficit* $M^a$, εὐσεβεῖ *B* (κ.π.) 17 enim] autem *C*, *deficit* $M^a$ 18 sententias] *V?CM cum B* (κ.π.), sententiam *R* 20 postea] praeterea $R^a$ | colligis $R^a$ 21 res $C^a$, re*s $R^a$ 22 mensum] *VC*, mensuum $RM^a$, mensium $M^b$ | concedebit *V* 23 licet $M^a$ | a] ad $R^a$ | earum $CR^aM^b$ 24 condempnationem *C* 25 aceruitate *V* | quadrimensistres *R* 26 ad *om.* $V^a$ | ne *om.* $R^a$ 27 coercebat *libri*, ἀναγκάζει *B* (κ.π.) | solutione $M^a$ 28 habeat $R^a$ 29 compellabatur *R* | *s. a. V* 30 uu. cc.] uc. *V* 33 impp. *V* | alexarder *M* | solidun *V* 34 collega tuus] collectus $V^a$ | ut] $CM^a$, *(s?)it *V*, est ut $RM^b$ 35 obseruari *R* | posset $C^bM$

Ideoque parens pro tua portione sententiae ob cessationem alterius ex causa iudicati conueniri non potes. PP. K. Iul. ALEXANDRO A. III ET DIONE CONSS. a. 229

2 IMP. GORDIANVS A. ANNIANO. Quotiens a tutoribus singulis procuratoribus [B 9, 3, 90] datis insequitur in omnium persona condemnatio, periculum sententiae uideri esse diuisum. ideoque quod ab uno seruari non potuerit, a ceteris exigi non posse explorati iuris est. PP. XV K. APRIL. ATTICO ET PRAETEXTATO CONSS. a. 242

## LVI

## ℞ QVIBVS RES IVDICATA NON NOCET ℞

1 IMP. ALEXANDER A. MASCVLINO. Si neque mandasti fratri tuo defensionem [B 9, 3, 91] rei tuae neque quod gestum est ratum habuisti, praescriptio rei iudicatae tibi non oberit. et ideo non prohiberis causam tuam agere sine praeiudicio rerum iudicatarum. PP. NON. MAI. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

2 IMP. GORDIANVS A. ATHENIO. Res inter alios iudicatae neque emolumen- [B 9, 3, 92] tum adferre his, qui iudicio non interfuerunt, neque praeiudicium solent inrogare. ideoque nepti tuae praeiudicare non potest, quod aduersus coheredem eius iudicatum est, si nihil aduersus ipsam statutum est. PP. V ID. IVL. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

3 [1]IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. HONORATO. Iuris manifestissimi [B 9, 3, 93] est et in accusationibus his, qui congressi iudicio non sunt, officere non posse, si quid forte praeiudicii uideatur oblatum. PP. XIIII K. SEPT. BASSO ET QVINTIANO CONSS. a. 289

4 IDEM AA. ET CC. SOTERIANO. Nec in simili negotio res inter alios actas [B 9, 3, 94] absenti praeiudicare saepe constitutum est. S. III K. DEC. CC. CONSS. a. 294

## LVII

## ℞ COMMINATIONES EPISTVLAS PROGRAMMATA SVBSCRIPTIONES AVCTORITATEM REI IVDICATAE NON HABERE ℞

1 IMP. ANTONINVS A. ROGATIANO. Nec uim stipulationis obtinere potest com- [B 9, 3, 95] minatio iudicis, qui certas usuras praestaturos eos dixit, qui intra certum diem debitum non exsoluissent. PP. PRID. ID. IAN. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

*V P* (56, 1...3. 57) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] *iunge* 9, 2, 9

---

1 ex causa iud. *om.* $M^a$ | conuenire non potest $R^aM^a$ | *s. a. V* 3 hanniano *VC*, iohanniano *S*, ammano *R*, arniano *M* | a tutoribus] auditoribus $R^a$ 4 personam *C* | uidetur $C^bRM^b$, uide.. $M^a$ 5 conseruari *R* | ceaeteris $M^a$, ceteris haec *R* 6 *s. a. V* | k.] id. *V* 8 *rubricam tituli* 54 *hoc loco habet* $V^a$ | iudicatas *S* | nocet] est $M^a$ 9 impp. *V* | masculnio *V* 10 nec *R* 11 *s. a. VPL Miraeus* | nonus *L* 12 a. conss. *V*, aa. conss. *PL Mir.* 13 gordianus] al. $R^a$ | aa. *R* | anthemio *S*, anthimiae *R*, athemio *M* 14 colent *V* 15 praeiudicari *V?PLC*$M^a$ 16 *s. a. VPL* | iul.] *PL et, ut mihi uisum est, etiam V*, oct. *V secundum Bluhmium* 17 imp. *R* | honorio *S* 18 et *om. C* | ingressi *PL*, inge.esi $R^a$ | sint *R* 19 *s. a. VPL* | XIIII] *PL cum* 9, 2, 9, xiii *V* | basso ... conss. *om. L* | passo *P* | quintiano] quin. *P*, aemiliano *V* (= *a.* 259) | conss. *om. P* 20 soteriafno *V?* | acta *C* 21 *s. a. V Russardus* | s.] *V*, sirmii *Russ.* | III] VI *Russ.* 23 *rubricam tit.* 55 *habet* $V^a$ | comminationibus *S*, communicationes $R^a$, comminationem *M* | epistulae *V*, epistulam $P^aM$, per epistulam $P^bLR^a$ | pergrammata *PL*, propragmata *C*, programma *M* | subscriptionis *M* 24 auctoritate rei iud. $M^a$, rei iud. auctoritatem *R* 25 haberet *S*, habet *C*, auent *V* 26 rogatian. *R*, negotiano *M* 27 dixit *om.* $R^a$ 28 *s. a. VPL Miraeus* | pp. *om. PL Mir.*

2 Imp. Alexander A. Maximiano. Rei iudicatae effectum non habet, quod per epistulam rector prouinciae soluere uos pecuniam rei publicae iussit. PP. iiii id. Mart. Maximo ii et Aeliano conss. [B 9, 3, 96] a. 223

3 Idem A. Zotico. Ea, quae causa cognita statuuntur, subscriptionibus reuocari non posse saepe rescriptum est. PP. vi id. Sept. Albino et Maximo conss. [B 9, 3, 97] a. 227

4 Imp. Gordianvs A. Asclepiadi. Interlocutio praesidis apud acta signata: 'nisi solutioni debiti is qui conuenitur obsequium praestitisset, duplum seu quadruplum 'inferat' uoluntas potius comminantis quam sententia iudicantis est, cum placitum eiusmodi, ne rei iudicatae auctoritatem obtineat, iuris ratio declaret. PP. iii id. Dec. Gordiano A. et Aviola conss. [B 9, 3, 98] a. 239

5 Idem A. Ivcvndo. Iudex, qui disceptationi locum dederat, partium adlegationes audire et examinare debuit. nam subscriptionem ad libellum datam talem, quae diuersam partem in possessionem fundi mitteret, uicem rei iudicatae non obtinere non ambigitur. PP. xii k. Febr. Gordiano A. ii et Pompeiano conss. [B 9, 3, 99] a. 241

6 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Cassiano. Programma, si quod a praeside propositum est, uim rei iudicatae nequaquam potest obtinere. nec comminationem uim rei iudicatae continere manifestum est. PP. x k. April. . . . . . . . . . . . conss. [B 9, 3, 100]

7 Imp. Constantinvs A. ad Bassvm pp. Quod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis litteris temere adscriptis definiri fas non est. D. xv k. April. Constantino A. vi et Constantino C. conss. [B 9, 3, 101] a. 320

## LVIII

## ℞ SI EX FALSIS INSTRVMENTIS VEL TESTIMONIIS IVDICATVM ERIT ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Vipsaniae. Si tabulas testamenti, quas secutus proconsul uir clarissimus sententiam dixit, falsas dicere uis, praebebit notionem suam non obstante praescriptione rei iudicatae, quia nondum de falso quaesitum est. PP. v . . . . . . . . . . . . . conss. [B 9, 3, 102]

2 Imp. Alexander A. Optato. Et qui non prouocauerunt, si instrumentis falsis se uictos esse probare possunt, cum de crimine docuerint, ex integro de causa audiuntur. PP. xvi k. Oct. Ivliano et Crispino conss. [B 9, 3, 103] a. 224

3 Idem A. Clementi. Falsam quidem testationem, qua diuersa pars in iudicio aduersus te usa est, ut proponis, solito more arguere non prohiberis. sed causa iudicati [B 9, 3, 104]

*V P* (57, 2. 3. 58 ℞ 1. 2: 58, 3 *ante* 53) *L* (57, 2. 3. 7. 58 ℞ 3. 4. 1. 2) *CRM*

1 res iudicata $P^1$, res iudicate $L^a$? | habent $P^a L$ 2 per *om.* $P^a$ | *s. a. VPL Miraeus Russardus* | pp. *om. PL Mir.* | id.] k. *potius quam* id. *V* 3 et *om. P* 4 a.] aa. *V* | zoico *R* | reuocare *PL, inc. V* 5 *s. a. VPL Miraeus* | vi] *sic uel* uii *uel* iiii *uel* u. *V* 6 asclepiadi] scep. $R^a$ 7 is *om. R* | praestitissent *R*, praestitisse $M^a$, *inc. V* 9 rei] re *V uel* $V^a$ | *s. a. V* | dec.] *sic uel* oct. *V* | gord. … 10 auiola] **n* et *uola *V*? 11 a.] aa. *V?R* | allegationem *C* 13 fundi *om. R, inc. V* 14 *s. a. V Russardus* | ii] u *V secundum Bluhmium Russ.*, *om. V secundum Mayerum* 15 impp. *V* | c.] consul *S*, conss. *M* 16 nequaquam … 17 iudicatae *om. C* | nequ. pot. obt.] *V*?, obt. nequ. pot. *RM* | nec] ne $M^a$, *inc. V* | cognitionem $R^a$, *inc. V* 17 obtinere *R, inc. V* | *s. a. V* | april. … conss.] apr. **a*** et dione conss. *V*? (*Bluhme*): *fortasse legendum* praes. et albino conss. (= *a.* 246) 18 imp.] imp. a $R^a$ | a. *om. M* | pp.] pu. *SPL* | magna $C^a$?$M^a$?, *inc. V* 19 descriptis *V*? | *s. a. VPL Miraeus* 20 const. a. vi] *PL Mir.*, *deficit V* | const. c.] const. ** *V*, constant. cc. *P*, cons. et max. *L*, max. *Mir.* 22 *rubricam tituli* 56 *hoc loco habet* $V^a$ | testimonii $R^a$ 23 erit] sit *R* 24 imp. *P* | seu. et ant. aa.] diocl. et max. aa. et cc. *V* (*Mayer*) | bipsaniae *C*, hipsaniae *V* (*Mayer*), absaniae *S*, bissaniae *P*, bissanae *L*, bisaniae *RM* 25 fasas $M^a$ | uis] ius *C*, *deficit V* 26 quaesl (*uoluit* quaest) situm $L^a$ 27 *subscriptionis frustula, quam dedimus, uidetur apparere in V* 28 optatu *R*, *deficit V* 29 se uictos] aeuictos $C^a M^a$, *deficit V* | docuerunt $PLR^a$, *deficit V* | integero*e causa $R^a$, *deficit V* 30 *s. a. PL Miraeus, deficit V* | iul. et gripino conss. *PL*, iul. ii et crisp. coss. *Mir.* 31 a.] aa. *R, deficit V* | testatione $M^a$, *deficit V*

in irritum non deuocatur, nisi si probare poteris eum qui iudicauerat secutum eius instrumenti fidem, quod falsum esse constiterit, aduersus te pronuntiasse. PP. VII K. SEPT.

4 IMP. GORDIANVS A. HERENNIO. Iudicati exsecutio solet suspendi et soluti [B 9, 3, 105] dari repetitio, si falsis instrumentis circumuentam esse religionem iudicantis crimine postea falsi illato manifestis probationibus fuerit ostensum. PP. V ID. SEPT.

## LVIIII

## ℞ DE CONFESSIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. IVLIANO. Confessos in iure pro iudicatis [Greg. 10, 2, 1 B 9, 4, 9] haberi placet. quare sine causa desideras recedi a confessione tua, cum et soluere cogeris. ACCEPTA PRID. K. OCT. GENTIANO ET BASSO CONSS. a. 211

## LX

## ℞ INTER ALIOS ACTA VEL IVDICATA ALIIS NON NOCERE ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. EPAGATHO. Inter alios [B 9, 3, 62] res gestas aliis non posse facere praeiudicium saepe constitutum est. unde licet quosdam de heredibus eius, quem debitorem tuum fuisse significas, soluisse commemores, tamen ceteri non alias ad solutionem urguentur, nisi debitum fuerit probatum. V K.[1] APRIL. BYZANTIO AA. CONSS. a. 293

2 IDEM AA. ET CC. SEVERAE. Inter alios factam transactionem absenti non [B 9, 3, 63] posse facere praeiudicium notissimi iuris est. quapropter adito praeside prouinciae auiam tuam mancipium tibi donasse proba ac, si hoc iure ad te pertinere perspexerit, restitui tibi prouidebit. neque enim, si te absente diuisionem eius fecerint, aliquid iuri tuo derogari poterit[2]. S. ID. APRIL. *BYZANTIO* AA. CONSS. a. 293

3 IDEM AA. ET CC. FORTVNATAE. Si cum fratre tuo matri successisti, frater [B 9, 3, 64] pro portione tua cum debitoribus hereditariis paciscendo uel agendo, non ex tua uoluntate, pro hereditaria parte tibi quaesitam obligationem extinguere non potuit. V[3] ID. OCT. RET*IA*RIAE *CC.* CONSS. a. 294

*V* (*desinit in u.* 1 si pro) *P* (59. 60 ℞ 1 [2 *p*] 3: 58, 3. 4 *ante* 53 ℞) *L* (58, 3. 4. 1. 2. 59. 60) *CRM*

---

[1] id. (*Mommsen*)? [2] fecerint aliqui, id iuri tuo derogare poterit (*Mommsen*)? [3] VI (*Mommsen*)?

---

1 deducatur *C, deficit V* | potuerit $R^a$ | secutum] sepulchrum $R^a$ 2 esse *om. C* | aduersum *C* | pronuntiasset $C^a$ | *s. a. PL Miraeus* 3 supendi $M^a$ 4 dari repet.] da** pet. $M^a$ 5 falsi *om.* $M^a$ | fuerit ost. prob. *R* | *s. a. PL Miraeus* | pp.] p. *P* 8 antonius *M* | confessor $P^a$, con*essos $M^a$ 9 habere $C^a$?*R* | quare] quare ergo $P^aL^aR^a$ | recedere *Greg.*, decedi $R^a$ 10 *s. a. Greg. PL Miraeus: in* $R^a$ *extat* accepta | prid.] iii *PL Mir.* | oct.] oct. et *PL* | getiano *L* 12 alius res facta $R^a$, facta $M^a$? | non nocere] nocere non debet *R* 14 ephageo *S*, pagatho *PLR*, epygato *CM* 15 qosdam $M^a$ 16 coheredibus $LR^a$ | commemoras $L^aCR^a$ 17 probatum fuerit *CM* | *s. a. PL Miraeus* 19 et cc. *om. M* | facta transactione *pL* 20 potest *pL* | praeside *om.* $M^a$ 21 prospexerit *R* 22 absentem *p* 23 potuit $RM^b$ | *s. a. pL Miraeus* | idus aprilis *L* | byz. aa. conss.] hy ⁊ (= et) a. conss. *p, om. L Mir.* 24 fortunatae] *SN*, fortunae *PLCR*, sauine *M* | frater $P^a$ 26 *s. a. PL Miraeus* 27 retiariae] *Herrmann*, retriae *PL Mir.* | cc.] co. *P*, aa. *Mir., om. L*

## LXI
## ℞ DE RELATIONIBVS ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. PROFVTVRO PRAEFECTO ANNONAE. Si quis iudicum [Th. 11, 29, 2
duxerit esse referendum, nihil inter partes[1] pronuntiet, sed magis super quo haesitandum putauerit, nostram consulat scientiam aut, si talerit sententiam, minime postea, ne a se prouocetur, relatione promissa terreat litigantes, sciens, quod, si hoc fecerit, nihilo [(Th.)
1 minus iure appellationum res agitabitur. Sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena
2 instructione indigeat. Quotiens autem ad nostram scientiam iudex se pol- [Th. 11, 30, 1 mut.
liceatur relaturum, consultationis exemplum litigatoribus ilico edi apud acta iubeat, ut, si cui forte relatio minus plena uel contraria uideatur, is refutatorias preces similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione offerat. D. IIII ID. FEBR. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD VIVENTIVM PP. Super delictis [Th. 11, 29, 3 prouincialium numquam rectores prouinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum. quippe tunc demum relationibus plena maturitas est, cum uel adlegationibus refelluntur uel probantur adsensu. D. III K. IAN. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368

3 IDEM AA.[2] AD APODEMIVM. Si quando ratio aut necessitas est in negotiis [Th. 11, 29, 4 nostra iudicia requirendi expectandique responsa, omnem omnino causam relationis series comprehendat, ut recitata consultatione, quae ita est dirigenda, propemodum actorum recensione non opus sit: actis etiam necessario sociandis. D. VI ID. MAI. TREVIRIS VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS. a. 369

## LXII
## ℞ DE APPELLATIONIBVS ET CONSVLTATIONIBVS ℞

1 SENTENTIA DIVI SEVERI DATA IN PERSONA MARCI PRISCI IDIBVS IAN. POM- [B 9, 1, 95
PEIANO ET AVITO CONSS. SEVERVS A. DIXIT: Prius de possessione pronuntiare et ita a. 209
crimen uiolentiae excutere praeses prouinciae debuit. quod cum non fecerit, iuste prouocatum est.

2 IMP. ALEXANDER A. PLARIANO. Nouum quod postulas non est, quod, etsi [B 9, 1, 96 rescripti mei auctoritas intercesserit, prouocandi tamen facultas tibi non denegetur.

3 IMP. GORDIANVS A. VICTORI. Appellatione interposita, licet ab iudice repu- [B 9, 1, 97 diata sit, in praeiudicium deliberationis nihil fieri debere et in eo statu omnia esse, quo tempore pronuntiationis fuerint, saepissime constitutum est. PP. IIII

4 IMP. PHILIPPVS A. ET PHILIPPVS C. PROBO. Si ad scribatum nominatus [B 9, 1, 98 non prouocasti, conuelli statuta non possunt.

*P* (62 ℞ 1. 3) *L* (*ut P*) *C R* (*transponit* 61, 2. 3 ℞ 1) *M*

---

[1] inter partes *om. Th.* [2] et Gratianus A. *ins. Th.*

3 impp. *M*ᵃ | pp. ann. *R*, pp. (*om.* ann.) *M* | iudicium *R*ᵃ*M*ᵃ 4 dixerit *R*ᵃ | ferendum *M*ᵃ | exitandum *R*ᵃ 5 nostra *R*ᵃ | consulat *om. M*ᵃ | ne a] d. *R*ᵃ 6 praemissa *C*ᵃ *contra Th.* 7 aliquis *R*ᵃ 9 consulationis *M*ᵃ | edi *om. M*ᵃ 11 fructustoria *R*ᵃ, frustatoria *M* | *s. a. Th.* 11, 29, 2 13 ualentinus *M* | aa. *om. C* | ad uiuentio *S*, auuentium *R*ᵃ 14 deferendum *R* 15 consulationis *M*ᵃ | religatioñibus *M*ᵃ? 16 plenam *M*ᵃ | maturitas] *C Th.*, ueritas *RM* | refelluntur] *Th.*, fefelluntur *C*ᵃ, repelluntur *C*ᵇ*RM* | sensu *R*ᵃ | *s. a. Th.* 18 apodemum *C*, epodemio *R* 19 iudicia] audientia *R*ᵃ | omnes omn. causas *R* 20 consulatione *M*ᵃ | auctorum *R*ᵃ 21 *s. a. Th.* 25 data … 26 conss. *om. S* | dat *C* | idibus … 26 conss.] et auito *R* | pompo. *PL*, pomponio *M* 26 seu. a. dixit *om. M* 27 uolentiae *R* | iure *M* | pruocatum est *L*ᵃ, prouocationem *R*ᵃ 30 denegatur *CR* 32 esse omnia *R* 33 fuerunt *RM* | pp. iiii] *L Miraeus*, pp. iaa phyli. (*uel* IM phyli.) p. a. et *P*, *quae uidentur uenire ex sequenti inscriptione* (imp. philip. a. et) 34 imp. phil.] impp. *R* | nominatis *M*ᵃ

5 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Valerio. Praeses prouinciae, [B 9, 1, 99]
ad quem appellasti, si non uitio neglegentiae uestrae tempus, quod ad reddendos apostolos
praescriptum est, exemptum esse animaduerterit, sed ex fatalis casus necessitate, diem
functo eo qui eos perferebat, id accidisse cognouerit, iuxta perpetui iuris formam desiderio
uestro medebitur.

6 [1]Idem AA. et CC. dicvnt: Eos, qui de appellationibus cognoscent ac iudi- [B 9, 1, 100]
cabunt, ita iudicium suum praebere conueniet, ut intellegant, quod, cum appellatio post
decisam per sententiam litem interposita fuerit, non ex occasione aliqua remittere negotium
ad iudicem suum fas sit, sed omnem causam propria sententia determinare conueniat, cum
salubritas legis constitutae ad id spectare uideatur, ut post sententiam ab eo qui de appel-
latione cognoscit recursus fieri non possit ad iudicem, a quo fuerit prouocatum. qua-
propter remittendi litigatores ad prouincias remotam occasionem atque exclusam penitus
intellegant, cum super omni causa interpositam prouocationem uel iniustam tantum liceat
1 pronuntiare uel iustam. Si quid autem in agendo negotio minus se adlegasse litigator
crediderit, quod in iudicio acto fuerit omissum, apud eum qui de appellatione cognoscit
persequatur, cum uotum gerentibus nobis aliud nihil in iudiciis quam iustitiam locum
2 habere debere necessaria res forte transmissa non excludenda uideatur. Si quis autem
post interpositam appellationem necessarias sibi putauerit poscendas esse personas, quo
apud iudicem qui super appellatione cognoscet ueritatem possit ostendere, quam existimabit
occultam, hocque iudex fieri prospexerit, sumptus isdem *ad* faciendi itineris expeditionem
praebere debebit, cum id iustitia ipsa persuadeat ab eo haec recognosci, qui euocandi[2]
3 personas sua interesse crediderit. Super his uero, qui in capitalibus causis constituti
appellauerint (quos tamen et ipsos uel qui pro his prouocabunt non nisi audita omni causa
atque discussa post sententiam dictam appellare conueniet), id obseruandum esse sancimus,
ut inopia idonei fideiussoris retentis in custodia reis opiniones suas iudices exemplo appel-
latoribus edito ac refutatorios eorum ad scrinia quorum interest transmittant, quibus
gestarum rerum fides manifesta relatione pandatur, ut meritis eorum consideratis pro
4 fortuna singulorum sententia proferatur. Ne temere autem ac passim prouocandi omnibus
facultas praeberetur, arbitramur eum, qui malam litem fuerit persecutus, mediocriter poe-
5 nam a competenti iudice sustinere. Sin autem in iudicio propriam causam quis fuerit
persecutus atque superatus uoluerit prouocare, eodem die uel altero libellos appellatorios
offerre debebit. is uero. qui negotium tuetur alienum, supra dicta condicione etiam tertio
6 die prouocabit. Apostolos post interpositam prouocationem etiam non petente appellatore
sine aliqua dilatione iudicem dare oportet, cautione uidelicet de exercenda prouocatione in
posterum minime praebenda. Sine die et consvle[3].

7 Idem AA. et CC. Neoni. Qui ad ciuilia munera uel decurionatum uel [B 9, 1, 101]
honores deuocantur, licet uacationem a principibus acceperint, si appellationis auxilio non

*CRM*

---

[1] *iungendae uidentur* 3, 3, 2. 3, 11, 1. 7, 53, 8 [2] euocari (*Mommsen*)? [3] D. xv k. April. (Aug. 3, 3, 2) CC. conss. (= *a.* 294) 3, 3, 2. 3, 11, 1

---

1 aa.] aa. et cc. *R* | ualerio praesidi prouinciae *S* 2 ad] apud $R^a$ | quo $R^aM$ 3 fatasilis $R^a$ | dies *R* 4 functus $R^a$ | forma $R^a$ 6 aa. et cc.] *Q*, a. *SM*, aa. *CR* | dicunt *om.* *S* | ac] ad $R^a$ 7 conuenit *R* 8 per sententiam] *C*, sententiam $R^aM^a$?, sententia $R^bM^b$ 9 propriam sententiam $R^a$ 10 sentia $M^a$ 12 exclusa $M^a$ 14 iustam] ditam $R^a$ | minus se] **minisse $R^a$, m*nus $M^a$ 16 prosequatur *C* 17 debere *om.* $M^a$ | quid $R^a$ 18 poscendas esse pers. quo] *C*, esse pers. per quas (qu*s $M^a$) *RM* 19 existimauit *CM*, estimauit *R* 20 perspexerit $CM^b$? | idem *RM uel* $M^b$ | ad] *dett.*, et *CRM* 21 persuadet *R* | haec] ex $R^a$ | uocandi *C* 22 persona *RM*, personam $M^b$ 23 appellauerit $R^a$ | causa omni *C* 24 conueniet] conuenit et *C*, conuenit $M^b$ 25 exemplo a. edito] $C^a$, exempla a. edita $C^b$, exempla (exemplo $M^b$, et exempla $R^b$) a. edita (edicto $R^aM^a$) *RM* 26 refutatorios] $C^a$?$M^a$?, refutatorias $C^bM^b$, refutatoria *R* | transmittatur $R^a$ 27 ralatione $M^a$ | peradatur $R^a$ 28 fortuna] furtu ita $C^a$ | sententiae $R^a$ | ac] de $R^a$? | prouocandi *om.* $R^aM^a$ 29 proberetur arbitrantur $R^a$ 30 a *om.* $R^a$ | competente *R* 32 super addicta $R^a$ | etiam tertio *om.* $R^a$ 33 post] autem post *C*, qui si $R^a$ | etiam *om.* $M^a$ 34 cautionem $R^a$ 35 *s. a. Russardus* 36 aa. et cc.] *Q*, a. *S*, aa. *CRM* | neomi *R* 37 a] ad $R^a$

utantur, consensu suo nominationem confirmant. cum igitur ad munus uocatus appellaueris a praeside prouinciae, iuste te appellasse ostende.

8 Idem AA. et CC. Oppiano. Si contra maiorem quinque et uiginti annis [B 9, 1, 102] sententia lata prouocationis secutae tempore praefinito causas non esse repraesentatas nec appellatione pendente transactione finitum negotium rector animaduerterit, res iudicatas exsequi curabit.

9 Idem AA. et CC. have Heraclida carissime nobis. Dominus litis causam [B 9, 1, 103] appellationis, quam procurator suus litigando interposuit, etiam absente procuratore exsequi potest.

10 Idem AA. et CC. Titiano. Si actor a curatore ordinatus deteriorem cal- [B 9, 1, 104] culum reportauerit, tam ipse quam curator ad prouocationis auxilium possunt peruenire,
1 curator uero solus prouocationis litem exercebit. Sin autem interim adulescens ueniam aetatis impetrauerit uel ad legitimam aetatem peruenerit, potest suo nomine appellationem exercere. S. prid. k. Oct. Viminacii CC. conss. a. 294

11 [1]Idem AA. et CC. Avrelio. Ciues et incolae, manifestas etiam excusationes [B 9, 1, 105] habentes, si sub iusta nominatione non appellauerint, ad probationem earum non admittuntur. xvii k. Ian.

12 [2]Imp. Constantinvs A. ad Catvlinvm. Minime fas est, ut in [Th. 11, 30, 2 B 9, 1, 106] ciuili negotio libellis appellatoriis oblatis aut carceris cruciatus aut cuiuslibet iniuriae genus seu tormenta uel etiam contumelias perferat appellator, absque his criminalibus causis, in quibus, etiamsi possunt prouocare, eum tamen statum debent obtinere, ut post prouocationem in custodia, si fideiussoris idonei copiam non habeant[3], perseuerent. D. iii non. Nov. Treviris. acc. xv k. Mai. Hadrvmeto Volvsiano et Anniano conss. a. 314

13 [4]Idem A. Petronio *Probiano svo salvtem.* Ex illo tempore, [Th. 11, 30, 5 B 9, 1, 107] quo in ciuilibus causis, quae inter priuatos mouentur, consultaturum[5] uel relaturum te esse promiseris uel appellationis a te interpositae sollemnia completa fuerint, nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum uel quibuscumque modis fauoris gratiam praeferens audiendum est, sed obseruandum, ut iuxta priora statuta sollemnitatis more expleto gesta ad comitatum omnia dirigantur. D. id. Avg. Arelato. pp. id. Oct. Theveste Sabino et Rvfino conss. a. 316

14 Idem A. ad Bassvm *pv.* Litigatoribus copia est etiam non con- [Th. 11, 30, 7 B 9, 1, 108] scriptis libellis ilico appellare uoce, cum res poposcerit iudicata, tam in ciuilibus quam in criminalibus causis[6]. D. viii id. Ivn. Sirmio Gallicano et Basso conss. a. 317

15 Idem A. ad Severvm *vicarivm.* Ne causas, quae in nostram uenerint [Th. 11, 30, 9] scientiam, rursus transferri ad iudicia necesse sit, instructiones necessarias plene actis

*P* (62 [9 *p*] 14. 15. 11) *L* (62, 9. 14. 15. 11) *CRM*

---

[1] *Herrmann iungit* 10, 40, 7 [2] *iunge* 9, 47. 16. *Th.* 11, 36, 1 [3] si ... habeant *om. Th.* [4] *iunge* 1, 21, 2 [5] consulturum *Th.* [6] tam ... causis *om. Th.*

---

1 nominatione $M^a$, non una natione $R^a$ | minus $R^aM^a$ 2 a praeside] apud praesidem $C^bRM$ 3 appiano *S*, optano *C* | intra $R^a$ 4 secretae $R^a$ 5 transactionem $R^a$ | animaduerteret $R^a$, animaduertit *M* 7 habe her. car. *C*, eracleo clarissima *S*, habe heracl'd. (heradd. *L*) carissimo *pL*, aberaclid. cariss. *R*, eraclido $M^a$, eraclido carissime $M^b$ | nobis *om.* $M^a$ 10 aa. et cc.] a. *M* 11 deportauerit *R* | prouocationem $R^a$ | possit $R^a$, possint *M* 12 solus] solui $M^a$ | uenam $R^a$ 13 appellatione $M^a$ 14 *s. a. Russardus* 15 excusationem *R* 16 sub iusta nom. si *CM* | eorum $P^cL^i$ | admittatur $M^a$ 17 *s. a. PL* 18 costantinus *M* | cantullianum *R* | in *om. R* 20 proferat $R^a$ 21 possunt] $CM^a$? *Th.*, possit $RM^b$ | debet $RM^b$ 22 custodiam *R* | si *om.* $R^a$ | fideiussores $C^a$, fideiussoribus $R^a$ | habeat $R^a$ | perseueret $R^aM$ | *s. a. Th.* 24 a.] aa. *R* | petroniae *M* | prob. suo sal.] *Th.*, *om. libri: cf.* 1, 21, 2 25 in] ex $PM^b$, ex in $M^a$ 26 permiserit uel appellationem $R^a$ | sollemnia] ac s. $RM^a$ | nihil *om.* $R^a$ 27 tibi *om.* $R^a$ | quolibet *R* | gratia *R* 28 ut] est ut *R* | experto $R^a$ 29 ad] a $R^a$ | *s. a. Th.* 31 idem a. (a. et c. *S*, aa. *R*)] impr. (impp. *L*) diocl. et max. aa. *PL* | pu.] *Th.*, *om. libri* | conscriptis] $CM^b$ *Th.*, conscri**tis $M^a$, scriptis *PLR* 32 uice $L^a$, uoces *R* 33 *s. a. Th. PL* | uii k. ian. *PL* 34 a.] a. et c. *S*, aa. $PLR^a$ | uicarium] *Th.*, *om. libri* | causam ... uenerit $R^a$, causa (causas $M^b$) ... uenerit *M* | nostra $M^a$ 35 transfrerri $R^a$

inseri praecipimus. nam cogimur a proferenda sententia temperare[1], quoniam uerendum est, ne lis incognito negotio dirimatur, adempta copia conquerendi. quare perennibus inuretur iudex notis, si cuncta, quae litigatores instructionis probationisque causa recitauerint, indita actis uel subiecta non potuerint inueniri. D. X K. IVL. AQVILEIAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

16 [2]IDEM A. AD MAXIMVM. Etiam eos, qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere. D. PRID. ID. IAN. SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. [Th. 11, 30, 11 mut. B 9, 1, 109] a. 321

17 [3]IDEM A. AD IVLIANVM PV. Si apud utrumque praetorem, dum quaestio uentilatur, ab aliqua parte auxilium prouocationis fuerit obiectum, praefecturae urbis iudicium sacrum appellator obseruet[4]. [Th. 3, 32, 2 mut. B 9, 1, 110]

18 IDEM A. VICTORI *RATIONALI VRBIS ROMAE*. Quoniam nonnulli fisci debitores, cum iussi fuerint debitam summam exsoluere, interposito prouocationis auxilio uim exsecutionis eludunt nec iam opinionis exemplum nec refutatorias preces curant petere uel offerre, placuit, ut, si intra dies[5] sollemnitatibus praestitutos ad facienda haec appellatoris cura defuerit, deserta ab eo prouocatio aestimetur moxque debitum exigatur. D. PRID. K. AVG. CONSTANTINO ET MAXIMO CONSS. [Th. 11, 30, 14 B 9, 1, 111] a. 327

19 [6]IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. A proconsulibus et comitibus et his qui uice praefectorum cognoscunt, siue ex appellatione siue ex delegato siue ex ordine iudicauerint, prouocari permittimus, ita ut appellanti iudex praebeat opinionis exemplum et acta cum refutatoriis partium suisque litteris ad nos dirigat. a prae-
1 fectis autem praetorio prouocare non sinimus. Quod si uictus oblatam nec receptam ab iudice appellationem adfirmet, praefectos adeat, ut apud eos de integro litiget tamquam appellatione suscepta. superatus enim si iniuste appellare[7] uidebitur, lite perdita notatus abscedet: aut si uicerit, contra eum iudicem, qui appellationem non receperit, ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur. D. K. AVG. PP. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI BASSO ET ABLABIO CONSS. [Th. 11, 30, 16 B 9, 1, 112] [(B)] a. 331

20 [8]IMP. CONSTANTIVS A.[9] ALBINO. Et in maioribus et in minoribus negotiis appellandi facultas est. nec enim iudicem oportet iniuriam sibi fieri existimare eo, quod litigator ad prouocationis auxilium conuolauit. D. VII ID. APRIL. MARCELLINO ET PROBINO CONSS. [B 9, 1, 113] a. 341

21 [10]IDEM A. AD LOLLIANVM *PP.* Quoniam iudices ordinarii prouocationes aestimant respuendas, placet, ut, si quis appellationem suscipere recusauerit, quae non [Th. 11, 30, 25]

*P* (62, 15. 11. 20. 21) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] qui sanximus retractari rescripta nostra ad opiniones uel etiam relationes iudicum data non oportere *ins. Th.* [2] *iunge* 3, 1, 9 [3] *iunge* 5, 71, 18 [4] d. xv k. Ian. Serdicae Probiano et Iuliano conss. (*a.* 322) *ex* 5, 71, 8 *supplendum uidetur* [5] complendis *ins. Th.* [6] *iunge* 1, 21, 3 *et quae ibi laudantur* [7] appellasse *Th.* [8] *iunge Th.* 11, 36, 5 [9] Idem AA. (= impp. Constantius et Constans AA.) *Th.* 11, 36, 5 [10] *iunge Th.* 11, 36, 11

---

1 inferri $M^a$? | cogitur $L^a$ | a] ad $R^a$ 2 conquirendi *PLR* 3 instructionibus $P^tL^a$ | que] qui et $P^bL^a$? | causas $P^tL$ *Th.* | recitauerunt $PL^b$, ****tauerunt $L^a$ 4 indicta $P^a$ | uel] de $R^a$ | potuerunt inuenire $P^a$ | *s. a. Th. PL Miraeus* | aquil.] aquiliaei et *PL* 5 a. v] v *Th. Mir.*, aa. *PL* | et lic. c. conss. *om. L* 6 a.] a. et c. *S* | ad maximo *M* 7 *s. a. Th.* 9 a. et c. iuliano *S* | pu.] *R*, pp. *SCM*: *de inscriptione et subscriptione uide ad* 5, 71, 18 12 a.] a. et c. *S*, aa. *R* | rat. urb. romae] *Th.*, *om. libri* 13 fisci] ficti $R^a$? | interposita $R^a$ 14 curant petere] cura** $M^a$ 15 haec] haec ad $R^a$ 17 *s. a. Th.* 18 a.] a. et c. *S*, aa. *R* 19 uice] in u. *R* | delegatione *C*, legato $R^a$ 20 iudicauerunt *R* 22 prouocari *Th.* | oblata nec recepta $M^a$ 23 ab] a *Th.* | appellatione $R^aM^a$ 24 appella**re $R^a$ 25 abscedat *R* | appellatione $R^a$ | receperat *Th.*, reciper* $M^a$ 26 referri] *Th.*, referre *CRM* | indignos $R^a$ | *s. a. Th. et PL Miraeus post c.* 20 27 ablabio] bablino *P*, balb. *L*, balbino *Mir.* 28 imp. constantius (constantinus *S*, const. *C*) a.] *SC*, idem aa. *PL*, idem a. et const. a. *R*, imp. a. constantinus *M* | abino $M^a$ | in mai.] en mai. $L^a$ | in min.] min. *PL* 29 neque *R* 30 auxilio $R^a$ | conuolauerit *M* | *s. a. PL Miraeus*: *ad finem addita est subscriptio c.* 19 32 a.] a. et c. *S*, aa. *PL* | ad] a *M* | iulianum *S* | pp.] *Th.*, *om. libri* | iudicem ordinari prouocationis $R^a$ 33 estiment $M^a$, existimant *uel* existiman *R* | recipere *R*

contra exsecutionem, sed aduersus sententiam iurgium terminantem[1] fuerit interposita, triginta auri pondo cogatur largitionibus nostris[2] inferre: triginta alia[3] officio eius itidem soluturo, nisi ei pertinaciter restiterit atque actis contradixerit et, quid iure sit constitutum, ostenderit. D. VIII K. AVG. MESSADENSI. PP. CAPVAE ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. [(Th.)] a. 355

22 [4]IDEM A. AD VOLVSIANVM PP. Lata sententia, quae pertinet ad bona uacantia[5] et ad ea, quae indignis legibus cogentibus auferuntur, si quis putauerit prouocandum, uox eius debebit admitti. D. III[6] K. AVG. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. [Th. 11, 30, 26 B 9, 1, 114] a. 355

23 [7]IDEM A. AD SENATVM. Cum appellatio interposita fuerit per Bithyniam Paphlagoniam[8] Lydiam Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam salutarem, Europam ac Rhodopam et Haemimontum, praefecturae urbis iudicium sacrum appellator obseruet. D. V NON. MAI.[9] TAVRO ET FLORENTIO CONSS. [Th. 1, 6, 1 B 9, 1, 115] a. 361

24 [10]IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. *SALVTEM DICVNT* ORDINI CIVITATIS CARTHAGINENSIVM. Iudicibus non solum appellationis suscipiendae necessitas uidetur imposita, uerum etiam triginta dierum spatia ex die sententiae[11] definita sunt, intra quae gesta una cum relatione litigatoribus conuenit praestari[12]: iudice et officio eius[13], si statuta fuerint aliqua parte mutilata, multae subiacentibus. D. PRID. NON. FEBR.[14] MEDIOLANI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. [Th. 11, 30, 32] a. 364

25 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM PP. Et in multis ab iudicibus inferendis[15] appellationes iubemus admitti. D. XIIII K. IVL. GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. [Th. 11, 30, 38 B 9, 1, 116] a. 380

26 [16]IDEM AAA. ET ARCADIVS A. AD PELAGIVM COMITEM RERVM PRIVATARVM. Cum post sententiam discussoris uel rationalis fuerit prouocatum, ad sinceritatem tuam negotium transferatur, ut, si mediocritas negotii aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores uenire non patitur, iudicio rectoris[17] prouinciae, quem ipse probaueris, negotium deleges. D. XV K. MART. MEDIOLANO ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. [Th. 11, 30, 45 B 9, 1, 117] a. 385

27 [18]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ENNODIO PROCONSVLI AFRICAE. Nominationes libellis uel edictis factae citra consilium publicum non ualent: de quibus nec appellare necesse est, si sollemnitas deest. D. XVII K. IVN. MEDIOLANI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. [Th. 11, 30, 53 B 9, 1, 118] a. 395

*P* (62, 21. 23 *usque ad u.* 9 fuerit *post* 58, 2) *L* (62, 21. 23 *usque ad u.* 9 fuerit) *CR* (*post c.* 23 *iterat u.* 9 idem … fuerit, *quae excipit finis c.* 30) *M*

---

[1] quae non ab exsecutione uel a praeiudicio, sed a sententia iurgium terminante *Th.* [2] cogatur fisco *Th.* [3] alia] alias libras auri *Th.* [4] *iunge Th.* 11, 36, 12 [5] et caduca *ins. Th.* [6] IIII *Th.* 11, 36, 12 [7] *iunge* 12, 1, 7. *Th.* 6, 4, 12. 13. 7, 8, 1. 11, 1, 7. 11, 15, 1. 11, 23, 1. 12, 1, 48. 13, 1, 3 [8] Paphlagoniam *om. Th., agnoscunt B* [9] Gyfyrae *ins. leges iungendae* [10] *iunge Th.* 11, 36, 15 [11] ex die sententiae *om. Th.* [12] gesta … praestari] negotii merita ad mansuetudinis nostrae scrinia conueniat destinari *Th.* [13] eius *om. Th.* [14] Nou. (*Gothofredus*)? [15] et … inferendis] in condemnationibus *Th.* [16] *iunge* 7, 65, 7 [17] iudicio rectoris] iudici *Th.*, ἄρχοντι *B* [18] *iunge* 10, 32, 45. *Th.* 12, 1, 141…145

---

1 iurgium] intentionem iurgiumque (que *del.* $L^b$) $P^aL$ 2 auri pondera *PLC*, pondo auri *Th.* | referre $M^a$ | ali* $M^a$, alias $Q^a$ | idem soluituro $C^a$ 3 et quid] *CM*, quod $P^a$, quid $P^bL^a$, quidue $L^bR$ 4 *s. a. Th. PL* | d. … capuae] pp. capuae uiii k. a. *PL*, d. VIII k. aug. *Th.* 11, 36, 11 6 a.] a. et c. *S*, aa. *PLR* | pp. *om. R* 7 offeruntur $R^a$? 8 *s. a. Th.* 9 a.] a. et c. *S*, aa. *PLR* | senatus *PL* 10 phalagoniam *R* | salut. *om. R* 11 accimontum *R*, Ἑλενόποντον *B* 12 *s. a. Th.* 13 ualerius ualentinus *M* | salutem … 14 carthaginensium (Karthaginis *Th.* 11, 30, 32)] *Th.* 11, 30, 32. 11, 36, 15, ordini ciu. charthaginiensium (carthaginensium *Heimbach*) in africa *S*, ordini (sardinne *M*) ciu. carth. dicunt *CRM* 14 uideretur $R^a$ 15 trigesimo *R* | diffinita sunt ex die sent. *R* 17 multae] uindictae *C* | subiacente *Th.* | *s. a. Th.* 19 imp. *C*, impp. *R* | ualens *R*, ualerius *M* | et theod. *om. R* | aa. *SCR*, *om. M* | ad syagriuio *S*, et suum *R* 20 *s. a. Th.* 21 aa.] I aa. *Th.* 22 idem aaa. (aa. *C*) … arc. a.] *C Th.*, idem a. et c. archadius a. *S*, impp. hon. et archad. aa. *R*, imp. (imp. ** $M^a$) archadius *M* | paladium *S* 25 patiuntur *R*, patiatur *M* 26 *s. a. Th.* | a.] a. I *Th.* 28 henodio *SCM*, emedio *R*, ennoio *Th.* | proconsul *SR*, proconsula $M^a$? 29 libellis … non ualeant nominationes *Th.* | facta $R^a$ 30 appellari *Th.* | *s. a. Th.*

ASHMOLEAN MUSEUM OXFORD

28 IDEM AA. NEBRIDIO PROCONSVLI ASIAE. Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi et suos libellos recuperandi[1], ne iustae paenitudinis humanitas amputetur. D. XI K. AVG. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. [Th. 11, 30, 56 B 9, 1, 119] a. 396

29 [2]IDEM AA. *AD EVTYCHIANVM PP.* Addictos supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum uel monachorum, eorum etiam quos synoditas uocant, per uim atque usurpationem uindicare liceat ac tenere. [1, 4, 6 Th. 11, 30, 57 B 9, 1, 120]
1 Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae prouocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem per errorem[3] uel gratia cognitoris oppressa putatur esse iustitia: ea condicione, ut, si proconsules uel comes[4] Orientis, Augustalis, uicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam nostram quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. eorum enim de his plenum uolumus esse iudicium, qui, si ita res est et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos. D. VI K. AVG. MNIZO HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. [(1, 4, 6)] a. 398

30 IDEM AA. THEODORO PP. Si quis prouocatione interposita suspecti iudicis uelit prolatam[5] euitare sententiam, in hac uoce liberam habeat potestatem nec timeat contumeliam iudiciorum, cum et ab ipsa iniuria possit facile prouocare, maxime cum a solo tantum praefecto praetorio[6] non sine dispendio causae prouocare permissum sit. sciant igitur cuncti sibi ab iniuriis et suspectis iudicibus et in capitali supplicio ac fortunarum dispendio prouocationem esse concessam. D. VII ID. IVN. MEDIOLANI THEODORO CONS. [Th. 11, 30, 58 B 9, 1, 121] a. 399

31 [7]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PP. Si appellationem oblatam, in qua uel tuae amplitudinis uel urbanae praefecturae sacrum auditorium postulatur, iudex non susceperit uel suscepta appellatione apostolorum copiam denegauerit, ad deponendam super hac iniquitate querimoniam nec non etiam conueniendum aduersarium ex sententia prolata iuxta antiquum ius anni metas habeat litigator: uel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio,
1 ad haec eadem facienda sex menses habeat litigator. Si uero arbiter appellationem suscipere aut relationem dare contempserit, quattuor mensum tempora obseruentur: ut his quae statuimus actitatis pareat appellator temporibus, quae de appellationibus definita noscuntur. D. III K. APRIL. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. [Th. 11, 30, 67] a. 423

32 [8]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PP. Praecipimus ex appellationibus spectabilium iudicum, quae per consultationes nostri numinis disceptationem implorant, non nostram ulterius audientiam expectari, ne nostris occupationibus, [B 9, 1, 122]

*P* (62, 30 *inde a u.* 17 facile [28. 30 *in. suppl. p*]) *L* (62, 30 *inde a u.* 17 facile [30 *in. suppl. l.*] 28) *CR* (62, 30 *inde a u.* 17 facile *excipit initium c.* 23, *deinde integra c.* 30 *denuo suo loco extat*) *M*

---

[1] et s. l. recuperandi *om. Th.* [2] *iunge* 1, 3, 11. 12. 1, 4, 7. *Th.* 16, 2, 32. [3] uel errore *Th.* [4] siue proconsule comes *Th.* [5] prolatam *om. Th.* [6] a solis tantum praefectis *Th.* [7] *iunge* 7, 51, 3. *Th.* 11, 31, 9 [8] *iunge* 3, 4, 1. 7, 63, 2

---

1 aa.] a. et c. *S* | consuli *SR*, *om. pL* | appellatoris $p^{l}L^{l}$ 3 *s. a. Th. pL* | x *pL* | constant. arcadio] arc. *pL* 5 aa.] a. et c. *S*, a. *C* | ad eut. pp.] *l. gem. Th.*, rufino pp. $R^{b}$ (*ex l. gem.*), *om.* $SCR^{a}M$ | aditos $R^{a}$ 6 clericorum ... 7 uocant] *C Th. l. gem.*, *om. RM*: κελεύει δὲ τὸν ἀπαγόμενον ἐπὶ τιμωρίᾳ μὴ καταλαμβάνειν κατὰ βίαν μηδένα *B* 8 considerationem $R^{a}$ | interpendae $M^{a}$ 9 ubi $R^{a}$ 10 gratiam $CR^{b}M^{b}$ | institia $R^{a}$ 11 proconsul *R*. ἀνθύπατοι *B* | cognitoris $M^{a}$ 12 dementiam $C^{a}$ 13 res *om.* $M^{a}$ | exegit *R* | possit *R* 14 *s. a. Th. l. gem.* 15 *inscriptionem om. pL* | aa.] a. et c. *S*, aa. *** $R^{a}$, a. *M* | prouocationem $p^{a}l^{a}$ 16 iudices *R* | uitare $N^{a}$ *Th.* | habet *R* 17 ab ipsa] ipsa *pl*, ad ipsam *R* | prouocare (—ri $pl^{t}$)] prou. fas non (non *post* 18 cum *collocat R*) est *PLR altero loco* 18 causa $R^{a}$ | permissum] concessum *R alt. l.* 19 ab *om.* $P^{a}R$ *alt. loco* | iuriis $C^{a}$ | suspectis *om. R alt. l.* | in] a *Th.* | capitalis *PL* | ac] a *R alt. l.* 20 prouocatione $M^{a}$, *om.* $R^{a}$ *alt. l.* | concessum $R^{a}$ *alt. l.* | *s. a. Th. PL* | d. u. id. ian. *PL* | med. theod. uc. cons. *Th.*, *om. PL* 22 aa. *om. M* | asclepiodote *M* | pp. *om.* $M^{a}$ 23 quam $CM^{a}$ | praefecturiae *R* 24 susceptam $M^{a}$ 25 ad] denegad *R* | niquitatem $R^{a}$ 26 prolata sententia *Th.* | habet *R* 27 aiuditio $M^{a}$ 28 eandem $M^{a}$ | uero] ue $R^{a}M$ | appellatione $R^{a}$ 29 mensium *RM* 31 *s. a. Th.* 32 ualent. et theod. *S*, theosdosius et ualerius *M* | aa. *om. M* | chyro *S*, caro *R* 34 nostra $R^{a}$

quibus pro utilitate mundi a singulorum nonnumquam negotiis auocamur, aliena fraudari
1 commoda uideantur. Sed si a proconsulibus uel Augustali uel comite Orientis uel uicariis
fuerit appellatum, uirum illustrem praefectum praetorio, qui in nostro est comitatu, uirum
etiam illustrem quaestorem nostri palatii sacris iudiciis praesidentes disceptationem iube-
mus adripere eo ordine, ea obseruatione, isdem temporibus, quibus ceterae quoque lites
fatali die post appellationem in sacris auditoriis terminantur. et hoc, licet quidam prae-
dictorum spectabilium iudicum iure concesso ut sacri iudices appellationes acceperint.
1a (1) Quod si a duce fuerit appellatum, si idem et praeses sit, praefectura necessario tantum
2 iure ordinario in sacro auditorio iudicabit. In his autem omnibus iudiciis, quae consulta-
tionum introduximus loco, uel apostolos uel ea quae apud eum gesta sunt, contra cuius
sententiam dicitur appellatum, suscipere ab appellatoribus et cognitiones inducere apud
uiros illustres praedictos iudices et ea quae geruntur excipere scribere scriptaque litigato-
ribus edere nostros epistulares praecipimus: officiis uidelicet eorum, cum quibus uir illustris
3 quaestor iudicat, exsequentibus iudicata. Haec, si appellatio fuerit oblata iudici, qui non
ex delegatione cognoscit. eorum enim sententiis appellatione suspensis, qui ex delegatione
cognoscunt, necesse est eos aestimare, iuste nec ne fuerit appellatum, qui causas delega-
4 uerint iudicandas. Huic saluberrimae legi illud etiam consultissime credidimus inserendum,
ut, si priuato, non illustri, uni pluribusue, ut adsolet, nostra serenitas adita delegauerit
causam et eius eorumue definitio fuerit appellatione suspensa, uir quidem magnificus prae-
fectus praetorio, qui in nostro est comitatu, cum uiro illustri quaestore temporali[1] iudicet
4a die. Nostri uero libellenses quae apud arbitros gesta sunt suscipiant, cognitiones inducant
et ea quae geruntur excipiant scribant scriptaque litigatoribus edant: qui etiam apud
arbitros, licet illustres sint, ex delegatione nostra cognoscentes excipiunt, si in sacratissimo
5 nostri numinis comitatu causae dicantur. Sane si illustrium ac magnificorum iudicum sen-
tentiae fuerint appellatione suspensae, eorum uidelicet, quorum sententias licet appella-
tione suspendi, per consultationem nostram uolumus audientiam expectari, licet antea priuato
homini, id est non illustri, lite a nobis delegata is postea tempore definitionis illustri deco-
ratus dignitate reperiatur: eodem obseruando et si alter ei coniunctus sit arbiter, qui non
6 illustrem meruit dignitatem. Quidquid autem hac lege specialiter non uidetur expressum,
id ueterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intellegant[2].

33 [3]IDEM AA. CYRO PP.[4] Eo casu, quo apparitor | Nou. Theod. 7, 4, 6...8 mut. B 9, 1, 123
magisteriae potestatis a curia uel officio cohortali de statu in prouincia patiatur contro-
uersiam uel ut tributa uel functiones debens in prouincia detinetur, si sententia[5] rectoris
prouinciae fuerit appellatione suspensa, cum tua sublimitate uiro quoque magnifico magistro
militum cognoscente causae iubemus merita ponderari, licet magister militum rectori pro-
uinciae causam delegauerit perorandam. D. PRID. NON. MART. CONSTANTINOPOLI CYRO
VC. CONS. a. 441

*CRM*

---

[1] temporali] pro tempore fatali (*u. i.*)? [2] d. XII (XIII, 3, 4, 1) k. Iun. Valentiniano A. V et Anatolio conss. (= *a.* 440) *leges iungendae* [3] *iunge* 12, 54, 3 [4] Areouindo magistro militum *Nou., eadem scilicet ratione, qua aliud exemplum secundum subscriptionem Aspari mag. mil. transmittendum erat: ad praefectum praetorio constitutionem directam esse ex ipsius Nouellae* § 6 (ex sententia tui culminis *i. e.* pp.) *patet* [5] uel interlocutio *ins. Nou.*

---

2 si *om.* $R^a$ 5 litis $M^a$ 6 quidem $R^a$ 7 iudicum] iudicium $R^a$ 8 a duce] adhuc uoce *R*, *******e $M^a$, δουκὸς δικάσαντος *B* | tantum] tamen $R^a$ 9 quae] quae in *R* 10 loco uel] loco et *C* | adpostolos $M^a$ | apud eum *om.* $R^a$ | huius $R^a$ 13 epistula $R^a$ 14 iudici] fueriticis $R^a$ 16 cognoscent *R* | ne *om.* $R^a$ 17 credimus $R^a$ 18 non *om.* $R^a$ | uni] * $R^a$ | ue ut] uelud $R^a$ | elegauerit $R^a$ 19 eorum *bis* $R^a$ 20 illustre *CR* | temporali iudicet] *M*, temporalium iudices *C*, temporali uidelicet *R*: μετὰ τοῦ κατὰ καιρὸν κουαίστωρος δικαζέτω κατὰ τὴν κυρίαν ἐμπρόθεσμον *B* 21 suscipiant] excipiantur $M^a$ 22 qui] quae $R^a$ *uel* $R^b$ | apud] prae $R^a$ 24 nostro $C^a$ | iudicium $R^a$ 26 consultationes *C*, συνελεύσεως *B* | priuato] probato $M^a$? 28 ei] *eis $M^a$ 29 non *om.* $R^a$ 30 delictum $M^a$ 31 aa.] a. et c. *S*, a. *M* | seiro *M* | eo] hoc *R* | aperitor $M^a$ 32 a] *C Nou.*, de $R^a$, a de $R^bM$ | ortali $R^a$, coartali $M^a$? | patitur *Nou.* 33 ut *om.* *C* | finitiones $R^a$ 34 magistro magnifico *R* 35 causae] causam ei *M* 36 *s. u. Nou.*

34 Imp. Ivstinvs A. Demostheni pp. Iubemus, si qua suggestio maioris uel [B 9, 1, 124 minoris iudicis ad nostram referatur clementiam de negotio, quod iudicandum ei tradidimus uel de quo pro sua iurisdictione iudicauerit, petentis a nostro numine finem eidem imponi negotio, quod ab eo disceptatum est, siue additum sit eidem suggestioni, quid referenti placeat (dum id partibus per sententiae recitationem manifestum non fecit) siue nihil huiusmodi adiectum sit, sed simpliciter nostri numinis responsum expectat, non prius eam discerni, quam per sacram pragmaticam nostri numinis iussionem duo magnifici uiri uel patricii uel consulares uel praefectorii, quos pro tempore nos elegerimus, iubeantur adiungi uiro illustri pro tempore quaestori nostri palatii et una cum eo in scriptis relationem discernere (siue praesentibus partibus, si hoc prospexerint, siue absentibus) et responsum relationi dandum sua sententia manifestare: ut tamen dispositio huiusmodi excellentissimorum iudicum omnimodo rata sit, nulli danda licentia prouocationem contra eorum
1 offerre sententiam uel aliam quamcumque dubitationem introducere. Quam obseruationem non solum, si unus iudex suggestione uel relatione usus fuerit, tenere censemus, sed etiam si duobus uel amplioribus datis iudicibus in unam sententiam minime omnes conuenerint, sed diuersas suas sententias unusquisque nostrae mansuetudini rettulerit uel omnes nos consuluerint, quid decernendum sit. a. 520–?

35 Ἤδη τῆς τριακοστῆς δευτέρας διατάξεως εἰπούσης ἐπὶ πάντων τῶν ἀρχόντων τῶν [B 9, 1, 125 ἰλλουστρίων, ἀφ' ὧν ἐστὶν ἔκκλητος, τὸν βασιλέα τῆς ἐκκλήτου ἀκροᾶσθαι, ἡ παροῦσα διάταξις εὑροῦσα νόμιμον ἐγνωσμένον, ὅτι κατὰ τῆς ἀποφάσεως τῶν ἐπάρχων ἔκκλητος μὲν οὐκ ἔστιν, ἀναψηλάφησις δέ ἐστι, καὶ εἰ μὲν ἕτερός ἐστιν ἔπαρχος, πιθανόν ἐστιν, ὅτι ἀνατρέπει τὰ παρ' ἑτέρῳ κριθέντα, ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς γένηται ἔπαρχος πάλιν ὁ ἤδη ψηφισάμενος, οὗτινος κατὰ τῆς ψήφου καὶ αἱ δεήσεις προσηνέχθησαν, ἐπειδὴ [1] προείληπται ὑπὲρ τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ ἀποφάσεως λέγειν, κελεύει ἡ διάταξις, ὥστε τὸν κοιαίστωρα συνακροᾶσθαι αὐτῷ δεύτερον ἢ τρίτον γενομένῳ ἐπάρχῳ καὶ ἐξετάζοντι τὰς ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀρχῆς γενομένας ἀποφάσεις, θεσπίζουσα, ὥστε μηδεμίαν εἶναι κατὰ τῶν τοιούτων ἀποφάσεων ἀναψηλάφησιν.

36 [2] Χρὴ μετὰ πᾶσαν τὴν δίκην τότε τὴν ἔκκλητον ἐπιδοθῆναι (οὐδὲ γὰρ βλάπτεταί τις, [B 9, 1, 126 ἐὰν ἐν τῷ μεταξὺ ἐγένετο διαλαλιὰ ἀπαρνουμένη αὐτῷ δίκαιον ἁρμόζον αὐτῷ, τουτέστιν ἢ μαρτύρων παραγωγὴν ἢ ἀνάγνωσιν συμβολαίου· δύναται γὰρ ἐν τῇ ἐκκλήτῳ πάντα γυμνάσαι), ἵνα μὴ κατὰ τῆς μέσης διαλαλιᾶς ἐπιδεδομένης ἐκκλήτου μῆκος διδῶται ταῖς ὑπερθέσεσι, πολλάκις ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει ἐπιδεδομένης ἐκκλήτου καὶ ἐξεταζομένης, πάλιν ἄλλου κεφαλαίου γυμναζο-
1 μένου καὶ πάλιν καὶ κατ' αὐτοῦ παρεχομένης ἐκκλήτου. Ἐὰν δὲ διαιτητής ἐστιν ὁ ἐν μέσῃ διαλαλιᾷ δίκαιόν τι αὐτοῖς ἀρνησάμενος, κελεύει ἐγγράφως τούτῳ ἐπισκήπτειν, ὥστε ἐν τῇ ἐκκλήτῳ φυλάττεσθαι αὐτοῖς τὴν περὶ τούτου δικαιολογίαν ἀπρόκριτον. εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, μήτε δεχέσθω τὴν ἔκκλητον ὁ δικαστὴς καὶ αὐτὸς ὁ ἐκκαλεσάμενος ὑπὲρ τῆς παραβάσεως πεντήκοντα λίτρας ἀργύρου παρεχέτω. a. 527?

*CRM: indices c.* 35. 36 *ex B restituimus*

---

[1] ἔπειτα? [2] *iungenda uidetur* 3, 1, 12, *cf.* 3, 1, 16

---

1 imp.] imp. a. $R^a$, impp. $M^a$ | iustinus] $M^b$, iustinianus *SCRM*$^a$: *Iustini hanc legem esse ex c.* 37 *colligitur: nam Demosthenes sub Iustiniano Menae in praetoriana praetura successit* | a. *om. M* | uel minoris *om.* $M^a$ 2 iudiciis $R^a$ 3 pro *om.* $R^a$ | suo $M^a$ | nomine *RM* 4 suggessioni *C*, suggestione $M^a$ | refenrenti $M^a$ 6 nominis *R* | responsum ... 7 numinis *om. C* 7 nominis *RM* 8 praefect. uel consul. *R* | pro tempore] propter *C*, pro** $M^a$ 9 adiungi *om.* $R^a$ | quaestoris *R* | nostri *om. C* 10 hac prospexerit *R* 11 manifesta *C*, *bis* $M^a$ 12 iudicium *CR*$^a$ | omni (omnium $M^b$) moderata *M* | prouocatione *R* 13 dubitatione $M^a$ 14 non solum *om.* $R^aM^a$ | suggestione] subiectio est $R^a$ | relationem *R* 15 datis] dictis $M^a$ | omnes minime *C* | continuerint *C*, conueniunt *R*, conuenerit $M^a$ 16 mansuetudinis $M^a$ 17 consulerint *R* | discernendum *CRM* 18 lex xxxu graeca *R*, lxu constitutio greca *W* 19 ἀφ'] ἐφ' *B Coislin.* 21 ἐστιν] ἦν *B Coislin.* 25 ἐπάρχῳ] ἐπ. τῆς πόλεως ἢ τῶν πραιτωρίων *B Coislin.* 27 *hanc legem a.* 527 *simul imperantibus Iustino et Iustiniano datam esse eo probabile est, quod in* 3, 1, 16 *suam esse Iustinianus adserit, nec tamen c.* 37 *inscribitur* idem A. 30 μῆκος ... 31 ἐκκλήτου *om. B Coislin.* 31 γυμναζομένου ... 32 παρεχομένης] ἐξεταζομένης καὶ πάλιν ἐπιδεδομένης *B Coislin.* 34 αὐτούς *B Fabrot.* | ἀπόκριτον *libri* 35 ἐκκ.] ἐκκ. *B Coislin.*

37 [1] IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. In offerendis prouocationibus, ex quibus [B 9, 1, 127
consultationum more negotium in nostrum sacrum palatium introduci solebat, hoc addendum
esse censemus, ut, si quidem non excedat litis aestimatio decem librarum auri quantitatem,
ex ipsa scilicet sententia iudicis discernenda, non duobus, sicut antea, magnificis iudicibus,
1 sed uni tantummodo disceptatio negotii deputetur. Sin uero memoratam excedens quanti-
tatem uiginti libris auri terminetur, duobus tradatur magnificis iudicibus, uiris scilicet
deuotis epistularibus cognitionalia certamina excipientibus, ita tamen ut, si dissentirent,
uirum illustrem pro tempore quaestorem adhibeant, ut eo dubietatem dirimente finiatur
2 negotium: His uidelicet litibus, quarum aestimatio uiginti librarum auri quantitatem
excedit, in commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatii procerum introducendis:
3 Vt tamen secundum iam statuta liceat quidem non solum uicto, sed etiam uictori consul-
tationem ad unum uel duos iudices mittendam intra biennii tempus ei uel eis intimare:
4 post excessum enim memorati temporis huiusmodi licentiam amputamus. Quae uero fuerint
5 ab eo uel eis decreta, nulla prouocatione suspendantur. Nouas etiam adsertiones a par-
tibus apud eundem uel eosdem iudices addi ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum
palatium introducendae permittimus. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO CONS. a. 529

38 IDEM A. DEMOSTHENI PP. Si quando duciano iudicio appellatio fuerit oblata, siue ab
ipsa qualitate iudicis siue ex diuina delegatione uiro spectabili duci destinata, siue inter
spectabiles idem dux connummeretur siue illustri dignitate decoratur siue etiam maiore,
cum etiam magisteriae potestatis homines nec non consulares saepe utilitate publica
poscente ad huiusmodi curam perueniunt, nullo discrimine habito non dignitatem, sed
ducatus magistratum spectari et appellationem ex quocumque duce uenientem non ut
antea erat dispositum, sed apud uirum sublimissimum magistrum officiorum nec non uirum
excellentissimum nostri palatii quaestorem communi audientia praeposita in sacro auditorio
more consultationum uiris deuotis epistularibus excipientibus uentilari: nulla ueteris legis
in hac causa obseruatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos
iudices causa trutinanda. a. 529

39 IDEM A. IVLIANO PP. Ampliorem prouidentiam subiectis conferentes, quam [B 9, 1, 128
forsitan ipsi uigilantes non inueniunt, antiquam obseruationem emendamus, cum in appellatio-
num auditoriis is solus post sententiam iudicis emendationem meruerat, qui ad prouocationis
conuolasset auxilium, altera parte, quae hoc non fecisset, sententiam sequi, qualiscumque
1 fuisset, compellenda. Sancimus itaque, si appellator semel in iudicium uenerit et causas
appellationis suae proposuerit, habere licentiam et aduersarium eius, si quid iudicatis
opponere maluerit, si praesto fuerit, hoc facere et iudiciale mereri praesidium: sin autem
1a (1) absens fuerit, nihilo minus iudicem per suum uigorem eius partes adimplere. In refuta-
toriis autem libellis, qui solent maxime in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum
procerum recitari, caueant tam litigatores quam libellorum dictatores uerbosis uti adser-
tionibus et ea quae iam perorata sunt iterum resuscitare, sed haec sola eis inscribere, quae
compendiosa narratione causas prouocationis possunt explanare uel aliquid noui continent [2]

*P* (62, 37) *L* (64, 1. 62, 37) *CRM*

---

[1] *iunge* 7, 64, 10 [2] uel aliquid noui continent *del.* (*Mommsen*)

---

1 iustinus $M^a$, iustin. *PL* | mendae *P* 2 palatium sacrum *R* | solebant $P^a$ | addendum haec *R* 4 discernendam $P^bLM$ 6 libras *CR* | iuris $P^aL$ 7 si *om.* *C* 8 pro tempore] propter *C*, pro** $M^a$ | exibeant *R* | eo] eorum *R* 9 negotio *R* 10 introducentis $R^a$ 11 secundum *om.* $M^a$ | uicto] ucio $R^a$ | consulationem $M^a$ 13 momorati $M^a$ | huiusmodo $P^a$ 14 discreta $M^a$ | suspendatur $M^a$ | etia $M^a$ 16 introducenda $P^a$ | promittimus $P^aL^a$ | *s. a.* *PL Miraeus* | uiiii *P* | conss. *PL* 17 idem] impr. iust. *S* | quando] qui $R^a$ 19 illustre *R* 20 nec non *om.* $R^a$ 21 ad] ab $R^a$ | curam *om.* $R^a$ | proueniunt *C* | sed] se $R^a$ 22 appellatione *RM* | quacumque *R* | ueniente *RM* 23 ante *R* | clarissimum $R^a$ 25 consultationis *R* 26 causa] c. uel $R^a$ 28 idem] impr. iustinianus *S* | quam] quomodo $R^a$ 29 ipse $M^a$ | non *om.* *RM* | in appellatione $M^a$, in appellatione in *R* 30 emendatione $M^a$ 31 non] nisi $R^a$ | fecisse $M^a$ 32 fuisset] fecisset $R^a$, fuisse $M^a$ | compellanda *R* | semel *om.* $M^a$ 34 praesto] pro $M^a$ 35 iudicem ... partes (partis *R*) *om.* *C* 37 adscriptionibus *R*, abscriptionibus $M^a$ 38 eis] ei $R^a$ | scribere $M^a$ 39 explanari *R* | uel ... 704, 1 scituri *om.* $R^a$

uel addere quod derelictum est: scituri, quod si hoc fuerit praetermissum, non deerit aduersus libellorum conditores amplissimi iudicii competens indignatio, quod sufficiant gestorum uolumina introducta et uirorum spectabilium magistrorum scriniorum breues omnia apertissime ostendere.
2 Sed cum scimus legem nostram[1] esse promulgatam, per quam more consultationum in causis quidem, quae usque ad decem libras auri extenduntur, unum iudicem sanximus superponi, uiginti autem duos sublimissimos iudices, sed cum prima quidem facie lis uidebatur non tantam summam excedere, in definitiua autem sententia apparebat iudici uel iudicibus etiam maiorem quantitatem debere imponere, non
2a erat eis possibile formam qua erant conclusi excedere. Sed nos definimus et omnem eis damus facultatem, si hoc ita fuerit subsecutum, licere eis et ampliorem summam praefata quantitate in qua dati sunt iudices excedere, et non ad modum suae rationis, sed ad ueritatis indaginem ferre sententiam, ne tanti iudices quasi uinculis praepediti non possint legum ueritati et iudiciali uigori per omnia satisfacere. D. VI K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

# LXIII

## R DE TEMPORIBVS ET REPARATIONIBVS APPELLATIONVM SEV CONSVLTATIONVM R

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD CRISPINVM. Si quis per absentiam [Th. 11, 30, 10 B 9, 1, 129] nominatus uel ad duumuiratus aliorumque honorum infulas uel munus aliquod euocatus[2] ad prouocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendae appellationis duorum mensum tempora ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstrauerit. nam praesenti, qui factam nominationem cognouit et appellare uoluerit, statim debet duorum mensum spatium computari. D. VIII ID. IVL. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 320

2 [3]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PP. Tempora fatalium [B 9, 1, 130] dierum pro saeculi nostri beatitudine credidimus emendanda ubique dilationum materias amputantes. et primi quidem fatalis diei tempora post appellationem, siue a uiro clarissimo rectore prouinciae siue a spectabili iudice fuerit appellatum, sex mensuum esse iubemus.
1 Quod si primo fatali die lapsus est appellator, tricesimum primum diem alterum uolumus esse fatalem. quod si eo quoque appellator exciderit, tertium similiter totidem diebus intermissis fatalem obseruari decernimus. quod si tertius quoque lapsus fuerit temporalis, quartum etiam fatalem post tricesimum primum diem similiter obseruari decernimus.
2 Quod si ita contigerit, ut quattuor fatalibus diebus qui appellauit exciderit, tunc intra trium alium mensum spatium a nostro numine reparationem peti praecipimus: qua petita

*V* (*incipit u.* 1 non deerit) *L* (63 R 2) *CRM*

---

[1] *c.* 37 *h. t.* [2] uel ad ... euocatus *inserta sunt ex Th.* 11, 30, 19 [3] *iunge* 3, 4, 1. 7, 62, 32

---

1 relictum $R^{b}M^{a}$ 3 magistratorum *V*, magistorum $M^{a}$ | scriniorum] suorum *M* 4 apert. omnia *R* 7 facie lis] *Mommsen*, facilis $CR^{a}M^{a}$, facili *uel* facili· *V*, facie $R^{b}M^{b}$ | non] in $M^{a}$ | tanta summa *M* | excederet $R^{a}$ | definitiuam $V^{a}M$ 8 sentenciam *M* | quantiaataem *M* | imponere debere *R* 9 erat eis] $VM^{r}$, erat ei $CR^{t}M$ | conclusi *om.* $R^{a}$ | extendere $M^{a}$ 11 data *V?* | extendere $M^{a}$, *om.* $R^{a}$ 12 iudicis $R^{a}$ | possunt $M^{a}$ 13 uigore *V uel* $V^{a}CM^{a}$ | *s. a. V Russardus* 14 uu. cc. *om. Russ.* | conss. *om. V* 16 et] et de *CR* | reputationibus *S* 17 seu] siue $L^{b}$, *om.* $L^{a}$ 18 impp. *V* | scrspinum *M* 19 aliarumque $R^{a}$ | uirorum *M* | uel] et *RM* | aliquid *M* | et uocatus *V* 20 occurrerit *M* | duum *Th.* | mensum] *C Th.*, mensuum *V*, mensium *RM* 21 tempora] spatia *RM* | computandum $V^{a}$ | contra se] se esse se $R^{a}$ | celebrata nominatione *M* 22 uoluerit] *RM Th.*, uoluit *VC* 23 quorum *V* | mensium *RM* | spatia *RM* | *s. a. Th. V* | VIII] uii *V* | VI] u *V* 24 c.] cc. *V* 25 ualerius *RM* | aa. *M* 26 credimus *LRM* | emananda *M* | que *om.* $R^{a}$ 27 inputantes *V* | primis $L^{a}$ | appellatione $M^{a}$ | uiro] uro $L^{a}M^{a}$ 28 a] ab $LRM^{a}$ | spectabile $R^{a}$ | mensum *C*, mensium *RM* 29 primum *om. L* | die $M^{a}$ 30 testium *C* 31 obseruar $L^{a}$, obseruare *R* | quod si ... 32 decernimus *om. C* 32 fatales $L^{a}$ 33 appellauerit *M* 34 tria $M^{a}$ | aliorum mensium $RM^{b}$ | nomine *LRM* | reparatione $M^{a}$ | petitita $L^{a}$

nec aduersarium decernimus admoneri nec temporalem diem a petitione reparationis numerari, sed trium mensum spatio ex quarto fatali numerando causam induci praecipimus, licet ante unum diem reparatio fuerit impetrata, licet adlegata in iudicio uirorum illustrium
3 praefectorum non fuerit. Nec hoc parti nocebit aduersae, cum non dubius, sed notus omnibus dies fatalis appareat. haec, si aduersus uiri clarissimi rectoris prouinciae uel
4 (1) spectabilium iudicum sententias fuerit appellatum. Quod si arbitro in prouincia ex delegatione sacra disceptante appellatio subsequatur, post priorem fatalem lapsum tres alii tantum fatales dies similiter ut supra dictum est seruabuntur, nulla reparatione a nostro numine postulanda, ita ut nonaginta tribus diebus elapsis iudicata congruae exsecutioni mandentur.
5 Sin autem ex sententia praetorianae praefecturae uel magistri officiorum uel alio[1] illustri dignitate decorato arbiter in hac sacratissima ciuitate fuerit delegatus et appellatio contra definitionem uel sententiam eius subsecuta fuerit, primus quidem fatalis dies duorum
6 mensum, alii uero tres ad similitudinem supra dictorum fatalium numerentur. Qui uero[2] delegatum uel a spectabili iudice seu praeside prouinciae arbitrum appellauerit, primum quidem fatalem diem duorum mensum, tres uero alios ad similitudinem praedictorum fatalium
7 (2) dierum habeat. Illud etiam circa obseruationem fatalium dierum custodiri decernimus, ut, si forte temporales in feriatos quoquo modo inciderint, praecedentes eos dies ut temporales a litigantibus obseruentur. quod si quis secus, ac iura praecipiunt, lapsus die fuerit temporali et hoc primo loco uel a praesente aduersario uel etiam a iudice, si solus litigat, appellatori fuerit oppositum probatumque, pro eo habebitur appellator, ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit. D. XII K. IVN. VALENTINIANO A. V ET ANATOLIO CONSS. a. 440

3 IMP. IVSTINVS A. APIONI PP. Nemo arbitretur in posterum licentiam futuram [B 9, 1, 131] consultationibus ultra statuti temporis uiuendi spatia neque per oblationem precum neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum neque sub praetextu quodam altero: sed omnibus incumbendum esse uigilanti diligentia, quo prouocationes eorum intra statutum tempus introducantur, ita ut etiam gesta in iudicio, contra quod prouocatum est, non prope finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistularum, ne praepediatur per astutias fatalis rei terminus, sed aut statim, postquam appellatum sit, aut non minus quam ante dimidiam partem temporis praebeantur scrinio, ne, quod per angustias contingit temporum, tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur. D. K. DEC. CONSTANTINOPOLI MAGNO CONS. a. 518

4 IDEM A. TATIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Per hanc diuinam sanctionem [B 9, 1, 132] decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus tam appellatori quam aduersae parti nouis etiam adsertionibus utendi uel exceptionibus, quae non ad nouum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur et illis coniunctae sunt, quae apud anteriorem
1 iudicem noscuntur propositae. Sed et si qua dicta quidem adlegatio monstrabitur uel instrumentum prolatum aliquod, probationes tamen illo quidem defuerunt tempore, uerum apud sacros cognitores sine procrastinatione praeberi poterunt, id quoque eos admittere,

*V L* (63, 2) *CRM*

---

[1] ab alio (*Mommsen cum B*)? [2] *idem B̂* (ἐὰν … διαιτητὴν ἐκκαλέσηται): contra *suppl.* (*Mommsen*)

---

1 admoueri *R^a* | ad petitionem *RM* 2 mensuum *L*, mensium *RM* | quarta *L* 4 innocebit *R^a* 5 haec] nec *L^t* | aduersus uiri clar.] ad uiros clarissimos *R^a* | rectores *R* | prouinciarum *R^a* 6 arbitrio *C* 8 seruabunt *M* | a *om. V* | nomine *LRM* 9 diebus *om. M^a* 10 illustrae *M* 11 corato *V^a* | florentissima *L* | et] est *M^a* 12 primum *L* | fatales *L* 13 mensuum *L*, mensium *RM^b* | alii] arii *L^a* | tres uero *C* | qui] quod *L^t* 14 arbitrium *L*, *om. M^a* 15 mensuum *L*, mensium *RM^b* | supradictorum *R* 16 habet *L* | fataliud *V^a* | custodiae *R^a* 17 inciderit *R^a* 18 a *om. L* | litigatoribus *R* | dies *M^a* 19 loco] coniuge loco *L^a* | a pr.] ad pr. *L* | a] ab *L*, *om. VR* | iudices *V uel V^a* | appellatori] *V*, appellator *LCRM* 20 habitur *V* | appellatum *R^a?* | si *om. M^a* 21 actus *L^a* | *s. a. V Russardus* | XII] XIII *uel* XVI 3, 4, 1 | iun.] mai. *Russ.* 22 iustinianus *SCM*, iust. *V*, iustin. *R* | apioni *CR*, abioni *M* | licentia futura *M^a* 23 constitutionibus *V*, τὰς κατὰ συνέλευσιν ἐκκλήτους *B* | uiuenti *V*, si.uendi *R^a* | oblatione *M^a* | pretium *R^a* 24 reparationem *C* 26 quod contra *C* | est *om. R^a* 27 fine *M^a* | sacrarium *R^a* 28 terminum *V*, terminos *M^a* | statim … aut *om. R^a* | exappellatum *V* 29 praebeatur *M* | quid *M^a* | tardius *V* 30 *s. a. V* | conss. *V* 31 idem] impr. iustinianus *S* | adtiano *S*, titiano *R* 32 pareat *R^a* 33 diuersae *R* | nouis] non *M^a* | adsertionis *M^a* 36 prouatum *V^a* | defuerint *R*, *inc. V* 37 potuerint *R*

quo exercitatis iam negotiis pleniore subueniatur ueritatis lumine. D. V K. IVN. CONSTANTINOPOLI RVSTICIO CONS. a. 520

5 IMP. IVSTINIANVS A. TRIBONIANO QVAESTORI SACRI PALATII. Cum anterio- [B 9, 1, 133]
ribus legibus ex omni prouincia ad *hunc* nostrum sacratissimum comitatum similis cursus
ad appellationes exercendas impertitus est, necessarium nobis uisum est huiusmodi spatiis
1 iustum imponere libramentum. Sancimus itaque, si quidem ab Aegyptiaco uel Libyco
limite uel Orientali tractu usque ad utrasque Cilicias numerando uel Armeniis et gentibus
et omni Illyrico causa fuerit more appellationum transmissa, primum semestre spatium in
1*a* antiqua definitione permanere et nihil penitus neque deminui neque adcrescere. Sin autem
ex aliis nostri imperii partibus siue Asianae siue Ponticae siue Thraciae dioeceseos lis
prouocatione suspensa in hanc regiam urbem perueniat, pro semestri spatio trium tantummodo mensum spatium eis indulgeri: aliis trium mensum spatiis, id est nonaginta tribus
diebus simili modo sequentibus siue semestre tempus siue tres priores menses secundum
1*b* locorum definitionem, quam designauimus. Sed et aliis tribus mensibus, qui ex reparatione
ab aula concedi solent, in suo robore duraturis et prioribus accedentibus, ut partim annale
1*c* (1) numeretur, partim nouem mensum spatium consequatur. Et cum antea in fine cuiusque
temporis unus fatalis dies ex antiquis legibus constitutus est et saepe eueniebat (cum multae sunt occasiones mortales appellationum) uel aegritudine uel spatii prolixitate uel per alias causas, quas nec dici nec enumerari facile sit, eundem diem fatalem non obseruari et lites expirare et huiusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominum titubare: propter hoc fortunae releuantes insidias sancimus non in unum diem fatalem standum esse in posterum, sed siue ante quartum diem fatalis luminis et ipsum fatalem siue post quinque dies, ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator uenerit et litem instituendam curauerit et eam in competens iudicium deduxerit, legi uideri satisfactum, ne ingemiscat mortuae causae dispendium, sed nostro gaudeat beneficio, cum nobis cognitum sit etiam ex errore calculi dierum quem officium habuit saepe esse causas periclitatas: quod in poste-
1*d* rum non fieri ex remedio legis praesentis sperandum est. Eodem beneficio et in aliis
omnibus fatalibus qui uel a pedaneis iudicibus uel ab aliis, quos leges suis sanctionibus
enumerauerunt, custodiendo seu[1] obseruando, ut decem fatales pro uno ubique instituantur.
2 In his autem casibus, in quibus biennium constitutum est, quatenus more consultationum
in regia urbe sub communi audientia florentissimorum nostri palatii procerum uentilentur, biennii metas unius anni terminis coartamus, ut intra eum et gesta colligere et ea uiris deuotis epistularibus tradere et refutatorios libellos, si uoluerint, offerre et litem in sacrum nostrum consistorium introducere cogantur: nulli licentia deneganda uictrici parti, si uoluerit, secundum quod iam constitutum est[2], et praemature causam inducere neque
3 annali spatio expectato. Si tamen in sacro nostro consistorio lis exordium ceperit, etsi
non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus, cum iniquum sit propter occupationes florentissimi ordinis, quas circa nostrae pietatis ministeria habere

*V* (*deficit u.* 9 *in* adcrescere) *CRM*

---

[1] custodiendi sunt? [2] *cf.* 7, 62, 37, 2. 7, 64, 10, 1

---

1 exercitatus $M^a$? | limine $M^a$ | *s. a. V* 3 iustinus *M* | quaestori sacri pal. *om. M* 4 hunc] hoc $VCR^aM^a$ | comitatus $M^a$ 5 appellationis $R^aM^a$ 6 libilico *R* 7 calitias *R* | et] uel *R*, *om. C*: *cf.* 1, 29, 5 8 semenstre $VCM^a$? 9 permane $M^a$ | et *om. R* | diminui *RM* | adecrescere *R* 10 nostris *RM* | traciace $R^a$, traeice *M* 11 regia urbe $M^a$ | semenstri *C*, semestre *R*, semenstre $M^a$ | trium ... 12 aliis *om.* $R^a$ 12 indulgere $M^a$ | mensuum *R* | nognita $M^a$ | tribus] et tr. *C* 13 diebus] modi $C^a$ | siue *om. R* | semenstre $CR^b$, sementtre $R^a$ 14 et *om. M* 15 concedendi $R^aM^a$ | prioris $M^a$ 16 mensium $RM^b$ | finem $RM^a$ | cuiuscumque *C* 18 sint $R^a$ | aegritudinem $R^a$ 19 quas nec] quas $R^a$ | didici $R^aM^a$ | numerari *R* | obseruaret $R^a$, obseruare *M* 20 et alites spirare $R^a$ | luct. infelic.] et luct. sine felic. $R^a$ 21 in *om. M* 22 numinis *R*, liminis $M^b$ 23 affluxerit *R* 24 uideris $R^a$ | ne] nec *M* 25 cognitus $M^a$? 26 calcula $R^a$ | que $M^a$ | periclitatus $M^a$ 27 superandum $R^a$ 28 uel a] a *M* 29 enumerauerit *R* | ut] et *R* 31 uentiletur *R* 32 biennium $R^a$ | ea] eas $R^a$ 33 tradere] et tr. $R^a$ | refultarios $R^a$ | uoluerit *R* 34 nulla *R* | uictrice $R^aM^a$, litigatrici *C*: τοῦ ἑνὸς μέρους τοῦ νικήσαντος *B* | partis $R^a$ 36 annalis ratio $M^a$ | sacro *om.* $R^a$ 37 eodem] eo *R* | diem *C* 38 floretissimi *R* | quas circa] circa quae $R^a$, quae $R^bM^a$ | immisteria $R^a$

4 noscitur, causas hominum deperire. Illud etiam merito addendum huic legi censemus, ut si qui fatali die apud appellationis iudicem introductus, siue ex una parte siue cognitionaliter causae appellationis imponat exordium, deinde relicta ea discedat et in desidia reliquum tempus permaneat et annale tempus post inchoatam litem praeterierit, uictore neque sententiam ad effectum perducere ualente propter litem iam inchoatam neque iam terminum accipere inueniente, cum appellatoris absentia eam finiri non facile concedit, huiusmodi iniquitatem amputantes (cum aduersarius potest et minime praesente appellatore litem exercere, quia hoc speciale priuilegium eius est, qui appellationi examinandae praesidet, posse ex una parte causam dirimere[1]) iubemus eundem appellatorem, nisi obseruauerit iudicium et causam usque ad finem peregerit, sed per eum steterit, quominus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari et sententiam contra eum latam in suo robore durare et ad effectum perduci, tamquam si ab initio minime fuerit prouocatum: nisi ipse appellator euidentissime probationibus possit ostendere se quidem summa ope nisum uoluisse litem exercere, per iudicem autem stetisse uel aliam inexorabilem causam subsecutam, propter quam hoc facere minime ualuit. tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus, quo effluente et lite minime finem accipiente cadere eum de appellatorio iuuamine disponimus, cum sit ei apertissima facultas et nostram adire maiestatem et tarditatem
5 iudicis in querellam deducere et nostro beneficio perpotiri. Cui consentaneum est, ut et in sententiis omnium amplissimorum praefectorum praetorio ex diuino oraculo retractandis eadem obseruatio, quae supra dicta est, post ingressum unius uel utriusque partis tam
6 propter absentiam personarum quam propter statuta tempora teneat. Sin autem partes inter se scriptura interueniente paciscendum esse crediderint nemini parti licere ad prouocationis auxilium peruenire uel ullum fatalem obseruare, eorum pactionem firmam esse censemus. legum etenim austeritatem in hoc casu uolumus pactis litigantium mitigari.
D. XV K. DEC.[2] CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 529

## LXIIII
## ℞ QVANDO PROVOCARE NECESSE NON EST ℞

1 IMP. ALEXANDER A. APOLLINARIO ET ALIIS. Datam sententiam dicitis, [B 9, 1, 134] quam ideo uires non habere contenditis, quod contra res prius indicatas, a quibus prouocatum non est, lata sit. cuius rei probationem si promptam habetis, et citra prouocationis adminiculum quod ita pronuntiatum est sententiae auctoritatem non obtinebit. PP. VIII K. APRIL. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

2 IDEM A. CAPITONI. Si, cum inter te et auiam defuncti quaestio de succes- [B 9, 1, 135] sione esset, iudex datus a praeside prouinciae pronuntiauit potuisse defunctum et minorem quattuordecim annis testamentum facere ac per hoc auiam potiorem esse, sententiam eius contra tam manifesti iuris formam datam nullas habere uires palam est et ideo in hac
1 specie nec prouocationis auxilium necessarium fuit. Quod si, cum de aetate quaereretur,

*p* (64 ℞ 1) *L* (64 ℞ 1 *ante* 62, 37. 64 ℞ *suo loco*) *CRM*

---

[1] quia hoc ... dirimere *ante* 7 huiusmodi *collocanda sunt* (*Mommsen*) [2] Oct. (*Buchholtz*)?

---

1 merito *om.* *RM* | addendo *M* 2 cognita (cognito $M^a$?) aliter causa appelletionis *M* 3 ea *om.* $R^a$ 4 perm. et a. tempus *om.* $R^a$ | uictor $M^a$ 5 iam term.] term. *C* 6 ea *RM* | concedunt *R*, concedet $M^a$ 8 lite $M^a$ | praeside $M^a$ 9 ex] et ex *RM* | causa $M^a$ 10 per *om.* $M^a$ 11 carmina $R^a$ 13 nisu soluisse $M^a$ 14 autem] ante $R^aM^a$? 16 litem min. fine $M^a$ | appellatione $R^a$ 17 tard. iudicis] tardita****** iudicem $R^a$ 18 ducere *R* 19 re*tandis $M^a$ 21 stantuta $R^a$ 22 crediderit $R^aM^a$ 23 fatale *RM* | obseruatione $R^a$ | pactione $RM^a$ 24 auctoritatem *R*, auctoritate $M^a$ | mitigare *C*, litigari $R^a$ 25 *s. a. Russardus* 27 non necesse *L* | est] sint *S*, sit *C* 28 latam $M^a$ | dicititis *pL* 30 promta $M^a$, propterea *pLR* | haberetis *libri* 31 auctoritate $M^a$ | *s. a. pL Miraeus* 32 conss. *pL* 33 caprioni *M uel* caponi $M^a$, capioni $M^b$ | auia $M^a$ 34 esset] est et $RM^a$, esset et $M^b$ | potuisse (—set $M^a$) pronunciauit *M* 35 annos $M^a$ 37 nec] ne $M^a$

implesse defunctum quartum decimum annum ac per hoc iure factum testamentum pronuntiauit, nec prouocasti aut post appellationem impletam causa destitisti, rem iudicatam retractare non debes.

3 Imp. Gordianvs A. Ingenvo. Si, ut proponis, suspensa apud amplissimos iudices cognitione prouocationis, quam te ob id interposuisse dicis, quod decurio nominatus esses, ad duumuiratum uocatus es, manifestum est praeiudicium futurae notioni memoratorum iudicum fieri non potuisse.

4 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. et Valerianvs nob. C. Ivliano. B 9, 1, 136 Cum magistratus datos iudices et unum ex his pronuntiasse proponas, non uidetur appellandi necessitas fuisse, cum sententia iure non teneat.

5 Imppp. Carvs Carinvs et Nvmerianvs AAA. Domitiano. Certa ratione B 9, 1, 137 et fine multare praesides possunt. quod si aliter et contra legis statutum modum prouinciae praeses multam uobis inrogauerit, dubium non est id, quod contra ius gestum uidetur, firmitatem non tenere et sine appellatione posse rescindi. PP. id. Ian. Caro et Carino conss. a. 283

6 Idem AAA. Germano. Cum non eo die, quo praeses prouinciae praecepit, B 9, 1, 138 iudex ab eodem datus pronuntiauerit, sed ductis diebus alieniore tempore sententiam dedisse proponatur, ne ambages frustra interpositae prouocationis ulterius negotium protrahant, praeses prouinciae superstitiosa appellatione submota ex integro inter uos cognoscet.

7 [1]Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Nicagorae. Venales sententias, B 9, 1, 139 quae in mercedem a corruptis iudicibus proferuntur, et citra interpositae prouocationis auxilium iam pridem a diuis principibus infirmas esse decretum est. PP. *k. Ian.* Diocletiano A. et Aristobvlo conss. a. 285

8 Idem AA. Constantio. Si pater tuus, cum decurio creareris, non consensit et quindecim annos aetatis agis, aditus praeses prouinciae, si inhabilem te ad obeundum decurionatus honorem esse perspexerit, quando huiusmodi aetati etiam praetermissa appellatione subueniatur, iniquam nominationem remouebit.

9 Idem AA. et CC. Rvfino. Veteranis, qui in legione uel uexillatione mili- B 9, 1, 140 tantes post uicesima stipendia honestam uel causariam missionem consecuti sunt, onerum et munerum personalium uacationem concessimus. huius autem indulgentiae nostrae tenore remunerantes fidam deuotionem militum nostrorum etiam prouocandi necessitatem remisimus.

10 [2]Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Omnem honorem saluum iudicibus reser- B 9, 1, 141 uantes, si quando una pars quasi laesa per definitiuam eorum sententiam prouocatione usa fuerit, interdicimus alteri parti quae uicit pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro

*P* (62, 21 [64 ℞ 1. 7 *fere erasa p*] 62, 37 [64, 5 *p*] 65, 2 ℞ 1: 64, 7. 10 *ante* 59) *L* (64, 7. 10. 5) *CRM*

---

[1] *iungenda uidetur* 6, 34, 2 [2] *iunge* 7, 62, 37

---

1 hoc *om.* $M^a$ | testamentum *om.* *R* 2 appellationis impl. causam *RM* 4 sicut $M^a$ | apud *om.* $R^aM^a$ 5 prouocandis $R^a$ | ob id *om.* *R* 6 duumuiratus *C* | uocatum $R^a$ | es] est $R^aM^a$ | memoratorium iudicium $R^a$ 8 imppp. *M*, iul. mp. $R^a$ | ualer. ... nob. c.] ualentinianus galienus et ualerianus aaa. *S*, ualens ualerius et gallianus aaa. *M*, *deficit* $R^a$ 11 impp. *pLC*, imp. *R* | carus *om.* *R* | numerius *M* | aa. *CR* | dominiano *p* | corta $R^a$ 12 praesidis $M^a$ | leges $M^a$ | prouitie *p* 13 uobis] in uobis *R* | dibium *p* 14 *s. a. Russardus: in pL extat* pp. 16 aa. *CR*, a. *S* 17 sed] se $R^aM^a$, sed se $C^b$ | alienore tempore $M^a$, alio more $R^a$ 18 negotium protrahant] protrahatur $R^aM^a$, protahantur $R^b$ 20 cognoscere $R^a$ 21 imp. *PLR* | aa.] a. *P* | nicanore *SR*, nicagori *PL*, *om.* *p* 22 mercede *PLM*, *inc.* *p* | a *om.* *C* 23 infirmatas *CR*, infirmatam *p?*, infirm**as $M^a$ | *s. a. p, ubi haec apparent* pp. **** dioc. a. ***st. (st *dubia*) conss.: k. ian. *suppleui ex* 6, 34, 2 25 aa.] a. *SR* | constantino *S* | non *om.* $RM^a$ 26 si ... 27 honorem *om.* $R^a$ | obeundum] *C*, eundem *M* 27 perspexeris $R^a$, prospexerit *M* | praetermissam $M^a$ 29 a. et cc. *R*, a. *S* 30 missione $M^a$ | honorum $M^a$ 31 numerum *C* | uacatione $M^a$ 32 tenorem $C^a$ | munerantes *R* | fidam] quidem f. $R^a$, quidam $M^a$ | deuotione $M^a$ 35 prouocationem $P^a$ 36 quod] hoc quod $R^a$

sumptibus litis et detrimentis uel minus quam oportuerat iussa est, prouocationem offerre, cum ipsam decisionem litis recte factam esse confiteatur: iudicibus scilicet siue florentissimis proceribus sacri nostri palatii siue his, quibus pro minore litium aestimatione consultationes delegantur, si perspexerint adiuuandum esse uictorem sumptuum perceptione, etiam sine prouocatione eius hoc statuentibus et iustam eorundem sumptuum quantitatem definien-
1 tibus. Sed nec occasione consultationis introducendae uictori prouocare concedimus, cum et priscis legibus liceat ei et sine prouocationis auxilio eandem consultationem differente suo aduersario introducere et nos ei nihilo minus hoc permittimus, iniuriam ex superuacua prouocatione iudicibus fieri prohibentes. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO VC. CONS. a. 529

# LXV

## ☧ QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIANTVR ☧

1 IMP. ANTONINVS A. SABINO. Eius, qui per contumaciam absens, cum ad [B 9, 1, 142] agendam causam uocatus esset, condemnatus est negotio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest. PP. NON. IVL. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

2 IMP. CONSTANTIVS A.[1] AD HIEROCLEM[2]. Obseruare curabis, [Th. 11, 36, 7 mut. B 9, 1, 143] ne quis homicidarum ueneficorum maleficorum adulterorum itemque eorum, qui manifestam uiolentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus[3] superatus, uoce etiam propria
1 uitium scelusque confessus audiatur appellans. Sicut enim haec ita obseruari disposuimus, ita aequum est testibus productis, instrumentis prolatis aliisque argumentis praestitis, si sententia contra eum lata sit et ipse, qui condemnatus est aut minime uoce sua confessus sit aut formidine tormentorum tentus contra se aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegari. D. V ID. DEC. LEONTIO ET SALLVSTIO CONSS. a. 344

3 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MODESTVM PP. [Th. 11, 36, 17 B 9, 1, 144] Nulli officialium a sententia proprii iudicis prouocatio tribuatur nisi in eo tantum negotio, quod ratione ciuili, super patrimonio forte, apud proprium iudicem inchoarit, scilicet ut in eo tantum negotio a sententia eius, cui paret iudici, quisquis uelit officialis appellet, quod per procuratorem persequi iure tribuitur. D. IIII ID. IVN. CYZICO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

4 [4]IDEM ET GRATIANVS AAA. AD OLYBRIVM PV. Abstinendum [Th. 11, 36, 19 B 9, 1, 145] prorsus appellatione sancimus, quotiens fiscalis calculi satisfactio postulatur aut tributariae functionis sollemne munus exposcitur aut publici uel etiam priuati, dummodo euidentis atque conuicti redhibitio debiti flagitatur, ut necessario in contumacem uigor iudiciarius excitetur. PP. ROMAE XV K. SEPT. VALENTINIANO ET VALENTE II AA. CONSS. a. 368

*P* (65, 2 ☧ 1: 64, 10 *ante* 59) *L* (64, 10. 5. 65 ☧ 1. 2) *CRM*

---

[1] idem AA. (= impp. Constantius et Constans AA.) *Th.* [2] consularem Syriae Coeles *addit Th.* [3] argumento conuictus teste *Th.* [4] *iunge* 2, 6, 6

---

1 et] *C*, uel *PLRM* 2 ipsam] *C*, ipse *PLM*, et ipse *R* | rectam *R* | confiteantur $P^a$ | sine his $R^a$ 3 quibus] qui $R^a$ | consult.] etiam cons. *R* 4 prospexerint *M* | praeceptione (—nem $P^a$) *PLR*, perceptionem $C^a$ 6 introcende $R^a$ | prouocari *R* | cum] eum *R* 7 licea $L^a$ | eis $P^aM^a$ | et *om. CR* | deferente $P^a$ 8 iniuriarum $L^a$, modo iniuriam $P^a$ | ex sup. prou.] et superuacuam prouocationem *R* 9 *s. a. PL Miraeus Russardus* | constant. ... 10 conss. *om. PL Mir.* 13 eius] is $P^a$ 14 augendam $R^a$ | condemp̊tus *P*, condemptus $L^a$ 15 *s. a. PL Miraeus* | a.] aa. *PL* | balbino] balenn. *L* 16 const. *PLCR*, costantinus *M* | ierodem *S*, erioclem *M*, denodoro *R* 17 ueneficiorum $L^aC^a$ | adulteriorum $R^a$ 19 uitia *C* | ita] ••• $M^a$, *om.* $PLM^b$ 20 eque $L^a$ 23 denegamus $PLRM^a$ | *s. a. Th. L Miraeus* | sallustio] aliis *L* 24 imp. *R* | ualentinus *M* | ad] ad nulli offitialium $M^a$ 25 offinalium *R* 26 forte] forsitan *Th.* | inchoari *R*, inchoauerit *C* 27 a] $C^bM^b$ *Th.*, *om.* $C^aRM^a$ | iudicio *C* | uelit] iudici *R* 28 *s. a. Th.* 30 idem et gr. aaa. (aa. *C*, a. *R*)] *CR*, imp. gratianus a. *SM*, imppp. ualent. ual. et grat. aaa. *Th.* | olibium *R*, olibrum $M^a$ | pu.] *dett. cum Th.*, pp. *CRM*, *om. S* | abstnendum $M^a$ 31 calculi *om. R* | postulantur *R* 32 functioni *R*, functiones $M^a$ 33 coniuncti *uel* conuincti $RM^a$ | ut *om. R* | iudicantis *R* 34 *s. a. Th.*

4a *IDEM AAA. AD CLAVDIVM PV. Si clericus ante definitiuam* [1, 4, 2 Th. 11, 36, 20 mut.] *sententiam frustratoriae dilationis causa ad appellationis auxilium conuolauerit, multam quinquaginta librarum argenti, quam contra huiusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogatur expendere. hoc autem non fisco nostro uolumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari. D. VIII ID. IVL. VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS.* a. 369

5 [1]IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD THALASSIVM PROCONSVLEM AFRICAE. [Th. 11, 36, 25 B 9, 1, 146] Ab exsecutione appellari non posse satis et iure et constitutionibus cautum est[2], nisi forte exsecutor sententiae modum iudicationis excedat.
1 A quo si fuerit appellatum, exsecutione suspensa decernendum putamus, ut, si res mobilis est, ad quam restituendam exsecutoris opera fuerit indulta, appellatione suscepta possessori res eadem detrahatur et idoneo collocetur reddenda ei parti, pro qua sacer cognitor iudicauerit.
2 Quod si de possessione uel de fundis exsecutio concessa erit et eam suspenderit prouocatio, fructus omnes, qui tempore interpositae prouocationis capti uel postea nati erunt, in deposito collocentur, iure fundi penes eum qui appellauerit constituto.
3 Sciant autem se prouocatores uel ab exsecutione appellantes uel ab articulo, si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animaduersione multandos. D. III K. FEBR. TREVIRIS VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 378

6 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HYPATIVM PV. [Th. 11, 36, 26 B 9, 1, 147] Quisquis, ne uoluntas diem functi testamento scripta reseretur, uel ne hi, quos scriptos patuerit heredes, in possessionem mittantur[3], ausus fuerit prouocare interpositamque appellationem is cuius de ea re notio erit recipiendam esse crediderit, uiginti librarum argenti[4] multa et litigatorem, qui tam importune appellauerit, et iudicem, qui tam ignaue coniuentiam adhibuerit, inuoluat. D. NON. APRIL. TRIVERIS AVSONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

7 [5]IDEM AA. ET ARCADIVS A. AD PELAGIVM COMITEM RERVM PRIVATARVM. [Th. 11, 36, 29 B 9, 1, 148] Ante[6] sententiae tempus et ordinem euentus nec a discussore nec a rationali appellare[7] liceat. D. XV K. MART. MEDIOLANI ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 385

8 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. APOLLODORO COMITI RERVM PRIVATARVM. [Th. 11, 36, 32 B 9, 1, 149] Et publicarum necessitatum et priuati aerarii deposcit utilitas, ne commoda,

*P* (69 *R* I. 65, 6) *L* (65, 5. 6) *CRM*: 65, 4a *om. libri* (*u. i.*)

[1] *iunge Th.* 11, 30, 37. 11, 36, 23. 24 [2] ita ut appellantem etiam nostris sanctionibus statuta multa compescat *ins. Th. cum B* (κ.π.): οὕτω μέντοι, ὥστε καὶ τὸν ἐκκαλεσάμενον τὸ ταῖς ἡμετέραις διατάξεσιν ὡρισμένον πρόστιμον ὑποσχεῖν [3] in poss. mitt.] edicti per diuum Hadrianum conditi beneficium consequantur *Th.* [4] auri *Th.*, ἀργυρίου *B* [5] *iunge* 7, 62, 26 [6] certum *ins. Th.* [7] euentus uel a discussore uel a rationali appellare non *Th.*

1 *geminatam esse hoc loco* 1, 4, 2 *probant Paratitla ad Const.* 3, *quae habent*: β. ζ τ. ξε' διάτ. δ', ῆς ἡ ἀρχὴ abstinendum (εἰς τὸ ἀπέχεσθαι *in marg. Const.r*). οἱ κληρικοὶ πρὸ ἀποφάσεως ἐκκαλούμενοι προστιμῶνται παρὰ τοῦ ἄρχοντος ν' λίτρας ἀργυρίου. ταῦτα δὲ λήψεται οὐχ ὁ φίσκος, ἀλλὰ τοῖς πένησι καὶ τοῖς δεομένοις πιστῶς ταῦτα ῥογευθήσεται: *qui index cum non quadret nisi ad locum geminum, interpretem Graecum errore numerum atque initium antecedentis constitutionis exscripsisse Bienerus Beiträge p.* 88 *recte iudicauit* 6 impp. *CR*, imp. *L* | ualens gr. et ual. (ualerius *M*) aaa. (aa. *R*)] *RM*, ualentinianus grat. et ualerianus aaa. *S*, ual. (ualentinus *L*) grat. aa. et ual. *LC* | ad thalassum *S*, ad athala siue *L*, athalasio *M* 7 proconsule *S*, proconsul *L*, proconsul. *M* | excutione *Ra* 10 quem *R* | oper *Ma* | fuerint *La* | suscepta] suspensa *Li* 11 eandem *L* | abstraatur *L*, retrahatur *RM* | parte *LaR* 12 si] se *La* | uel de] nel *Th. contra B* (κ.π.) | concessa erit] *Th. cum B* (κ.π.) ἀποδοθῇ, cesserit *La*, cessauerit *LbCRM* | et] ut *LbRM*, καὶ *B* (κ.π.) | suspenderet *Ma* 13 prouocatio] prouocationem *LbMa?* 14 iuri *Ma* | penes] uel p. *Th. contra B* (κ.π.) 15 secutione *La* 16 suspedisse *R* | clamauerit *La* 17 *s. a. Th. L* | treuiris ... conss.] tiberio cc. *L* 18 impp. *LC* | ualentinus *M* | aa. *CR* 19 phypatium *P*, pipacium *L* | pu.] *Th.*, cp. *PL*, pp. *SCRM* | diem functi] defuncti *PLCbRM* | testamento] et (et *om. Lb*) ex t. *PL*, et testamenti *R* | scripto *Ca* | referetur *PiLi* | his *PaRa*, hii *L*, *om. M* 20 scriptos quos *RM* | potuerit *La*, putauerit *C* | mittuntur *R* 21 is *om. Th.* 22 inoportunae *PLRM* 23 cohibentiam *La?Ra* | *s. a. Th. PL* | triuerio *PL* 25 idem aa. et arc. a.] impr. archadius a. *SM*, idem aa. et cc. et arcad. *C*, idem arch. aa. *R* | palladium *S* 26 a disc.] ad disc. *R* 27 appellare] *Th.*, appellari *CRM*, ἐκκαλέσασθαι *B* | *s. a. Th.* | a.] a. I *Th.* 28 hon. et archadius *S*, archad. et theod. *R*, archadius et antonius *M* 29 priuatorum *M* | necess.] et n. *R* | poscit *Th.* | ne] nec *R*

quae domui nostrae debentur, callidis debitorum artibus differantur. quamobrem eorum appellatione reiecta, qui aperte manifesteque conuicti sunt, hoc obseruari praecepti huius auctoritate censemus, ut ei, quem constiterit esse publicum debitorem, appellationis beneficium denegetur. D. IIII ID. AVG. MEDIOLANI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

## LXVI

## ℞ SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT ℞

1 IMP. ALEXANDER A. IVLIANO. Etiam post mortem eius qui appellauit [B 9, 1, 149] necesse est heredibus eius uel reddi[1] causas prouocationis uel statutis adquiescere. PP. VI K. NOV. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

2 IDEM A. MARCELLINAE. Eius, qui requirendus adnotatus appellauerat et [B 9, 1, 150] ante actam causam mortuus est, bona ad successorem pertinere parentibus meis placuit. PP. III NON. DEC. ALEXANDRO CONS. a. 222

3 IDEM A. VLPIO. Si is, qui ademptis bonis in exilium datus appellauerit [B 9, 1, 151] ac[2] pendente prouocatione defunctus est, quamuis crimen in persona eius euanuerit, tamen causam bonorum agi oportet. nam multum interest, utrum capitalis poena inrogata bona quoque rei adimat, quo casu morte eius extincto crimine nulla quaestio superesse potest, an uero non ex damnatione capitis, sed speciali praesidis sententia bona auferantur: tunc enim subducto reo sola capitis causa perimitur bonorum remanente quaestione. PP. V ID. MART. MODESTO ET PROBO CONSS. a. 228

4 IMP. GORDIANVS A. ALEXANDRO. Si pater tuus ad decurionatum deuocatus appellationem interposuit eaque pendente concessit in fatum, honoris eius quaestio morte finita est. PP. PRID. NON. OCT. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

5 IDEM A. FELICI. Quamuis ancilla, de cuius dominio disceptabatur et a [B 9, 1, 152] rectore prouinciae contra te iudicatum fuerat, in fatum concesserit, tamen cum appellationem super ea interpositam fuisse et in numero cognitionum pendere proponas, ea prouocatio suo ordine propter peculium ancillae audiri debet. PP. VII K. DEC. PIO ET PONTIANO CONSS. a. 238

6 [3]IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM PV. Si unus ex litiga- [Th. 11, 35, 1 mut. B 9, 1, 153] toribus adhuc pendente appellatione defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes eius habent, sed etiam alios quattuor menses. sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post elapsum eius idem tempus quattuor mensum numerabitur, ne ignorantes negotium uel etiam super adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis adfici compellantur. D. XIII K. IVN. SIRMI CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

*V* (*incipit u.* 5) *P* (66 ℞ 1...3. 6) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] reddere ($C^c$)? [2] ac *del.* [3] *iunge Th.* 2, 6, 3

---

2 manifestaque $R^a$ | coniuncti $RM^a$ 4 *s. a. Th.* 6 *in* $V^a$ *probabiliter fuit rubrica tit.* 54 | appell. pendente *PL contra Th.* 11, 35 | mor $M^a$ 8 impp. *V* | alexander *om. M* 9 *s. a. VP Russardus: L Miraeus exhibent subscriptionem c.* 2 10 conss. *VP,* III et dione conss. *Russardus* 11 aa. *R* | requirendis $R^a$ | appellauerit *PLRM* 12 ante] ante tante *V* | bana $L^a$ 13 *s. a. VPL Miraeus et L Miraeus ad c.* 1 | conss. *VL utroque loco* 14 ulpiano *C* 15 pendente] redente *PL* | personam *VC* 17 crime $V^a$ 18 specialis *R* | auferuntur *CM,* auferentur *R* 19 permittitur $VC^a$ | remante $L^a$, manente *CM* | *s. a. VPL Miraeus* | ui *P, om. L Mir.* 21 alexander *C uel* $C^b$ 22 factum *V* 23 *s. a. V* 25 iudicatum] *V Paris* 4517, ius (uis *R*) dictatum *CRM* | fuerit *M* | factum *VR* | appellatione *R* 26 affuisse *R* | numero] tempora *R* 29 consant. *L* | pu.] pp. *SCM* 31 habeant *R* 32 indulgatur $PL^a$ | eius idem] eiusdem $LR^a?M^b$ | tempus] t. indulgetur $R^a$ | mensuum *R* | enumerauitur *V* 33 negotia *Th.* | adeundam hereditatem *PL* | aliquid *RM* 34 sentiat *V* | *s. a. Th. VPL: in* $R^a$ *extat* datur | XIII] iii *VPL* | iun.] ian. *PL*

# LXVII

## R DE HIS QVI PER METVM IVDICIS NON APPELLAVERVNT R

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. DIOPHANI. Si contra te iure pronuntiatum est nec appellationis imploratum auxilium, intellegis adquiescere te statutis oportere. in sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti. S. XV K. IVL. PHILIPPOPOLI AA. CONSS. [B 9, 1, 154] a. 293

2 IMP. IVLIANVS A. GERMANIANO PP. His, qui tempore competenti non appellant, redintegrandae audientiae facultas denegetur. omnes igitur, qui contra praefectos urbi, magistros officiorum, magistros militum[1] seu proconsules seu comites Orientis seu uicarios seu praefectos Augustales uel alium iudicem[2] sub specie formidinis prouoca-
1 tionem non arbitrantur interponendam, a reuocanda[3] lite pellantur. Qui uero uim sustinuerunt, contestatione publice proposita, intra dies uidelicet legitimos, quibus appellare licet, causas appellationis euidenti adfirmatione distinguant, ut hoc facto tamquam interposita appellatione isdem aequitatis adminicula tribuantur. EMISSA XV K. IVL.[4] MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. [Th. 11, 30, 30 B 9, 1, 155] a. 362

# LXVIII

## R SI VNVS EX PLVRIBVS APPELLAVERIT R

1 IMP. ALEXANDER A. LICINIO. Si iudici probatum fuerit unam eandemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio iusta pronuntiata est, fuisse nec diuersitate factorum separationem accipere, emolumentum uictoriae secundum ea quae constituta sunt ad te quoque pertinere non ignorabit. PP. XIII K. SEPT. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 9, 1, 156] a. 223

2 IDEM A. SERENO. Si in una eademque causa unus appellauerit eiusque iusta appellatio pronuntiata est, ei quoque prodest qui non appellauerit. quod si aetatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetrauit, maiori, qui suo iure non appellauerit, hoc rescriptum non prodest. S. III ID. SEPT. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. [B 9, 1, 157] a. 224

*V P* (67. 68 R 1) *L* (*ut P*) *CRM*

---

[1] mag. off. mag. mil. *om. Th.* [2] seu praef. Aug. uel al. iud. *om. Th.* [3] renouanda *Th.*
[4] Ian. *Th.*

---

2 metu *C* | iudices $M^a$ 4 imp. *RM* | aa. *om. R* | diopani *PL* 5 pronuptiatum $R^a$ | est] est et *PL* | te adquescere te $M^a$ 6 *s. a. VPL Miraeus* | s. *om. PL Mir.* | iun. *PL Mir.* 7 philipp. aa. conss. *om. PL Mir.* 8 germiano *C*, germano *R*, ad germanianum *Th.* 9 non *om.* $V^a$ | audiente $R^a$ 10 urbis *PLCRM* | off.] off. uel *R* | magistratus mil. *PL*, magistrum mil. *R*, τοῦ μαγίστρου *B* (κ.π.) | comites *uel* seu comites *om.* $L^a$, seu *om. B* (κ.π.) 11 ucarios $L^a$ | praefectu *R*, praefectus $M^a$ | prouocaties $R^a$, prouocationes $R^b$ 12 reuocanda] ἀνακλητέας *B* | appellantur $P^a$, repellantur $P^bLR^b$ | sustinuerint $RM^b$ *Th.*, statuerunt $P^a$, ὑπέστησαν *B* (κ.π.) 13 praeposita *C* | appellare] $VM^b$ *Th.*, appellari $PLCRM^a$, ἐκκαλεῖσθαι *B* (κ.π.) 14 caus $M^a$ | distinguat $PLRM^a$ 15 admunicula $M^a$ | *s. a. Th. VPL Miraeus: in C extat* emissa 18 ex] ēx $M^a$ 19 impp. *V* | a. *om. M* | eademque $P^aR$ 20 pronuntiatum $M^a$ 21 recipere *PL* 22 sint $VL^a$ | *s. a. VPL Miraeus* | xiiii *L Mir.* | maximo *om. PL Mir.* | II] ii *uel* u *V* | et ael. (aliano *P*) conss. *om. L Mir.* 24 unius $M^a$ 25 est] fuerit *C* | prodesse *C*, proesse $R^a$? | si aet.] setatis $M^a$ 26 imperauerat $M^a$ | non *om.* $R^a$ 27 *s. a. V*

## LXVIIII

## ℞ SI DE MOMENTARIA POSSESSIONE FVERIT APPELLATVM ℞

1 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. ad [Th. 11, 37, 1 B 9, 1, 158] Evsignivm pp. Cum de possessione et eius[1] momento causa dicatur, etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectum[2]. ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa seruetur. D. xiiii k. Dec. Mediolano Honorio np. et Evodio conss. a. 386

## LXX

## ℞ NE LICEAT IN VNA EADEMQVE CAVSA TERTIO PROVOCARE VEL POST DVAS SENTENTIAS IVDICVM, QVAS DEFINITIO PRAEFECTORVM ROBORAVERIT, EAS RETRACTARE ℞

1 Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Si quis in quacumque lite iterum prouo- [B 9, 1, 159] cauerit, non licebit ei tertio in eadem lite super isdem capitulis prouocatione uti uel sententias excellentissimorum praefectorum praetorio retractare: licentia danda litigatoribus arbitro dato ipsius audientiam qui eum dedit ante litis contestationem inuocare et huiusmodi petitione minime prouocationis uim obtinente. D. k. Ivl.[3] Constantinopoli dn. Ivstiniano A. ii cons. a. 528

## LXXI

## ℞ QVI BONIS CEDERE POSSVNT ℞

1 Imp. Alexander A. Irenaeo. Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor [B 9, 5, 10] receperit, non sint liberati. in eo enim tantum hoc beneficium eis prodest, ne iudicati detrahantur in carcerem. PP. x k. Dec. Maximo ii et Aeliano conss. a. 223

2 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Abascanto. Si quantitatem, quam [B 9, 5, 11] (licet rei publicae) condemnatus debebas, inferre paratus es, frustra uereris, ne uerbum bonorum cessionis temere a te prolatum priuare te necdum distractis facultatibus iuris rationibus possit. PP. xvi k. Febr. Philippo A. et Titiano conss. a. 245

*V P* (69 ℞. 71 ℞ 1. 2: 69 ℞ *ante* 66 ℞) *L* (69. 71) *CRM*

[1] eius *om. Th.* [2] atque ita demum ad nostram scientiam referatur *ins. Th., cf.* 7, 62, 32
[3] Iun.? (*cf. Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 172)

2 momentariaea *M* | possessione] appellationem *S* 3 appellatum] a. cum de possessione et eius momento (*ex c.* 1) *P altero loco* 4 impp. *VC*, imp. *PLR* | ualerius *M* | et theod. et *PL* | aa. *SVCR*, *om. PL* 5 eusigirium *PL*, eusignum *R* | dicantur $M^a$, dicitur *Th.* | imposita $PL^a$ 6 sortatur *V*, sotiatur $M^a$ | reformationis $L^a$ 7 *s. a. Th. VPL* | xiiii] xiii *PL*, xiii *potius quam* xiu *V* 8 euido *L* 11 qua *S* 12 defuncto *C* | perfectorum *R*, profectorum *RM* | roborauerit] *V edd.*, roborauit *SN*, reuocauit *CRM* 13 retractauit $M^a$ 14 impp. *V* | a. *om. M* | praeclamauerit $C^a$ 15 licet *M* 16 praefect.] precatione praef. $R^a$ | retractari $C^a$?$M^b$, retractatari $M^a$ | litigatoribus ... 17 dedit *om.* $M^a$ 18 *s. a. V* 22 imp. (impp. *VM*) al.] idem *PL* | hyrineo *S* 23 receperit] receperit recep $L^a$ | sunt *M* | enim *om.* $L^a$ 24 detrahentur $VL^b$, detraherentur *P*, detra.ntur $L^a$, detrudantur $C^b$ | carcere *CR* | *s. a. VPL Miraeus Russardus* | pp. *om. L Mir.* | x] xii *Russ.* | k. *om. PL Mir.* 25 a.] pp. *R* | et phil. c. (cc. *R*)] filippo conss. *M*, *om. C* | abarcionto *S* | quantitate *V uel* $V^a$ 26 debebis $L^a$ 27 a] ad *P* | nedum $R^a$, necdums $M^a$ | distractus *PL* 28 *s. a. VPL Miraeus* | xiii *PL Mir.* | a.] aa. *PL* | retiano *PL Mir.*

3 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS NOBILISSIMVS C. [B 9, 5, 12]
LENILLAE. Si pater tuus bonis cessit propter onera ciuilia, ipsius facultates oportet
inquiri, non patrimonium, quod tibi emancipatae quaesitum dicis, inquietari. quod ut fiat,
implorare aequitatem praesidis debes. PP. XIII K. DEC. AEMILIANO ET BASSO CONSS. a. 259
4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. CHILONI. Legis Iuliae [B 9, 5, 13]
de bonis cedendis beneficium constitutionibus diuorum nostrorum parentium ad prouincias
porrectum esse, ut cessio bonorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus sua
auctoritate diuidere haec bona et iure dominii tenere, sed uenditionis remedio, quatenus
1 substantia patitur, indemnitati suae consulere permissum est. Cum itaque contra iuris
rationem res iure dominii teneas eius qui bonis cessit, creditorem te dicens, longi temporis
praescriptione petitorem submoueri non posse manifestum est. quod si non bonis eum
cessisse, sed res suas in solutum tibi dedisse monstretur, praeses prouinciae poterit de
proprietate tibi accommodare notionem.
5 IDEM AA. ET CC. MYRONI. Propter honorem municipalem uel munus bonis [B 9, 5, 13]
cedentium inuidiosam admitti cessionem minime conuenit, sed his obnoxios pro modo substantiae fungi.
6 APVD ACTA IMP. THEODOSIVS A. DIXIT: In omni cessione bonorum [Th. 4, 20, 3 B 9, 5, 14]
ex qualibet causa facienda scrupulositate priorum legum explosa[1] professio sola quaerenda
est. IDEM DIXIT: In omni cessione sufficit uoluntatis sola professio. D. K. MAI. HONORIO
NP. ET EVODIO CONSS. a. 386
7 IMP. IVSTINIANVS A. IVLIANO PP. Cum et filii familias possint habere [B 9, 5, 15]
substantias, quae patribus adquiri uetitae sunt, nec non peculium uel castrense uel quod
patre uolente possident, quare cessio bonorum eis deneganda sit? cum, etsi nihil in suo
censu hi qui in potestate sunt parentum habeant, tamen, ne patiantur iniuriam, debet
bonorum cessio admitti. si enim et pater familias admittendus est propter iniuriarum
timorem ad cessionis flebile ueniens adiutorium, quare filiis familias utriusque sexus hoc
ius denegamus? cum apertissimi iuris est et inter patres familias et alieno iuri subiectos,
si quid postea eis pinguius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse a creditoribus legitimo modo auelli. D. X K. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531
8 IDEM A. IOHANNI PP. Cum solito more a nostra maiestate petitur, ut ad [B 9, 5, 16]
miserabilis cessionis bonorum homines ueniant auxilium et electio detur creditoribus uel
quinquennale spatium eis indulgere uel bonorum accipere cessionem, salua eorum uidelicet
existimatione et omni corporali cruciatu semoto: quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus uoluerint quinquennales dare indutias, alii autem iam nunc cessionem accipere
1 uelint, qui audiendi sunt. In tali itaque dubitatione minime putamus esse ambiguum, quod
sentimus et quod humaniorem sententiam pro duriore elegimus. et sancimus, ut uel ex
2 cumulo debiti uel ex numero creditorum causa iudicetur. Et si quidem unus creditor aliis
omnibus grauior in summa debiti inueniatur, ut omnibus in unum coadunatis et debitis
eorum computatis ipse alios antecellat, ipsius sententia obtineat, siue indulgere tempus
3 siue cessionem accipere desiderat. Si uero plures quidem sint creditores, ex diuersis autem

*V* (*deficit in u.* 11 praescriptione) *L* (71, 3. 6. 72 *R* 5 [71, 7 *in fine huius libri suppl. l*]) *CRM*

[1] scrupulositate p. l. explosa *om. Th.*

1 impp.] mp. *R* | ualens *R*, ualerius *M* | et *om. L* | gallianus *M* | et ual nob. c. *om. M* | nou. cc. lenillae *V*, nouies (*uel* nobies) c. lenille *S*, nob. c. lemillae *L*, nob. conenillae *R* 2 cesserit *L* 3 mancipatae *LR*$^a$ | inquiri *L*$^a$ 4 debet *L*$^a$ | *s. a. V* 5 chilo *S* 6 parentum *RM*$^b$ 8 dominium *R*$^a$ | detinere *CRM* | remedium *VM*$^a$ 9 indempnitatis sine (sue *R*$^b$) *R* 10 te *om. VC*$^a$*?M*$^a$ 12 sed *om. R*$^a$*?M*$^a$ | suas] so..s *R*$^a$ 14 aa. et cc.] a. *M* 15 cessione *R* 17 apud acta *om. LRM*$^b$ | a. *om. LC* 19 successione *L* | uoluntas *M*$^a$ | professione *L* | *s. a. Th.* 21 iustinianus *om. M* | iulio *R*$^a$ 22 sint *M* | uel castr.] castr. *R* 23 cum] eum *R* | in] *C*, uel in *lRM* 24 hi *om. R* | parentium *lR*$^a$, parenparentum *M*$^a$ 26 filius *l* 27 est] sit *C* | patrem *M* | et] *lM*, et in *CR* | alieni iuris *l* 28 quis *R* | eis (ei *C*) pinguius *om. R*$^a$ 29 *s. a. l Miraeus* | lampp. *l* 34 aemoto *C*$^a$ | quidem *R*$^a$*M*$^a$*?* 36 minime] *CR*$^a$*?*, nemini *R*$^b$*M* 37 eligimus *R* 40 antecedat *R* 41 qui desint *R*

quantitatibus, et nunc amplior debiti cumulus minori summae praeferatur, siue par siue
discrepans numerus est creditorum, cum non ex frequentissimo ordine feneratorum, sed
4 ex quantitate debiti causa trutinatur. Pari autem quantitate debiti inuenienda, dispari
uero creditorum numero, tunc amplior pars creditorum obtineat, ut, quod pluribus placeat,
5 hoc statueretur. Sin uero undique aequalitas emergat tam debiti quam numeri creditorum,
tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinant sententiam non cessionem exigentes, sed
6 indutias. Nulla quidem differentia inter hypothecarios et alios creditores quantum ad hanc
electionem obseruanda: in rebus autem officio iudicis partiendis suam uim singulis credi-
7 toribus habentibus, quam eis legum praestabit regula. Nullo praeiudicio creditorum cui-
dam ex quinquennii dilatione circa temporalem praescriptionem generando. a. 531—532

## LXXII

## ℞ DE BONIS AVCTORITATE IVDICIS POSSIDENDIS SEV VENVMDANDIS ET DE SEPARATIONIBVS ℞

1 Imp. Antoninvs A. Atticae. In bonis mortui potiorem esse causam lega- [B 9, 7, 50
tariorum, qui eum utpote heredem conuenire potuerunt, quam eorum, quibus ipse legauit,
manifestum est, cum prius legatum quasi aes alienum exigitur, legatum autem a mortuo
relictum post debiti detractionem inducitur.

2 Imp. Gordianvs A. Aristoni. Est iurisdictionis tenor promptissimus [B 9, 7, 51
indemnitatisque remedium edicto praetoris creditoribus hereditariis demonstratum, ut quo-
tiens separationem bonorum postulant, causa cognita impetrent. praeoptabis[1] igitur con-
uenientem desiderii tui fructum, si te non heredum fidem secutum, sed ex necessitate ad
iudicium eos prouocare demonstraueris.

3 Idem A. Clavdianae. Ex contractu, qui cessionem rerum antecessit, debi- [B 9, 7, 52
torem contra iuris rationem conuenies, cum eum aequitas auxilio exceptionis muniat ac
tunc demum iteratam possis desiderare conuentionem, cum tantum postea quaesiit, quod
praesidem ad eius rei licentiam debeat promouere.

4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Clearchianae. Inciuile [B 9, 7, 53
est, quod postulas, ut unus ex chirographariis creditoribus debitoris bona compellatur
suscipere, satis ceteris eius creditoribus facturus. a. 293

5 Idem AA. et CC. Abydonio. Si bona debitoris tui uacare constet et haec [B 9, 7, 54
a fisco non agnoscantur, in possessionem eorum mitti te a competenti iudice recte postu-
labis. xvii k. Ian. AA. conss. a. 293

6 Idem AA. et CC. Agathemero. Pro debito creditores addici sibi bona [B 9, 7, 55
debitoris non iure postulant. unde si quidem debitoris tui ceteri creditores pignori res
1 acceperunt, potiores eos, quam te chirographarium creditorem haberi non ambigitur. Quod
si specialiter uel generaliter nemini probentur obligatae ac sine successore communis

*P* (72 ℞ 5) *L* (72 ℞ 5) *CRM*

---

[1] reportabis (*Russardus*)?

---

1 minoris $C^a R$ 2 est] ex $R^a$ | frequentatissimo *R* 3 inuenta $C^b$, inueniend. $M^a$ 4 quid $M^a$ 5 statuetur $C^b$ 7 nullam *C* | differentiam $CR^b$, differentias $R^a$ | hypothecarias $C^a M^a$, hypothecariam $R^a$ 8 obseruandam *CR* 12 possidentis seu uenundendis *C*, possedisse uenundis *S* 13 reparationibus *P*, reparationibus bonorum *S*: bonorum *om. et B et Dig.* 42, 6 14 antonius *M* | atticiae *S*, ameae *R* 15 heredum $R^a$ | legaui $R^a$ 16 quasi ... legatum *om.* $M^a$ 17 relicto *R* | retractationem $C^a R M^a$, retractionem $C^b$ 18 propmtissimus *R* 20 postulatur $R^a$ | impetrarent *R* 21 tui *om.* $R^a$ | subsecutum *C* 23 claudiano *M* | ex] x *R* 24 aequalitas $M^a$ | ac] at *R* 25 iteram $R^a$, iterato $M^a$ | possit *R* | quaesiuit *R* 26 licentia $M^a$ 27 et cc. *om. S* | clearcianae *S*, cleartinae *C*, claretiae *R*, clearcine *M* 29 ceteris] et $R^a$, *om.* $R^b$ 30 idem] impp. diocl. et max. *PL* | a. et c. *R* | abydonio] *S* (*Heimbach*), abydomo *S* (*Bluhme*), abdimo *PL*, abidimo *CRM* | constat *R* | hoc *R*, *om. PL* 31 cognoscantur *R* | possessione $RM^a$ | te *om. C* | a *om.* $M^a$ 32 *s. a. PL Miraeus* 33 agathemero] *S*, agathemoro *CM*, agithemero *R* 35 acceperint *R* | cyrogropharium *R* 36 si gener. tibi special. *R* | successione $M^a$

debitor uel heres eius decessit, non dominii rerum uindicatione, sed possessione bonorum itemque uenditione aequali portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

7 IDEM AA. ET CC. DOMNO. Si uxor tua pro triente patruo suo [4, 16, 6 mut. B 9, 7, 56] heres extitit nec ab eo quicquam exigere prohibita est, debitum a coheredibus pro besse petere non prohibetur, cum ultra eam portionem qua successit actio[1] non confundatur. sin autem coheredes soluendo non sint, separatio postulata nullum ei damnum fieri patiatur. D. K. DEC. CC. CONSS. a. 294

8 IDEM AA. ET CC. AELIDAE. In possessionem rei seruandae uxor defuncti [B 9, 7, 57] uel alii creditores missi dominium ex hac causa tenentes adipisci minime possunt. SVB DIE VI K. IAN. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

9 [2]IDEM AA. ET CC. *AVRELIO* GERONTIO. Cum proponas eum contra quem [B 9, 7, 58] supplicas ex administratione tibi negotiorum obligatum, hunc secundum iuris rationem adito rectore prouinciae potes conuenire. nam si ad circumscriptionem tui iuris latitat nec defendatur et eum tuum esse debitorem constat, ad exemplum edicti bonorum eius possessionem poteris impetrare. tempore autem transacto etiam uenditionem eorum a competenti iudice postulare non prohiberis. D. XIIII K. SEPT. DIOCLETIANO VII ET MAXIMIANO VI[3] AA. CONSS. a. 299

10 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Cum apud ueteres quaestionem ortam [B 9, 7, 59]
inuenimus super pecuniis debitis, pro quibus hypothecae non sunt constitutae, propter res
ad debitorem pertinentes, dum is seueriores creditores formidans sese celauerit, et illi de
rebus ad eum pertinentibus competentia ingrediantur iudicia postulentque in possessionem
rerum sese transmitti, si etiam alii creditores, quibus obnoxius esse uidetur, possint quan-
dam habere communionem in rerum possessione: huiusmodi dubitationem amputantes
censemus per praesentem generalem diuinam constitutionem, ut, si non omnes huiusmodi
debita praetendentes, sed ex his certi ab iudiciali sententia in possessionem rerum mittan-
tur, non solum hi, sed etiam alii omnes talia debita praetendentes eadem commoditate
potiantur et possint cum prioribus rerum detentatoribus communionem habere in rebus,
de quibus (sicut superius declaratur) prolata fuit sententia. quid enim iustius est, quam
1 omnes, qui ad res debitoris mitti debent, esse participes huiusmodi commoditatis? Vt autem
non in perpetuum aliorum neglegentia illi, qui pro suis debitis alacriores creditoribus aliis
ostenduntur fuisse, praegrauentur, rectum nobis esse uidetur tunc communionem habere
in possessionem rerum alios creditores, qui non hoc peregisse noscuntur, cum praesentes
quidem in una eademque degentes prouincia, in qua et possessores rerum commorantur,
intra duorum annorum spatia, absentes autem intra quadriennium creditoribus possessio-
nem antelato modo detinentibus suum debitum certum faciant et expensas secundum quan-
titatem debitorum persoluant eis, qui sententias consecuti sunt, per sacramentum mani-
festandas eorum, qui eas adipiscendae gratia possessionis rerum sustinuerunt, quia et
1a secundum debita satis eis fieri explorati iuris est. Post completum autem memoratum
tempus nullam eis esse licentiam eos qui possessionem adepti sunt molestare uel quibus-

*S* (72, 8) *P* (72, 8...10) *L* (72, 8...10) *CRM*

[1] petitio *l. gem.* [2] *iunge* 3, 21, 1. 4, 50, 7 [3] Diocletiano ... VI *om. leges iungendae*

1 heredes *R* | possessionem *R* 4 aa.] a. *R* | domino *C* 5 est] est *st $R^a$ 7 sunt *R* | postulata separatio (—tione *libri*) *l. gem.* 8 *s. a. l. gem.* 9 aelidae] gerentio *R* | possessione *R* 10 hac *om. S* | *s. a. SP* | sub die VI] xuii *P* 11 nicena *S*, mc. *P* 12 aurelio] 40, 50, 7, *om. libri* | geronuo *S* (*Heimbach*), ieruntio *M* 14 potes] ptes $M^a$ | lateat *C* 15 et *om.* $P^a$ | ad] a $L^a$ | edicti] interdictorum edicti $L^a$ 16 uenditione *R* 17 *s. a. PL Miraeus* | d. *om. PL* | VII *om. Mir.* 18 VI *om. Mir.* 19 ortam] motam *C* 21 pertinentis *PL* | seuerioris $L^a$ | formidaris $M^a$ | sese celauerit *bis* $M^a$ 23 trasmitti *P* | obnoxii esse uidentur $P^cL^c$ | quantam $P^a$ 24 in *om. R* | possessionem *PL*, *inc.* $R^a$ 25 diuinam] legem sanccimus diuinam $L^a$ | huiusmodo $P^a$ 26 ab] a $PLR^b$ | possessione $M^a$ 27 eandem commoditatem $M^a$ 28 posscit *PL* | detentatoubus $P^a$, detentoribus $P^bL$ 29 sicut sup.] ********us $L^a$, *om. P* | quid] quod $P^a$ | iustis $L^a$ 30 commodatis $M^a$ 32 recte *CM*, rec**eum $R^a$, rectum eum $R^b$ | communem $L^a$ 34 edemque $P^a$ 36 antelato] lato *L* 37 persoluent $M^a$ 39 eis] ei *PLR* | expletum *PL* 40 nulla eis esse licentia *PL* | adempti *PL* | quibus $M^a$

dam damnis adficere: actiones autem, quas ex legibus sibi competere putauerint, contra
2 suos exercere debitores. Sin autem hi qui detinent possessiones uel ex sententia iudicis res uendiderint uel alio quocumque legitimo modo omne ius, quod in isdem rebus habere noscuntur, in alias personas post definitum a nobis tempus transtulerint et certas pecunias acceperint, quidquid superfluum inuentum fuerit uel amplius quam eis debetur, hoc modis omnibus necesse est eos praesentibus tabulariis signare et in cimeliarchio sanctae ecclesiae illius ciuitatis, in qua huiusmodi contractus celebratur, deponere: attestatione uidelicet prius per memoratos tabularios conscribenda, praesente etiam eo qui res uendiderit uel in alias personas transtulerit, ut per eam manifestetur tam quantitas pecuniarum, quae pro uenditione rerum uel translatione praestitae sunt, quam earum, quae superfluae post dissolutum debitum inueniantur, ut, si quis postea creditor apparuerit et debiti cautionem ostenderit, possit ex his satis sibi facere, prius scilicet rectore prouinciae sine aliquo damno causae faciente examinationem et non concedente nec uiros reuerentissimos oeconomos uel cimeliarcham sanctae ecclesiae, in qua pecuniae deponuntur, aliquod detrimentum uel dispendium sustinere, per suam autem interlocutionem creditorem praecipiente
3 secundum modum debiti ex depositis pecuniis suum accipere debitum. Vt autem non liceat creditori in uenditione uel translatione rerum dolum uel aliquam machinationem uel circumscriptionem facere, iubemus attestatione super hoc celebranda apud defensorem locorum gestis interuenientibus insinuari, siue tantum ex pretio, quantum debetur, siue plus siue minus colligitur, et praesentibus non tantum, sicut dictum est, tabulariis, sed etiam uiro reuerentissimo cimeliarcha, apud quem, si ita contigerit, superfluae pecuniae signatae deponendae sunt, iusiurandum sacrosanctis euangeliis propositis uenditorem uel translatorem rerum praestare, quod neque per gratiam emptoris uel eius, ad quem res iure cessionis transferuntur, nec dolo aliquo interueniente minorem iusto rerum pretio quantitatem acceperit, sed *e*am, quam re uera cum omni studio pot*u*erit inuenire. D. XV K. NOV.
CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. ANNO SECVNDO. a. 532

## LXXIII

## ℞ DE PRIVILEGIO FISCI ℞

1 IMP. ANTONINVS A. EVTROPIAE. Bona mariti tui si ob reliqua administrationis primipili a fisco occupata sunt, res, quas tuas esse liquido probaueris, ab aliis separatae tibi restituuntur. [B 9, 9, 1]

2 IDEM A. VALERIANAE. Quamuis ex causa dotis uir quondam tuus tibi sit condemnatus, tamen si prius, quam res eius tibi obligarentur, cum fisco contraxit, ius fisci causam tuam praeuenit. quod si post bonorum eius obligationem rationibus meis coepit esse obligatus, in eius bona cessat priuilegium fisci. PP. XIIII K. NOV. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. [B 9, 9, 2]
a. 213

3 IDEM A. IVLIANAE. Si, cum pecuniam pro marito solueres, neque ius fisci in te transferri impetrasti neque pignoris causa domum uel aliud quid ab eo accepisti, [B 9, 9, 3]

*P* (72, 10) *L* (72, 10) *CR* (*$R^a$ om.* 73) *M W* (*ad* 73)

---

1 damnis] damus $C^a$ 2 suo $R^a$ | poscessionem *PL* | sententiam $R^a$?, sententias $M^a$? 3 in *om.* $M^a$ 4 a nobis *cum ueteribus quibusdam libris omittunt Alciatus* (*Dispunct.* 1, 19) *et Cuiacius* (*Recitationes ad h. l.*): *cf. tamen Bethmann-Hollweg Civilprocess* 3 *p.* 321 5 quam *om.* $M^a$ 7 contractos *PL*, contracti $R^a$ | celebrantur *L* | atestatone $L^a$ 8 memoratus $M^a$ | eo] eos *R* 9 eas *R* | quantitatis $PL^bM^a$ | pecuiarum $M^a$ 10 dis- dissolutum *R* 11 inueniuntur *R* 13 nec] ne $M^a$ 14 aliquid $M^a$ 17 licet $P^a$ | translactione $P^a$, transactione *L* 18 attestationem s. h. celebrandam (celebra** $M^a$) *PLRM* | defensorum $C^a$ 21 contingerint *R* 22 ponende $PL^a$ | propos.] prop. euuageliis $L^a$ 23 quid $P^a$ | gratia $M^a$ | uel] ad uel $P^a$ 24 successionis $L^a$ | nec] ne $M^a$ 25 acceperint *R* | eam] *N*, etiam *PLCRM* | cum *om. PL* | omnium *R* | poterit *libri* | *s. a. PL Miraeus* 26 cons. lamp. et or.] consulam. p (= per) honor. *P*, consul. lamp. p hon. *L* 29 antonius *M* | eutrophiae *S* 30 primipilariae *MW:* ὡς χρεωστοῦντος primipίλιον (PRποιPιλιον *Coisl.*) *B* | a *om.* $CM^a$ 31 restituantur *M* 32 a.] a. et c. *S*, aa. *C* | baleniane *W* 35 *s. a. Hal.* 37 pecunia $M^a$ 38 transferre $M^a$? $W^a$

habes personalem actionem nec potes praeferri fisci rationibus, a quo dicis ei uectigal denuo locatum esse, cum eo pacto uniuersa, quae habet habuitue eo tempore, quo ad conductionem accessit, pignoris iure fisco teneantur. salua igitur indemnitate fisci debitorem tuum pro pecunia, quam pro eo fisco soluisti, more solito conuenire non prohiberis. PP. III K. IAN. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

4 IDEM A. QVINTO. Si debitor, cuius fundum fuisse et ipse confiteris, prius eum [B 9, 9, 4] distraxit, quam fisco aliquid debuit, inquietandum te non esse procurator meus cognoscet. nam etsi postea debitor extitit, non ideo tamen ea, quae de dominio eius excesserunt, pignoris iure fisco potuerunt obligari. PP. III K. IVL. LAETO II ET CEREALE CONSS. a. 215

5 IMP. ALEXANDER A. MAGNAE. Pecunia, quam creditor a debitore suo recepit, [B 9, 9, 5] si postea ex iusta causa fisco restituenda erit, sine usuris debetur, quia non fenus contractum, sed suum recuperatum extraordinario iure aufertur. PP. XV K. IVN. FVSCO ET DEXTRO CONSS. a. 225

6 IMP. GORDIANVS A. SEVERIANAE. Cum patrem tuum fisci debitorem fuisse [B 9, 9, 6] demonstres eumque nubenti tibi possessionem dedisse adleges, procuratorem ius fisci exsequentem eam iure pignoris reuocare potuisse intellegis. PP. NON. IVL. SABINO ET VENVSTO CONSS. a. 240

7 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ET VALERIANVS C. DIODORO. Si in [B 9, 9, 7] te ius fisci, cum reliqua debitoris, pro quo satisfaciebas, tibi competens iudex adscripsit et[1] transtulit, ab his creditoribus, quibus fiscus potior habetur, res quas eo nomine tenes non possunt inquietari. PP. XV K. IVN. AEMILIANO ET BASSO CONSS. a. 259

## LXXIIII

## ℞ DE PRIVILEGIO DOTIS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. FIRMO. Scire debes priuilegium dotis, [B 9, 9, 8] quo mulieres utuntur in actione de dote, ad heredes non transire. PP. K. MAI. POMPEIANO ET AVITO CONSS. a. 209

## LXXV

## ℞ DE REVOCANDIS HIS QVAE PER FRAVDEM ALIENATA SVNT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. CAESIAE. Si heres post aditam hereditatem ad eum [B 9, 8, 26] cui cessit corpora hereditaria transtulit, creditoribus permansit obligatus. si igitur in fraudem tuam id fecit, bonis eius excussis usitatis actionibus, si tibi negotium fuerit[2] gestum, ea quae in fraudem alienata probabuntur reuocabis. PP. II ID. OCT. ANTONINO A. IIII ET BALBINO CONSS. a. 213

*P* (74) *L* (74) *CR* (*R*ᵃ *om.* 73) *M W* (*ad* 73)

---

[1] et *del.* [2] offuerit?

---

1 actione *M*ᵃ | potest *M*ᵃ 2 facto *C* | habet] habuit *C*ᵃ, •bet *M*ᵃ | habueritue *W* | conductorem *W* 3 tenentur *MW* | debitum *W*ᵃ 4 fisco *om. M*ᵃ 5 *s. a. Hal.* 6 cohinto *SC*, cointo *W*, *recte fortasse ad Graecum* Κόϊντος 7 inquetandum *W*ᵃ | meus] eius *C* 8 etsi] si *MW*ᵃ | domino ex eius *W* 9 poterunt *CM*ᵃ | *s. a. Hal.* | cereali *Hal.* 10 pecuniam *CM*ᵃ*W*ᵃ | recipit *M*ᵃ 11 iusta *om. M*ᵃ 12 reciperatum *M*ᵃ | auferatur *C*ᵃ | *s. a. Hal.* 14 seuerine *S*, seu. *W*: *possessionem filio in donationem ante nuptias cessisse statuunt B* 15 demonstrares *uel* demonstrans *M*ᵃ | nubenti] nuben *M*ᵃ 16 ea *M*ᵃ | *s. a. Hal.* 18 imppp. *M*, *om. S* | ualentinianus *S*, ualerianum *M*ᵃ | aa. et (et *om. W*) ual. c.] et ualens aaa. et c. *S*, et ualerius aaa. *M* 21 possint *M*ᵃ | *s. a. Hal.* 25 actiones *R* | heredem *RM*, κληρονόμους *B* | *s. a. Hal. PL* pompeio et adisno *PL* 28 alienati *S*, alienate *R* 30 antonius *M* | caesiae] *R*, cesiae *CM*, cassiae *S* 31 gessit *R*ᵃ | igitur *om. R* 32 id] his *R*ᵃ | si tibi] sicut *libri Cuiacii* (*obseru.* 7, 40) 33 fraude *M*ᵃ | *s. a. Hal.*

2 Imp. Alexander A. Symphorianae. Si successione patris abstenta fuisti, ob ea quae in dotem data sunt conuenire te creditores nequeunt, quibus pignerata in dotem data non docentur, nisi bonis defuncti non sufficientibus in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur. PP. x k. Ivl. Probo[1] et Maximo conss. [B 9, 8, 27] a. 232?

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Acyndino. Si paterna hereditate abstinuisti nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis iure transscriptum est, a priuatis creditoribus praeses prouinciae conueniri te non patietur. PP. x k. Ivl. ipsis iiii et iii AA. conss. [B 9, 8, 28] a. 290

4 Idem AA. et CC. Epagatho. Filios debitoris ei succedentes uelut in creditorum fraudem alienatorum facultatem reuocandi non habere notissimi iuris est. Svbscripta x k. Mai. AA. conss. [B 9, 8, 29] a. 293

5 Idem AA. et CC. Crescentino. Ignoti iuris non est aduersus eum, qui sententia condemnatus intra statutum tempus satis non fecit nec defenditur, bonis possessis itemque distractis per actionem in factum contra emptorem, qui sciens fraudem comparauit, et eum, qui ex lucratiuo titulo possidet, scientiae mentione detracta creditoribus esse consultum. S. x k. Nov. AA. conss. [B 9, 8, 30] a. 293

6 Idem AA. et CC. Menandrae. Si actu sollemni praecedentem obligationem peremisti, perspicis aduersus fraudatorem intra annum in quantum facere potest uel dolo malo fecit, quo minus possit, edicto perpetuo tantum actionem permitti. [B 9, 8, 31]

*C R* (*R^a om.* 75, 2. 5) *M W* (*ad* 75, 2. 5)

---

[1] Lupo (*Beck*)?

---

1 simpronianae *CW*, simfroniace *M* | abstenta] contenta *C^a?M^a* 2 dotem] dotae *M^a* | pignorata *W* 3 ceditorum *M^a* 4 *s. a. Hal.* 5 acendino *R* 6 fraude *R* 7 conuenire *RM* | *s. a. Hal.* 9 aa.] a. *R* | ephagato *S*, apagato *R* | creditorum in *C*, in *om. M^a?* 10 reuocandis *R^a* | *s. a. Hal.* 12 est non *W^a* 15 creditoribus] cr. suis *CW^b* 16 *s. a. Hal.* 17 idem ... sollemni *bis R^a* | menander *S* | actus *R*, actum *M^a* 18 in *om. R* 19 quo] id quo *R*, quod *C^a*

# LIBER OCTAVVS

## I

## ℞ DE INTERDICTIS ℞

1 [1]IMP. ALEXANDER A. *APRO* EVOCATO. Cum proponas radicibus arborum [B 58, 10, 26] in uicina Agathangeli area positis crescentibus fundamentis domus tuae periculum adferri, praeses ad exemplum interdictorum, quae in albo proposita habet: 'Si arbor in alienas 'aedes impendebit', item: 'si arbor in alienum agrum impendebit', quibus ostenditur ne per arboris quidem occasionem uicino nocere oportere, rem ad suam aequitatem rediget. PP. VII K. APRIL. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

2 [2]IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. MESSIAE. Praeses prouinciae in eum, qui eiusdem prouinciae non est, nec ex interdicto potest cognoscere. PP. VII K. MAI. SAECVLARE ET DONATO CONSS. a. 260

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. POMPEIANO. [B 58, 10 p. 207 not. c Πεῖρα 40, 9] Incerti iuris non est orta proprietatis et possessionis lite prius possessionis decidi oportere quaestionem competentibus actionibus, ut ex hoc ordine facto de dominii disceptatione probationes ab eo qui de possessione uictus est exigantur. interdicta autem licet in extraordinariis iudiciis proprie locum non habent, tamen ad exemplum eorum res agitur. SVBSCRIPTA V K. IAN. SIRMI AA. CONSS. a. 293

4 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA.[3] AEMILIANO PV. Si quis [Th. 2, 4, 6 B 58, 10 not.] quodlibet interdictum efflagitet, ruptis ueteribus[4] ambagibus inter ipsa cognitionum auspicia rationem exprimere ac suas adlegationes iubeatur proponere. D. XIII K. AVG. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. VI ET PROBO CONSS. a. 406

*V P* (1 ℞ 2 ℞ 1, 1: 1, 2. 3 *bis tam post* 4, 5 *quam post* VII, 72, 5) *L* (1 ℞ 2 ℞ 1, 1...3) *CRM*

---

[1] *iunge* 8, 10, 3. 8, 52, 1 [2] *iunge* 3, 20, 1 [3] imppp. Arcadius Honorius et Theodosius AAA. *Th.* [4] ueteribus] denuntiationum *Th.*

---

3 interiectis *S* 4 apro euocato] *scripsi*, apro 8, 52, 1, euocato *libri tam hoc loco quam ad* 8, 10, 3 | radicibus *om. Vᵃ* (*suppl. manus secunda*) 5 uicinia *R* | angeli *PL*, agathange *Rᵃ* | positus *Mᵃ* | adferre *CR* 6 propositas *L* 7 impedit *PLᵃ*, impendit *Lᵇ* | impedit *PLᵃ?* | ne] nec *CMᵇ* 8 per a. q. occasionem] a. q. occasione *C* | uicino] ui.o *Lᵃ* | rem *om. Cᵃ* | redigeret *Rᵃ* 9 *s. a. V Hal.: in L extat* pp. | VII] 8, 10, 3. 8, 53, 1, VI *Hal.*, u *V* | et] II et *Hal.* 10 imp. *L*, mp. *P utroque loco* | ualerius *M* | gallianus *M*, gal. *PL* | aa.] a. *PL* 11 nec] nex *Pᵃ altero loco* | agnoscere *V* | *s. a. V Hal. P utroque loco L* | pp.] p. *PL* | VII] ui *V* | saec. (seculari *Hal.*) et d. conss. *om. L* 13 impp.] mp. *P utroque loco* | a. et c. *P utr. l.*, aa. et c. *L*, et cc. *om. S* 14 proproetatis *Lᵃ* | lite prius possessionis *om. Vᵃ* (*suppl. manus secunda*) *Nᵃ*, lite *om. Lᵃ* 15 compentibus *P altero loco* | actionibus *om. Lᵃ* 16 qui] quod *P altero loco* 17 in] sine *P utr. l. Lᵃ* | non *om. Vᵃ* (*suppl. manus secunda*) 18 *s. a. V Hal. P utroque loco L* | subscr. *om. PL* | v] *V*, *om. Hal. PL* | sermio *PL* | aa. conss.] *V*, ipsis aa. coss. *Hal.*, a. et cons. *P altero loco*, a. (a. *om. Pᵃ*) conss. *P altero loco*, a. conconss. *L* 19 aemil. *V* | pu.] pp. *CRM* | *ad uerba* si quis q. int. *in marg. addit* quid | *Vᵇ* (*manus secunda*) | eruptis *R* 21 rationes *Rᵃ*, actionem *CMᵃ*, actionum (—nes *Rᵇ*) *Rᶜ* | *s. a. Th. V Hal.* | aug. const. *om. Hal.*, const. *om. V*

## II

## ℞ QVORVM BONORVM ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. IVSTO. Hereditatem eius, quem patrem [B 40, 9, 3 tuum fuisse dicis, petiturus iudicibus qui super ea re cogituri erunt de fide intentionis adlega. quamuis enim bonorum possessionem ut praeteritus agnouisti, tamen interdicto quorum bonorum non aliter possessor constitui poteris, quam si te defuncti filium esse et ad hereditatem uel bonorum possessionem admissum probaueris. PP. VIII K. IAN. LATERANO ET RVFINO CONSS. a. 197

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. MARCO. Si ex edicto [B 40, 9, 4 sororis patruelis intestato sine liberis defunctae recte petita bonorum possessione quaesisti successionem ac negotium integrum est, quae cum moreretur eius fuerunt, secundum edicti quorum bonorum tenorem ab his, qui pro herede uel pro possessore possident doloue malo fecerint, quo magis desierint possidere, tibi rector prouinciae restitui efficiet. S. VI K. APRIL. CC. CONSS. a. 294

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PETRONIO VICARIO [1]. Constat [Th. 4, 21, 1 B 40, 9, 5 uirum a bonis intestatae uxoris superstitibus consanguineis esse extraneum, cum pruden-
1 tium omnium responsa et lex ipsa naturae successores eos faciat. Ergo iubemus, ut omnibus frustrationibus amputatis per interdictum quorum bonorum in petitorem corpora transferantur, secundaria actione proprietatis non exclusa. D. VI K. AVG. MEDIOLANI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

## III

## ℞ QVOD LEGATORVM ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. LATINAE. Heredi scripto [B 41, 2, 10 satis idonee lege Falcidia, si exhausta legatis successio probetur, per quartae retentionem
1 prospectum est. Vnde si legatarius uel fideicommissarius non consentiente patre tuo, quem adseueras testatori successisse et bonorum possessionem accepisse, relicta sibi legata uel fideicommissa detinuit, secundum sententiam interdicti, quod aduersus legatarios scriptis heredibus propositum est, oblata satisdatione, quam praestari oportet, in possessione constitui, ut ita retentione competenti utaris, experiri potes. D. XVI K. IAN. AA. CONSS. a. 293

*V P* (2, 3) *L* (2, 3) *CRM*

---

[1] Hispaniarum *addit Th.*

---

2 quorum bonorum] de interdictis unde uir et uxor *ante c.* 3 *h. t. ins. pL, om. P* 4 intentiones *V* 5 possessionem (—ne *R*) ... 6 bonorum *om.* $C^a$ | peteritis $M^a$ 6 et *om.* $C^a$ 7 uel] ut $M^a$ | *s. a. V Hal.* 9 et cc. *om. M* | edicto] interdicto $C^a RM^a$? 10 intestatae *CRM* | recte *om.* $RM^a$ 11 edicti] interdicti $C^b M$ 13 *s. a. V Hal.* | s.] pp. *Hal.* 15 petro *S* 16 a bonis intestae ux. $V^a$, ab intestatae ux. bonis *Th.* | cum] ut uxorem cum $L^a$ 17 omnium] *C Th.*, omnia *VPLRM* | et] tum *Th., om.* $V^a$ | ipsa naturae] ex ipsa natura $PLR^a$ | ergo] ego $M^a$ 18 frustationibus *R* | petitore *PL* 19 transferentur $PL^a$ | secundaria] $C^b$ *Th*, secundum $V^a$, secundum *uel* secunda $V^b$, secunda $PLC^a RM$ | *s. a. Th. V Hal. PL* | VI *om. PL* | mediolani] *Hal.* $PL^b$, mediolano $L^a$, med. *V*, mediol. *libri Th.* 20 procano *PL* 22 quod] quorum *CR* 23 et cc. *om. M* 24 facidia $R^a$ | exaustra $R^a$ 25 non] no $M^c$ 26 successe $R^a$ 27 deicommissa *R* 28 ablata $C^a$ 29 conpenti $R^a$ | potest $M^a$ | *s. a. V Hal.*

# IIII

## ℞ VNDE VI ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Theodoro. Recte possidenti ad [B 50, 3, 48] defendendam possessionem, quam sine uitio tenebat, inculpatae tutelae moderatione illatam uim propulsare licet. PP. xv k. Dec. ipsis iiii et iii AA. conss. a. 2

2 Idem AA. et CC. Alexandro. Vi pulsos restituendos esse interdicti exemplo, [B 50, 3, 49] si necdum annus excessit, certissimi iuris est, et heredes teneri in tantum, quantum ad eos peruenit. S. AA. conss. a. 29

3 Idem AA. et CC. Vlpiae et Proclinae. Auctoritatem uobis rescripti [B 50, 3, 50] nostri tenendae possessionis, quam uos per uiolentiam adeptas profitemini, commodari nimis improbe postulatis. S. viii id. April. CC. conss. a. 294

4 Idem AA. et CC. Hygino. Si de possessione ui deiectus es, eum et legis [B 50, 3, 51] Iuliae uis priuatae reum postulare et ad instar interdicti unde ui conuenire potes, quo reum causam omnem praestare, in qua fructus etiam, quos uetus possessor percipere potuit, non quos praedo percepit, uenire non ambigitur. S. iiii id. April. Sirmi CC. conss. a. 294

5 [1]Imp. Constantinvs A. ad Tertvllianvm[2]. Inuasor locorum [Th. 2, 26, 1 B 50, 3, 52] poena teneatur legitima[3], si tamen ui[4] loca eundem inuasisse constiterit. nam si per errorem aut incuriam domini loca[5] ab aliis possessa sunt, sine poena possessio restitui debet[6]. D. vi k. Mart.[7] Gallicano et Symmacho conss. a. 330

6 [8]Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Pancratio pv. [B 50, 3, 53. 54] Meminerint cuncti, siue uulgato rescripto mansuetudinis nostrae siue sententia cuiuslibet iudicis utantur in causis, conueniendos dominos locorum esse aut, si forte defuerint, actores eorum ad insinuandas sententias procuratoresque quaerendos, ne inde iniuriarum nascatur occasio, unde iura nascuntur. quod si praecepta nostra implere neglexerint, omni negotio, 1 de quo iurgare coeperant, priuabuntur. Sin autem habito plerumque colludio [Th. 4, 22, 2] curatores uel tutores minorum his rem debitam ea occasione peruadant, ut pupillis uel adultis iurgandi copia et fructus adimatur, his eatenus subuenimus, ut eosdem non atterat damno culpa temeritatis alienae, sed ilico quidem possessio ei a quo est ablata reddatur, curatores autem uel tutores aeterna deportatione punitos bonorum quoque publicatio persequatur. D. prid. non. April. Antonio et Syagrio conss. a. 382

*V P* (4 [℞ *p*] 1...5. 1, 2. 3. 4, 7. 9...11. 6) *LC R* (*u.* 9. 10 *bis* $R^a$) *M*

---

[1] *iunge* 3, 39, 3 [2] u. p. comitem dioeceseos Asianae *addit Th.* [3] legitima] edicti *Th.* [4] ea *ins. Th.* [5] data *ins. Th.* [6] sine ... debet] ipsis solis cedere debent (*uel* debet) *Th.* [7] Bessi (Veronae *Hal.*) *ins.* 3, 39, 3 [8] *cum legis principio iunge* 2, 12, 24

---

3 impp. d. et max.] idem *M* | aa.] aa. et cc. *VS* | theodoro] *SPLM*, theodosius *C*, theod. *V*, thed. *R* | possidenti] possessionem quam sen di *V* 5 *s. a. V Hal. PL* | dec. *om. L* | iiii et iii] iii et iu *P*, iii et iii *L* 6 alex. *VPLR* | pulso $P^a$ 7 execessit $L^a$ | in tantum] intenti $P^a$ 8 *s. a. V Hal. PL* 9 uipiae $P^b$, uipeae $P^a$ | proculinae *S* 10 tenendo $C^a$ | possessiones $R^a$ *altero loco* | adeptas] $P^aR$, ademptam $VC^a$, adeptam $P^bLC^bM$: τὴν βιαίως ληφθεῖσαν νομήν *B* | commodari] *V dett.*, commodare $PLCRM^a$, accommodare $M^b$ 11 *s. a. V Hal. PL* | uii *L* 12 eum] cum $P^bL^bR^b$, *cum $R^a$: eum *quo se rettulit, compilatores uidentur recidisse* | et *om.* $PL^a$ 13 intar $R^a$ | potest $R^a$ | quo reum] $C^b$, *** reum *V*, cum reum $P^tL^tR^a$, cogendum eum $P^vL^vR^bM^a$, quo $C^a$, cur eum $M^b$ 14 uetus] uentus *uel* ueritus $R^a$ 15 non] potuisse non $C^a$ | *s. a. V Hal. PL* | iiii] *P et sic potius quam* ui *V*, vi *Hal. L* | sirmi] firmi et *PL* 16 impp. *R* | ad] a *M* | tertulanum *PL* 17 eadem $PL^aR$ 18 restui *P* 19 *s. a. Th. V Hal. PL* | vi] viii *uel* xviii *Th.* | mart.] *Th. cum* 3, 39, 3, mai. *V Hal. PL* | summacho *PL* 20 imp. *PL*, impp. *CR* | ualentinianus gratianus *S*, gratianus ualerius *M* | et theod. aaa. (aa. *C*, a. *PL*)] thed. dua aa. *R* | pancratio pu.] pangri. *uel* pag. ri. *P*, pag. pu. *L*, panchatio pp. urbis *M* 21 meminerunt *C* 22 auctores $L^a$ 23 quaerendos] esse querendos $PLRM^b$ | nascatur *om.* $V^a$ (*suppl. manus secunda*) 24 iure $V^a$ 25 si *Th.* 26 uel tutores *om.* $P^a$ | ea] ** $R^a$, *om.* $PL^a$ | occasioni $PL^a$ | praenadant $R^a$, praebeant $PL^t$ 28 eis a quibus *PL* 29 punitus $M^a$ 30 *s. a. V Hal. PL cum lege iungenda: in Th.* 4, 22, 2 *et inscriptio et subscriptio diuersa est* | prid.] ii *Hal.* | antonio (antonino *V*) et s. conss. *om. PL*

7 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD MESSIANVM COMITEM RERVM PRIVATARVM. [Th. 4, 22, 3 mut. B 50, 3, 55] Si quis in tantam furoris peruenit audaciam, ut possessionem rerum apud fiscum uel apud homines quoslibet constitutarum ante euentum iudicialis arbitrii uiolenter inuaserit, dominus quidem constitutus possessionem quam abstulit restituat possessori et dominium eiusdem rei amittat: sin uero alienarum rerum possessionem inuasit, non solum eam possidentibus reddat, uerum etiam aestimationem earundem rerum restituere compellatur. D. XVII K. IVL. TREVIRIS [1] TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

8 [2] IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PASIPHILO [3]. [Th. 2, 1, 8 B 50, 3, 56] Momentariae possessionis interdictum, quod non semper ad uim publicam pertinet uel priuatam, mox audiri, interdum etiam sine inscriptione, meretur. D. VIII K. IAN. MEDIOLANI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

1 statum pristinum recipit. Quo genere matre filium redimente, cum huiusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, uoti recipiendi filium cogitatio cum optabili condicione filium ilico matri restituit, ita ut et ciuilium obsequio munerum propter
2 casum praeteritum non excusetur. Pro pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio facti te paenitere ac de pretio quicquam tractare non conuenit: dotem tamen ab eo debitam iure concesso reddi postulas. S. III K. NOV. DEVELTO CC. CONSS. a. 294

18 IDEM AA. ET CC. TRYPHONIANO. Ab hostibus captis ac postliminio reuersis [B 34, 2, 16] pro huiusmodi casu amissa, quae in eadem causa quidem durant, omnimodo directa, quae uero per usucapionem uel liberationem ex bonis subtracta uel non utendo finita esse uidentur, intra annum utilem experientibus actione rescissoria restituuntur. PP. XII K. DEC. CC. CONSS. a. 294

*D* (50, 13. 15...18) *CRM*

---

[1] uitio suo *ins.* (*Mommsen*) [2] s. v. k. Oct. Viminacii CC. conss. *scr.* (*sic Mommsen Zeitfolge p.* 405), *nisi forte haec constitutio loco non suo a compilatoribus inserta est*

---

1 captus *R* | te] se $R^a$ 4 *s. a. Hal.* 5 et cc. *om. M* | quintiniane *R* | commertie $M^a$ 6 sed uirtute] seruitute $M^a$ 7 restituitur rectos $M^a$ | eos *om.* $R^a$ 8 milites nostros eorum defensores esse decet non dominos *M* | *s. a. Hal.* 10 et cc.] *CR*, et c. aurelio *S*, et cc. coloniae *M*, et cc. brine $Q^b$, et cc. quartinae *Hal.*, *om. D* | captam ingenuam *R* | commercio *om.* $D^aRM^a$, red. commertio $D^b$ 11 matrimonio] m. tuo *R* | conuincxit *M* 12 tibi remisso redditos] $CM^b$, remisso reddi tibi *D*, tibi redditos $R^a$, remisso tibi redditos $R^b$, remisso redditos $M^a$ | natalis $R^a$, na***ales $M^a$ | *s. a. Hal.* 13 et cc. *om. M* | peremptam $R^a$ 14 seruitutes $R^a$ | euentus $M^b$ 15 fortunam $R^a$ 16 possit *R* | iniuria *C* | *s. a. Hal.* 18 et cc. *om. D* | mucatraulo] *SD*, cucatraulo *C*, mucat paulo *R*, alucrataulo *M* | captus *om. R* 19 redimetur *D* | et *om.* $DM^a$ | iuram $R^a$ 20 ea] eat $R^a$ | datururum $R^a$ 21 et cc. *om. D* | redemptae] $CR^b$, red. feminae $DR^aM$ 23 *s. a. Hal.* 24 et cc. *om. DM* | diogenio *S*, diogenae *R* 25 domum $R^a$ | hoc] haec *M* | iuditio $D^a$? 26 statim *C* 28 restitui $R^a$ | et *om.* $R^bM$ | numerum $D^aR^a$ 29 praetum $R^a$ | non] non filius *R* | pro pietatis] proprietatis $D^aCRM^a$ | redepto *R* 30 detractare *M* | non *om.* $R^a$ | debitum $D^a$ 31 *s. a. Hal.* | deuellio *Hal.* 32 et cc. *om. D* 33 casu] caus $M^a$ | missa $R^a$ | causa] casu $R^a$ | durauit $R^a$ | derepta $R^a$, dire*ta $M^a$ 34 uel *om. D* | definita *R* | esse] uel non ut esse $R^a$ 35 infra *DCR* | utile *C* | *s. a. Hal.*

19 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD SEVE- | Th. 5, 5, 1 B 34, 2, 17 |
RIANVM DVCEM. Si quos forte necessitas captiuitatis abduxit, sciant, si non transierunt,
sed hostilis inruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare debere,
recepturos iure postliminii ea, quae in agris uel mancipiis seu aliis rebus[1] ante tenuerunt,
1 etsi a fisco nostro possideantur[2]. Nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram,
cum hoc solum requirendum sit, utrum aliquis cum barbaris uoluntate fuerit an coactus.
D. V K. IVL. REMIS GRATIANO A. ET DAGALAIFO CONSS. a. 366

20 [3]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEO- | Th. 5, 5, 2 Sirmond. 16 mut. B 34, 2, 18 |
DORO PP. Diuersarum homines prouinciarum cuiuslibet sexus condicionis aetatis, quos
barbarica feritas captiua necessitate transuexerat, inuitos nemo retineat, sed ad propria
1 redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quicquam in usum uestium uel alimoniae
impensum est, humanitati sit praestitum nec maneat uictualis sumptus repetitio: exceptis
his, quos barbaris uendentibus emptos esse docebitur, a quibus status sui pretium propter
2 utilitatem publicam emptoribus aequum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio
in tali necessitate positis negari faciat emptionem, decet redemptos aut datum pro se pre-
tium emptoribus restituere aut laboris[4] obsequio uel opere quinquennii uicem referre bene-
3 ficii, habituros incolumem, si in ea nati sunt, libertatem. Reddantur igitur sedibus pro-
priis sub moderatione qua iussimus, quibus iure postliminii etiam ueterum responsis
4 (1) incolumia cuncta seruanda[5] sunt. Si quis itaque huic praecepto fuerit conatus obsistere
actor conductor procuratorque, dari se metallis cum poena deportationis non ambiget: si
5 uero possessionis dominus, rem suam fisco nouerit uindicandam seque deportandum. Et
ut facilis exsecutio *pro*ueniat, Christianos proximorum locorum uolumus huius rei sollici-
tudinem gerere: curiales quoque proximarum ciuitatum placuit admoneri, ut emergentibus
talibus causis sciant legis nostrae auxilium deferendum: ita ut nouerint rectores uniuersi
decem libras auri a se et tantundem a suis apparitoribus exigendum, si praeceptum neglexe-
rint. D. III ID. DEC. RAVENNAE HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

*D* (50, 20) *CRM*

---

[1] seu aliis rebus *om. Th.* [2] siue a fisco n. poss. siue in aliquem principali liberalitate transfusa sunt *Th.* [3] *iunge* 1, 4, 11 [4] labore *Th. Sirm.* [5] seruata *Th. Sirm.*

---

1 imppp. ... aaa.] *S Th.*, impp. grat. et ual. aa. *C*, impp. ualt. et grat. aa. *R*, impp. ualerianus gratianus *M* | seuerinum *CM* 2 adduxit $M^{a}$ 4 ea] eam $R^{a}$ | agis $M^{a}$ | seu] seu in *C* 5 mora *C* 6 an] $R^{b}$ *Th.*, ante *C*, forsitan $R^{a}M^{a}$, an forsitan $M^{b}$ 7 *s. a. Th. Hal.* | v] *Hal.*, XII *uel* XVI *uel* XVIIII *Th.* | remis] romae *Hal.* | et dagalaifo] v et theodosio *Hal.* 8 imp. *D* | theodoro] ad probum *M*, *om. R* 9 pp.] p. *M* 10 barbaricam $R^{a}$ | captiua] captiuitates *C* | transduxerat *Sirmond. cum libris quibusdam Th.* | ad] a *R* 11 quisquam $R^{a}$ | usu *DCM* 12 est] uel *C* | humanitatis *D*, humanitate *C* | nec] ne *D* | sumptuum *C* 13 statur $R^{a}$ | praepter $R^{a}$ 14 reddi debere *M* 15 negare $R^{a}$ *cum optimis libris Th. contra Sirmond.* | pro] per *CR* 16 laborib.bsequio $R^{a}$ | quinquennium $CR^{a}$ 17 incolomen *R*, incoluim *M* | si in ea] in eam qua *C* | sunt] sit $R^{a}$ | libertate *M* | aedibus $DCRM^{b}$, haedibus $M^{a}$? 18 moderamine $D^{a}$ | qua iussimus] quam iuss (*uel* ius sibi) $R^{a}$ 19 incolumnia $R^{a}$ 20 conditor $R^{a}$ | ambigat *Th. Sirm.* 21 dominus poss. *D*, poss. dominum *C* | deportando $R^{a}$ 22 facile *D* | proueniat] *Th. Sirm.*, perueniat *DCRM* 23 genere $R^{a}$ | proximarum] proximorum huius rei soll. genere $R^{a}$ 24 leges *C* | ut] aut $R^{a}$ 25 liberos $R^{a}$ | auri a] auris *R* | apparitoribus] *DC Sirm. cum quibusdam libris Th.*, apparitionibus *RM cum reliquis libris Th.* | exigendas *DRM* | neglexerunt *M* 26 *s. a. Th. Hal.: in Sirm. est* d. III non. dec. rauennae basso et philippo uu. cc. conss. accepta XVI k. ian.

# LI (LII)

## R DE INFANTIBVS EXPOSITIS LIBERIS ET SERVIS ET DE HIS QVI SANGVINOLENTOS EMPTOS VEL NVTRIENDOS ACCEPERVNT R

1 Imp. Alexander A. Clavdio. Si inuito uel igno- [B 33, 2, 1 Epanagoge aucta 47, 10]
rante te partus ancillae uel adscripticiae tuae expositus est, repetere eum non prohiberis.
sed restitutio eius, si non a fure uindicaueris, ita fiet, ut, si qua in alendo eo uel forte
ad discendum artificium iuste consumpta fuerint, restitueris. PP. iii k. Ivn. Ivliano et
Crispino conss. a. 224
2 [1] Imppp. Valentinianvs Valens et Gratianvs AAA. ad Probvm pp. [B 33, 2, 2]
Vnusquisque subolem suam nutriat. quod si exponendam putauerit, animaduersioni quae
1 constituta est, subiacebit. Sed nec dominis uel patronis repetendi aditum relin- [Th. 5, 7, 2]
quimus, si ab ipsis [2] expositos quodammodo ad mortem uoluntas misericordiae amica
collegerit: nec enim dicere suum poterit, quem pereuntem contempsit. D. iii non. Mart.
Gratiano A. iii et Eqvitio conss. a. 374
3 Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. Sancimus [1, 4, 24 B 33, 2, 3 Epanagoge aucta 47, 12]
nemini licere [3], siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus siue a libertina
progenie siue seruili condicione maculatus expositus sit, eum puerum in suum dominium
uindicare siue nomine dominii siue adscripticiae siue colonariae condicionis: sed neque
his, qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedi penitus (cum quadam distinctione)
eos tollere et educationem eorum procurare, siue masculi sint siue feminae, ut [(1, 4, 24)]
eos uel loco libertorum uel loco seruorum aut colonorum aut adscripticiorum habeant.
1 Sed nullo discrimine habito hi, qui ab huiusmodi hominibus educati sunt, liberi et [1, 4, 24]
ingenui appareant et sibi adquirant et in posteritatem suam uel extraneos heredes omnia
quae habuerint, quomodo uoluerint, transmittant, nulla macula uel seruitutis uel [(1, 4, 24)]
adscripticiae aut colonariae condicionis imbuti: nec quasi patronatus iura in rebus eorum
his qui eos susceperunt uel susceperint praetendere concedi, sed in omnem terram, quae
2 Romanae dicioni supposita est, haec obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio
infantes abegerunt et mortis forte spem circa eos habuerunt, incertos constitutos, si qui

*LDCRM*

---

[1] *cf.* 9, 16, 7 [2] ab ipsis *om. Th.* [3] nemini licere uolumus *l. gem.*

---

2 *in D rubrica et suo loco minio scripta extat et atramento ad marginem c. 2 adscripta est* | expos.] et expos. $L^a R$ | et seruis *om.* $M^a$ | et de] uel de $M^a$ 3 qui] quam *C* | sanguinolentus *S*, sanguinolentes *C* | emptos] *LD altero loco R Th.* 5, 8, *om. D altero loco CM:* περὶ τῶν τοὺς ὑφαίμους ἀγορασάντων *B* 33, 2 *rubr.* 4 accipiunt *C*, accepit *D altero loco, om. S* 5 a. *om. R* 6 tuae *om.* $R^a$ | est] sit *M* | repetere] repe $M^a$ 7 que $L^a$ | alendo] alienando $M^a$ | eo] eum *D* 8 restitueres $LR^bM$ | *s. a. Hal. L* | iii] iiii *L* | iuliano ... 9 conss. *om. L* | et] ii et *Hal.* 10 imppp. ... 11 suam nu *om.* $D^a$ | impp. *CRM*, imp. *L* | ual. ualent. *C*, ualerius et ualens *M* | aa. *C, om. R* 11 exponendum *R* | putauerunt *C*, putauerint *R* | animaduersio $L^a$ 12 uel] nec *L*, per *C* 13 quodadmodo $L^a$ | morte *C* 14 quae *C* | *s. a. L Miraeus* 16 iustinum *M* | a. *om. R* | domosteni $L^a$ *uel* $L^b$ 17 nemini *om.* $R^a$ | ingenus $M^a$ | a *om.* $L^a$ 18 sit] est *M* 19 siue dominii nomine siue *L*, siue nomine domi i.sue $M^a$ | colononariae $M^a$ | sed] si $R^a$ 20 sustulerit *D*, sustulerint *CR* | licentia *C* | concedimus *M* | distinctionem *C*, districtione $L^t$ 21 educatione *C* | sunt *C* 22 libertorum (liberorum $D^tCR$) uel loco (dolo *D*) seruorum] $D^tCR^bM$, seruorum liberorum uel ingenuorum uel loco seru. $L^a$, liberorum uel loco (loco *om.* $L^b$) ingenuorum uel loco (dolo *D*) seru. (uel loco ingenuorum *addit* $R^a$) $L^bD^bR^a$ | asscriptiorum *LM*, adscriptitios $R^a$ 23 hii *DRM* | nominibus *C* 24 posteritate sua *C* 25 abuerunt *M* | quomodo] q̊m $L^a$, quō *R* | uol||uoluerint *D* | uel seruitutis *om. M* 26 aut] uel *D* | inbiti $M^a$ 27 his] si $R^a$ | susceperunt uel susceperint] susceperint $L^tR$, susceperunt $L^v$ | concedendi *R*, concedendis $LDCM^b$, concedendi. $M^a$ 28 dictioni *R* | hoc *M*, hocaec *R* | optimae $L^a$ 29 infante *D* | elegerunt $L^t$, abegerint $L^v$, aelegerint *C* | circa] contra $R^a$ | incerto constituto *C* | si] his *R, om.* $L^a$

eos susceperunt, hos iterum ad se reuocare conari et seruili necessitati subiugare: neque hi, qui eos pietatis ratione suadente sustulerunt, ferendi sunt denuo suam mutantes sententiam et in seruitutem eos retrahentes, licet ab initio huiusmodi cogitationem habentes ad hoc prosiluerint, ne uideantur quasi mercimonio contracto ita pietatis officium gerere.
3 Haec conseruantibus tam uiris clarissimis praesidibus prouinciarum quam uiris reli- [1, 4, 24
giosissimis episcopis nec non officiis praesidalibus et patribus et defensoribus ciui- [(1, 4, 24)
tatum et omni ciuili auxilio. D. XV K. OCT. CHALCEDONE DECIO VC. CONS. a. 52

## LII (LIII)
## ℞ QVAE SIT LONGA CONSVETVDO ℞

1 [1] IMP. ALEXANDER A. APRO *EVOCATO*. Praeses prouinciae probatis his, [8, 10, 3 B 2, 1, 50
quae in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt, causa cognita statuet. nam et consuetudo praecedens et ratio quae consuetudinem suasit custo- [(8, 10, 3)
dienda est, et ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam reuocabit praeses prouinciae. PP. VI K. APRIL. IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224
2 IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCVLVM. Consuetudinis ususque longaeui non [B 2, 1, 51
uilis auctoritas est, uerum non usque adeo sui ualitura momento, ut aut rationem uincat aut legem. D. VIII K. MAI. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319
3 [2] IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. ALEXANDRO [3]. Leges quoque ipsas anti- [B 2, 1, 52
quitus probata et seruata tenaciter consuetudo imitatur et retinet: et quod officiis curiis ciuitatibus principiis uel collegiis praestitum fuisse cognoscitur, perpetuae legis uicem obtinere statuimus. D. VII ID. SEPT. ZENONE CONS. a. 469

## LIII (LIIII)
## ℞ DE DONATIONIBVS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. LVCIO. Emptionum mancipiorum instru- [B 47, 1, 35
mentis donatis et traditis et ipsorum mancipiorum traditionem factam intellegis: et ideo potes aduersus donatorem in rem actionem exercere. PP. V K. IVL. FAVSTINO ET RVFINO CONSS. a. 210

$A^{ul}$ (52) *LDCRM*

---

[1] *iunge* 8, 1, 1 [2] *iungenda uidetur* 1, 57, 1 [3] duci et praefecto Augustali *addit* 1, 57, 1, *cf.* 2, 7, 13

---

1 susceperint *LD* | hos] et hos $L^b$, hoc *C* | se] sese *LR* | reuocari $L^aC$, uocare $M^a$ | necessitate $LM^a$, conditioni necessitati $R^a$ 2 hii *DRM* | mutantes] munitates $M^a$? 3 pertrahentes $L^a$, protrahentes *M*, reicientes *R* 4 ad] ab *C* | hec *M* | prosiluerunt *DC* | ne] nec *LR* | contractu *C* | pietati *R* 5 obseruatibus $R^a$ 6 episcopiscopis $R^a$ | et patr.] patr. *D* | ciuitatium $C^b$ 7 omnia *C* | auxilio] officio *L* | *s. a. Hal. L* | d. *om. L* | calcedonie decio uu. cc. conss. *L* 9 qui *uel* quod $L^a$ | longeua *M* 10 a. *om. R* | ab'ro *S*, aproro *D*, aprolino *M*, *om. libri in l. gem. et* 8, 1, 1 | euocato] *l. gem. et* 8, 1, 1, *om. libri* | his *om. A* 11 in *om.* $D^a$ | in eodem *om.* $M^a$ 12 custodienda] tenenda *M* 13 est et ne quid ... fiat (fiet $L^b$)] $L^bCRM$, est et quidquid ... fit (fiet *D*) *AD*, ***** quicquid ... fiet $L^a$ | fit ad sollic. *bis A* | solutionem $D^a$ 14 *s. a. A Hal. L* | VII *l. gem.* | iulio *A*, iul. *L*, iuliano II *Hal.* | conss. *om. A* 15 a.] aa. *S*, *om. RM* | proculus *S* | longeuis $R^a$ 16 ualituram *C* | ut aut] ut *A* | ratiois $R^a$?, 17 *s. a. A Hal. L* | VIII] *A*, VII *Hal.*, GI· iii *L* | mai.] mad. *A* | a.] pp. a. *Hal.* | V *om.* $A^u$ | c.] cc. *L*, *om.* $A^l$ 18 antoninus *S*, antonino *A*, antonius *M*, ant. *C* | aa. *om. R* | alexander *S* 19 probatas et scrutata *A* | mutatur $D^a$ | retinet] $AD^lCR^bM$, optinet $LD^v$, retinere *uel* retinent $R^a$ | et *om.* $L^a$ | curiis officiis *R* 20 ciuitatibus] et c. *M* | principalibus $M^a$ | perpetua $A^l$, perpetuam $A^u$ | leges *C* 21 *s. a. A Hal. L* | VII] iiii *L*, *om.* 1, 57, 1 | zenone conss. *AL*, marciano et zenone coss. *Hal.*, zenone et marciano conss. 1, 57, 1 23 *rubricam om.* $R^a$ 24 imp. *L* | aa. *om. RM* | licio *M* | emancipiorum $D^a$ 25 emancipiorum *D* | traditionem] $LDRM^b$ *cum B:* καὶ αὐτοὺς τοὺς δούλους δοκεῖ παραδεδωκέναι, donationem et traditionem *C*, donationem traditione $M^a$ | intellegi $CM^a$ 26 exercere actionem *D* | *s. a. Hal. L*

2 Imp. Gordianvs A. Leonidi. Si nominis persecutionem in te emancipatam [B 47, 1, 36 pater tuus titulo donationis transtulit, frustra praetendit, qui debitori tuo heres extitit, consensum fuisse debitoris necessarium, cum satis fuerit actiones eo nomine tibi mandatas fuisse. PP. ii id. Mart. Gordiano A. ii et Pompeiano conss. a. 241

3 Imp. Decivs A. Marcellino. Spem futurae actionis plena intercedente [B 47, 1, 37 donatoris uoluntate posse transferri non inmerito placuit. PP. non. Mart. Decio A. ii et Grato conss. a. 250

4 Imp. Probvs A. *Massiciae*. Si functiones per eum, cui [Vat. 288 mutila B 47, 1, 38 donata res non erat, uel ab actoribus ipsius nomine celebratae sunt, tibi obesse non potest. PP. v k. Ian. Messala et Grato conss. a. 280

5 Imppp. Carvs Carinvs et Nvmerianvs AAA.[1] Falconillae. Si donatio [B 47, 1, 39 per epistulam facta non paret, uerba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum continere non ambigitur. PP. vi k. Febr. Romae Carino ii et Nvmeriano AA. conss. a. 284

6 [2]Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. *Calpvrniae* Aristaenetae. [Vat. 282 Nec ambigi oportet donationes etiam inter absentes, maxime[3] si ex uoluntate donantium possessionem ii quibus donatum est nanciscantur, ualidas esse. PP. iiii id. Febr. Mediolani Maximo ii et Aqvilino conss. a. 286

7 Idem AA. Ivlio. Censualis quidem professio domino praeiudicare non solet. [B 47, 1, 40 sed si in censum uelut sua mancipia deferenti priuigno tuo consensisti, donationem in eum contulisse uideris. PP. id. Ivl. ipsis AA. iiii et iii conss. a. 290

8 Idem AA. Florae. Si praeses prouinciae non donandi uoluntate filiorum [B 47, 1, 41 tuorum nomine praedia in censum detulisse te manifestis probationibus cognouerit, quod fides ueri suggesserit, statuet. PP. viii id. Sept. ipsis AA. iiii et iii conss. a. 290

9 Idem AA. et CC. Avgvstinae. Legem, quam rebus tuis donando dixisti, [B 47, 1, 42 siue stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu, siue non, incerto iudicio, id est praescriptis uerbis, apud praesidem prouinciae debes agere, ut hanc impleri prouideat. PP. xvi k. Mai. AA. conss. a. 293

10 Idem AA. et CC. Hermionae. Nec ignorans nec inuitus quisque donat. [B 47, 1, 43 unde si de hoc fundo non cogitasti, cuius uelut donationi consensisse continetur instrumento, maiores ueritate rei quam scriptura uires obtinente intellegis, de quo non cogitasti nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. S. v k. Mai. *AA.* conss. a. 293

11 Idem AA. et CC. *Septimio* Sabiniano. Cum de bonis [Consultatio 6, 10 B 47, 1, 44 tuis partem quidem[4] penes te retinuisse, partem uero[4] in eum quem in potestate habes[5]

*L* (53, 9. 6. 10. 11) *D* (53, 4. 6. 9...11) *CRM*

[1] *scribi debuit* impp. Carinus et Numerianus AA. [2] *iunge* 3, 29, 4 [3] maxime *om. Vat.*
[4] tertiam *ins. Consult.* [5] ac tertiam in emancipatum *ins. Consult.*

1 impp. *R* | a. *om. R* | leoni *S*, theonidae *M* | emancipatum *M*ᵃ 3 debitoris] *M*, debitricis *CR*ᵇ, deb*tricis *R*ᵃ | mandata *R*ᵃ 4 *s. a. Hal.* 5 impp. *R* | a. *om. R* | marc. *R* | spem] rem *CM*ᵃ | plana *M*ᵃ 6 non merito *C* | *s. a. Hal.* | ii] i *Hal.* 8 impp. *R* | a. *om. R* | massiciae] *Vat.*, marsciae *C*, marciae *SR*, martiae *DM* | fructiones *R*ᵃ | cui don. res] cum donatores *M*ᵃ 9 obesse] obie* *M*ᵃ 10 *s. a. Hal. Vat.* | vi *Vat.* 11 impp. *CR* | carinus] et c. *S* | numerius *S* | aaa.] aa. *C*, *om. RM* | falconellae *S*, flacconillae *C*, flagonille *R*, flagronillae *M* 12 factam *CR*ᵃ | apparet *M* | tamen *om. R*ᵃ 13 *s. a. Hal.* 15 aa. *om. RM* | calpurniae aristaenetae] *Vat.*, aristianae *LDCR*, arestiano *S*, aristinae *M cum libris ad* 3, 29, 4 16 ambigo *M*ᵃ | donationum possessionum *D*ᵃ 17 ii] hi *LC* | nanciscatur *L*, naciscantur *D*, nasciscantur *M*ᵃ, *inc. R*ᵃ | *s. a. Vat. Hal. L* | mediolani ... 18 conss. *om. L*, med. *om. Hal.* 19 aa.] a. *SR* | iuliano p. *M* 20 tuo] suo *C* 21 *s. a. Hal.: in R extat* pp. 22 aa.] a. *R* | floro *R*ᵃ 23 in censum] incensemus *R*ᵃ, ** n*ensum *M*ᵃ | te contulisse *M* | cognoueris quo *R*ᵃ 24 successerit *R*ᵃ | *s. a. Hal.* 25 aa. et cc.] aa. *D*, a. *R* 26 stipulationem *L* | stipulatu] st. actione *M*, st. accio est *L* | id est *om. L* 27 debes *om. R*ᵃ | *s. a. Hal.: in L extat* pp. 29 aa. et cc.] aa. *DM*, a. *R* | firmionae *L* | ignorans nec *om. C:* ἀγνοῶν ἢ ἄκων *B et B*Σ | quisquis *R* 30 hoc *om. M*ᵃ | donationis *CR* 32 perdisse *M*ᵃ | *s. a. Hal. L* | v] uii *L* | aa.] cc. *Hal.*, *om. L* 33 aa. et cc.] aa. *DM*, a. *R* | septimio] *Consult.*, *om. libri* | sabiano *C* 34 patrem quidem *R*ᵃ, patem quidem *M*ᵃ | quem] quem tu *Consult.* | potestatem *L* | habebas *Consult.*

donationis titulo contulisse commemores, non est incerti iuris in eum[1], qui in sacris familiae tuae remanet, destinationem magis paternae uoluntatis factam, quam perfectam donationem peruenisse. 1 Delegationes autem nominum in emancipatum collatae perfectam donationem efficiunt. S. PRID. K. MAI. HERACLEA AA. CONSS. [(Consult.)] a.

12 IDEM AA. ET CC. AVRELIO. Portionem propriam rebus necdum diuisis nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. D. XVII K. IVN. AA. CONSS. [B 47, 1, 45] a.

13 IDEM AA. ET CC. VRANIAE. Si aliquid per epistulam donatum tibi probetur, breuitas chartulae donationi, si haec recte facta probetur, nihil quicquam derogat. D. XV K. IVN.[2] SIRMI AA. CONSS. [B 47, 1, 46] a.

14 IDEM AA. ET CC. IDAEAE. Si filius tuus res ad te pertinentes sponsae suae te non consentiente donauit, ad eam quod non habuit transferre non potuit. S. XV K. OCT. AA. CONSS. [B 47, 1, 47] a.

15 IDEM AA. ET CC. SEVERAE. Aeris alieni, quod ex hereditaria causa uenit, 1 non eius, qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est. Si itaque nemini obligata praedia pro donatione consecuta es, superuacuam geris sollicitudinem, ne uel heredes donatricis uel eius creditores te iure possint conuenire. S. XV K. DEC. AA. CONSS. [B 47, 1, 48] a.

16 IDEM AA. ET CC. THEODORO. Senectus ad donationem faciendam sola non est impedimento. D. V K. DEC. AA. CONSS. [B 47, 1, 49] a.

17 IDEM AA. ET CC. HERMIAE. Siue emancipatis filiis res donasti siue in potestate constitutis et sui iuris effectis ac tenentibus non ademisti, blandiri tibi non debes, 1 uelut res donatas ex paenitentia liceat auferre. Sane si ea, quae in tua positis potestate donaueras, post emancipationem contra tuam tenuerunt uoluntatem, horum penes te dominium remansit, si quidem nec tempore quo uoluisti propter uinculum potestatis sibi quicquam quaerere, nec post inuito te de rebus tuis potuerunt. S. VI K. IAN. AA. CONSS. [B 47, 1, 50] a.

18 IDEM AA. ET CC. AVDIANO. Si donationis causa furti actio tibi remissa probetur, superuacuam geris sollicitudinem. S. V K. IAN. AA. CONSS. [B 47, 1, 51] a.

19 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRIAE. Si auia uestra proprias res quacumque ratione factas titulo liberalitatis in eum contra quem preces funditis contulit, quominus haec rata maneant, quod ex origine patris uel aui uestri descendunt, nihil prodest. S. XVI K. FEBR. SIRMI CC. CONSS. [B 47, 1, 52] a.

*L* (53, 11...18) *D* (53, 11...14. 16...18) *CRM* (*c.* 16 *om.* *M*[a])

---

[1] quidem *ins. Consult.* [2] Oct. (*Mommsen*)?

---

1 commemoras *C* | iuris incerti *Consult.* 3 delegationis *C* | emancipato *R*[a] | perfectam donationem] *N cum BΣ* τέλειαν ἐνταῦθα ποιεῖ δωρεάν, perfectam donationem (—num *L*[b]*D*) accionem (actione *C*) *LDC*, perfecta donatione actionem *RM*, perpetuam donationem *Consult.* 4 *s. a Consult. Hal. L* | s.] d. *Consult.* | prid.] II *Hal.* | heraclea *om. Hal. L* | aa.] *L*, ipsis aa. *Consult.*, cc. *Hal.* 5 aa. et cc.] aa. *DM*, a. *R* | aurelio] *CM*, aus. *L*, aur. *DR* | necdum *om. R*[a] 6 tranferre *R* | *s. a. Hal.: in L extat* s. x 7 aa. et cc.] a. *DR* | iulianae *R* 8 breui *C* | donationis si (si *om. C*) haec (haee *L*[b]) recte facta probetur *L*[b]*C*, donationis ***e rectae factae probat** *L*[a], donationis in te (donationis** *D*[a]) recte factae probatori *DRM*[b], donationis in hanc recte factam proba*iori* *M*[a]: οὐδὲν ἡ βραχύτης τοῦ χάρτου τῇ καλῶς γενομένῃ λυμαίνεται δωρεᾷ *BΣ* 9 *s. a. Hal. L* | d.] s. *L* | sirmi aa. conss. *om. L* 10 aa. et cc.] aa. *D*, a. *R* | ideae *C*, ide *L*, idiae *R*, idae *M*, *om. D* 11 quod] quae *D* | *s. a. Hal. L* | xuii *L* 13 aa. et cc.] a. *R* | seuero *M* | hereditaria causa] hereditarii *L*[a] 14 qui *om. M*[a] | sed] si *R*[a] | unus *C* 15 per donatione *R*, pro donatione* *M*[a], κατὰ δωρεάν *BΣ* | es *om. R*[a] | geri *C* 16 creditoris *C* | posse *C* | conueniri *R* | *s. a. Hal. L* | aa. conss. *om. L* 18 aa. et cc.] aa. *D*, *om. R* 19 *s. a. Hal. L* | d. v] s. *L* 20 aa. et cc.] aa. *D*, a. *LR* | hermiae] nerone *M* | donata *C* 21 sui] suis *CM*[a] | debet *C* 22 licet *D* | inferre *R*[a] | positis *om. M*[a] 23 tenuerint *C* | horum penes te dom. horum *L*[b], penes te dom. eorum *R* 25 quere *M*[a] | te] *M*, *om. LDCR* | potuerint *L*[a] | *s. a. Hal. L* | s. *om. L* | aa. conss. *om. L* 26 aa. et cc.] aa. *D*, a. *R* | si] si te *R* | accionem tibi remissam *DM*, actionem tibi remissa *C* 27 *s. a. Hal.* 28 aa. et cc.] aa. *M*, a. *R* | alexandro *M* | nostra *M*[a] 29 preces] pre *M*[a] 30 maneat *C* | quod] quo *M*[a] | nostri *M*[a] | defendunt *R*[a]*M*[a] | *s. a. Hal.*

20 IDEM AA. ET CC. HELVIO. Vice donatricis alio uoluntate eius subscribente [B 47, 1, 53
iure facta donatio non habebitur irrita. S. VII K. FEBR. CC. CONSS. a. 294
21 IDEM AA. ET CC. ANTONIAE. Constante matrimonio dotem penes maritum [B 47, 1, 54
suum constitutam auia tua donare tibi non potuit. S. V ID. MART. CC. CONSS. a. 294
22 IDEM AA. ET CC. DIOMEDI. Cum res filio emancipato ea condicione, ut [B 47, 1, 55
creditoribus tuis solueret, te donasse proponas, si stipulatione uel in continenti habito
pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem non contra eum ex placito uestro, sed
1 aduersus te competit actio[1]. Eum autem, cui certa lege praedia donasti, incerta ciuili
actione ad placitorum obsequium urgueri secundum legem donationibus dictam conuenit.
S. VII K. APRIL. SIRMI CC. CONSS. a. 294
23 [2]IDEM AA. ET CC. OLYMPIADI. Si ea quae donaueras posteriori placito [B 47, 1, 56
qui acceperat donum tibi reddidit, donationis antecedens instrumentum actis sequentibus
nihil obesse potest. S. V K. OCT. CC.[3] CONSS. a. 294
24 IDEM AA. ET CC. MACARIO. Si patri tuo heres non extitisti, ex facta ab [B 47, 1, 57
eo liberalitate titulo donationis non posse iura tua laedi manifestissimi iuris est. PP. NON.
FEBR. ANTIOCHIAE DIOCLETIANO *VII* ET MAXIMIANO *VI* AA. CONSS. a. 299
25 [4]IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM PV.[5] Donatio, [Th. 8, 12, 1 Vat. 249 mut. B 47, 1, 58
siue directa sit siue mortis causa instituta, siue condicion*ibus* faciendi ac non faciendi
suspensa siue ex aliquo notato tempore promissa, siue animo dantium accipientiumue senten-
tiis, quantum ius sinit, cognominata, sub hac fieri debet obseruatione, ut quas leges indul-
gent actiones condiciones pactionesque contineat, hisque penitus cognitis uel recipiantur,
1 si complacitae sunt, uel reiciantur, si sunt molestae. In conscribendis autem donationibus
nomen donatoris, ius ac rem notari oportet, neque id occulte[6] aut priuatim, sed ut tabulae
aut quodcumque aliud materiae tempus dabit[7] uel ab ipso uel ab eo quem sors ministra-
uerit perscribatur[8]: actis etiam adnectendis, quae apud iudicem uel magistratus conficienda
sunt, ubi hoc leges expostulant[9]. D.[10] III NON. FEBR. ROMAE SABINO ET RVFINO CONSS.[11] a. 316

*V* (*incipit u.* 12 qui) *L* (53, 20. 24. 28. 29. 25) *D* (53, 20. 21. 24) *CRM*

---

[1] tibi autem aduersus filium ex stipulatu competit actio *similiaue desiderantur* (*u. i.*) [2] *iunge* 6, 42, 27 [3] Viminacii *ins.* 6, 42, 27 [4] *iunge* 5, 37, 21 *Consultatio* 9, 13 [5] pp. (*u. i.*)? [6] aut per imperitos *ins. Th. Vat.* [7] scientibus plurimis *ins. Th. Vat.: cf. c.* 31 *h. t.* [8] et corporalis traditio subsequatur ad excludendam uim atque inreptionem, aduocata uicinitate omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur donatam rem, si est mobilis, ex uoluntate traditam donatoris uel, si immobilis, abscessu donantis nouo domino patefactam *ins. Th., cf. p.* 798 *not.* 3 [9] ubi h. l. expostulant *om. Th. Vat.* [10] pp. (*Vat.*)? [11] in foro diui ... *addunt Vat.*

---

1 aa. et cc.] aa. *D*, a. *R* | aelbio *L*, helbio *R*, elfuio *D*, helmio *C*, elio *M* | donatricis] donatricis donatio non habebitur irrita *C* | uoluntatem *L* 2 habetur *LR* | *s. a. Hal. L* | uiii *L* 3 indem *M^a* | aa. et cc.] aa. *D*, a. *R* 4 constituta *C*, constitutum *M^a* | tibi donare *M* | *s. a. Hal.* 5 *inscriptionem om. M^a* | aa. et cc.] a. *R* | dionedi *R* 6 solueret *om. R^a* | stipulationem *M^a* | in *om. R^a* 7 pacto *om. R^a* | nostro *M^a* 8 eum *seqq.*] σὺ δὲ κατὰ τοῦ υἱοῦ ἢ τὴν περὶ μελλούσης ζημίας ἀγωγήν, ἐὰν ἐπερώτησας (ἐὰν μὴ ἐπερωτήσῃς *scr.*), ἢ τὴν ἐξ ἐπερωτήσεως καὶ συμφώνου ἀποκρίσεως ἀγωγήν, ἵνα πληρωθῇ τὰ δόξαντα *B*, κινεῖ δὲ τὴν πραεσκρίπτις βέρβις κατὰ τοῦ υἱοῦ, εἴγε τὸν ὅρον παραχρῆμα ἐνέθηκεν, ἐπὶ τῷ πληρωθῆναι τὰ συμφωνηθέντα, ἢ τὴν ex stipulatu, εἰ ἔτυχε καὶ ἐπερωτήσας ἀβιτουτεν (*corruptum ex* πάκτου ἀβίτου ἐν κοντινέντι?) γενομένης *BΣ: Graeci uix aliter legerunt atque nos, hiatum autem ex cognatis locis uelut ex c.* 9 *h. t. expleuerunt* | praedia certa (contia *M^a*?) lege *M* | incerti *C*, inconta *M^a* 10 *s. a. Hal.* 11 aa. et cc.] aa. *M*, *om. R* 12 instrumentis *CM^a*, instrumento *R^a*, τὸ ... συμβόλαιον *BΣ* | actis] ac *M^a* | obsequentibus *M* 13 *s. a. V Hal.* | IIII] V *Hal.* 14 aa. et cc.] aa. *D*, a. *R* | magario *R* 15 manifesti *M* | *s. a. V Hal.* 16 VII et m. VI] *Mommsen*, ui et m. u *V*, IX et m. VIII *Hal.* 17 a. *om. R* | pu.] pp. *C*, p. *M* 18 condicionibus] *Th. Vat.*, condicionis *VC*, conditioni *R^a*, conditione. *M^a*, conditione *R^bM^b*, ἐπὶ αἱρέσει *BΣ* | ac (ae *V*) non fac. *om. R^a* 19 alio *R* | notato] nato *M^a* | accipientiumtiumueue *M^a* 21 recipiatur ... reiciatur *VCM^a*: ἵνα, ἐὰν θέληται, λάβῃ ἢ παραιτήσηται *BΣ*, ἵνα, ἐὰν ἔληταί τις, λάβῃ *B* 23 neque *om. R^a* | id] ad *C* | occulto *Vat.* | ut] aut *LM^b* 24 quocumque *CRM^a*, qu. (i *uel* o) cumque *L^a* | fors *Vat.* | sumministrauerit *Th. Vat.* 25 perscribantur *Vat.* | etiam *om. R^a* | conficiendam *V^a*, ..tienda *M^a* 26 legis *L^a* | *s. a. Th. V Hal. L: in Vat. extat initium subscriptionis* pp. *et extremorum pars* conss. in foro diui | III] iiii *L Contius* 1559, VI *Consult.* 9, 13 | romae] *om. V Hal. L*

26 IDEM A. *ACONIO* CATVLLINO PROCONSVLI AFRICAE. Si quis [Th. 8, 12, 2 mut. B 47, 1, 59]
in emancipatum minorem, priusquam fari possit aut habere rei quae sibi donatur adfec-
tum, [1]fundum crediderit conferendum, omne ius compleat instrumentis ante praemissis[2].
1 Quod per eum seruum, quem idoneum esse constiterit, transigi placuit, ut per eum infanti
adquiratur. D. XII K. MAI. SERDICAE SABINO ET RVFINO CONSS. a. 316
27 [3]IDEM A. AD SEVERVM COMITEM HISPANIARVM. Data iam pri- [Th. 8, 12, 5 B 47, 1, 60]
dem lege[4] statuimus, ut donationes interueniente actorum testificatione conficiantur. quod
uel maxime inter necessarias coniunctissimasque personas conuenit custodiri, si quidem
clandestinis ac domesticis fraudibus facile quiduis pro negotii opportunitate confingi potest,
1 uel id quod uere gestum est aboleri. Cum igitur ne liberos quidem ac parentes lex nostra
ab actorum confectione secernat, id, quod necessario super donationibus apud acta con-
2 ficiendis iam pridem statuimus, uniuersos teneat. Gesta autem confici super [Th. 8, 12, 8]
rebus etiam alibi collocatis ubicumque sufficit. D. IIII NON. MAI. CONSTANTINOPOLI DAL-
MATIO ET ZENOPHILO CONSS. a. 333
28 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PP. Quisquis [Th. 8, 12, 9 B 47, 1, 61]
rem aliquam donando uel in dotem dando uel uendendo[5] usum fructum eius retinuerit,
etiamsi stipulatus non fu*er*it, eam continuo tradidisse credatur, ne quid amplius requiratur,
quo magis uideatur facta traditio, sed omnimodo idem sit in his causis usum fructum reti-
nere, quod tradere. D. PRID. ID. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. XI ET CON-
STANTIO II CONSS. a. 417
29 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PP. In extraneos et [B 47, 1, 62]
saepe ignotos donationem collatam ualere receptum est: et si sine scripto donatum quod
fuerit, adhibitis aliis idoneis documentis hoc quod geritur comprobetur. D. XI K. MAI.
FELICE ET TAVRO CONSS. a. 425
30 IMP. LEO A. CONSTANTINO PP. In hac sacratissima urbe conscriptae dona- [B 47, 1, 64]
1 tiones ubicumque positarum rerum apud magistrum census insinuentur. In aliis uero
ciuitatibus, siue absens siue praesens rector prouinciae sit, siue eadem ciuitas habeat
magistratus siue non habeat et defensor tantummodo sit, donator habeat liberam facul-
tatem donationes rerum suarum ubicumque positarum siue apud moderatorem cuiuslibet
prouinciae siue apud magistratus siue apud defensorem cuiuscumque ciuitatis prout maluerit
publicare: atque ut ipsa donatio sita est in uoluntate donantis, ita ei liceat donationem

*V L* (53, 28. 29. 25. 54 *R* 1. 3. 4. 53, 26) *D* (53, 29) *CRM*

---

[1] Italicum siue stipendiarium *ins. Th.* [2] et inductione corporaliter impleta *ins. Th.*
[3] *iunge* 4, 21, 14 [4] *c.* 25 *h. t.* [5] uel uendendo *om. Th.*

---

1 a.] a. et c. *V*, aa. et cc. *L*, *om. R* | aconio] *Th.*, *om. libri* | catullio *C*, catulinae *R* 2 in] *sic uel* m *L*, *om. C* | emancipatum minorem] emancipatione** $R^a$ | rei] eius $R^a$, *om. V* | damnatur $R^a$ | effectum *L* 3 promissis $L^t$ 4 quem] quod *L* | idonem $V^a$, *inc.* $R^a$ | ut *om.* $R^a$ 5 *s. a. Th. V Hal. L* | xu *L* | serdicae ... conss. *om. L* 6 a.] aa. *V* | comite *V* | dat *V*, datam $R^a$ 7 legem *V*, legi *C* | ut] in $R^a$ | donationis *V*, donatione $M^a$ | interuente $V^a$ | auctorum *R* testificationes $V^a$, testificationem $M^a$? 8 cessarias $V^aR^a$ | conuertit $R^a$ | si *om.* $V^a$ 9 quiduis] quid ius *C*, quoduis *M*, quod in $R^a$? | megotiis $R^a$ 10 uere] iure *R* | ne] nec *M* 11 ab] ad *R* | confessionem $RM^a$ | secernant *C*, sege*at $R^a$ 13 alibi] liberi $R^a$ | collatis $CRM^b$ | sufficiet *Th.* | *s. a. Th. V Hal.* | III *Hal.*, iu *potius quam* iii *V* | const. *om. Hal.* 14 xenophilo *Hal.* 15 impp. ... pp.] imp. zeno sebastiano pp. (*ex c.* 31) *R* | imp. *L* | thodosius *M* | marcio *L*, oranasio *M* | pp.] p. *LM* | si quis *M* 16 rem *om.* $R^a$ | eius] ei $R^a$, euus $M^a$ 17 fuerit] *Montispess. H* 83 *Th.*, fuit *VLCRM* | eam] ea *C* | tradidisse continuo *L* | ne] *Th.* $CR^a$, nec $LR^bM$, *inc. V* 18 sed] si $R^a$ 19 *s. a. Th. V Hal. L* | prid.] ii *Hal. L* | constant. ... 20 conss. *om. L*, constant. *om. V Hal.* 20 II] caes. II *Hal.* 21 imp. *D* | ualerius *M* | aa. *om. RM* | herio *D*, hieri *C* | pp.] p. *M* | et *om. D* 22 ingratos *C* | quid $L^bDCRM$ 23 comprobatur $L^a$ | *s. a. V Hal. L* 24 felice ... conss. *om. L* 25 impp. *R* | a.] a. et c. *M*, *om. R* | constantino] *V*, constantio *C*, stano *M*, const. *R* | donationis $R^a$ 26 insunuentur $M^a$ 27 siue praesens *om.* $R^a$ | eadem] ade* (adesse?) $R^a$ 28 habent $M^a$, habet $M^b$, eat *C* | habeat] h. magistratus *C* | liberam facultatem] libertatem $RM^a$? 29 donationem *C* 30 magistratum *CM*, παρὰ τοῖς στρατηγοῖς *BΣ* 31 sita est in] sit ex *C*, scita ** $M^a$, ἐν γνώμῃ κεῖται *BΣ* | ita *om. C contra BΣ*

2 suam apud quemcumque ex memoratis uoluerit intimare. Et hae donationes, quae in
diuersis prouinciis et ciuitatibus apud quemlibet ex praedictis fuerint publicatae, obtineant
inconcussam ac perpetuam firmitatem. D. v NON. MART. CONSTANTINOPOLI PATRICIO
CONS. a. 459

31 IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. In donationibus, quae actis insinuantur, B 47, 1, 63
non esse necessarium iudicamus uicinos uel alios testes adhibere: nam superfluum est
1 priuatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant. Verum et alias donationes,
quas gestis non est necessarium adlegari, si forte per tabellionem uel alium scribantur,
et sine testium subnotatione ualere praecipimus, ita tamen, si ipse donator uel alius uoluntate eius secundum solitam obseruationem subscripserit: donationibus, quae sine scriptis
conficiuntur, suam firmitatem habentibus secundum constitutionem Theodosii et Valentiniani ad Hierium praefectum praetorio promulgatam[1]. D. K. MART. CONSTANTINOPOLI
ELLO VC. CONS. a. 478

32 IMP. ANASTASIVS A. EVPHEMIO PP. Secundum diui Leonis constitutionem[2] B 47, 1, 64
donationes apud uirum clarissimum magistrum census tantummodo insinuari praecipimus, huiusmodi forma in illis instrumentis obseruanda, quae in hac regia urbe confecta seu celebrata fuerint: nec concedi quemquam uel apud defensores seu magistratus aliarum ciuitatum uel in aliis quibuslibet locis praeter memoratum iudicium insinuare: scientibus tam his qui ad huiuscemodi insinuationem peruenerint quam his qui eam susceperint nec non tabellionibus, quicumque testimonium suum non in competenti (ut dictum est) loco uel iudicio praebuerint, uicenarum librarum auri multa et alia grauissima indignatione se feriendos. D. PRID. K. MAI. PAVLO VC. CONS. a. 496

33 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Illam subtilem obseruationem amputamus, B 47, 1, 65
per quam donationis titulo cessiones actionum accipientes non aliter eas suis transmittere heredibus poterant, nisi litem ex his contestati essent uel ius contestationis diuino rescripto meruissent. nam sicut uenditionis titulo cessas actiones etiam ante litis contestationem ad heredes transmitti permittitur, simili modo et donatas ad eos transferri uolumus, licet nulla
1 contestatio uel facta uel petita sit. Quod et in procuratore constituendo ad mouendas
easdem cessas actiones similiter obseruandum erit, ut minime quis impediatur procuratorem
cessarum sibi per donationem actionum dare, licet nulla litis contestatio facta uel petita
2 sit. Quae in his tantum personis locum habere censemus, quae susceptis per donationem
cessionibus adhuc superesse noscuntur: nam iam mortuis huiusmodi personis uetera iura

*V D* (53, 31) *CRM*

[1] *c.* 29 *h. t.* [2] *c.* 30 *h. t.*

1 quaecumque *C*, quem *R* | hee *M*, *om.* $R^a$ 2 et] ex *R* | intimate *M* | optineat *C* 3 ac] et *M* | *s. a. V* (*sed lectio parum certa est*) *Hal.: dubium mouet, quod secundum* 10, 32, 61. 62 *Constantinus in praefectura Orientis secutus est Viuentium, quem tamen inter* XV *k. Oct.* 459 *et k. Febr.* 460 *pp. Orientis fuisse ex* 1, 3, 26. 2, 7, 11 *constat* 4 conss. *V*, et ricomere coss. *Hal.* 5 a. *om. R* | dodationibus *V?* 6 iudicamus *om. D* | redhibere *C* 7 monumenta *om.* $R^a$ | sufficiunt *C* | alias] $VN^b$, illas *DCRM* 8 alligari *CRM* 9 si] si et *C* | uoluntatem $VCM^a$, uolutate *R*, κατὰ γνώμην αὐτοῦ *B et BΣ* 11 secundum] et *D* | constitutione *C*, consuetudinem *R* | et ... 12 promulgatam *om. D* 12 *s. a. V Hal.* 13 ell. u. (*sic Bluhme*, ello uc. *Mayer*) conss. *V?* 14 anestasius *M* | euthenio *M?* | pp.] pu. *R*, p. *M* 15 donationem *C* | clarissimum *bis V?* 16 confecta *om.* $R^a$ 17 fuerit $M^a$ | cedi $M^a$ | defensorem *RM* | aliar**(iu?)m *V* 18 ciuitatium *C* | quibuscumque *M* 19 qui ... peruenerint *om.* $R^a$ | insinuatione *C*, insunuationem $M^a$ | peruenerunt *C* | nec] ne $M^a$ 20 tabellionis $M^a$ | locum $R^a$ 21 praebuerunt *M* | uicenarium *C*, uice $R^a$, *inc.* $M^a$ | se] *E*, esse *C*, *om. RM*, *inc. V* 22 *s. a. V Hal.* | d.] s. dat. *Hal.* | pridie *om. V?* | uc. *om. V* 23 iustinus $M^a$ | merinae *M* | pp. *om. M* 24 titulos *C* | successiones *V*, successionis *C*, cessionis $R^aM^a$, ἐπὶ τῇ ἐκχωρήσει *BΣ* | accipientem $R^a$ | eas ... 25 litem *om.* $R^a$ 25 ius] eius *V?*, *om.* $R^a$, δίκαιον *BΣ* 26 titulo *om.* $R^a$ | cessant *C* 27 heredem *C* | similique *R* | et *om. V?* | donatam *R* | transferre] trans $R^a$ 28 uel facta] facta est *M* | constitudo $M^a$, *inc.* $R^a$ | mouenas $R^a$ 29 easdem] eas *V* | causas *C* 30 concessarum *C* | sibi] si $M^a$ | actionem *C*, actioneum $M^a$ | contestatio litis *M* 31 his] iis *V?* | tantummodo *RM* 32 adhoc *C* | huiuscemodi *V?*

super hisdem cessionibus posita seruari concedimus. D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI DN.
IVSTINIANO A. PP. II CONS. a. 5

34 IDEM A. DEMOSTHENI PP. Sancimus omnem donationem siue communem [B 47, 1, 66]
siue ante nuptias factam usque ad trecentos solidos cumulatam non indigere monumentis,
sed communem fortunam habere, ut non usque ad ducentorum solidorum summam teneat,
sed in huiusmodi obseruatione similes sint tam communes quam ante nuptias donationes.
1 Si quid autem supra legitimam definitionem fuerit donatum, hoc quod superfluum est tan-
tummodo non ualere, reliquam uero quantitatem quae intra legis terminos constituta est
in suo robore perdurare, quasi nullo penitus alio adiecto, sed hoc pro non scripto uel
1a intellecto esse credatur. Exceptis donationibus tam imperialibus quam his, quae in causas
piissimas procedunt: quarum imperiales quidem donationes merito indignari sub obserua-
tione monumentorum fieri tam a retro principibus quam a nobis[1] sancitum est, sed firmam
habere propriam maiestatem: alias uero, quae ad pietatem respiciunt, usque ad quingen-
1b torum summam et sine monumentis esse ualidas censemus[1]. His insuper ante nuptias
donationibus, quae in adultas minores sui iuris constitutas cuiuscumque summae procedunt,
secundum ueterum legum scita[2], et nisi actis interuenientibus corroboratae sunt, suam
1c (1) retinentibus firmitatem. Sin autem non in auro res donationis fuerint datae, sed per res
mobiles uel immobiles uel se mouentes, quantitatem earum aestimari et, si quidem usque
ad legitimam solidorum summam erigatur, ualidam eam et sine monumentis conseruari:
sin autem amplioris summae inueniatur et minime actis comprobata est, superfluum tantum
2 uacuari. Ne autem communione inducta donatori et qui liberalitatem suscepit aliqua
oriatur contentio, electionem damus ei, qui ampliorem summam in re donata habuerit,
reliquae aestimationis quantitatem offerre ei, qui minorem causam habuit, et totum possi-
2a dere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res diuidi secundum quan-
2b titatem utrique parti competentem, si res diuidi sine suo periculo possibilis est. Sin
autem huiusmodi casibus, in quibus partitio utiliter celebrari minime potest, amplioris
summae dominus noluerit aestimationem offerre, tunc licebit etiam ei, qui minoris summae
3 habet potestatem, offerre pretium et totum sibi uindicare[3]. Si quis autem[4] per diuersa
tempora in eandem personam multas faciat liberalitates, quarum singulae quidem legiti-
mam quantitatem non excedunt, in unum autem compositae et praedicto modo exaggeratae
redundare uidentur et maioris esse quantitatis, non uideatur eas oportere in unum coadu-

*V* (*u.* 5 ut non ... 10 quae in cau *fere euanuerunt*) *CRM*

[1] 1, 2, 19 [2] 5, 3, 17 [3] *desiderantur quae indicat Isidorus* (*BΣ*) *his uerbis:* πάντων τῶν περὶ τραδιτίονος εἰρημένων ἐπὶ τῆς οἰκείας μενόντων ἰσχύος καὶ μηδεμίαν ἐκ τοῦ παρόντος νόμου μείωσιν ὑπομενόντων. ὡς ἂν δὲ ἐκ παντὸς μέρους ἡ τῆς τοιαύτης διαιρέσεως περιαιρεθῇ ἀμφισβήτησις, καὶ τοῦτο τῷ παρόντι νόμῳ περιλαμβάνομεν. *prius autem comma in Codice repetitae praelectionis quo se referat non habet, cum ea, quae de traditione interponenda in Th.* 8, 12, 1 (*cf. p.* 795 *not.* 8) 2 (*cf. p.* 796 *not.* 2) 3. 7. 8 *cauta fuerunt, propter c.* 35 § 5 *h. t. ab Iustinianis omissa sint* [4] autem *om.* *BΣ* (*Isid.*), *cf. not.* 3

1 seruare *C* | *s. a. V Hal.* | dn. *om. Hal.* 2 a. pp.] *sic uel* pp. a. *V?* 3 pp. *om. M* | siue communem *om. C* 4 facta *C* | monum. indig. *V?* 6 obseruationem $R^a$ | stimule $M^a$? 7 super leg. *C* 8 reliqui $R^a$, reliqua *M* | uero] *C*, autem *RM* | quantitate *M* 9 hoc] non *C* 10 quam] qui $R^a$ 11 piissimas *om.* $R^a$ | imperales $M^a$ | sub obseruatione (—nem *C*)] sed obseruationes $R^a$ 12 principalibus $M^a$ | a *om.* $M^a$ | sanctum *R*, factum $M^a$ | est *om. C* 13 usque] sed fima (firma $M^b$) usque $M^a$ | quingent.] *VC*, q. solidorum (solidum $R^a$) *RM* 15 in *om.* $R^a$ | suis *C* 16 ueterem $R^a$ | nisi] non si $R^a$ | sint *M* 17 res donat. non in auro *M* | sed] si $R^a$ | per *om. M* 18 se] sese *C* | eorum $M^a$ 19 mergatur *C*, exigatur $R^a$ | eam] esse *M* | sin] si *uel* sin *V* 21 communionem inductam $CR^a$, communionem induta $M^a$ | donari *V* 22 intentio *C* | rem donatam *CM* 23 reliquae] *VC*, reliquam $RM^b$, relinquam $M^a$: τοῦ ὑπολοίπου ποσότητος τὸ τίμημα *BΣ* (*Isid.*) | habuerit *M* | possideret (*uel* —retur) $R^a$ 24 facere minime *M* | malueri(n?)t *V* | secundum ... 25 diuidi *bis* $R^a$ | quantitates *M* 25 competentes *RM* | possibilis (—le $R^b$) est] possibil'e $R^a$ 26 huiusm.] in huiusm. *M* | ampliores $M^a$ 27 dominis uoluerint aestimatione *C* | etiam ei *om.* $R^a$ 29 easdem personas *C*, eadem persona $RM^b$, eadem personam $M^a$ | faciet *R*, facit $M^a$ | liberalitatem $R^a$ 30 autem *om. R* | positae *M* | exaggeratae] exegerat et *C*, exagega. $M^a$ 31 maiores *C* | quantitatis esse *R* | uidentur *C*

nare et introducere modos, per quos non conualeant et in irritum deuocentur, sed e con-
trario et plures intellegantur et singulae secundum sui naturam obtineant et monumento-
3a rum obseruatione non indigeant. Cum enim a ueteribus super hac re uariatum est, aliis
multas aliis unam eas definientibus, nobis causa placuit humanior, ut et multae intellegantur
et omnes ualidae, et hi qui liberalitates accipiunt sciant ueros non falsos suos esse donatores.
4 Si quis autem talem receperit[1] donationem, in qua stipulatus fuerit annuam cuidam prae-
stare quantitatem tantae summae, quae non excedit legitimum donationis modum, uaria-
batur, utrum eum ex particulari donatione multas fecisse donationes existimandum est et
eas actis non indigere, an ex totius stipulationis fundamento et fonte eius, ex quo annuae
donationes profluxerunt, et unam esse eam donationem putandam et procul dubio monu-
4a mentorum obseruatione uallandam. Quod ueteres quidem sat abundeque uariauerunt, nos
autem certa diuisione concludimus, ut, si huiusmodi quidem fuerit donatio, ut intra uitam
personarum stetur uel dantis uel accipientis, multae intellegantur donationes et liberae
monumentorum obseruatione. incertus etenim fortunae exitus hoc nobis suggessit, ut pos-
sibile sit unius anni tantummodo uel breuioris uel etiam amplioris temporis metas super-
uiuere uel donatorem uel eum qui donationem accepit, et ex hoc inueniri totam summam
4b donationis non excedere legitimam quantitatem. Sin autem etiam heredum ex utraque
parte fuerit mentio, uel[2] adiciatur tempus uitae uel donatoris uel qui donationem accipiet,
tunc, quasi perpetuata donatione et continuatione eius magnam et opulentiorem eam effi-
ciente, et una intellegatur et quasi densioribus donationibus[3] cumulata excedere legitimum
modum et omnimodo acta reposcere et aliter minime conualere. RECITATA SEPTIMO IN
NOVO CONSISTORIO PALATII IVSTINIANI. D. III K. NOV. DECIO VC. CONS. a. 529
35 [4]IDEM A. IVLIANO PP. Si quis argentum donauerit certumque pondus nomi- B 47, 1, 67
nauerit, non autem uasa uel generaliter uel specialiter expresserit, necessitatem ei imponi
omnimodo praefatum pondus argenti dare, siue in uasis quibus uoluerit, non tamen peio-
ribus aestimatione massae, siue in ipsa aestimatione, quae pro massa rudi in illis locis
1 frequentata est. Si uero reditum certum ex possessionibus donauerit, non tamen nomina
possessionum edixerit, necesse habere de sua substantia fundos tradere tantum reditum

*VCRM*

---

[1] fecerit (*u. i.*)? [2] non *ins. Cuiacius cum BΣ* (*Isid.*): καὶ μὴ προστεθείη ὁ τῆς ζωῆς καιρός (*u. i.*) [3] dationibus (*Mommsen, cf. BΣ* ταῖς πυκναῖς δόσεσιν)? [4] *iunge* 8, 55, 10

---

1 nunc ualeant $M^a$? | reuocentur *potius quam* deuocentur *V* | e] et *M* 2 naturam sui *M* 4 eas defin.] $W^a$, ea...fin. *V*, easdem fin. *C*, eam defin. *R*, esse defin. *M* | et ut *C* | multa *C* 5 hii *R* | libertates $M^a$ | ueros] uero si *C* | non] et non *M* | falsos suos] *CRM*, falsos *V?E* 6 receperit (recepit *C*, *inc. V*) ... cuidam (quidem *M*, *inc. V*) p. quant.] εἰ δέ τις ποιήσηται δωρεάν, ἐν ᾗ καὶ ἐπηρωτήθη ἐνιαυσιαίαν τινὰ παρέχειν ποσότητα *BΣ* (*Isid.*), εἰ δέ τις δωρήσεταί τινι ἐπερωτηθεὶς ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ διδόναι *B*: *uerba* stipulatus fuerit *passiue usurpata esse eadem sententia qua Graece dicitur* ἐπηρωτήθη, *ex sequentibus* praestare (*sic etiam V*) *et* 8 eum ... fecisse *constat* 7 excidit *C* | legitimae *M* 8 eum] cum *C* | perticulari don. $V^a$, don. particularis $M^a$ | et *om. CR* 9 quo] *C*, qua *VRM*: τῆς πηγῆς, ἐξ ἧς *BΣ* 10 donationis *C* | eam] eandem *C* | donationes putandas $R^a$ | putandam ... 11 obseruatione *om.* $M^a$ 11 obseruationem *C* | quod] illud quod usque modo diximus quod *C*, ὅπερ *BΣ* | sat] $V^aR^bM$, satis $V^bC$, sed $R^a$ | abundemque $R^a$ 13 stentur *C* | liberae mon.] libera.(t?)do mon. $V^a$, libera. monunument. $V^b$? 14 obseruationem *C* | incertis *C*, *inc.* $M^a$ | hoc] ho $M^a$ 15 breuiores $M^a$ | superuenire *R* 16 acceperit *V* 17 sin autem *om.* $V^a$ (*suppl. manus secunda*) | uraque $V^a$, ut.que $M^a$ 18 uel] εἰ δὲ ῥητὸν χρόνον ὁρίσαιεν ἤγουν καὶ κληρονόμων μνησθῶσιν *B*: *apparet igitur interpretem legisse quidem, ut est in libris nostris, sed praetermissis uerbis* uitae ... accipiet *eum omnem supposuisse, quo in certos annos stipulatio concepta fuerit* | adicitur *C* | temporis $M^a$ 19 perpetua *C* | donationem (—ne $V^b$) et continuationem *V*: ὡσανεὶ περπετουαθείσης τῆς δωρεᾶς καὶ τῆς συναφείας μεγάλην ταύτην ... ἀποδεικνυούσης *BΣ* | et] ent *V uel* $V^a$ | opulentiore $M^a$ | eam *om.* $R^aM^a$ | efficientem *C* 20 intellegantur $VR^a$ | excedere] *C cum BΣ* ἐπισωρευθεῖσα τὸ νόμιμον ἐκβαίνειν μέτρον, et exc. *VRM* 21 modum *om. V uel* $V^a$ | et *om.* $R^a$ | alter $M^a$ | con..uare $M^a$ | *s. a. V Hal. R* 22 palatio *R* | d. ... cons. (conss. *V*) *om. R* 23 certusque $R^a$? | numerauerit *C* 24 uasa] *V cum B et BΣ* τὰ σκεύη, alias *CR*, *de M non constat* 26 pro massa rudis $R^a$, promissarum *C* | locisque $M^a$ 27 si] *V?R*, sin *CM* | donaueriet (*uix* —rint) *V* 28 edixit *M* | reditum] reddere $R^a$

ASHMOLEAN OXFORD

inferre ualentes, quantum in donatione posuerit, in talibus tamen agris, qui nec omnibus
quos habet in possessione anteponuntur nec deteriores omnibus sunt, sed status mediocris
2 inueniuntur. Similique modo, si quis certum numerum seruorum donauerit, non tamen et
is nominatim seruos inscripserit, et hic mediocris figurae seruos tradere et neque tales,
quos non habere magis quam habere prodest, nec iterum eos, qui omnem seruorum fami-
3 liam donatoris antecellunt: sed et hic mediocritas spectetur. Sin autem donator neque
argentum neque seruos habens uel non tantum quantum donauit fecerit eorum donationem,
aestimationem in his celebrari pro eo quod deest, ita tamen, ut argenti quidem secundum
quod praediximus aestimatio detur, in seruis autem non amplius nec minus quindecim
solidis quantitas pro singulis reddetur, in reditibus autem in quindecim annos aestima-
3a tionem praestet. Sed in his omnibus, si quidem intra legitimam summam donatio fiat,
nulla monumenta requirantur: sin autem amplioris summae, tunc ad acta publica decur-
ratur, ita ut in his, quae amplioris sunt aestimationis, secundum nostram legem[1] non
4 totum, sed solum superfluum euanescat. Sed et si quis uniuersitatis faciat donationem,
siue bessis siue dimidiae partis suae substantiae siue tertiae siue quartae siue quantae-
cumque uel etiam totius, si non de inofficiosis donationibus ratio ad hoc reclamauerit,
coartari donatorem legis nostrae auctoritate tantum quantum donauit praestare: obserua-
5 tione et hic monumentorum secundum quod iam sanximus omnimodo requirenda. [2]Sed si
quidem in omnibus supra dictis casibus usus fructus fuerit a donatore retentus, et tradi-
5a tionem iure intellegi fieri. Sin autem hoc minime donator expresserit, si quidem stipu-
5b latio donationi inserta sit, ex eius auctoritate traditionem compelli fieri. Sin uero et hoc
praetermissum sit et usum fructum minime detinuerit, nihilo minus ex lege nostra necessi-
tatem ei imponi etiam tradere hoc quod donare existimauit, ut non ex hoc inutilis sit
donatio, quod res non traditae sunt, nec confirmetur ex traditione donatio, sed liberali-
tatem plenam et secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius tradi-
tionis effectus sequatur, et necessitatem habeat donator omnimodo res uel partem substan-
5c tiae quam nominauerit uel totam substantiam tradere. Cum enim in arbitrio cuiuscumque
sit hoc facere quod instituit, oportet eum uel minime ad hoc prosilire uel, cum ad hoc
uenire properauit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare tantam-
5d que indeuotionem quibusdam quasi legitimis uelamentis protegere. Tantoque magis haec
firma esse, si piis actibus uel religiosis personis donatio deputata sit (monumentorum obser-
uatione in his modis secundum quod specialiter a nobis in huiusmodi casibus praedictum
est[3] obseruanda), ne in praefatis causis ex quibusdam machinationibus non solum indeuotus,
sed etiam impius donator intellegatur poenasque non solum legitimas, sed etiam caelestes
5e expectet. Resque donatas in omnibus supra dictis casibus non solum eos, dum supersunt,
sed etiam eorum successores reddere compelli, non tantum his, in quos donatio facta est,

*V* (*desinit in u.* 14 faciat) *CRM*

---

[1] *c.* 34 § 1 *h. t.* [2] *excidisse uidentur, quae Isidorus* (*BΣ*) *sic indicat:* τὰ δὲ περὶ τῆς τραδιτίονος οὕτω σκοπείσθω· εἰ γὰρ [3] 1, 2, 19

---

1 donationem *C*, donationes *M* 2 possessiones *R* | sint *R* | status mediocris] $R^b$*M* *cum BΣ* μέσης ποιότητος, statim mediocres *VC*, statim meliorem $R^a$ 3 numerum n (n *del.* $V^b$*?*) seruum *V* | non] sed non *C* 4 is] *VC*, hic $RM^b$*:* μὴ μὴν ὀνομάσῃ *BΣ* | inscripserit ... seruos *om.* $M^a$ | scripserit *CR* | figurae] fugere $R^a$ 5 potest $R^a$ | omnes *V*, omne *R:* τοὺς πάντων βελτίους *BΣ* 6 antecellant *V?* | expectetur *CRM*, *inc. V* 7 non] nec *M* | donationem *om.* $R^a$ 8 deest] prodest $M^a$*?* 9 praedictum est *R* 11 si *om. C* 12 momenta requiruntur *C* | ad] aput *M* 13 in *om.* $R^a$ | sint *RM* | aestim.] extim. sint $M^a$ 14 sed et] et $R^a$ 15 bessis] semissis *C*, τοῦ διμοίρου *BΣ* 16 officiosis $R^a$ 17 obseruationem $CR^a$ 18 sancimus *C* 20 intellegis $RM^a$ 21 ex] et *CR* 22 sit *om.* $M^a$ 23 quod donare] destinare $R^a$ | non] hon $C^a$, *inc.* $M^a$ 24 quod] quae $R^a$ | sint $CR^b$ | libertatem $M^a$ 25 necessarium $M^a$ 26 substantiae] substantiam *C* 27 nominauit *M* | substantiam] substantiae $R^a$, *om. C* | sit cuiuscumque *M* 28 hoc *om. M* | facit $R^a$ | instuit $M^a$ | quodsilire $R^a$ | cum *om.* $R^a$ 29 properauerit *M* 30 protegere uelamentis *M* 31 actionibus $M^a$ | obseruationem *C* 32 modis] m. quae *C* 33 ne] nec $M^a$ 35 res quoque *C*, res $M^a$ | dum *om.* $R^a$ | supersit *R*, supersunt *M* 36 successores ... *p.* 801, 1 eorum *om.* $R^a$

sed etiam eorum heredibus. D. xv k. April. Constantinopoli Lampadio et Oreste
vv. cc. conss. a. 530

36 Idem A. Iohanni pp. Si quis pro redemptione captiuorum pecunias dederit [B 47, 1, 68]
siue per cautionem dare promiserit cuiuscumque quantitatis, cognoscat se neque repetitionem habere neque exactionem cautionis posse declinare, utpote gestis sicut in donationibus non subsecutis super insinuatione eiusdem quantitatis: eo uidelicet, qui pecunias accepit uel prima uice uel post cautionem, necessitatem habente piissimam administrationem adimplere, nulla ei molestia uel inquietudine inferenda uel ab eo qui pecunias praebuit uel ab aliis ex legum auctoritate permissis hoc requirere, sed tantummodo sacramentum praestare, quod re uera omnem quantitatem sine dolo uel aliqua deminutione ad
1 redemptionem dederit captiuorum. Simili etiam modo gestorum absoluimus ordinatione donationes rerum mobilium uel sese mouentium, quas uiri gloriosissimi magistri militum fortissimis praestant militibus tam ex sua substantia quam ex spoliis hostium, siue in ipsa
2 bellorum occupatione siue in quibuscumque locis degere noscuntur. Eandem liberalitatem nostrae legis indulgemus etiam his, quorum incendio uel ruina domus corruptae sunt, quibusdam forte pecunias cuiuscumque quantitatis praebentibus uel cautionem conficientibus, ut et ipsi nec repetitionem timeant, uerum etiam exactionem pecuniarum confessioni insertarum facere possint, licet non gesta fuerint subsecuta: nulla eis licentia danda pecunias ad alias causas nisi ad refectionem domorum erogare. quod si aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas an pars eius in aedificiis expensa est, hoc domini domus
3 sacramento dirimetur. Ceteris etiam donationibus, quae gestis interuenientibus minime sunt insinuatae, sine aliqua distinctione quingentos usque ad[1] solidos ualituris. hoc etenim tantummodo ad augendas huiusmodi donationes addendum esse ex praesenti lege decernimus: anteriore tempore nostra lege praecedente[2] moderando, qua usque trecentos solidos factae donationes et sine insinuatione firmitatem obtinere iussae sunt. D. xv k. Nov. Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

37 Idem A. Iohanni pp. Verba superflua, quae in donationibus poni sole- [B 47, 1, 69]
bant, id est sestertii nummi unius assium quattuor, penitus esse reicienda censemus. quid enim uerbis opus est, quae rerum effectus nullus sequitur? sancimus itaque nullo modo eorum mentionem uel *in* imperialibus donationibus uel in aliis omnibus de cetero fieri, sed et si quisquam per uerbositatem aliquid tale inscripserit siue remiserit, nulla differentia sit.

*CRM*

---

[1] ad *del.* [2] *c.* 34 *h. t.*

---

1 *s. a. Hal.* 3 pp.] p. *M* 4 cuiusque *C* | petitionem *C*, μὴ ῥεπετιτευέτω *BΣ* 6 insinuationem (insun. $M^a$) *M* 7 postea *R* | cautione *M* | habentem $R^a$ 9 auctore $R^a$ | promissis *R* 10 omne *R* | dinuntiatione $R^a$ 11 redeptionem *R* | absolumus $M^a$ | ordinationes donationis *C* 12 sese] se *RM* 13 militibus] militiae $R^a$ | ex] et $R^a$ 14 occupatione bellorum *M* | degerere $R^a$ | liberalitantem $M^a$ 15 indulgimus *C* 17 re**pitionem $M^a$ | confectioni $R^a$ 18 possunt *R*, possint $C^a$ | nullam (nulla $R^b$) eis licentiam dandas *R* 19 nisi ad] nisi ab *C* | refectionem] *N cum BΣ* ἀνοικοδομήν, perfectionem *CRM* 20 expersa *C* | domus domini *R* 21 dirimeretur $R^a$ | quae] quas $R^a$ 22 sint *CR* | sine *om.* $M^a$ | enim *RM* 24 anteriora tempora *R* 25 obinere $M^a$ | *s. a. Hal.* 27 pp.] p. *M* | poni] po $R^a$ 28 sextertii *R*, sextertiis *CM:* δωροῦμαί σοι ... sestertio nummo uno *BΣ*, ἔνθα γράφεται νούμμου ἑνὸς *B* | sensemus $R^a$ 29 opus est uerbis *R* | nullius $R^a$ 30 eorum] *C cum BΣ* τῶν τοιούτων μνήμην, eorum uerborum $RM^b$, uerborum $M^a$ | in *om. CRM* | in *om. C* | sed] si $R^a$ 31 et *om. M:* εἰ δὲ καί *BΣ* | siue remiserit (remanserit *uel* remansit $R^a$) *om.* $M^a$ | sit *om. C, inc.* $R^a$: ἔστι διαφορά *BΣ*

# LIIII (LV)

## R DE DONATIONIBVS QVAE SVB MODO VEL CONDICIONE VEL EX CERTO TEMPORE CONFICIVNTVR R

1 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. GAMICAE. Si doceas, ut adfirmas, [B 47, 1, 70] nepti tuae ea lege a te esse donatum, ut certa tibi alimenta praeberet, uindicationem etiam hoc casu utilem eo, quod legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes, id est
1 actionem, qua dominium pristinum restituatur tibi. Nam condictio quidem hoc casu (id est in personam actio[1]) iure procedit: uerum uindicationem quoque diui principes in hoc casu dandam esse sanxerunt. PP. VI K. DEC. TVSCO ET BASSO CONSS. a. 258

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. *AVRELIO* ZENONI. Si [Vat. 283 B 47, 1, 71] praediorum[2] proprietatem dono dedisti ita, ut post mortem eius qui accepit ad te rediret, donatio ualet, cum etiam ad tempus certum uel incertum ea fieri potest, lege scilicet quae ei imposita est conseruanda[3]. PP. V ID. MART. MAXIMO II ET AQVILINO CONSS. a. 286

3 IDEM AA. *IVLIAE* MARCELLAE. Quotiens donatio ita con- [Vat. 286 mutil. B 47, 1, 72] ficitur, ut post tempus id quod donatum est alii restituatur, ueteris iuris auctoritate rescriptum est, si is in quem liberalitatis compendium conferebatur stipulatus non sit, placiti fide non impleta[4], ei qui liberalitatis auctor *f*uit uel heredibus eius condicticiae
1 actionis persecutionem competere. Sed cum postea benign*a* iuris interpretatione diui principes ei qui stipulatus non sit utilem actionem iuxta donatoris uoluntatem competere[5] admiserint, actio, quae sorori tuae, si in rebus humanis ageret, competebat[6], tibi accommodabitur. PP. SI*RMI* XI K. OCT. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

4 IDEM AA. Perfecta donatio condiciones postea non capit. quare si pater [B 47, 1, 73] tuus donatione facta quasdam post aliquantum temporis fecisse condiciones uidetur, officere hoc nepotibus eius fratris tui filiis minime posse non dubium est. D. K. OCT. TIBERIANO ET DIONE CONSS. a. 291

5 IDEM AA. ET CC. DEXIPPO. Si quid mater filiae suae in potestate patris [B 47, 1, 74] constitutae sub hac condicione, si fuerit intra biennium emancipata, donauit, licet hoc matris uoluntate sui iuris effecta non tenuit, tamen prius marito defuncto[7] sui iuris quocumque modo effecta ad similitudinem legati ita relicti rem donatam firmiter habere uel uindicare potest. S. ID. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

*L* (54 R 1. 3. 4. 53, 26) *D* (54 R 1...4) *CRM*

---

[1] id est in pers. actio *del.* (*Hal.*) [2] si [praediorum] stipendiariorum *Vat.* [3] donatio inrita est, cum ad tempus (ad te *cod.*) proprietas transferri nequiuerit *Vat.* [4] seruata *Vat.* [5] decernendam esse *Vat.* [6] potuit decerni *Vat.* [7] prius marito defuncto *colloca post* 27 licet

---

2 uel (ac *M*) condicione] et conuentione *L* 3 consistunt *R* 4 aa. *om. M* 5 ea lege] ea l. ea $R^a$, ita $L^t$ | a te esse don.] ** don. a te *M* | certam $R^a$ | elementa *L* | praestaret *D* | ueneditionem $M^a$ 6 hoc] in hoc $DR^b$ | uoluerit $R^a$ | potest *CR* 7 nam] nam non solum $D^bM$ | quidem] quidem tibi *M, om.* $M^a$ 8 persona *R* | iure *om. D* | uindic. quoque] etiam uendic. (uenditionem $M^a$) *LM* | principis $RM^a$ 9 casum *L* | censuerunt (cons. $M^a$) *M* | *s. a. Hal. L* | uii *L* | et basso] ebās *L* 10 imp. *D* | aurelio] *Vat., om. libri* | carrenoni *Vat.* | si praed.] rerum tuarum si *M*, si rerum tuarum $R^b$ 11 redire *C* 12 certum tempus *M* 13 qui *M* | confirmanda *D*, conseruenda $M^a$ | *s. a. Vat. Hal.* | II *om. Vat.* 14 idem] impp. dioc. et max. *L* | iuliae] *Vat., om. libri* | conficitur] fit *M* 15 est] est a te *M* | ueteri *C*, uteris $M^a$ 16 in quem] quae *C* | confitebatur $L^t$ 17 liberalitutis $M^a$ | fuit] *edd.*, interfuit $LCR^bM$, interfuerit $R^a$ 18 benigna] *edd.*, benigni *libri:* κατὰ φιλαγαθίαν *B* | interpretationes (*uel* —nis $R^a$) principis $CR^a$ 19 ei *om.* $L^a$ | iuxta] iuta $M^a$ | uoluntate *C* | petere $L^a$ 20 ammisserunt *M* | agere *L* | tibi] ubi *C* | commodabitur $M^a$ 21 *s. a. Hal. L: in Vat. extat* pp. si | pp. *om. L* | sirmi] si *reliquis abscissis Vat., om. Hal. L* | IIII et III] ui *L* 22 aa.] a. *R*, aa. aurelie *E* (*ex u.* 10?), aa. idae *Contius* 1566 *ex libro* 23 donatione] donatio $R^a$ | perfecisse *M* 24 fratri tuo *C*, fratribus tuis $R^a$?, fratri tui $M^a$? | possit *C* | *s. a. Hal.* 26 dexippo] ad populum *M* 27 licet *seqq.*] ἐὰν ἠρτημένης τῆς αἱρέσεως τελευτήσῃ ὁ πατὴρ μὴ ποιήσας αὐτὴν emancipatam, ὡς ἀσθενῆσαι τὴν αἵρεσιν τῆς δωρεᾶς, ὅμως ἤρεσε ... τὴν δωρεὰν ἰσχύειν *BΣ* (*Isid.*) 28 facta *M* 29 effectam *C* | ita relicti *om.* $R^a$ | uel uind. potest *om. R* 30 *s. a. Hal.*

# LV (LVI)
## ℞ DE REVOCANDIS DONATIONIBVS ℞

1 IMP. PHILIPPVS A. *AGILIO* COSMIANO. Etsi[1] perfectis donationibus [Vat. 272 B 47, 2, 1
in possessionem inductus libertus quantolibet tempore ea quae sibi donata sunt pleno iure
ut dominus possederit, tamen, si ingratus sit[2], omnis donatio mutata patronorum uolun-
1 tate reuocanda sit. Quod obseruabitur et circa ea, quae libertorum nomine, pecunia tamen
2 patronorum et beneficio comparata sunt. Nam qui obsequiis suis liberalitatem patronorum
prouocauerunt, non sunt digni, qu*i* eam[3] retineant, cum coeperint obsequia neglegere, cum
magis in[4] eos collata liberalitas ad obsequium inclinare debet quam ad insolentiam erigere.
3 Hoc tamen ius stabit intra ipsos tantum, qui liberalitatem dederunt[5]. ceterum neque
filii eorum neque successores ad hoc beneficium pertinebunt[6]: neque enim fas est ullo[7]
modo inquietari donationes, quas is qui donauerat in diem uitae suae non retractauit[8].
D. XV K. IVL. AEMILIANO ET AQVILINO CONSS. a. 249

2 IMP. PROBVS A. FELICI. Si apud prouinciae praesidem auiam filiae tuae [B 47, 2, 2
quasi paenitentia ductam subtracta instrumenta donationum igni exussisse constiterit, uereri
te non oportet, ne id, quod iure uires acceperat, ex post facto possit in dubium reuocari.
PP. III NON. MAI. SIRMI PROBO A. ET PAVLINO CONSS. a. 277

3 IMPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. IANVARIO ET FELICI. Pos- [B 47, 2, 3
sessionem, quam in uos emancipatos per donationem mater contulit, ex paenitentia sola
alienare non potuit. PP. II ID. IAN. CARINO II ET NVMERIANO AA. CONSS. a. 284

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PROCVLAE. Confiteri [B 47, 2, 4
in fraudem te alterius donasse professionem inhonestam continere intellegas. itaque
si donationem perfecisti, eam reuocare non potes ex memorata adlegatione sub obtentu
paenitentiae. PP. K. APRIL. HERACLIAE AA. CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. EPAGATHO. Si donationem rite fecisti, hanc auctoritate [B 47, 2, 5
rescripti nostri rescindi non oportet. S. V K. MAI. HERACLIAE AA. CONSS. a. 293

6 IDEM AA. ET CC. HERENNIAE. Velles nec ne filio tuo praedia itemque man- [B 47, 2, 6
cipia donare, fuit initio tibi liberum. desine itaque postulare, ut donatio quam perfeceras

*L* (55 ℞ 1...5) *D* (55 ℞ 2...5) *CR* ($R^a$ *om.* 55, 6) *M N* (*ad* 55, 6)

[1] Cominio suo salutem. Inter patronos et libertos de iure donationum tractari non oportet, cum, etsi *Vat.* [2] si ingratus sit *om. Vat.*, *habent Graeci* [3] prou., sunt digni, quin (qui *scr.*) eam non *Vat.* [4] in *om. Vat.* [5] intra ipsorum tantum liberalitatem qui donauerunt *Vat.* [6] peruenient *Vat* [7] omni *Vat.* [8] reuocauit *Vat.*, ἀνεκαλέσατο *BΣ*

2 reocandis $R^a$ 3 impp. *R* | a. *om. R* | agilio] *Vat., om. libri* | cosmiano $R^a$, maiano *M*, cominio *Vat.* 4 quantolibet] $L^b$ *Vat.*, quandolicet $R^a$, quolibet $L^aCR^bM^b$, quolib** $M^a$ 5 ut dominus] a dominis $L^t$, ut domin*s $M^a$ | tamen *om. R* | omnes $R^a$ | uoluntate patronorum *L* 6 obseruabatur $R^a$ | et] etiam *Vat.* 7 et *om. C* | libertatem *C* | patroni $M^a$ 8 reuocauerunt *C* | qui] quo *LCRM* | eam] eam $L^a$ *sic*, ea *R*, etiam $M^a$ | retineat *C* | ceperunt *M* 9 collata *bis* $L^a$ | liberalitatis $M^a$ | debeat *Vat.* 10 inter *M* | tantum *om.* $R^a$ | libertatem *LCR*, *fortasse etiam B et BΣ, qui patronum tantum reuocare posse dicunt* | dederint *CR*, dederant *M* 11 bneficium $L^a$ | pertinebant *C* 12 donationes inquietari *M* | quam $M^a$ | die *C* 13 *s. a. Hal. L* | aemil. ... conss. *om. L* 14 praesidem prouintiae *M* 15 quasi] quam quasi *C* | paenitentiam ductam $CM^a$, poenitentie ductum $R^a$ | substracta *C* | ignis *C* | excusisse *D*, exausisse $M^a$ | consisterit *R* 16 iure *om.* $R^a$ | post] [po $M^a$ | reuocari] reu. penitentia sola alienare non potuit $D^a$ (*ex u.* 19) 17 *s. a. Hal. L* | III non. mai. sirmi] *L*, non. maiis *Hal.* | paulo *L* 18 impp. *LCR* | aa. *LCR, om. M* | iano *M* | et *om. D* 19 in] ui $R^a$ | mancipatos $M^a$ | mater contulit per don. *M* | pro donatione *LDR* 20 alienare] reuocare $L^a$ | *s. a. Hal. L* | II] prid. *L* | et num.] nuian. *L* 21 aa. et cc.] a. et c. *L*, aa. *DR, om. M* | confiteri] *C*, confiteris $R^aM^a$, cum confitearis $LR^bM^b$, cum fitearis *D* 22 te in fraudem *CRM* | intellegis $DRM^b$ 23 ea reuocari non potest *C*, eam renouare non potest $M^a$, οὐ δύνασαι ... ἀνατρέψαι *B* | memorata] memorationeta $L^a$ | adleg. sub obt.] allega obtentum $R^a$ 24 potentiae $L^t$ | *s. a. Hal. L* | hera. a. conss. *L* 25 idem] imp. dioc. et max. *L* | et cc. *om. DM* | epadatho *R* | donatione *R* | auctoritatem $L^aR^a$ 26 nostri] mei *M* | *s. a. Hal. L* | s. v *om. L* | hera. aa. et ii conss. *L* 27 et cc. *om. M* | herennio *C*, freniae *M* | ne *om. C* 28 in initio *N* | tibi *om. C* | luberum *M*

reuocetur sub praetextu mariti ac liberorum absentiae, cum huius firmitas ipsorum prae-
sentia non indigeret. S. v k. Oct. Viminacii CC. conss. a. 294
7 [1] Impp. Constantivs et Constans AA. ad Philippvm pp. | Th. 8, 13, 1 mut. B 47, 2, 7 |
His solis matribus, quae non in secundi matrimonii foedus nupserint, sed unius tantum
matrimonii sunt, reuocandarum donationum quas in filios fecerint ita decernimus facul-
1 tatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quidquid igitur is qui a matre impietatis
arguitur ex titulo donationis tenet eo die, quo controuersiae qualecumque principium iussu
2 iudicantis datur, matri cogatur reddere. Ceterum quae ante adhuc matre pacifica iure
perfecta sunt et ante inchoatum coeptumque iurgium uendita donata mutata in dotem
3 data ceterisque causis legitime alienata, minime reuocamus. Actionem uero matris ita
personalem esse uolumus, ut uindicationis tantum habeat effectum nec in heredem detur
4 nec tribuatur heredi. De ceteris autem, quae portentuosae uilitatis abiectaeque pudicitiae
sunt [2], satis etiam tacite cautum putamus. quis est enim, qui his aliquid arbitretur tri-
buendum esse, cum etiam illis, quae iure, secundas tamen contraxerunt nuptias, nihil ex
his priuilegiis tributum esse uellemus? D. xii k. Oct. Limenio et Catvllino conss. a. 349
8 Idem AA. ad Orfitvm pv. Si umquam libertis patronus filios non | Th. 8, 13, 3 B 47, 2, 8 |
habens bona omnia uel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus et postea
susceperit liberos, totum quidquid largitus fuerit reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio
ac dicione mansurum. D. v k. April. Arbitione et Lolliano conss. a. 355
9 [3] Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. ad senatvm. Dona- | Th. 8, 13, 6 B 47, 2, 9 |
tiones circa filium filiamue, nepotem neptemue, pronepotem proneptemue emancipatos [4]
celebratas pater seu auus uel proauus reuocare non poterit nisi edoctis manifestissimis
causis, quibus eam personam in quam collata donatio est contra ipsam uenire pietatem
et ex causis quae legibus continentur fuisse constabit ingratam. D. viii id. Nov. Raven-
nae Theodosio xii et Valentiniano ii AA. conss. a. 426
10 [5] Imp. Ivstinianvs A. Ivliano pp. Generaliter sancimus omnes donationes | B 47, 2, 10 |
lege confectas firmas illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa dona-
torem inueniatur, ita ut iniurias atroces in eum effundat uel manus impias inferat uel
iacturae molem ex insidiis suis ingerat, quae non leuem sensum substantiae donatoris
imponit, uel uitae periculum aliquid ei intulerit uel quasdam conuentiones siue in scriptis

*L* (55, 7. 56, 3. 55, 8...10) *D* (55, 7...9) *CR* ($R^a$ *om.* 55, 6) *M N* (*ad* 55, 6)

---

[1] *iunge Th.* 3, 13, 1. 8, 13, 2 [2] de ceteris ... sunt] quare de ceteris uel alterius status uel port. u. u. a. pudicitiae *Th.* [3] *iunge* 6, 55, 11 *et quae ibi laudantur* [4] emancipationis tempore *Th.* [5] *iunge* 8, 53, 35

---

1 reuocaretur $CMN^a$ | praestetu *M* | ac] et *MN* | huius ipsorum] eorum $N^a$ 2 indigeretur *C* | *s. a. Hal.* 3 imp. *L* | constantius et constans] *Th.*, constant. et constantius *L*, con. et cons. *D*, const. et constant. *CR*, constantinus et constantius *M* | aa.] a. *L*, *om. M* | ad phil. pp.] filippo p. *M* 4 solus $M^a$ | quae non] quando $D^a$ | secundis *C* | innupserint *C*, *nupserint $R^a$, nupserit $M^a$ | unus $L^a$ 5 ruocandarum $L^a$, reuocandi *C* | fecerunt *DC* | facultates *C* 6 eos] filios *C* | ostenderit *C* | a matre] matrem $L^a$ | inpietate $L^rM$ 7 ex *om. Th.* | qualicumque principum *C* 8 iudicandis *C* | quae] quod $R^a$ 9 inceptumque *LR* | mutata] $L^bC$ *Th.*, *mutata $M^a$, permutata $M^b$, *om.* $L^aR$ 10 alienata] al. sunt *R* 11 uolumus esse *L* | uenditionis $M^a$ | nec] ut nec *D* 12 quae] quod $L^a$ | adiectaequae *C* 13 cautam $M^a$ | est *om.* $CM^a$ | quis] quisquis $R^a$ | trib. esse] tri $L^a$ 14 quae] qui $L^a$ | contraxerit *D* 15 uellemus] *C Th.*, uolumus *LD?RM* | *s. a. Th. L Miraeus* 16 idem] imp. constantinus et constantius *L* | orphitium *C* | pu.] *L Th.*, pp. *DCR*, *om. M* | siu*(e?)quam $L^a$, s**quam $R^a$ | filius $L^a$ 17 parte *C* 18 suscepit $RM^a$ | arbitrium *LR* 19 ditionem *L*, dictione *M* | *s. a. Th. Hal. L* | arbitrione *Hal.*, arbition. *L* | lolliano] iul. *L* 20 imp. *D* | ualerius *M* | ad senatum *om. M* | donationem ... 22 celebratam *Th.* 21 filiamue] $M^b$ *Th.*, filiam uel $CM^a$, uel filiam uel *LR*, filiamque *D* | neptemue] uel neptem uel *C* | pronepotem *C* | proneptemue] pronepotemue $R^a$ 22 uel proauus *om. D* | potuerit *D*, potuit $R^a$ | edoctos *C* | manifestis *M* 23 causis $L^a$ | collatam $R^a$ | donatio est] donatione $R^a$? | citra *L* | proprietatem $R^a$ 24 quem $M^a$ | continetur *C* | *s. a. Th. Hal. L* | viii] *Th. libri quidam cum legibus iungendis*, uii *Th. libri optimi*, ui *L*, v *Hal.* 25 xiii *Hal.*, a. xii *L* | ii] iii *Hal.* 26 iulio *M* | pp.] p. *M*, *om. R* 27 aceptos *C* 28 atrocis *C* 29 acturae *C* | iniuriis *C* | suis *om. C* 30 imponat $L^a$ | intulit *C*

donationi impositas siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime
1 implere uoluerit. Ex his enim tantummodo causis, si fuerint in iudicio dilucidis argumentis
cognitionaliter adprobatae, etiam donationes in eos factas euerti concedimus, ne sit cuidam
licentia et alienas res capere et fragilitatem ridere donatoris, et iterum ipsum donatorem
2 suasque res perdere et praefatis malis ab ingrato donationis acceptore adfici. Haec tamen
usque ad primas personas tantummodo stare censemus, nulla licentia concedenda donatoris
successoribus huiusmodi querimoniarum primordium instituere. etenim si ipse qui haec
passus est tacuit, silentium eius maneat semper et non a posteritate eius suscitari concedatur uel aduersus ipsum qui ingratus esse dicitur uel aduersus eius successionem.
D. XV K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS. a. 530

## LVI (LVII)

## ℞ DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS ℞

1 [1]IMP. ALEXANDER A. DAPHENAE. Si donationi contineatur, ut altero defuncto [B 47, 3, 45]
ad alterum portio eorum quae donabantur pertineret, existente condicione, si mortis causa
donatio perficiebatur, fideicommissi actio competit. PP. IIII K. OCT. MAXIMO II ET AELIANO
CONSS. a. 223

2 IMP. GORDIANVS A. ZOILO. Intestata mortua quondam nuru tua neptis tua, [B 47, 3, 46]
1 quae ex ea filio tuo quaesita est, quandoque potest ad eius uenire successionem. Nec tamen
ea post mortem filii tui, ex quo quaesierat filiam, alii nuptui se collocando dotem dans
2 prohibebatur quam uellet condicionem eidem doti dicere. Sed si mortis causa donationem
in fratrem suum conferens in casum mortis suae eam dotem eundem fratrem suum stipulari
passa est, cum diui Seueri constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de cetero
patrimonio quantum Falcidia iubet heres non habet, prouisum sit, is qui nurui tuae heres
extiterit eius constitutionis beneficium non prohibebitur postulare. PP. X K. FEBR. GORDIANO A. ET AVIOLA CONSS. a. 239

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HEREDI. Nec fratris sui [B 47, 3, 47]
mortis causa recte factam donationem sorori rescindere licet. S. III K. IAN. SIRMI AA.
CONSS. a. 293

4 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Cum de mortis causa donatione dubita- [B 47, 3, 48]
batur et alii quidem inter ultimas uoluntates eam posuerunt et legatis adgregandam esse
censuerunt, alii autem inter donationes quae inter uiuos consistunt eam posuerunt, dubietate eorum explosa sancimus omnes mortis causa donationes, siue iuxta mortem facientis
fuerint celebratae siue longiore cogitatione mortis subsecutae sunt, actis minime indigere
neque expectare publicarum personarum praesentiam et ea quae super huiusmodi monumentis solent adhiberi. sed ita res procedat, ut, si quinque testibus praesentibus uel in

*L* (56, 3. 55, 8...10 [56, 1 *l*]) *D* (56 ℞ 1. 3. 4) *CRM*

[1] *iunge* 4, 48, 3

1 positas *C* | habitis *M* | spospondit *R*, sposponderat *M* 2 implere *om.* $M^a$ | etenim *C* | si] fi *L* | iudicio] *dett. cum BΣ* εἰ ἐν δικαστηρίῳ ἀποδειχθῶσιν, iudicium *LCRM* 3 donationis *C* | eas *R* | condimus *L* 4 licentiam *L* | carpere *C* | fragilitati $LR^a$, frugalitati $R^a$, f.gilitatem $M^a$, frugalitatem $M^b$, ἀσθένειαν *BΣ* 5 hoc *RM* 6 concedenda *om. C* 7 successorisbus $R^a$ 8 et] et silentium et $L^aR$ | suscitare $R^a$, successistiscitari $M^a$ 9 aduersus eius] ad eius *LRM* | successores $L^b$ 10 *s. a. Hal. L* | const. *om. Hal.* 12 casa $D^aM^a$ | donationis *D* 13 daphenae] 4, 48, 3, daphetie *l*, daphnae *DC*, dapnae *R*, dasinae *M* | donatione *l* | ut] et *C* 14 earum *R* | pertinere et $R^a$, pertineret et $CR^b$ 15 *s. a. Hal.* 17 dintestata $M^a$ | mortuaque *R* 18 filio] *lD*, filioque *CRM* | tua $R^a$ 19 ea] ea quae *RM* | nuptum $CR^a$ 20 uelle *CR* 21 inferens in casu *CM* | ea dote *C*, eadem dotem *R* 22 constitutiones *C* 23 nurus $CR^a$ 24 prohibetur *M* | *s. a. Hal.* 26 et cc. *om. D* | nec] ne $M^a$ 27 rectam *D* | facta $M^a$ | sorori] s. tuae *R* | *s. a. Hal. L* | s. *om. L* 29 impp. *R* | iustinus *M* | pp.] p. *M* | de *om.* $M^a$ | donationem $R^a$ 30 ea $D^a$, eas *M* | posuerint $C^a$, posuerant $C^b$ | adcregandam *R* 31 consuerunt *C* | inter *om. C* | uiuos] uos $M^a$ | dubitate $M^a$ 32 omnis $CR^a$ | mortes *C* | donationis $R^a$ | facientis] donantis *M* 33 longiore] a l. *D* | mortis cogitatione *M* | actis] in (?) actis actis $R^a$ 34 praesentia $CR^a$? | quae om.

scriptis uel sine litterarum suppositione aliquis uoluerit mortis causa donationem facere, et sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate uallata et nullam calumniam accipiat neque propter hoc, quod gesta ei non accesserunt, inefficax esse atque inutilis uideatur et omnes effectus sortiatur, quos ultimae habent liberalitates, nec ex quacumque parte absimiles esse intellegantur. D. K. SEPT. CONSTANTINOPOLI LAMPADIO ET ORESTE VV. CC. CONSS.[1] a. 530

## LVII (LVIII)
## ℞ DE INFIRMANDIS POENIS CAELIBATVS ET ORBITATIS ET DECIMARIIS SVBLATIS ℞

1 [2]IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Qui iure ueteri caelibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur atque ita uiuant, ac si numero maritorum matrimonii foedere fulcirentur, sitque omnibus aequa condicio capessendi quod quisque mereatur. Th. 8, 16, 1
1 nec uero quisquam orbus habeatur: proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem et circa feminas aestimamus earumque ceruicibus imposita iuris imperia uelut quaedam iuga soluimus promiscue omnibus. [3]PP. K. APRIL. ROMAE CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS. a. 320

2 [4]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ISIDORO PV. Inter uirum et uxorem rationem cessare ex lege Papia decimarum et, quamuis non interueniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis, nisi forte lex alia minuerit derelicta, decernimus. tantum igitur post haec maritus uel uxor sibi inuicem derelinquant, quantum superstes amor exegerit. D. PRID. NON. SEPT. VARANE CONS. Th. 8, 17, 2 a. 410

## LVIII (LVIIII)
## ℞ DE IVRE LIBERORVM ℞

1 [5]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ISIDORO PV. Nemo post haec a nobis ius liberorum petat, quod simul hac lege omnibus concedimus[6]. D. PRID. NON. SEPT. VARANE CONS. Th. 8, 17, 3 a. 410

*D* (56, 4) *CRM*

---

[1] post consulatum Lampadii et Orestis uu. cc.? [2] *iunge* 8, 34, 3. 10, 19, 2 [3] D. prid. k. Febr. Serdicae *praemittit Th., cf. leges iungendas* [4] *iunge* 1, 19, 6. 8, 58, 1 [5] *iunge* 1, 19, 6. 8, 57, 2 [6] omnibus concedimus] detulimus *Th.*

---

1 sine] sine litteris uel sine *C:* ἢ ἐγγράφως ἢ ἀγράφως *BΣ* | subpositionem *C* | uoluerint *C,* soluerit $R^a$ 3 gesta ei] gestata *M* 4 libertates $D^a$, uoluntates $R^a$ 5 parte] pāre *D* | absimiles esse intellegantur] *R cum BΣ:* ἀλλὰ ταῦτα τὰ ἀποτελέσματα ἐχέτω, ἅπερ αἱ τελευταῖαι βουλήσεις ἔχουσι, καὶ κατὰ μηδὲ ἓν μέρος ἀνομοίας αὐτὰς ἀπ' αὐτοῦ τούτου νοείσθω, absimilis eis intelegetur *D*, absimilis esse (eis *M*) intellegatur *CM* | *s. a. Hal. D* | k.] B. *D* 6 cc. *om. D* 8 orbatis *R,* orbitatatus $M^a$ 9 detemariis *C,* decimis $M^b$ 10 a. *om.* $R^a$ | iure] iu $R^a$? | uetere *R* 11 temporibus *C*, tribus $M^a$ | atque] itaque *M* 12 sitque] sit *M* 13 quisque *C* | habebatur $M^a$ | nomine damna *C*, dampna nomini *M* 14 existimamus *M* | eorumque *C,* e.rum $R^a$ 15 *s. a. Th. Hal.* | constantino a. II et constantio coss. *et in addendis* constantio II et constante aa. coss. *Hal.* 17 imp. *R* | sidore *R* | pu.] *R Th.*, pp. *C*, p. *M* | uiros et uxores *C* 18 non *om.* $M^a$ | liberis $R^a$ 19 alia minuerit (mun. $M^a$)] *CM*, aliam inuenerit $R^a$ *Th.*, alia minuenuerit $R^b$ 20 relinquant *C* | superstes] *Th.*, superstis *C*, superstitis *RM* 21 exegerit amor $M^b$, amor *om.* $M^a$? | *s. a. Th. Hal.* | prid.] pp. *Hal.* | uarana *Hal.*, uarane uc. *Th.* 23 *rubricam om.* $R^a$ 24 aa.] aa. et cc. *M* | pu.] pp. *C*, *om. M* | posthac *M* 25 hac] haec *C* | *s. a. Th. Hal.* | prid.] pp. *Hal.* 26 uarana *Hal.*, uarane uc. *Th.*

2 [1]Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Illam iniuriam, quae contra matrem defuncti uel defunctae praeteritis fiebat temporibus, pro iustitiae ratione amputamus et legitima iura, quae ex Tertulliano senatus consulto ei praestantur, omnimodo eam habere sancimus, licet tres liberos ingenua uel libertina quattuor minime pepererit. D. k. Ivn. Constantinopoli ipso A. ii cons.[2] a. 528

*CRM*

---

[1] *iunge* 6, 55, 12. 6, 56, 7 [2] *in M Paris.* 4527 *aliisue c.* 2 *continuatur rescriptum Gordiani, idemque in Paris.* 4534 *c.* 2 *expulit, ut haec in margine demum suppleta sit, in Paris.* 4517 *inter c.* 1 *et* 2 *collocatur. eius uerba haec sunt:* Imp. Gordianus A. Rufino. Actione competenti agere debueras. causis enim priuatorum priuata (priuatam *M, om. Paris.* 4517), commoda uero fisci nostri uel publica crimina plerumque persequentibus actio publica datur. *quod huic titulo non conuenire palam est ex argumento, quod fere ad* 3, 1 *uel* 10, 1 *quadrat: attamen in his titulis non extitisse Graeci testes sunt. immo alienum ab hoc Codice esse libri laudati ipsi indicant, cum addito uocabulo* uacat *deletum sit: in Paris.* 4517 *praeterea adnotatur* haec lex ualgose, *cf. Odofredus apud Savigny Geschichte des Röm. Rechts* 4 *p.* 370 *et Merkel ibidem p.* 575. *quare ueri simile fit eam constitutionem ut alias e Gregoriano Codice additam esse: num autem cum* 9, 6, 5 *iungenda sit, ut proponit Herrmann, non satis apparet*

---

2 praeteris *M*$^a$ | legitimam *R*$^a$ 3 prestiantur *R*$^a$ | habere eam *M* 4 uel *om. M* | peperit *RM* | *s. a. Hal.*

# LIBER NONVS

## I

## ℞ QVI ACCVSARE NON POSSVNT ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Silvano. Prius est, ut criminibus, [B 60, 34, 23] quae tibi ut grauiora ab aduersario tuo obiciuntur, caedis atque uulnerum respondeas, et tunc ex euentu causae iudex aestimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti. PP. v id. Mart. Tertvllo et Clemente conss. a. 195

2 Imp. Antoninvs A. Ingenvo. Si cautiones, quibus Secundinus solutam [B 60, 34, 24] Ingenuo pecuniam probare se dicit, tutores uel curatores tui suspectas ut falsas habent,
1 proprio nomine, cum non liceat alieno, non prohibentur in crimine falsi subscribere. Nec enim facile tutores uel curatores, qui officio et periculo *suo* res pupillorum uel adulescentium administrant, sententia notantur, nisi euidens eorum calumnia iudicanti apparebit. PP. xii k. Oct. Antonino A. et Geta conss. a. 205

3 Imp. Alexander A. Rvfo. Qui crimen publicum instituere properant, [B 60, 34, 25] non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionum pagina processerit et fideiussor de
1 exercenda lite adhibitus fuerit. Sin uero post satisdationem praesentes non fuerint, edicto admonendi sunt, ut ueniant ad causam agendam, et si non adfuerint, non solum extra ordinem puniendi sunt, sed etiam sumptus, quos in eam rem et circa ipsum iter ad litem uocati fecerunt, dependere cogentur. PP. iii non. Febr. Alexandro A. cons. a. 222

4 Idem A. Dionysio. Vxor tua, si consobrini sui necem uindicandam existimat, [B 60, 34, 26] adeat praesidem prouinciae. PP. xvi k. Ivl. Alexandro A. cons. a. 222

5 Idem A. Marcellinae. Senatus consulto permissum non est mulieri legis [B 60, 34, 27] Corneliae crimine reum facere, nisi res ad eam pertineat. cum igitur filii tui tutores et curatores habent, ipsi deliberare debent, an instrumenta, ex quibus aduersarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. PP. k. Oct. Alexandro A. cons. a. 222

6 Idem A. Probo. Accusationem, a qua discedere te professus es, repetere [B 60, 34, 28] non debes. PP. v non. Mai. Ivliano et Crispino conss. a. 224

7 Idem A. Felici. Si ea quae crimen intendit cognitionem moratur, certa [B 60, 34, 29] perferendae accusationi tempora iudex competens praestet, intra quae si agere supersederit, renuntiasse causae intellegitur. PP. xv k. Sept. Agricola et Clemente conss. a. 230

*L* (1 ℞ 1. 3...7) *D* (1 ℞ 1. 3...7) *CRM* (*transponit c.* 7. 6)

4 aa.] aa. et cc. *M* | saluiano $L^a D$, silbano *R* 5 tibi *om.* $L^a$, ut grau. tibi $L^b$ | uulneris *LDM* | respondeat $L^a$, tu respondeas *M* 7 propior $M^a$? | *s. a. Hal. L* | tertullo ... conss. *om. L* 8 antonius *M* | ingenio *M* 9 ut falsas habent suspectas (subpectas $M^a$) *M* 11 tutoris *C* | suo] *edd., om. libri* 12 sententiam $R^a$ | *s. a. Hal.* 14 instruere *D* 15 admittuntur *L* | praecesserit $CR^b$ 16 praesentis $R^a$ 17 ingerendam *C* | aduenerit $R^a$, aduenerint $R^b$ 18 ordinem] ordinem extimatione iudicis *M* | itiner $D^a$ 19 fuerunt $M^a$ | cogantur *DM* | *s. a. Hal. L* | iii *om. Hal.* | aa. conss. *L* 20 dionysio] marcelline *R*, *cf. ad u.* 22 | sui] *** $R^a$, *om.* $D^a$ *cum* *BΣ* (κ.π.), *sed contra BΣ* (ἰδία) τοῦ ἰδίου ἀνεψιοῦ | xistimant $L^a$, extstimat $R^a$ 21 predem $M^a$ | prouinciae] τῆς ἰδίας (ἰδίας *om. Fabrot.*) ἐπαρχίας *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal. L* | xiii *L* 22 dionisio *R*, *cf. ad u.* 20 | mulieris $L^a C$, mulierem $D^b$, γυναικί *B* 23 rerum $M^a$ | res *om. C* | et] uel *M*, καί *B* 24 habeant *M* | ipse $L^a M^a$? | deliberari *C* 25 debent *R*, esse debeant *C* | *s. a. Hal.* 26 aa. *D* | probo] felici probo *C* 27 *s. a. Hal. L* | et] ii et *Hal.* 28 cognitione *L*, cognitionem p****s $M^a$ 29 proferendae *DCR* | accusationis $LD^bRM$ | tempore $L^a$ | supersederat *D* 30 causa $C^a$? | intelligatur *M* | *s. a. Hal. L*

8 Imp. Gordianvs A. Gaio militi. Non prohibentur milites actiones quae [B 60, 34, 30 iudicii publici instar obtineant intendere, si suas suorumque iniurias exsequantur. ideoque consobrini tui necem defendere tibi permittimus. PP. xvii k. Avg. Pio et Pontiano conss. a. 238

9 Idem A. Severiano. Non ignorat competens iudex eam, quae ultionem [B 60, 34, 31 et mortem filii persequi adlegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probauerit. PP. vi non. Mart. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

10 Idem A. Mvcatravlo militi. Si crimen ad tuam tuorumque iniuriam [B 60, 34, 32 pertinens exsequeris, sollemnibus te inscriptionibus adstringe, ut praesidem prouinciae habere iudicem possis. PP. k. Avg. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

11 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Satvrnino. Data opera partis ad- [B 60, 34, 33 uersae res uestras incendio exarsas esse adseuerantes crimen Corneliae de sicariis exsequi potestis. PP. xiii k. Ivl. Peregrino et Aemiliano conss. a. 244

12 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Corinthiae. De cri- [B 60, 34, 34 mine quod publicorum fuerit iudiciorum mulieri accusare non permittitur nisi certis ex causis, id est si suam suorumque iniuriam persequatur, secundum antiquitus statuta tantum de quibus specialiter eis concessum est non exacta subscriptione. Vnde aditus praeses prouinciae in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibetur. S. v k. Mai. AA. conss. a. 293

13 Idem AA. et CC. ad Asclepivm. Si magnum et capitale crimen ac non [B 60, 34, 35 leue frater contra fratrem suum instituerit, non solum audiendus non est, sed etiam exilii poena plectendus. D. x k. Febr. CC. conss. a. 294

14 Idem AA. et CC. Aeliae. Propter insidias, quas tuae uitae paratas con- [B 60, 34, 36 tendis, accusationem apud praesidem prouinciae contra filium tuum, si pietas et ratio naturalis animi tui non reuocat intentionem, instituere potes. S. xvi k. Mart. CC. conss. a. 294

15 Idem AA. et CC. Lvpioni. Criminis accusationem instituere cum periculo [B 60, 34, 37 calumniae, si tibi existimatio integra est, minime prohiberis. S. iii k. Mart. CC. conss. a. 294

16 Idem AA. et CC. Callitycho. Cum rationibus iuris congruit desiderium [B 60, 34, 38 tuum postulantis accusationem tertiam ei qui duos reos delatos habet non permitti contra legis praescripta, nisi suas suorumque iniurias quis persequatur. S. xii k. Dec. Nicomediae CC. conss. a. 294

17 Pars sententiae eorvndem AA. et CC. datae v id. Ian. Diocletiano *vii* et Maximiano vi AA. conss. [B 60, 34, 39 a. 299 Iniquum et longe a beatitudine saeculi nostri esse credidimus, ut Thaumastus accusandi eius haberet facultatem, in cuius domo eum, licet

*L* (1, 9...17) *D* (1, 8. 9. 11...17) *CRM* (*transponit c.* 15. 14)

---

1 a. *om. M* | gaio] *C*, agazo *D*, agaso *R*, gasa *M* | actiones ... 2 optineat *C*, accusationes ... obtineant *DR*, accusationem ... obtineat *M*: τὰς ἀγωγάς, αἵτινες ... ἔχουσι *BΣ* (κ.π.) 2 iudiciis publicis *C*, publici iudicii *cdd. cum BΣ* (κ.π.) | suam s. iniuriam *R* | exequentur (exequent $D^a$?) *DR*, exequatur $M^a$, ἐκβιβάζωσι *BΣ* (κ.π.) 3 *s. a. Hal.* 4 idem] imp. gord. *L* | eueriano *M* 5 morem $M^a$ | filii] f. sui $L^bD$ 6 se (se *om.* $D^a$) esse matrem *DC* | *s. a. Hal. L* | vi non. mart.] non. martiis *Hal.* | cons. *L* 7 aa. *L* | mucatrabio *LC*, mucrataulo $RM^b$, meratulo $M^a$, *cf.* 2, 3, 9. 4, 44, 7. 8, 50, 15 9 *s. a. Hal. L* | pp.] p. *L* | gordiano ... conss. *om. L* 10 a. *om. M* | c.] a. *C*, ag. *M* | aduersae res] adseueres $R^a$ 11 incendio res uestras *M* | esse exarsas *LM* | corneliae] legis corn. *RM*, τῷ Κορνελίῳ *BΣ* 12 *s. a. Hal. L* | elian. *L* 13 imp. *D* | et cc. *om. DCR* | corinthiae *om. R* 14 fuerit ... certis *om. C* | fuerat *LD* | ex certis *M* 15 suam s. iniuriam persequetur *D*, suas s. persequatur iniurias *C* | antiquitus] antiqui iuris *LDR* | constituta *R* 16 eis] ei *M* 18 *s. a. Hal.* 19 et cc. *om. D* | scepium $R^a$ | agnum $M^a$ | capitalem $C^a$ 20 constituerit *D* | non *om.* $D^a$ | auxilii *D* 21 poenam *C* | *s. a. Hal. L Contius* 1559 | x k. febr.] xiii k. mart. *L Cont.* 22 et cc. *om. D*, et *om. R* | chelie *L* | intendis *R* 23 tuum *om.* $D^aC$, κατὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ *BΣ* (κ.π.) | et] a $L^a$, ac $L^b$ 24 constituere *libri*, ἐνστήσασθαι *BΣ* (κ.π.) | potest *C* | *s. a. Hal. L* | cc. conss. *om. L* 25 et cc. *om. D* | luponi *D* | actionem $R^a$ | perculo $L^a$ 26 estimatio $DM^a$ | *s. a. Hal. L* | s. *om. L* | mart.] mai. *L* | cc. *om. L* 27 et cc. *om. LD* | callitico *LDCR*, galitico *M* 28 duos] uos $R^a$ | permittit $L^aC$, permitti* $M^a$ 29 persequetur $M^a$ | *s. a. Hal. L* | nic. cc. conss. *om. L* 31 aa. ... 32 conss. *om.* $DM^a$, datae ... 32 conss. *om.* $RM^b$ | d. v id.] *C Hal.*, sub die k. *L* | dioc. ui (ui *om. L*) et max. u *LC*, diocl. et max. ui *N*, diocl. et max. *Hal.* 32 et longe a] in lege $R^a$ 33 credimus *DM* | ut] at *R* | thaumasius *LDR*, thomasius *M* | habet *uel* *abet $D^aM^a$? | domum $LD^bCR$, ἐν τῷ οἴκῳ *BΣ* (κ.π.)

ingenuum, a prima tamen aetate fuisse constabit[1]. quare ex nomine Thaumasti mentio super conflictu criminali Symmacho conquiescat. si quam sane ciuilem petitionem idem Thaumastus sibi competere confidit, iudicio praesidali poterit experiri.

18 IDEM AA. ET CC. IVLIANO. Si sororem tuam leuiorum commissorum ream [B 60, 34, 40] facis, accusationem non prohiberis exercere in iudicio praesidali, quo temerarie commissa congrua ultione plectantur. D. III K. MART. DIOCLETIANO VIIII ET MAXIMIANO VIII AA. CONSS. a. 304

19 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. LAODICIO PRAESIDI SARDINIAE. [Th. 9, 1, 12 mut. B 60, 34, 41] Neganda est accusatis, qui non suas suorumque iniurias exsequantur[2], licentia criminandi in pari uel minori crimine[3], priusquam se crimine quo premuntur exuerint, secundum scita ueterum iuris conditorum, ita tamen, ut et ipsi [(Th.)] inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. D. PRID. ID. AVG. CARNVNTI GRATIANO A. III ET EQVITIO CONSS.[4] a. 374

20 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Si quis ex [Th. 9, 6, 3 B 60, 34, 42] familiaribus uel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscumque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationem caput atque fortunas petiturus, cuius familiaritati uel dominio inhaeserit, ante exhibitionem testium, ante examinationem iudicii, in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur. uocem enim funestam intercidi oportet potius quam audiri. maiestatis autem[5] crimen excipimus. D. VI ID. NOV. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

21 [6]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CONSVLIBVS PRAETORIBVS TRIBVNIS PLEBI SENATVI[7] SALVTEM DICVNT. [Th. 4, 10, 2 B 60, 34, 43] Liberti si accusatores manumissorum heredumue esse praesumpserint, eodem quo serui supplicio tenebuntur, luituri poenas ante prohibitae delationis exordium. D. VIII ID. AVG. RAVENNAE ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

## II

## ☧ DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONIBVS ☧

1 IMP. ALEXANDER A. MARCIANO. Eos qui terminos effoderunt [Prochiron auctum 39, 143] extraordinaria animaduersione coerceri debere praeses prouinciae non ignorabit. PP. III K. AVG. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

*Gregorii M. epist.* 13, 45 (1, 20) *LD* (1. 2, 1) *CRM*

---

[1] constat (ἀποδείκνυται *BΣ* *κ.π.*)? [2] qui ... exsequantur *om. Th.* [3] in ... crimine *om. Th.* [4] post consulatum Gratiani A. III et Equitii *propter Ammianum* 30, 5, 11 *emendat Gothofredus* [5] autem *om. Th.* [6] *iunge* 4, 20, 12 *et quae ibi laudantur* [7] suo *ins. Th.*

---

1 thaumasii *LDR*, thomasii *M* 2 criminali symmacho] *L*$M^b$, crimen lysimacho (licom. *D*) *CD*, criminali stimacho *R*, criminalisumacho $M^a$? | sane] tamen *M* 3 thaumasius *LDR*, thomasius *M* 4 et cc. *om. D* | iuliano pp. *LDC*, iulio pp. (p. *M*) *RM* 5 quo] quo ut *D* | temere $L^t$, temeraria *DM*, εἰ δέ τι προπετῶς ἀπαιτηθῇ, τῇ ἁρμοδίᾳ προφάσει (κολάσει?) τιμωρηθήσεται *BΣ* (*κ.π.*) 6 plectatur *BΣ* (*κ.π.*)?, *u. s.* 6 *s. a. Hal. L* | III] ii *L* | diocl. ... 7 conss. *om. L* 8 impp. *LC* | ual. et ual. et *L*, ualentinus ualerius et *M* | aa. *LC*, *om. M* | lauditio *D*, laudatio *LRM* 9 praesidis arcd'. *D*, praesidi ardinie *R*, praesidi *M* | accusatio $L^tR^a$, accusantibus $D^r$ 10 persequantur *M* | uel minori] uel in minore (—ri *D*) *LD*, **minori $M^a$ 11 exuerunt $M^a$ | condictorum *C* | ut *om.* $M^a$ | ipse $L^a$ 12 *s. a. Th. Hal. L* | prid.] II *Hal. L* | aug. garunti *L*, mart. clarimont. *Hal.* 13 III *om. L* | conss.] uc. conss. *Th.* 14 imp. *L* 15 uel ex] uel *CM* | domos $M^a$ | lator $L^a$ 16 estimatione *L*, estimationem $DM^a$, existimatione *R* | familiaritate *Greg.* (*libri plerique*) $R^aM^a$ 17 meherserit $D^a$ | testium a. exam. *om.* $M^a$ | tertium *C* | examinatum $L^a$ | iudicium $L^a$?, iudicum *R* | exposatione $L^a$ 18 exordium *R* | fuestam $M^a$ | intercidi] $M^b$ *Th.*, interdici *Greg.* $LDCRM^a$ 19 autem] tamen *D* | excip.] alias excip. $D^a$ | *s. a. Th. Greg. Hal. L* | d.] s. *Hal* | VI] *Th.*, u *Greg. Hal. L* 20 caes. et attico conss.] caesaribus conss. *Greg.*, *om. L* 21 imppp. *D* | consulibus] et ss. *C*, et cc. *RM*, *om. D* 22 tribunis] et tr. *R* | plebi] *LC*, blebi *R*, plebis *DM Th.* | senectui *D* | dicunt *om. M* | si libertus *R* 23 ue *om. R* | praesumpserit *R* | supplicatio $M^a$ 24 adhibitae *Th.*, κεκωλυμένης *BΣ* (*κ.π.*) | dilationis *R*, delationes $M^a$ | *s. a. Th. Hal. L* | uii *Hal. L* | rauennae *om. Hal. L* | ā. sclēpdoto et mariña. conss. *L* 28 offoderunt $M^a$ 29 extraordinariam (—ria $M^a$) animaduersionem $CM^a$ | deberi *LCR* | *s. a. Hal. L* | III] xiii *L* 30 conss. *L*

2 [1] IDEM A. SYRO. Si cuiusdam criminis obnoxius seruus postulatur, dominus [B 60, 33, 15]
1 eum defendere potest et in iudicio sistere accusatoris intentionibus responsurum. Post probationes autem criminis non ipse dominus, sed seruus pro suo delicto condemnationem sustineat. ideo enim seruum suum domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes adlegationes offerre. PP. XI K. DEC. ALEXANDRO A. CONS. a. 222

3 IDEM A. STEPHANIDI. Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt. PP. IIII NON. NOV. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 60, 33, 16] a. 223

4 IMP. GORDIANVS A. ARCHELAO. Si accusatoribus absentibus et non per contumaciam adesse iudicio cessantibus ex una[2] postulatione aditus praeses prouinciae non causa cognita sententiam dixit, qua eum de quo querimoniam detulisti liberandum existimauit, criminatione etiam nunc perseuerante, quae contumacia uel cessatione accusatorum non interueniente auferri non potuit, causa intentati criminis apud eundem uel successorem eius more iudiciorum tractabitur. PP. NON. MART. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. [B 60, 33, 17] a. 241

5 IDEM A. PAVLINO. Non ideo minus crimine seu atrociorum iniuriarum iudicio tenetur is qui in istam accusationem incidit, quod dicat alium se huius facti mandatorem habuisse. namque hoc casu praeter principalem reum mandatorem quoque ex sua persona conueniri posse ignotum non est. PP. III ID. SEPT. GORDIANO A. II ET POMPEIANO CONSS. [B 60, 33, 18] a. 241

6 IDEM A. AVIDIANO. Absentem capitali crimine accusari non posse, sed [B 60, 33, 19]
1 requirendum tantummodo adnotari solere, si desit, uetus ius est. Et ideo cum absentem te et ignorantem, cui numquam ullum crimen denuntiatum esset, per iniuriam a praeside prouinciae in metallum datum dicas, quo magis in praesenti te agente, ut adseueras, iam nunc fides ueri possit illuminari, praefectos praetorio adire cura, qui, quidquid nouo more et contra formam constitutionum gestum deprehenderint, pro sua iustitia reformabunt. PP. IIII NON. APRIL. ARRIANO ET PAPO CONSS. a. 243

7 IDEM A. PROCVLO. Ea quidem, quae per officium praesidibus nuntiantur, [B 60, 33, 20] et citra sollemnia accusationum posse perpendi incognitum non est. uerum falsis nec ne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. PP. VIII ID. IAN. PEREGRINO ET AEMILIANO CONSS. a. 244

8 EXEMPLVM SACRARVM LITTERARVM DIOCLETIANI ET MAXIMIANI AA. Si quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit et querellam deferre uoluerit, non ad stationarios decurrat, sed praesidalem adeat potestatem aut libellos offerens aut querellas suas apud acta deponens. PP. SINE DIE ET CONSVLE. [B 60, 33, 21]

*L* (2, 2. 5. 3. 8) *D* (2, 2...5. 8) *CRM*

---

[1] *iunge* 3, 42, 2. 9, 35, 1 [2] parte *ins.* (*Mommsen*)

---

6 IDEM A. SEBASTIANO. Iure mariti adulterii accusare uolenti sexaginta dies utiles computantur, quibus in publico eius facultas fuerit, apud quem reus uel rea postulari potest: et cum praeterierint dies isti utiles, maritus quoque iure extranei agere
1 potest. Et qui confidit accusationi, calumniae notam timere non debet: nam ad probationem sceleris diui parentes mei quaestionem de mancipiis eodem modo haberi permiserunt, quo si iure mariti ageretur. PP. II ID. AVG. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 60, 37, 50] a. 223

7 IDEM A. HERCVLANO. Propter uiolatam uirginem adultam qui postea maritus esse coepit accusator iustus non est et ideo iure mariti crimen exercere
1 non potest, nisi puella uiolata sponsa eius fuerit. Sed si ipsa iniurias suas adsistentibus curatoribus, per quos etiam negotia eius gerenda sunt, persequatur, praeses prouinciae pro debita tanto delicto, si probetur, seueritate examinabit. PP. XII K. IAN. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. [B 60, 37, 51 Nomoc. 9, 30] a. 223

*p* (9, 3. 4) *L* (9, 2...6. 8. 9. 7) *DCRM*

1 aa.] a. *R* | lenoncini $D^a$ | contra hunc *C* | in *om. L* 2 detinerunt $L^a$, κατέχουσιν *Nomoc.* (κ.π.) | habuerunt] non h. $M^a$ *contra Nomoc.* | *s. a. Hal. L et L Contius* 1559 *ad c.* 1 | k.] *Hal. L hoc loco*, xii k. *L Contius ad c.* 1 3 anullino ... conss. *om. L hoc loco* 4 antonius *RM* | iulio *C* | coercendis *om.* $D^a$ 5 sententiam $L^a$, sententiis *C* 6 probare $pLD^tCR^b$ | ei (eius *p*) rei seruos *pL* 7 comprehendit] $N^b$, deprehendit *pLDCRM* | mulieres $M^a$ | non *om.* $L^a$ | iusti] eius $p^tL^t$ 8 quos *bis C* | ex] et *M* | matrimonii numerandum *om.* $p^bL^a$, matrimonii *om.* $L^b$ | enumerandum *D* 9 prohibetur *D* | praecepit *DCM* | questionem *M* 10 *s. a. Hal.* 11 a. *om. M* | proconsuli] pp. *C* | narbonensium *libri* | gracchus *om.* *BΣ* (κ.π.), *deficit* $R^a$ 12 que $M^a$, *deficit* $R^a$ | numerius] *edd. cum* *BΣ* (κ.π.), nunnus $pLDCR^bM^a$, numius $M^b$, *deficit* $R^a$ | in a..(l?)terio $L^a$ | noctu *om.* *BΣ* (κ.π.) *contra B* | ut *om.* $p^a$ 13 legum $M^a$ 14 patri] patri uel *L* | sed] quod *C* 15 calore *R* | adulterio $p^a$, adulterium $p^bL$ | interemerit *C*, interimit $p^a$ 16 eius] αὐτοῖς *BΣ* (κ.π.) | relauit $M^a$ | *s. a. Hal. pL* | pp. *om. pL* 17 conss. *L* 18 idem] a idem $M^a$ | ualenti *DM* | commisit $L^a$? 19 accusare $CM^a$ 20 oportet] conuenit *DM*, χρή *B* (κ.π.) | *s. a. Hal.* 21 adulteris *C* | uolentis *C* | sexaginta] xl $M^a$ 22 uel *om. C* 23 postulari] accusari *LDM*, κατηγορεῖσθαι *B* | maritus ... 24 confidit *om.* $R^a$ | etranei *L* 24 qui] si quidem $DM^a$?, ὅστις *B* | accusationis $L^a$ | nota $CM^a$ | non] no $M^a$ 26 quo] qua *LDRM* | *s. a. Hal. L* | pp. *om. L* 27 erculiano *DM* | uirg. adultam] uirginem $L^t$, adultam $L^r$, uirg. adulteram $M^a$: uirginem, adulta quae postea esse coepit, accusator *uidentur legisse Graeci:* διὰ τὴν χρανθεῖσαν παρθένον τὴν νεαράν, ἥτις νεανιεύειν μετὰ ταῦτα ἤρξατο, κατήγορος νόμιμος οὐκ ἔστι *B*, ἐὰν ἄνηβος γαμηθῇ μοι καὶ παρ' ἐμοὶ πληρώσῃ τὴν ἡλικίαν καὶ ἄρξηται γαμετὴ εἶναι, οὐ δύναμαι περὶ μοιχείας πρὸς αὐτὴν γενομένης εἴσω τῶν ιβ' ἐνιαυτῶν δικαίῳ ἀνδρὸς κινεῖν, ἀλλ' ὡς περὶ μνηστῆς *Nomoc. Bestae* 28 ceperit *DM* | et ... 29 potest *om.* $R^a$ 29 fuerit *R*, fuerat *L*, fuit *DCM* | sed] sed et *R* | obsistentibus *R*, subsistentibus $L^tC$ 30 eius] sua *L*, αὐτῆς *B* | generanda $M^a$ 31 debita] ut $R^a$ | delicto] in delicto $M^a$, *om.* $L^a$ | *s. a. Hal. L* | xui *L* | iun. *Hal.* | maximo ... 32 conss. *om. L*

8 Idem A. Domnae. Reos adulterii duos simul marem et feminem ex eadem [B 60, 37, 52] causa fieri lex Iulia de pudicitia uetat: sed ordine peragi utrosque licet. PP. id. Ian. Ivliano et Crispino conss. a. 224

9 Idem A. Procvlo. Castitati temporum meorum conuenit lege Iulia de pudicitia damnatam in poenis legitimis perseuerare. qui autem adulterii damnatam, si quocumque modo poenam capitalem euaserit, sciens duxit uxorem uel reduxit, eadem lege ex causa lenocinii punietur. PP. vii k. Febr. Ivliano et Crispino conss. a. 224

10 Idem A. Demetriano. De crimine adulterii pacisci non licet et par [B 60, 37, 53] delictum accusatoris praeuaricatoris et refugientis[1] ueritatis inquisitionem est. qui autem pretium pro comperto stupro accepit, poena legis Iuliae de adulteriis tenetur. PP. v non. Mai. Fvsco et Dextro conss. a. 225

11 Idem A. Norbano. Crimen adulterii maritum retenta in matrimonio uxore inferre non posse nemini dubium est. PP. k. Sept. Alexandro ii et Marcello conss. a. 226

12 (14) Imp. Gordianvs A. Aqvilae. Si, dum in tuo matrimonio uxor tua esset, [B 60, 37, 54] se adulterio polluit, in ea prouincia in qua id factum est adulterium more solito persequi debes. nec enim ab ea quae iam nupta est adulterium passa exordium accusationis sumi potest, si denuntiatio criminis nuptias non praecessit. PP. non. Dec. Gordiano A. et Aviola conss. a. 239

13 (12) Idem A. Basso. Etsi crimine adulterii damnatus restitutus non esset, ut [B 60, 37, 55] proponis, si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, non est accusata, nec poenae nec infamiae subici potuit, et multo magis, cum et accusatorem uita esse functum proponas. PP. k. Ivn. Sabino ii et Venvsto conss. a. 240

14 (13) Idem A. Silvano. Adulteram, si postea quam crimen contra eam inchoatum est prouincia excessit, etiam absentem inter reos recipi posse explorati iuris est. [B 60, 37, 56] PP. non. Mart. Attico et Praetextato conss. a. 242

15 Idem A. Hilariano militi. Si quondam uxor tua, antequam crimine adul- [B 60, 37, 57] terii peteretur, prouincia excessit, neque absens accusari potest neque in eam prouin-
1 ciam in qua stipendium facis transmitti iure deposcitur. Sane cum per occupationes militares licuerit, accusare eam sollemniter poteris: nec enim tempus, quo muneribus militaribus occuparis, uindictam tibi, quam maritali dolore percussus reposcis, debet auferre. PP. iiii id. Mart. Attico et Praetextato conss. a. 242

16 Impp. Valerianvs et Gallienvs AA. et Valerianvs C. Arcesilao. [B 60, 37, 58] Abolitionem adulterii criminis postulans praesidem in cuius officio accusatio fuerit instituta

*L* (9, 8. 9. 7. 10. 11. 12. 18. 19. 14) *D* (9, 8...11. 14. 12) *CRM* (*RM tranponunt c.* 13. 14. 12)

[1] *idem Graeci* (*u. i.*): rei fugientis (*Cuiacius*)?

1 donne *L*, domno *D?*, *om. R* | ereos $R^a$ 2 fieri *om. D* | iunia *C* | pucitia $D^a$ | *s. a. Hal. L* | iun. *Hal.* 3 iuliano ... conss. *om. L* | et] ii et *Hal.* 4 morum $M^a$ | dampnata *C* 6 ex (ex *om. C*) causa] excusa ex causa $L^a$ 7 puniatur *DM*, punitur *R* | *s. a. Hal. L* | pp.] d. *L* | et] ii et *Hal.* | cons. *L* 8 detriano *M* 9 delictum] d. est *DM* | refugienti *C*, fugientis *D*, τοῦ φεύγοντος *B* | est] *CR*, *om. LDM*: εἰ (εἰ *om. Synopsis*) καὶ ἴσον τὸ ἔγκλημα τοῦ τε κατηγόρου τοῦ προδεδωκότος καὶ τοῦ φεύγοντος ... οὐκ ἔστιν *B*, *sed negationem ab interprete additam esse BΣ ostendunt* 10 pro] prae *C*, *deficit* $M^a$ | strupro *LD*, strupo *R*, *deficit* $M^a$ | penam $R^a$, *deficit* $M^a$ | *s. a. Hal. L* | non.] k. *L* 12 neruanno *D*, *deficit* $M^a$ | maritus *C*, *deficit* $M^a$ | retentum $R^a$ 13 *s. a. Hal. L* | alexandro ... conss. *om. L* 14 imp. gord.] idem $M^a$, impp. seu. *D* | aquilio *L*, *inc. M* 15 id] idem *R* | adulterum $L^1$, ἡ μοιχεία *BΣ*(κ.π.) 16 neec $D^a$ | iam nupta quae *C* | adult. passa est *CR*, est et adult. passa $L^c$ 17 *s. a. Hal. L* | gordiano ... 18 conss. *om. L* 19 etsi] si $RM^a$, εἰ καὶ οὗτος *BΣ* (κ.π.) | non] ut non *C*, *deficit* $M^a$ 21 et *om.* $CM^a$ | uitam *CR* | esse *om.* $M^a$ 22 proponis $R^a$ | *s. a. Hal.* 23 siliano *L*, *deficit M* | adulteram] *W cum B* τὴν μοιχευθεῖσαν, adultera *LDCR*, *deficit M* | eum *C* 24 prouinciam *CR* | eos $DM^a$ | possit $R^a$ 25 *s. a. Hal. L* 26 hilario *R*, larino *M* | militi *om. M* | quidem *R* 27 peteretur] accusaretur *RM* | prouinciam *CR* | ea prouincia *CR* 28 occupationem militarem (—re $R^b$) $RM^b$, *inc.* $M^a$ 29 licuerit] *C*, non l. *RM* 30 occuparis uindictam (—ta $R^b$)] operanda sit uindicta *C* | pressus *M* | reposcit *C*, deposcis *R* | debet auferri $CR^aR^c$, auferre debet $M^a$ 31 *s. a. Hal.* 32 imppp. *RM* | ual. et g. aa. et ual. c.] ualens gratianus ualerius *M*, *inc.* $R^a$ | arciscilago *R*, achesila $M^a$, archesila $M^b$ 33 abolitione *C* | statuta $R^a$

1 adire debes. Ceterum erras tu marite existimans, etiam si simpliciter, id est sine aboli-
tione, destitisses, senatus consulto in persona tua futurum locum non fuisse: diuersum
2 enim diui principes saepe sanxerunt. Quin hoc amplius scias nullam fuisse tibi ulterius
potestatem instituendae huiusmodi accusationis, quia et decreto patrum et lege Petronia
ei, qui iure uiri delatum adulterium non peregit, numquam postea id crimen deferre per-
mittitur. PP. XV K. IVN. MAXIMO ET GLABRIONE CONSS. a. 256

17 IDEM AA. ET C. VICTORINO. Sine metu legis Iuliae de adulteriis coercendis reuocare
uxorem in matrimonium potes, cum nihil amplius quam libellos accusationis obtulisti, quia
postea comperisse te adfirmas, quod uana indignatione ad accusationem incitatus fueris.
1 Is enim committit in poenam, quam lex certo capite denuntiat, qui uel publice adulterio
damnatam habet uel adulteram sciens, ut ignorationem simulare non possit, retinet uxorem.
PP. VI K. AVG. IPSIS AA. IIII ET III CONSS. a. 257

18 IDEM AA. ET C. THEOD. Eum qui duas simul habuit uxores sine dubi- [B 60, 37, 59]
tatione comitatur infamia. In ea namque re non iuris effectus, quo ciues nostri matrimonia
1 contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. Verumtamen ei, [5, 3, 5 mut.]
qui te ficto caelibatu, cum aliam matrem familias in prouincia reliquisset, sollicitauit ad
nuptias, crimen etiam stupri, a quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas, ab [(5, 3, 5)]
2 accusatore legitimo sollemniter inferetur. Certe res tuas omnes, quas ab eo interceptas
matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis a rectore
prouinciae: nam ea quidem, quae se tibi ut sponsae daturum promisit, quo- [5, 3, 5 mut.]
modo repetere cum effectu potes quasi sponsa? ACCEPTA[1] ID. MAI. ANTIOCHIAE TVSCO
ET BASSO CONSS. a. 258

19 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. AD POMPEIANVM. Quamuis [B 60, 37, 60]
indubitati iuris sit, quotiens adulterii crimen intenditur, praesentiam accusatoris procedere
oportere, tamen quoniam ex litteris tuis cognouimus Materiam praepositi Viatoris uxorem
habitis quaestionibus cum Iuliano quondam adulterium commisisse detectam sub ipsa pro-
latione sententiae Viatoris ipsius praesentiam postulasse, non putauimus confecto paene in
iudicio facinore et iam agitata quaestione conuicto praepositum ab excubiis limitis reuo-
candum. D. S.[2] NON. DEC. *AA.* CONSS. a. 287

20 IDEM AA. DIDYMO. Foedissimam earum nequitiam, quae pudorem suum alienis libi-
dinibus prosternunt, non etiam earum, quae per uim stupro comprehensae sunt, inrepre-
hensam uoluntatem leges ulciscuntur, quando etiam inuiolatae existimationis esse nec

*L* (9, 18. 19. 14. 20) *D* (9, 18...20) *CRM*

---

[1] XV *ins. l. gem.* [2] s. d.?

---

1 debebis *C* | maritus $CM^b$, maritum $M^a$ | si *om.* *R* | id] ad $R^a$ 2 destitisse *R*, destitit *C* | aduersum $R^a$ 3 diui enim *C*, enim *om.* $R^a$ | saepe *om.* *R* | tibi ult. p. instituendi hui. accusationem *RM*, te alterius p. instituendae eiusmodi accusationis habiturum *C* 4 quia et] quia *M* | decreta *R* | patronia *CRM*, *cf. Dig.* 40, 1, 24 *pr.* 5 iure] re $M^a$ | id] hoc *R* 6 *s. a. Hal.* 7 *inscriptionem om.* $R^a$ | aaa. $R^bM$, | c.] cc. *C*, ccc. $R^bM$ 8 matrimonio $CM^b$, *inc.* $M^a$ | potest $R^a$ | libellus $R^a$ 9 quod] uelut $RM^a$? | accusatum *R* | inuitatus $CR^a$ 10 adultero *C* 11 si sciens *CR* | ignoratione *CR* | simularet *C* | possit] p. et *C* | detinet *RM* 12 *s. a. Hal.* 13 idem] imp. ual. et gal. *L* | aa. et c.] a. et c. *L*, aa. et cc. $DCR^b$, a. et cc. $R^a$, aaa. et ccc. *M*, aa. *l. gem.* | theod.] *L*, th. *DR*, et theod. *C*, theodote *M*, theodorae *uel* theodosiae *l. gem.* | simul duas *DR*, δύο ἅμα *BΣ* (κ.π.) | uxores habuit *L*, ἔσχε γυναῖκας *BΣ* (κ.π.) | dubio *L* 14 rem $M^a$ | quos *C* | ciuis $R^a$ 15 animis *C*, *om.* $R^a$ | destinatiore $L^a$ | ei *om.* $M^a$ 16 te ficta *C*, ficto te $M^b$, te *om.* $M^a$ | prouinciam *C*, prouintias *M* | relinquisset *R* 17 strupri *M* | quod] quia *M* 18 infertur *C cum BΣ* (κ.π.) ἐπιφέρεται | tuas] tuae $L^bC$, tuae instar $L^a$, τὰ σά *BΣ* (κ.π.) 19 simulationes *C* 20 ea *om.* *L* 21 cum] eum *C* | affectu *D* | potest *C* | sponsam *L* | *s. a. Hal. L cum l. gem.* | mai. ... 22 conss.] max. *L* 23 imp. *LR* | aa. et cc. *DM* | ponpianum *R* 24 praecedere *R* 25 quoniam *om.* $R^a$ | materia $D^c$ | propositi $DCRM^a$, πραιποσίτου *BΣ* (κ.π.) 26 detecta *C*, de te etiam $R^a$ | ipso *C* 27 pututauimus *D* | in iudicio] *LCM*, in iuditium *D*, iudicio *R*: *quasi esset* iudicio et facinore, *ita BΣ* (κ.π.) πληρωθέντος σχεδὸν τοῦ δικαστηρίου καὶ τοῦ δράματος καὶ γενομένης ἤδη τῆς ἐξετάσεως ἐλεγχθέντος 28 et iam] iam *L contra BΣ* (κ.π.), *u. s.* | propositum $DRM^a$, πραιπόσιτον *BΣ* (κ.π.) | reuocadum *M* 29 *s. a. Hal.* | aa.] aa. et *Hal.* 30 idem] impp. dioc. et max. *L* | aa.] a. *CM* | idimo *R*, idimi *M* | eorum $D^aM^a$ | qua $C^a$ 31 strupro *L* | inreprehensa uoluntate *LM* 32 estimationis *DRM*

nuptiis earum aliis interdici merito placuit. PP. III NON. OCT. IPSIS IIII ET III AA.
CONSS. a. 290

21 IDEM AA. SILANO. Ob commissa adulteria atque accusandas uxores certa [B 60, 37, 61
1 tempora, quae utiliter computari solent, praescripta sunt. Si igitur per occupationes publicas accusationem instituere non potuisti nec ante creditum tibi munus praescripta tempora transacta sunt, post depositam sollicitudinem qua detineris integram accusandi potestatem
2 habebis. Ad quam, cum uacare coeperis, properare debebis, ne effrenata licentia ad terrendam aduersariam futurae accusationis speciem praetendas. PP. XIIII K. NOV. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

22 IDEM AA. OBRIMO. Si ea quae tibi stupro cognita est passim uenalem [B 60, 37, 62
formam exhibuit ac prostituta meretricio more uulgo se praebuit, adulterii crimen in ea cessat. PP. XII K. NOV. IPSIS IIII ET III AA. CONSS. a. 290

23 IDEM AA. PROCVLO. Serui ob uiolatum contubernium adulterii accusare non [B 60, 37, 63
1 possunt. Is autem, qui post dissociatum matrimonium uxorem licito iure duxerit obque [(B)
intentatae accusationis ac potentis patrocinii metum ei qui accusationem instituerat aurum et argentum dedit, ad recipiendum id ulciscendamque turpis lucri cupiditatem adire praesidem potest, qui examinatis partium adlegationibus et inquisita fide ueri, si quid ab eo qui innocens est ob illati criminis timorem datum esse cognouerit, quemadmodum senten-
2 tiam formare debeat, euidentibus iuris placitis instruetur. Sin uero constiterit corrupti matrimonii uelut mercedem ad captandam impunitatem solutam esse, eum, qui etiam aduersus senatus consulti censuram cum foedissimo flagitio accepit, puniri iubebit. PP. K. NOV. IPSIS IIII ET III AA. CONSS.[1] a. 290

24 (25) IDEM AA. SOSSIANO. Etsi libidine intemperatae cupiditatis ex actorum [B 60, 37, 64
lectione exarsisse te cognitum est, tamen cum ancillam comprehendisse et non liberam stuprasse detectum sit, ex huiusmodi sententia grauatam potius opinionem tuam quam infamia adflictam esse manifestum est. PP. V ID. MART. TIBERIANO ET DIONE CONSS. a. 291

25 (26) IDEM AA. ET CC. CRISPINO[2]. Quoniam Alexandrum, qui in crimen uocatur, etiam praescriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator uxorem post comprehensum adulterium penes se habuisse uideatur, et de statu suo agere nunc uelle perspeximus, ita ordo quaestionis dirimendus uidetur, ut in primis quidem de statu Alexandri quaeratur,

*L* (9, 20...22) *D* (9, 20...22) *CRM*

---

[1] *inter c.* 23 *et* 24 $DR^bM$ *alii inserunt hanc:* Imp. (impp. *D*) Arcadius (imp. oro *Vindob.* 2267) A. (a. *om.* $R^b$) Dionae. Si eius, a quo nunc adulterii rea postularis (postulationis $M^a$), contra iuris formam contubernio haesisti (agisti *M*), innumeris te auctoritatibus tueri potes (potest $R^bM^a$). *eandem constitutionem ante c.* 22 *collocant WE, post c.* 24 *G. cum tamen numeri constitutionum, quae ex hoc titulo apud Graecos* (*u. g. B* 60, 37 *passim*) *citantur, conueniant cum hac editione, dubium non uidetur, quin rescriptum illud ex alio fonte uelut Gregoriano uel Hermogeniano Codice additum sit: ut enim uerba rescripti uerae constitutionis speciem prae se ferunt, ita Arcadii nomen in inscriptione non maiorem auctoritatem habet quam inscriptiones additamentorum ad* 2, 58 (*p.* 232) 3, 12 (*p.* 248, 6) 4, 21 (*p.* 328, 22) 4, 35 (*p.* 359 *not.* 3) [2] *cf.* 1, 23, 3

---

1 nuptias *LD* | eorum $D^aC^a$ | *s. a. Hal. L* | aa. *om. L* 3 aa.] a. *LM* | siliano *C*, siluano *M*, saluana $D^a$, saluano $D^b$ | adulterii $R^a$ | certa] $D^bCM$ *cum B*Σ (κ.π.) ῥητοί, reo (reos *L*) certa $LD^aR$ 5 accusationem] *E cum B*Σ (κ.π.) τὴν κατηγορίαν, accusationes *LDRM*, accusatione *C* | rescripta *LDC*, προγραπτοί *B*Σ (κ.π.) | tempora] nostra $R^a$ 6 integra *C* 7 uacari $L^v$, uocari $L^t$ | properare] propter ea re *C* | debis *R* | frenata $R^a$, effenata $M^a$ | temperandam $L^t$ 8 *s. a. Hal. L* | XIIII] xui *L* 9 aaa. *L* 10 aa.] a. *CM* | obrimi *L*, obrino *M*, obrimosi *R* | tibi strupo $M^a$, stupro tibi *CR*, σοι ἀπὸ στρούπτου *B*Σ (κ.π.) | est] est et $LM^b$ *contra B*Σ (κ.π.) 11 ac] ae $C^a$, et $C^b$ | prostitutam *DRM contra B*Σ (κ.π.) προϊσταμένη | meretrico *L* 12 *s. a. Hal.* 13 aa.] a. *M* | uiolatum] latum *C*, τὸ χρανθὲν αὐτοῖς συνοικέσιον *B*Σ (κ.π.) 15 intentae $CR^a$ | ac] et *M* 16 ulciscendumque $R^a$ 17 exordinatis $R^a$ | quid] quidem $M^a$, quidem id quod $CR^aM^b$?, quidem id $R^bM^c$ 18 qui *om.* $R^a$ | lilati $M^a$ 19 euidentibus] *C*, ex eu. *R*, et ex eu. *M* | constituerit $R^a$ 20 captandum inputatem $R^a$ | solutam] ei sol. *C* 21 *s. a. Hal.* 23 aa.] a. *M* | acterem $R^a$ 24 ancillas (ancillis $R^aM^a$) ... liberas $CR^aM$, δούλην ... ἐλευθέραν *B*Σ (κ.π.) | comprehedisse $M^a$ 25 struprasse *R*, strupasse *M* | ex] et ex *C contra B*Σ (κ.π.) | eiusmodi *R* | grauata *C* 26 infamiam $CR^a$: τῇ ἀτιμίᾳ συντριβεῖσαν *B*Σ (κ.π.) | *s. a. Hal.* 27 a. et c. M 29 penes] uxorem penes $R^a$ | uideatur *om.* $R^a$ uelle nunc *RM* | prospeximus *M*

ita ut, si eum liberum esse adhibita audientia deprehenderis, praescriptionis ei obiciendae facias potestatem: sin uero eundem seruum esse cognoueris, remotis praescriptionis impedimentis in adulterium crimen [1] protinus debebis inquirere ac, si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, poenam decernere, quam in adulterii crimen legum sanctio statuit. D. v k. Sept. AA. conss. a. 293

26 (27) Idem AA. et CC. Phoebo. Commissum ante adulterium cum eo, cui se | B 60, 37, 65 | postea nuptiis sociauit, uelamento matrimonii non extinguitur. PP. xviii k. Ian. CC. conss. a. 294

27 (28) Idem AA. et CC. Concordio praesidi Nvmidiae. Ita nobis pudor cordi | B 60, 37, 66 | est, ut remoueamus prisci iuris ambages et constituamus in adulterii quaestione abolitis de medio ceteris praescriptionibus praeter quinquennii temporis et lenocinii quod marito obicitur exceptionem, illam etiam, quae post solutum prius matrimonium ante denuntiationem nuptae competit, fidem criminis nosci. indignum est enim, ut ultionem pudoris praestigiae uersuti iuris excludant. PP. k. Ivn. Tvsco et Anvllino conss. a. 295

28 (29) Imp. Constantinvs A. Africano [2]. Quae adulterium commisit, | Th. 9, 7, 1 B 60, 37, 67 | utrum domina cauponae an ministra fuerit, requiri debebit, et ita obsequio famulata seruili, ut plerumque ipsa intemperantiae uina praebuerit: ut, si domina tabernae fuerit, non sit a uinculis iuris excepta, si uero potantibus ministerium praebuit, pro uilitate eius quae in reatum deducitur accusatione exclusa liberi qui accusantur abscedant, cum ab his feminis pudicitiae ratio requiratur, quae iuris nexibus detinentur et matris familias nomen obtinent [3], hae autem immunes ab iudiciaria *seueritate* praestentur, quas uilitas uitae dignas legum obseruatione non credidit. D. iii non. Febr. Heracleae Constantino A. vii et Constantio C. conss. a. 326

29 (30) Idem A. ad Evagrivm. Quamuis adulterii crimen inter publica | Th. 9, 7, 2 B 60, 37, 68 | referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur, tamen ne nolentibus temere liceat foedare conubia, proximis necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri fratri nec non patruo et auunculo [4],
1 quos uerus dolor ad accusationem impellit. Sed et his personis legem imponimus, ut crimen
2 abolitione, si uoluerint [5], compescant. In primis maritum genialis tori uindicem esse oportet, cui quidem ex suspicione [6] ream coniugem facere licet, uel eam, si tantum suspicatur, penes se detinere non prohibetur [7], nec inscriptionis uinculo contineri, cum iure mariti accusaret [8],

*L* (9, 26...29) *D* (9, 26...29) *CRM*

[1] crimen *del.* (*Mommsen*) [2] uc. *addit Th.* [3] et matris f. n. obtinent *om. Th., habet BΣ* (κ.π.) [4] fratri ... auunculo] uel consobrino et consanguineo maxime fratri *Th.* [5] si uoluerint *om. Th., habent B* (κ.π.) [6] etiam *ins. Th.* [7] uel eam ... prohibetur *om. Th.* [8] inscriptionis ... accusaret] intra certa tempora inscriptionis uinculo contineri *Th.*

1 praescriptioni *C* 2 facies *R* | remoratis $R^a$ | praescriptioni *C*, praescriptionibus $M^a$ 3 adulterum $R^bM$ | deductum *R* 4 prospexeris *RM* | *s. a. Hal.* 6 aa. et cc.] aa. *L*, a. *DM* 7 nuptiis postea *L* | extinguetur $D^bCM$, extinguntur $D^a$ | *s. a. Hal. L* | xuiiii *L* 9 aa. et cc.] aa. *D*, a. *LM* | consordio *LR*, concordi *DM* | praesidi] p. *L* | numidiae *om. M* 10 prisci] omnes prisci *uidetur legisse BΣ* (κ.π.) πάσας τὰς τοῦ ἀρχαίου νόμου περιόδους | ambagies *R* | questionem $R^aM$ 11 de medio *om. D* | lenonicinii $R^a$ 12 exeptationem $M^a$ | illam] et praeter illam *D* 13 nuptiae $L^a$ | enim est *L*, est *om. BΣ* (κ.π.) 14 praestigia *DRM* | uersati *C* | *s. a. Hal. L* | tusco ... conss. *om. L* 15 constatinus *R*, ant. *D*, antonius $M^a$ | a.] a. i. $M^a$ | afflicano *R* | quem $R^a$ 16 cauponii *C* | magistra *L* | obsequium $R^a$ | famulatur seruili *LDR*, famulata seruilia *C*, seruili famulata (—latur $M^a$?) *M* 17 praebuerint *R* 18 portantibus *D* 19 ducitur *C* | accusationem $R^a$ | his] iis *D* 20 quem *C* | familiae $LDCR^bM^a$, filiae $R^a$ | optinet *L* 21 hae] $LR^a$ *Th.*, haec *C cum libris legis Rom. Visig.*, hee $DR^bM$, αὗται *BΣ* (κ.π.) | ab] a *Th.* | seueritate] *libri Cuiacii cum Th. et BΣ* (κ.π.), seu. et stupri (strupri $LDR^a$) et adulterii *libri mei* | uitae] in te *R* 22 credit *LM* | *s. a. Th. Hal.* | d.] subscripta dat. *Hal.* | heracliae constantino a. vi et constantino (= *a.* 320) *Hal. cum libris legis Rom. Visig.* 24 idem] imp. const. *L* | aa. ad eugrium *D*, aa. de uagrio *R*, a. ad euagium *M* 25 legis *om. B* (κ.π.) 26 ne] nec *D* | sedare *L* 27 pracet *L* | referri *L*, referre *C* | copia $M^a$ | hoc est *om. B* (κ.π.) | patruo] eo p. *L* 29 abolitionis $R^a$ | maritus $M^a$? | genitalis $LD^bCRM$, generalis $D^a$, γενεθλιακῆς *B* (κ.π.) | iudicem $M^a$ 30 ex] et ex $CM^b$ | suspicionem *C* | coniuge *C*, coniungē *RM* | eam] ea *C* 31 accusare *LRM*, accusat *C*

3 ueteres retro principes adnuerunt. Extraneos autem procul arceri ab accusatione censemus: nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proterue 4 id faciunt et falsis contumeliis matrimonia deformant. Sacri- [Th. 11, 36, 4 mut. BΣ 11, 2, 35] legos autem nuptiarum gladio puniri oportet. PP. NICOMEDIAE VII K. MAI. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326

30 (31) IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD POPVLVM. [Th. 9, 7, 3 Prochiron auctum 39, 214] Cum uir nubit in feminam, femina uiros proiectura quid cupiat, ubi sexus perdidit locum, ubi scelus est id quod non proficit scire, ubi Venus mutatur in alteram formam, ubi Amor quaeritur nec uidetur: iubemus insurgere leges, armari iura gladio ultore, ut exquisitis poenis subdantur infames, qui sunt uel qui futuri sunt rei. [1]PP. ROMAE XVII K. IAN. CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS. a. 342

31 (32) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA.[2] [9, 16, 8 Th. 9, 7, 4 B 60, 37, 69] CYNEGIO PP. In adulterii quaestione ab omni familia non solum mariti, sed etiam uxoris, quae tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum, quaerendum est sine defensione cuiusquam. D. III ID. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 385

32 (33) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. [Th. 9, 7, 7 B 60, 37, 70] Adulterii accusatione proposita praescriptiones ciuiles, quibus aut dos repeti fingitur aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quae occurrere atque perstrepere examini consuerunt, iussimus sequestrari nec earum obice aliquid negotio tarditatis adferri: sed accusatione fundata, hoc est cum constiterit, quo iure (id est mariti uel extranei[3]) quoue tempore actio fuerit intromissa, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur, cum et iurgia quae magnitudine superant, praeponantur et ciuilis actio criminali iure postponatur, idem tamen, cum competere coeperit, habitura momenti, dummodo non obsit examini. D. VII ID. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

33 (34) IDEM AAA. RVFINO PP. Si qui adulterii fuerint accusati et obtentu proxi- [Th. 9, 7, 8] mitatis intentata depulerint, per commemorationem necessitudinis fidem crimini derogando, dum existimatur non debere credi quod adlegatur, non potuisse committi, hi si postmodum in nuptias suas consortiumque conuenerint, facinus illud, in quo fuerint accusati, mani-
1 festa fide atque indiciis euidentibus publicabunt. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint,

*L* (9, 29. 30. 33. 32) *D* (9, 29. 30. 33) *CRM*

---

[1] D. prid. non. Dec. Mediolani *praemittit Th.* [2] Impppp. Grat. Val. Theod. et Arcadius AAAA. *l. gem. contra Th.* [3] id est m. uel extranei *om. Th.*

---

1 ab] ab hac *Th. contra B* (κ.π.) 2 omnes *C* | accusationum *R* | astringant *L*, astrincat *D* | propterue *D* 3 matrimonii *C* 4 punire $D^a$ | oportere *R* | *s. a. Th.* 9, 7, 2 *Hal. L* | nicom. *om. Hal., post* mai. *collocat L* | contstant. a. ui. *L* 5 constantio] *Th.*, constantino *Hal.*, constant. *L* 6 imp. *LR* | const. et constant. *L*, cons. et constans *D*, constantinus et constantius *M* | aa.] a. *L, om. M* 7 feminam femina] *L*, femina femina *Th.*, feminam *DCRM:* ἐάν τις εἰς ἄρρενα ἁμάρτῃ, καὶ ὁ ἁμαρτήσας καὶ ὁ ἁμαρτηθεὶς ξίφει ἀποτεμνέσθωσαν *Proch.* | uiros proiectura] *C Th.*, uiris porrecturis $L^a$, uiris (iuris *R*, uires *DM*) porrecturam (—ra $L^b$) $L^bDRM$ 8 in *om. L* | forma *L*, feminam $D^a$ 9 insurgerere $R^a$ 10 sunt rei] fuerint *D* | *s. a. Th. Hal.* | XIII *Hal.* 11 III et c. II] *Hal.*, VIIII et c. *Th.: possis etiam de anno* 346 (IIII et c. III) *cogitare, cui magis quam a.* 342 *locus, ubi data est constitutio, conuenire uidetur* 12 impp. *C* | ualerius *M* | et *om. R* | aa. *C, om. M* 13 pp.] p. *M* 15 *s. a. Th. Hal. l. gem.* | IIII *Hal.* | a.] a. I *Th.* 17 imp. *L*, impp. *C* | theod.] grat. ualent. theod. *L* | arcad.] et archad. (arh. *R*) *LR* | aaaaa. *L*, aa. *C, om. M* | pp.] p. *M* 18 adulterium $M^a$?, in adulterii *L* | accusationem $R^a$ | praescriptionem $R^a M^a$ 19 ex *om. R* | quae] quem $R^a$ | occurret *uel* occurretur $C^a$ | perstrepem $R^a$ | consueuerunt *LC* 20 obici $L^a$, obiciet $L^v$ 21 constiterit *post* 22 intromissa *collocat Th.* 22 intromissu $L^t$ | magnitudines $M^a$ 23 superant] *Th.*, superantur *LCRM* | praeponantur *om. LR* | criminalis *C* | idem] id est $M^a$ | cum *om. C* 24 habitura] abitu *C* | obsit] sit $R^a$ | *s. a. Th. Hal. L* | VII id] GL' id. *L*, idib. *Hal.* | constant. *om. L* 25 II *om. L* 26 idem] imp. theod. archad. hon. *L* | aa. *DC*, a. *LRM* | pp. *om. RM* | si] hi $LM^a$ 27 intenta *L* | detulerint *C* | consuetudinis *LDR*, *inc.* $M^a$ | criminis *RM* 28 deum $D^a$ | non] *Montispess.* 83 *ex emend. Th.*, uel $LCRM^a$, uel non $DM^b$ | hii *DRM*, nisi *C* 29 conuenerint *L* 30 quis $D^aR$

iussimus in eosdem seuerissime uindicari et ueluti conuictum facinus confessumque puniri. D. PRID. NON. DEC. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

34 (35) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA.[1] PALLADIO PP. Si mulier repudii | Th. 3, 16, 2 mut. | oblatione sine ulla legitima causa a se dati discesserit, ne uiduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus. D. VI ID. MART. RAVENNAE EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS. a. 421

35 (36) IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Libertatem seruorum, qui ad dominium | B 60, 37, 71 | pertinent uxoris uel mariti uel parentium eorum, repudio misso propter suspicionem criminis adulterii, legum conditores intra duorum mensum spatium post missionem repudii numerandum suspendi definiunt propter tormentorum quaestionem, si opus exegerit, eis
1 imponendam. Sin uero uxor matrimonio sub praefato modo dissoluto rebus humanis exempta fuerit, nihil de tempore, quousque seruos eos propter memoratam causam perma-
2 nere deceat, adiciunt. Nobis uero necessarium esse uidetur certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis quaestionem, utrum in lucrum marito cedat an heredibus mulieris
3 restituatur. Sancimus itaque duos etiam menses post mortem mulieris seruari, ut intra eos ante dicti serui permaneant et facultatem maritus habeat probationes adulterii per eos praestare: transacto uero memorato tempore licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere, nisi per culpam eius maritus prohibitus fuerit causam adulterii, ipse uidelicet imminens, exercere. D. V[2] K. NOV. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. ANNO SECVNDO. a. 532

# X

## ℞ SI QVIS EAM CVIVS TVTOR FVERIT CORRVPERIT ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM VICARIVM ITALIAE. Si tutor | Th. 9, 8, 1 B 60, 57, 1 | pupillam quondam suam uiolata castitate stuprauerit, deportatione subiugetur atque uniuersae eius facultates fisci uiribus uindicentur, quamuis eam poenam debuerit sustinere, quam raptori leges imponunt. D. PRID. NON. APRIL. AQVILEIAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.[3] a. 326

*L* (9, 33. 32. 11 ℞. 10, 1) *D* (9, 33. 10) *CRM*

---

[1] imppp. Honorius Theodosius et Constantius AAA. *Th.* [2] xv (*Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 11 *p.* 181)? [3] Constantino A. VI et Constantino C. conss. (= *a.* 320: *Gothofredus*)?

---

1 in *om.* $R^a M^a$ | eodem *D* | et] sub *D* | conuinctum *R* | facimus $M^a$ 2 *s. a. Th. Hal. L* | prid.] II *Hal.* | constant. ... conss. *om. L* | abund.] ab. uc. *Th.* 3 aa.] a. *M* | pp.] p. *M* 4 discesserint $M^a$ | nec $M^a$ | uiduitate *C*, diuinitatem $R^a$ | procapacitate $R^a$ 5 accusatione $M^a$ | *s. a. Th. Hal.* | VI id.] *Th.*, XII kal. *Hal.* | rauennae *om. Hal.* 7 iustinus *M* | a. *om. M* | pp.] p. *M* | libertati *C* | dominum $R^a M^a$ 8 uxores $M^a$ | parentium] $CM^a$?, parentum $RM^b$ 9 mensium *RM* 10 definunt $M^a$ 11 sin uero *seqq.*] ἐὰν δὲ ἡ γυνὴ τοῦ γάμου κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον μὴ διαλυθέντος τελευτήσῃ καὶ θανάτῳ διαλυθῇ τὸ συνοικέσιον, οὐδέν *BΣ* (κ.π.) *rectius quidem, ne temporis spatium uiro propter mulieris mortem prorogatum uideatur: tamen librorum lectionem confirmat BΣ:* σημείωσαι, ὅτι καὶ μετὰ τελευτὴν δύο μῆνας κελεύει περιμένειν ἡμᾶς, οὐ μόνον τὸ ὑπολιμπανόμενον τοῖς δυσὶ μησίν, οἵτινες ζώσης αὐτῆς ἔδραμον, κελεύει ἡμᾶς περιμένειν | sub] su $M^a$ 12 seruos] suos $R^a$ | reos $M^a$ 13 adicunt $M^a$ | uero *om. RM*, δὲ *BΣ* (κ.π.) | esse *om. R*, φαίνεται εἶναι *BΣ* (κ.π.) 14 in lucrum mariti *C*, in lucro marito *RM*, εἰς κέρδος τῷ ἀνδρί *BΣ* (κ.π.) | accedat *RM* | an] uel *C* | heredibus] e rebus $M^a$ | mulieribus *C* 15 restituatur ... mulieris *om.* $M^a$ 16 maritus *om. BΣ* (κ.π.) 17 licentiam habere heredem (hered*** $M^a$)] *RM cum BΣ* (κ.π.) ἐξουσίαν ἔχειν τὸν κληρονόμον, liceat heredi *C* 18 imponendi $RM^a$? 19 *s. a. Hal.* 23 bassium *R* | uic. (ucariae *L*) italiae *om. M* 24 pupilla *C* | quandam *L*, *om. D* | sua *L* | uiolatam *C* | strupauerit *LD* | deportationi $R^b M$, deportionibus $R^a$ | subiungetur $M^a$ | uniuersam *D* 25 eius facultatem *D*, facultates eius *R* | uindicetur *D* 26 *s. a. Th. Hal. L* | prid.] II *Hal.* | non.] k. no. *L* | aquil. *om. Hal.* | VII et const. c.] a. et *L*

# XI

# ℞ DE MVLIERIBVS QVAE SERVIS PROPRIIS SE IVNXERVNT ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad popvlvm. Si qua cum seruo suo occulte [Th. 9, 9, 1 B 60, 37, 73]
1 rem habere detegitur, capitali sententia subiugetur, tradendo ignibus uerberone. Sitque
omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia nuntiandi, sit etiam seruo
2 licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. Filii etiam, quos ex hac con-
iunctione habuit, exuti omnibus dignitatis insignibus in nuda maneant libertate, neque per
se neque per interpositam personam quolibet titulo uoluntatis accepturi aliquid ex faculta-
3 tibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato uel filiis, si erunt legitimi, uel proxi-
mis cognatisque deferatur uel ei, quem ratio iuris admittit: ita ut et quod ille qui quondam
amatus est et quod ex eo suscepti filii quolibet casu in sua uideantur habuisse substantia,
mulieris dominio sociatum a memoratis successoribus uindicetur. D. iiii k. Ivn. Serdicae
Constantino A. vii et Constantio C. conss.[1] a. 326

# XII

# ℞ AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA SEV PRIVATA ℞

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Peliae. Ob debitum uiri uel ciuile [B 60, 18, 20] munus res uxoris qui pignori capiunt, uim contrahere uidentur. D. k. Ivl. Romae Antonino A. ii et Geta ii conss. a. 205

2 Imp. Antoninvs A. Vero. Tutoris tui lege Iulia de ui priuata damnati [B 60, 18, 21] si tertia pars bonorum fisco uindicata est, tutelae actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige, modo si nulla praescriptio locum habeat. nam successio oneribus portionis suae respondet. PP. xv k. Mart. Antonino A. iiii et Balbino conss. a. 213

3 [2]Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Bianori. Si confidis [B 60, 18, 22] sponsam filii tui raptam esse uel filium tuum inclusum, instituere sollemni more legis Iuliae de ui accusationem apud praesidem prouinciae non prohiberis. PP. viii k. Mai. Veronae[3] AA. conss. a. 293

4 Idem AA. et CC. Liberatio. Si criminis accusationem propter res a [B 60, 18, 23] seruo raptas intentandam putaueris, non contra dominum, sed contra eum quem facinus
1 commisisse proponis hanc instituere debes. Sed quoniam a Fuscinillo etiam te uerberibus

*L* (11 ℞. 10, 1. 11, 1. 12 ℞ 3. 4. 1) *D* (11. 12 ℞ 1. 3. 4) *CRM*

[1] Constantino A. vi et Constantino C. conss. (= *a.* 320: *Gothofredus*)? [2] *iunge* 5, 1, 1
[3] Heracleae (*Mommsen*)?

2 se propriis seruis *Th.* 9, 9 *rubr.* 3 iunserint *D* 4 imp. const.] idem *L* | a.] āc. *R* | suo *om.* *Expositio ad librum Papiensem* (*Monum. Germ. Leges* 4 *p.* 350) *Th.*: τῷ ἰδίῳ δούλῳ *B*, *cf. rubr.* 5 capitalis $M^a$ | sententiae $L^bRM$ | subiungetur *C* 7 licentiam $L^aCM^a$, lentiam $R^a$ | probatio *C* | libertatis $L^a$, liberatis $R^a$? 8 habuerit *Th.* | dignitatibus $L^a$ | libertatem *C* 10 si uel filii erunt *D*, uel filius fuerunt $M^a$? | proximus $M^a$, his proximis *D* 11 que] $DCM^b$ *Th.*, *om.* $LRM^a$ | ita ut et] *Th.*, ita ut *C*, id autem et *L*, id autem *DRM* | quondam amatus] *C Th*, condemnatus *LDRM*, ὁ δοῦλος *B et BΣ* 12 et *om.* *C* | uidentur *Th.* | substantiam $R^a$ 13 dominio mulieris *Th.* | uendicentur *L* | *s. a. Th. Hal. L* | iii k. (id. *L*) ian. *Hal. L* | sedice constant. uii et constant. conss. *L* 17 imp. *M* | et *om. M* | peliae] *C*, praeliae *L*, felice $D^a$, peliciae $D^bRM$ | ciuilem *C* 18 qui] quicumque *C* | capiuntur *C* | *s. a. Hal. L* | rom. *L* 19 ii et g. ii] et g. *L* 20 antonius *M* 21 uendicta $M^a$ | tutule $M^a$ | actione *C* 22 dirigere $R^a$ | portionibus *C*, potionis $M^a$ 23 respondet] $E^b$, respondit *CRM* | *s. a. Hal.* 24 imp. *M* | et *om. D* | aa. et cc.] *R*, aa. *LDC*, *om. M* 26 accusationis *C*, κατηγορίαν *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Hal.: in L extat* d. a. *repetita fortasse ex inscriptione c.* 4 (id. a.) | xviii 5, 1, 1 28 aa. et cc.] a. *L* 29 raptas] datas *L* | intentendam *D*, imputandam *L* | quae *L*, qui *C* 30 commisse $M^a$, praemisisse *R* | fuscinillo] *CR*, si in illo *L*, fiscinillo $DM^a$, fiscinulo $M^b$

adflictum adseueras, si hominibus coactis hoc fecit, de hoc etiam, si legis Iuliae de ui priuata reum deferendum putaueris, apud praesidem prouinciae age non ignarum, quemadmodum criminibus probatis res uindicari debeat. S. XVII K. IVL. *SIRMI* AA.[1] CONSS. a. 293

5 IDEM AA. ET CC. OPLONI. In possessionem fundi licet creditor per uim [B 60, 18, 24] ingrediatur, Iuliae legis uis priuatae reus deferri potest. S. VI ID. DEC. NICOMEDIAE CC. CONSS. a. 294

6 IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLINVM *PROCONSVLEM AFRICAE*. [Th. 9, 10, 1 B 60, 18, 25] Quoniam multa facinora sub uno uiolentiae nomine continentur, cum aliis uim inferre certantibus[2], aliis cum indignatione resistentibus[3] uerbera caedesque crebro deteguntur admissae, placuit, si forte quis uel ex possidentis parte uel eius qui possessionem temere temptauerit interemptus sit, in eum supplicium exerceri[4], qui uim facere temptauit et alterutri parti causam malorum praebuit: et non iam relegatione aut deportatione insulae plectetur, sed supplicium capitale excipiat nec interposita prouocatione sententiam quae in eum fuerit dicta suspendat[5]. D. XV K. MAI. AQVILEIAE[6] GALLICANO ET BASSO CONSS. a. 317

7 IDEM A. AD BASSVM *PV*. Si quis ad se fundum uel quodcumque [Th. 9, 10, 3 B 60, 18, 26] aliud adserit pertinere ac restitutionem sibi competere possessionis putat, ciuiliter super possidendo agat aut impleta sollemnitate iuris crimen uiolentiae opponat, non ignarus eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus

1 debet excipere. Quod si omissa interpellatione uim possidenti intulerit, ante omnia uiolentiae causam examinari praecipimus et in ea requiri, quis ad quem uenerit possidentem, ut ei quem constiterit expulsum amissae possessionis iura reparentur, eademque protinus restituta, si criminalis quaestio agitetur[7], uiolentus poenae non immerito destinatus in totius litis terminum differatur, ut agitato negotio principali, si contra eum fuerit iudicatum, in insulam deportetur bonis omnibus abrogatis. PP. PRID. NON. OCT. ROMAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

8 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. *AD* [Th. 9, 10, 4 B 60, 18, 27] *ALBINVM PV*. Seruos, qui fecisse uiolentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio deditos luere perpetrata cense-

1 mus. Quod si illi metu atque exhortatione dominorum uiolentiam admiserint, palam est secundum legem Iuliam dominum infamem pronuntiatum[8] loci aut originis propriae dignitate non uti, seruos uero, quos furoribus talium paruisse constiterit, metallis post[9] sententiam

*L* (12, 4. 1. 5...8) *DCRM*

---

[1] CC. (*Mommsen*)? [2] temptantibus *cum Th. scr.* [3] repugnantibus *Th.* [4] exseri *Th.* [5] Qui in iudicio manifestam detegitur commisisse uiolentiam, non iam (*u.* 12) ... suspendat, quoniam (*u.* 8) ... admissae. unde placuit ... praebuit *Th.* [6] Serdicae *Th.* [7] si cr. q. agitetur *om. Th., habent B* (κ.π.) [8] *firmat BΣ* (κ.π.) ἀποφανθέντα: pronuntiandum *Th.* [9] per *Th.*, μετά *BΣ* (κ.π.)

---

1 afflictum $M^a$ | omnibus $M^a$ | ui priuatae *D*, priuata ui *M* 2 rerum $R^a$ | defendendum *D*, deferende $R^a$, defere $R^b$ | prouinciae *om. DC contra B* (κ.π.) | ignarus *R* 3 *s. a. Hal. L* | XVII] uii *L* | sirmi (firm. *Hal.*) ... conss. *om. L* 4 idem] impp. dioc. et max. *L* | et cc. *om. D* | apoloni *R*, apolloni *M* | possesione $D^a R$, εἰς νομήν *BΣ* (κ.π.) 5 ingradatur $M^a$ | uis] ius $LCM^a$ | differri $M^a$ | *s. a. Hal. L* | VI] iii *L* | nic. cc. conss. *om. L* 7 a. *om. R* | proc. afr.] *Th., om. libri* 9 detegentur admisisse *L* 10 si forte *bis* $R^a$ | eius] ex eius *Th.* | possessione *C* 11 temptauerit ... facere *om. L* | temptauit $D^a$ | fac. temptauerit *RM* 12 partis ausam $L^a$ | maiorum *C* | deportationem *C* 13 plectentur $L^a$, explectetur *M*, plectatur *Th.* | capitalem $D^a C$ | nec] ne *D* | prouocationem $M^a$ | sententia *C* 14 data *LMR* | *s. a. Th. Hal. L* | gallo et bosso *L* 15 bassium *R* | pu.] *Th., om. libri* | quocumque $R^a$ 16 putat] putat aut $CM^b$ | ciuliter $L^a$ | super] s. hoc est de possessione $D^a$ 17 possidente $L^a R^a$ | aut] καί *B* (κ.π.) *contra Th.* 18 se] sese *D*, *om. C* 19 debeat *L* | experire $M^a$, *om.* $R^a$ 20 causa *C* | et] ut $R^a$ | eam *C* | ut] aut *C* 22 crimalis $R^a$ 23 liti *L*, litteris $M^a$? | ut] aut *L* 24 peportetur $R^a$ | adrogatis *C* | *s. a. Th. Hal. L* | pp. prid.] d. II *Hal. L* 25 a. *om. Hal.* | v ... conss. *om. L* 26 impp. *LC* | ualentinus *M* | et *om. D* | aa. *C* | ad alb. pu.] *Th., om. libri* 27 seruos] καὶ τοὺς οἰκέτας *BΣ* (κ.π.) *contra Th.* | proproprііs $R^a$, pro..iis $M^a$ 28 commiserunt *M* | debito $CM^a$ | soluere $L^a DC$, *inc.* $M^a$ | scensemus $R^a$, cense... $M^a$ 30 legum $M^a$ | infantem $D^a$ | proununtiatum *R* | loca propria ut originis propria dign. *C* | dingnitati *L* 31 uero *om.* $L^a$ | talibus *LM*, alium *C* | paruusse $M^a$ | metallo *D*, metalli *C*

2 dedi. Viles autem infamesque personae et hi, qui bis aut saepius uiolentiam perpetrasse
(1) conuincentur, constitutionum diualium poena teneantur. Iudicem uero nosse oportet, quod graui infamia sit notandus, si uiolentiae crimen apud se probatum distulerit omiserit uel impunitate donauerit aut molliorem quam praestituimus poenam protulerit[1]. D. PRID. NON. MART. MEDIOLANI VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS. a. 390

9 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AVRELIANO PP.[2] Crimen [Th. 9, 28, 2 B 60, 18, 28] non dissimile est rapere et ei qui rapuerit rapta scientem delictum[3] seruare. D. III NON. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

10 IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. NICOSTRATO PP. Omnibus per ciuitates [B 60, 18, 29] et agros habendi bucellarios uel Isauros armatosque seruos licentiam uolumus esse prae-
1 clusam. Quod si quis praeter haec, quae nostra mansuetudo salubriter ordinauit, armata mancipia seu bucellarios aut Isauros in suis praediis aut iuxta se habere temptauerit, post exactam centum librarum auri condemnationem uindictam in eos seuerissimam proferri
2 sancimus. Viri quoque clarissimi prouinciarum rectores in speculis esse debe- [B 60, 18, 30] bunt, ne quis audeat statuta nostrae mansuetudinis in aliquo uiolare, scientes, quod ex dissimulatione dignitatis et administrationis cingulo priuabuntur et post centum librarum auri multam salutis uitaeque suae periculum sustinebunt: primatibus uidelicet apparitionis suae personis praeter amissionem fortunarum suarum capitali quoque supplicio feriendis. D. V K. SEPT. ANTHEMIO A. II CONS. a. 468

# XIII

## ℞ DE RAPTV VIRGINVM SEV VIDVARVM NEC NON SANCTIMONIALIVM ℞

1 [4]IMP. IVSTINIANVS A. HERMOGENI MAGISTRO OFFICIORVM. Rap- [I, 3, 53 mut. B 60, 58, 1] tores uirginum honestarum uel ingenuarum, siue iam desponsatae fuerint siue non, uel quarumlibet uiduarum feminarum, licet libertinae uel seruae alienae sint, pessima criminum peccantes capitis supplicio plectendos decernimus, et maxime si deo fuerint uirgines uel uiduae dedicatae (quod non solum ad iniuriam hominum, sed ad ipsius omnipotentis dei inreuerentiam committitur, maxime cum uirginitas uel castitas corrupta restitui non potest): et merito mortis damnantur supplicio, cum nec ab homicidii crimine huiusmodi

*LDCRM:* 13, 1 *extat in Paris.* 4421 (= *I*) *saec. XI ad finem Inst. adscripta*

[1] molliore q. p. poena perculerit *Th.* (*u. i.*) [2] II *addit Th.* [3] scientem delictum *om. Th.*, *habet BΣ* (κ.π.) [4] *iunge* 5, 17, 11

1 dediti *C* | autem] uero *L* | hii *DRM* | qui bis] quibus *LC* 2 constitutionibus $R^a$ | diuialium $M^a$ | pene teneatur $M^a$ | noscere $RM^a$ 3 crimine *D* | distru*erit $M^a$ | omiserit] uel omis. *M cum BΣ* (κ.π.) *contra Th.* 4 inpunitati *LRM*, impunitatem *legit BΣ* (κ.π.) ἀτιμωρησίαν δωρήσεται | molliorem (meliorem $L^1$) q. p. (praestituerit *L*) protulerit (protulit *L*) penam *LRM*, sententiam meliorem q. p. protulerit *D:* κουφοτέραν ἤπερ ὡρίσαμεν προσενέγκῃ τιμωρίαν *BΣ* (κ.π.) | *s. a. Th. Hal. L* | prid.] ii *L*, VI *Hal.* 5 mediol. *om. Hal.* | ualent. ... conss. *om. L* | neot.] neot. uc. *Th.* 6 *inscriptionem om.* $M^a$ | aurelio *R*, aurel. *D* 7 ei] eum *legit uel emendauit BΣ* (κ.π.) κἀκεῖνον, ὅστις ἥρπασε τὰ ἁρπαγέντα, τὸν εἰδότα τὸ ἁμάρτημα φυλάξαι | rapta] $L^1$ *Th. BΣ* (κ.π.), raptam $L^a DCRM^b$, reptam $M^a$ | sciente $L^1$, scientis $M^a$? | *s. a. Th. Hal. L* 8 constant. ... conss. *om. L*, constant. *om. Hal.* | VI] V *Hal.* 9 antheorius *L*, antoninus *M* | a. *R* | nic. pp. *om. RM*, pp. *om. L* 10 uel] et *M* | isaros $D^a$ | pleclusam *D* 11 haec] haec omnia *R contra B* (κ.π.) | quae *om. D* 12 aut] uel *D* | ysaureos *C* | in suis praediis] ἐν τοῖς οἴκοις ἢ ἰδίοις κτήμασιν *B* (κ.π.) 13 seuerissima *C*, seuissimum $R^a$, seuissimam $R^bM$, αὐστηροτάτην *B* (κ.π.) 15 statuta] *C cum B* (κ.π.), haec st. *LDRM* 16 dign. et] καὶ τοῦ ἀξιώματος καί *B* (κ.π.) 17 multa *D* | sustinebint *L* 18 quoque] que *L* 19 *s. a. Hal. L* | anth. a. II cons. *om. L* 21 raptoribus $L^a$ | seu] uel *RM* 23 *inscriptionem om. I* | impp. *R* | iustianianus *R*, iustinus *M* | hermogenio *C* | maister off. *L*, mag. officii *R*, *om. M* 25 qualibet *L*, quarumlibus $M^a$? | crimina *D* 26 plectendos] pl. esse *D*, pl. fuisse *l. gem.* 27 deodicatae $D^a$ | hominum] bonorum *R* | ad *om.* $M^a$ | dei omnipotentis *L* 28 reuerentiam *IDCRM* | corrupta *om.* $D^a$ 29 homidii $R^a$

1 raptores sint uacui. Ne igitur sine uindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, ut hi, qui huiusmodi crimen commiserint et qui eis auxilium tempore inuasionis praebuerint, ubi inuenti fuerint in ipsa rapina et adhuc flagrante crimine comprehensi a parentibus uirginum uel uiduarum uel ingenuarum uel quarumlibet feminarum aut earum consanguineis aut tutoribus uel curatoribus uel patronis uel dominis, conuicti
1*a* interficiantur. Quae multo magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulie- (1, 3, 53)
res ausi sunt rapere, quia duplici crimine tenentur tam adulterii quam rapinae et oportet
1*b* acerbius adulterii crimen ex hac adiectione puniri. Quibus connumerauimus etiam eum,
1*c* qui saltem sponsam suam[1] per uim rapere ausus fuerit. Sin autem post commis- (1, 3, 53)
sum tam detestabile crimen aut potentatu raptor se defendere aut fuga euadere potuerit, in hac quidem regia urbe tam uiri excelsi praefecti praetorio quam uir gloriosissimus praefectus urbis, in prouinciis autem tam uiri eminentissimi praefecti praetorio per Illyricum et Africam[2] quam magistri militum per diuersas nostri orbis regiones nec non uir*i* spectabil*es* praefectus Aegypti uel comes Orientis[3] et uicarii et proconsules et nihilo minus omnes[4] uiri spectabiles duces et uiri clarissimi rectores prouinciarum nec non alii cuiuslibet ordinis iudices, qui in locis inuenti fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere et comprehensos in tali crimine post legitimas et iuri cognitas probationes sine fori praescriptione durissimis poenis adficiant et mortis con-
1*d* demnent supplicio. Quibus et, si appellare uoluerint, nullam damus licentiam (1, 3, 53)
1*e* (1) secundum antiquae Constantinianae legis[5] definitionem. Et si quidem ancillae uel libertinae sint quae rapinam passae sunt, raptores tantummodo supra dicta poena plectentur,
1*f* substantiis eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles seu immobiles et se mouentes tam raptorum quam etiam eorum, qui eis auxilium praebuerint, ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur prouidentia iudicum et cura parentum earum uel maritorum uel
1*g* tutorum seu curatorum. Et si non nuptae mulieres alii cuilibet praeter raptorem legitime coniungentur, in dotem liberarum mulierum easdem res uel quantas ex his uoluerint procedere, siue maritum nolentes accipere in sua pudicitia remanere uoluerint, pleno dominio eis sancimus applicari, nemine iudice uel alia quacumque persona haec audente contem-
2 nere. Nec sit facultas raptae uirgini uel uiduae uel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes uoluerint excepto raptore, eam legitimo copulent matrimonio, quoniam nullo modo nullo tempore datur a nostra serenitate licentia eis

*ILDCRM*

[1] suam *del.* (*Waechter*)? [2] et Africam *om. l. gem.* [3] uel comes Or. *om. l. gem.* [4] omnes *om. l. gem.* [5] *Th.* 9, 24, 1, 3

1 ingentis *O* | fungantur *O* 2 existimet *O* 3 *s. a. Th.* 5 idem et arc. aaaa.] idem a. arc. (archad. *I*) *KI*, idem aaa. *Th.*, id. a. *O* | ad eus. pp.] *Th.*, *om. libri* | curiales] urial' $O^a$ | qui] que $I^a$ 6 detrahantur *KI* | et] et ut *Th.* 7 mancipantur *O* | sarciatum $O^a$ | *s. a. Th.* 9 idem ... pp.] *Th.*, id. aa. cyneio (cuico *O*) pp. *O Londin.*, idem a. *KI* | uel *om.* $O^a$ 10 uel] uel si *K*, et $I^a$ | fraudulemtum *O* | uel *om. O* | inmoderatur $O^a$ 12 uerum] uerum etiam *I* 13 iscibus *uel* istibus *O*, actibus *I* | *s. a. Th.* 15 aa.] a. *KO* | cyn. pp. *om. KI* | decuio $O^a$ | quoniam $K^a$ | meruit nasc. *O*, nasc. meruerit $I^a$ 16 arbitionibus $O^a$ | uicare $O^a$ | senectum $I^a$ 17 quae] quem *I* | reliquat $O^a$, relinqūat *I* | *s. a. Th.* 19 imppp. ... 20 militiae] *Th.*, imp. arc. th. et hon. c. et. m. et magistro utriusque (utrisusque $O^a$) milicie *O*, imp. ual. a. *K*, imp. ual. utriusque militie (utr. mil. *in litura* $I^b$) *I* 20 curiis] cumriis $K^a$ | nihil sibi] nichilque *O* 22 ue *om. Th.* | contingant *O* 23 inconsulto *O* 24 atractauerint *O*, adtractauerit *I* | se decem] sedecim *I*, se xui *O* | libris auri *O* | esse] se esse *KI* | *s. a. Th.* 25 II] I *Th.* 26 idem ... pp.] *Th.*, dem a. pp. *O*, idem aa. *I*, idem *K* | obstructi *I* 28 adnociones *O* 29 *s. a. Th.* 12, 1, 134 31 idem ... pp.] *Th.*, id. a. *KO*, id. aa. *I* | solius *om.* $I^a$ 32 fuctionibus *I* | reddat *I* \ obnoxias I uel $I^a$ 33 habeatur *Th.* | *s. a. Th.*

45 [1]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ENNODIO PROCONSVLI AFRICAE. [Th. 12, 1, 142 BΣ 38, 8, 1] Nominationum forma uacillare non debet, si omnes qui albo curiae detinentur[2] adesse non possunt, ne paucorum absentia siue necessaria siue fortuita debilitet, quod a maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, cum duae partes ordinis in urbe positae totius curiae instar exhibeant. D. XVII K. IVN. MEDIOLANI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

46 IDEM AA. THEODORO PP. [Th. 12, 1, 140. 148] Ad subeunda patriae munera dignissimi et meritis et facultatibus curiales[3] eligantur, ne tales forte[4] nominentur, qui functiones publicas[5] implere non possint. D. IIII K. OCT. MEDIOLANI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

47 IDEM AA. CAESARIO PP. [Th. 12, 1, 150] Curiales, qui honorariam adepti sunt comitiuam, formidare debent eos, quorum sunt moderationi commissi, nec se existimare ideo meruisse 1 dignitatem, ut iudicum praecepta despiciant. Quod si in eadem culpa perseuerent, quinque librarum auri multae obnoxius subiugetur, honore quoque quem prodidit spoliandus. D. IIII K. IAN. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

48 [6]IDEM AA. FLORENTINO PV. [Th. 8, 7, 19] In successione curialium decernimus, ut, etiam si patres decesserint[7], teneatur agnatio. D. XII K. IAN. MEDIOLANI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

49 [8]IDEM AA. THEODORO PP. [Th. 12, 1, 157 Parat. ad Const. 1, 5] Omnes, qui quolibet curiae iure debentur, cuiuscumque superstitionis sint, ad implenda munia teneantur. D. ID. FEBR. MEDIOLANI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

50 IDEM AA. EVTYCHIANO PP. [Th. 12, 1, 159] Omnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis perseuerent, et qui ex his ad prouinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione peruenerint, sciant se non solum in sua curia remansuros, sed etiam cunctis rursus ab exordio muneribus seruituros[9]. D. VIII K. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

51 [10]IDEM AA. MESSALAE PP. [Th. 12, 1, 161] Quamuis prouisum fuerit congruae emendationis occursu, quemadmodum curiales militiae nomine et honore suspenso officiis redderentur, tamen quia hoc callido consilio reppererunt, ut euitatis prouinciae suae finibus, tamquam his eorum tantum interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterent commeatus, ne diutius in perniciem curiarum latitandi spes et solacium eos impunitatis *exacuat*, horum

*KOI*

---

[1] *iunge* 7, 62, 27 [2] continentur *Th.* [3] curiales *om. Th. utroque loco* [4] ne tales forte] *Th.* 12, 1, 140, nec huiusmodi *Th.* 12, 1, 148 [5] debitas *Th.* 12, 1, 148 [6] *iunge* 3, 23, 1 *Th.* 6, 2, 15. 12, 1, 153...155 [7] patres haec fugerint *Th.* [8] *iunge Th.* 12, 1, 158 [9] sciant se eo quem meruerant honore priuandos et non solum ad curiam uelut manu mox iniecta reuocandos et cunctis rursus ab ex. mun. seruituros, uerum etiam media patrimonii parte multandos *Th.* [10] *iunge* 1, 54, 6. 4, 44, 17. 9, 41, 17. 10, 32, 51

---

1 *c.* 45 *in BΣ est* μδ', *sed numerum c.* 49 *confirmat Theodorus ad Nou.* 45, 1 | impp. ... ennoio pr. afr. *Th.*, mp. ar. et ho. proconsuli aff. *O*, imp. arc. *KI*: ennodio 7, 62, 27 2 alio $I^a$ 3 non] no *I* | ne] nec *O* 4 fuerit salubr. (sabriter $O^a$) *O* 5 *s. a. Th.* 6 *c.* 46 *quamuis magis ad Th.* 12, 1, 140 *accedat, tamen et hanc et c.* 148 *exscripsisse Iustinianos ex ordine constitutionum colligitur* | idem ... pp.] *Th.*, id. a. pp. *O*, id. a. *K*, id. aa. *I* | ad] id $O^a$ | dignissimis *K* 7 meritis et *om.* $I^a$, et *om.* $KO^aI^b$ | nominentur] inueniantur $O^a$ | qui] per $O^a$ 8 possunt *O* | *subscriptionem cum Cui. ex Th.* 12, 1, 148 *propter temporis ordinem restituimus* 9 idem ... pp.] *Th.*, id. a. pp. *O*, idem *K*, idem aa. *I* | honerariam *O* | adempti *KI* | conmutiuam *K*, dignitatem *O* 10 nec se] necesse *O* | ideo] non *O* 11 dispiciant $O^aI^a$ | in] non $I^a$ 12 libras *K* | obnoxii *K* | subiugentur *K* | prodit *Th.*, perdiderint *K*, perperdidit *O* | spoliatus *O* | *s. a. Th.* 14 id. a. florencio pu. *O*, idem a. *K*, idem aa. *I* | successionem *I* 15 *s. a. Th. Contius* 17 aa.] a. *K* | theodoro pp.] *Th.*, th. pp. *O*, *om. KI* 18 iuri *KO*, uiri *I* | *s. a. Th.* | feb.] sept. *Th.* 12, 1, 158, *ex qua c.* 157 *haustam esse recte iudicauit Gothofredus* 20 idem ... pp.] *Th.*, dem aa. pp. *O*, idem a. ercl'ano pp. *Monac.* 3509, id. a. *K*, id. aa. *I* | omnino] omino *uel* omnio *O* 21 regimina *O* | adinmittacionem $O^a$? 22 quamlibet *KI* | fraude] in fr. $KI^a$ | se sciant *KI* 23 etiam] *O*, et *I*, *om. K* | fruituros *O*, seruitutis $I^a$ | *s. a. Th.* 25 idem ... pp.] *Th.*, dem aa. pp. *O*, id. a. *K*, id. aa. *I* 26 honore] hore $K^a$ 27 reperierunt $K^aI$ 28 his] eis *O* | tantum] *edd. cum Th.*, tamquam *O*, *om. KI* | expetere *O*, expecterent $I^t$, expectant $I^r$ 29 curialium *K* | exacuat horum] *Th.*, exequantur horum *KI*, et caudorum *O*

cupiditatibus obuiamus, ut ex eorum bonis, qui se uel prosecutioni uel muniis ciuitatum interdictae dudum ambitione militiae uel qualibet fraude subtrahere conati fuerint[1], curiis
1 quas deseruerant consulatur. Itaque si uocati edictis intra anni metas (ii tamen, qui manifestis curiae nexibus illigantur) latere potius quam redire maluerint[2], sciant post emensum annum[3] interpellatis prouinciarum moderatoribus ex facultatibus suis curiis quas destituerunt consulendum. neque enim de immaturo praeiudicio temporis possunt breuitatem causari. D. XVII[4] K. SEPT. THEODORO VC. CONS. a. 399

52 [5]IDEM AA. PROBINO PROCONSVLI AFRICAE. Quis tam inueniri iniquus [Th. 12, 5, 3] arbiter rerum potest, qui in urbibus magnifico statu praeditis ac uotiua curialium numerositate locupletibus ad iterationem quempiam transacti oneris compellat, ut, cum alii necdum paene initiati curiae[6] sacris fuerint, alios continuatio et repetitae saepe functiones adficiant? D. XVI K. APRIL. MEDIOLANI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

53 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVCHARIO PROCONSVLI AFRICAE. [Th. 12, 1, 174] Duumuirum impune non liceat extollere potestatem fascium extra metas territorii[6] propriae ciuitatis. D. VI ID. MART. RAVENNAE HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

54 IDEM AA. PALLADIO PP. Generali lege sancimus, ut, si quis [Th. 12, 1, 181 'Ρωπαί 15, 5] suum decurionem curiae[7] uindicare maluerit, si praesidis[8] desit copia, eundem manus iniectione concessa sciat ad examen cognitoris resultantem esse deducendum, ita ut moderator prouinciae, si quaestio fortasse fiducia defensionis ulla generatur, nisi intra tres menses causam originis competenti disceptatione cognouerit atque conuictum cum poena restituerit debitis muneribus uel liberum ab inquietudine pronuntiauerit[9], decem librarum auri multam cogatur exsoluere, eius etiam officium pari damni inrogatione teneatur. D. V NON. MAI. RAVENNAE THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

55 [10]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. ISIDORO PP. Si quis decurio [Th. 12, 1, 188] aut subiectus curiae ausus fuerit ullam adfectare militiam, nulla praescriptione temporis muniatur, sed ad condicionem propriam retrahatur, ne ipse uel eius liberi post talem ipsius statum procreati quod patriae debetur ualeant declinare. D. III NON. APRIL. CONSTANTINOPOLI ISIDORO ET SENATORE CONSS. a. 436

56 [11]IDEM AA. ISIDORO PP. Alexandrinis principalibus, etsi aduocatione [Th. 12, 1, 189] fungantur, nihilo minus peregrinationi[12] incumbat, nec cura publica nisi in sua tantum
1 ciuitate committatur. Et primus curiae, cum muneribus uniuersis expletis ad summum peruenerit gradum, comitiuae primi ordinis fruatur post biennium[13] dignitate praestita[14], in

*KOI*

[1] subtraxerint *Th.* [2] nec suffecerint, qui ad uicem eorum munera patriae post emensum annum, ut ordinis ratio postularit, exsoluant *ins. Th.* [3] post em. annum *om. Th., cf. not.* 2 [4] XII *leges iungendae* [5] *c.* 52 *collocari debuit ante c.* 47 [6] territorii *om. Th.* [7] curiae *om. Th.* [8] iudicis *Th.* [9] uindicauerit *Th.* [10] *iunge* 12, 57, 12 *Th.* 12, 1, 187 [11] *iunge c.* 56...59 *h. t.* 11, 28, 2. 11, 29, 1 *Th.* 11, 5, 3 [12] peregrinatio ne (*Mommsen*)? [13] frui per quinquennium *Th.* [14] nec senatoriis minime functionibus obstringatur *ins. Th.*

1 cupiditas *O* | ut] et *I* | prosecutioni] *Th.*, persecucioni *OI*, persecutionibus *K* | munus *I* 2 abitione *I*[a] | conconati *K* | fuerint] sunt *O* 3 consulantur *K* 4 latere] redire latere *I*[a] 5 moderacionibus *O* | suis *bis Th.* 6 destituerint *K* | maturio *I*[a] 7 *s. a. Th.* 8 aa.] a. *K* | prob. pr. afr.] *Th.*, probo procons. *O*, *om. KI* 9 magnificat *O*[a], magnifisco *I* 10 quippiam *O* | onis *K* | conpellatur *OI*, impellat *Th.* 11 uitriciati *O*[a] 12 efficiant *O* | *s. a. Th.* 13 impp. (imp. *O*) ... proc. afr. (afr. *om. O*)] *O Th.*, imp. hon. *KI* 14 ouumuirum *I*[a] | licet *O* | proprii *K*[a] 15 *s. a. Th.* 16 aa.] a. *K* | pall. pp. *om. KI* 17 decurione *I*[a] | maluerint *I*[a], uoluerit *Th.* 18 sciet *Th.* | resultatem *I*[a] | ducendam *O*[a] 19 ullo *O* | generetur *K* | inter *KI*[a] 20 discepcione *O* | couinctum *O*, couictum *I* 21 restitūerit *O*, restituerint *I*[a] | mun. deb. *I* | inquietudinem *O* | decem] et x *K*[a], * *I*[a] 22 mulcta *K* | exsoluere *bis I*[a] | *s. a. Th.* 24 imp. th. et ual. ysodoro pp. *O*, imp. th. *K*, imp. thod. *I* | qui *Th.* 25 subditus *O* | fuit *K* | nulla praescripcionis *O*[a], nullam prescriptionem *K*[a] 26 alem *I*[a] 27 quod *om. O*[a] | *s. a. Th.* 29 *inscriptionem om. O* | aa.] a. *K* | isidoro pp.] *Th.*, isido *edd.*, isidoro praefecto augustali *Hal.*, *om. KI* | alexandrinus *K*[a], alexandrum *O*[a], alexandris *I*[a] 30 peregrinationi] *X Th.*, peregrinationis *KOI* | publica cura *KO* 31 committatum *O* | cum] qui in *Th.* | munibus *K* 32 peruenint *K*, peruenerint *I* | commutui *O* | primi ord.] primordiis *I* | praestita] pristino *O*[a]

curialibus[1] tamen permaneat. D. PRID. NON. IVN. CONSTANTINOPOLI ISIDORO ET SENATORE CONSS. a. 436

57 [2]IDEM AA. ISIDORO PP. Quinque summates[3] ordinis Alexandrini corporalibus iniuriis immunes esse censemus, ut uoce libera commoditates patriae defendant, cum possint, si quid egerint criminose, pecuniariis coerceri dispendiis. aestimabuntur autem praesente curia uiri spectabilis Augustalis iudicio. D. PRID. NON. IVN. CONSTANTINOPOLI ISIDORO ET SENATORE CONSS. a. 436 [Th. 12, 1, 190]

58 [2]IDEM AA. ISIDORO PP. Eum, qui triginta annos in Alexandrina ciuitate ciuilibus inhaeserit muneribus, corporalibus muniis, non pecuniariis excusari conuenit: habita consideratione uidelicet meritorum, ut hoc bene cogniti priuilegium consequantur nec eo passim fruantur indigni. D. PRID. NON. IVN. CONSTANTINOPOLI ISIDORO ET SENATORE CONSS. a. 436 [Th. 12, 1, 191]

59 [2]IDEM AA. ISIDORO PP. Si quos spontaneos hypomnematographi munificos suis exhortationibus ad publicas nominauerint functiones, iubemus non expectandum esse consensum pro tempore uiri spectabilis Augustalis[4], qui fit plerumque uenalis, sed utriusque partis sufficere uoluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incusat: tunc ad memo-
1 ratum iudicem tam nominati quam etiam creatores consona relatione currente[5]. Quam si suscipere uel confirmare distulerit, sciat se uiginti quinque auri librarum condemnatione plectendum. D. PRID. NON. AVG.[6] CONSTANTINOPOLI ISIDORO ET SENATORE CONSS. a. 436 [Th. 12, 1, 192]

60 IDEM AA. THOMAE PP. Nullus, qui nexu generis curiae tenetur obnoxius, per substitutam quamcumque personam curiales impleat functiones, sed ipse per se debitum patriae munus exsoluat, etsi spectabili dignitate decoratus sit, nisi hoc ei speciali bene-
1 ficio sit concessum. Ii uero, qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiae muneribus satisfacere non uetentur. D. V K. MART. CONSTANTINOPOLI EVDOXIO ET DIOSCORO CONSS. a. 442 [1, 3, 21: cf. Th. 12, 1, 187]

61 IMP. LEO A. VIVIANO PP. Neque Dorotheum uirum illustrem et totam eius substantiam neque Irenaeum uirum spectabilem tribunum et notarium, etsi ante paternas illustres dignitates natus est, ullam inquietudinem pro curiali genere et condicione sustinere decernimus: liberos quoque eorum, uel qui iam sunt uel futuri, eorumque posteros, quotienscumque continuata temporum et successionum perpetuitate nascentur, a curiali condicione et functione esse liberos: lege diuae memoriae Iuliani[7], quae de materno curialium Antiochenae ciuitatis genere promulgata est, nihil in persona uiri illustris Dorothei uel uiri spectabilis Irenaei uel aduersus facultates eorum uel aduersus liberos eorundem, qui iam uel nati sunt uel postmodum quoquo tempore nascentur, uel aduersus substantias eorum
1 roboris habitura. Circa alias sane uniuersas personas de materno genere ad memoratae Antiochenae ciuitatis tantummodo curiam pertinentes eandem legem praecipimus obtinere propriam firmitatem. a. 457—4[?]

*KOI*

[1] curia *Th.* [2] *iunge c.* 56...59 *h. t.* 11, 28, 2. 11, 29, 1 *Th.* 11, 5, 3 [3] primates *Th.* (*u. i.*) [4] Augustalis iubemus non expectandum esse consensum *Th.* [5] *idem Th.: fuerit* current (*Gothofredus*) [6] Iun. *leges iungendae* [7] *c.* 22 *h. t.*

1 tantum *K* | *s. a. Th.* 3 id. aa. ysodoro pp. *O*, id. a. *KI* | quicumque $K^a$ | summates] summates primi *Z*, primates *Russardus* | alexandrine *K*, alexandrinis $I^t$ | corporalis $K^a$, a corp. *Th.* 4 immunes *om.* $O^a$ 5 egeriut *K*, egerit *I* 6 autem] aut *KO* | spectabiles $K^a$ | augustali *KO* | *s. a. Th.* 8 id. aa. ysodoro pp. *O*, id. a. *KI* | eum] cum $OI^a$ 9 non] in $K^a$ | conueniet *Th.* 10 eo] earum *uel* ea tū *O* 11 *s. a. Th.* 12 id. aa. ysod. pp. *I*, id. a. *KI* | quo *O* | hyponematographi *libri* 13 excommunicacionibus $O^a$ | spectandum *O* 14 augustalis *om.* $I^a$ | fit] $Z^b$ *Th.*, sit *KOI* 15 incusat] insat $K^a$ | tum *Th.* 16 creatoris consonat $K^aI^a$ | curiente $K^a$ 17 distulerit sciant $K^a$, distulerint sciant *O* | librarum auri *KI* 18 plectendos $K^aI^b$, plectendo *O* | *s. a. Th.* 19 idem aa. thom. pp. *O*, id. a. *KI* 20 qmcumque *K* 21 exspectabili *KOI* | ei] eis *I* 22 hii uero que *O*, qui uero *X* | illusterem $O^a$ 23 constetuti sunt *O* 24 *s. a. Cui.* 25 aa. uiuiano (iuuiano *O*) pp.] *O Londin.*, *om. KI* | eque *O* 26 hunereum *K*, hereneum *O* | uirum *om.* $I^a$ 27 dignitates *om. O* | nactus *I* | decreuimus *O* 28 quoque] quo *O* | uel quia iam $K^a$, qui iam $O^a$, qui iam non $O^b$, qui uel iam *X* | futuri] fuerint *K*, futuri sunt $I^b$ | quociensque $O^a$ 29 temporis $I^a$ | et success.] success. $K^aI^a$ 30 diuine *O*, dium *uel* duim *K* | ciūalium *O* | anciocene *O* 31 personas *X* | illustres *K* 32 spectabiles $K^a$ | herennii *O* | uel iam *O* 33 quoque *O*, quocumque *I* 35 pertinentis *I* | praecepimus *O*

62 Idem A. Constantino pp. Si ille, qui ex filia decurionis Antiochenae splendidissimae ciuitatis et patre, qui nullius alterius ciuitatis muniis debeatur, procreatus est, sub examine prouincialis iudicis uel sponte confessus uel certe conuictus fuerit, quod ex filia sit curialis progenitus et albo decurionum adscriptus fuerit, nullam sibi superesse facultatem negandae uel euitandae condicionis existimet et curialem non adspernari fortunam aui
1 materni sui pertemptet nec dubitet se muniis curialibus subiacere. Quod si quem curia, de qua praesens sanctio loquitur, natum ex filia curialis minime secundum praestitutam ordinationem sibi sociandum curauerit, prolem eius pulsare nullo modo penitus poterit: nec enim patimur conuentionem eiusmodi praetermisso filio, quem filia curialis ediderat, a nepote uel pronepote uel ulterius incipere. a. 457—465

63 Idem A. ad senatvm. Docticii uiri clarissimi iuuenis fortuna super curiali condicione nullo modo inquietanda nec facultatibus eius, sed eo, qui huiusmodi conamen inierit, sacrilegii poenam luituro omnes, qui post peractam illustrem administrationem uel adhuc in ea posito patri suo gignuntur, a curialium intentione defendantur una cum paternis sine dubio substantiis, quas cum persona patris a curiali nexu liberas esse nemo dissimulet.

64 Imp. Zeno A. Sebastiano pp. Neminem ex his, qui obnoxii curiae constituti ab initio felicissimi nostrae pietatis imperii comitum priuatarum nostrae uel Augustae partis, seu comit*is* largitionum uel comit*is* domesticorum, quaestoris uel magistri officiorum ad actum administrationis gerendum prouecti sunt uel in posterum prouehentur, ob hoc curialium munerum laqueos uolumus euitare: sed obligatos cum liberis suis quandocumque progenitis et facultatibus suis post administrationem depositam curiae commoditatibus inseruire, nisi forte aliis priuilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. nam alia uniuersa legitima uel ex constitutionibus data priuilegia integra uolumus illibataque obseruari.
1 Ne tamen indulti honor*is* inane nomen retinere uideantur, dignitatum titulis potiantur, per substitutos suarum periculo facultatum curialibus muneribus respondentes habeant
2 integra illibataque priuilegia dignitatis. Eos uero, qui uel[1] praefatas dignitates ante initium nostri imperii consecuti sunt, cum facultatibus suis et post eam dignitatem progenitis filiis
3 a curialibus nexibus uel onere decernimus liberari. Hos autem, qui quocumque tempore patricii uel consules aut consulares facti sunt aut in posterum fuerint, aut magistri militum uel praefecti praetorio Orientis uel Illyrici uel urbis administrationem in actu positi quandoque gesserunt aut postea gesserint, omnimodo cum facultatibus suis et post eam dignitatem progenitis filiis a curiarum nexibus uel onere decernimus liberari.

65 Ὁ αὐτὸς βασιλεύς. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*KOI*

---

[1] uel *del.* (*Cuiacius*)

---

1 idem ... pp.] *Bononiensis Cui.*, id. aa. const. *O*, id. a. *KI* | si] i *O* | filia] sua $O^a$ | decursionis *O* | anciocene *O* | splendisdissime $I^a$ 2 patre] *K*, patris *OI*, peitre *X* | nullus $K^a$, nullis *I* | munus $OI^a$, immun∗∗(ne?)ris $K^a$ 3 conuictus] coluticcionis *O* 5 estimet *O* | curialis *OIX* 6 sui pertemptet materni *O* | nec] ne *KI* | muniis] in initiis $I^a$? | quem] quam in *O*, quem in *X* 7 loloquitur $I^a$ | secundam *O* | praestitam *KIX* 8 curauerint *O* 9 praetermissio *O* 10 pronep. uel] pronep. *O* 11 *inscriptionem om. K* | a.] aa. *O* | ad senatum] *Monac.* 3509, ad s. *O*, *om. I* | iuuenis fortuna ... 12 inquietanda] *Hafniensis*, iuuenis iubemus fortunam ... inquietandam *K*, iubemus (iuuenis $I^r$) fortunam (fot. $O^a$) ... inquietandam (inquitamdem $O^a$) *OIX* 12 quod *K* | inerit *O* 14 iunguntur $I^a$ 16 sebastiano (sab. *O*) pp.] *O Londin.*, *om. KI* neminen *O* 17 felicissime *OX* | comites *X* | prinatarum] *X*, priuatorum *KOI* 18 seu] sue *O*, siue *X* | comitum *KI*, coumitum *O*, comites *X* | largit.] imperii priuatorum larg. $K^a$ | comitum *K*, comites $OI^bX$, comit. $I^a$ | quaestores $K^aOI^aX$, questiones $I^b$ 19 proneheentur *O* | ob] ad *O* 20 numeri $K^a$, numerum *I* | obligatus *O* 21 curiae] cum re *I* 23 obseruata *O* 24 honores *libri* | retulerit uideatur digni tantum *X* | posciantur *O* 25 per] ∗∗∗ $K^a$, et per *Hal. male, cum uoc.* potiantur *pendeat a* ne: tantum *post* dignitatem *supplet Mommsen* | curialium *K* 26 qui] his qui *O* 27 consecuti] et secuti *O* | suis facult. *O* 28 honore $K^a$?*OIX* | decernuimus *K*, decreuimus *O* | qui quocumque] quicumque *O* 29 aut consul. *om.* $I^a$ 30 actu] urbe *O* 31 gesserint uel postea gesserunt *O*, aut p. gesserint *om.* $I^a$?*X* 32 indignitatem *O*, *deficit* $I^a$ | honore $K^aO^aX$ 33 incipit constitutio greca *O*, constitutio greca *X*: *inscriptionem ex c.* 64 *suppleuimus. in* ΒΣ 28, 4, 47: ζήτει β. ι' τοῦ κωδ. τίτ. λά διατ. ξέ καὶ εὑρήσεις, ὅτι κόμης δομεστίκων [illegible] ἐστιν *spectari uidetur* c. 64 pr.

58*

66 (65) Imp. Anastasivs A. Polycarpo pp. Diuae memoriae Zenonis sacratissimam consti-
tutionem[1], quae de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates condi-
cionis nexu liberandis lata est, in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cauetur
eos etiam, qui ante eandem constitutionem, ab initio tamen eiusdem diuae recordationis
Zenonis imperii, comitis priuatarum nostrae uel piissimae Augustae partis, seu comitis
largitionum uel comitis domesticorum, quaestoris aut magistri officiorum licet ad actum
administrationis gerendum prouecti sunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc eui-
tare, sed obligatos cum liberis suis quandocumque progenitis et facultatibus suis post
administrationem depositam curiae commoditatibus inseruire, nisi forte aliis priuilegiis super
1 hoc legibus cognitis muniantur. His etenim, qui memoratas administrationes uel unam ex
his peregerunt, nec non liberis et rebus eorum beneficium, quod ante per illustrem admi-
nistrationem peractam eis adquisitum est, intactum illibatumque iubemus seruari, ut relaxa-
tione condicionis et munerum curialium per anteriores principales dispositiones sibi con-
cessa tam ipsi quam liberi eorum post huiusmodi administrationem adeptam procreati una
cum propriis substantiis potiantur, etsi contigit eos post diuae memoriae Zenonis consti-
tutionem siue per se siue per substitutos suos curiae competentia munera subisse: eadem
uidelicet constitutione diuae memoriae Zenonis ex die quo promulgata est suas uires obti-
nente, cum conueniat leges futuris regulas imponere, non praeteritis calumnias excitare. a. 497–
67 (66) Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. Curialibus consortiis consulentes censemus, ut
nemo sibi blandiatur et non certis modis sese liberum esse existimet, sed pro nostra
forma tantummodo sciat posse libertatem sibi curialis competere condicionis: omnibus
anterioribus modis, quos non comprehendit praesens sanctio, ex praesenti die antiquandis.
1 Si quis igitur uel summum patriciatus honorem fuerit consecutus, siue infulis consulatus
honorarii aut ordinarii fuerit ampliatus, ut uel consul uel consularis efficiatur, seu prae-
fectorum praetorio infulas susceperit gubernandas, uel urbicariam (in ipso tamen actu)
meru*er*it praefecturam, nec non magistri militum officium gerendum susceperit, is gaudeat
se huiusmodi condicionis esse exsortem et liberum cum suis facultatibus suaque posteritate,
quam postquam meruit dignitatem uel actum gess*it* ediderit, anterioribus filiis in condi-
2 cione pristina remansuris. Tam praefecturae quaestoris quam uiri eloquentissimi fisci
patroni[2] tam praefecturae, quae Orientalibus et Illyricianis praesidet sedibus, quam urbi-
cariae nexibus curiae liberantur, cum ad fisci patronatum peruenerint, una cum substantiis
et liberis suis, quos uel ante habuerint uel postquam ad eundem gradum prouecti sunt.
3 Viri etiam clarissimi principes agentium in rebus curiae libertatem ex antiquis legibus con-
secuti sunt, et uiri spectabiles proximi sacri scrinii memoriae et sacrarum epistularum nec

*KOI*

---

[1] *c.* 64 *h. t.* [2] sed et uiri eloquentissimi fori patroni (*deletis* tam praefecturae quaestoris quam) *proponit Cuiacius: sed desideratur etiam anteriorum legum quae hoc introduxerunt mentio* (*cf. u.* 33 ex antiquis legibus *et p.* 917, 2 hoc etiam nos corroborantes ... conseruamus): *quarum legum non uidetur extare nisi Nou. Theod.* 10, 1 *pr., cf. supra* 2, 7, 8

---

1 impp. ... pp.] *O*, imp. anast. *KI* 2 aministrationem $K^a$ | condictionis *I* 3 data *K* | parte tantummodo *KI* | duxus *O* | cauetur] caurum $O^a$ 4 eadem *O* | inucio $O^a$ | diuine *O* 5 comites *libri* | augustae] diue aug. *X* | partes $KI^b$, *deficit* $I^a$ | comites $KI^bX$, *deficit* $I^a$ 6 comites $KI^b$, *deficit* $I^a$ | quaestores $KI^bX$, questiores *O*, *deficit* $I^a$ 7 ob] ab *O* 10 muēiantur $O^a$ | qui] qui in *KI* 12 intactumque illibatum *I* 13 anteriores] anciores $O^a$ 14 ademptam *KI*, adepta *O* 15 substanciis propriis *O* | continget *O*, contigerit *X*? | constitutione $K^a$, *inc.* $I^a$ 16 substitos $I^a$ | eandem *OI* 17 constitutionem *I* | promulgatum $K^a$ 18 legis *I* | futuras $K^a$ | regulas *om. I* | imponenere *K* 19 demostene (idemost. *O*) pp. *O Londin.*, *om. KI* | curiali $K^a$, urialibus $O^a$ 20 non *om. X* 22 quos] quo *O* | conprehenderit *O* 23 summi *K*, summam *O* | insulis *O* 24 apliatus *I* | ut uel consul (consulis $K^a$) *om.* $I^a$, ut *om. X* | praetoriorum praefectorum *K* 25 insulas *O* 26 meruit *libri* | gerumendum $O^a$ 27 prosperitate *I* 28 quam *om. O* | meruerit *K* | gessit] *Hal.*, gesserit *libri* | filiis] suis filiis $I^a$ 29 remansuros *K* | praefectura ... 30 praefectura ... urbicaria *X* 30 illicianianis *I* | praesident *K* 31 curae *I* | liberentur *O* | fisci] f. dignitatem $O^a$ | patronum *KO* | peruenerunt *K* 32 quas *K*, quo *O* | eundem] eum *O* 33 etiam *om. K* 34 scrinii] scr. nostre $K^bI^b$

non sacri scrinii libellorum sacrarumque cognitionum et dispositionum cum substantiis
4 suis et liberis, quos post emensa stipendia susceperant. Hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multos longo prolixoque tempore pertulerunt, intactum illibatumque conseruamus, ut ii omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia suaque subole
5 secundum ea quae praediximus. Ex aeuo autem sequente progenitos antea nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos, ut ne, quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alii sibi audeant uindicare: sed progeniti filii ante, quam ad fisci
6 (2) patronatum peruenerint, in condicione pristina remaneant. Aliis autem modis, quam his, quos singillatim enumerauimus, siue legibus antiquis comprehensi sunt (qualis erat is, quem ex tribus maribus concessum ante fuerat patri maximo senatui sociare[1]) siue comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunae nullo patimur modo: sed siue pragmatica sanctio super hoc processit siue sententia eminentissimae praefecturae, siue alius quicumque modus excogitatus est, omnia ea penitus uacuari et pro infectis haberi, et curialia corpora suis reddi ciuitatibus et substantias eorum subiacere nulla excusatione eis penitus competente. a. 529

68 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## XXXIII (XXXII)

## ℞ SI LIBERTVS AVT SERVVS AD DECVRIONATVM ADSPIRAVERIT ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Satvrnino. Si libertus uel ius aureorum anulorum adeptus non est uel natalibus suis non restitutus, praeses prouinciae non tantum curiae participare non permittet, sed iuxta legis seueritatem congruenti poena ulciscetur.

2 Idem AA. Orcinae. Praeses prouinciae, si eum qui aedilitate fungitur seruum tuum esse cognouerit, si quidem non ignarum condicionis suae ad aedilitatem adspirasse perspexerit, ob uiolatam seruili macula curiae dignitatem congruenti poena adficiet: si uero, cum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus ad capessendum honorem errore lapsus processit, dominio tuo eum subiugabit.

## XXXIIII (XXXIII)

## ℞ DE PRAEDIIS CVRIALIVM SINE DECRETO NON ALIENANDIS ℞

1 [2]Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Cynegio. pp. Si quis decurionum uel rustica praedia uel urbana[3] uenditor necessitate coactus addicit, Th. 12, 3, 1

*KOI*

---

[1] *Th.* 12, 1, 132 [2] *iunge* 10, 72, 9 [3] uel quaelibet mancipia *ins. Th.*

2 emenda $K^a$, *om.* $O^a$ | stipenda $O^a$ | haec *K* 3 intuitu] si int. *O* | aliorum $I^a$ | mulctos *O*, multo *X* | longo prolixoque] prolixo *X* | pertulerint *O*, protulerunt $I^a$, pertulerit *X* | illiberatumque *K* 5 diximus *K*, pdiximus *I* | sequenti *O*, sequentem *I* 6 quo $K^a$ | dignitatem] et d. $I^a$ 7 contensum $K^a$ | sibi *om. O* | uendicare audeant *I* 8 aliis autem] alii autem alii amit $O^a$ 9 sigillatim memorauimus *O* | antiqui $O^a$? | quem] qui $O^a$ 10 fuerat ante *X*, ante *om. O* 11 fuerat *O* 13 alio $O^a$ | qucumquc $O^a$ | hec penitus *O*, ea pen. ea *I*, pen. ea *X* 14 substantiam $O^a$ 16 constitutio greca *Contius*, sequitur constitutio greca *Palatinus* 766. *Theodorum, cum ad Nou.* 70, 1. 81, 2 *laudat* διάτ. ξη', *c.* 67 *spectare uerisimile est: hoc loco fortasse* 1, 3, 52, 1 *repetita erat* 18 seruus aut (uel *X*) libertus *IX* | decurinatum *K*, decuriatum *I* 20 impp. … saturnino] *O*, imp. diocl. a. (a. *om. I*) *KI* 21 anull'o $I^a$ | ademptus $K^a$ | restitutis $I^a$ 22 curiam $K^aX$, curia $K^bI$ | permittat *OIX* | ulciscitur $K^a$ 23 aa.] a. *KI* | orcinae] *Bononiensis*, origine *O*, originie *Londin.*, oricine *Contius*, *om. KI* | reses $O^a$ | esse tuum *KI*, suum esse *X* 24 ad *om. O* | prospexerit *OIX* 25 liolatam $K^a$ | serui *O* | cogruenti *I* | afficiat *K* 26 eius *om. X* | capacendum $O^a$ 27 horem $I^a$ | errorem $K^a$ | domino *O* | eum *om. X* 31 imppp. (imp. *O*) … pp.] *O Th.*, imp. ual. a. *K*, imp. ual. et th'c. (th'. $I^b$) et arc. aa. *I*

interpellet iudicem competentem omnesque causas singillatim quibus strangulatur exponat
et ita demum distrahendae possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem pro-
1 bauerit. infirma enim erit uenditio, si haec fuerit forma neglecta[1]. Ita enim fiet, ut nec
immoderatus uenditor nec emptor, cuiuscumque sit condicionis[2], inueniatur iniustus. deni-
que nihil erit postmodum, quo uenditor uel circumuentum se insidiis uel oppressum potentia
comparatoris queri debeat, quandoquidem sub fide actorum et de necessitate distrahentis
2 et de uoluntate patuerit comparantis. Quod si quis contra uetitum occultis molitionibus
per suppositas fraude personas cuiuslibet loci, quem tamen decurio distrahat, comparator
extiterit, sciat se pretio quod dedit esse priuandum et locum quem comparauit cum fruc-
tibus esse restituendum[3]. D. VIII[4] K. DEC. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO
CONSS. a. 386

2 [5]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Nec uenditio rei here-
ditariae curiae adquisitae aut debitoris hereditarii qui soluerit liberatio aliter admittenda
est, nisi apud acta totius uel maioris partis ordinis intercedente decreto ineundi contractus
1 uel dissoluendae obligationis causa probetur. Ita enim id quod ex ea redigitur ad prae-
diorum iubemus comparationem expendi, quorum reditus omnes, sicut dictum est, eiusdem
curiae publicis muneribus, quae solacio egere constiterit, iustissime seruabuntur: ex con-
sensu omnium et maxime ditiorum, uel idonea fideiussione oblata conductoribus eligendis.
D. V ID. IVN. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

3 IMP. ZENO A. SEBASTIANO PP. Curiales uendere quidem res immobiles uel mancipia
rustica prohibemus sine interpositione decreti: donationes uero uel permutationes uel quos-
libet alios etiam sine decreto permittimus celebrare contractus, quoniam et sacrae consti-
tutiones, quae super hoc a retro principibus latae sunt, in plurimis suis partibus de pretio
non redhibendo locutae sunt, ut ex hoc apertissime detur intellegi solum emptionis decu-
1 rionibus sine decreto interdictum fuisse contractum. Cum tamen uenditione intercedente, ut
dictum est, decretum agitur, nihil eos uel qui ab his comparant dispendium, cuiuscumque
personae uel causae uel theatralis liberalitatis nomine, quod frequenter fieri dicitur, susti-
nere decernimus, nec ex tabella decretum recitari, sed curialium uel maioris partis curiae
relatione currente sine ulla malignitate referentium uel damno contrahentium ad confir-
mandam emptionem competentis iudicis proferri sententiam.

4 *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

5 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*KOI*

---

[1] et (ut *Th.*) ita demum ... neglecta *ex Th.* 12, 3, 2 *adiecta sunt* [2] cuiusc. sit cond. *ueniunt ex Th.* 12, 3, 2 [3] *sic Iustiniani secnndum Th.* 12, 3, 2: se pretio quod dederit et loco quem comparauerit esse priuandum *Th.* 12, 3, 1 [4] IIII 10, 72, 9 [5] *iunge* 10, 35, 1

---

1 que *om.* $K^a$ | sigillatim *I* 2 fac. a. si alien. *bis I* | necessitatis *I* 3 enim] *Z Th.*, ei *X*, *om. KOI* 4 inuenitur *K* 5 uel *om. O* | circumuentus *O* 6 conparacionis *O* | auctorum *K*, auctor *O* 7 mollitioibus *K* 8 subsitas $I^a$ | tantum $OI^a$ | decurio] ei d. *OIX* | distrahebat *KO* 9 priuatum $KOI^aX$, *cf. not.* 3 10 *s. a. Th.* 12 impp. (imp. *O*) ... aa.] imp. th. a. (aa. *I*) *KI* | florentio pp.] *Paris.* 4521 *Contius*, pp. *O*, *om. KI* 14 ineūcti tractus *O* 15 ita enim id] $KI^a$, id enim et *O*, ita enim $I^b$, id ei et *X* | redigatur *K* | ad] a *O* 16 sicut] *KX*, si etiam *O*, sicut etiam *I* 17 contigerit $I^b$, contingit *O* 18 et *om.* $I^a$ | uel *om. X* | fideiussore *O*, fideiussioe *I* | oblationibus $K^a$ 19 *s. a. Cui.* 20 sebast. pp.] *O*, *om. KI* 21 uero uel] uero *O*, uel *X* 23 plurismis $K^a$, pluribus $I^a$?*X* 24 detur *om.* $K^a$ 27 quod] q' *O*, qu*(i *uel* e) $I^a$ 30 competentem *I* 31 constitutio greca *Palatinus* 766 *Contius. ad c.* 4 *pertinere, quod in Nou.* 38 *pr.* § 2 *et* 87 *c.* 1 *Iustinianus se tulisse dicit, ne curiales donare possent exceptis donatione ante nuptias pro ipsis uel liberis suis facienda uel dote pro filiabus intra fines praestitutos danda, apparet ex indice Nouellae Athanasiano* (*Heimbach Anecdota I p.* 93). *idem ad c.* 5 *refert BΣ* 29, 1, 65 (*sch.* 10): ἀλλὰ καὶ ἐπὶ βουλευτῶν εἶπε, ποῖον μέρος ὀφείλει διδόναι ὑπὲρ προικὸς καὶ γαμικῆς δωρεᾶς τῶν παίδων βιβ. ι' τοῦ κώδ. τίτ. λδ' διάτ. ε': *quocum conuenit, quod in Nou.* 38 *pr.* § 2 *ordo c.* 4. 5 *inuerti uidetur: Athanasii tamen numerum confirmat Theodorus Nou.* 87, 3 32 *argumentum c.* 5 *Athanasius l. c. sic indicat:* δύναται δὲ [ὁ βουλευτὴς] καὶ ἐκποιήσεις ἀκινήτων ποιεῖσθαι κατὰ τὴν διάστιξιν τῆς ε' διατάξεως τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου, *cf. Theodori Nou.* 87, 4

## XXXV (XXXIIII)

## QVANDO ET QVIBVS DEBETVR QVARTA PARS EX BONIS DECVRIONVM ET DE MODO DISTRIBVTIONIS EORVM

1 [1]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. Si decurionum consortio sit alienus qui curiali successit, competentis eidem iuris (siue ex asse siue ex parte heres sit bonorumue possessor) partem quartam iure optimo a curia peti decernimus. D. V ID. IVN. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

2 [2]IDEM AA. APOLLONIO PP. Meminimus nuper emissa lege diuali Nou. Theod. 22, 2
portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet nouissima
uoluntate uel ab intestato etiam ad quemcumque praeterquam si ad filios curiales[3] deferantur, curiarum deputasse corporibus. sed multi tamquam corrumpendi totius patrimonii
occasione captata uniuscuiusque rei sibi particulam uindicando adeo totas dilacerant
facultates, ut, dum participibus relictarum opum nocere cupiant, sua quoque iura prae-
1 cipitent. Quorum nimiam licentiam prouida dispositione frenantes ipsis quidem curialibus
occupandi sua auctoritate res mortui copiam denegamus: heres autem, ad quem ab intestato
uel ex postrema uoluntate directis uel fideicommissariis uerbis decurrit hereditas, omne
patrimonium quod relictum est in partes quattuor diuidi procuret, ut[4] rebus totis in sortitum casumque deductis uel curiae quadrantis uel heredi uel fideicommissario per uniuersi-
1a tatem dodrantis electio ex sortis felicitate[5] contingat. Ita scilicet et praefati successores
et curia promiscui rerum dominii liberabuntur incommodo. naturale quippe uitium est
neglegi, quod communiter possidetur, utque se nihil habere, qui non totum habeat, arbi-
2 tretur, denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienae. Sed ubi
quarta pars bonorum mortui curiae debet offerri, immobiles quidem res, quae nec latere
facile possunt nec *quic*quam si diuulgentur officiunt, sub adspectu etiam curialium aestimari diuidique concedimus: mobiles autem res uel se mouentes uel instrumenta, uel si
quid etiam in huiusmodi iure consistat, in medium proferri diuulgarique non patimur, sed
iuratis successoribus, cum apud se diligenter aestimauerint, quae quantique sint pretii
facultates, credi oportere decernimus. quid enim tam durum tamque inhumanum est, quam
publicatione pompaque rerum familiarium et paupertatis detegi uilitatem et inuidiae patere
3 diuitias? In exigendis uero debitis, si pretium, quod pro quarta parte actionum curiae
competit, successores praestare noluerint, cautionibus iurata fide prolatis in medium unusquisque a debitoribus conuenientem sibi exigat portionem: eque diuerso aes alienum, si
cui defunctus fuerat obligatus, tam idem successores quam curia pro sua sorte restituere

*KOI*

---

[1] *iunge* 10, 34, 2 [2] *iunge* 10, 36, 1 [3] curiales *om. Nou.* [4] denegamus: optionem uero damus heredi, ad quem uel ab intestato uel ... hereditas, utrum aestimationem quartae partis curiae uelit offerre, an omne patrimonium q. r. e. in p. quattuor pro sua uoluntate diuidere, ut *Nou.* [5] condicione *Nou.*

---

3 modis distributionis *O*, modis tributionis *K* 5 impp. ... pp.] *Contius*, imr. aa. florentino *Monac.* 3509, imp. th. a. (aa. *I*) *KI*, imp. th. *O* 7 possessor bonorumue *O* | quartam partem *IX* | *s. a. Contius* 9 aa.] a. *K* | apollonio pp.] *Nou.*, *om. KOI* | amissa *K* 10 porcione quarta $OI^a$ | de] ad *O* | curialium facultatibus *O* | ex] quae ex $K^bI^a$ 11 etiam] et *K* | deferentur $O^a$? 12 curiarum] $I^b$ *Nou.*, curialium *KO*, *inc.* $I^a$ | corrupendi *I* 13 particula *O* 14 opun *O* | cupiunt *KO* 15 disputacione *O* | refrenantes $I^a$ 16 occupanda $O^a$ | ab *om.* $K^a$ 17 ex *om.* $I^a$ | dicretis $I^a$ | decurrerit $K^a$ 19 ductis $I^a$ | uel fideic.] ac f. *Nou.*, aut f. *O* | pro uniuersitatem $O^a$, per uniuersat. $I^a$ 20 felicite *O* | et praef.] *X Nou.*, ut *KOI* 21 promisceri rerum $O^a$?, rerum promiscui *I* 22 qui] uel quod qui $K^a$ 23 inuidet] *Z Nou.*, inuideat *KOI* 24 deberet *I* 25 quicquam] *Nou.*, cuiquam *KI*, cuidam *O* | diuulgetur *I* | officium $K^aO$ 26 diuidiue *Nou.*, que *om.* $I^a$ | instrumenta] *O Nou.*, instrumentum *KI* | uel si] et si *O* 27 iure consistat] uires sistat *K* | mediumque *O* 28 que *om. K* 29 decreuimus *O* 30 familiarum *KI* | utilitatem $K^aO$ 33 eque] *Nou.*, eque et e K, et e O, eque ex $I^a$, eque e $I^b$ 34 restitere O

4 compellentur. Quod si saepe dicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum,
tum uero ad similitudinem rerum immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago
praebebitur, scilicet ut uniuersis mortui facultatibus in aperto propositis uel aestimatio
5 rerum uel diuisio[1] sub praesentia curialium celebretur. In omnibus autem casibus, ubi
quarta pars curiae competit, transactiones interpositas firmas illibatasque manere decer-
6 nimus. Ad filiorum uero curialium uel nepotum ac pronepotum, scilicet decurionum,
similitudinem, ad quos integras opes peruenire censuimus[2], filiam quin etiam neptem pro-
neptemue principali eiusdem ciuitatis, unde pater auus uel proauus oritur, nuptam rerum
uel ab intestato uel ex dispositione ultimae uoluntatis quaesitarum integrum nullaque parte
7 minutum dominium habere sancimus. Quod si post parentum obitum inueniantur innuptae
uel uiduae, in impuberibus quidem post transactam pubertatem, in aliis uero, quae puber-
tatem excesserint, uel etiam in uiduis post mortem parentis triennium dumtaxat uolumus
expectari, ut interim quarta portio suspensa aut apud eam, si in matrimonio curialis eius-
dem ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat uel, si intra id temporis alienum
eadem curia sortiatur maritum penitusue nupta non fuerit, memorata pars totius substan-
tiae[3] curiae cum triennii tam urbanorum quam rusticorum praediorum dumtaxat fructibus
addicatur: ita tamen, ut[4] sacramenti tam de quantitate quam de aestimatione rerum mobi-
lium deque actionibus inferendis excipiendisue, sicut in extraneis personis dictum est,
8 ratio conseruetur[5]. Sed et si mater mortui uel auia tempore, quo filius neposue moritur,
in coniugio eiusdem ciuitatis[6] curialis inuenta fuerit, ne ipsas quidem patimur quartae
9 portionis subire iacturam. Extraneum quin etiam heredem propinquitatis quidem iure dis-
cretum, curiae tamen eiusdem ciuitatis obnoxium supra dictae portionis dispendio libera-
mus. D. VIII ID. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM DIOSCORI ET EVDOXII
VV. CC. a. 443

3 [7]IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Si quis curialibus maniis obnoxius, uno forte uel pluribus filiis uel filiabus derelictis, filio quidem uel filiis suae substantiae partem minimam dereliquerit, eam tamen, quae excludere eos de inofficiosi querella potest, aliis autem suam substantiam dereliquit, ut ex hac patrimonii distributione ad filium quidem uel filios curiales minima pars substantiae remaneat, totum autem curiale munus masculis immineat, siue filii siue nepotes sint uel pronepotes, curiali tamen condicioni obnoxii: sancimus huiusmodi iniquitatem resecari et non minus quarta portione in masculos posse testatorem transmittere, siue unus est filius siue plures, nulla deminutione ex permixtione sororum

*KOI*

---

[1] prout successores elegerint *ins. Nou.* [2] § 6 *in. ad c.* 3 § 2 *h. t. mutauerunt compilatores* [3] totius substantiae *om. Nou.* [4] et optionis condicio in offerendis rebus quartae partis siue eius pretio et *ins. Nou.* [5] ceteris uidelicet, quae super hac re prolata constitutio continet, firmiter duraturis *ins. Nou.* [6] eiusdem ciuitatis *om. Nou.* [7] *iunge* 5, 27, 8. 9. 10, 44, 4?

---

1 saepe] prae $OI^b$ | condiderint *O*, creddeㅤrint $I^a$ 2 tunc *KI* 3 praebetur *K* | ut] et *OI* 4 didiuisio $K^a$ | in] ut in $I^a$ 5 curiae] cuiem $O^a$ | inpositas *O* 6 ac] uel *O* | scilicet *om.* $K^a$ | adecurionum *O* 7 ad quos] a quo *O* | uenire *I* | censemus *O* | pronepotemue *O* 8 uel proauus *om. I* | moritur *I*, oriuntur *Nou.* | nuptura *O* | rerum *om.* $I^a$ 9 dispositioe *K*, deposicione *O* | uolunt. ultimae *Nou.* | quesitum $O^a$ 10 munitum *I* 11 in] $OI^b$, ā $I^a$, *om. K Nou.* | inpluribus *O* | transactum $O^a$ | in aliis … pubertatem *om. I* | pubertate *K* 13 expectare $K^aOI$ | aut] uel *Nou.* 14 decollata *K* | iure] ueuie $O^a$ | permaneant *I uel* $I^b$ | uel] et *O* | tempus *K* | alienum] alium non de $I^a$ 15 eadem] eam *O* | sociatur *OK* | penitiue *uel* penitiusue $K^a$ 17 ut] ut et optionis … quartae partis uel dodrantis et *Hal.*, *ex Nou. scilicet* (*uerbis* uel dodrantis *expleuit hiatum editionis Sichardianae, quae omittit* siue eius pretio) | sacramenta $K^a$ 18 excipiendisue] *X Nou.*, excipiendis *O*, uel excipiendis uel *I*, *om. K* 19 conseruatur *O* | filios $I^a$ 21 rapturam $O^a$ | heredem *om. O* | quidem *om. O* 23 *s. a. Nou.* 25 imp. … pp.] *Contius*, imp. (impp. *O*) iust. a. (a. *om. OI*) *KOI* | obnoxius] id obn. $K^a$ 27 derelinquat *X* | eam] ea *O* | excludit eos $K^a$, eos excludere eos *I* | de] a de $K^b$, ab $I^r$ | inofficiososi *O*, inofficioso $K^b$, offitii si $I^a$ 28 derelinquid *X* | uel *om.* $I^a$ 29 remaneret $I^a$ | siue filii *om. I* 30 sint siue nepotes (neptes *X*) *OX* | uel pron. *om.* $I^a$ | curiali tamen] curia *O* 32 nullam diminutionem $K^a$, nulla inminucione *O*

eis facienda, ut non solum corporibus, sed etiam substantiis laborantes possint curiales
1 habere consortium. Ad hoc sancimus, si quis curialis filiabus pluribus derelictis ab hac luce fuerit subtractus, quarum una curiali eiusdem nupserit ciuitatis, aliis filiabus, quae ad huiusmodi uota non migrauerint, uel extraneis in reliquam partem heredibus derelictis, non uideri curiae ex sententia legis Theodosianae ad Apollonium scriptae[1] satisfieri: sed omnino quartam partem patrimonii curia consequatur, siue uni filiae, quae curialibus nuptiis copulata sit, deputanda siue ex aliis heredibus colligenda[2], filia procul dubio quae curiali nupsit immuni ab huiusmodi quartae datione seruanda, cum per maritum eius quantum ad ipsius personam curiae sit satisfactum: et hoc obseruari non solum si ultimo
2 elogio condito testator curialis decesserit, sed etiam si intestato diem suum obierit. Sed si quid minus fuerit uel minime derelictum, hoc modis omnibus filio curiali uel filiae, quae nupta est eiusdem ciuitatis decurioni, ex substantia patris *curialis* uel deputari uel adimpleri: nullo obstaculo curiae opponendo, si secundum praedictam legem filius nepos pronepos pater auus proauus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacumque uel dignitate uel occasione fuerint absoluti: in hoc etenim Theodosianae legi
3 apertissime uolumus esse derogatum. Et generaliter definimus ex omni causa neque masculos liberos neque filias copulatas matrimonio curialis minus quarta parentis substantiae habere, uel non extantibus filiis uel filiabus, sed aliis heredibus ipsam curiam secundum anteriores leges quartae curialis morientis habere solacium. D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI IVSTINIANO A. II CONS. a. 528

4 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . a. 528—531

5 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# XXXVI (XXXV)

## ℞ DE IMPONENDA LVCRATIVIS DESCRIPTIONE ℞

1 [3]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. APOLLONIO PP. Descriptionis onere siliquarum quattuor, quas ex[4] lucratiuis iugationibus tantum, non humanis uel animalium censibus neque mobilibus rebus iubemus indici, etsi curiales non sint, maiores ac posteros liberamus, ut, si pater auus uel proauus filio nepoti pronepotiu*e*, uel filiae nepti proneptiue (nec interest, nuptae sint curialibus nec ne) postrema uoluntate uel inter [Nou. Theod. 22, 2]

*KOI*

[1] *c.* 2 § 7 *h. t.* [2] deputandam siue ... colligendam? [3] *iunge* 10, 35, 2 [4] ex *om. Nou.*

1 eius *K^aI* | in sustanciis *O* | posse *O, inc. K^a* | curiale *K^bIX* 2 adhuc *libri* | si quis] sicut *K* | pluribus] qua ad huiusmodi uota non migrauerunt ut extraneis in rel. p. el'ibus (heredibus *O^b*) *O* 3 nupsit *O* 4 migrauerunt *O* | extraneis] extr. nupserunt *X* 5 theodosine *I^a* 6 omnimodo *O* | matrimonii *O* | consequatur curria *KI^a* | uni *om. K* | quae] qui *O* 8 donacione *O*, dationi *I^a* 9 quantum *O* | et hoc] haec *O* 10 urialis *O* | si *om. K^a* 11 si] et si *KI* | quid] q' *O*, quidem *I* | curialis *K, deficit I^a* | filiae] file *O* 12 curialis] *I^b*, c. modis omnibus *KOX, deficit I^a* | uel dep.] dep. *X* 13 curiae] ciuem *O, deficit I^a* 14 moriente *O* 15 uel dign.] dign. *K* | occasione] actione *K^t* | in hoc *om. I^a* | theodosaane *O^a* 16 flerogatum *O* | et] e *O* | causa nequi *I^a?* | maculos *O* 17 curiali *K^bOI* | parent. subst.] parte subst. parent. *X* 18 non *om. O* | uel fil.] fil. *I^a* | secundum] fid' *O* 19 anterioles *O*, manceriores *X* | leges *bis O* | solatium habere *K* | *s. a. Contius Cui.* | iun.] ian. *Cont.* 21 constitutio graeca *hoc loco Cui.*, const. greca ui. d^t. *post rubr. sequentem Z^b. c. 4 citatur in Theodori Nou.* 38, 2. 89, 11, *c.* 4 *uel* 5 *in eiusdem Nou.* 87, 4, *c.* 5 *in eiusdem Nou.* 89, 11. 101, 4. 6. *ex argumento Nou.* 101, 4. 6 *colligitur c.* 5 *agere de filia curialis defuncti, quae nupta curiali sine liberis decesserit. eodem referas constitutionem, quam commemorat Iustinianus in Nou.* 38 *pr.* § 3. *c.* 4 *autem nescio an ea sit constitutio, quam Iustinianus in* 1, 3, 52, 1 *breui ante de quarta patrimonii parte curiae atque fisco debita se tulisse dicit, cf. Nou.* 38 *pr.* § 2 *i. f.* 24 lucratiuorum *O*, luctiuis *I^a* 25 imp. th. et ual. aa. appollonio pp. *O*, imp. th. *KI* | ad apollonium *Nou.* | rescriptiones *I* 26 honore *libri* | tantum] quibus tamen *K* 27 iubemus *om. O^a* | sunt *O^a* 28 pronepotiue] *Nou.*, pronepoti *KO*, uel pronepoti *I* 29 pronepti *O*, uel pronepti *I* | ne *om.* **O**

uiuos etiam donatione quicquam de suis opibus largiatur, memoratae descriptionis cesset
indictio: eque diuerso ut, si posteriores[1] ad maiores praedicta sibi consanguinitate deuinctos
praefatis titulis suas conferant facultates, nullius accessione grauaminis huiusmodi libera-
litas oneretur: ita enim necessariis sibi coniunctisque personis sub liberalitatis appella-
1 tione debitum naturale persoluitur. Cuius auctoritatem iuris pariter ualere sancimus, et
si ab intestato succedant praefiniti[2] sibi generis ordine sociati: ex his enim successionibus
maxime debiti potius solutio quam muneris oblatio comprobatur, quae non largientibus
2 etiam dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur. Ceteri uero, licet quadam inter se
cognatione iungantur, numquam tamen curiale praedium sine praedicto onere lucrabuntur,
nisi is forte, cui lucro res cesserit, eiusdem ciuitatis ordini sit obstrictus, qui, licet inter
extraneos numeretur, uacuum tamen ea functione quod datum est consequatur: nam cum
3 (1) personae condicio non mutetur, nec rei quidem statum conuenit immutari. Lucratiuas
uero res eas tantum uolumus appellari atque praedictae descriptionis grauamen excipere,
quae hereditatis legati fideicommissi iure mortis causa donatione uel cuiuslibet postremae
4 uoluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter uiuos etiam donatio simplici liberali-
tate confecta lucratiuae merebitur et nomen et sarcinam. si uero uel socer futurus filii
nepotis uel pronepotis sponsae adfinitatis coeundae causa donauerit, uel parens etiam
filiam neptem uel proneptem curiali seu extraneo nubentem dotauerit, licet casus euentu
res eius cui data est uertatur ad lucrum, nec inter lucratiuas numerabitur nec descrip-
tionis oneri subiacebit. nec enim iuris optimi est matrimonium, cum tot tantisque suis
5 (2) difficultatibus opprimatur, aduenticiis etiam cumulare ponderibus. Res uero, quae memo-
ratis causis lucratiuae semel nomen exordiumque sortita est, licet ab eo qui susceperit ad
alterum emptionis uel cuiuscumque contractus iure migrauerit, cum praedicto descriptionis
grauamine procul dubio transferetur, ut uel sciens sibi imputet, qui accepit oneratam, uel,
si ignorauerit, quod interest consequatur: contraque si cuiuslibet contractus exordio lucra-
tiuae nomen euaserit, etsi postea lucri titulo in dominatum alicuius ceciderit, sarcinam
6 memoratae descriptionis effugiet. Nulla enim in huiuscemodi causis confusionis intercedit
occasio, si ad primordium tituli posterior quoque formetur euentus, nisi forte res decu-
rionis, quae ad eum cuiuslibet mercimonii iure peruenerit, ad alterum fuerit postrema
eius uoluntate uel ab intestato uel inter uiuos donatione translata: tunc enim, quia semel

*KOI*

---

[1] posteri *Nou.* [2] praefati *Nou.*

---

1 uiuos] uos $I^a$ | donacionem *O* | largiantur $K^a$ 2 eque] *Nou.*, equae e (ex $I^a$) *KI*, et de $O^a$, et e $O^b$ | ut si] si uel $O^a$ | consanguinitatis $K^a$, consaguinitate *I* | deuictos *OI* 3 liberalitat $I^a$ 4 honoretur *O* | ita] *X Nou.*, in tam *KI*, interea *O* | conuictisque $O^a$, iunctisque *I* 5 persoluetur *Nou.* | iuris] uerus $O^a$, d iuris $I^a$ 6 succedatur *O* | ex his enim] et uel ex his *O* 7 munis *O* 8 serie] fine *K* | deseremtur *O*, deferentur $I^t$ | quidam $O^a$ 9 iunguntur *OI* | honore *O* 10 forte is *Nou.* | cuius *KO* | res cesserit] *Z Nou.*, res cesserint *KI*, decesserit *O* 11 numeratur *KI* | quid *O* | consequetur *Nou.*, *inc.* $O^a$ 12 mittetur *K* | nec] ne *Nou.* | quidem] quid *O* 13 tantum] *X Nou.*, tamen *KO*, tm̄ *I* | atque] que *O*, ac *Nou.* | grauamine $KI^a$ 14 donatione] *dett. Nou.*, donationis *KOI* | postremo $O^a$? 15 uoluntate *O* | debantur $I^a$ 16 si] sii $I^a$ | socer] socum *O* | filius $I^a$, filii uel *O* 17 uel pron.] pron. $KI^a$ | parens] pat'es *O* 18 uel pron. *om. I*, uel *om. O* | curialis $O^a$ | siue *O* | dotabat *O*, donauerit $I^a$ 19 cum date sunt *O* | reuertatur $KI^b$, reuertantur *O* | discretionis *I* 20 honere *KO*, hon∗re $I^a$ | subiacerebit $I^a$ | matrimonium] iu patrimonium *O*, in integrum *K*? 21 difficultatibus suis *K*, diffic. *om. I* | opprimantur *O* | res] res o $I^a$ 22 est *om.* $I^a$ | susceperit] *X Nou.*, susceperat *KI*, suscepit *O* 23 cuiuscumque] cuius *K* 24 transferetur] tenus transferuntur $O^a$ | ut *om.* $I^a$ | qui acc. honoratam *O*, honeratam qui (quod $K^b$) acc. (acceperit *I*) $KI^b$, honeratamque acceperit uel si ignorauerit acceperit $I^a$ 25 quod] quod si *O* | consequatur] *X Nou.*, consequetur *KI*, consequitur *O* | contraquem *O* | lucratiui *KI* 26 euaserrat *O* | et etsi *K* | titulo] tudo *O* | donatum $K^aI^a$ 27 huiusmodi *O* | intercedat *O* 28 a primordium $O^a$, a primordio $KO^b$ | decurionis res *I* 29 matrimonii *K* 30 donationem *K* | semel *om. O*

in personam cecidit principalis, ueterum titulorum nequaquam ratione perspecta condicionem et onus merebitur lucratiuae. D. VII ID. MART. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM DIOSCORI ET EVDOXII VV. CC. a. 442

## XXXVII (XXXVI)
## ℞ DE PRAEBENDO SALARIO ℞

1 [1] IMP. CONSTANTINVS A.[2] AD MARCELLINVM COMITEM ORIENTIS. Nulli salarium tribuatur ex uiribus rei publicae nisi ei, qui iubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. D. V NON. OCT. CONSTANTINOPOLI LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. [Th. 12, 2, 1] a. 349

## XXXVIII (XXXVII)
## ℞ SI CVRIALIS RELICTA CIVITATE RVS HABITARE MALVERIT ℞

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Curiales omnes iubemus interminatione moneri, ne ciuitates fugiant aut deserant rus habitandi causa, fundum, quem ciuitati praetulerint, scientes fisco esse sociandum eoque rure esse carituros, cuius causa impios se patriam uitando demonstrauerint. D. XVIII K. IAN. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. [Th. 12, 18, 2] a. 396

## XXXVIIII (XXXVIII)
## ℞ DE MVNICIPIBVS ET ORIGINARIIS ℞

1 IMP. ANTONINVS A. SILVANO. Cum te Byblium origine, incolam autem apud Berytios esse proponis, merito apud utrasque ciuitates muneribus fungi compelleris.

2 IMP. GORDIANVS A. FRONTONI. Si, ut proponis, ea, quae ex causa fideicommissi te manumisit, ab ea libertatem iustam fuerit consecuta, quae originem ex prouincia Aquitania ducebat, tu quoque eius condicionis eiusque ciuitatis ius obtines, unde quae te manumisit fuit. eorum enim condicionem sequi ex causa fideicommissi manumissos pridem placuit, qui libertatem praestiterunt, non qui rogauerunt.

3 IMP. PHILIPPVS A. PATROCLO. Filios apud originem patris, non in materna ciuitate, etsi ibi nati sunt, si modo non domiciliis retineantur, ad honores seu munera posse compelli explorati iuris est.

*KO* (*transponit* 39, 5. 3. 4) *I*

---

[1] *iunge* 8, 11, 2 [2] *idem Th.*: impp. Constantius et Constans AA. 8, 11, 2 *recte*

---

1 personam] *X Nou.*, persona *KOI* | ceciderit *KI* | uenturum *K*[a] | nequam *O* | condiccione *OI* 2 *s. a. Nou.* 5 salarium *K*[a]. sario *O*[a] 6 imp. (impp. *Paris.*) ... orientis] *Paris.* 4521 *Th.*, imp. const. a. ad marcellinum comnerietis *O*, imp. iust. *KI* | nulla *I*[a], ullin *O*[a] 7 iuribus *K*[b]*O* | ei] rei publice *I* | fuert *O* 8 *s. a. Th.* 11 uoluerit *O* 12 impp. ... pp.] *Th.*, imp. arc. et hor. aa. pp. *O*, imp. arc. a. (a. *om. I*) *KI* 13 ne] ne. *K*[a], nec *I*[a] 14 quem] et *O*[a] | sotiando *I*[a] | iure *K*[a] | esse] *K Th.*, se *OI*[b], *deficit I*[a] | cauturos *K*[a] 15 uitando patriam demonstarint *Th.* | *s. a. Th.* 18 muncipibus *O* 19 imp. ... siluano] *O*, mpp. ant. et hon. aa. sille *Paris.* 4521, imp. ant. a. *K*, imp. a. *I* | publium *K*, biblum *X?* | biricius *O*[a], hereticos *I*[a], biritios *X* 21 imp. (impp. *Paris.*) ... frontoni] *Paris.* 4521 *Contius*, imp. g. frontori *O*, imp. gor. *KI* | fideicommissiset te *O*[a] 22 fuit *IX* | equitania *KIX* 23 obtineris *K*[a], optus *O* 24 etenim eorum *K* | quidem *X* 25 non qui] non qui non *I* | rogauerunt] *I*[a], rog. dari *KI*[b], dari rog. *OX* 26 a. patroclo] *Contius*, a. c. patroclo (patrodo *O*) *O Londin.*, c. patrodo *Paris.* 4521, a. *K*, *om. I* | filiilios *I*[a] | non *om. O* 27 et si ibi] ubi *K*[a], et sibi *I*[a] | sint *O* | non] non ibi (ubi *X*[a]) *X* | siue numera *O* 28 indicis *I*[a]

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. SECVNDO. Origine propria | B apud Cui. h. l. | neminem posse uoluntate sua eximi manifestum est.

5 IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM VICARIVM ORIENTIS. Si quis uel ex | Th. 12, 1, 12 | maiore uel ex minore ciuitate originem ducit, si eandem euitare stude*ns* ad alienam se ciuitatem incolatus occasione contulerit et super hoc uel preces dare temptauerit uel qualibet fraude niti, ut originem propriae ciuitatis eludat, duarum ciuitatum decurionatus onera sustineat, in una uoluntatis, in una originis gratia. PP. VIII K. IAN. PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

# XXXX (XXXVIIII)

## ℞ DE INCOLIS ET VBI QVIS DOMICILIVM HABERE VIDETVR ET DE HIS QVI STVDIORVM CAVSA IN ALIA CIVITATE DEGVNT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. PAVLINO. Non tibi obest, si, cum incola esses, aliquod | B 54, 2, 1 | munus suscepisti, modo si ante, quam ad alios honores uocareris, domicilium transtulisti.

2 IMP. ALEXANDER A. CRISPO. Nec ipsi, qui studiorum causa | ⸢Pσπ. 31, 11 B 54, 2 not. m | aliquo loci morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi decem annis transactis eo loci sedes sibi constituerunt, secundum epistulam diui Hadriani, nec pater, qui propter filium
1 studentem frequentius ad eum commeat. Sed si aliis rationibus domicilium in splendidissima ciuitate Laodicenorum habere probatus fueris, mendacium, quo minus muneribus fungaris, non proderit.

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ALEXANDRO. Est uerum eos, qui | B 54, 2, 3 | in territorio alicuius ciuitatis commorantur, uelut incolas ad subeunda munera uel capiendos honores non adstringi.

4 IDEM AA. ALEXANDRO. Cum neque originales neque incolas uos esse memo- | B 54, 2, 4 | ratis, ob solam domus siue possessionis, licet ex substantia decurionis adquisita sit, causam publici iuris auctoritas muneribus subiugari uos non sinet.

5 IDEM AA. MAXIMO. Si in patria uxoris tuae uel in qualibet alia domicilium | B 54, 2, 5 | defixisti, incolatus iure ultro te eiusdem ciuitatis muneribus obligasti.

6 IDEM AA. ET CC. MARCELLO. Priuilegio speciali ciuitatis non interueniente tantum originis ratione ac domicilii uoluntate ad munera ciuilia quemqu*e* uocari certissimum est.
*KOI*

---

1 impp. ... secundo] *O*, imp. diocl. *KI* 2 uoluntatem $I^a$ 3 imp. ... orientis] *O Th.*, imp. const. a. (a. *om. I*) *KI* | quis uel] *I* quis *OKX*, qui uel *Th.* 4 duxit *K* | euitare] ciuitatem *I*, ciuitatem euitare *K* | studens] *Th.*, studet et *K*, studet *OI* 5 ciuitatem] ciu. seruitutem $I^a$ | incol. occ.] *X Th.*, incol. uocatus occ. *O*, occ. incol. *KI* 6 fraudem *K* 7 sustineant *O* | uol. in] uol. etiam $K^a$ | *s. a. Th. Contius* 1559 10 habere *om.* $O^a$, *inc.* $I^a$ 11 uidentur $O^a$ | aliqua *K* 13 a. paulino] *O*, a. paulo *Contius*, a. *K*, *om. I* | si cum] sicut $O^a$ 14 suscepeisti $I^a$ | modo *om. K* 15 a. crispo] *O*, a. chyrsippone *Paris.* 4521, a. *K*, *om. I* | nec (hec *X*) ipsi *om. O* 16 loci] modo $O^a$, loco $O^b$ | ibi habere] habere non *O*, habere *X* | locici $O^a$, loco *I* 17 edes $K^a$ | sibi] ibi $K^bO$ 18 splendissima $O^a$ 19 laodicenorum] *Hal.*, laudicinorum *OIX*, lauditinorum *K* | fuerit *KOI*$^a$*?X* 21 impp. ... aa. (aa. *om. Paris.*) alexandro] *Paris.* 4521 *Contius*, imp. d. et m. *OI*, imp. diocl. a. *K* 22 uelut] ut uel *O* | obeunda $K^aX$, hobedienda *O* | capescendos *O* 23 non *om. B* | astringui *uel* astringni *O* 24 idem aa. alex. (*sic*) *O Paris.* 4521, id. a. *KI* 25 solam domum siue possessionem *K*, solas domos uel possessiones *O* | sit] *edd.*, sint *O*, est *KIX* | causam] *dett.*, causa *KIX*, etiam causa *O* 26 publicis iuris *KI?*, iuris publ. (publiciuci $O^a$) *O* | anctoritate $K^a$*?O*, auctoribtas $I^a$ | sinat *O* 27 aa. maximo] a. max. *Monac.* 3509, am. *O*, aui. *uel* ani. *Londin.*, aa. annuntiano *Paris.* 4521, a. *KI* 28 iure *om.* $O^a$ 29 aa. et cc.] a. *KI* | marcello] *O*, marcell. *Hal.*, marcellino *Contius*, *om. KI* | speciali] fruali $O^a$ | ciuitati *O* | tamen *K* 30 ac] ad $K^a$ | domicilium *O* | quemque] *edd.*, quemquam *KI*, quamquam *O*, quempiam *X*

7 [1]IDEM AA. ET CC. AVRELIO. Ciues quidem origo manumissio adlectio adoptio, [B 54, 1, 6]
incolas uero, sicut et diuus Hadrianus edicto suo manifestissime declarauit, domicilium
1 facit. Et in eodem [2] loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil auocet, unde cum profectus est, peregrinari uidetur, quo si rediit, peregrinari iam destitit.

8 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. . . . . . . PRAEFECTO AVGVSTALI. Senatores in sacratissima urbe domicilium dignitatis habere uidentur. D. K. MART. VALENTINIANO A. ET NEOTERIO CONSS. a. 390

9 [3]IDEM AAA. MARTINIANO COMITI ORIENTIS. Mulieres [12, 1, 13 Th. 2, 1, 7 B 54, 2 not. p]
honore maritorum erigimus et genere nobilitamus et[4] forum ex eorum persona statuimus
1 *et domicilia mutamus*. Sin autem minoris ordinis uirum postea sortitae fuerint, [(Th.)]
priore dignitate priuatae posterioris mariti sequantur condicionem. D. IIII ID. NOV. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

## XXXXI (XXXX)

## ℞ DE HONORIBVS ET MVNERIBVS NON CONTINVANDIS INTER PATREM ET FILIVM ET DE INTERVALLIS ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. *SEPTIMIO* ZENONI. Sicut honores et [B 54, 7, 39]
munera, cum pater et filius decuriones sunt, in eadem domo continuari non oportet, ita
uacationum concessa tempora non aliis prodesse possunt, quam qui ad eosdem uel alios
1 honores eademque uel alia munera denuo uocantur. Pro infante uero[5] filio, [Dig. 50, 1, 21, 6]
quem decurionem esse uoluisti, quamquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen[6] onera sustinere non cogeris, cum ad ea quae mandari possunt uoluntatem dedisse uidearis.

2 IMP. GORDIANVS A. CYRILLO. Ab honoribus ad eosdem honores quinquennii [B 54, 3, 1] datur uacatio, triennii uero ad alios. legatione autem perfunctis biennii uacatio concessa est.

3 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. NICIAE. Interualla temporum, quae in unius persona locum habent, fratribus, licet communia possideant bona, minime prod-

*KOI*

[1] *Herrmann iungit* 7, 62, 11 [2] eo demum (*Cuiacius*)? [3] *iunge Th.* 3, 15, 1 [4] et] isdem *Th.*
[5] uero *om. Dig.* [6] interim *ins. Dig.*

1 aa. et cc. aurelio] *O*, a. *KI* | eieccio adoptio $O^{a}$, adoptio allectio *I contra B* 2 declarant *O* 4 rursum *I*, *om. KX* | sit] fit *O* 5 est] sit *K*, fit *X* | quo] $I^{b}$, qui *K*, q' *O*, quod *X*, *inc.* $I^{a}$ 6 imppp. ... 7 augustali] imp. ual. th. et arch. aaa. eiusque praes. (eius pr. *Lond.*) augustali *O Londin.*, mpp. ual. et th. et arc. aa. cicepio pp. augustali *Paris.* 4521, imp. ual. *KI: ad Alexandrum praef. Aug. XII k. Mart. a.* 390 *data est Th.* 13, 5, 18 7 renatores *O* | uidetur *K* | *s. a. Contius* 9 aaa.] a. *KI* | martiniano] *Th. libri optimi*, marciano *alii libri Th.*, materuno *O*, mamertino *Paris.* 4521 *cum deterioribus libris Th.*, *om. KI* | com. or. *om. KI* 10 et genere] *libri*, genere *edd. cum Th.* | earum $K^{a}$ 11 et dom. mutamus] *l. gem. Th.*, *om.* $KI^{a}$*?*, *post* 12 condicionem *collocant OX: in* $I^{b}$ *supplentur quidem hoc loco, sed expulerunt quae antecedunt* et forum ... statuimus: αἱ γυναῖκες τὴν τιμὴν τῶν ἀνδρῶν ἔχουσι καὶ τὴν κατοίκησιν ἑαυτῶν ἐναλλάσσουσιν *Graecus interpres* | fuerint] sunt *l. gem.* 12 condicionem] cond. et dom. mutamus *OX* (*cf. ad u.* 11) | *s. a. Th.* 15 munera *K* 16 inter] in *K* 17 impp. (imp. *O*) ... aa.] imp. seu. *KI* | septimio zenoni] *Contius ex Dig.* 50, 1, 21, 6, zenoni *O*, *om. KI* 18 filii *IX* | eadem (eamdem $O^{a}$) domo] eandem domum concessa tempora *X* | oporteret $I^{a}$ | ita] et ita *O* 19 uacacionem $O^{a}$, u*ationum $I^{a}$ | quam qui] *X*, quoniam qui *K*, quamquam *O*, quam his qui *I* | ad eosdem uel] ad id uel (id uel *del.* $O^{b}$) eorundem uel ad *O* 20 homines eandemque $O^{a}$ | uel *om. O* 21 qui decurione *O* 22 honora *K* | uideatis *O* 23 impp. *I* | a. cyrillo] *Bononiensis Contius*, a. siril'. *O*, a. cirille *Paris.* 4521, *om. KI* 24 uacatio] uac. concessa *O*, uocatio $I^{a}$ | autem] aut *O*, *om.* $I^{a}$ | profuntis *O* | biennium *O* | uocatio *K*, uatatio *I* 26 impp. ... niciae (nitie *Paris.*, critiae *Cui.*)] *Paris.* 4521 *Cui.*, imp. d. et max. aa. (aa. *om. O*) et cōuicō (conmcecō *uel* conuicecō *O*) *O Londin.*, impp. d. et m. aa. liciae (*alias* aniceto *uel* niceto) *Contius*, imp. dicl. a. K, imp. diocl. *I* 27 habeat K, habeant I

1 esse frequenter constitutum est. Sane his missis, qui necdum functi muneribus ad haec idonei constituti uocari debent, uos, si ad obsequium ciuilium munerum reppererit paruisse, ne iterum interpellemini, praeses prouinciae prouidebit.

## XXXXII (XXXXI)
## ℞ DE MVNERIBVS PATRIMONIORVM ℞

1 IMP. ANTONINVS A. PHILOCYRIO. Ciuilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

2 IDEM A. MATERNO. Munera, quae patrimoniis publicae utilitatis gratia indicuntur, ab omnibus subeunda sunt.

3 IMP. ALEXANDER A. ATILIO. Qui immunitatem munerum publicorum con- [B 54, 5, 15] secuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent. in quibus causis et hospites recipiendi sunt.

4 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. NERONI. Non uidetur abhorrere ratione sententia, qua praeses prouinciae equos curiales[1] alere non personarum, sed patrimonii esse decreuit. et tamen si iniqua esset, omisso a te appellationis auxilio necessario permanet.

5 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. ANTEPISTO. Neque tempore aetatis neque numero liberorum a muneribus quae patrimoniorum sunt excusationem quis habere potest.

6 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. POLYMNESTO. Professio et desiderium tuum inter se discrepant. nam cum philosophum te esse proponas, uinceris auaritiae caecitate et onera quae patrimonio tuo iniunguntur solus recusare conaris. quod frustra te facere ceterorum exemplo poteris edoceri.

7 IDEM AA. ALEXANDRO. Etiam minores aetate patrimoniorum muneribus [B 54, 5, 19] subiugari solent. unde intellegis te frustra plenam immunitatem desiderare, cum munera quae impensas exigunt subire te necesse sit.

8 IDEM AA. ET CC. LONGINO. Nec protostasiae uel sacerdotii uel decaprotiae munera corporalia sunt, sed tantum patrimonii esse non ambigitur.

9 IDEM AA. ET CC. MARCIAE. Patrimoniorum munera mulieres etiam sustinere [B 54, 5, 21] debent.

10 EXEMPLVM SACRARVM LITTERARVM EORVNDEM AA. ET CC. AD PRAEFECTOS. Quantum ad extraordinarias indictiones pertinet, praesidibus significamus, ut omnes possessores ceterosque sciant conueniri debere, quandoquidem ea patrimonii munera esse constet meritoque ab omnibus agnosci debeant, quo facilius obsequiis publicis pareatur.

*KOI*

---

[1] curules (*Cuiacius collatis* 11, 41, 5. 12, 49, 7 *Th.* 15, 10: *u. i.*)?

---

1 constitum *O* | iussis *K* | hoc $KI^b$ *uel* $I^aX$ 2 curialium *I* | repperit $I^aX$ | paruisses $O^a$ 3 ne] ne $K^aX$ | mpraeses $K^a$ 6 a. *om. I* | filiocirio *O Paris.* 4521, philino *Contius, om. KI* 8 aa. *I* | materno] *Paris.* 4521, *om. OKI* | inducuntur *OI*, introducuntur *X* 9 obeunda $K^aX$, obseruanda *O*, •beunda $I^a$ | sint $I^a$? 10 a. atilio] *Paris.* 4521, a. atillicinus *Bononiensis, om. KOI* 11 debere $I^a$ 13 impp. (imp. *O*) ... neroni (zenoni *Cui.*)] *O Cui.*, imp. ual. a. (a. *om. I*) *KI* 14 quia *O* | equos] et quo *O* | rulescuriales $I^a$ | non *om.* $I^a$ 15 decreuni $O^a$ | et] set *X* | tantum *K*, tm̄ $I^a$ | omissio *OX* | appellatione (*uel* —nes) aux. $K^a$, aux. app. *X* 16 imppp. ... antepisto (antepisti *Contius*, pisto *Par.*)] *Paris.* 4521 *Contius*, imp. carū et car. antepista *O*, imp. car. a. *K*, imp. carias *I* 17 excusacionibus *O* 18 impp. ... polymnesto (poalimnesto *Paris.*, polinestro *Cont.*)] *Paris.* 4521 *Contius*, imp. d. et m. *O*, imp. diocl. *KI* 19 uinciris *K* 20 quae] queque *O* | quod frustra facere te *K*, q••••••te facere $I^a$ 22 aa. alexandro] aa. lex. *O*, a. alex. *Londin.*, alex. *I*, a. *K* | numeribus *O* 25 aa. et cc.] *Paris.* 4521, aa. *O*, a. *KI* | longino *om. KI* | protestasie $K^bOI^b$, potestassie $K^a$, protasie *X*, *inc.* $I^a$ | sacerdocie uel dec. *KOI*, decaprotiae uel sacerdotii *B secundum Cui., qui ad sacerdotium haec ex B refert:* ἡ ἱεροσύνη τουτέστιν τὸ ἐπιτελεῖν τὰ κυνηγέσια 26 tantum] tamen *O*, tm̄ *I*, μόνον *B apud Cui.* 27 idem ... marciae] *Paris.* 4521, id. a. *KOI* 29 aa. ... praefectos] a. *I*, *om. K* | et *om. O* | praefectos] *O Londin. Paris.* 4521, praesides prouinciarum (prouinciae *Cont*) *Contius Cui.* (*propter u.* 30 *opinor*) 30 pertinent *O*, quod pertinet $I^a$ | significauimus *OX* 31 constat *KI* 32 meritone (*uel* —ue) *O*, que *om. X* | quod $K^a$ | pareant *O*

## XXXXIII (XXXXII)

## ℞ QVEMADMODVM CIVILIA MVNERA INDICVNTVR ℞

1 Imppp. Carvs Carinvs et Nvmerianvs AAA. Feliciano. Cum te curatorem ad cogendas angarias creatum appellationem interposuisse proponas, praeses prouinciae, si alterius curiae te esse animaduerterit, ad alieni corporis munera uocari non sinet, quia eius partis oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras.

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Dionysio. Maioribus honoribus [B 54, 3, 2] functos ad minores deuocari non oportere rationis est.

3 Idem AA. Evtychiano. Cum te omnibus muneribus functum esse adseueras, ad eadem munera, si aliorum ciuium copia est, qui obsequiis ciuilibus fungi possunt, praeses prouinciae deuocari te non permittet.

4 [1]Idem AA. et CC. Regino. Vltra modum sumptuum te muneribus ciuilibus grauari leuatis aliis praeses prouinciae non patietur, sed aequalitatem tam iuris quam censurae memor circa ordinem custodiet.

## XXXXIIII (XXXXIII)

## ℞ DE HIS QVI SPONTE MVNERA SVSCEPERVNT ℞

1 Imp. Alexander A. Feliciano. Veterani, qui, cum possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt, redire ad excusationem quam reliquerunt non possunt, nisi certa lege et pacto seruandae immunitatis uel partem eius oneris agnouerunt.

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Valerio. Qui publici muneris uacationem habet, si aliquem honorem excepto decurionatu sponte susceperit, ob id, quod patriae suae utilitatibus cesserit uel gloriae cupiditate paulisper ius publicum relaxauerit, competens priuilegium non amittit.

3 [2]Imp. Leo A. Pvsaeo pp. Qui condicioni non obnoxius curiali quemlibet honorem uel munus uoluntate propria in quacumque gesserit ciuitate, nullum praeiudicium circa fortunam suam statumque sustineat: sed tam ipse quam liberi eius et qui ex his in posterum procreandi sunt ab omni huiusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alienique permaneant, ita tamen ut, si aliqua functio uolentibus eis fuerit iniuncta, ex qua necesse sit aliquid eos accipere, quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos mansisse constiterit,
1 soluentes sine ulla molestia uel condicionis suae formidine discedant. Si quis uero ex his

*KOI*

---

[1] *cf.* 10, 51, 4 [2] *cf. ad* 1, 36, 1

2 ciuilia numera *O*, munera ciuilia *O* | inducuntur *K*, inducutur *I* 3 imppp. (mpp. *Par.*) ... aaa. (aa. *Par.*)] *Paris.* 4521, imp. carcarin. numdinus *O*, imp. car. *KI* | felic. *om. KI* | te] in te *I*ᵃ 5 cure *KI*ᵇ, certe *I*ᵃ, creatum *X* | te esse *om. I* 6 partis] patriae *Z* | honoribus *I* 7 impp. (imp. *O*) ... dionysio] *O Paris.* 4521, imp. diocl. *K*, imp. dicl. *I* | honeribus *KI* 8 minora *O* | non oportere *om. O* 9 idem aa. eut. (euthiciano *O*)] *O Paris.* 4521, id. a. *KI* | functum (fructum *I*) muneribus *KI* | asseueres *IX* 10 eamdem *O*ᵃ | fugi *I* 11 permittit *I* 12 aa.] a. *KI* | regino] *Paris.* 4521, reigano *O*, regio *Bononiensis* | te] de *OI*ᵇ, ut *X* 13 leuatus aliis *K*ᵃ, aliis leuatis *O* | equabilitatem *O*, equalibitatem *I*ᵃ 14 custodies *O* 16 hiis *O* | munera] m. publica *O*, publica m. *I* | suscipiunt *I* 17 feliciano] *Paris.* 4521, *om. KOI* | his] eis *K* 18 fieri se *K* | in suam patriam *O* | maluerint *O*, maluerant *I* | redire ... reliquerunt *om. K*ᵃ | quam *om. O* | relinquut *uel* relinqunt *O* 19 certe *I*ᵃ 20 honoris *X* | agnouerint *O* 21 impp. (imp. *O*) ... aa. (aa. et cc. *Paris.*) ualerio] *O Paris.* 4521, imp. diocl. a. (a. *om. I*) *KI* | publicis *I*ᵃ | uocacionem *O* 22 exempto *O* | suscepit *OX* 23 gloriae] *K*ᵛ*X*, curie *K*ᵗ*O*, glorie sue *I* 24 admittit *OI* 25 a. pusaeo pp.] *Paris.* 4521, pusco pp. *O*, *om. KI* | qui] cui *O* | obscnoxius *I*ᵃ | quelibet *I*ᵃ 26 ciuitatem *K* | circa] fieri circa *K* 27 eius liberi *K* 28 omni *om. K* | liberi *bis I*ᵃ 29 iniucta *O* 30 remansisse *O* 31 soluente *O*, et soluentes *K* | sine om. *K*ᵃ | quis] quod *O*ᵃ

omnia decurionum munera uel functiones uel honores nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit, eum pro sua liberalitate patrem ciuitatis, in qua uoluntarius municeps apparebit, si hoc ei libuerit, fieri constituique hac lege decernimus. D. v id. Nov. Constantinopoli Basilisco et *Hermin*erico conss. a. 465

4 [1]Imp. Ivstinianvs A. Menae pp. Eos, qui liberi fortuna curiali constituti postea se curiae cuiuscumque ciuitatis obtulerint, confidere uolumus, quod posteritas eorum non solum iam procreata, sed etiam post talem deditionem procreanda huiusmodi fortuna libera manebit, siue specialiter sub hac lege curiae se obtulerint, ut ab his descendentes tali fortuna liberi maneant, siue nullam huiusmodi fecerint mentionem, nullo audente dicere, quod nati uel concepti post talem deditionem sequi paternam condicionem debeant: hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus huiusmodi opitulationem constituere properauimus: ita tamen, ut nec occasione quartae portionis bonorum huiusmodi decurionis quicumque successores eius aliquam inquietudinem patiantur, utpote libera
1 eius substantia omni curiali grauamine conseruanda. Et si quid defunctus uel ex administratione curialium munerum uel ex quarta portione ad eandem curiam semel uel saepius deuoluta uel ex alia quacumque causa eidem curiae debuisse probetur, hoc idem succes-
2 sores curialibus reddere minime dubitent. Illis scilicet, quae super naturalibus filiis, quos naturalis pater sub hac lege curiae dedit uel postea dederit, ut legitimos tam ex testamento quam ab intestato successores habeat, non solum ueteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus[2] disposita sunt, praesenti lege excipiendis, ut non ipsi tantum filii naturales, sed etiam ex his procreandi mares paternam sequantur fortunam, uel maribus liberis minime subsistentibus pars quarta substantiae mortui curiae deputetur[3].

## XXXXV (XXXXIIII)

## ℞ DE HIS QVI A PRINCIPE VACATIONEM ACCEPERVNT ℞

1 Imppp. Theodosivs Arcadivs et Honorivs AAA. Rvfino pp. Nullus uacationem temporariam curialis accipiat, nisi id forte ueris ac probatis causis adnotatio nostra concesserit. D. prid. non. Ivn. Constantinopoli Theodosio A. iii et Abvndantio conss. [Th. 12, 1, 135] a. 393

*KOI*

---

[1] *iungendae uidentur* 5, 27, 8. 9. 10, 35, 3 (*u. i.* § 2) [2] 10, 35, 3 [3] D. k. Iun. Constantinopoli dn. Iustiniano pp. A. ii cons. (*a.* 528) *leges iungendae*

---

2 libertate $I^aX$ | in quo $K^a$, *om.* *X* 3 *s. a. Contius, nisi forte eam ex* 1, 36, 1 *restituit: cf. ad* 12, 5, 4 4 armerico *Cont.* 5 a. menae pp.] *Paris.* 4521, a. amene pp. *O*, a. *K*, *om.* *I* 6 curi $I^a$ 7 iam *om.* *X* | dedictionem $K^a$ | procreandam $O^a$ 8 hac] ea *O*, hac paternam conditionem $I^a$ | hisdem scendentes $K^a$ 9 liberi maneant (permaneant $I^a$)] *KI*, liberetur *O*, liberentur *X* | modi *om.* $KI^a$ | fecerunt *K*, fecissent *I*, fecerit *X* 10 dedictionem *K* | patern. condic. sequi *OX* 11 uiuitatibus $K^a$ 12 occasionem *O* 13 decuriones *KOI* | patitiantur *K* | libera] patiantur lib. $K^a$ 14 et] *K*, est et *OI*, est *X* | quod *O*, quidem *X* 15 curiali $K^a$ 16 deuoluntate *O*, edeuoluta $X^a$ | ex *om.* *O* | idem *om.* *K* 17 quo naturales $O^a$ 20 sanctitionibus *K* 21 procreandis $OI^a$ | sequentur *K*, sequitur $O^a$, sequatur $O^b$ 22 mine *O* | substentibus $K^a$ | quarta pars *OX* | deputentur $I^a$ 24 *rubricam hoc loco om. et sequenti titulo praemisit* $O^a$, *inc.* $K^a$ 25 impp. (imp. *O*) th. et arch. et hon. aaa. (aaa. *om.* *O*) ruphino pp. *O* *Paris.* 4521, imp. th. *K*, imp. et theod. *I* 26 teperariam $O^a$ | adnocio *O* 27 concesserit] c. alias gesserit *I* | *s. a. Th. Contius?* | a. iii *om.* *Cont.*

## XXXXVI (XXXXV)
## ℞ DE VACATIONE MVNERIS ℞

1 Imp. Gordianvs A. Ianvario. Muneris publici uacationem ea continere, quae non lege, non senatus consulto, non constitutionibus principum iniunguntur, merito responsum est. ad quam formam iuris pertinens si coeperis ad munera extraordinaria a magistratibus deuocari, appellatione interposita poteris apud praesidem iuris rationibus protegi.

## XXXXVII (XXXXVI)
## ℞ DE DECRETIS DECVRIONVM SVPER IMMVNITATE QVIBVSDAM CONCEDENDA ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Vrsino. Exceptis qui liberalium studiorum antitistes sunt et qui medendi cura funguntur, decreto decurionum immunitas nemini tribui potest.

2 Idem AA. et CC. Cassio. Ordinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur.

## XXXXVIII (XXXXVII)
## ℞ DE EXCVSATIONIBVS MVNERVM ℞

1 Imppp. Carvs Carinvs et Nvmerianvs AAA. Demetrio. Etiam ii, qui nostra procurasse monstrantur, muneribus ciuilibus quae dignitati eorum congruunt fungi debent.

2 Pars actorvm Diocletiani et Maximiani AA. id. Febr. . . . . . Indvctis Firmino et Apollinario et ceteris principalibvs Antiochensivm adstantibvs Sabinvs dixit: . . . . . . . . . . . Diocletianvs: Certis dignitatibus data a nobis indulgentia est munerum ciuilium et personalium, id est his, qui aut ex protectoribus sunt aut ex praepositis. ii ergo ad munera personalia aut ciuilia non uocabuntur.

3 Idem AA. Marino. Tutelae sollicitudo a muneribus ciuilibus non excusat, utpote[1] nec tres simul iniunctae diuersarum domuum eiusmodi beneficium praestent.

*K* (48 ℞. 47, 2 *transponit* $K^a$) *OI*

---

[1] *expectes* ut

---

2 *huic rubricae antecedentem praemisit* $O^a$ | muneris] $O^a$, munerum *K*, publici muneris $O^b I$, mun. publici *X* 3 a. ianuario] *Paris.* 4521, a. ian. *O*, *om.* *KI* | uacacione *O*, uacatoe *I*, uationem *X* 4 constitutionibus] et c. *K* 5 pertinent *I*, pertinere *X* 8 de detractis *K* | curionum *O* | super] *X*, et super *KOI* 9 quib. conced. *ante* 8 de *collocat* $I^a$ | accedenda $O^a$ 10 impp. (imp. *O*) ... ursino] *O Paris.* 4521, imp. diocl. *KI* 13 idem ... cassio] *Paris.* 4521, id. a. *KOI* | ambicio ambiciosa decreta sacris const. *O*, ambitiosa decreta const. sacris *X*, ambitio a decretis sacrisque (et sacris *I*) const. *KI* | reprobatur *KI* 16 excusatione *O* 17 imppp. carus car. (mpp. carus et car. *Par.*) et n. aaa. demetrio] *Paris.* 4521 *Contius*, imp. car. *K*, imp. *O*, imp. cariis *I* | nostro $K^a$, numero *O*, nos *X*, *om.* $I^a$ | procreasse $K^a$ 18 fingi *K* 19 pars ... 21 diocl.] impr. *X* | auctorum $I^a$ | et max. aa. id. (to *O*) febr.] *O Paris.* 4521, *om.* *KI* 20 apolliario *O* 21 dixit . . . . . . . . . .] dixit noaa. omuecento. sene. (*uel* seue.) ut enim tū (*uel* nı) emor et etiam *O*, dixit aioaa omNeccNtoseNevţeni nieHoretetiam *Londin.*, dixit NolloiuHeceHtv. seYNerſ. TH (*uel* N) aieNOYetc̄ *Paris.* 4429, dixit inimo'ΓIſneccentenre. adh'ekiH. Mentet cetera *Bononiensis* 16, ait HOAAM gr. *K*, dixit IV. n. o. q; et c. $I^b$, *deficit* $I^a$: *si fides est clausulae in Bon.* et cetera, *Graecorum quae legi non poterant uerba extrema omissa sunt: apparet autem libros O Lond. Paris. Bon. omnes desinere in eodem* μενου (aievou *uel* niemor) | diocletianus] *Lond.*, diodicianus *O*, diocl. autem dixit $I^b$, *om.* *K*, *deficit* $I^a$ | a *om.* *O* 22 propositis *KO*, *deficit* $I^a$ 24 aa. marino] *O*, aa. matino *Paris.* 4521, a. *K*, an. *I* 25 modi] domi $O^a$ | praestet *X*

4 Idem AA. Attalo. Hydraulae munerum ciuilium immunitatem sibi iure concessam probare minime possunt.

5 Idem AA. et CC. Marcellino. Procuratores absentium rei publicae causa munerum ciuilium uacationem non habent.

6 Idem AA. et CC. Gaio. Venatoribus immunitas ob hanc professionem solam nullo iure concessa probari potest.

7 [1]Imp. Constantivs A. ad Catvlinvm vicarivm. Negotiantes uestiarios linteones purpurarios et parthicarios, qui deuotioni nostrae deseruiunt, uisum est secundum ueterem consuetudinem ab omni munere immunes esse.

8 Idem A.[2] ad Tavrvm pp. Placet nullum omnino iudicem de cetero [Th. 11, 16, 8]
prouincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum sedulo cunctorum studio pensi-
tentur, quae canonis instituti forma complectitur uel nostra clementia decernit inferenda
1 uel delegatione sollemniter sanciente uel epistulis praecedentibus. Sed si quid urguere
forsitan coeperit, referri ad celsitudinem tuam statuimus et auctore te fieri et eo per-
2 soluto referri ad scientiam nostram, ut nobis iubentibus roboretur. Si quis [Th. 11, 16, 11]
autem usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli
3 repetitione teneatur. Quae seueritas iussionis ad ordinariorum iudicum officiorumque
terrorem debebit excurrere, ut, si eorum uel gratiosa coniuentia uel ignobili dissimula-
tione temeritas admiserit curialis, eos quoque damni simplicis[3] poena castiget. D. k.
April. Mediolani Constantio A. viiii et Ivliano C. ii conss. a. 357

9 Imppp. Valentinianvs Valens et Gratianvs AAA. ad Clavdivm proconsvlem Africae. [Th. 14, 3, 12] Illud conuenit praecaueri, ne quis hanc, quae personalis est functio[4], pretio putet esse taxandam. D. k. Dec. Triveris Valentiniano et Valente AA. conss. a. 368

10 Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. ad Hypatium pp. [Th. 11, 16, 13] Priuatae rei nostrae priuilegiis permanentibus nihil extra ordinem praedia iure perpetuo consignata sustineant, neque adiectis saepius ac praeter primum delegationis canonem postulatis adficiantur impendiis, quandoquidem neque aurario canoni sub priuilegiis aestimato aliquid ex ea iubentibus nobis praebitionum diuersitate decutitur, et pari cum ceteris aestimari sorte non conuenit, quos praeter annonarias functiones aestimata

*KOI*

---

[1] *Herrmann iungit* 8, 11, 1 (d. vi k. Aug. Sirmi Vrso et Polemio conss. *a.* 338), *quae Constantis est* [2] et C. *ins. Th.* (*u. i.*) [3] similis *Th.* [4] functionem *Th.*

---

1 aa. attalo] *O Paris.* 4521, a. *K*, an. *I* | dydrale *O*, *om. X* | iure *om.* $O^a$ | concessa *O* 3 aa. et cc. marcellino] *Paris.* 4521, aa. et cc. marcell. *O*, a. *KI* | muneri *O* 5 aa. et cc. gaio] *O Paris.* 4521, a. *KI* | ob] ab *O* 7 imp. const. (cohist. *O*) a. ad catulinum uicarium *O Paris.* 4521, idem l. *K*, imp. *I* | negotiantes] $KO^vI$, negotiamtores $O^a$, negotiatores $O^b$, negotiationes *X*: οἱ πραγματευόμενοι τὴν ἐσθῆτα ἢ τὴν ὀθόνην ἢ τὴν πορφύραν ἢ τὰ Παρθικὰ δέρματα *B apud Cui.* | linthenones *O*, lintearios *librii Cuiacii cum B* (*u. s.*) 8 uisum] iusu $O^a$ | ueterem *om. X* 9 esse *om.* $O^a$ 10 a.] aa. *Paris.* 4521, a. et c. *Contius* (*ex Th.?*), aa. et iulianus c. *Cui.* (*ex Th.* 11, 16, 7?) | ad taurum *om. KI* | pp.] *Th.*, *om. libri* | de cetero] decreto *O* 11 tantum] tamen *I* | pensitentur] praeti***itentur $K^a$ 12 demencia *OI* | decreuit *O* 13 precedentebus $I^a$ | urgere *KO*, urgueri $I^a$ 14 celsitudinem ... 15 ad *bis* $I^a$ | auctorem *O*, actorem *K*, actore *I* 15 iubentibur *O* 16 ausurpatoria $O^a$ | eonatus *I uel* $I^a$ 17 iussioni *O* | iudicium $O^aI$ 18 debbit $O^a$ | excurrere] *libri cum lege Rom. Visig.*, excutere *Th. Vaticanus* | conueniencia *O*, coniubentia *I* | dissimilatione *I* 19 curiales $KI^a$ | suppliciis $O^a$ | castigetur $I^a$ | *s. a. Th.* 11, 16, 8 21 mpp. ual. ualr. et grat. aaa. *Paris.* 4521, imp. ual. et ual. et gratia. *O*, imp. ual. *KI*: idem aa. (= impp. ualentinianus et ualens aa.) *Th.* | ad ... 22 africae] *Th.*, claudio proconl' april' *Paris.* 4521, *om. KOI* 22 ne] ut ne *I* 23 pecio putetur *O* | esse] esse uel $K^a$ | *s. a. Th. Contius?* | aa. *om. Cont.* 25 imppp. (mpp. *Par.*) ... et (et *om. Par.*) th. aaa. ad hyp. pp.] *Paris.* 4521 *Th.*, imp. gratia. ual. et ab eo aaa. ad ypatic. (ypac. $O^b$) *O*, imp. gra. *KI* 27 abiectis *Th.* | praetõ (= praetor?) *K*, pater *O* 28 postulatis] $Z^r$ *cum Th.*, postulantis *KOI* 29 aliquod *O* | praebitionum] preb. predictorum *I* 30 aestimata] *dett. cum Th.*, estimatas *KOIX*

perpetuo pensitationum praerogatiua nexuerint. PP. KARTHAGINE ID. APRIL. POST CON-
SVLATVM SYAGRII ET EVCHERII. a. 382
11 IDEM AAA. AD SYAGRIVM PP. Eos, qui cum honore comitum nomine [Th. 11, 16, 14]
magistrorum memoriae praefuerint uel epistulis uel libellis, item eos, qui ibidem peragendis
signandisque responsis nostrae mansuetudin*i* obsecundant, omnium ciuilium munerum[1]
1 fieri iubemus exsortes. Igitur qui ex eo gradu palatio nostro abscesserint, adesse sibi com-
petentia priuilegia glorientur: qui uero superioribus dignitatibus creuerint, nihilo minus
huius loci priuilegia praesto sibi fuisse laetentur. LECTA III K. SEPT. CAPVAE ANTONIO
ET SYAGRIO CONSS. a. 382
12 IDEM AAA. AD HYPATIVM PP. Maximarum culmina dignitatum, [Th. 11, 16, 15 B 54, 6, 19]
consistoriani quoque comites, notarii etiam nostri et cubicularii omnes atque ex cubiculariis
1 ab omnibus sordidis muneribus uindicentur. Ceteros autem, palatina uel militari intra
palatium praerogatiua munitos ita demum priuilegium simile contineat[2], si prioribus statutis
se ad eiusmodi exceptionem docuerint pertinere, ut non singulis indulta personis, sed in
commune dignitati uel corpori huiusmodi beneficia doceantur fuisse concessa: circa[3]
2 rhetores atque grammaticos eruditionis utriusque uetusto more durante. Sordidorum uero
munerum talis exceptio sit, ut patrimoniis dignitatum superius digestarum nec conficiendi
pollinis cura mandetur aut panis excoctio aut obsequium pistrini, nec parauered*o*rum
huiusmodi uiris aut parangariarum praebitio mandetur, exceptis his, quibus ex more Rae-
ticus limes includitur[4], uel expeditionis Illyricae pro necessitate uel tempore utilitas ad-
3 iuuatur. Operarum atque artificum diuersorum, excoquendae etiam calcis obsequia nulla
de talibus adiumenta poscantur: materiam lignorum[5] atque tabulata exceptorum uirorum
patrimonia non praebeant: carbonis quoque nisi eum[6], quem moneta sollemniter uel fabri-
catio secundum ueterem morem poscit armorum, ab huiusmodi uiris praebitio desistat:
publicis uel sacris aedibus construendis atque reparandis[7], capitul*i* atque temonis neces-
sitas nulla mandetur: legatis atque adlectis sumptus possessio huiusmodi priuilegiis munita
4 non conferat. Hoc tamen his patrimoniis prosit, quae dignitatem proprio uidentur nomine
5 possidere. Etiam eos, qui simili honore functi sunt, generali praerogatiua a praebitione
sordidorum munerum uindicamus. D. V ID. DEC. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382
13 IDEM AAA. ET ARCADIVS *A.*[8] AD NEOTERIVM PP. Sordidorum munerum [Th. 11, 16, 16]
excusatio delata personis ad heredem successoremue transire non potest. neque enim
*KOI*

[1] uilium munerum *Th., ubi adduntur alia* [2] contingat *Th.* [3] ecclesias *ins. Th., om. B* [4] *idem Th.: expectes* instruitur (*Gothofredus*) [5] lignum *Th. recte, cf. Th.* 11, 16, 18 [6] *idem Th.:* eum *del.* (*Gothofredus*) [7] hospitalium domorum minime cura[e] subiaceant: uiarum et pontium tal*e*s sollicitudo non oneret *ins. Th.* [8] imppp. Valentinianus Theodosius et Arcadius AAA. *Th. recte*

1 pensionum *Th.*, censitationum $I^a$? | nexuerunt $O^b I$, *om.* $O^a$ | *s. a. Th.* 3 idem ... pp.] id. a. *KI* | eos] hos *O* 4 memoria *O* | praefuerint] *dett. Th.*, praefuerunt *KOI* | ep. uel] ep. uel ep. $I^a$ | item] int *K* 5 responsisque *O* | mansuetudini] *Hal. Th.*, mansuetudinis *libri* 6 agitur *O* | palatio] e p. *Th.* | abscesserint] $Z^b$ *Th.*, abscesserunt $K^a$, abserint *O*, adeserint *I*, accesserunt $K^b$ | sibi *om. I* 7 priuigia $I^a$ 8 loci] modi *K*, moi loci *I* | *s. a. Th.* 10 idem ... pp. (pp. *om. O*)] *O Paris.* 4521 *Th.*, idem a. *I*, idem *K* 11 comites] iudices com. *I* | et *om.* $I^a$ | cubiculariis] cubicularii *K*, cubiculari *I* 12 ceteras $O^a$ 13 priuilegium demum *KI* | contineant $K^a$ 14 ad] ab $I^a$ | huiusmodi *KI* | docuerit *I* 15 corpori] conperi *O* | eiusmodi *Th.* 16 uetusto] uetusto uel iusto *I* | more *bis I* 17 numerum $I^a$ | sit] fit *K* | nec] non *I* | conficiendo *I* 18 aut obs.] obs. *O* | pristini $K^a OI$ | parauer.dorum $K^a$, parauerendorum *O* 19 modi *om. O* | quibus his *I* 20 includerit $I^a$ 21 operum *KI* | atque] *Z Th.*, que *O*, quoque $K^a I$, quoque et $K^b$, *cf. Th.* 11, 16, 16 operas atque artifices non praebebit | artifitum *I*, artificium *KO* 22 materia *KO* 23 matrimonia $I^a$ | carbonis] $Z^b$ *Th.*, carbones *KOI*, cabonis *X* 24 poscitur $OI^v$ | morum $K^a I^a$ | iuris *K*?*O*?*I*? | praebitionis $K^a$, praebicione $K^b OI$ | desistant *KI* 25 construendis] conseruandis uel construendis *I*, *inc.* $K^a$ | capituli] *Th.*, capitulis $O^a$, capitalis $K^b O^b I$, *inc.* $K^a$: κεφαλικὰς συντελείας *B* (*Cui.*) | tenotis *O*, tenuis *I* 26 atque *bis* $I^a$ | adiecti *O* | minuta *K* 27 ferat *Th.* 28 eos etiam *KI* | honores *I* | perfuncti *Th.* | a praebit.] ambit. $I^a$ 29 *s. a. Th.* 30 idem aaa. (aa. *Par.*) et arc. a. (a. *om. Par.*)] *Paris.* 4521, idem aaaa. *O*, idem a. arc. *K*, idem a. et arch. *I* | ad neoterium (neutrium *Par.*, n. *O*) pp. *om. KI* 31 excusatione *Th.* | delegata *O*

potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiae indulsisse nos constat. D. XVIII K. MAI. MEDIOLANI ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 38

14 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PP.[1] Th. 11, 16, 19
Eam legem[2], quam de extraordinariis sordidisque muneribus expressis uocabulis functionum et insignibus dignitatum sine ulla ambage praescripsimus, ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, seruandam esse praecipimus, ut isdem beneficiis non quamdiu militauerint, sed quamdiu uixerint perfruantur. D. XI K. APRIL. MEDIOLANI TATIANO ET SYMMACHO CONSS. a. 391

15 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD MESSIANVM COMITEM RERVM PRIVATARVM. Th. 11, 16, 20
Euidenter atque absolute iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo seu perpetuo iure teneantur, aliquid praeter ordinem superindicti uel pretii *petiti* nomine uel de sordidis quibuscumque muneribus agnoscant. nam hoc et
1 a diuis principibus impetratum est et a nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur iudicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus, alia de officiis suis, totidem et de curialibus, qui exsequi male iussa festinant, nouerit eruenda. D. XVII K. IVL. MEDIOLANI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

16 [3]IDEM AA. *ET THEODOSIVS A.* MELITIO PP. Th. 11, 16, 23
Ab illustribus personis sordida munera et extraordinariae necessitatis damna remouemus. D. XV K. MART. RAVENNAE HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.[4] a. 412

## XXXXVIIII (XXXXVIII)

## ℞ DE QVIBVS MVNERIBVS VEL PRAESTATIONIBVS NEMINI LICEAT SE EXCVSARE ℞

1 [5]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HERCVLIO PP.[6] Th. 11, 17, 4
[7]Comparationi transuectionique specierum uniuersi sine ullo priuilegio coartentur ad necessitates Illyricianas: nam in his dumtaxat titulis nullum sub quodam cessare priuilegii uelamento cen-
1 semus. Sed sub hac condicione, cum tempus exegerit, huiusmodi collationi succumbant, ut non tantum requiratur idoneus, uerum uniuersi pro portione suae possessionis iugationisque ad haec munia coartentur, et a summis sarcina ad infimos usque decurrat. D. III ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI BASSO ET PHILIPPO CONSS.[8] a. 406

*KOI*

[1] Orientis *addit Th.* [2] *Th.* 11, 16, 18 [3] *iunge Th.* 11, 18, 1 [4] Honorio VIII et Theodosio III AA. conss. (= *a.* 409) *Th.* 11, 18, 1 [5] *iunge Th.* 15, 1, 49 (*fere geminam*) [6] Illyrici *addit Th.* 15, 1, 49 [7] constructioni murorum et *praemittit Th.* [8] d. V id. April. Constantinopoli dd. nn. Honorio VIIII et Theodosio V AA. conss. (= *a.* 412) *Th.* 15, 1, 49

2 constant *O* | *s. a. Th.* | a.] a. I *Th.* 4 imppp. ... aaa.] mpp. ualr. et th. et arc. aaa. *Paris.* 4521, imp. ual. *KI*, impr. *O* | datiano pp. *Paris.* 4521, toc. pp. *O*, *om. KI* 5 de *om. O* 6 et *om. O* | quo *O* 7 redundarum *O*, re*undarum *I*ᵃ | praecepimus *O* | ut] et ut *K* | beneficii *O* | non] ne *O*, in *I* 8 *s. a. Th.* 10 impp. (imp. *O*) ... aa.] imp. arc. *KI* | ad messianum comitem r. p.] *Paris.* 4521, mescomem r. p. *O*, messiano c. r. p. *Th.*, *om. KI* 11 pertinetes *I* 12 conditionis *K*ᵃ*I*ᵃ 13 pretii petiti] *Th.*, pretii *libri*, petiti *Graeci secundum Cui.* | hoc et] *X Th.*, et hoc *KOI* 14 impetratum] *Z cum Th. et B* (*Cui.*) αἰτηθέν, inperatum *KOI* | et *om. I* | iuditium contra *K*, contra iudicum *I* 15 alii *I*ᵃ | de inofficiosis *O* | et *om. O* 16 qui] quod *O*ᵃ*I*ᵃ | nouerint *KI* | *s. a. Th.* 18 idem aa. et th. a.] *Th.*, idem aa. *O*, idem a. *KI*: impp. honorius et theodosius aa. *Th.* 11, 18, 1 *rectius* | melitio pp. (pap. *Par.*)] *Paris.* 4521 *Th.*, pp. *O*, *om. KI* | sordia *O* 19 damna] causa dampna | *O*ᵃ | remouentur *O*ᵃ | *s. a. Th.* 20 honorio] dd. nn. honorio *Th.* 22 de] ex *I* | muneribus] in mun. *O* 23 se *om. I* 24 impp. ... pp.] *Th.*, imp. hon. et th. ad rē. p. *O*, mpp. hon. et th. aa. ad erculianum pp. *Paris.* 4521, imp. hon. a. (a. *om. I*) *KI*: illyrici *addit Cui.*, *ni fallor*, *ex Th.* 15, 1, 49 25 coarceantur *K*ᵃ, coartantur *O*, coarcentur *I*, arceantur *K*ᵇ | illaricianas *O* 26 nam] nunciantes nam *O* 27 exegerit tempus *KI* | succumbant] *edd. Th.*, succumbat *libri* 28 iugationisque] iugationis *I*, uiationis *O* 29 munera *KO* | coarceantur *K*ᵃ, coarcentur *I* | infirmos *OI* | *s. a. Th.*

2 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. ad Tavrvm pp. Cum ad felicissimam expeditionem numinis nostri omnium prouincialium per loca, qua iter adripimus, debeant nobis ministeria exhiberi, neminem ab angariis uel parangariis uel plaustris uel quolibet munere penitus[1] excusari praecipimus, sed omnes, siue ad diuinam nostram domum siue ad uenerabilis Augustae uel ad sacrosanctas ecclesias uel quaslibet illustres domos pertinent, nec lege pragmatica nec diuina adnotatione sacroue oraculo excusatos indictionibus magnificae tuae sedis tempore nostrae expeditionis oboedire decernimus. [1, 2, 11 | (1, 2, 11)

D. xiii k. Mart. Constantinopoli Valentiniano A. vi et Nomo conss. a. 445

3 Imp. Leo A. Dioscoro pp. Hac prouidentissima lege statuimus omni excusatione cessante nullaque persona uel dignitate penitus excepta, in quibuscumque locis administrationi sublimitatis tuae commissis opus exegerit[2], murorum constructionem seu comparationem frumenti aliarumque specierum sine ullo impedimento, prout commodum atque necessarium magnitudo tua perspexerit, fieri. [B 54, 7, 3 a. 472?

## L (XXXXVIIII)

## ℞ QVI AETATE SE EXCVSANT ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Severino et ceteris scholasticis Arabiis. Cum uos adfirmetis liberalibus studiis operam dare, maxime circa professionem iuris, consistendo in ciuitate Berytorum prouinciae Phoenices, prouidendum utilitati publicae et spei uestrae decernimus, ut singuli usque ad uicesimum quintum annum aetatis suae studiis non auocentur.

2 Idem AA. Theodoro. Cum filios tuos patria potestate liberatos adhuc minores legitima aetate esse dicas, merito postulas, ut liberalibus studiis non auocentur. et ideo muneribus personalibus quae ad patrimonium non pertinent non adstringentur, si ciuium non est inopia. ['Poπ. 38, 11

3 Idem AA. Protelao[3]. Manifesti iuris est maiores quinquaginta quinque[4] ['Poπ. 43, 3

1 annis inuitos ad munera personalia uocari non posse. Cum itaque septuagenario maiorem te esse profitearis, si nominatione facta appellationis auxilium interposuisti, tueri te notione praesidis prouinciae potes iure concesso.

*KOI*

[1] penitus *om. l. gem.* [2] erit? [3] Protesilao? [4] quinquaginta quinque *confirmant* 'Poπ. (ν' *Zachariae*, νε' *Cui.*), *requiri tamen* septuaginta *propter Digesta* (*e. g.* 50, 2, 2, 8. 50, 6, 4) *et u.* 26 septuagenario maiorem *recte monuit Cuiacius*

1 impp. ... pp.] *l. gem.*, imp. th. et ual. aa. ad t. *O*, imp. th. *KI* 2 nominis *libri* | qua] quibusquae $K^a$, quibus $K^b$ 3 nobis] $I^bX$ *cum l. gem.*, solita nobis *K*, nobis solita *O*, solita a nobis $I^a$ | exibere *KI* | uel] et *O* | palustris *KX* 4 peritus $I^a$ | siue *om.* $O^a$ | nostram diuinam *KI* 6 domus *O* | pertinere *K* | adnocione *O*, adnotationem $I^a$ | excustatos *O*, excusator $I^a$? 7 nostrae] nec $O^a$ | expenditionis $K^a$ | obedientem $O^t$, audire $O^r$, subaudire *X* 8 *s. a. Contius Cui. l. gem.* | et nonio *Cui.*, v et *Cont.* 9 a diosc. pp.] *Cui.*, a. diascorio pp. *Paris.* 4521, a. d. *O*, *om. KI* 11 administrationi] *X*, administracionis *KOI* | tue sublim. tue *I* | commissi *KO* | exerit *X* | construccione seu comparacione *K* 12 ullo *om. X* 13 prospexerit *KX*, pprospexerit $O^a$ 15 qui] qui professionibus se excusant qui *O*, *cf. ad u.* 26 16 impp. (mpp. *Paris.*) diocl. et max. aa. seuerino et ceteris (aliis *Cont.*) scolasticis arabiis (scholaribus arabiae *Contius Cui.*) *Paris.* 4521 *Contius Cui.*, imp. diocl. a. seuerino et ceteris scholasticis *Russardus*, imp. d. et max. c. et ce. scol. arab. *O*, imp. diocl. *KI* 17 affirmatis $O^a$ | professiones *O* 18 beritiorum $I^b$ | fenicis *OX*, et fenicis *I* 19 nostre *O* | decreuimus *KI* | uigesimum *IX* 20 aduoceutur $OI^aX$ 21 aa. theodoro] *Paris.* 4521, aa. et cc. theodoro *Cui.*, a. th. *O*, a. *I*, l. *K* 22 mitiores *O* | dicat *I* | aduocentur *OI* 23 astrigentur *I* 24 ciuium] cuuiuum $I^a$ | inopia non est *OX* 25 aa. protelao] *Paris.* 4521, aa. tp. *O*, a. *KI*, aa. et cc. plautiano *Contius* | manifestis $I^a$, canifestissimus $O^a$, canifestissimi $O^b$ | est iuris (uiu** $I^a$) *I* 26 inuitos] inuitos qui etate se excussant $O^a$: *simili uitio nititur, quod secundum Hugolinum in quibusdam libris hic titulus in duos diuisus est, ut rubrica* qui professione se excusant (*cf. ad u.* 15) *c.* 1 *et* 2, *rubrica* qui aetate se excusant *c.* 3 *praeponatur: quod refellitur tam argumento c.* 1. 2 *quam numeris huius et sequentium titulorum apud Graecos laudatorum* (*cf.* 'Poπ. *ll. cc. et indicem Coislin. ad B* 54, 7) | cum] cu *I* | septuagenarim $I^a$ 27 esse te *I*, *om.* $K^a$ \ a nominatione $I^b$, anno racione $O^a$, annotacione $O^b$, *inc.* $I^a$ 28 potest I \ confesso O

## LI (L)

## ℞ QVI MORBO ℞

1 Imp. Gordianvs A. Cassiano. Si ea caecitate pater tuus oppressus est, ut utriusque oculi aciem prorsus amiserit, leuamentum personalium munerum sentiet.

2 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Ivliano. Cum articulari morbo debilitatum te esse dicas, iuxta iuris publici auctoritatem a personalibus muneribus uacationem habebis.

3 Idem AA. et CC. Celeri. Podagrae quidem ualitudo nec personalium munerum prodest ad excusationem: uerum cum ita te ualitudine pedum adflictum dicas, ut rebus propriis intercessum commodare non possis, adi rectorem prouinciae, qui si adlegationibus tuis fidem adesse perspexerit, ad corporalia munera uocari te non patietur.

4 [1]Idem AA. et CC. Regino. Casus patris corporis munerum personalium filio iure non praestat excusationem.

## LII (LI)

## ℞ DE HIS QVI NVMERO LIBERORVM VEL PAVPERTATE EXCVSATIONEM MERVERVNT ℞

1 Imp. Alexander A. Verecvndo. Numerus liberorum ab honoribus non excusat.

2 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Severino. Filium ab hostibus captum ac necdum reuersum ad excusationem munerum personalium patri proficere non posse magis placuit.

3 Idem A. et C. Nonno. Nepotes in locum parentum succedentes uice eorum prodesse
1 consueuerunt. Et ideo si quinque numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur, a muneribus personalibus is, quem patrem tuum esse dicis, iuxta constituta excusatur.

4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Domno. Cum facultates tuas in filium tuum contulisse te nec quicquam habere proponas, respectu eius patrimonii quod tuum esse desiit muneribus ciuilibus non adstringeris.

5 Idem AA. et CC. Marciae. De personalibus muneribus, quae feminis pro sexus condicione indicuntur, exemplo marium quinque superstitum numero liberorum eas excusari diui parentes nostri constituerunt.

*KOI*

---

[1] *cf.* 10, 43, 4

---

2 morbo] in morbo *I*, morbo se excusant *O* 3 imp. gord. a. cassiano] *Cui.*, imp. gord. a. *K*, imp. d. *O*, idem gord. *I* 4 prorsusus *I* | amisit *O*, *om.* *I* | sentientur $O^a$ 5 impp. ... iuliano (iultano *Par.*)] *Paris.* 4521 *Cui.*, mp. d. a. *O*, imp. diocl. *KI* 7 habebit *O* 8 aa. et cc. celeri] *Paris.* 4521, aa. et cc. celae (*in marg.* celsae *Cont.*) *Cui. Cont.*, a. *KOI* 9 ad excusatione *K*, ab excusatione *O* | cum] prodesse cum $K^a$ 10 intcessum *I* | commodare] dare *I* | adi (addi $I^aX$) rectorem (—re *O*) pr. qui si] *OIX*, rector pr. si *K* 11 adesse fidem *I* | prospexerit *OX* | te] tate $I^a$ 12 aa. et cc. regino] *Paris.* 4521, a. *KOI* | pasus *O* 15 de] munerum de *I* 16 meruerint *Th.* 12, 17, *om.* *I* 17 impp. *I* | a. uerecundo] *Paris.* 4521, *om.* *KOI* | numerus] iūs *O* | ab honeribus non exc. *OX*, non exc. ab oneribus *KI:* honoribus $Z^v$ *libri Cuiacii cum Graecis et Dig.* 50, 5, 2, 1 18 imp. ... seuerino (seuero *Cont.*)] *Contius*, imp. philippus a. philippo seuerino *Paris.* 4521, imp. philipus *KOI* | nondum *KO*, nedum *X* 20 et c. nonno] *O*, et cc. n'ono *Paris.* 4521, et c. nomo *Cui.*, *om.* *KI* | in locum] *O*, loco *KIX* | succendentes *O* | eorundem *IX* 21 consueuit *O*, conseruerunt $I^a$ | liberorum numerus *KI* 22 supplent $OI^a$ | a *om.* *X* | parem $I^a$ 24 impp. ... domno (domino *Par.*)] *Paris.* 4521 *Cui.*, imp. d. et max. *O*, imp. diocl. *I*, imp. *K* | tuas] omnes tuas *O* 25 nec] ne *K* | habere] te h. *O* | respectum *O* 26 desiit] dicis $K^a$ | muneribus *ante* 25 quod *collocat* *O* 27 idem a. marciae (martinae *Cui.*)] *Paris.* 4521 *Cui.*, id. a. marco *O*, idem a. *KI* | per sexus conditionem *KIX* 28 marum *KI*

6 Imp. Constantinvs A. Dalmatio. Eos, qui cuiuscumque sexus liberos [Th. 12, 17, 1]
quinque habeant, impetrata semel uacatione potiri conuenit, ita ut, si in hoc numero filius
legitimae aetatis inueniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur, patribus,
1 qui filios uel filias quinque habuerint, promissa legibus immunitate seruanda. Quod si
quis propter censum tenuiorem[1] uacationem meruerit atque hoc probauerit, beneficio
potiatur, si propter rerum angustias ad personalia uocatur obsequia. D. xiiii k. Febr.
Sirmio Crispo iii et Constantino ii[2] conss.

# LIII (LII)

## ☧ DE PROFESSORIBVS ET MEDICIS ☧

1 Imp. Antoninvs A. Nvmisio. Cum te medicum legionis secundae adiutricis esse dicas, munera ciuilia, quamdiu rei publicae causa afueris, suscipere non cogeris: cum autem abesse desieris, post finitam eo iure uacationem, si in eorum numero eris, qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate uteris.

2 Imp. Gordianvs A. Heracliano. Grammaticos seu oratores decreto ordinis probatos, si non se utiles studentibus praebeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse incognitum non est.

3 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Vlpiano. Poetae nulla immunitatis praerogatiua iuuantur.

4 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Malcho. Oratione diui Pii liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur.

5 Idem AA. et CC. Concedemoni. Nec intra numerum praestitutum ordine inuito medicos immunitatem habere saepe constitutum est, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

6 Imp. Constantinvs A. ad popvlvm. Medicos et maxime archiatros [Th. 13, 3, 1. 2. 3 mut.] uel ex archiatris, grammaticos et professores alios *litterarum* una cum uxoribus et filiis nec non etiam rebus, quas in ciuitatibus suis possident, ab omni functione et ab omnibus muneribus ciuilibus uel[3] publicis immunes esse praecipimus neque in prouinciis hospites recipere nec ullo fungi munere nec ad iudicium deduci uel exhiberi uel iniuriam pati,

*KOI*

[1] tenuem *Th.* [2] *aut* Crispo ii et Constantino ii (= *a.* 321, *cf. Th.* 6, 22, 1) *aut* Crispo iii et Constantino iii (= *a.* 324) *scr.* [3] ciuilibus uel *non agnoscit Th.*

1 a. damatio *Paris.* 4521, *om. KOI* | eos] os *O* | cuiusque *K,* cumque $O^a$ 2 ita ut] aut $KOI^v$ | in *om. O* 3 obeundi *K* | sua parte $K^1I$ 4 qui si $K^a$ 5 teniorem $O^a$ | uocacionem meruit *O* | beneficio] hoc b. *K* 6 patiatur *O* | *s. a. Th. Cui.?* 7 crispo et constantino coss. *Cui.* 10 a. numisio (*uel* mimisio *Par.*)] *Paris.* 4521 *Cui.*, a. numusio *O*, *om. KI* 11 non] no *I* 12 post] prae *O* | uocationem *I*, uationem *X* | eris] es $I^a$ 13 ueteris *KO* 14 *c.* 2 *I Russardus praemittunt haec:* hic deest lex una graeca (G· *I*) et t. unus (graecus *Russ.*), *quae aberrauerunt fortasse ex titulo* 56: *hoc enim loco titulum non excidisse probat index Coislin. ad B* 54, 7 | a. heracliano] *Paris.* 4521, a. aureliano *Cui.*, a. *K, om. OI* | seu] uel *K* | aratores $O^a$ 15 utile *O* 17 imp. ... c.] imp. ph. l. et ph. *O*, mp. philippus c. *Paris.* 4521, imp. phil. *KI* | ulpiano] *Paris.* 4521 *Cui., om. KOI* | nullam *I* 19 mpp. dioc. et max. aa. malco *Paris.* 4521, imp. d. et max. *O*, imp. diocl. *KI* | gracione *O*, •ratione $I^a$, cratione *X* 20 professiores $K^a$ | calcatores $I^a$ 21 a. et c. *O*, a. *I, om. K* | concedemoni] *O Russardus*, eidem *Paris.* 4521, phuidemo *Contius*, finidemo *Cui.*, *om. KI: latet fortasse in* concedemoni Κηδεμών (*si hoc nomen proprium est*), *ut* con *ortum sit ex antecedente* cc. | infra *K*, nfra *O* | praestitumtum $I^a$ | inuitos $KOI^a$ 22 medicos] uel m. *I* | saepe *om. O* | eos *K* | decurionum] decurio non *I*, decurionum non *K* 24 a. ad populum] *Paris.* 4521 *Th.* 13, 3, 3, a. *I*, *om. KO* | archaitros $K^a$ 25 ex *om. KI* | et] $OI^b$, etiam $I^a$, etiam et *KX:* medicos grammaticos et professores *Th.* 13, 3, 1 | litterarum] litterarum et doctores legum *libri contra B* (καὶ οἱ παιδευταὶ καὶ οἱ ἄλλοι διδάσκαλοι τῶν γραμμάτων *Cui.*) *et Th.* 13, 3, 1. 3 | fililiis $I^a$ 26 nēc $I^a$ | non etiam] nom $O^a$, non $O^b$ 27 uel] et $KI^a$? | praecepimus *O* 28 iniuria *OX* | patri *K, om. X*

1 ut, si quis eos uexauerit, poena arbitrio iudicis plectetur. Mercedes etiam eorum et salaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant. PP. V K. OCT. CONSTANTINOPOLI DALMATIO ET ZENOPHILO CONSS. a. 333

7 IMP. IVLIANVS A. Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus [Th. 13, 3, 5
1 primum, deinde facundia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipse non possum, iubeo, quisquis docere uult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur, optimorum conspirante consensu. D. XV K. IVL. ACC. IIII K. AVG. SPOLETIO MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

8 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PP. [Th. 13, 3, 7
Reddatur unusquisque patriae suae, qui habitum philosophiae indebite et insolenter usurpare cognoscitur, exceptis his, qui a probatissimis approbati ab hac debent collusione secerni. turpe enim est, ut patriae functiones ferre non possit, qui etiam fortunae uim se ferre profitetur. D. XIIII K. FEBR. SIRMIO[1] VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS. a. 369

9 IDEM AAA. AD PRAETEXTATVM PV. Archiatri scientes annonaria sibi commoda a populi commodis ministrari honeste obsequi tenuioribus malint quam turpiter [Th. 13, 3, 8
1 seruire diuitibus. Quos etiam ea patimur accipere, quae sani offerunt pro obsequiis, non ea, quae periclitantes pro salute promittunt. D. III K. FEBR. TRIVERIS VALENTINIANO ET VALENTE III[2] AA. CONSS. a. 370

10 IDEM AAA. AD OLYBRIVM PV. Si quis in archiatri defuncti est locum [Th. 13, 3, 9
promotionis meritis adgregandus, non ante eorum particeps fiat, quam primis qui in ordine reperientur septem uel eo amplius iudicantibus idoneus approbetur: ita tamen ut, quicumque fuerit admissus, non in priorum numerum statim ueniat, sed eum ordinem consequatur, qui ceteris ad priora subuectis ultimus poterit inueniri. D. VI ID. MART. VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS. a. 370

11 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PP. Grammaticos ora- [Th. 13, 3, 16
tores atque philosophiae praeceptores nec non etiam medicos praeter haec, quae retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt priuilegia immunitatesque, frui hac praerogatiua praecipimus, ut uniuersi, qui in sacro palatio inter archiatros militarunt, cum comitiuam primi ordinis uel secundi adepti fuerint aut maioris gradum dignitatis adscenderint[3], nulla municipali, nulla curialium conuentione[4] uexentur, seu indepta administratione seu accepta testimoniali meruerint missionem: sint ab omni functione omnibusque muneribus publicis immunes, nec eorum domus ubicumque positae militem seu iudicem suscipiant

*KOI*

[1] Febr. acc. ... Sirmi? [2] II (= *a.* 368: *Gothofredus*)? [3] cum ... adscenderint] cum comitiua primi ordinis uel secundi *Th.* [4] collatione *Th.*, *qui addit* nulla senatoria uel glebali descriptione

1 ut si quis] $I^b$ *cum Th.* 13, 3, 1, si quis *K*, aut si quam *O*, aut si quis $I^a$, et si quis *X* | plectetur *cum Iustinianorum sit, non uidetur mutandum* | eorum] eis $KI^t$ 2 irruant $O^a$?, instruant $O^b$ 3 *s. a. Th.* 13, 3, 3 4 a. *om. KI* | maioribus $K^a$ 5 facundias *O* 6 quisquis] ut q. *K* | repetente *O* | sed] sed hoc *I* 7 decreto *O* | curialiari $I^a$ | *s. a. Th.* 9 mpp. ualent. et ual. et gratianus aaa. ad probum (*om.* pp.) *Paris.* 4521, imp. ual. et ual. et gratia. *O*, imp. ual. *KI* 10 qui] quod $I^a$ | et *om. O* | insolempniter *OI* 11 his *om. O* | colluuione] *Th.*, collusione *KI*, confusione *O* 12 turpe] tur *K* | qui] quod $I^a$ | fortunae uim se] forme imses $O^a$ 13 profitentur *KOI uel* $I^b$ | *s. a. Th.* 14 aaa. ... pu.] *Th.*, aaa. ad praetectatum pp. *O*, aa. ad pretestatum pp. *Paris.* 4521, a. *K*, antoni. *I* | archiatis *O* | annoria $OI^a$ | commoda a] $KO^bI$ *Th.*, commodata $O^a$ 15 malunt *O*, malerit *I* 16 diuito quo *O* | offeruntur *O* | ea non *O* 17 *s. a. Th.* 19 aaa.] a. *KI* | ad holibrium pp. *Paris.* 4521, ad liberum pp. *O*, *om. KI* | qui *Th.* | archiati *O* | loco *KO* 20 non] unde $O^a$ | participes $I^a$ | primus $I^a$ 21 reperiuntur *KI* | aplius *K* | approbatur $K^aOI^a$ | tamen *om. Th.* 22 in] ad *Th.* | consequantur *I* 23 ad] a *O* | subuectis] *Z Th.*, subiectis *KOI* | *s. a. Th.* 25 impp. ... pp.] *Paris.* 4521 *Th.*, imp. hor. et th. *O*, imp. hon. *KI* | praumaticos *O* | oratores] *I Th.*, oratores rhetores *K*, auctores rhetores $O^a$, rethores $O^b$ 26 prester $I^a$ 27 priuilegio $K^a$ 28 praecimus $O^a$ | inter *om. I* | militarunt cum] militarum *O* | comitiua *I* 29 adempti $K^aI$ | maiores *K* | adscenderint] *Z*, ascendunt *KI*, accenderunt *O* 30 in adempta *K*, indempta *I* 31 testimoniali] *I Th.*, testimonialem *KO* | meruerunt *KI* | que *om. K*

1 hospitandum. Quae omnia filiis etiam eorum et coniugibus illibata praecipimus custodiri[1].
2 Haec autem et professoribus memoratis eorumque liberis deferenda mandamus. D. PRID. K. DEC. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS. a. 414

## LIIII (LIII)
## ℞ DE ATHLETIS ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. HERMOGENI. Athletis ita demum, si per omnem aetatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri, in quibus uel semel Romae seu antiquae Graeciae, merito coronati non aemulis corruptis ac redemptis probentur, ciuilium munerum tribui solet uacatio.

## LV (LIIII)
## ℞ DE HIS QVI NON IMPLETIS STIPENDIIS SACRAMENTO SOLVTI SVNT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. VERINO. Ignominiae causa sacramento liberati honoribus abstinere debent, a muneribus autem ciuilibus excusati non sunt.
2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. CARO VETERANO. Cum ob prouectae aetatis senium sis dimissus, honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest.
1 Habebis itaque a ciuilibus muneribus nec non etiam honoribus uacationem. non tamen ea priuilegia, quae his competunt qui pleno stipendiorum numero funguntur, usurpare te ius permittit, quando non perfecto statuto militiae tempore nec omnibus stipendiis decursis sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis.
3 IDEM AA. PHILOPATORI. Veteranis ita demum honorum et munerum personalium uacatio iure conceditur, si post uicesimum annum militiae, quam in legione uel uexillatione
1 militauerunt, honestam uel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Vnde cum te in cohorte militasse commemoras, intellegis superuacuo uacationem tibi uelle flagitare.
*KOI*

---

[1] ita ut nec ad militiam liberi memoratorum trahantur inuiti *addit Th.*

---

1 hospitandum] $I^{b}$ *Th.*, hospites *KO*$I^{a}$ | etiam *om.* *O* | inuiolata *O*, illibata uiolata *I* | praecepimus *O* 2 et] etiam *I* | memoratis *om.* *K* | liberis] l. uel *KI* | defendanda $I^{a}$ | *s. a. Th.* 5 alletis *O*, atheletis *X* 6 impp. ... hermogeni (hermeti *Cui.*)] *Paris.* 4521 *Cui.*, imp. d. et max. *O*, imp. diocl. *KI* | atheletis *X*, thetis *O* 7 si per] super *O*$X^{a}$, s* $I^{a}$ | omne *K*, nomnem *O* | non minus] inmunus *K* | certaminibus *OI*, certauimus *X* | sacris *I* 8 corruptis *om.* $O^{a}$ 9 munerumdum $I^{a}$ | uatio $I^{a}$ 11 hiis *OX* 13 ant. a.] ant. *K*, a. *I* | uerino] uerino pp. *Paris.* 4521, uanno *Cui.*, *om.* *KOI* | ignomine *K* | honeribus $K^{a}$ 14 autem] cum $O^{a}$ | excusati] *K*, excludendi *OX*, excusati excludendi $I^{t}$, excusandi $I^{v}$ 15 impp. ... ueterano] *Paris.* 4521, imp. d. et max. *O*, imp. diocl. *KI* | ob] hoc $O^{a}$ 16 semium *K* 17 tamen] tantum *O* 18 qui] quod *I*, q' (= qui *uel* quod) *O* | stupendiorum *O* 20 sacramentum $I^{a}$ | esse te *I*, esse *om.* *X* 21 aa.] a. *libri* | philopatori] *Cui.*, philapathori *Paris.* 4521, philopatoni *O*, *om.* *KI* | ueteranis ita] uetera merita *O* | honerum *X* | et numerum *I* 22 concedatur $I^{a}$ | si] et si *I* | uel] uel in *O* 23 uel *om.* *X* 24 chororte $O^{a}$ | superuacuam *K* | flagitasse *I*

## LVI (LV)

## ℞ QVIBVS MVNERIBVS EXCVSANTVR II, QVI POST IMPLETAM MILITIAM VEL ADVOCATIONEM PER PROVINCIAS SVIS COMMODIS VACANTES COMMORANTVR ET DE PRIVILEGIIS EORVM ℞

1 Οἱ πληρώσαντες στρατείαν ἢ συνηγορίαν πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς προνομίοις μήτε [B 54, 7, 33]
σιτωνίαν ἢ ἐλαιωνίαν ἢ ἐποψίαν ἔργων ἢ λογοθέσιον ἢ ἐκδικίαν ἢ πατερίαν ἢ λογιστίαν ἢ ἀγο-
1 ρανομίαν ποιείτωσαν. Ἀλλ' ἔνθα ἂν οἰκῆσαι βουληθῶσι, μήτε ὑπαντᾶν ἀναγκαζέσθωσαν τοῖς
ἄρχουσι περαιτέρω πυλῶν μήτε εἰς συλλόγους ἄκοντες καλείσθωσαν μήτε ὀνομαζέσθωσαν ἢ ὀνομα-
2 ζέτωσαν μήτε διαγραφὰς παρεχέτωσαν προφάσει συνηθειῶν ἢ θεωρητικῶν. Ἐχέτωσαν δὲ καὶ
μίαν οἰκίαν ἐλευθέραν μητάτων τῶν ἐπιδημούντων στρατιωτῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις διατρι-
βόντων, δηλονότι τῶν ἐχόντων ἀξίας τινὰς τὴν ἰδίαν ἀτέλειαν κεκτημένων· ἡ γὰρ διάταξις αὕτη
3 προστίθησι ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις καὶ οὐκ ἀφαιρεῖται ἐξ αὐτῶν. Παρεχέτωσαν δὲ τὰ δημόσια
4 καὶ τιμάτωσαν τοὺς ἄρχοντας καὶ τιμάσθωσαν παρ' αὐτῶν. Ὁ δέ τι τῶν ἐν τῇ διατάξει παρα-
βαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν πεντήκοντα λίτρας χρυσοῦ προστιμηθήσεται.

## LVII (LVI)

## ℞ DE CONDVCTORIBVS VECTIGALIVM FISCI ℞

1 (LV 2) Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Pvnico. Non alios a muneribus et honoribus uacationem habere, quam qui mancipatum suo nomine uectigal a fisco conducunt, certum est. quare eos, qui ab his quaedam exercenda accipiunt, nullis priuilegiis esse munitos haud dubii iuris est.

## LVIII (LVI)

## ℞ DE LIBERTINIS ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. et CC. Lvcillo. Condicio libertinitatis de muneribus ciuilibus tribuere non potest excusationem nec in ea quidem ciuitate, ubi domicilium libertinus habet.

## LVIIII (LVII)

## ℞ DE INFAMIBVS ℞

1 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Charitoni. Infames personae, licet nullis honoribus, qui integrae dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt[1], curialium tamen uel ciuilium munerum uacationem non habent: sed et sollemnibus indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

*KOI: index* 56, 1 *ex B restitutus est*

---

[1] *uerba* nullis honoribus ... possunt *sumpta uidentur ex* 12, 35, ℤ 3

---

2 *hanc rubricam cum sequenti coniungit K, om. I* | qui *om. O* 3 prouinciam *O* 5 de] idem *K* 6 constitutio greca *OX,* constitutioe gc. *K post* 57 ℞ 9 μήτε εἰς] μηδὲ εἰς *B* | ἄκοντες] *Cui.*, ἀπόντες *B* 17 de] et de *continuando antecedentem rubricam K: in aliis libris antecedens rubrica hanc continuatur: cf. indicem Coislin. ad B* 54, 7 18 impp. ... aa. (aa. et cc. *Hafn.?*) punico (pp. unico *Par.*)] *Paris* 4521 *Hafniensis,* imp. d. et max. *O,* imp. diocl. *KI,* impp. d. et m. aa. et cc. prouinciae *Cui.* | et *om. O* 19 uectigal a] uectigalia *K*[a]*O* | committuntducunt *O*[a] 21 haud] non *I* 24 impp. ... cc.] *Paris.* 4521, imp. diocl. et max. aa. (aa. *om. O*) *OI,* imp. diocl. *K* | lucillo] *Paris.* 4521, bucillo *Cui.*, bucilro *Contius, om. KOI* | libertatis *I*[a] 29 impp. ... charitoni (car. *Par.*)] *Paris.* 4521, imp. d. et m. *O,* imp. diocl. *KI* 30 hoibus *K,* horibus *O*[a] 31 uacatione *O* | habeant *K,* habet *O* | et] ex *O,* it *I*[a], *om. K*

# LX (LVIII)

## R DE REIS POSTVLATIS R

1 Imp. Alexander A. Nicaeae[1]. Reos criminis postulatos nouos honores appetere non debere, antequam purgarent innocentiam suam, et a diuis parentibus nostris et a me saepe rescriptum est[2].

# LXI (LVIIII)

## R DE HIS QVI IN EXSILIVM DATI VEL ORDINE MOTI SVNT R

1 Pars edicti imperatoris Antonini A. propositi Romae v id. Ivl. [cf. Dig. 50, 2, 3, 1] duobus Aspris conss. Quibus posthac ordine suo uel aduocationibus ad tempus inter- a. 212
dicetur, post impletum temporis spatium non prorogabitur infamia.

2 Imp. Gordianvs A. Vlpio. Ad tempus exsulare decurio iussus et impleto tempore regressus pristinam quidem dignitatem recipit, ad nouos uero honores non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam afuit.

# LXII (LX)

## R DE FILIIS FAMILIAS ET QVEMADMODVM PATER PRO HIS TENEATVR R

1 Impp. Severvs et Antoninvs AA. Evtycho. Patrem emancipato filio consentientem ad decurionatum non teneri dubii iuris non est: tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. consentire autem etiam is uidetur, qui non testificatur dissentire nominationi.

2 Imp. Avrelianvs A. Aspasio. Cum appellasse te dicas, ostendis causam ad te pertinere: potueras enim nominato filio tantum contestari et non consentire honori ei delato.

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Crispino. Si ii, qui cum patre ad protostasiae munus uocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab huiusmodi

*KOI*

---

[1] Niciae? [2] *Cf.* 2, 12, 6: Idem (*i. e.* Alexander) A. Marciano. Reum criminis constitutum defensionem causae suscipere non posse, antequam purgarit innocentiam suam, incognitum non est. D. vi k. Mart. Maximo ii et Aeliano conss.: *quam non esse geminam iam inscriptio docet, cum nomina Nicias et Marcianus eiusdem uiri fuisse non possint: quin etiam BΣ* 8, 2, 79 (*ad p.* 192, 19) *c.* 6 *non de petendis, sed de gerendis honoribus olim egisse tradit*

---

2 postulandis *O, inc. K* 3 a. nicee *Paris.* 4521, a. martiano *Cui.* (*ex* 2, 12, 6, *cf. not.* 2), *om. KOI* 4 a diuis] adius *K*ᵃ 5 *subscriptionem ex* 2, 12, 6 *suppl. Cui.* 7 dati in exilium *O*, in exilio dati (ati *I*ᵃ?) *IX* | uel] uel ex *KI* 9 pars ... 10 aspris (aspiris *Par.*) conss. (conss. *om. Par.*)] *Paris.* 4521 *Contius*, pars ... propositi u rome iid' iul. aspris conss. *O*, pars ... antonini *K*, imp. an. *I* 10 posthanc *I* | ordini *KI* | adnotationi *O* | reducetur *I*ᵃ 11 progabitur *K* 12 a. *om. KOI* | ulpio] *O Paris.* 4521, *om. KI* | et *om. O* 13 regregsus *I* 14 his tempore *I* | abstinuerint *I*ᵃ, abstrauerit *X* | affuit *X*, abfuerit *KI* 16 pro] de *IX*ᵃ 17 hiis *O* | teneantur *I*, tenetur *X* 18 impp. ... aa.] *K*, imp. seu. et a. *I*, imp. seu. *O* | eutico *Paris.* 4521, pp. *Cui.*, *om. KOI* | filio emancipato *O* 19 ad] a *I*? | est non *O*ᵃ | consentiente *K*ᵃ, *deficit I*ᵃ 22 mpp. aurel. a. aspasio *Paris.* 4521, imp. aurelius a. adspadio *I*, imp. aur. a. *KO* 23 honor *O*, honeri *X* 24 impp. ... crispino] dem aa. crispino *Paris.* 4521 (*cf.* 1, 23, 3), imp. d. et max. *O*, imp. diocl. *KI* | pate *O*ᵃ | prostasie *K*, protoasie *O*, protostasi. *I*ᵃ 25 muneris *O* | etiam nunc] *K*, et adhuc *OI*ᵇ*X*, *inc. I*ᵃ \ patriam (patria *I*ᵃ) potestatem *I*

necessitatibus liberentur, cum ex eadem familia ac domo duos ad ista obsequia destinari
1 periniquum uideatur. Sane eos, quos emancipatos esse atque ex familia exisse manifestum
est, sine cunctatione retinere debebis.

4 IDEM AA. ET CC. ALEXANDRO. Sine periculo tuo magistratus filium [BΣ 38, 8, 1 sch. 20]
1 tuum curatorem constituit nec appellandi tibi necessitas incumbebat. Sane nominator, qui
filium in potestate positum non consentiente patre ad munus deuocauit, si tamen ex uoluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

## LXIII (LXI)

## ℞ DE PERICVLO SVCCESSORVM PARENTIS ℞

1 IMP. ALEXANDER A. CLAVDIANO. Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromisit ideoque etiam sacerdotem te creari impetrauit, onus erogationis commune omnium heredum eius esse praeses prouinciae non ignorabit.

## LXIIII (LXII)

## ℞ DE MVLIERIBVS IN QVO LOCO MVNERA SEXVI CONGRVENTIA ET HONORES AGNOSCANT ℞

1 IMP. PHILIPPVS A. CLAVDIO. Malchaeam, quae aliunde oriunda alibi nupta est, si non in urbe Roma maritus eius consistat, non apud originem suam, sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quae personis cohaerent quorumque is sexus capax esse potest, compelli posse saepe rescriptum est. patrimonii uero munera necesse est mulieres in his locis in quibus possident sustinere.

## LXV (LXIII)

## ℞ DE LEGATIONIBVS ℞

1 IMPP. VALERIANVS ET GALLIENVS AA. ACHILLINO. Pater trium incolumium liberorum legationibus publicis liberatur.

2 IDEM AA. ET VALERIANVS C. MARCO. Cum uos proprio nomine sumptus ob defen-
sionem publicam susceperitis, id, quod ad proprias erogationes collega uester acceperat,
non uobis reddere heredes eius, sed si in ea causa est, ut restitui omnino oporteat, rei
1 publicae debent potius inferre. Sane si honorariis aduocatorum erat ea quantitas desti-
2 nata, restitui illud uobis, qui haec praestaturi estis, non iniuria postulatis. Eum autem
collegam uestrum, quem defensione patriae destitisse dicitis, apud prouinciae praesidem desertae adlegationis arguere potestis.

*K* (*transponit* 65, 1. 2) *O I* (*inscriptionem* 65, 1 *post* 65, 2 *collocat, u.* 23 pater ... 24 liberatur *in uacuo spatio om.* $I^a$)

---

1 ac domo] $I^bX$, hoc modo $KI^a$, et domu *O* 2 uidetur *O* | mancipatos $I^a$ 4 idem ... alexandro] *Paris.* 4521, id. aa. al. *O,* idem a. *KI* | sine] si non *I* 5 incunbat *O* 6 euocauit $KI^a$ 7 antea] antea iam *K* | obligatur $I^a$ 10 imp.] imp. d. *O* | a. claudiano] *O Paris.* 4521, *om. KI* | edictionem *OIX* 11 ideoque] idem quoque *O* 12 praeses *om.* $I^a$ | prouinciae *om. K* 15 cogscant *I* 16 a claudio] *Paris.* 4521, a. marthae *Cui.* (*ortum ex sequenti* Malchaeam?), *om. KOI* | malchaeam] *X,* *alcheam *Paris.* 4521, nam *O,* eam *KI Cui.* 17 romana mar. *KO,* mar. roma $I^a$ | apud] apud eius $I^a$ | mari $I^a$ 18 qurumque *O* 23 imp. ualr. et galli. anchilino aa. *I,* mpp. ualr. a. achillino *Paris.* 4521, imp. ual. et gal. *O,* imp. gall. a. *K,* impp. u. et g. aa. chilino pp. *Cui.* | incolumuum *O* 25 idem ... c.] id. aa. et cc. *O Paris.* 4521, imp. ual. et gal. aa. *I,* imp. ual. *K* | marco] *Cui.*, marto *Paris.* 4521, narto *O,* narco *Londin., om. KI* 26 quod] que quod *O,* que $I^b$ 27 eius] eius oportet *X* restui *I,* restitutiones *O* | omnimodo *O* 28 honorariis] *X,* honerariis *KI,* adnotariis *O* 29 illam *X* | hoc *O* 30 defensionem *OI* | presidem *bis* $K^a$ 31 legationis *edd.* | potestatis *O*

3 Impp. Diocletianvs et Maximianvs AA. Mvciano. Transmarina legatione apud nos perfunctos constitutum est biennii uacationem munerum ciuilium et honorum habere, non eos, qui de proximo obsequium rei publicae uidentur exhibuisse.

4 Imp. Constantivs A. ad Titianvm. Vniuersi omnino ex comitibus uel [Th. 12, 1, 36] ex praesidibus, qui suffragio perceperint dignitates, ciuilibus oneribus muneribusque teneantur
1 adstricti[1], ne commoda publica cum umbratili suffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen a praedictis oneribus excipi oportebit, qui[2] in legationibus publicis uersati sunt. D. prid. k. Ivl. Triveris Placido et Romvlo conss. a. 343

5 Imppp. Theodosivs Arcadivs et Honorivs AAA. Apodemio pp. Illyrici. [Th. 12, 12, 12] Si quod extraordinarium concilium postulatur, cum uel ad nos est mittenda legatio uel uestrae sedi aliquid intimandum, id, quod inter omnes communi consilio tractatuque
1 conuenerit, minime in examen cognitoris ordinarii referatur[3]. Prouincialium enim desideria, quibus necessaria saepe fortuitis remedia deposcuntur, uobis[4] agnoscere atque explorare permittimus, ut sit examinis tui, quae[5] ex his auxilio tuo protinus [Th. 12, 12, 4]
2 implenda sunt, et[6] quae clementiae nostrae auribus intimanda uideantur. In [Th. 12, 12, 12] loco autem publico de communi utilitate prouincialium sententia proferatur, atque id, quod maioris partis probauerit adsensus, sollemnis firmet auctoritas. D. v k. Avg. Constantinopoli Arcadio A. ii et Rvfino conss. a. 392

6 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Monaxio pp. Quotiens ab Alexan- [Th. 12, 12, 15] drina ciuitate[7] legatio destinatur, uniuersos curiales praecipimus, qui intra urbem consistunt, si non aegritudine uel alia inexcusabili necessitate impediuntur, in locum curiae conuenire et decreta sua propria subscriptione firmata uiro spectabili praefecto Augustali insinuare, ut eius relatione comitati tuis uirtutibus suas petitiones intiment et sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur[8]. D. iii non. Oct. Constantinopoli Theodosio A. vii et Palladio vc. conss. a. 416

# LXVI (LXIIII)

## ℞ DE EXCVSATIONIBVS ARTIFICVM ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad Maximvm pp. Artifices artium breui subdito [Th. 13, 4, 2] comprehensarum per singulas ciuitates morantes ab uniuersis muneribus uacare praecipimus, *KOI*

---

[1] plebeiam quoque sustineant capitationem *ins. Th.* [2] uel in administratione uel *ins. Th.* [3] perferatur *Th.* [4] solis *ins. Th.* [5] quaenam *Th.* [6] implenda protinus (*om.* sunt et) *Th.* [7] ab Alex. ciu. *om. Th.* [8] ut eius relatione tuis uirtutibus intimata et sub examine tuo perpensa, uenire necne legati debeant, ordinetur *Th.*

---

1 impp. ... muciano] *Paris.* 4521, imp. d. et max. *O*, imp. diocl. l. *K*, imp. diocl. *I* 2 et] in *O* 3 paximo *O* 4 mpp. const. a. ad ticianum *Paris.* 4521, imp. const. a. *K*, imp. const. *OI*, idem a. ad titianum *Th.*, *in quo legibus quae praecedunt inscribitur* impp. constantius et constans aa. (*c.* 26) *et* idem aa. (*c.* 27...35), *sequuntur autem leges Constantii cum inscriptione* idem a. | ex com.] ex praesidibus uel commitibus *O* 5 qui] uel qui *KO* | perceperunt *KX* | dignitatis *O* | honoribus muneribusque *OIX*, muneribus honeribusque *K* 6 cum *bis* $K^a$ | lascerentur *O* 7 oportebat *O* | *s. a. Th.* 9 imppp. ... illyrici (per illyricum *Th.*)] *Th.*, mpp. th. et arc. et hon. aaa. apodemio pp. ill. *Paris.* 4521, imp. d. et m. praef. illirici *O*, imp. theo. *KI* 10 si] qi *O* | consilium *KI* 11 sedis *I* | omnes] eos $I^a$ | conscilio *O*, concilio *Th.* | tractaturque *I* 12 conueniri $I^a$ | in *om.* $I^a$ | cognitionis *O* | resferatur *O* 13 quibus] a quibus $K^a$, qui *O* | remediis reeposc. $I^a$ 14 promittimus $I^a$ | sint $KI^a$ | ex] uel ex $I^a$ | auxilio] aux. consilio *I* | tuo *bis* $O^a$ 15 dementiae *O* 16 id quod] is q' *O* 17 probat *I*, probarit *Th.* | formet *O* | *s. a. Th.* 12, 12, 12 19 impp. ... pp.] *Paris.* 4521 *Th.*, imp. hon. et th. pp. *O*, imp. hon. *KI* | alexandria *I* 20 praecepimus *O* | qui] quod $I^a$ 21 si non] sine $OI^b$ 22 descriptione *O* | factabili $K^a$ | praefato *O* 24 *s. a. Th.* | theod.] dn. theod. *Th.* 27 artificium *O* 28 imp. const. a. ad max. pp.] *Paris.* 4521, idem (*i. e. Constantinus Magnus*) a. ad maximum *Th.*, imp. const. *KI*, imp. cc̄st. *O*: *Constantinus Magnus obiit a. d. xi k. Iun., filii eius v id. Sept. Augusti appellati sunt* | subditos $K^aI^a$? 29 compensarum *O* | praecepimus *O*

si quidem *e*discendis artibus otium sit accommodandum, quo magis cupiant et ipsi peritiores fieri et suos filios erudire. D. IIII NON. AVG. FELICIANO ET TITIANO CONSS. a. 337

ET EST NOTITIA ISTA[1]: architecti medici mulomedici pictores statuarii marmorarii lectarii seu[2] laccarii clauicarii[3] quadrigarii[4] quadratarii (quos Graeco uocabulo λιθοθήκτας appellant) structores (id est aedificatores) sculptores ligni musarii deauratores albini (quos Graeci κονιάτας appellant) argentarii barbaricarii diatretarii aerarii fusores signarii fabri bracarii *a*quae libratores figuli (qui Graece κεραμεῖς dicuntur) aurifices uitrearii plumarii specularii eborarii pelliones fullones carpentarii sculptores dealbatores cusores linarii[5] *tignarii* blattearii (id est πεταλουργοί)[6].

2 IDEM[7] AA. AD LEONTIVM PP. Mechanicos et geometras et architectos, [Th. 13, 4, 3] qui diuisiones partium omnium incisionesque seruant mensurisque et institutis operam fabricationibus[8] stringunt, et eos, qui aquarum inuentos ductus et modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone compellimus. itaque immunitatibus gaudeant et suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. D. PRID. NON. IVL. LEONTIO ET SALLVSTIO CONSS. a. 344

*KOI*

---

[1] et est not. ista *om. Th., in quo hic ordo est:* architecti laquearii albarii tignarii medici lapidarii argentarii structores mulomedici quadratarii barbaricarii scasores pictores sculptores diatritarii intestinarii statuarii musiuarii aerarii ferrarii marmorarii deauratores fusores blattiarii tessellarii aurifices specularii carpentarii aquae libratores uitriarii eborarii fullones figuli plumbarii pelliones [2] lectarii seu *del.* (*u. i.*) [3] lapidarii (*u. i.*)? [4] quadrigarii *del.* (*u. i.*) [5] linarii *del.* (*u. i.*) [6] *ex iis quos Th. enumerat desiderantur* intestinarii *et* tessellarii [7] impp. Constantius et Constans *Th.* [8] fabricationi *Th.*

---

1 ediscendis] *dett. Th.*, in discendis *KOX*, in ediscendis *I* 2 *s. a. Th.* 3 ista] $OI^bX$, *om. K, inc.* $I^a$*:* sic *Cui. cum B:* καί ἔστι ἡ γνῶσις οὕτως | medici mulomedici] *scripsi cum B* ἰατροί ἱπποϊατροί, medici *KI*, uel maulomedici *O*, mulomedici *dett.: in Th., ubi* mulomedici *collocatur post* structores | pictiones *O*, pretoris $K^a$ | statūaii marmoraii *O* 4 electarii (lect. *I*) seu lactarii *KI: in Th. huc pertinere uidentur* laquearii: *laccarios tuentur B* οἱ τὰ λακκία ποιοῦντες, *in lectariis non constat, Cuiacius interpretationem* κραββατοποιοί *ex B an ex glossariis sumpserit* | clauiclarii *K*, clauigarii *O*, cauidarii *IX*, clauicarii *et* clauicularii *libri Cuiacii*, καρδαράριοι *B*, lapidarii *Th.?* | quadrigarii quadratarii] quadrigarii *K: Cui. ad* quadrigarii *adnotat* ἁρματοποιοί *ex B?*, quadrigarii *om. Th.* | greco quos (quosquos $I^a$) *I* | λιθοθήκτας] *B*, q'octas *K*, psoctas *O*, ⁎⁎ectas *I*, occas *X* 5 structores] οἰκοδόμοι *B* | scluptores *K*, scuptores *O*, *deficit* $I^a$*:* γλύπται ξύλων *B* | musiuarii *Th.*, μουσωταί *B* | deauratos $K^a$, *deficit* $I^a$ | albini] λευκανίται (λευκανταί?) *B*, albarii *Th.* 6 coniatas *O*, comittas *K*, comatas $I^b$, conieitas *X*, *deficit* $I^a$*:* τουτέστιν κονιάται *B* | barbacarii $KI^b$, barbaricaii *O*, barbaricarii bracarii *X* | diatrectarii (*post* aerarii *O*) *KOX*, *deficit* $I^a$, diatritarii *Th.:* οἱ τιτρῶντες τοὺς μαργαρίτας *B* | signarii] γλυπταί *B*, *om. Th.* | fabri bracarii] *Cui. cum B* τέκτονες βραχάριοι, fabricarii bracharii *Z*, bracarii $OI^b$, barcarii *K*, *om. X* (*u. ad u.* 6), *deficit* $I^a$*:* blattiarii (*om.* fabri) *Th.?* 7 aquae libratores] *Th.*, atque libr. (libellatores *X*) *libri*, ζυγοστάται *B* | singuli *K* | carameis *K*, terraminis *O*, cerammas (ceramm $I^b$) *I*, kepani *X* | artifices *O* | uitrarii *OX*, uitriarii *Th.*, ὑελουργοί *B* | plumarii] *X cum Graecis*, plumbarii *KOI cum Th.: plumbarios fusoribus contineri indicant Graeci fusores sic interpretati:* οἷον μολυβδουργοὶ καὶ ὅσοι τοιοῦτοι 8 eborarii *om. K* | sculptores] scriptos *K*, tergarii sculptores *X: in* tergarii *fortasse latet* ferrarii, *quod est in Th.* | cusores] *dett.*, clusores $KO^bIX$, delusores $O^a$, scasores *Th.*, χνῆσται *B* | linarii tignarii] *Cui.*, linarii trigarii (trigararii *O*) *OI*, signarii·trigarii *X*, *om. K:* linarii *om. Th.*, *tuentur B* τῶν λιναρίων χνῆσται, tignarii *extant in Th. et, si Cuiacium recte intellego, etiam in B* (τέκτονες) 9 blattiarii *Th.*, blantearii *X*, bratearii *OI*, stagarii *K*, bractearii *edd.* | petalurge *KO*, petaluge *I*, petalurge petalugora *X* 10 idem … pp.] *Paris.* 4521, id. a. pp. *O*, idem a. *I*, idem l. *K* | decanicos $I^a$ | geometres *K* | et] ex *O* 11 instatutis *K*, instis $I^a$ | opera *OI* 12 fabricationibun $O^a$ | qui] qua in *O* | inuectos *I* | docibili *K* | liberatione *KO* 13 dicendi $K^a$ | compellimus] perpendimus *Th.* 14 doceri *O* | *s. a. Th.*

## LXVII (LXV)
## ℞ DE POTIORIBVS AD MVNERA NOMINANDIS ℞

1 Imp. Antoninvs A. Basilidae. Si ipse uocatus ad munera ciuilia potiorem alium nominandum putaueris, age causam tuam.

## LXVIII (LXVI)
## ℞ SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FACTA SIT ℞

1 Imp. Alexander A. Aniceto. Si propter inimicitias ad munera ciuilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere praesidis aequitas faciet, cum et publicae utilitatis intersit non ex inimicitia creationes fieri debere, sed existimatione uera et commodo rei publicae.

## LXVIIII (LXVII)
## ℞ DE SVMPTVVM RECVPERATIONE ℞

1 Imp. Gordianvs A. Dionysio. Muneribus ciuilibus non fungeris, quae personis mandantur, si quinque filios incolumes habeas. at si contra id priuilegium ad munus fatigandi tui causa quidam te deuocauerint tuque appellatione interposita securitatem reportaueris, a nominatoribus sumptus quos in litem feceris recuperabis.

## LXX (LXVIII)
## ℞ SI POST CREATIONEM QVIS DECESSERIT ℞

1 Imp. Gordianvs A. Asiatico. Si ante diem subeündi honoris atque muneris pater tuus defunctus est, conueniri eo nomine heredes eius non oportere praeses prouinciae minime ambigit.

## LXXI (LXVIIII)
## ℞ DE TABVLARIIS SCRIBIS LOGOGRAPHIS ET CENSVALIBVS ℞

1 Imp. Constantivs A.[1] ad Catvllinvm pp. Nullus omnino [Th. 8, 2, 1. 12, 1, 31 B 54, 8, 1] ex tabulariis uel scribis uel logographis[2] eorumque filiis in quocumque officio militet, sed

*KOI*

[1] *idem Th.* 8, 2, 1, impp. Constantius et Constans AA. *rectius Th.* 12, 1, 31 [2] decurionibus *Th.*

3 ant. a.] ant. *KI*, a. *O* | basilidae (—di *Cui.*)] *Ambros. E* 28 *inf. Cui.*, gasilide *Paris.* 4521, *om. KOI* | potiorem ... 7 ciuilia *bis I* 4 putauerit *O* 7 a. aniceto] *Paris.* 4521, a. *K*, *om. OI* | inimicitiam *OX* 8 et] etiam *I* 9 non] nisi *O* | creationis *K* | examinatione *I* | comodi *X* 13 imp. (mpp. *Par.*) ... dionysio] *Paris.* 4521, imp. (impp. *I*) gord. a. *KI*, imp. god. *O* | fugeris *I* 14 at] ac *K* | id] idem *KI* 15 quidam te] quod date *O*, quid ante *I*ᵃ? 16 nominationibus *O* | quo *O* | lite *O*, *inc. I*ᵃ 18 post] ante *K*, ante uel post *O* | procurationem *O* | quis] pa quis *O*ᵃ 19 a. asiatico] *Paris.* 4521, a. astitico *Cui.*, a. *K*, *om. OI* | subeundi diem *I* | honeris *K*, honis *O* 20 functos *O* | conueni *O* 23 stabulariis *O* | scribis *om. Th.*, *tuentur B* 54, 8 | piolographis *O*, holographis *I* 25 mpp. const. a. ad catulinum *Paris.* 4521, imp. const. *KOI* | pp.] *Th.*, *om. libri* 26 tabll'ariis *O* | que *om. K*ᵃ | militetur *I*ᵃ

ex omnibus officiis, nec non et si intra nostrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti et retracti protinus officiis[1] municipalibus reddantur. D. VIII K. IVL. LAVRIACO MARCELLINO ET PROBINO CONSS. a. 341

2 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. Quicumque [Th. 8, 2, 4] decurionum sponte se censuali ministerio manciparit, condicionem habeat, quam ipse delegit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quaestioni subdendum inuenerit. D. XV K. OCT. CONSTANTINOPOLI RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HADRIANO PP. Generali lege sancimus, [Th. 8, 2, 5] ut, siue solidis prouinciis siue singulis ciuitatibus necessarii fuerint tabularii, liberi homines ordinentur neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius seruituti.
1 Sed et si quis dominorum seruum suum siue colonum chartas publicas agere permiserit (consensum enim, non ignorantiam uolumus obligari), ipsum quidem, in quantum interfuerit publicae utilitati, pro ratiociniis, quae seruo siue colono agente tractata sunt, obnoxium attineri, seruum autem competentibus adfectum uerberibus fisco addici. dominorum enim interfuit ab initio prouidere, ne publicis actibus priuata seruitia immiscerentur. D. VIII K. APRIL. MEDIOLANI VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

4 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PP. Boëthos logistarum demogrammateos logographos diastoleos, quae uocabula publicis dicuntur subiacere necessitatibus, siue quolibet alio nomine nuncupentur, non honore aut alicuius priuilegii colore subnixos pro definitione legum inexorabilium suam fortunam subire compelli, quatenus nec publicis quicquam noceatur aut minuatur utilitatibus, et suis corporibus illi reddantur, quos uel patris uel maiorum obligatio uel sua constringit. a. 440—441

## LXXII (LXX)

## ℞ DE SVSCEPTORIBVS PRAEPOSITIS ET ARCARIIS ℞

1 [2]IMP. CONSTANTINVS A. AD EVPHRASIVM RATIONALEM TRIVM PROVINCIARVM. [Th. 12, 6, 2] Susceptores publicos absque omni mora aurum suscipere censemus, ne quis per hanc
1 occasionem sumptus facere compellatur[3]. Nam si soluere uolens a suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem debebit proponere, ut hoc probato et ipse securitatem debitam commissi nexu liberatus cum emolumentis accipiat et, qui suscipere neglexerit, eius ponderis quod debebatur in[4] duplum fisci rationibus per uigorem officii

*KOI*

---

[1] curiis officiisque *Th.* [2] *iunge* 10, 73, 1 [3] ne quis in aliena ciuitate sumptus faciat *Th.*
[4] in *om. Th.*

---

1 nec *bis* $I^{a}$ | et] etiam *KI* | nostra palatia *OI* | militent *Th.* 2 retracta $O^{a}$ | *s. a. Th.* 3 lauriaco *Th.* 12, 1, 31, lauriacc. *Th.* 8, 2, 1 4 imppp. ... aaa.] *scripsi ad Th.* (idem aaa.), imp. gor. *KOI:* neuterio *addit Cui., ex Th.* 8, 2, 3, *ut uidetur* 5 manciparit] *X Th.*, mancipauerit *KOI* | habet *I* 6 diligit $K^{a}O$ | depositarius qui sui *O* | quaestioni] *dett. Th.*, quaestionis *KO*, questionibus *I* | subeundum *K* 7 *s. a. Th.* 8 impp. ... pp.] *Th.*, impp. arc. et hon. aa. *Paris.* 4521, imp. arc. *KI*, imp. grac. *O* 9 prouintie $K^{a}$ 10 sint *O* | seruitutis *I* 11 et *om.* $I^{a}$ | quartas *O* | commissit $O^{a}$, permissit $O^{b}$ 13 utilitatis $KI^{a}$ | rationiis *K* 14 attineri] *X Th.*, obtineri *KOI* 15 nitio $O^{a}$ | publ. actionibus *O*, actibus publ. *KI* | *s. a. Th.* 17 impp. ... cyro (et ciro *Par.*) pp.] *Paris.* 4521 *Cui.*, imp. th. a. *K*, imp. th. *OI* | boethos logistarum demogrammateos] *Cui. ex B* οἱ βοηθοὶ τῶν λογιστῶν καὶ οἱ δημογραμματεῖς, boethos logistas longistarchum medogramatheos *O*, roethos logistarum (logistas $K^{b}$) cum medogramatheas *K*, poetes logistarum medogramatas *I*, boetas logistas comedos grammateas *X* 18 dicantur *O* 19 honere aut aliquo *O* 21 noceantur $O^{a}$ | aut] nec *O* | minuantur *O* | reddentur *I* | quo *O* 24 arrariis *I* 25 imp. ... euphrasium (eufraxium *Th.*) r. tr. pr.] *Th.*, mpp. const. a. ad eufrasium rationalem *Paris.* 4521, imp. const. (const. *om.* $O^{a}$) ad rationalem *O*, imp. const. *KI* 26 susceptiones *O* | aurus *K* 27 compelleretur $I^{a}$ | si *om. I* | uolens soluere *K* | a suscip.] aspiciente $I^{a}$ 28 proponere] opponere debebit opponere *O* | securitate *K* 29 debitatem $I^{a}$ | qui] quid *O* 30 debeatur *K*, debeantur $I^{a}$ | offitio *I*

2 praesidis[1] inferre cogatur. Quod autem susceptores iudice cuius interest neglegente [(Th.)]
uiolauerint, ex ipsius iudicis facultatibus sarcietur. D.[2] XIIII K. AVG. PAVLINO ET IVLIANO
CONSS. a. 325

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SECVNDVM PP. Iuxta inuete- [Th. 12, 6, 8]
ratas leges[3] nominatores susceptorum et eorum, qui ad praeposituram horreorum et pago-
rum creantur, teneantur obnoxii, si minus idonei sint, qui ab isdem fuerint nominati, nec
quicquam ex eorum substantia celebrata per interpositam personam emptione mercentur.
D. III K.[4] AVG. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

3 IDEM AA. AD MAMERTINVM PP. Susceptores noui non modo praesentis [Th. 12, 6, 10]
anni debita, uerum etiam species, quas ex reliquis inferunt[5], quia nouae sunt ac recentes,
suscipiant. D. PRID. K. NOV. ROMAE[6] VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

4 IDEM AA. AD FLORENTIVM COMITEM S. L. Neminem susceptionis munere [Th. 12, 6, 11]
functum ad idem munus adstringi, nisi prius se uinculo sollicitudinis superioris absoluerit.
nam neque eos qui placuerint grauare *iusti* est, neque illos qui displicuerint tenere pru-
1 dentis. Integro igitur singuli anniuersario anno transcurso cogantur exponere, quibus
titulis suscepta disperserint, ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat
2 redintegrare iacturam. Non perpetui autem exactores teneantur in continuata [Th. 12, 6, 12]
uexandorum prouincialium potestate, ueluti concussionum dominatione, sed per annos
singulos iudiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo ciuitatis aut *ra*ritas ordinis
eos per biennium esse compellat. D. XV K. OCT. MANTEBRI GRATIANO NOB. PVERO ET
DAGALAIFO CONSS. a. 366

5 [7]IDEM AA. AD GERMANIANVM COM. S. L. Quotienscumque certa summa [Th. 12, 6, 13, 1]
solidorum pro tituli qualitate debetur *et* auri massa transmittitur, in septuaginta duos
solidos libra feratur accepta[8]. D. VI ID. IAN. ROMAE[9] LVPICINO ET IOVINO CONSS. a. 367

6 IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD CHILONEM. Frumenta, quae *horreis* infe- [Th. 12, 6, 16]
runtur, pro illationis modo ilico apocharum cautionibus adnotentur. non autem oportet in
horreis fiscalibus nisi fiscalia frumenta constitui. D. V ID. APRIL. TREVIRIS POST CON-
SVLATVM GRATIANI A. III ET EQVITII VC. a. 375

7 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. HAVE HYPATI [Th. 12, 6, 17]
CARISSIME NOBIS. Minime diu penes ipsos susceptores maneat facta collatio, sed statim

*KOI*

---

[1] officii tui *Th.* [2] pp. 10, 73, 1 [3] *Th.* 12, 6, 1 [4] id. (*cf. Th.* 12, 6, 7)? [5] quae ex reliquis inferuntur *Th.* [6] Nou. accepta ... Romae *scr., ut data sit a.* 364: *Rufinus enim iam ante* XI *k. Iul. a.* 365 *successerat Mamertino, cf. Th.* 9, 30, 3. 12, 1, 66. [7] *iunge* 11, 7, 2. 11, 11, 1? [8] accepto *Th.* [9] *aut* Remis *cum Gothofredo scr. aut* [accepta . . .] Romae

---

1 quod] qui *O* | iudicem *O* 2 ipsis $I^a$ | *s. a. Th.* 4 mpp. ualr. et ualnt. aa. ad secundum pp. *Paris.* 4521, imp. ual. *KI*, imp. *O* | uuxta *O*, i** $K^a$ | interueteratas *O* 5 nominationes *O* | susceptor*s $I^a$ | ad] apud *I* | praepositam morreorum *O* | paganorum $K^a$, pagarum $I^a$ 6 idonei sunt *I*, sint ydonei *O* | fuerit *I* | nec] ne *K* 7 emptionem $OI^a$ | mercentur] mentionem $I^a$ 8 *s. a. Th.* 9 aa.] a. *KI* | ad memertinum pp. *Paris.* 4521, *om. KOI* | susceptiones *O* 10 ac recentes] *Th.*, acrescentes *libri* 11 *s. a. Th.* | rom. *Th.* 12 idem ... s. l.] *Paris.* 4521 *Th.*, id. a. *KOI* | susceptoris $I^a$ 13 nisi] ne *O* | se prius *KO?* | superioris] super his *O* | absoluumtur *O*, absoluitur $I^a$ 14 nam] namque *I* | placuerit *I* | iusti] *Th.*, iusticia *KOI*, iusticie *X*, iustum $Z^v$ 15 integro] in te ergo *K* | decurso $K^b$, decursu $K^a$ 17 reintegrare *K*, integrare *I* | tenuantur *O*, teneantur *post* 18 dominatione *collocat Th.* | continuam *K*, continuando $I^a$ 18 prouintialialium $I^a$ | potestatem $KI^a$ | uelut *Th.* | dominationes $K^aO$ | per] p $I^a$ 19 mutantur $I^a$ | nisi autem $OI^a$ | raritas] *Th. cum B* τὸ σπάνιον, auctoritas (octor. *O*) *libri* | ordinationis *O* 20 per] etiam qui $O^a$ | *s. a. Th.* 12, 6, 11 *Harleianus* 5117 21 dagaliaipho *Harl.* 22 aa. ... s. l.] *Th.*, a. ad germanianum com. sill. *Paris.* 4521, a. *KOI* 23 quantitate $OI^a$ | et] *Cui. Th.*, aut *libri* | septuag.] lx $I^a$ 24 *s. a. Th. Harleianus* 5117 | rom. *Th.* | lipicino et obiano *Harl.* 25 idem ... a.] dem et grat. a. *Paris.* 4521, id. a. *KOI* | ad cilionem *Paris.* 4521, *om. KOI* | horreis] *Th.*, de h. *libri* 26 oportet *om. O* 27 constitui] const. uel reponi *K* | *s. a. Th. Harleianus* 5117 | treuiris] tiberi *Harl.* 28 a.] d. *Harl.* 29 impp. ... 30 nobis] *Th.*, mpp. grat. et th. aa. aue hypoticariste nobis *Paris.* 4521, imp. l. gra. $K^a$, imp. gra. $K^bOI$ 30 minime diu (qui O)] O., diu minime *KI*, nec diu Th. post alia | susceptiones *O*

60

quodcumque a prouincialibus fuerit exsolutum sacris thesauris inferatur. D. III K. MAI. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM ANTONII ET SYAGRII. a. 383

8 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PP. [Th. 12, 6, 20] Exactores uel susceptores in celeberrimo coetu curiae consensu et iudicio omnium sub actorum testificatione firmentur, prouinciarumque rectoribus eorum nomina, qui ad publici munus officii editi atque obligati fuerint, innotescant. et animaduertant, quicumque nominauerint, ad discrimen suum uniuersa quae illi gesserint redundare. D. VI K. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

9 [1]IDEM AAA. CYNEGIO PP. Modios aeneos atque[2] lapideos cum [Th. 12, 6, 21 B 56, 11, 7] sextariis atque ponderibus per mansiones singulasque ciuitates iussimus collocari, ut unusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modis sciat, quid debeat susceptoribus dare: ita ut, si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumque uel ponde-
1 rum normam putauerit excedendam, poenam se sciat competentem esse subiturum. Et submotis, quae contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti quinquagesimas, hordei quadragesimas, uini et laridi uicesimas susceptoribus dari praecipimus.
2 Humanitatis autem necessitate commoti[3] in Armeniae susceptionibus longinquitatis causa frumenti et hordei quadragesimas, uini et laridi quintas decimas dari praecipimus. D. IIII[4] K. DEC. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO VC. CONSS. a. 386

10 IDEM AAA. CYNEGIO PP. Susceptores praesentibus defensoribus et modum [Th. 12, 6, 23] iugationis possessorum et species singulas uel *earum* numerum quantitatemque *perscribant*. D. IIII K. DEC. CONSTANTINOPOLI TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

11 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. BENIGNO VICARIO VRBIS ROMAE. Secu- [Th. 12, 6, 26] ritates semel publicatas et gestis lectas uini susceptoribus imputari et coeptam arcae discussionem uolumus in apertum quaesita ratione deduci et omnes publicas securitates quae gestis tenentur a susceptoribus accepto ferri. D. VI ID. IVN. MEDIOLANI STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

12 [5]IDEM AA. POMPEIANO SVO SALVTEM. Si aliquid a susceptore [Th. 12, 6, 27 B 56, 11, 9] uel tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat, nemo eorum semel *in* interuersione conuictus id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, etsi rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione tulerit[6]. D. PRID. K. IAN. MEDIOLANI STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

*KOI*

[1] *iunge* 10, 34, 1 [2] seu *Th.*, καί *B* [3] commoniti *Th.* [4] VIII 10, 34, 1 [5] *iunge* 9, 26, 1. 12, 61, 3 *Th.* 1, 12, 8. 11, 1, 28 [6] detulerit *Th.*

1 exinde collecta ad renouanda siue restauranda publica moenia dispensata proficiat. Indefessa uero cura prospicientes, ne quis aduersus commoda ciuitatum quicquam moliri possit incommodum, sed sine ulla fraude seu nundinatione uel colludio seu coniuentia huiusmodi uenditiones procedant, hoc in posterum obseruandum esse censemus, ut, si quidem ad hanc inclitam urbem domum uel ciuiles annonas aut alia quaelibet aedificia aut mancipia perti-

*KO* (*deficit in* 4 quantitates) *I X* (*inde a u.* 6)

---

[1] siue successores eorum *ins. l. gem.* [2] ciuitati *ins. l. gem.* (*u. i.*) [3] supposita vii k. Mart. *l. gem.* [4] Idem respondit (rescripserunt *Cuiacius*), si ciuitas nullam propriam legem habet de adiectionibus admittendis, non posse recedi a locatione uel uenditione praediorum publicorum iam perfecta: tempora enim adiectionibus praestituta ad causas fisci pertinent *Dig.* [5] *iunge* 8, 11, 22

---

2 aministratoribus *I* 3 imp. ... crescentiae (—tio *Cont.*)] *Contius Cui.*, imp. (impprs *I*) philipp. *KI*, imp. *O* | fundi uectigalis (uestig. $O^a$) *O* | quibuscumque *OI* 4 quantitatis $I^a$ | offerantur *X* 6 impp. ... cc.] *l. gem.*, imp. diocl. a. *KZ*, imp. r. c. *I* | iulio et zenodoro] *Cui.*, zenodoro *libri ad l. gem.*, *om. KI* 7 qui *om.* $I^a$ | officii *om. X* | necessitate *I* | fideic. relicti *I*, relicti ciuitati fideic. $Z^b$ 8 satis *om.* $I^a$ | acceptum non esse *l. gem.* | esse] est *X* 9 prospicitis $I^aZ$, prospicis *KX* | *s. a. Cui. cum l. gem.* 11 *rubricam om. X* 12 impp. ... aa.] *scripsi ad Dig.* (*cf. inscr. c.* 2), imp. ant. a. *K*, imp. a. $I^aZ$ | herculiano] *Cui.*, *om. KIZ* | ulla *om.* $I^a$ 13 re] rei *K* | ueteris *X* 14 adiectionem $I^a$ 15 fisci pert.] *XZ Dig.*, pert. fisci *KI* | habet $I^a$ 16 imp. ant. a.] imp. ant. *I*, imp. am. *Z*, idem a. *K*, impp. ualerianus et gallienus aa. *edd.* | quauis *I* 17 additamenti] menti $I^a$ | oportet fidem *om. Z* | cum tantum iam] contma *X* 18 ex contractu indices cessisse *X*, ex contractus die cessisse *Gottingensis* 19 imp. ... pp.] *Cui.*, imp. leo *KI*, iaap. aleo aa. *Z* | quae *X* | her. uel (uel *om. Z*) leg. seu fid.] *Z cum l. gem.*, uel (uel *om. I*) leg. uel her. seu (uel *I*) *KI*, her. seu fid. legati *X* 20 titulo aut donat. *KI* 21 peruenerunt (—rant *I*) s. peruenerint] *KI*, peruenerunt *X*, peruenerit *Z* 23 collecta] $I^v$, collata $KI^tX$ | siue restaur. *om. I* | indefensa *KIZ* 24 commodum *X* 25 incommodi $I^b$ | sine] si sine *K* | nundinatione u. c. seu *om. K*, *deficit* $I^a$ | conuentia $K^a$, *deficit* $I^a$ 26 precedant *X* | *deficit* $I^a$ | im posterium $K^a$, *deficit* $I^a$ 27 inclitam] publicam $I^a$ | alia] aliqua *XZ*

2 nentia contigerit uenumdari, non aliter nisi imperiali auctoritate uendantur. In prouinciis
uero praesentibus omnibus seu plurima parte tam curialium quam honoratorum et posses-
sorum ciuitatis, ad quam res pertinent praedictae, propositis sacrosanctis scripturis sin-
gillatim unumquemque eorum qui conuenerint iubemus sententiam quam putent utilem
patriae suae designare, ut ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente
3 emptor competentem possit habere cautelam. Hos autem ueditionum contractus, siue iam
completi fuerunt seu postea ineundi fuerint, stabiles esse censemus. D. V K. MART. MAR-
CIANO ET ZENONE CONSS.[1] a. 469

## XXXIII (XXXII)
## ℞ DE DEBITORIBVS CIVITATVM ℞

1 IMP. ANTONINVS A. DIODOTO. Non prius debitorem rei publicae honorem in re publica
subire, quam id quod debere constiterit conuentus exsoluerit, tam meis quam diuorum
principum constitutionibus declaratur.
2 IMP. CONSTANTINVS A.[2] VERINO SVO SAL. Apud eos, quos superstites Th. 12, 11, 1
integris facultatibus esse peruideris uel quorum heredes incolumia retinent patrimonia,
sortes rei publicae[3] perseuerare debebunt, ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque
temporibus exsoluant, cum simul et rei publicae utile sit retinere idoneos debitores et ipsis
1 commodum cumulum debiti minime nutriri. Et quia nefas est obnoxiis corporibus alienatis
circumscribi ciuitates, placuit, si qui debitor rei publicae ciuitatis quippiam ex eo patri-
monio, quod habuit, cum pecuniam rei publicae sumeret, donauerit uel distraxerit uel
qualibet in alium ratione contulerit, qualitate rei alienatae perspecta atque omnibus debi-
toris facultatibus consideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur, pro rata ab eo,
1a qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atque usuris postulari. Itaque quo-
tiens minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen ciuitati alicui[4] inuenitur
obnoxium, iudex omni diligentiae sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet con-
dicione transierint debitoris facultates, ut singuli aequa aestimatione habita pro rata rerum
quas possident conueniantur, personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis
1b soluentibus liberatur. Ab eo autem, a quo constat fortunarum suarum partem maximam
recessisse, etiam reliquam portionem quae apud eum resederit transferri ad idoneum opor-
2 tebit. Quod si quispiam debitor rei publicae ciuitatis fisco nostro locum fecerit, emptores,
qui ex fisco nostro comparauerint, manifestum est secundum ius uetus et rescripta diuorum
3 constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere. Quod si quis debitor non

*KIX*

---

[1] Marciano cons. (= *a.* 472)? [2] Locrio *ins. Th.* [3] sortes kalendarii *Th.* [4] nomen kalendario ciuitatis alicuius *Th.*

---

1 contigitur *X* 2 et *om.* $I^a$ 3 predicte pertinent *XZ* | sigillatim $K^bZ$ 4 conuenerit *I* | putet $I^a$ 5 decrediti *X* | in *om. KZ* 6 autem *om. X* 7 fuerint *IX* | *s. a. l. gem.* 10 ciuitatis *Z*, urbis *X*, πόλεως *B* 54, 31 11 a. *om. I* | diadoto *Ambros.* 534 *inf. Cui.* 1577, diodoro *Cui.* 1562, *om. KIZ* | prius] prius oportet *I* | in rem publicam *Z*, inire publica *X* 12 id *om. X* | tam] publice tam *X* | duorum *X* 14 a. *om. KI* | uerino suo sal.] *Th.*, uerino suo *Cui.* 1577, uerino *Cui.* 1562, *om. libri*: loquitur uerino curatori ciuitatis $Z^v$ *Accursius ad u.* 15 peruideris 15 prouideris *libri* | incomlumia $K^a$ 16 sordes *X* | debent *X* | quibuscumque *X* 17 exsoluerat *K* | ipsis] temporis *X* 18 neutriri $I^a$ | corporibus obnoxiis *KI* | alien.] alien. sortem $I^a$ 19 qui] *Th.*, quid *K*, quis *IX* | debitor *om. X* | ciuitatis *om. X* | quispiam $K^bX$ 20 habuerit *K* | peccunia *I* 21 qualitatem *I* | rei *om. X* 22 condsideratis $I^a$ | ei *om.* $I^a$ 23 ex orte $I^a$ 24 ydoneus *X* | ciuitatis *I* 25 diligentiae] *Th.*, diligenti (—tis $X^a$) $I^aX$, diligentia *Z*, diligentia et *K* | debet $I^a$ 26 singula $I^a$ | aequa] qua $I^aX$ 27 possiderit *X* | conueniatur $I^a$ | habituri contra (*omisso* eum) *K* 28 a quo *bis* $K^a$ | suam $K^a$ 29 recepisse $I^a$ | quam *X* 30 locum … 31 nostro *om. X* 31 comparauit $I^a$ 32 constitutionesque nostras] $I^b$ *Th.*, constitutionemque (que *om.* $I^a$) nostram $KI^aX$ | nullamque *I* | debere *om.* $I^a$ | susustinere *X* | quod] qui $K^a$

comparuerit uel certe ita omnia sua consumpserit, ut nemo aliquam rem ex eius bonis possideat, id[1] debitum conuenit ad dispendium rei publicae pertinere. ideoque cura patris ciuitatis[2] apud idoneos uel dominos rusticorum praediorum pecunia collocanda est. PP. III K. FEBR. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

## XXXIIII (XXXIII)
## ℞ DE PERICVLO NOMINATORVM ℞

1 IMP. GORDIANVS A. SEVERINO. Hi, qui a te collegaque tuo magistratus creati sunt, etiamsi maxime fideiussores non exegistis, tamen si per id temporis quo magistratus honor deponebatur soluendo fuerunt, periculo uos creationis non fecerunt obnoxios ex eo, quod casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit, cum cessationi suae id debeant imputare damnaque rei publicae, si qua ob culpam eorum passa est, sarcire, qui, cum nomine publico eos conuenire potuissent, id facere supersederunt.

2 IDEM A. RVFINO. Si successoris tui successor non idoneum loco suo magistratum denominauit, administrationis eius periculum ad personam tuam spectare nequaquam potest. etenim nominati successoris dumtaxat quisque periculum suscipere compellitur nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi possunt.

## XXXV (XXXIIII)
## ℞ DE PERICVLO EORVM QVI PRO MAGISTRATIBVS INTERVENERVNT ℞

1 IMP. ANTONINVS A. AVGVSTALI. Fideiussorem magistratuum in his quae ad rei publicae administrationem pertinent teneri, non in his quae ob culpam uel delictum *eis* poenae nomine inrogentur, tam mihi quam diuo Seuero patri meo placuit.

## XXXVI (XXXV)
## ℞ QVO QVISQVE ORDINE CONVENIATVR ℞

1 IMP. ANTONINVS A. LVCIANO. Etsi duobus simul cura pecuniae ciuitatis, B 54, 32 not. 8 non tamen separatis portionibus mandetur, singuli non pro uirili portione, sed in solidum rei publicae obligantur.
1 Cum autem de indemnitate eius quaeritur, prius eius bona qui administrauit ac mox, si satisfieri non potuerit, collegae conueniuntur.
2 Vos tamen, qui heredes unius ex curatoribus extitistis, damnum si quod post mortem eius dolo uel culpa collegarum accessit, onerari non est rationis.

*KIX*

---

[1] quoque *ins. Th.* [2] cura patris ciuitatis] periculo curatoris kalendarii *Th.*

---

1 conparauerit *KI* | oomnia $K^a$ | sua *om. X* 2 ad disp. *om.* $I^a$ 3 *s. a. Th. Cui.?* | III *om. Cui.* 6 de *om.* $I^a$ 7 a. *om. I* | seuerino] *Cui.* 1577, seuino *Cui.* 1562, *om. KOI* 8 per *om.* $I^aX$ | tempus *I* 9 fuerint *K*, fuerit *I* | uos *om. X* | fecerit *X* 10 aliquod *XZ* | mutilitatum sit *X*, mutilatum fuerit *K*, mutilatur *Z* | cessationis $I^aZ$ | id] *Z*, hii *KIX* 11 dampnamque *K* | quam $I^a$ 12 public. $I^a$, rei publice $KI^b$ | supersederit *I* 13 rufino] *Paris.* 4429, *om. KI* | successores $KI^a$? 15 nominati successores *Z*, nominatis (—ti *X*) successoribus $KI^aX$ | nominatoris] nominationis *I*, monitoris *Z* 19 interueniunt *KI*, interuenerit *Z* 20 anton. *om. I* | augustali] *Cui.*, luciano *Contius* (*cf. u.* 25), *om. KI* | fidemiussorem *I* | quae] queque $K^a$ 21 pertineant *X* | eis] *edd.*, ei *libri* 22 seuero] secreto $K^a$ | patri meo] *Z*, patri $I^bX$, *om.* $KI^a$ 24 quisque] quis *K*, τις *B* 54, 32 | comematur *X* 25 a. *om. I* | luciano] *Paris.* 4429, *om. KI* | peccunie cura *KI* 26 solide *X* 27 cum autem *om. I* | eius] *KX*, ciuitatis eius *I*, eius ciuitatis *Z* 28 administrauerint *X* | potuit $I^aX$, poterit *Z* 29 extitistis $I^a$, [illegible]stis $K^a$ | damno *edd.* 30 collegatorum

2 IMP. GORDIANVS A. VALENTI. Quotiens duobus non separatim, sed pro indiuiso munus iniungitur, et ita, ut unusquisque eorum periculo soliditatis uideatur obstrictus, manus ad nominatorem, priusquam utrique qui id munus administrauerunt sollemniter fuerint excussi,
1 nulla ratione possunt porrigi. Si uero separatis portionibus ad munus nominati sunt, prius pro portione conueniantur qui administrauerint, item fideiussores eorum: si nec ab his quidem indemnitas fuerit seruata, tunc demum creatorem ac, si nec is quidem sufficiat, nouissime participem muneris conueniri debere praeses non ignoret.

3 IMPPP. CARVS CARINVS ET NVMERIANVS AAA. THEODOSIO. Si ita duumuiri creati estis, ut mutuo periculo teneamini, in dubium non uenit uicariis damnis uos esse obstrictos, cum in magistratibus prius nominatores conueniendos esse (hoc quod in persona uestra custodiri considerastis) constitutum est.

4 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. DIONI. Cum te et collegam tuum magistratus uestri tempore publicum fenus collocasse proponas nec potuisse debitum a quibusdam rei publicae restitui, cum paratus sis pro te id quod[1] solus gessisti satis rei publicae facere, consequens est rem publicam, si separati actus uestri *fuerint*, *contra* successores collegae tui uel rerum eius possessores prius ob personam eius progredi et, si solida indemnitas rei publicae seruata non fuerit, nominatores eius interpellare ac postremo loco, si quid ex nomine collegae tui defuerit, ob culpae nexum te interpellare. priores nominatores enim ueluti fideiussores placuit obstringi.

## XXXVII (XXXVI)

## ℞ NE QVIS LIBER INVITVS ACTVM REI PVBLICAE GERERE COGATVR ℞

1 IMP. ALEXANDER A. VRBICO. Si, ut proponis, decreto ordinis ad libertatem ductus es, non debere te inuitum actum rei publicae administrare curator rei publicae non ignorat, praesertim cum serui eiusmodi officia administrare debeant.

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. TIBERIO. Si, cum ingenuus esses, ad actum gerendum a re publica compelleris, auxilium praesidis et iuris praesidia prout usus exigebat implorare potuisti.

## XXXVIII (XXXVII)

## ℞ INIVNCTI MVNERIS SVMPTVS AD OMNES COLLEGAS PERTINERE ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. DIODORO. Cum ad munus exhibendarum angariarum cum aliis creatus a consortibus muneris sollicitudine deserta solum te functum

*KIX*

[1] pro eo quod (*Mommsen*)?

1 a. *om.* *KI* | ualenti] *Ambros.* 534 *inf.*, ualerio *Cui.* 1562, ualeriano *Cui.* 1577, *om.* *KI* | separatum $K^a$ 2 et *om.* *K* | ut *om.* *Z* | solidatis *Z*, sodalitatis *liber Cuiacii* | uideretur *K* 3 priusquam ... administrauerunt *om.* *X* 4 porrigi possunt *X* 5 portionibus *X* | conueniatur *IX* | administrauerint] *Z*, id adm. $KI^b$, adm. id $I^a$ 6 ac] at *I* | nec] ne *X?* 7 numeris *I* | conuenire *X* | ignorabit *K*, ignorat *I* 8 imppp. ... theodosio] *Contius*, imp. car. *KI* | duumuiri] uiri $I^a$, dominium et *X* 9 adstrictos *I* 10 cum in] cum *I* 11 consideratis *IZ*, desideratis *dett.* 12 impp. ... aa.] *edd.*, imp. diocl. *KI* | dioni] *Cui.*, *om.* *KI* 13 publicum] per publ. *I* 14 cum] cu *I*, com *Z*, *om.* $K^a$ | sit *I* | rei publ. satis *I* 15 fuerint contra *Hal.*, contractus fuerint (fuerit *I*) *libri* 16 eprius $I^a$ | progredi] $I^bXZ$, progradi $K^aI^a$, congredi $K^b$ 18 tui *om.* *X* | culpa $K^a$ 21 ne quis] ut quis *X*, siue *I* | inuitus] mutos $K^a$ 22 cogatur] non c. *X* 23 imp.] idem *I* | a. urbico] *Contius*, *om.* *KI* | es] est *X* 24 administrare ... publicae *om.* *XZ* 25 ostitia *X* 26 impp. ... aa.] *edd.*, imp. diocl. *KI* | tiberio] *Cui.*, *om.* *KI* | ingenus esse $I^a$ 27 gererum $I^a$ | compellens $X^a$ | et *om.* $I^a$ 30 subtus indicti numeris *I*, sumptus inuenti muneris *X* | omnes] oes *I* 31 pertinere] pert. am. (= amen?) *X* 32 impp. ... diodoro (dioscoro *Cui.* 1577)] *Ambros.* 534 *inf.* *Cui.*, imp. diocl. *I*, idem a. *K*

esse proponas, sumptuum detrimenta, si qua acciderunt, collatione eorum, quos munus oportuit participare, prouisione praesidis diuidentur. qui si etiam a te obsequium derelictum esse cognouerit, quid censurae publicae congruit, non ignoret.

## XXXVIIII (XXXVIII)

## ℞ DE HIS QVI EX OFFICIO QVOD ADMINISTRAVERVNT CONVENIVNTVR ℞

1 IMP. ALEXANDER A. OCTAVIO. Fenoris rei publicae, quod non tua culpa perditum esse apparuerit, sufficit sortis damnum, non etiam usurarum sustinere.

## XXXX (XXXVIIII)

## ℞ DE SOLVTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS DEBITORVM CIVITATIS ℞

1 IMP. ALEXANDER A. QVATTVORVIRIS ET DECVRIONIBVS FABRATE*R*NORVM. Cautiones seruorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus praestant, si curatorum
1 adsignantium uel eorum quibus exigendi ius est auctoritate subnixae sunt. Cum autem is qui exsoluisse dicitur solam scripturam actoris suscipientis pecuniam promet, ea tantum defensio consueuit admitti, si quod exsolutum est rationi rei publicae profecisse doceatur.
2 Sane curator uester, si fraude serui constiterit effectum, ut interciperentur a curatore[1] illatae a debitoribus quantitates, de peculio eius quod eo modo deest restituet.

## XXXXI (XXXX)

## ℞ DE SPECTACVLIS ET SCAENICIS ET LENONIBVS ℞

1 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD HESPERIVM PROCONSVLEM AFRICAE. [Th. 15, 7, 3 B 54, 37, 1] Non inuidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia, gymnici ut agonis spectacula reformentur. uerumtamen cum primates uiri populi studiis ac uoluptatibus grati esse cupiant, promptius permittimus, ut integra sit uoluptas, quae uolentium celebretur impensis. D. VI ID. MART. TRIV. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS. a. 376

2 (3) [2]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD VALERIANVM PV. [Th. 15, 7, 6 mut.] Quisquis equos, quos uel serenitas nostra uel ordinarii consules tribuunt

*KIX*

---

[1] a curatore *del.* (*Mommsen*) [2] *iunge c.* 3 *h. t. Th.* 15, 7, 8. 15, 10, 2

---

1 minus *I* 2 diuiduntur $I^a$ | qui] quod $K^a I^b$ 3 quid] *K*, qui *IZ*, quidem *X* | censurae] censu rei *K*, censum rei *I* | non] si *K* | ignorat *I* 5 administrant conuenatur *I* 7 alex. a.] alex. *K*, antoninus a. *edd.*, a. *I* | octauio] *Cui.*, *om. KI* 8 iussurarum *K* 12 imp. ... fabraternorum (fabratenorum *Ambr.*, fabretanorum *Russ.*)] *Ambros.* 534 *inf. Russardus*, imp. alex. *I*, imp. ant. *K* 13 firmam] summam *X* 14 ius] uss *I* | is] hiis *X* 15 exsoluissem $I^a$ | actoris] actoris solam $I^a$ | pecuniam *om.* $I^a$ | promet] promat et *Z*, pertinet $I^b$ | tantum] tamen *K* 16 exsolutum est] ex solutione *X* 17 si fraude] fraudem *K* | a] ac *I* 18 restituent $I^a$, restituit $X^a$ 20 scaenicis] senicie *X* | lenonis *K*, leoniobus *X* 21 imppp. ... 22 africae] *Th.*, imp. ual. *KI* 22 coartamur *I* | adimplectenda *K*, amplectendam *I* | populi felicis *KI* 23 stadia *X* | gymnici] *dett. Th.*, gumnici *X*, ginnicii *KI* | ut] aut $I^a$ | cum] cu *I* 24 studiis] studiosi *I*, studiosis *X* 25 uoluptas] *Th.*, uoluntas *libri* celebratur $I^a X$ | *s. a. Th.* 27 imppp. ... 28 pu.] *Th.*, imp. gra. KI 28 quos uel *om.* $I^a$, uel *om.* *X* | uel ord.] ord. $I^a$ | tribuerit I

uoluptatibus, ad commodum compendiumque priuatum abduxerit, unius librae auri condemnatione multetur. D. VIII K. MAI. TRIV.[1] EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

3 (2) [2]IDEM AAA. AD VALERIANVM PV. Eos qui agitandi munus exer- | Th. 15, 7, 7 B 54, 37, 2 |
cent illustris auctoritas tua nullis praeter circense certamen adfici nouerit oportere suppliciis. D. VIII ID. MAI. EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

4 IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. | Th. 15, 7, 12 B 54, 37, 4 |
Si qua in publicis porticibus uel in his ciuitatum locis, in quibus nostrae solent imagines consecrari, pictura pantomimum ueste humili et rugosis sinibus agitatorem aut uilem offerat histrionem, ilico reuellatur neque umquam posthac liceat in loco honesto inhonestas adno-
1 tare personas. In aditu uero circi uel in theatri proscaeniis ut collocentur, non | (Th.) |
uetamus. D. III K. IVL. HERACLEAE ARCADIO A. III ET HONORIO A. II CONSS. a. 394

5 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PP. Nemo iudi- | Th. 15, 5, 3 B 54, 37, 5 |
cum ex quacumque ciuitate in aliud oppidum uel ex prouinciae solo equos curules aurigas bestias histriones[3] ciues temptet traducere, ne, dum popularibus plausibus intemperanter seruiunt, et publicarum rerum statum fatigent et festiuitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam: ita ut, si quis hanc uiolauerit iussionem, poena teneatur ea, quae legum uiolatores persequitur. D. VIII ID. AVG. CONSTANTINOPOLI HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

6 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLOREN- | 1, 4, 12 mut. Th. 15, 8, 2 B 60, 38, 1 |
TIO PP. Lenones patres et dominos, qui suis filiabus uel ancillis peccandi necessitatem
1 imponunt, nec iure frui dominii nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis iure frui ualeant neue quid eis ita possit adquiri. sed ancillis filiabusque, si uelint, conductisue pro paupertate personis, quas sors damnauit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam defensorumque implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolui, ita ut, si insistendum eis lenones esse crediderint uel peccandi ingerant necessitatem inuitis, non amittant solum eam quam habuerant potestatem, sed proscripti poenae mancipentur exilii metallis addicendi publicis: quae minor poena est, quam si praecepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. D. XI K. MAI. FELICE ET TAVRO CONSS. a. 425

7 Αὐτοκράτωρ Λέων Α. τῷ δήμῳ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 1, 4, 14 B 60, 38, 1 |
Μηδεὶς πορνοβοσκείτω τοῦ λοιποῦ μηδὲ πόρος ἐντεῦθεν ταῖς λαργιτίοσιν εἰσαγέσθω. μήτε[4] οὖν δούλην ἢ ἐλευθέραν προϊστάτω τις, ἐπεὶ εὐτελὴς μὲν ὢν ὁ τοῦτο ποιῶν πρὸς τῷ τιμωρηθῆναι καὶ μεταλλίζεται ἢ ὑπερορίως ἐξορίζεται, στρατείαν δὲ ἔχων ἢ ἐπιτήδευμα σεμνὸν ἀπόλλυσι καὶ αὐτὴν σὺν τῇ οὐσίᾳ. ὡσαύτως καὶ οἱ θυμελικοὶ τούτων ἀπεχέσθωσαν. εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ

*KIX: index* 41, 7 *ex B* (= *Synopsis Π* 22, 2) *restitutus est*

---

[1] Aquileiae (*Th.* 15, 7, 8. 15, 10, 2)? [2] *iunge c.* 2 *h. t. Th.* 15, 7, 8. 15, 10, 2 [3] bestias histriones *om. Th., tuentur B:* ciues *ante* aurigas *ins. Mommsen* [4] μή (*Hercher*)?

---

1 commodum compendiumque] comodium $I^a$ | auri librae *Th.* 2 mulcetur *K* | *s. a. Th.* | VIII] x *Th.* 15, 10, 2 | k.] id. *c.* 3 *h. t. Th.* 15, 7, 8 3 idem ... pu.] *Th.*, idem ad ual. *Paris.* 4429, idem a. *KI* 4 cirenense *I* 5 *s. a. Th. Cui.?* | id.] k. *Cui. c.* 2 *h. t. Th.* 15, 10, 2 | mai.] mai. triu. *Cui.* 6 impPP. ... pp.] *Th.*, imp. the. *KI* 7 portionibus $K^a$ | in quibus] quibus $I^a$ 8 consectari *X* 9 nistrionem *I* | repellatur $KI^b$, rei uellatur $I^a$ | umquam] iam *K*, *inc.* $I^a$ | posthanc *X* | loco *om.* $I^a$ 10 aditu] *edd.*, aditus $KX^tZ$, abditus *I*, addictu $X^v$, adytis *Hugolinus*, ἐν ταῖς εἰσόδοις *B* | curci uel *X*, circulis *I* | in *om.* $KI^a$ | thatri $X^a$ | collocetur *K* 11 *s. a. Th.* 12 impp. ... pp.] *Th.*, imp. hon. *KI* | indicium $I^a$ 14 bestias] ue estrias $I^a$ | instriones *I* | temptent *X* | ne] nec *I* | intemperarentur $I^a$, intemerate *Th.* 15 seruiuerit *I* 16 uiolauerit hanc *I* | teneantur *I* | longum $I^a$ 17 *s. a. Th.* 19 impp. ... 20 pp.] *l. gem. Th.*, imp. the. *KI* 20 et dominos] dominosque *KI* | filiis *Th.* | spectandi $K^a$ 21 imponit $K^a$ 22 eos] hac *Th.* | nec pot. i. f. ualeat ne quid *Th.* | iure frui] uires *I* 23 personas *X* 24 iuditium $I^tX^a$ 25 miseriariarum *I* | legiones $I^a$ 26 admittant $K^aI^a$ | habuerant] *Hafniensis Th.*, habuerint *KIX* 27 poena *Hafniensis Th.* | addiciendi *I* 28 preceptor $K^a$ | leonis *I* | noluit $I^a$ | *s. a. Th.* 30 const. graec. *post rubricam tituli sequentis K: inscriptionem suppleuimus ex l. gem. et Bononiensi, ubi est* αυτοh'ρατυρacunaτ 33 ἀπόλλυσι] *Synopsis*, ἀπολλύτω *B* 34 δοῦλον] *B cum l. gem.*, δοῦλος *Synopsis*

προσταθέν, παρὰ παντὸς ἐκδικείσθω πρόϊκα, εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ εἴτε κληρικὸς ἢ μοναχὸς τοῦτο ἐκδικεῖ. ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ ἄρχοντες οἱ μείζονες καὶ οἱ ἥττονες καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν, ποινὴν ὑφορώμεναι καὶ εἰς τὸ σῶμα καὶ εἴκοσι λιτρῶν. a. 457—467

## XXXXII (XXXXI)
## ℞ DE EXPENSIS PVBLICORVM LVDORVM ℞

1 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. MARCELLO. Cum praesidem pro- [B 54, 38, 1]
uinciae impensas, quae in certaminis editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas, et quod salubriter deriuatum est non reuocabitur et sollemne certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam iuxta ueteris consuetudinis legem celebra-
1 bitur. Ita enim et tutelae ciuitatis instructae murorum praesidio prouidebitur et instaurandi agonis uoluptas, confirmatis his quae ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione repraesentabitur.

## XXXXIII (XXXXII)
## ℞ DE AQVAEDVCTV ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMILIANVM CONSVLAREM AQVARVM. [Th. 15, 2, 1 B 58, 19, 1]
Possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus uolumus esse immunes, ut eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti mundentur, nec ad aliud superindictae rei onus isdem possessoribus attinendis, ne circa res alias occupati
1 repurgium formarum facere non occurrant. Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur: nam fiscus eius praedium obtinebit, cuius neglegentia perniciem formae con-
2 gesserit. Praeterea scire eos oportet, per quorum praedia aquaeductus[1] commeat, ut dextra laeuaque de ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant: obseruante officio iudicis[2], ut, si quo tempore pullulauerint, excidantur, ne earum radices fabricam formae corrumpant. D. XV K. IVN. GALLICANO ET SYMMACHO CONSS. a. 330

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA.[3] PAN- [Th. 15, 2, 4 B 58, 19, 1]
CRATIO PV. Si quis de cetero uetiti furoris audacia florentissimae urbis commoda uoluerit mutilare aquam ad suum fundum ex aquaeductu publico deriuando, sciat eundem fundum fiscalis tituli proscriptione signatum priuatis rebus nostris adgregandum. D. VIII ..... CONSTANTINOPOLI TIMASIO ET PROMOTO CONSS.[3] a. 389

3 IDEM AAA. ALBINO PV. ROMAE. Eos, qui aquae copiam uel olim uel [Th. 15, 2, 5]
nunc per nostra indulta meruerunt, [4]usum aut ex castellis aut ex ipsis formis iubemus

*KIX: index* 41, 7 *ex B* (= *Synopsis Π* 22, 2) *restitutus est*

---

[1] ductus *Th.* [2] tuo officio *Th.* [3] *idem Th.: in inscriptione* imppp. Gratianus Valentianus et Theodosius AAA., *in subscriptione consules anni* 381 *uel* 382 *reponendos esse propter Pancratii praefecturam recte monuit Tillemont* [4] eius *ins. Th.*

---

1 πρόϊκα] πρόϊκα δέ *Synopsis* 5 publicorum ludorum] *Hal.*, ludorum *libri*, lud. publ. *edd.*, δημοσίων θεωριῶν *B* 6 impp. ... aa.] *edd.*, imp. diocl. *KI* | marcello] *Duacensis*, *om. KI* 8 et *om.* $I^{a}X$ 9 restituta *I* 10 instructo *IX* 11 confirmabitur *X* | cuecuritates $K^{a}$ | cautionum *I* 14 aquarum ductu *I* 15 cost. *I* | a. ad maxim. consularem *Londin.*, ad maximum com. s. l. *Cui.*, *om. KI* | aquarum poss.] $K^{b}X$ *Th.*, poss. aq. $K^{a}I$: aquarum *ad constitutionis uerba trahunt libri, ad inscriptionem B* 16 meatus *om.* $I^{a}$ | muneribus *X* 17 opera] operarum $K^{a}$ | ducitus $K^{a}$ | opplecti *X*, opilati $K^{r}$, compplecti $I^{b}$, ·pplecti $I^{a}$ 18 ad *om.* $I^{a}$ | superindictae] super indicem *X* | possessionibus *I* | ne] nec *I* 19 respurgium $K^{a}IX$ | occurrant] $X^{t}$ *Th.*, occurrent $I^{r}$, curent $KI^{t}X^{r}$ | qui *K* | neglexerit *I* 20 negligentiam *I* | forma $X^{t}$ | congesserit] *Th.*, concesserit $I^{b}X^{t}$, concusserit $KI^{a}X^{r}$ 22 quindecim] xxu *X* 23 pululauerunt $I^{a}$? | exudantur *X* 24 *s. a. Th.* 25 impr. ual. et th. arch. aa. pangario pp. *Londin.*, imp. ual. *KI* 27 militare $K^{a}$, mutila est $I^{a}$ | aqueducto *X* | publico] in p. *I* | derigando $K^{a}I^{b}$ 28 prescriptione *I* | *s. a. Th.* 30 aaa.] a. *KI* | albino pu. romae] Th., albino pp. *Londin.*, *om. KI* 31 meruerint X

elicere neque earum fistularum quas matrices uocant cursum ac soliditatem attemptare
1 uel ab ipso aquaeductu trahere. Quod si quis aliter fecerit, non solum id [Th. 15, 2, 6 mut.]
quod prius iure beneficii fuerat consecutus amittat, uerum pro condicione quoque personae seuerissima poena plectetur. D. v k. Sept. Romae Timasio et Promoto conss. a. 389

4 [1]Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Asterio comiti Orientis. Vsum [Th. 15, 2, 7] aquae ueterem longoque dominio constitutum singulis ciuibus manere censemus nec ulla nouatione turbari, ita tamen, ut quantitatem singuli, quam ueteri licentia percipiunt, more usque in praesentem diem perdurante percipiant: mansura poena in eos, qui ad inrigationes agrorum uel hortorum delicias furtiuis aquarum meatibus abutuntur. D. k. Nov. Caesario et Attico conss. a. 397

5 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Cyro pp. Si quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquae, non uiris clarissimis rectoribus prouinciarum, sed tuae praecellentissimae sedi caelestes apices intimare debebit: condemnatione contra illum qui preces moderatoribus insinuare conatur quinquaginta librarum auri et contra uniuersos administratores qui rescriptum per subreptionem elicitum suscipere moliuntur proponenda, apparitoribus nihilo minus eorundem uirorum clarissimorum prouinciae moderatorum animaduersionibus pro uigore tui culminis subiugandis: et amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid in nymphaeis pro abundantia ciuium conuenit deputari, quid his personis, quibus nostra perennitas indulsit, ex aqua superflua debeat impertiri. a. 440

6 Idem AA. Cyro pp. Omnis seruitus aquarum aquaeductus Hadriani siue [B 58, 19, 1] domorum siue possessionum siue suburbanorum siue balneorum uel per diuinos adfatus intimatos in quolibet iudicio uel per usurpationem impertitos[2] penitus exprobretur: maluimus etenim praedictum aquaeductum nostri palatii publicarum thermarum ac nymphaeorum commoditatibus inseruire. et decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum seruari, nemini licentia tribuenda ab eodem aquaeductu precibus oblatis usum aquae petere uel eum audere perforare: scientibus his, qui qualibet ratione putauerint ad huiusmodi molimen accedere, uel officio, si ausum fuerit instruere uel minus instructis precibus parere,
1 centena pondo auri multae nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. Super his sancimus sulcum publicum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari, sed ex utro-
2 que latere decempedale spatium integrum illibatumque seruari. Praeterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas, quae Achillis nuncupantur, quas prouidentia tuae magni-
3 ficentiae factas esse cognouimus, eandem formam seruari censemus. Etenim memoratas fistulas thermis tantum et nymphaeis, quibus eminentia tua deputauerit, uolumus inseruire: facultate praebenda tuae sublimitatis apparitoribus circumeundi sine formidine domus sub-

*KIX*

---

[1] *iunge Th.* 15, 1, 36 [2] impertitos] *expectes* adquisita

---

1 elicere] *Th.*, eligere *libri* | ac] ad *X* | soliditatem] per solidatem *I*ᵗ 2 alter *X* | prius id quod *K* 4 plectentur *K* | *s. a. Th.* 15, 2, 5 | rom. *Th.* 5 impp. ... orientis] *Th.*, imp. hon. asterico. *Londin.*, imp. arc. *KI* 7 turbari (turb*** *I*ᵃ) nouatione *I* | ueteris *KX*, uetere *Th.* | licentie *X* 8 irrogationes *K*ᵃ, irrigationis *I*ᵃ, irrigationem *X* 9 *s. a. Th.* 11 impp. ... aa.] *Hal.*, imp. th. *KI*, idem a. *Londin.* | cyro pp.] *Cui.*, *om. KI* 12 meruerunt *I* | ius aquae] iussaque *I*, ius *K* | non] si *X* | percellentissime *I* 13 sedis *IZ* | celestis *K*ᵃ | debet *K*, debent *I*ᵃ | illud *K*ᵃ 14 conantur *I*ᵃ | et] *X*, *om. KIZ* | cotra *I* 15 qui] per *X* 17 culminis] luminis *I* | quid] quicquid *I*, quid est *Z* 18 terminis *K*ᵃ*I*, thermis *X* | menpheis *K*, inpheis *IZ* 20 aa.] a. *I* | cyro pp.] *Londin.*, *om. KI* 21 balneorum] ualineorum uel balneorum *I*ᵃ 22 inmatos *K*ᵃ, intimat'os *I*, itimatos *X* | per *om. I*ᵃ | usurpatione *I* | imperitos *I*ᵃ | exprobretur] *edd.*, exprobetur *IXZ*, exprobentur *K* 23 nostri] ac nimpheorum nostri *X*ᵃ 24 comodatatibus *I*ᵃ | dispositione *K* 25 aqueductum *I* | precibus] in pr. *X* 26 eum *om. Z* 27 molimen (uolumen *X*) acc. uel] *X Cui.*, acc. uel (uel *del. K*ᵇ) molumentum uel *K*, limolimen *I*ᵃ, molimen uel acc. *I*ᵇ, uenire emolumentum *Z* | parare *I* 28 pondera *I*ᵃ | ualituros *X* 29 consulcum *I*ᵃ | coortari *I*ᵇ, aartari *K*ᵃ, coorta est *I*ᵃ 30 pterea *I* | pulumbeis *K*ᵃ 31 quae] que et *I* | hacillis *K*, accillis *I* | nuncupatur *I*ᵃ | prouintia *I*ᵃ | tuae] sua *K*ᵃ | maniferentie *I*ᵃ 32 fuisse *X* | seruare *X*ᵃ 33 fistulas *om. I*ᵃ | deputauerint *K* 34 facultates *I*ᵃ | sublim. tue *X* | circuendi *X*

urbana balnea ad requirendum, ne qua deceptio uel suppressio uel insidiae contra publicam utilitatem a quoquam penitus attemptetur. a. 440?

7 IDEM AA. EVTYCHIANO PP. Ad reparationem aquaeductus huius almae urbis omnia uectigalia, quae colligi possunt ex uniuersis scalis huius inclitae urbis, et ex operariis qui Cyzicenii dicuntur ad refectionem eiusdem aquaeductus procedere. illo uidelicet obseruando, ut nemo eorum qui ius aquae possident quamcumque descriptionem sustineat: nam exsecrabile uidetur domos huius almae urbis aquam habere uenalem.

8 IMP. ZENO A. ADAMANTIO PV. Hac lege sancimus, ut, si quis amplissimam praefecturam gubernans aurum aquaeductui deputatum ad alterum quodlibet opus non aquaeductibus uel aquae publicae competens extruendum uel curandum putauerit conuertendum, de suis
1 facultatibus eandem summam aquaeductus titulo repensare cogatur. Separatus uero arcarius aurum aquaeductus suscipiat gloriosissimorum consulum liberalitate uel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum uel postea colligendum.

9 IDEM A. SPORACIO. Diligenter inuestigari decernimus, qui publici ab initio fontes uel, cum essent ab initio priuati, postquam publice usum praebuerunt, ad priuatorum usum conuersi sunt, siue sacris apicibus per subreptionem impetratis, ac multo amplius si auctoritate illicita nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertemptatum fuisse dignoscitur, ut ius suum regiae ciuitati restituatur et, quod publicum fuerit aliquando, minime sit priuatum, sed ad communes usus recurrat: sacris oraculis uel pragmaticis sanctionibus aduersus commoditatem urbis quibusdam impertitis iure cassandis nec longi temporis praescriptione ad circumscribenda ciuitatis iura profutura.

10 IDEM A. SPONTIO[1]. Decernimus, ne quid a quacumque persona qualibet [B 58, 19, 2] dignitate praedita contra munuscularios aquaeductus uel fontes publicos qui ad aquaeductus
1 confluunt pertemptetur. Sed et si quis clam uel palam auctoritate confisus de isdem paragogiis uel fontibus aquam transduxerit uel clandestinis insidiis forte subripuerit, publicis
2 aquaeductibus eam restituere compellatur. Hoc etiam praecipimus, ne in posterum a quolibet iuxta eosdem aquaeductus plantari qualescumque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquaeductuum, quod antiquis etiam constitutionibus interdictum esse
3 dignoscitur. Scientibus uniuersis, quod in posterum super huiusmodi commissis suburbanum uel praedium uel balneum uel aquae mola uel hortus, ad cuius usum aqua publica fuerit deriuata, uel si quid ex his iuxta aquaeductum positum ad eum pertinet, qui plantauit arbores aquaeductibus noxias, ad quemcumque pertineat locum uel hominem uel domum,

*KIX*

[1] Sporacio?

1 balinea $I^a$ | quirendum $K^a$, querendum *X* | quam *I* | suppresso $I^a$ | publicam] rem p. *I* 2 accententur *I* 3 a. eutichiano pp. *Londin.*, a. *KI* | aqueductuum *KI* 4 diuersis *X* | scalis] *Cui. ex libro et ad B:* τὰ παρεχόμενα εἰς τὰς σκάλας, calcullis *K*, scolis *IX*, calculis $Z^t$, collibus *et* callibus $Z^v$ (*Accursius*) | coperariis *I* | qui] si qui *I* 5 cizeccennii *K*, iacenii *uel* inacenii *I*, zicennii *Z* | eidem $I^a$ | aquae] adque *K* 6 possideant *X* | quacumque descriptione *I* | sustineant $K^a$*IZ* 7 domus *XZ* 8 a. *om. KI* | adamancio pp. *Londin.*, ad mancio pu. *Bononiensis, om. KI* | lage $I^a$ | aplissimam *I* 9 non aqueductus $I^a$ 10 curandum] putandum $I^a$ 11 reprensentare $I^aX^1$ 12 ex *om. IX* 14 a. *om. K* | sporacio] *Cui.*, poratio *Paris.* 4429, *om. KI* fontes ... 15 initio *om.* $I^a$ 15 priuati] $I^bX$, fontes pr. *KZ* | plusquam usum publice *X* | priu. usus *I* 17 appetita $K^a$, appetitio *I* 18 suum] siue *X* | restituantur $X^a$ | pubuculum *K* | fuit *XZ* 20 imperitis $I^a$ 22 a. *om. K* | spontio] *Bononiensis*, sipontio *Contius*, pontio *Cui.*, *om. KI* | ad quamcumque (quac. $X^b$) *X* | quamlibet dignitatem praetendat *Cui. ex libro*, qualibet dignitate predita pretendat *Paris* 4429 23 munuscularios] *KX*, minuscularios *Z*, minuscuriarios *I* | aqua $I^a$ | uel ... ductus *om.* $K^a$ | fortes *I* | publicos *om.* $K^b$ | aquaductus $I^a$, aqueductus uel fontis *X* 24 cofluunt *I* | pertententur *X* | quid $I^a$ | clam uel] iam *X* | confusus *I* | eisdem *X* | paragogiis] *Alciatus*, paralogiis *Z*, parolociis *K*, paralitiis $I^a$, parolitiis $I^bX^v$, pararoltiis $X^t$ 25 fortibus *I* | trans aquam duxerit *I* | subripuit $I^aX$ 26 ne] nec *K* 27 cumque *om. X* | stirpibus] tribus *I* 28 etiam] et *I* | interdictu $I^a$ 29 uniuersi *X* | superurbanum uel *I*, uel suburb. *X* 30 ortis *I* | aque $I^a$ 31 qui ... 32 domum *om.* $I^a$: in libro M(artini) cancellatum est 'locum uel' et 'uel domum' *Hugolinus* 32 quamcumque $K^a$

proscriptionis titulo subiacebit et fisci uiribus uindicabitur: nulli super huiusmodi poena nec per sacros apices uenia tribuenda.

4 (1) Vniuersos autem aquarios uel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquaeductuum huius regiae urbis custodiae deputati sunt, singulis manibus eorum felici nomine nostrae pietatis impresso signari decernimus, ut huiusmodi adnotatione manifesti sint omnibus nec a procuratoribus domorum uel quolibet alio ad usus alios auellantur uel angariarum uel operarum nomine teneantur.

5 Quod si quem ex isdem aquariis mori contigerit, eum nihilo minus qui in locum defuncti subrogatur signo eodem notari praecipimus, ut militiae quodammodo sociati excubiis aquae custodiendae incessanter inhaereant nec muneribus aliis occupentur.

11 Imp. Anastasivs A. Sergio pp. Diuinam dispositionem ab inclitae recordationis principe Theodosio super his, qui aquam sibi de publicis aquaeductibus seu fontibus praeberi desiderant, promulgatam[1] hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus, quatenus nemo uel in hac sacratissima ciuitate uel in prouinciis sine diuinis apicibus de sacro epistularum scrinio more solito edendis et iudicio tuae celsitudinis uel aliis quorum interest intimatis uel intimandis aquam de publico aquaeductu seu fonte trahere permittatur: his, quicumque nostra iussa uiolauerint seu uiolari concesserint, denarum librarum auri condemnatione aliaque grauissima indignatione feriendis.

## XXXXIIII (XXXXIII)

## ℞ DE GLADIATORIBVS PENITVS TOLLENDIS ℞

1 Imp. Constantinvs A. Maximo pp. Cruenta spectacula in otio ciuili et [Th. 15, 12, 1] domestica quiete non placent. quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. PP. Beryto k. Oct. Pavlino et Ivliano conss. a. 325

## XXXXV (XXXXIIII)

## ℞ DE VENATIONE FERARVM ℞

1 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Mavriano com. domesticorvm et [Th. 15, 11, 1] uices agenti mag. mil. Occidendorum leonum cunctis facimus potestatem neque aliquam sinimus quemquam calumniam formidare.

1 Bestias autem, quae [Th. 15, 11, 2 *'Ροπαί* 4, 1] ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas ciuitates retineri praecipimus: uiolatoribus eorum quinas libras auri fisci uiribus illaturis. D. xiii k. Ivn. Constantio et Constante vv. cc. conss. a. 414

*KIX*

---

[1] *c.* 5 *h. t.*

---

1 uendicetur *KIZ* 2 nec] neque *K* | ueniat *I* | unuersos *X* | custos *X* 3 ydrolafilacos $K^a$, ydrofilacos $K^b I^b X$, idrofilaco $I^a$, ydrophillocaos $Z^a$, ydrophillicaos $Z^b$ | custodie urbis *I* 4 maribus $I^a$ | felice $I^a$ | nostrae pietatis] nostro *X* 5 notatione *X* 6 euellantur *I*, habeantur $K^b$, habetur $K^a$ 7 quem] quidem $I^a$, quam *Z* | contingerit *K* 8 sotiatis $I^a$ 10 anast. a.] ant. *K*, a. *I* | sergio pp.] *Herrmann ad* 2, 7, 24. 5, 27, 6, seruo pp. *Contius*, suo (*postea* seruio) pp. *Cui.*, *om. KI* 11 aquam] aqua $I^a$ | fortibus $I^a$ | desid. preberi *I* 12 promulgata *I* | hanc etiam legem *K* 13 nemo uel] nemo *X* | ciu. uel] ciu. et *K* | sine] siue *X* 14 et *om.* $I^a$ 15 uel int. *om.* $I^a$, int. *om.* $I^b$ | permutatur *I* 16 uiolauerit $I^a$ | uiolare *IZ* | concesserit *I*, consenserint *Z* 17 aliaque gr. ind. *om.* $I^a$, aliaque *om.* $I^b$ 20 const.] ant. *K* | a. max. pp.] *Ambros.* 534 *inf. Th.*, *om. KI* 21 *s. a. Th.* 24 ueratione *K* 25 impp. ... aa.] imp. *KI* | mauriano ... 26 mil.] *Th.*, mauriano *Ambros.*, *om. KI* 26 aliqua $I^a$, aliquando *Th.* 27 quamquam *K*, quam $I^a$ | *'Ροπαί eo ducere uidentur, ut cum Th. a* § 1 *alteram legem incipiamus: citant enim secundum Cuiacium* βι. [ι]α' τοῦ κώδ. τί. με' διάτ. β': *sed liber a Zachariaeo adhibitus om.* διάτ. β' 28 ductibus $K^a$ 29 earum $K^a$ 30 *s. a. Th.* 15, 11, 1

## XXXXVI (XXXXV)
## ℞ DE MAIVMA ℞

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO PP. Clementiae nostrae placuit, ut maiumae prouincialibus laetitia reddatur, ita tamen ut seruetur honestas et uerecundia castis moribus perseueret. D. VII K. MAI. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. [Th. 15, 6, 1] a. 396

## XXXXVII (XXXXVI)
## ℞ VT ARMORVM VSVS INSCIO PRINCIPE INTERDICTVS SIT ℞

1 [1] IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD BVLEFORVM CONSVLAREM CAMPANIAE. Nulli prorsus nobis insciis atque inconsultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. D. III NON. OCT. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. [Th. 15, 15, 1] a. 364

## XXXXVIII (XXXXVII)
## ℞ DE AGRICOLIS CENSITIS VEL COLONIS ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD AEMILIANVM PP. Numquam rationibus uel colligendis frugibus insistens agricola ad extraordinaria onera trahatur, cum prouidentiae sit opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. LECTA VII ID. MAI. ROMAE IANVARINO ET IVSTO CONSS. [Th. 11, 16, 4 B 55, 1, 1] a. 328

2 IMP. CONSTANTIVS A. AD DVLCITIVM CONSVLAREM AEMILIAE. [Th. 13, 10, 3 B 55, 1 not. b] Si quis praedium uendere uoluerit uel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca
1 colonos priuata pactione non possit. Qui enim colonos utiles credunt, aut cum praediis eos tenere debent aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi praedium prodesse desperant. D. III K. MAI. MEDIOLANI CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS. a. 357

3 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FAVENTIVM VICARIVM ITALIAE. [Th. 11, 1, 12] Quisquis ex desertis agris ueluti uagos seruos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram terrae[2] professionem, ex qua uidelicet serui manere
1 uidentur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos obseruari uolumus, qui ex huiusmodi fundis seruos ad possessiones suas transire permiserint. D. PRID. K. AVG. MEDIOLANI VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

4 IDEM AA. AD MODESTVM PP. Ii, penes quos fundorum dominia [Th. 11, 1, 14 B 55, 1, 4] sunt, pro his colonis originalibus, quos in locis isdem censitos esse constabit, uel per se

*U* (48) *KIX* (*usque ad u.* 12)

---

[1] *iunge Th.* 9, 30, 2 [2] glebae *Th.*

---

2 maiuma uel ingressu *X* 3 impp. ... pp.] *Ambros.* 534 *inf. Th.*, imp. arc. *K*, imp. a. *I* 4 maiumae] *Z Th.*, mauma $K^a$, maiuma $K^b$, maiu *I*, maiumea *X* | redderetur *Th.* 5 *s. a. Th.* 8 ut annorum *X*, quorum *Th.* | utus inscisio *X* 10 impp. ... 11 campaniae] *Th.*, imp. ual. *KI* 11 inconsultibus q. annorum *X* 12 *s. a. Th.* 14 censitis] et c. *K* | uel] et *edd. cum B* 15 a. ad (d *U*) aem. pp.] *U Th.*, *om. KI* | sationibus *I*, περὶ λογισμούς *B* 16 fructibus *I* 17 *s. a. Th.* 19 imp. const. c. a. ad lutium consul. militie *U*, idem a. *I*, idem *K* 20 ad *om. U* 21 actione *UI* 22 eos *om. U* | tendere *U* | ipsi *om. U* | praedia *Th.* 23 *s. a. Th.* 24 imp. ualt. et gall. aa. ad fauentium prouinc. italie *U*, imp. ual. *KI* 25 agros $I^a$ | uaga $K^a$ 26 pensatationibus $U^a$ | ab int. t. professione *U* | uideantur manere *Th.* 27 obseruare *U* 28 fundi *U* | ad] ob $K^a$ | *s. a. Th.* 30 aa. ad mod. pp. (pp. *om. U*)] *U Th.*, aa. modesto pp. *Bononiensis*, idem a. *KI* | ii *om. Th.* 31 censos *Th.* | constabit] censuit *U* | per se] per actores uel per se $I^a$

uel per actores proprios recepta compulsionis sollicitudine implenda munia functionis
1 agnoscant. Sane quibus terrarum erit quantulacumque possessio, qui in suis conscripti
locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huius praecepti communione discernimus: eos enim conuenit propriae commissos mediocritati annonarias functiones sub solito
exactore cognoscere. D. K. MAI. CONSTANTINOPOLI GRATIANO A. ET DAGALAIFO CONSS.[1] a. 366

5 IDEM AA. AD ORICVM PRAESIDEM TRIPOLITANAE. Domini praediorum id quod terra praestat accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare non audent, nisi consuetudo praedii hoc exigat. a. 366

6 IDEM AA. AD GERMANIANVM PP. GALLIARVM. Omnes omnino fugitiuos [B 55, 1 not. c] adscripticios colonos uel inquilinos sine ullo sexus muneris condicionisque discrimine ad antiquos penates, ubi censiti atque educati natique sunt, prouinciis praesidentes redire compellant. a. 366

7 IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD MAXIMVM PP. Quemadmodum originarios [B 55, 1 not. c]
1 absque terra, ita rusticos censitosque seruos uendi omnifariam non licebit. Neque uero
commento fraudis id usurpet legis illusio, quod in originariis saepe actitatum est, ut parua
2 portione terrae emptori tradita omnis integri fundi cultura adimatur. Sed cum soliditas
fundorum uel certa portio ad unumquemque perueniat, tanti quoque serui et originarii
transeant, quanti apud superiores dominos et possessores uel in soliditate uel in parte
manserunt: et emptor pretium quod dederit amissum existimet, nihilo minus uenditori ad
3 repetendos seruos cum agnatione eorum uindicatione concessa. Et si aliqua denique ex
causa dissimulauerit legis usurpare beneficium atque iste sub hac taciturnitate decesserit,
et heredibus eius et contra heredes emptoris uindicationem damus longi temporis prae-
4 scriptione submota: mala fide namque possessorem esse nullus ambiget, qui aliquid contra
legum interdicta mercatur.

8 IDEM AAA. AD PROBVM PP. Omnes profugi in alieno latebras collocantes [B 55, 1, 7]
cum emolumentis tributariis, salua tamen moderatione, reuocentur, scilicet ut, si, apud
quos homines reperiuntur, alienos esse nouerant fugitiuos et profugis in lucrum suum usi
sunt, hoc est siue excoluerunt agros fructibus dominis profuturos siue aliqua ab isdem
sibi iniuncta nouauerunt[2] nec mercedem laboris debitam consecuti sunt, ab illis tributa
1 quae publicis perierunt functionibus exigantur. Ceterum si occultato eo profugi, quod

*UKI*

[1] Gratiano A. II et Probo conss. (= *a.* 371)? [2] nauauerunt?

1 sollicitudi *U* | fuctionis *I* 2 sane] domini sane $I^a$ | erit *om.* *U* | quantacumque *I* | quod *I* | conscriptis *K*, scriptis *U* 3 propri *U* | ab] ad *I* | praecepto *UK*$^a$? | decernimus *U*$I^a$ 4 proprioque *I* 5 cognoscem $I^a$ | *s. a. Th.* 6 idem a. *K*, i a. *I* | ad rotium praes. tripolitane *U*, ad oricum *Paris.* 4429 *om.* *KI* 8 exigant *U* 9 aa.] *U Cui.*, a. *KI*, aa. et grat. a. *Hal.* | ad germanum pp. galliarum *Bononiensis*, germanianum galiarum *U*, *om.* *KI* 10 asscriptoios $K^a$ | quilinos *U* | muneris] *edd.*, numeri *UKIX*, munerum *Regiomontanus* 11 ubi (*** $K^a$) censiti] subiciens *U* | ratique *U* 12 *Herrmann non recte subscriptionem ex* 10, 32, 29 *anni* 365 *petit, cum h. c. post k. Mai. a.* 366 *datam esse ex c.* 4 *h. t. constet* 13 aa. et grat. a.] aa. grat. *U*, a. *KI* | ad maximum pp.] *U Cui.*, *om.* *KI: Maximus dignitate omissa extat in* 6, 22, 7 (*a.* 371), *Maximinus pp.* (*Galliarum*) *in Th.* 9, 24, 3 (*a.* 374) 14 omnifaria *U* 15 id] ad *K* | originalibus *UX* 17 partio *U* | originarii] originaribus. i. (= id est) *U* 18 quanti ... 19 manserunt *om.* *U* | uel *om.* *I* | solitudine $K^a$ 19 existimet] *Contius*, existimet et *K*, estimet et *UIX* | ad repetendos uenditori *K*, uenditori *om.* $I^a$ 20 adnationem *U*, agnitione $I^b$, *inc.* $I^a$ | eorum indicatione concessa *U*, uendicatione (uenditione *K*) eorum concessa *KI*, eorum uendicationem concessam *X* | si aliqua] alii *U* 21 usurpet *U*, usurpate *X* | iste *om.* $I^aX$ 22 emptori *U* 23 esse] eum esse *K*$I^b$?, *om.* *X* | nullus *om.* $I^a$ | abiget *U*, *om.* $X^a$ | aliquid *om.* *U* 24 mereatur *U* 25 aa. ad probum pp. (pp. *om.* *U*) *U Cui.*, a. *KI* 26 ut] ait *U* | si] si illi *X*, *om.* *U* | homines apud quos *K* 27 quos] uos *U* | et profugis] ut pro suis *U* | lucrum suum usi] **um usisi $I^a$, lucrum usi $I^b$ 28 exoluerunt *U*, excoluerint *X* | dominos *U* 29 sibi iniuncta] **(in?)certa $I^a$, sibi incerta $I^b$, sibi *om.* *X* | nouerunt $K^bI^a$, nominauerunt *X* | debita *U* 30 publice *U* | functionibus] fructibus *U* | ceterorum $I^a$ | occultate eo profugii *U* | quod] pro *U*

alieni esse uidentur, quasi sui arbitrii ac liberi apud aliquem se collocauerunt aut exco-
lentes terras partem fructuum pro solo debitam dominis praestiterunt cetera proprio pecu-
lio reseruantes, uel quibuscumque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab
ipsis profugis quaecumque debentur exigantur: nam manifestum est priuatum iam esse con-
2 tractum. Si qui uero inter agricolas, ut solet, ex quibuscumque commerciis huiusmodi
hominibus inueniuntur esse debitores, coram partibus constitutis iudex ab obnoxiis quod
debetur exposcat.

9 [1]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POPVLVM. Immunitates specialiter datae et iugatio et capitatio libris publicis et ciuitatum ac prouinciarum encautariis sine aliqua probatione factae penes fruentes ereptae in functionem pristinam redeant. D. III NON. MART. MEDIOLANI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. [Th. 13, 10, 8 B 55, 1, 8] a. 383

10 [2]IDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PP. Cum antea per [Th. 13, 11, 2 B 55, 1 not. e]
singulos uiros, per binas uero mulieres capitis norma sit censa, nunc binis ac ternis uiris,
1 mulieribus autem quaternis unius[3] pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas[4]
tua huiusmodi census[5] per Comanensium et Ariarathensium Armeniae secundae, Amaseno-
rum Helenoponti et Diocaesarensium Cappadociae secundae urbes salubris et temperatae
peraequationis modum monumentis publicis iubebit adnecti. D. VI K. APRIL. CONSTANTI-
NOPOLI HONORIO ET EVODIO CONSS. a. 386

11 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD POPVLVM. Originarios colonos nullis priuilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excusari praecipimus, sed amputatis omnibus, quae aliquotiens per gratiam sunt elicita, domino uel fundo esse reddendos.

12 IDEM AA. FLORENTIO . . . Seruos uel tributarios uel inquilinos apud dominos uolumus
remanere. nam cum metu damni deterritus unusquisque eum quem incognitum habuerit
coeperit propulsare, uoluntas fugiendi seruis non erit: nemo enim dominum suum deserit
1 sciens nusquam sibi latendi locum esse derelictum. Sed aut cognitum sibi ingenuum unus-
quisque suscipiet, aut eum qui se liberum esse simulauerit a se submouebit metuens his
2 quae statuta sunt obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitiuis apud quemlibet
fuerit repertus, duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator, ipsi autem cuius
fuit praeter eundem fugitiuum alterum etiam eiusdem aestimationis inferre decernimus.

*UKI*

[1] *iunge* 10, 25, 1 [2] *iunge* 11, 58, 3 [3] *idem Th.*: *fuerit* onus [4] sublimis auctoritas *Th.*
[5] censibus *Th.*

2 functuum $K^a$ | domini $I^a$ 3 mercedis $I^a$, mercedes $I^b$ 4 ipsis] his *U* | profugiis *U* | est *om. U* 5 quis *U*, *inc.* $I^a$ | assolet *K* | ex] et *U* | quibusque *I* | huiusmodis *K* 6 hominis *X*, *om. U* | inuen. esse debitoris $I^a$, in uenditoris (—res $U^b$) *U* | coram partibus] coparationibus *I* | ab ... 7 exposcat *om. U* 8 imppp. ... aaa.] *Th. cum* 10, 25, 1, id. aa. *U*, idem a. *KI* | ad populum *om. KI* 9 et iug. (negatio *U*) et] iug. uel *Th.* | publicum *U*, *inc.* $I^a$ | ciuium *I* 10 encantariis *U*, encautieariis *K*, encariis $I^a$, encaturariis $I^b$ | erepta ... 11 redeat *Th.* | functionem pristinam] functione facte penes *K* 11 *s. a. Th.* 13 aaa. et arc. a.] a. et arch. *U*, a. arc. *K*, a. *I*, *deficit Th.* | cynegio pp.] *U*, *om. KI*, *deficit Th.* | ante *U* 14 uero *om. U* | morima *U* | mulieribus uiris *I*, uiris ... 15 quaternis *om. U* 15 unius] mulieribus $I^a$, mulieribus unius $I^b$ | pependi *U*, petendi $I^a$ 16 eomanensium *U*, conmagensium *Th.* | ariarathensium] *Cui. Th.*, anatanensium *U*, arietem suum *K*, a**atensium $I^a$, anriraatensium $I^b$ | secunde amesenorum (ansenorum *I*, amasenarum *X*) *KIX*, condemensenorum *U* 17 hellisponti *Th.* | et *om. U* | diocaesarensium] diocesarem siue $K^a$ | secande *U* | urbes] *X*, urbis *UKI Th.* | salubris *om. I* | temp. peraequ.] tempora temptationes *U* 18 modium *U* | iubebit publicis *K* | acnecti *I* | *s. a. Th.* 20 impp. ... populum] *U*, imp. arc. *KI* 21 cessus *U* | auctoritate] dignitate *U* 22 sint *U* | illicita $I^a$? 23 aa.] a. *KI* | florentio ual. *U*, flo. cō. (= comiti?) *Bononiensis*, florentiuo *Paris.* 4429 24 manere *X* | dampnati $K^a$ | detentus $I^a$, *deficit* $K^a$ | eum quem *om. U*, *deficit* $K^a$ 25 coeperit] a se cep. $I^bX$ | fugiendis $I^a$ | seruus $I^a$, serui *X* | enim *om. U* 26 nusquam] *edd.*, nuquam *U*, numquam *KIX* | locum sibi esse (*om.* latendi) *U*, sibi *ante* numquam *collocat X* | sed] sibi $I^a$, sed sibi $I^b$, *om. U* 28 quam $I^a$ | obnoxios *U* | quid $I^a$ | ergo *I* | fugitiuus *U* | quamlibet *I* 29 detentatoris *U* | autem ipsi $I^a$ 30 fuerit *KI^b* | propter *I* | eundem fugitiuum] cum de fugitiuis *U*

13 [1]Idem AA. Vincentio pp. Galliarvm. Definimus, ut inter inquilinos colonosue, quorum quantum ad originem pertinet uindicandam indiscreta eademque paene uidetur esse condicio, licet sit discrimen in nomine, suscepti liberi uel utroque uel neutro [B 55, 1 not. e]
1 parente censito statum paternae condicionis agnoscant. Illud etiam seruandum est, ut, si quando utriusque fundi idem dominus de possessione referta cultoribus ad eam colonos quae laborabat tenuitate transtulerit, idemque fundi ad diuersorum iura dominorum qualibet sorte transierint, maneat quidem facta translatio, sed ita, ut praedii eius dominus, a quo coloni probantur fuisse transducti, translatorum agnationem restituat. D. iii id. Ivn.[2] Stilichone et Avreliano conss. [B 55, 1 not. f] a. 400

14 [1]Idem AA. Vincentio pp. Galliarvm. Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugae uitio transeuntes necessitatem condicionis propriae declinare temptauerint, bonae fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri, tunc causam originis et proprietatis agitari. D. iiii id. Ivl. Mediolani[2] Stilichone et Avreliano conss. [Th. 4, 23, 1] a. 400

15 [3]Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Probo[4]. Colonos numquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris pulset intentio: quos ita glebis inhaerere praecipimus, ut ne puncto quidem temporis debeant amoueri. [ʽPoπαί 1, 10]

16 Idem AA. Palladio pp. Mulier, quae fuisse originaria docebitur, si cuiuscumque liberi hominis[5] secuta consortium in urbibus uel in quibuscumque locis uictura constitit[6], eius omnem subolem[7] secundum uetera constituta conueniet reuocari. D. vi k. Ivl. Ravennae Monaxio et Plinta conss. [Th. 5, 10, 1, 4 B 55, 1 not. f] a. 419

17 [8]Idem AA. Iohanni pp. Per colonum praeiudicium possessioni inuito uel inscio domino imponi non posse et iure et legum auctoritatibus decantatur. D.[9] id. Ivl. Ravennae Honorio xiii et Theodosio x AA. conss. [8, 15, 8 Th. 2, 30, 2] a. 422

18 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Basso pp. Colonos nulla ratione ad ullum quamuis humilioris militiae locum sinimus admitti: sed nec apparitores magisteriae potestatis censibus adscriptos probari concedimus[10], quia in hac parte et dominorum iuri et publicae consulimus honestati. [B 55, 1 not. f] a. 426

*UKI*

---

[1] *iunge c.* 13. 14 *h. t.* 11, 66, 6 *Th.* 12, 19, 1. 3 [2] d. iii k. Iul. Mediolani *leges iungendae* [3] *Herrmann iungit* 8, 16, 8. 11, 59, 13 (d. iii id. Iun. Constantinopoli Constante et Constantio conss. [*a.* 414]) [4] Probo comiti sacrarum largitionum 8, 16, 8 [5] ac sui iuris *ins. Th.* [6] si modo intra praefinitum tempus reposcitur *ins. Th.* [7] originem *Th.* [8] *iunge* 2, 13, 2. 4, 4, 1. 4, 26, 13. 12, 60, 4 [9] d. v *leges iungendae* [10] *comma* nec ... concedimus *isdem fere uerbis repetitur in* 12, 54, 3

---

1 aa.] a. *KI* | uinc. pp. gall.] *U, om. KI* | uti inter quilinos *U* 2 colonos *om. U* | quantum] quando *U* | indiscrete *K*, indiscreteque *U* | que *om. KI*ᵃ | paene] reponere *U* 3 uidentur *I*ᵃ | esse *om. I*ᵃ | utroque uel *om. U* | neutre parentes esse ostentatum paterne *U* 4 reseruandum *U* 5 est *om. U* | reperta *U*, refecta *I*ᵗ, repleta *I*ᵛ 6 laborat *UI*ᵇ*X* | tenuitatem *K*ᵃ | que *om. UI* | ad diuersorium *I*, addi ad diuersorum *U* 7 quamlibet *I* | forte *K*ᵃ, fronte *U*. fonte *I* | transierit maneant *I*ᵃ | praedicii *U* 8 a quo] et *U* | transducti fuisse *U*, fuisse transducta *K* | agnitione *U* | *s. a. Cui.* 9 iul. *Cui.* 1562 *secundum Herrmannum* 10 aa.] a. *KI* | uinc. pp. gall.] *Th.*, uicentio pp. *Bononiensis, om. UKI* | coloni quos] colonnos *I*ᵃ 11 necessitates *U*ᵃ 12 bona fide *U* | possessioni *I*ᵃ | prima *U* | oportet et *Th.* | refortione *U*ᵃ | tunc] *Th.*, et tunc *KIX*, *om. U* | causa *U* 13 et *om. K* | *s. a. Th.* 15 impp. h. et th. (theodosis *U*) aa. probo] *U Cui.*, imp. hon. *KI* | colonus nuquam *U* 16 uilius *U* | herere *I*ᵃ 17 ne] nec *K* | pucto *U*, pucto *I*ᵃ 18 aa.] a. *I, om. K* | palladio pp.] *U Th.*, paul. *K*, *om. I* | quae] qui *K* | originariam *I* 19 si cuiuscumque] sociusque *U* | liberi ... quibuscumque *om. U* 20 loci uictoria *U* | constiterit *KI*ᵇ, constituerit *I*ᵃ*?*, consistit *Th.* | eius *om. U* | conuenit *KI*ᵇ, *inc. I*ᵃ 22 aa.] a. *KI* | ioh. pp.] *Ambrosianus E* 28 *inf. cum l. gem.*, pp. *U*, *om. KI* | possessionis *KI*ᵃ 23 et *om. I*ᵃ | iuris *Th.* | decantatur] *l. gem. Th.*, declaratur *libri* | *s. a. l. gem. Th.* 25 *c.* 18. 19 *transponit Contius eo, ni fallor, inductus, quod c.* 19 *in B est* ιη', *cum non attenderit iam c.* 8. 9 *in B esse* ζ η': *c.* 19 *in* ʽPoπ. 40, 6 *sub numero* ιϑ' *citatur* | impp. ... aa. (aa. *om. U*)] imp. theod. *KI* | basso pp.] *U Cui.*ᵛ, probo pp. *Cui.*ᵗ, *om. KI* 26 ullam *U* | admittis *I*ᵃ 27 magistri *K* | potestatibus *I*ᵃ | quia] qui *U* | et dom.] dom. *I* 28 consulimus] cum suis *U* | onestatis *U*

19 *Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Α.*

Τῶν γεωργῶν οἱ μὲν ἐναπόγραφοί εἰσιν καὶ τὰ τούτων πεκούλια τοῖς [B 55, 1, 18 Ῥοπ. 40, 6] δεσπόταις ἀνήκει, οἱ δὲ χρόνῳ τῆς τριακονταετίας μισθωτοὶ γίνονται ἐλεύθεροι μένοντες μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν· καὶ οὗτοι δὲ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν καὶ τὸ τέλος παρέχειν. τοῦτο δὲ καὶ τῷ δεσπότῃ καὶ τοῖς γεωργοῖς λυσιτελές.

20 Imp. Ivstinianvs A. Demostheni pp. Litibus imponentes [B 55, 1 not. f BΣ 23, 3, 6] celeritatem sancimus, si quando coloni cuiuscumque condicionis contra dominos terrae declamauerint super hoc ipso dubitantes, utrum is terrae dominus est nec ne (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore uel longinqua et inueterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam, in quibus casibus n*e* contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis praescriptione uel redituum frequentissima consequentia colonorum impetus excludente): talem esse super redituum uel publicarum functionum praestatione formam censemus, ut, si tales coloni, quales supra diximus, idoneum fideiussorem totius summae quae ab his dependitur praestiterint, quod omnes reditus sine ulla procrastinatione, si melior causa dominorum iudicetur, eis restituent, et talis fideiussor per triennium accipiatur eoque impleto iterum renouetur, coloni in medio nullo modo super

1 reditibus a dominis inquietentur. Sin autem hoc coloni minime facere uoluerint [(B) (BΣ)] uel potuerint, tunc idem reditus per officium iudicis annui exigantur per solita tempora, in quae etiam dominis dependebantur, et deponantur in aede sacra, id est in cimeliarchio ciuitatis, sub qua possessio sita est, uel si localis ecclesia ad susceptionem pecuniarum idonea non sit, in metropolitana ecclesia, ut remaneant cum omni cautela et post plenissi-

2 mam definitionem uel dominis dentur uel colonis restituantur. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferuntur, uel in totum uel ex parte, interim per officium iudicis

3 fructus uendantur et pretia eorum secundum praedictum modum deponantur. Haec de reditibus definientes ad publicas transeamus functiones. et si quidem coloni more solito eas dependant, ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo praeiudicio dominis generando, qui et quiescentibus colonis et non contradicentibus ad publicum tributarias functiones

3a minime inferebant. Sin autem moris erat dominos totam summam accipere et ex ea partem quidem in publicas uertere functiones, partem autem in suos reditus habere, tunc, si quidem fideiussor a colonis detur, eundem fideiussorem dominis sine praeiudicio litis tantam summam inferre, quantam tributa publica faciunt, ut a dominis publicis rationibus persoluatur: nullo ex hoc colonis praeiudicio generando. super reditibus enim domini fideiussore fiant

4 contenti. Sin autem fideiussione cessante ad sequestrationem res ueniat et pecuniae deponantur, ex earum summa tantam iudices separare, quanta ad publicas sufficiat functiones,

*UKI: index c.* 19 *ex B restitutus est*

---

1 *inscriptio restituta est ex c.* 23 § 1 *h. t.* 2 *argumentum c.* 19 *in* Ῥοπ. 40, 6 *sic indicatur:* οἱ λ' ἔτη γεωργήσαντες συντελείτωσαν, κἂν μὴ ὦσιν ἐναπόγραφοι 3 μένοντες] *B* (*Cui.*), *om. Synopsis Γ* VI, 3 5 τοῖς δεσπόταις *Synopsis* | λυσιτελεῖ *Synopsis* 6 a. dem. pp.] *U, om. KI* | iitibus $I^a$ 8 declarauerint *U*, declamauerunt *X* | dominus terre *U* | ne] ne an ipsi coloni sue terre dominium possident $K^bX$ 9 redditum *U* 10 habet *U* | ne] nec *UKI*, non *X* 11 relinquatur *K* | frequentissima ... 12 redituum *om. U* | consequentia] $K^bI^bX$, susceptio consequenti• $K^a$, susceptione consequenter $I^a$ 12 uel *om.* $I^a$ 13 censemus] esse cens. *K* 14 totis summa aeque ab *U* | deprehenderit $I^a$ | quod] quidem *I* 15 iudicatur *U* | eis] et eis $I^a$ | restituunt *U* 16 accipiat usque ea impletos *U* | remouetur *X* | colono medio *U* 17 hoc *om. UK* 18 poterint *U* 19 quae] quem *U* | etiam *om. X* | dominus *U* | deprehendebantur $I^a$ | et *om. U* | deponatur *K* | edem $UI^a$ | sacram *U*, sacrosancta *KI*, in aede sacra *om. X* | similiarchio *U*, cimiliarchio *KI*. chimiliarchio *X* 20 sita est] $I^bX$, sit $UI^a$, sita sit *K* | ad] a $I^a$ 21 metropolita *U* | ut *om. K* 23 specibus *U* | infertur $I^bX$ | interim] $K^vX^b$, iterum $UK^tIX^a$ 24 pretium *U* | secundum] sed *U* 25 reddibus *U* | ad] et ad *X* | transferamus funct. *U*, funct. deueniamus (uen. $X^b$) *X* | et *om. U* 26 easdem *I* | dependebant $I^bX$ | ipsum man. in pristinam consuetudinem nullo praeiudici domino gerando *U* 27 qui (quod *I*, quoniam *X*) et quiescentibus] quiecentibus *U* | colonis et non contradic. *om. U*, *fortasse et* $I^a$ | tabularias *U* 28 dominis *U* | parte *U* 29 partes *I* | suum redditum *I* | si *om. U* 30 domini *UI* 31 quanta *UX* | facit ad omnes plublicis *U* 32 praeiudicium *U* | dominii $I^a$ | fiant *om. U* 33 fideiiussore *I* | censante *U* | res] reus *U*, *om.* $X^a$ | ueniant 34 ex] et ex $UI^bX$ | eadem $KI^b$ | tantum *U* tanta $I^a$ | iudicis $UK^a$ | quantum *X* ciant $UI^a$

et eam disponere dominum accipere, quatenus ipse eam persoluens publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, quae in reditus puros remanet, in tuto collocanda et litis ter-
5 minum expectante: Nullo praeiudicio siue colonis siue dominis ex huiusmodi fideiussione uel sequestratione uel publicarum functionum solutione generando: sed omni causa in suspenso manente, donec iudicialis sententia, quae de toto negotio procedit, omnem rem aperiat et ostendat, quis dominus terrae constitutus est et ad quem publicarum functionum securitas debet in posterum fieri, seu reditus uel peruenire uel permanere. RECITATA SEPTIMO IN NOVO CONSISTORIO PALATII IVSTINIANI. D.[1] DECIO VC. CONS. a. 529

21 IDEM A. AD SENATVM. Ne diutius dubitetur, si quis ex adscripticia et [B 55, 1 not. f]
seruo uel adscripticio et ancilla fuisset editus, cuius status sit, uel quae peior fortuna sit, utrumne adscripticia an seruilis, sancimus ea quidem, quae in anterioribus legibus cauta sunt pro tali progenie, quae ex mulieribus adscripticiis et uiris liberis progenita sit, in suo
1 statu relinqui, et[2] sit adscripticia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem uel ex seruo et adscripticia, uel ancilla et adscripticio fuerit editus, matris suae uentrem sequatur et talis sit condicionis, qualis et genetrix fuit, siue ancilla siue adscripticia: quod hactenus in liberis tantum et seruis obseruabatur. quae etenim differentia inter seruos et adscripticios intellegetur, cum uterque in domini sui positus est potestate, et possit seruum cum peculio manumittere et adscripticium cum terra suo dominio expellere?[3] a. 530

22 IDEM A. IVLIANO PP. Cum scimus nostro iure nullum praeiudicium gene- [B 55, 1 not. f]
rari cuidam circa condicionem neque ex confessionibus neque ex scriptura, nisi etiam ex aliis argumentis aliquid accesserit incrementum, sancimus solam conductionem uel aliam quamcumque scripturam ad hoc minime sufficere nec adscripticiam condicionem cuidam inferre, sed debere huiusmodi scripturae aliquid aduenire adiutorium, quatenus uel ex
1 publici census adscriptione uel ex aliis legitimis modis talis scriptura adiuuetur. Melius etenim est in huiusmodi difficultatibus ex pluribus capitulis condiciones ostendi et non solis confessionibus neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunam.
2 Sin autem et scriptura et post scripturam confessio seu depositio, sine ui et necessitate tamen, interuenerit (quid enim, si etiam conductionale instrumentum uel aliam chartulam,

*UKI*

[1] III k. Nou. *ins.* [2] ut? [3] D. XI k. Aug. Constantinopoli Lampadio et Oreste uu. cc. conss. *suppl.*

1 eam] ea $I^a$?, *om. U* | ipse] ipse accipere ipse *U* | accipiant $I^a$*X*, *om. U* | securitatem *K* 2 permanet *K*, permaneant $I^a$, permaneat $I^b$, remaneat *X* | in tutos $K^a$, inuito $I^a$ | collocandas $K^a$, collocando *I* 3 expectantes *U*$K^a I^a$ | dominis siue colonis *K*$I^b$, dominis colonis siue $I^a$ 4 omni] **minium $K^a$ 5 iudicialis] *X*, iudiciali *UKI* 6 dominis $I^a$ | ad quem ... 7 posterum *om. U*, ad *om.* $I^a$ 7 red. uel] red. *K* | permanere uel peruenire *I*, perueni uel permanere *U* | *s. a. U Hal.* 8 septies *Hal.* | d. ... cons. *om. U* | d.] d. IX kal. octob. chalcedone *suppl. Cui. ex* 4, 21, 19, *quam propter principium coniungendam esse putauit, cf. Cuiacii Notae ad h. l.* 9 a. ad sen.] *U*, a. *I*, *om. K* | si quis ex (ab *I*)] quis *U* 10 adscripticio] asscriptitia *U* | quae peior] quae rei $K^a I^b$, rei *U*, *** $I^a$ | forma *U* 11 ne *om. K* | seruilisi $I^a$ | quae in *om. U* | interemptionibus $I^a$ 12 uiris *post* sit *collocat* $I^a$ | progenita] gen*** $I^a$ 13 relinqui et si $I^a$, relinque se *U* | ascriptitias $I^a$ | prole *U*$I^a$ | copulatione procreatione procreata *U* | uel ex] ex $I^a$ 14 uel] *U*, uel ex *K*, uel ab *IX* | abscriptitia $U^a$ | fuerit *om. U* | matris ... 15 condicionis *om. U* | matri s. ueterem $I^a$ 15 conditionis sit *I* | et *om. UX* | genitrix *libri* 16 in lib. tamen et seru. *U*, in lib. et seru. tantum *K*, tantum in lib. et seru. *X*, et seru. *om.* $I^a$ | enim *I* 17 et *om.* *U*$I^a$ | intelligantur $I^a$ | potestate] uoluntate *UX* 18 seruum] et s. *X* | peculio] pec. uel (et *X*) sine eo *K*$I^b$*X* | et] et possit *U* | asscriptium *U* | domino] $I^a$?*X* 19 iul. pp.] *U*, *om. KI* | nostro iure nullum pr. generari] *Hafniensis*, nostro iuri nullo pr. negari *U*, nostra iura nullum (nullam $I^a$?, nolle *X*) pr. generare *KIX* 21 aliquod *KX* | accessit *U*$I^a$ | scimus *K*, *om. X* | conductionem] *Hugolinus Cui. cum B:* κἂν ἐμισθώσατο ὡς ἐναπόγραφος, conditionem *UKI*, *om. X* | uel *om.* $I^a$ 23 adiutorii aduenire *K*$I^b$, adiutorium aduere $I^a$ | uel *om.* $I^a$ 24 publicis *U* | adscriptionem *U*$I^a$ 25 est enim *U* | facultatibus $I^a$ | ex pluribus] et plurimis *X* | conditionem *I* 26 solum *K* | detiorem *K* 27 sin ... scripturam *om. U* | autem et] *X*, autem est *KI* | sine ui et] si eueniet *U* | necessitatem *U* 28 tamen] tantum *UK*, *inc.* $I^a$ | interuerit *K*, interueniente *U* | conductionale] *Cui. cum B:* τὴν μίσθωσιν ἐβεβαίωσεν ἑκὼν διὰ καταθέσεως ἢ ἐμφανείας, conditionale *UKI*, condictionale *X* | alia cartula *I*

in qua subscripsit, intimauit et inter acta deposuit sese colonum fuisse adscripticium?), tunc ex utroque genere obligationis, id est tam scripturae quam confessionis uel depositionis,
3 (1) talem eum esse credendum, qualem et scripsit et inter acta deposuit. Illud ⌈Pott. 40, 7 quoque non ineleganter dubitabatur, si coloni filius per triginta annorum curricula uel forsitan quadraginta seu ampliora, adhuc uiuente patre et agriculturam peragente, ipse in libera conuersatione morabatur, et dominus terrae, quia per patrem ei satisfiebat, non etiam eius praesentiam exigebat, an post obitum patris, uel postquam inutilis is forte existat et ruri non idoneus, potest excusari filius, longinqua libertate abutendo et quod per multos annos neque agrum coluit neque aliquid colonarii operis celebrauit, cum non possit dominus
4 incusari propter suam desidiam, cui per patrem eius omne quod uoluerat accedebat. In omnibus itaque huiuscemodi speciebus satis acerbum nobis uidetur domino praeiudicari colonorum absentia eorum, qui in rure nati et postea absentes per suos uel patres uel fratres uel cognatos agriculturam peragebant. cum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat, non uidetur neque peregrinari neque in libertate
5 morari. Maneat itaque domino ius inconcussum, et donec eius uel antiquitas uel posteritas uel cognatio in agrum remanet, ipse uideatur ibi resedisse. D. x k. . . .[1] Constantinopoli post consvlatvm Lampadii et Orestis vv. cc. a. 531

23 Idem A. Iohanni pp. Cum satis inhumanum est terram quae ab initio adscripticios habebat suis quodammodo membris defraudari et colonos in aliis terris demorantes dominos terrae maximis damnis adficere, censemus, quemadmodum in curialium condicione nemo ex temporali cursu liberatur, ita nec adscripticiae condicioni suppositus ex annalibus curriculis, quantacumque emanauerint, uel quacumque prolixa negotiatione aliquis sibi uindicet libertatem: sed remaneat adscripticius et inhaereat terrae. et si se celauerit uel separare conatus fuerit, secundum exemplum serui fugitiui sese diutinis insidiis furari intellegatur et sit suppositus una cum subole sua, etsi in alia terra eam fecerit, huiusmodi fortunae et
1 capitali illationi, nulla liberatione ei penitus competente. Cum autem Anastasiana lex[2] homines qui per triginta annos colonaria detenti sunt condicione uoluit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare, et ex hoc quaerebatur, si etiam liberi eorum cuiuscumque sexus, licet non triginta annos fecerint in fundis uel uicis, deberent colonariae esse condicionis an tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos huiusmodi condicioni illigatus est: sancimus liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum praefatam legem liberos et nulla deteriore condicione praegrauari, non autem habere licentiam relicto suo rure in aliud migrare, sed semper terrae
2 inhaereant, quam semel colendam patres eorum susceperunt. Caueant autem possessionum domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innouationem uel uiolentiam eis inferre. si enim hoc approbatum fuerit et per iudicem pronuntiatum, ipse prouinciae

*U* (*om. c.* 23) *KIX* (*ad c.* 23)

---

[1] Mart.? [2] *c.* 19 *h. t.*

---

1 intimauit] et int. $UI^b$ | fuisse] fuisse et *U* 2 tam] tam ex (ēx $U^a$) *U* 3 et scripsit] scripsit $I^aX$ 4 colonus $I^a$ 5 quadr.] per quadr. *K* | seu *om.* $I^a$, *inc.* $K^a$ | peragentem *U* 6 contione $I^a$, conditione $I^b$ | partem *U* | eius ei satisfiebat *K*, ei'sfiebat *U* 7 etiam *om.* $I^a$ | eius] eis *U* | inutilis is forte] *X*, utilis forte *U*, is inutilis forte $KI^b$, is *****te $I^a$ 8 et ruri *om.* *U* | idoneo *U* | filius *om.* *I* | abutendo] habita *U* 10 suam *om.* *I* | partem *U* | quod uol. omne *I* | uoluerit *U* 11 que] in *U* | huiusmodi spec. *X*, spec. huiusmodi *I*, huius spec. $K^a$ | nobis uid.] *UX*, esse uid. nobis *KI* 12 absentiam $I^aX$ | eorum *om.* *KIX* | patrem *U* 14 per] qui $K^a$ | cognitionem *I* | nationem ... peregri *bis* *K* | permanebat *U* | neque peregr.] *U*, abesse neque peregr. *K*, neque abesse neque peregr. *IX* | neque in] neque neque in $I^a$ 15 et] est et $I^a$ | uel ant.] ant. *K* 16 agro *KX* | remaneat $I^a$ | ipse] et ipse *U* | ibi] ibi sibi $U^a$, sibi $I^a$? | *s. a. K Cui.* | d. *om.* *K* 17 orestis] opt. *K* 18 idem a.] imp. iust. *KI* | ioh. pp.] *Ambros. E* 28 *inf.*, *om.* *KI* 19 alienis t. commorantes *X* 20 maximos $I^a$ 22 quanticumque em. $I^aZ$ | aliquam $K^a$ | sibi] sui $I^a$ 24 diutius $K^aI^bZ$, diutinus *X* 26 illatione $KI^a?X$ | liberalitate *X* | anastasia *X* 27 condicione *om.* $I^a$ | quidem liberos *X* 30 debere *K*, debent $IX^t$ | colonorie $I^a$ | an] aut *X* 31 saccimus *I* | esse *post* 32 liberos *collocat I* 33 non autem] et non *K*, *deficit* $I^a$ 34 colendam] *edd.*, col. esse libri 35 sunt om. I 36 prouitie I

moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnimodo prouideat et laesionem, si qua
subsecuta est, eis resarcire et ueterem consuetudinem in reditibus praestandis eis obser-
uare: nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum ubi commorantur relinquere.
3 Et hoc tam in ipsis colonis quam in subole eorum qualiscumque sexus uel aetatis san-
cimus, ut et ipsa semel in fundo nata remaneat in possessione sub isdem modis isdemque
4 (2) condicionibus, sub quibus etiam genitores eius manere in alienis fundis definiuimus. Nemini
autem liceat uel adscripticium uel colonum alienum scienti prudentique in suum ius susci-
5 pere. Sed et si bona fide eum susceperit, postea autem reppererit eum alienum esse con-
stitutum, admonente domino uel ipsius adscripticii uel terrae et hoc faciente per se uel
per procuratorem suum hunc restituere cum omni peculio et subole sua: et si hoc facere
supersederit, omnis quidem temporis, quo apud eum remoratus est, publicas functiones siue
terrenas siue animales pro eo inferre compelletur cura et prouisione tam eminentissimae
praefecturae quam praesidis prouinciae: coartetur autem et sic ad restitutionem eius secun-
dum ueteres constitutiones et poenas eis insertas. a. 531-
24 [1]Idem A. Hermogeni magistro officiorvm. Si qui adscripticiae condicionis consti-
tuti mulieres liberas quacumque mente aut quacumque machinatione siue scientibus dominis
siue ignorantibus sibi uxores coniunxerunt uel postea coniunxerint, in sua libertate per-
manere tam eas quam prolem quae ex eis cognoscitur procreata sancimus: illo procul dubio
obseruando, ut, si ex libero marito et adscripticia uxore partus fuerit editus, is maternae
1 condicionis maculam, non paternam sequatur libertatem. Sed ne adscripticii putent 7, 24, 1
sibi impunitum esse tale conamen, quod maxime uerendum est, ne liberarum mulierum
nuptiis ab his excogitatis paulatim huiusmodi hominum condicio decrescat, sancimus, si
quid tale fuerit ab adscripticio perpetratum, liberam habere potestatem dominum eius siue
per se siue per praesidem prouinciae talem hominem castigatione moderata[2] corrigere et
abstrahere a tali muliere. quod si neglexerit, sciat in suum damnum huiusmodi desidiam
reuersuram.

## XXXXVIIII (XXXXVIII)

## ℞ DE CAPITATIONE CIVIVM CENSIBVS EXIMENDA ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad Evsebivm v. p. praesidem Lyciae et Pam- Th. 13, 10, 2
phyliae. Plebs urbana, sicut in Orientalibus quoque prouinciis obseruatur, minime in
censibus pro capitatione sua conueniatur, sed iuxta hanc iussionem nostram immunis
habeatur. D. k. Ivn. Constantino A. iii et Licinio iii conss. a. 313

*U* (48, 24: *inde a. u.* 19 marito *pleraque incerta sunt*) *KIX*

---

[1] *iungendae uidentur* 1, 3, 53. 5, 17, 11. 9, 13, 1 (d. xv k. Dec. Constantinopoli dn. Iustiniano pp. A. iii cons. = *a.* 533) [2] competenti *l. gem.*

---

1 uideat *K*, prouiderat $I^a$ | et] e *X* 2 uererem *K* | obseruari *K* 3 tunc] tantum $I^a$ | commorantur] idem morantur *K*, ubi comoratur *I* 4 qualis *om.* $I^a$ 5 et] in *I* | remaneant $I^a$, permaneat $I^b$ | possessionem *I* 6 sub quibus] super q. *X* | etiam] in *X* | eorum *X* 7 que prudenti *X* | ius] $KI^bZ$, rus *X*, iussu $I^a$ 8 suscepit $IX^a$ | autem] ut *X* | reperierit $K^a$, reperit *IX* 9 ipsis *X* | per se] uel per se *X* 10 per proc.] proc. $I^a$ | et sub.] suo ex sob. *X* | hec $I^a$ 11 quod *KI* | rememoratus *KZ* 12 annales $KZ^t$ | conetur $I^a$ 13 prouinciae *om.* $I^a$ | aut *X* | et *om.* $KI^aX$ | restitutione *I* 14 uentes $I^a$ | constit.] leges const. $K^a$ 15 idem aa. ermogeni. pp. magistro officiorum *U*, *om.* *KI* | quis $UK^aI^a$ | ascriptiue *X* 16 mulieris $I^a$ | quascumque mente *U* | aut *om.* *X* | quacumque *om.* *U* 17 uxore *U*, uxorem *K* | coniunxerunt uel postea *om.* *Hafniensis, inc.* $I^a$ 18 eis] his $I^b$, hiis *X*, *deficit* $I^a$ 20 macula $I^a$ | non] *UX*, et non *KI* | ne] nec $UI^a$ 21 sibi *om.* $I^a$ | ne] neue $I^a$ 22 excogitatis ab his *I* | si *om.* *X* 23 scriptitio *I* | liberam habere (hanc *I*)] liberare ••• *U* | dominium *K* | siue per se *om.* *K*, siue *om.* *I*, *deficit U* 25 quod] qui *K* | neglexit *K* | dampnum suum *X* | insidiam *X* 28 *rubricam om.* *X* | exhimbenda *I* 29 a. ad … pamphyliae] *Th.*, a. ad euseb. *Londin.*, ad eusebium prefectum urbis *Accursius*, *om.* *KI* 32 habeantur $I^a$ | *s. a. Th.*

## (L) XXXXVIIII

## ℞ IN QVIBVS CAVSIS COLONI CENSITI DOMINOS ACCVSARE POSSVNT ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad Maximvm vic. Orientis. Quisquis colonus plus a domino
exigitur, quam ante consueuerat et quam in anterioribus temporibus exactus est, adeat
iudicem, cuius primum poterit habere praesentiam, et facinus comprobet, ut ille, qui con-
uincitur amplius postulare, quam accipere consueuerat, hoc facere in posterum prohibeatur,
prius reddito quod superexactione perpetrata noscitur extorsisse. PP. id.
2 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Nebridio comiti Asiae. Coloni censibus dum-
taxat adscripti, sicuti ab his liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciunt, ita his,
quibus annuis functionibus et debito condicionis obnoxii sunt, paene est ut quadam serui-
1 tute dediti uideantur. Quo minus est ferendum, ut eos audeant lite pulsare, a quibus ipsos
2 utpote a dominis una cum possessionibus distrahi posse dubium non est. Quam de cetero
licentiam submouemus, ne quis audeat domini in iudicio nomen lacessere, et cuius ipsi
3 sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant. Cum enim saepissime decretum sit, ne quid de
peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino praedii aut uendere aut alio modo alie-
nare liceret, quemadmodum contra eius personam aequo poterit consistere iure, quem nec
propria quidem leges sui iuris habere uoluerunt et adquirendi tantum, non etiam trans-
4 ferendi potestate permissa, domino et adquirere et habere uoluerunt? Sed ut in causis
ciuilibus huiusmodi hominum generi aduersus dominos uel patronos et aditum inter-
cludimus et uocem negamus exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facul-
tatem eis super hoc interpellandi praebuerunt, ita in criminum accusatione quae publica
est non adimitur eis propter suam suorumque iniuriam experiendi licentia.

## LI (L)

## ℞ DE COLONIS PALAESTINIS ℞

1 [1]Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. Cynegio pp. Cum per alias prouincias, quae subiacent nostrae serenitatis imperio, lex a maioribus constituta colonos quodam aeternitatis iure detineat, ita ut illis non liceat ex his locis quorum fructu releuantur abscedere nec ea deserere quae semel colenda susceperunt, neque id Palaestinae prouinciae possessoribus suffragetur, sancimus, ut etiam per Palaestinas nullus omnino

*KIX*

---

[1] *iungendae uidentur* 11, 59, 7 *et quae ibi laudantur*

---

2 causis] c. plus *I* | censiti] ċapiti (capit. $K^b$) censiti $K^b X$ 3 possint *I?* 4 a. ... orientis] *Cui.*, a. ad max. uic. *Londin.*, *om.* *KI* 5 alterioribus $I^a$ | exactum *IZ* 6 comprebet *I* 7 postulasse *X* 8 dinoscitur *X* | *s. a. Londin.*, *ubi est* pp. id'e 9 impp. ... aa.] impr. ar. et hon. *Londin.*, imp. arc. *KI* | nebridio (neb'o *Lond.*) com. asiae] *Londin.* *Contius*, ad nebridium uicarium asiae *lex Rom. Burg* 14, *om.* *KI*: *cf.* *Th.* 11, 30, 56 (*a.* 396) Nebridio proconsuli Asiae | coloni *om.* $I^a$ 10 ascriptitii *X* | itaque $I^a$ 11 quandam *Z*, quantum *X* | debiti seruit. *XZ*, seruit. alii dediti *I* 12 quo (*sic Z*, quod *KIX*) minus est (est *om.* $I^a$)] *alias* quomodo est ergo *Accursius* | audeant eos *X* 13 possionibus *I* | non dubium *XZ* 14 in iudicio domini *K*, in *om.* $I^a$ | et *om.* *X* 15 eiusdem] et eius de *X* | esse *om.* *X* 16 aliquo modo *Z*, modo aliquo *I* 17 licere $I^a$ | contra *om.* *X* | persona *X* | aequo] de quo *K* | iure consistere *XZ* | quam $K^a I$, que *X* 18 legis *X* | iuris sui *XZ* | uoluerunt] *Z*, uoluerint *KI*, uoluerit *X* 19 uoluerint *I* | ut *om.* $I^a$ 20 uel] et *KI* 21 et uocem neg. *om.* *X* 22 eis] eius *I* 23 sua suorumque iniuria *X* | licentiam $I^a Z^a$ 25 palastinis *I* 26 imppp. ... pp.] *Cui.*, imp. ual. et th. cin. *Londin.*, imp. ual. *KI* 28 quosdam $I^a$ | detineant *I* | fructui *I* 29 de se querere $I^a$ | susceperint $I^a$, susceperant $I^b$ palastine *K* 30 possessionibus $I^a Z^a$ palastinam *K*, palestinam *Z*

colonorum suo iure uelut uagus ac liber exsultet, sed exemplo aliarum prouinciarum ita domino fundi teneatur, ut sine poena suscipientis non possit abscedere: addito eo, ut possessionis domino reuocandi eius plena tributatur auctoritas.

## LII (LI)

## ℞ DE COLONIS THRACENSIBVS ℞

1 Impp. Theodosivs Arcadivs et *Honorivs AAA.* Rvfino pp. Per uniuersam dioecesim Thraciarum sublato in perpetuum humanae capitationis censu iugatio tantum terrena
1 soluatur. Et ne forte colonis tributariae sortis nexibus absolutis uagandi et quo libuerit recedendi facultas permissa uideatur, ipsi quidem originario iure teneantur, et licet condicione uideantur ingenui, serui tamen terrae ipsius cui nati sunt aestimentur nec recedendi quo uelint aut permutandi loca habeant facultatem, sed possessor eorum iure utatur et patroni
2 sollicitudine et domini potestate. Si quis uero alienum colonum suscipiendum retinendumue crediderit, duas auri libras ei cogatur exsoluere, cuius agros transfuga cultore uacuauerit, ita ut eundem cum omni peculio suo et agnatione restituat.

## LIII (LII)

## ℞ DE COLONIS ILLYRICIANIS ℞

1 Imppp. Valentinianvs Valens et Gratianvs AAA. ad Probvm pp. Colonos inquilinosque per Illyricum uicinasque regiones abeundi rure, in quo eos originis agnationisque
1 merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. Inseruiant terris non tributario nexu, sed nomine et titulo colonorum, ita ut, si abscesserint ad aliumue transierint, reuocati uinculis poenisque subd*a*ntur, maneatque eos poena, qui alienum et [6, 3, 13 mut. incognitum recipiendum esse duxerint, tam in redhibitione operarum et damni, [(6, 3, 13) quod locis quae deseruerant factum est, quam multae, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus: ita ut etiam dominus fundi, in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coercitionem subire cogatur nec sit ignorantiae locus, cum ad criminis rationem
2 solum illud sufficiat, quod incognitum sibi tenuit. Seruum etiam in memoratis regionibus si quis receperit, ignorationis excusatione sublata quadrupli poena teneatur, operarum
3 praeterea compendiis damnisque praestitis. In libertis etiam, quos pari usurpatione susceperit, is modus sit, quem circa liberos duximus colonos retinendum. D. iii id. Ivl. Gratiano A. ii et Probo conss. a. 371

*KIX*

---

1 suo] suorum *I* | rure $K^b$ | uagus] in aguis *I* | ac] et *K*, aut *Z* 2 fudi *I* | ut] si *X* 5 de colonis trahensibus et de colonis illiriacis *X* (*cf. ad u.* 16) 6 impp. th. et arc. aa. rufino pp. *Ambros.* 534 *inf.*, impr. th. et arch. rupho *Londin.*, imp. th. *KI* 7 trachiarum *K* | subiugatio $KI^b$ | tantum] tamen *IZ* 8 licuerit $K^aI^aZ$ 9 recendendi *K*, reddendi *I* | ipsis $I^a$ | et *om.* $I^aXZ$ 10 terre tamen *X* 11 eorum] in eorum *X* 13 auri *om.* *I* | culture *I* | uacauerit *X* 14 ut *om.* *I* | pec. suo] periculo $I^a$ 16 *rubricam om.* *IX* (*cf. ad u.* 5) 17 imppp. ... pp.] *l. gem.*, imp. ual. a. ad probum *Londin.*, imp. ual. *KI* 18 per] qui per *I* | agnationisue (agnit. $I^a$) *IXZ* 19 merito] commoratorio *X* 20 abscesserit *I* | ad alium transierintue $I^a$, et ad alium trans. *Z* 21 subdentur *libri* | que *om.* *X* | eos poena] in eos poena $I^aZ$, poena in eum *X* 22 duxerit *X* | dampnii *K* 23 quae *om.* *X* | deseruatur *K*, deseruantur $I^a$, deseruierant *X* | auctorita *K* 24 collocamur *X* | dominis *KI* 25 cohercionem *libri* 26 memoratas *K* 27 excusatione] excusationi te $I^a$ | quadruplici *X* 28 in *om.* $I^a$ | suscepit *KX?* 29 is *om.* *X* | quem] qui $I^a$ | colonos duximus *XZ* | *s. a. l. gem.*

# LIIII (LIII)

## ℞ VT NEMO AD SVVM PATROCINIVM SVSCIPIAT VICOS VEL RVSTICANOS EORVM ℞

1 [1]Impp. Leo et Anthemivs AA. Nicostrato pp. Orientis. Si quis post [B 56, 13, 1] hanc nostri numinis sanctionem in fraudem circumscriptionemque publicae functionis ad patrocinium cuiuscumque confugerit, id, quod huius rei gratia geritur sub praetextu donationis uel uenditionis seu conductionis aut cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus, qui talia instrumenta perficere ausi fuerint, bonorum proscriptione plectendis, qui tamen scientes ausi fuerint huiusmodi instrumenta conscribere: uicis etiam
1 uel possessionibus ad patrocinia confugientium publico uindicandis. Eae autem personae, quae contra publicam commoditatem in clientelam suam suscepisse collatores detectae fuerint, nobiliores quidem centum librarum auri condemnationem subire cogentur, mediocris uero fortunae facultatum suarum amissione plectentur: eadem poena multandis etiam his, qui intercedentes ministerium suum huiusmodi nefariis actibus improba mente praebuerint.
2 Quam formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio a diuae memoriae Marciano promulgata[2] continet, id est in Thracica quidem dioecesi abhinc annis triginta[3], hoc est a consulatu Aet*ii* iterum *et* Sigisbuldi[4], in Orientali uero et Aegyptiaca et Pontica et Asiana dioecesi uiginti octo, hoc est a consulatu Cyri[5] ualere atque exsecutioni mandari praecipimus. D. k. Sept. Anthemio A. ii cons.[6] a. 468

2 Μηδεὶς κωμήταις προστασίαν ὑπισχνείσθω μηδὲ δεχέσθω γεωργοὺς ἐπὶ τούτῳ ὑπόσχεσιν [B 56, 13, 2] προσόδων ἢ ἕτερον κέρδος λαμβάνων. εἰ δέ τις παραβαίη ταῦτα, καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπιτιμίοις
1 ὑποπεσεῖται καὶ ἑτέρᾳ μείζονι πειρασθήσεται κινήσει. Πρὸς τούτοις καὶ οἱ κωμῆται, εἰ μὲν δοῦλοι εἶεν, τοῖς δεσπόταις ἀποδοθήσονται σωφρονισθέντες, εἰ δὲ ἐλεύθεροι, κʹ λίτρας προστιμῶνται καὶ τύπτονται μετὰ δέκα τῶν πρωτευόντων τῆς κώμης καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται, ἐν ᾧ γνώμῃ πάντων ἐστασίασαν.

*KIX: indicem* 54, 2 *ex B restituit Cuiacius, pr. extat in Synopsi Π* 34, 11

---

[1] *iunge* 10, 19, 8. 11, 56, 1 [2] *non extat* [3] duobus *ins.* [4] *a.* 437 [5] *a.* 441 [6] *in* $K^b$ (*saec. XIII*) *X edd. sequitur haec constitutio:* Imp. Iustinianus A. Si cuiuslibet tributarius iunxerit sibi tributariam uxorem, uel e contrario si cuiuslibet ancilla seruo se iunxerit alieno, tam tributarii quam serui filios matrum sequi condicionem earumque more genitricum suarum dominis subditos (subiectas *X*) esse censemus. *Hugolinus, cui ea constitutio prima huius tituli est, adnotat eam in Martini libro non extare: omittitur etiam in glossa Accursii et in plerisque libris quos adii, et probabiliter non huius Codicis est, sed aliunde addita, inscriptione ut in aliis huiusmodi additamentis conficta: argumentum sane non huic sed titulo* 48 *conuenit. quod Herrmannus suspicatus est eam epitomen esse Nouellae* 54, *id Hugolinum Nouellarum epitomatorem ſugere potuisse uerisimile non est*

---

2 accipiat *KZ* | uicos u. r. (risticiarios *X*) eorum] *IX*, colonos uel rusticos (rusticanos *Z*) *KZ*, τοὺς ἐν κώμῃ οἰκοῦντας ἢ τοὺς ἀγροίκους αὐτῶν *B* 4 impp. ... pp. or. (or. *om. Cont.*)] *Contius Cui.*, imp. leo *KI* 5 nominis *KI* 6 cuiusc.] cui. conditionis *I* | fugerit *K* | huius] ius *K* | don. uel *om.* $I^a$ 7 seu] uel *I* | conditionis $I^a$ | habet *K*, hanc *X* 9 etiam *om.* $I^aX$ 10 uel] ac *K* | confugentium *I*, confugientibus *K*, confugentibus *X*: τῆς κώμης τῆς τοῦτο ποιούσης δημευομένης *B* | eae] hoc *X* 11 quae] aut que $I^a$ | conctra $I^a$ | tutelam *I* | collatores *om.* $I^a$ | fuerit $I^a$ 12 auri libr. *I* | condempnatione *X* 13 eademque $KI^b$ 14 intercedentis $K^a$ | artibus *Hal.* | prebuerunt $I^a$, probauerint *X* 15 diuine *X* 16 commulgata *X* | tracia *K*, tertia *I* | quidem *bis* $I^a$ | diocessis $K^a$, diocesim $I^a$, diosesi xx *X* | hoc est *om. X* 17 aetii it. (ii *Hal.*) et] *Hal.*, et iterum a (a *om. IXZ*) *libri* | sigibundi *K*, sigisbundi *I* | orientalis *I* | pontifica $I^a$ 18 xxuiiii *K* | curi *I*, curi et $K^a$, curet $K^b$ | mandare *I* 19 *s. a. Contius* 22 πειραθήσεται *Cui.* | κωμῆται] *Fabrot.*, κώμητες *Cui.* 23 σωφρονισθέντες ... προστιμῶνται *om. Cui.* 1562 24 τύπτωνται *Cui.* 25 ἐστασίασαν] *edd.*, ἐγασίασαν *Cui.*, *qui uertit* dummodo scientibus omnibus secesserint

# LV (LIIII)

## ℞ VT RVSTICANI AD NVLLVM OBSEQVIVM DEVOCENTVR ℞

1 Exemplvm sacrarvm litterarvm Diocletiani et Maximiani AA. ad Charisivm. Ne quis ex rusticana plebe, quae extra muros posita capitationem suam detulit et annonam congruam praestat, ad ullum aliud obsequium deuocetur neque a rationali nostro mularum fiscalium uel equorum ministerium subire cogatur. Sine die et consvle.

2 Impp. Valentinianvs et Valens AA. ad Probvm pp. Illyrici. Si qui [Th. 11, 11, 1] eorum, qui prouinciarum rectoribus obsequuntur quique in diuersis agunt officiis principatus et qui sub quocumque praetextu muneris publici possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequii quasi mancipio sui iuris imponant aut seruum eius uel forte bouem in usus proprios necessitatesque conuerterint, ablatis omnibus facultatibus perpetuo subiugentur exilio[1], et nihilo minus rusticanum, qui se in eiusdem operas sponte propria detulisse responderit, par poenae seueritudo constringat. D. prid. k. Oct. Agrippinae Valentiniano et Valente AA. conss. a. 368

# LVI (LV)

## ℞ NON LICERE METROCOMIAE HABITATORIBVS LOCA SVA AD EXTRANEVM TRANSFERRE ℞

1 [2]Impp. Leo et Anthemivs AA. Nicostrato pp. In illis, quae metrocomiae [B 55, 5, 1] communi uocabulo nuncupantur, hoc adiciendum necessario nostra putauit humanitas, ut nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur: sed si quis ex isdem uicanis loca sui iuris alienare uoluerit, non licere ei nisi ad habitatorem adscriptum eidem metrocomiae per qualemcumque contractum terrarum suarum dominium possessionemque transferre: sciente persona extranea, quod, si contra uetitum se huic negotio immiscere uel illic possidere temptauerit, quicumque contractus initus fuerit, carebit effectu et contractu soluto, si quid praestitum est, hoc tantum reddetur. D. k. Sept. Anthemio A. ii cons. a. 468

*KIX*

---

[1] ultimo subiug. exitio *Th.* [2] *iunge* 10, 19, 8. 11, 54, 1

---

2 ne rust. ad ullum *I* | rusticani] iustitia *X* 4 exemplum sacr. (sacr. *om. Cui.*) ... charisium (clarissium *Ambr.*, carissium *Duac.*)] *Ambros. D* 534 *inf. Duacensis Cui.*, epistula (—lo *K*) diocl. *KI*: *de Charisio cf.* 9, 41, 3 5 detulerit *Z* 6 ad ullum (nullum $XI^a$) *bis* $I^a$ | alium $I^a$ | mulierum *X* 7 eorum *X* | *s. a. Harleianus* 5117 *Duacensis Contius* | consule] cc. *Harl.*, ccc. et cetera *Duac.* 8 impp. ... illyr. (illyr. *om. Ambr.*)] *Ambros. Th.*, imp. ual. ad probum pf. ulliri *Vatic.* 1435, imp. ual. *KI* 9 quis $K^aI^a$ | prouintialium $I^a$ | quique] et qui *X* | principatus offitiis *I* 10 muneribus publicis $I^a$ 11 cuiuspiam *K*, cupiam $I^a$ | imponunt *X*, imponat *Th.* | eius *om.* $I^a$ 12 forsitan *Th.* | boues $KI^a$, fbouem $X^a$ | necessitatemque *X* | conuerterit $I^b$ *Th.*, conuertitur $I^a$? 13 subiungentur *I*, subiugetur *Th.* | eiusdem] eius $I^a$ | opera *IX* 14 responderit] $K^b$ *Th.*, disponderit $K^a$, desponderit *IX* | *s. a. Th.* 17 metrocomiae (—conie *K*) hab.] *KZ*, hab. metr. *IX* 18 extraneos *X* | transferre] eum tr. $K^a$ 19 impp. ... pp.] *Russardus*, imp. leo *KI* | uillis $I^a$ 20 nuncunpantur *I* 21 illic *om. IX* | uicariis $K^bX$, conuineis *I* 22 alienaret *K*, *bis I* 23 per qua locumque *X* | dominium *K* 25 quodcumque *X* | initus *om.* $I^a$ | effectum $I^a$ 26 reddatur *I* | *s. a. Contius*

## LVII (LVI)

## ℞ VT NVLLVS EX VICANIS PRO ALIENIS DEBITIS VICANORVM TENEATVR ℞

1 Imp. Zeno A. . . . . . Graue est et non solum legibus, uerum etiam aequitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. idcirco huiusmodi iniquitates contra omnes uicanos perpetrari modis omnibus prohibemus.

## LVIII (LVII)

## ℞ DE CENSIBVS ET CENSITORIBVS ET PERAEQVATORIBVS ET INSPECTORIBVS ℞

1 [1] Imp. Constantinvs A. ad popvlvm. Quoniam tabularii ciui- | Th. 13, 10, 1 Epitome 15, 17 | tatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt, iubemus, ut, quisquis se grauatum probauerit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. PP. xv k. Febr. Romae Constantino A. iii et Licinio iii conss. a. 313

2 Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. | Th. 13, 11, 1 B 56, 14 not. c | Evtropio pp. Quisquis uitem[2] succiderit aut feracium ramorum fetus hebetauerit, quo declinet fidem censuum et mentiatur callide paupertatis ingenium, mox detectus competenti indignationi subiciatur[3].
1 Illo uidelicet euitante calumniam, qui forte detegitur laborasse pro copia ac reparandis agrorum fetibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse. D. prid. non. Ivn. Constantinopoli Evcherio et Syagrio conss. a. 381

3 [4] Idem AAA. Cynegio pp. Si peraequatore misso aliquis aut procuratorem | Th. 13, 11, 3 | suum retraxerit aut colonum per contumaciam retractationis fugauerit[5], ad eum censuum modum, quem uel eo uel procuratore illius absente peraequator apposuerit, nostrae sanctionis auctoritate tenebitur. D. vi k. April. Constantinopoli Honorio np. et Evodio conss. a. 386

4 Imppp. Theodosivs Arcadivs et Honorivs AAA. Rvfino pp. Omne | Th. 13, 11, 4 | territorium censeatur, quotiens defectorum leuamen exposcitur, ut sterilia atque ieiuna his quae culta uel opima sunt compensentur[6]. D. iii non. April. Constantinopoli Theodosio A. iii et Abvndantio conss. a. 393

5 Idem AAA. Rvfino pp. Qui grauatos *se* a | Th. 13, 11, 5 'Ρωπ. 24 not. 80 Epitome 15, 18 | peraequatoribus conqueruntur[7] et iniusto oneri impares esse proclamant, competitionis

*KIX*

---

[1] *iunge Th.* 10, 10, 1 [2] si quis sacrilega uitem falce *Th.* [3] capitale subibit exitium *Th.* [4] *iunge* 11, 48, 10 [5] ad contumaciam retr. armauerit *Th.* [6] ut squalida atque ieiuna inculta atque opima compensent *Th.* [7] conquesti sunt *Th.*

---

2 nullis $K^a$, nulli $K^b$ | uicariis *X* | deb. uic. (uicariorum *K*)] *KZ*, uic. (uicariorum *X*) deb. *IX* 3 teneantur *X*, molestentur *K* 4 a. *om. KI* | et *om. IX* 5 alios debitis *IX* | contra] circa *edd.* 6 uicarios $KIXZ^b$ | inhibemus *X* 8 *rubr. om. X* | et cens.] cens. *I* | perequiuatoribus *I* 10 a. (a. *om. Vatic.*) ad pop.] *Vatic.* 1435 *Th., om. KI* | tabularii] tributarii $I^t$ 12 se] per se $I^a$ | suam tamen *K*, tantum (tamen $I^a$) suam *I* | *s. a. Th.* 14 im. grat. eutropio (*emend. ex* eutropia) pp. *Vatic.* 1435, imp. grat. *KI* 15 succederit uitem *X* | fraetus $I^a$ | hebetauerit] *Th.*, uetauerit $KI^bX$, uetuerit $I^a$, ἐκκόπτῃ *B* (*Cui.*) *cum summa Th. Vaticana ad h. l.* amputauit 16 mentuntur $I^a$?, uinciatur *X* | callidum *X* | detentus $K^a$ 17 indignatione *IX* | euitantem $I^a$, uitante *Th.* | qui] quem $I^aX$ | 18 ac] at *X* | preparanrandis *K* | stilitatem *X* | impiam $I^a$ | procreasse *X* 19 *s. a. Th.* 20 idem ... pp.] *Th.*, idem a. *I*, idem *K* | perequitat. emisso $I^a$, perequatorem misso *X* 21 colonorum *IX* | retractionis *KI* 22 que $I^a$ | illius] eius *X* 23 *s. a. Th.* 25 im. tehod. rufino pf. *Vatic.* 1435, imp. th. *K*, imp. a. *I* | omnem $I^a$ 26 quotiens] tabulis p. quotiens $I^a$ | ieiuna] $K^b$, ieiunia *IX*, uel hec exna ieiuna $K^a$ | hiis *K* 27 optima $I^tX$ | *s. a. Th.* 29 idem ... pp.] *Th.*, idem ruphyno *Paris.* 4429, idem a. *KI* | se] *Th.*, esse *KI*, *om.* X | 30 iniustos $I^a$, iniuncto X | honere KI | compensationis *I*, conquerendi X

habeant facultatem, ut, quid remissum gratia, quid interceptum fuerit fraude, conuincant et
ex eo leuamen accipiant, quod per deformia et criminosa commercia sibi impositum esse
1 deplorant, ut aliis demeretur. Quod intra annum post codicum oblationem[1] *cui* uidebitur
de iniusto onere conqueratur, iniquitatem peraequatoris accuset ac praestitam gratiam
habita competitione conuincat, ut, quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat, quem debitae
2 function*i* fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur,
exceptis[2] minoribus qui fuerint indefensi, his etiam qui aberunt rei publicae causa: qui
tamen ex eo tempore quae sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habuerunt[3] facultatem. D. III K. DEC. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

6 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVSEBIO PP. Peraequatores | Th. 13, 11, 8 B 56, 14, 6 |
ac discussores[4], si incurrerint culpam neglegentiae uel gratiae, non solum honorum iacturam, uerum etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt: ea uero, quae in damnum prouincialium fuerint accepisse conuicti, in quadruplum cogentur exsoluere. D. IIII K. APRIL. MEDIOLANI ARCADIO *IIII* ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

7 [5]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SEBASTIO | Th. 13, 11, 16 Ροπ. 17, 6. 19. 17 B 56, 14, 7 |
COMITI PRIMI ORDINIS. [6]Apud eum possessio firma permaneat, cui a peraequatore semel
1 eam traditam fuisse constiterit. Reliqua uero temporis anteacti a nouo domino fiscum
2 postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis uero
priuatus aut obligatam sibi possessionem, quae deserta *huc* usque permansit, aut ex aliquo
titulo deberi sibi iure confirmat, adlegationes suas sine mora uel per se uel per aliam
personam legibus ordinatam manifestare[7] debebit, ita ut, si aequitatis ratione suadente ad
petitorem fuerit translata possessio, is, qui eam a peraequatore susceperit, rei melioratae
3 receptis subleuetur expensis. Verum ne sub specie litis dominationes semel constitutae
turbentur, sex[8] mensum spatium censemus debere seruari, intra quod is, qui putat sibi rem
4 probabili ratione competere, debitas exserat actiones. Quod si tempus adscriptum silentio
5 fuerit interueniente transactum, nullum penitus repetendi uolumus esse principium. Quod
si quis eo tempore, quo peraequator praedium alicui addicit, de suo iure uel per se uel per
homines suos non crediderit actitandum, sex[8] mensum curriculis euolutis in perpetuum
conquiescat. D. PRID. ID. MART. RAVENNAE HONORIO *A.* XI ET CONSTANTIO II CONSS. a. 417

*KIX*

---

[1] quod ... oblationem] sed in eo tempus placuit definiri, ne plures frustra litibus premerentur, si nullis intercepta metis actio tolleretur. quare cum fuerint traditi codices, intra annum *Th.* [2] sequestratis *Th.* [3] habere potuerint *Th.* [4] quorum nobis data sunt nomina *ins. Th.* [5] *iunge* 11, 59, 15 *Th.* 13, 6, 9. 13, 11, 15. 17 [6] competitionis obreptione seclusa *praemittit Th.* [7] apud spectabilitatem tuam publicare *Th.* [8] duorum *Th.*

---

1 habuerint *K*, habeat *I* | ut] et *X* | fraude fuerit *K* | conuincatur *X* 2 ex *bis* $I^a$ 3 dementur *I* | cui] *Th.*, quid $Z^a$, quod $KI^aZ^b$, quo $I^bX$ 4 iniquit.] etiam iquit. *K* 5 conditionepetitione $I^a$ | fuerat ei *X*, ei fuerat ei $I^a$ 6 functioni] *Th.*, functionis *libri* | subtraxerit *X* | emerso $K^a$ | tempore eo *I*, eo *om.* $K^a$ 7 fuerunt *I* | indensi $I^a$ | aberunt] *Z Th.*, abierunt *X*, abfuerunt $K^bI^b$, haberunt $I^a$, *inc.* $K^a$ | causa rei publ. *Th.* 8 quae] quo *K* | custodierint *K*, custodiet *X* | habuit $I^b$, habent *Z* 9 *s. a. Th.* | theod.] dn. theod. *Th.* 10 imp. ach. eusebeio pp. *Vatic.* 1435, imp. arc. *KI* 11 incurrerunt *I* 13 fuerit *I* | conuincti $K^aI^a$ | exsoluere cog. *KI* | *s. a. Th.* 14 IIII *om. Th.* 15 impp. ... aa.] imp. hon. *KI* | sabastiano com. primi ordinis *Vatic.* 1435, *om. KI* 16 peraequatoribus *K*, perequationem $I^a$ 17 consterit *I* | a *om.* $I^a$ | noua $K^a$ | dominio $I^a$ 18 non *om. K* 19 huc] *Th.*, *om. libri* 20 debere *X* | mora uel] m. siue *I* 21 si] si quis $I^a$ 23 susceptis *X*, si*ceptis $I^a$ | dominationes] *Hafniensis*, donationes $KI^bX$, donationis $I^a$, dominationis *Th.* 24 mensium *libri* | seruari *om. X* | is] hiis *X* | putant rem sibi *I* 25 exerceat *X* | silentio ... 26 transactum *om.* $K^a$ 26 fuerat *I* 27 eo] ex *X* | alicuu $X^a$ | uel *om. X* | per se] ipse per se *K* 28 mensium *libri* | euolutus $I^a$ 29 *s. a. Th.* | a. *om. Th.*

# LVIIII (LVIII)

## ℞ DE OMNI AGRO DESERTO ET QVANDO STERILES FERTILIBVS IMPONVNTVR ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. CAPESTRINO. Cum diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri et pro his fundis, qui inuenire dominos non potuerunt quos praeceperamus, earundem possessionum triennii immunitate percepta de[1] sollemnibus satisfacere, seruato hoc tenore praecipimus, ut, si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus et territoriis diuidantur. ACCEPTA . . . . . .

2 [2]IDEM A.[3] Si quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore priuati [Th. 11, 1, 4] iuris quippiam comparauerit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueuerat, et succisis quasi quarundam uirium neruis reliqua labuntur, earum possessionum onera subiturus est, quae penes distractores inutiles permanebunt. D. VIII ID. DEC. THESSALONICAE FELICIANO ET TITIANO CONSS. a. 337

3 [4]IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PP. Quicumque [Th. 5, 13, 14 mutila] deserta praedia meruerint sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quam uel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis uel fundis patrimonii sui maxime utilibus obligatis idonea cautione firmauerunt susceptam a se possessionem nullo detrimento publico relinquendam[5]. D. VII K. IVN.[6] DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

4 IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD CRESCENTEM VICARIVM AFRICAE. Heredes [Th. 11, 1, 17] scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere, uel si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex isdem bonis quocumque titulo et iure perceperint. D. IIII ID. IVL. CONTIONACI GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

5 IMPPP. VALENS GRATIANVS *ET VALENTINIANVS AAA.* AD ANTONIVM PP. Qui utilia rei publicae loca possident, permixtione facta etiam deserta suscipiant, ut, si earum partium grauentur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui utraque hac condicione retineant, ut praestatione salua cum desertis et culta possideant sublata a paucis, quos iniquum est electa retinere, cum municipes grauatura sit pars relicta.

6 [7]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEBRIDIO COM. [Th. 10, 3, 4] R. P. Vt quisque conductor fuerit inuentus possessor fundi, qui ex publico uel templorum

*KIX*

---

[1] de] dein (*Mommsen*)? [2] *fortasse iungenda est* 4, 46, 3 [3] imp. Constantius A. *Th.* [4] *iunge Th.* 12, 12, 3 [5] *in Th. haec extant:* [fund]orum obligatione securitatis publicae firmauerunt cautionem, susceptos scilicet semel fundos post emensa inmunita[ti]s spatia inconuulsa a se uectigalium pensione retinendos [6] d. III k. Iun. Serdicae *Th.* 12, 12, 3 [7] *fortasse iungenda est* 11, 71, 2

---

2 omni] communi *I* 3 fertibibus *K* 4 const. *libri* | a. (a. *om. Vatic.*) capestrino] *Vatic.* 1435, a. campesti *Cui.*, *om. KI* | ciuitatum] cui tantum *K* 6 potuerunt non $K^a$ | preparamus $I^a$, preciperamus *X* | unitate precepta $K^a$ 7 consterit *I* 8 eas *X* | possessionibus] possessiones $I^a$ 9 accepta] $I^b$, *om.* $KI^aX$ 10 quid *K* | ephyteoticario *I*, emphyteuticariis *Th.* | possessione *I* 11 quispiam *KX* | comparauit *X* | substentari consueuerant *K* 12 reliquam lababuntur *Th.* | possessione *K* 13 distractorem $KI^bX$ | inutiles] inopem (inuti inopem $K^b$) inutiles $K^bI^bX$, *inc.* $K^a$ | *s. a. Th.: in Vatic.* 1435 *extant* ui. id. f. felici 15 impp. ... pp.] *Cui.*, imp. ual. ad mamertinum *Vatic.* 1435, imp. ual. *KI* 16 predia deserta *K* | meruerunt $KI^a$ | cepta *X* | imperatorum *I* 17 sinuantur $K^a$ | quam uel] quam $KI^a$ | fidemiussoribus *K*, fideiussionibus *I* 18 utilitatibus $I^a$ | obligatus *I* | firmauerint $KI^bX$ | a se *om.* $I^a$ 19 relinquandam *K* | *s. a. Th.* 21 idem aa. et grat. a.] *Hal.*, idem a. *I*, idem *K* | ad ... africae] *Th.*, ad crescentium *Paris.* 4429, *om. KI* 22 etiam] et *X* 23 putant $I^a$ | hominibus *X* | et iure] iure $I^a$, iurique $K^a$, iureque $K^b$ 24 perceperunt *X* | *s. a. Th.* 25 impp. ualens et gratianus aa. anthemio pp. *Cui.*, imp. ual. ad atonium *Vatic.* 1435, imp. ual. *KI* | rei] a rei *I* 26 deserta etiam *X* | eorum $I^aK^bZ$ 27 ante *X* | relinquerunt *I* | cedantur $I^a$ 28 hac *om.* $I^aZ^b$ | etiam cultas *K* 29 cum] cu *K* 30 imppp. ... 31 r. p.] *Th.*, imp. gratis nebridilo *Vatic.* 1435, imp. const. 31 ut quisque] quisquis K, ut si quis $I^b$

1 iure descendit, huic[1] ager iungatur inutilior. Quod si contra id reluctandum existimauerit,
alius possessor sub eadem praestatione quaeratur, uel si uoluntarius qui sit conductor non
inuenietur, tunc ad possessores antiquos, id est decuriones uel quoslibet alios, loca iuris
praedicti adiunctis inutilibus reuertantur[2], idoneis fideiussoribus praestitis. D. XV K. FEBR.
CONSTANTINOPOLI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

7 [3]IDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PP. Quicumque defectum fundum [Th. 5, 13, 30]
patrimonialem exercuerit[4], fertilem idoneumque praestiterit, saluo patrimoniali canone per-
petuo ac priuato iure defend*at* uelut domesticum et auita successione quaesitum, sibi habeat,
suis relinquat, neque eum aut promulgatione rescripti aut reuerentia sacrae adnotationis
1 quisquam a fructu impensi operis excludat. Ceterum eos, qui opimas ac fertiles possident[5]
terras aut etiam nunc sibi aestimant eligendas, pro defecta scilicet portione summam debiti
praesentis iubemus implere: illos etiam, qui emphyteuticario nomine nec ad plenum idoneas
nec omnibus modis uacuas detinent, sic ex illis quoque quae praesidio indigent iustam ac
debitam quantitatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio post biennium decretum
2 canonem soluendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti et potestatis obiectione
submoueatur, quominus ad diacatochiae uicem defectas possessiones patrimonialis iuris
accipiat, earum tributa et canonem soluturus: illud speciali obseruatione procurans, ut
primum uicinas et in eodem territorio sortiatur, dehinc si neque finitimas neque in isdem
locis reppererit constitutas, tunc demum etiam longius positas, sed in quantum fieri ualet
pro interiecto spatio sibimet cohaerentes pro modo et aequitate suscipiat, ut id[6] consensu
omnium fiat, quod omnibus profuturum est. D. VIII K. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO
NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

8 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO [Th. 5, 15, 12 'Pott. 25, 17]
PP. ORIENTIS. Qui agros domino cessante desertos uel longe positos uel in finitimis ad
priuatum pariter publicumque compendium excolere festinat, uoluntati suae nostrum nouerit
adesse responsum: ita tamen, ut, si uacanti ac destituto solo nouus cultor insederit, ac
uetus dominus intra biennium eadem ad suum ius uoluerit reuocare, restitutis primitus [(Th.)]
quae expensa constiterit facultatem loci proprii consequatur. nam si biennii fuerit tempus
emensum, omni possessionis et dominii carebit iure qui siluit. a. 388–

9 IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PP. ORIENTIS. [Th. 5, 13, 34]
Qui fundos patrimoniales iure priuato saluo canone susceperunt, hanc omnes sine ullius
exceptione personae propositam intellegant optionem, ut aut ea loca, quibus minor est soli

*KO* (*incipit* 20 suscipiat) *I X* (*usque ad u.* 20)

---

[1] cum augmento oblato *ins. Th.* [2] sine adiectione tertia *ins. Th.* [3] *iunge* 11, 51, 1? 11, 63, 4? 11, 64, 1? 11, 64, 2. 11, 68, 5 [4] instruxerit *ins. Th.* [5] retinent *Th.* [6] id *om. Th.*

---

1 iure] uitre *I* | hui $I^a$ | iung. (iniung. *X*) inut.] *XZ Th.*, inut. iung. *K*, utilior iungatur (—antur $I^a$) *I* | quod si] quo nisi $I^a$? 2 eadem] ea $I^a$ | qui sit] quis *Th.* 3 inueniatur *KI* | ad] a $K^a$ | iuri *X* 4 predicto $I^a$?*X* | inutil. adiunctis *I* | praebitis *Th.* | *s. a. Th.* 6 idem ... pp.] *Cui.*, idem et arch. *I*, imp. ant. *K* | desertum *I* 8 defendat] *Th.*, defendat et *Hal.*, defendatur *IX*, defendatur et *K* | auita] *X*, habita *KI Th.* | sibi succ. ques. *X* | quaesitum] qu*si eum $I^a$ 9 rescriptis $K^a$, proscripti *Th.* 10 a *om. I* | impense *I* | optimas $I^a$ | ferilos *X* 11 existimant *K*, extimant *I*, exstiment *X*, aestimat *Th.* | defecti $K^a$, deserta *I* 12 illos] eos *Th.* | ephyteoticario *I*, emphiotecario *X* | nomine] iure *X* 13 omnimodis *Th.* | uacuas] suas $K^a$, sua******s $I^a$, suas quas *X* | destinent *X* | quae *om. X* | ac] hanc $I^a$ 14 quatitatem *I* 15 meminerit *K* | menti $I^a$ | et] ac *K* 16 submoueat *X Th.* | diatochie $K^b$*I* | patrimoniales $I^a$ 17 earum] $Z^b$ *Th.*, eorum *KIXZ*$^a$ | obseruantiam *Th.* 18 dehuic *K* 19 reperit *K* | longius etiam *X* 20 interieccio *X* | suscipiat] *Z Th.*, suscipiant $K^b$, suscipiantur $K^a$*OI* | consensum $I^a$ 21 *s. a. Th.* 23 imppp. ... 24 pp.] *Cui.*, idem aa. tatiano pp. *Th.*, im. ual. ticianoi *Vatic.* 1435, imp. ual. a. (a: *om. KI*) *KOI* | orientis] *Th.*, *om. KOI* 24 cessante] cenciente *O* | in finitimos $I^a$, finitimos *KO* 25 uoluntatis *K* | nouerit nostrum *O* 26 esse $O^a$ | ut *om. O* 27 intra *om. O* 28 qua $K^a$ | facultate *O*, facultates *I* 29 omnis *KX* 30 imppp. ... aaa.] *Cui.*, idem aaa. *Th.*, imp. th. a. *O*, imp. arc. *K*, imp. a. *I* | rufino pp. or.] *Th.*, rufino pp. *Vatic.* 1435, *om. KOI* 31 hanc\|o hanc $I^a$ 32 proposita *Th.* | oppinionem *I* | ut *om.* $I^a$ | aut *om. O* | soli] proli *Th.*

fecunditas, cum his, ex quibus fructus uberes capiunt, suscipere et tenere non abnuant,
aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus cedant. D. VIII ID. NOV. TYRO[1] ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSS. a. 394

10 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Qui per potentiam [Th. 13, 11, 9]
fundos opimos ac fertiles occuparunt, cum quaestuosis uberibusque pro rata portione suscipiant infecundos ex eadem substantia[2]. D. NON. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO
A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

11 IDEM AA. HADRIANO PP. Locorum domini intra sex menses edictis uocati [Pon. 19, 18]
reuertantur. qui si adfuerint, et propria teneant et ea quae ex praeterito contraxerint
1 debita redhibere cogantur. Sin uero impares esse earum rerum tributis propria confitentur
absentia nec adesse uoluerint, penes eos, qui haec susceperint et certum quem tributorum
canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat, ut, postquam ea exsoluerint, sciant sibi inquietudinem submouendam nec subreptione cuiusquam competitionis
2 loca quae tenuerunt auferenda. Quibus etiam illud indulsimus, ut ex eo tempore, ex quo
primum loca de quibus agitur coeperint possidere, tributa poscantur. D. VI K. SEPT.
STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

12 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SELEVCO PP. Hac definitione sancimus [Th. 11, 1, 31]
nullum possessorem neque munificum praedium pro alienis debitis uel destitutione esse
retinendum[3] neque eorum praediorum depectione[4] praegrauari, quae ex isdem bonis quae
retinentur[5] nequaquam esse monstrantur, ne ullis praestigiis atque commentis exactio mutiletur. D. PRID. K. FEBR. RAVENNAE HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

13 [6]IDEM AA. AD PROBVM[7]. Omnium praediorum actores ac domini requirantur. quorum
si uitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est, ut debeat dominium commutari.
D. III ID. IVN. CONSTANTINOPOLI CONSTANTE ET CONSTANTIO CONSS. a. 414

14 IDEM AA. AVRELIANO PP. Rura[8] et possessiones, quas curiales quolibet [Th. 11, 24, 6, 5]
pacto publicatis apud acta prouincialia desideriis suis uel reliquerunt uel possidere alios
permiserunt, penes eos, qui eas excoluerunt et functiones publicas recognoscunt, firmiter
perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi. D. III. NON. DEC. HONORIO X
ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

15 [9]IDEM AA. SEBASTIO COMITI PRIMI ORDINIS. Si quis deserta prae- [Th. 6, 2, 19 mut.]
dia, quae naualem sustinent functionem et in desertis nunc[10] usque remanent[11],

*KOI*

---

[1] metropoli *ins. Th.* [2] ex eadem substantia *om. Th.* [3] detinendum *Th.* [4] defectione (*Cuiacius*)? [5] retinent *Th.* [6] *iunge* 8, 16, 8. 11, 48, 15? [7] com. sacrarum largitionum *addit* 8, 16, 8 [8] arurae *Th.* [9] *iunge* 11, 58, 7 *Th.* 13, 6, 9. 13, 11, 15. 17 [10] huc *Th.* [11] iacuerunt *Th.?*

---

2 aut] ac $I^a$ | refugerint *I uel* $I^b$, refugium *Th.* | stetelitatem $K^a$, sterilitates *O* | opinioribus $OI^a$, opinionibus $K^a$ | *s. a. Th. Cui.* 4 im. arc. eutichiano pp. *Vatic.* 1435, imp. ar. *OI*, idem a. *K* | inpotentiam *Th.* 5 opimos] *X Th.*, optimos *KOI* | occuparum· *O*, occupauerunt *I* | que *om. O* 6 *s. a. Th.* 8 idem ... pp.] *Ambrosianus E* 28 *inf.*, idem a. *KOI* | menses *om. O* | reuocati $I^a$ 9 reuertantur] reuocamtur *O* | teneantur $I^a$ | contradixerint $K^a$, contraxerunt *OX*, *otaxerint $I^a$ 10 debita *om. O* | confitetur $OI^b$ 11 eos] hos *IX* | et *om.* $I^a$ | certum quem] quam incertum *I*, qui uere incertum *X* 12 ea] eam $I^a$ | persoluerint $O^b$, persomaneatluerint $O^a$ 13 sciat sibi inquietudine *O* 14 auferendam $I^a$ 15 ceperit *KI* | *s. a. Cui.* 17 imp. hon. seleutio *Vatic.* 1435, imp. hon. *KOI* | diffinitionem $K^aO$ 18 neque] atque *O* | destitutionibus *K* 19 eorundem *I* | depectione] $K^b$ *Th.*, despeccione $OI^t$, depetione $I^v$, de petitione $K^a$ 20 mostrantur *O* | ne] *X Th.*, nec *KOI* 21 *s. a. Th.* | VIIII] VIII *Th.* 22 aa.] a. *OI*, *om. K* | ad probum] *Paris.* 4429, probo *K*, *om. OI* 23 si uitio] seruitio *O* 24 *s. a. Cui.* 25 idem ... pp. (pp. *om. Cont.*)] *Contius Th.*, idem aurelio (*emend. ex* aureolio) *Paris.* 4429, idem a. r. *I*, id. a. *O*, idem *K* | rura] quam *I*, iura $Z^v$ | qua cur. qualibet *O* 26 publicatos $K^a$, publicanis *O* | prouintialium *KI* | reliquerint *O*, relinquerunt $I^a$ | uel poss.] aut poss. *O* | alios] contingerint $O^a$, *om.* $O^b$ 27 permiserint $OI^b$ | excolunt $O^a$ | recognoscent *uel* recognosceret *I* 28 nllam *I* | *s. a. Th.* 30 aa.] a. *KOI* | sebasto (sebastiano *Cui.* 1584) c. p. ordinis *Cui.*, sebastio com. *Th.*, seba. co. *Ambros. E* 28 *inf.*, sebastiano *Paris.* 4429: sebastio *constanter Th. in legibus iungendis, cf.* 11, 58, 7 | quis] quod $O^a$ | diserta *O* 31 nouualem $I^a$ | remanent] r. et *O*

sub peraequationis iure perceperit, meliore condicione in omnibus titulis conuenit ea releuari, ut grauis sors naualis esse non possit pro ea quae resederit portiuncula, cum aliis fuerit dispendiis liberata. D. PRID. ID. MART. RAVENNAE HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II CONSS. a. 417

16 (17) [1]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS CELERI PROCONSVLI AFRICAE. [Th. 12, 1, 186 B 56, 14, 16] Iubemus neminem curialem pro alieni territorii debitis attineri, sed tantum municipem pro gleba propria conueniri. D. V K. MAI. RAVENNAE POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC. a. 429

17 (16) [2]IDEM AA. HERMOCRATI PP. ORIENTIS. [Nou. Theod. 26, 1, 4] Si quis auctoritate nostri numinis[3] de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit, firmiter eum uolumus possidere sub eiusdem tantum canonis solutione, quem nostrae maiestatis auctoritas[4] per annos singulos soluendum esse praescripserit, nullamque eos descriptionem aut adiectionem aut innouationem in posterum sustinere, quoniam nimis absurdum est eos, qui nobis hortantibus[5] fundos inopes atque egenos[6] magno labore impenso aut exhausto patrimonio uix forte meliorare potuerint, utpote deceptos inopinatum onus suscipere illudque uelut quadam circumuentione deposci, quod si se daturos praescissent, fundos minime suscipere aut etiam colere paterentur. D. XII K. DEC. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVIII ET ALBINO CONSS.[7] a. 444

# LX (LVIIII)

## R DE FVNDIS LIMITOTROPHIS ET TERRIS ET PALVDIBVS ET PASCVIS LIMITANEIS VEL CASTELLORVM R

1 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS[8] AAA. AD LICINIVM PP. Tiberianus ad possibilitatem singulorum quorumque locorum intuens statuit certas possessiones, quae
1 ad limitem frumenta conueherent. Quocirca generali lege sancimus Tiberiani dispositionem oportere seruari, amouentes, quidquid uel potentia uniuscuiusque elicuit uel furtiua deprecatio, addentesque nihilo minus in futurum nulli licere aduersus utilem uetustatem et praesentem legem nostram importuna et respuenda reposcere. D. XVIII K. OCT. AQVILEIAE ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 385

*KOI*

---

[1] *iunge* 10, 22, 2 [2] *iunge* 10, 28, 1 [3] uel praeceptis amplissimae praefecturae *ins. Nou.* [4] aut praeceptum magnificae tuae sedis *ins. Nou.* [5] aut magnifica praefectura *ins. Nou.* [6] ieiunos *Nou.* [7] eodem exemplo Theodoro u. i. pp. Illyrici *addit Nou.* [8] Valentinianus Theodosius et Arcadius *requiritur*

---

1 sub peraequationis] $K^b$ *Th.*, super equationes $K^a$, super equationis *O*, super equationibus *I* | receperit *O*, perceperint *I* | titulisque $I^a$ | eam $I^a$ 2 nauis *OI* | esset *I uel* $I^b$ 3 *s. a. Th. Cui.* | mart.] mai. *Th.* | constantino *Cui.* 5 im. thod. c̄tio proes. af. *Vatic.* 1435, imp. th. a. (a. *om. I*) *OI*, imp. ach. *K* 6 sed *om.* $I^a$ 7 *s. a. Th.* 9 aa.] a. *KOI* | hermocrati pp. or. (or. *om. Cui.*)] *Cui. Nou.*, hermog. *Paris.* 4429, hermogeni *Contius, om. KOI* | auctoritatem *K*, ex auctoritate *Nou.* 10 nominis $KOI^t$ | steliles $K^a$ | certi] creti *O*, iecti $I^a$ | canominis $O^a$ 11 tantum] tamen $KI^b$, tm̄ $I^a$ | quam $K^a$, que *O* 12 perscripserit *KI*, praescripserint *O*, praescripsit *Nou.* | descriptione $I^a$ 14 agenos *O* | labore *om. I* | impensos $K^a$ 15 exhausto] exacto *O* | potuerit $OI^b$, poterit $I^a$ 16 que] quoque *O* | se] sese *K* 17 colore *O* | *s. a. Nou. Cui.* | XII k.] *Cui.*, III k. *Nou. Ottob.*, III id. *uel* id. *uel* XIII k. *alii libri Nou.* 18 et albino (uc. *ins. Nou.*) conss.] cons. *fortasse scr.* 20 limitotrophis] *X cum B, cf.* 11, 62, 13 *Th.* 5, 13, 38, limitrofis *KOI* 21 uel *om. KI:* νομῶν τῶν λιμιτανεῶν στρατιωτῶν ἤ τῶν καστέλλων *B* 55, 6 22 imppp. ... pp.] *Cui.*, imp. ual. et ual. et gratia. aa. ad latinum *O*, imp. ual. ad licinium *Vatic.* 1435, imp. ual. *KI*. — *de Licinio pp. nihil notum est: Gothofredus proponit* Principium pp. *et iungit* 10, 16, 7 (d. VIII k. Oct.) | siberianus *O* 23 instuens *O* 24 militum $I^a$, limitum $K^bI^b$ | conueherent] *X*, conuenirent $KOI^b$, conueni(u?)nt $I^a$, contraheret $I^v$ | dispositione *O*, disdispositionem *I* 25 amouentis *O*, amonentis $K^a$ | uniuscuusque licuit *O* | deprecatioo $K^a$, deprecatione $I^a$, temptacio *O* 26 que] queque *O*, quoque *K*, *om.* $I^a$ | utilem *om. X*] praesetem *K* 27 inportunam et *O*, importune (*om.* et) *I* | poscere $KI^a$ | *s. a. Cui.* 28 bantone *Cui.*

2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PP. ET CONSVLI ORDI- [Th. 7, 15, 2]
NARIO. Quicumque castellorum loca quocumque titulo possident, cedant ac deserant, quia
ab his tantum fas est possideri castellorum territoria, quibus adscripta sunt et de quibus
1 iudicauit antiquitas. Quod si ulterius uel priuatae condicionis quispiam in his locis uel
non castellanus miles fuerit detentator inuentus, capitali sententia cum bonorum publi-
catione plectatur. D. NON. MART. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423
3 [1]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. NOMO MAGI- [Nou. Theod. 24, 1, 4 B 55, 6, 2]
STRO OFFICIORVM. Agros limitaneos uniuersos cum paludibus omnique iure, quos ex prisca
dispositione limitanei milites ab omni munere uacuos ipsi curare pro suo compendio atque
arare consueuerant, et si in praesenti coluntur, ab his firmiter ac sine ullo concussionis
grauamine detineri, et si ab aliis possidentur, cuiuslibet spatii temporis praescriptione
cessante ab uniuersis detentatoribus uindicatos isdem militibus sine ullo prorsus, sicut
antiquitus statutum est, collationis onere uolumus adsignari: in his etiam contra eos, qui
1 praeceptionibus nostris obuiam uenire temptauerint, proscriptionis poena[2] ualitura. Nam
si quis forte, quod minime audere debuerat, emptionis titulo memorati iuris possidet praedia,
competens ei actio contra[3] uenditorem intacta seruabitur. D. PRID. ID. SEPT. CONSTAN-
TINOPOLI MAXIMO II ET PATERIO CONSS. a. 443

# LXI (LX)

## R DE PASCVIS PVBLICIS VEL PRIVATIS R

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD RVFINVM PP. Cum nulla ratio [Th. 7, 7, 2]
sit, cur in pascuis saltibus rei priuatae pensio debeat ampliari, nequaquam pro libidine
1 ordinum augmenta facienda sunt. Etenim idcirco grauiorem pensionem imponi ab ordinibus
accipimus, ut animalia ex rebus priuatis nostris a locorum pastibus arceantur: quod fieri
2 non oportere diuae memoriae Iulianus prorogata iussione constituit. Quare excellens
auctoritas tua conuentis rectoribus prouinciarum non eam licitationis necessitatem patiatur
inferri, quam repentinam faciunt ciuitates, sed eam manere decernat, quam statuit anti-
quitas. D. VIIII K. OCT. LVCERIAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365
2 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SIMPLICIO COMITI ET MAGI- [Th. 7, 7, 3 B 55, 7 not. 8]
STRO VTRIVSQVE MILITIAE. Insignis auctoritas tua hac condicione a publicis pratis Apa-
menis animalia militum prohiberi praecipiat, ut uniuersi cognoscant de emolumentis eorum

*KOI*

---

[1] *iunge* 1, 31, 4. 1, 46, 4 [2] proscriptionis poena] eadem poenarum acerbitate, quae aduersus ducum auiditatem prolata est *Nou.* [3] aduersus *Nou.*

---

1 impp. ... ordinario] *Th.*, im. hon. asepiodooto pp. *Vatic.* 1435, imp. hon. a. (a. *om. KI*) *KOI* 2 cuicumque *O* 3 tantum] tamen *K* | possidere *O* 4 iudicauit *om.* *I*ᵃ 5 fuit *KO* | sententie capitali *O* 6 plectetur *O* | *s. a. Th. Cui.* | non] v non. *Cui.* 7 impp. ... 8 off.] *Cui. Nou.*, imp. theod. nemo mag. of. *Vatic.* 1435, imp. th. a. (a. *om. KI*) *KOI* 8 cum pal. uniuersos *KI* | quos] q' *O*, quod *I*ᵇ 9 militase *O* | curatore *O*, procurare *I* 10 arare] arte *O* | cosueuerant *I* | si *om.* *I*ᵃ | presentia *I*ᵃ | ac] atque *O* 11 detinere *O* 12 ab uniu. cessante *I* | detemptationibus *I*ᵃ, detentoribus *Nou.* | uendicantos *K*, uendicandos *O* | propsus *O* 13 antiquus *O* | statum *K*ᵃ | honore *O* | etiam] etiam et *O*, et *I* | qui contra eos *I* 15 quod] qui *K*ᵃ | eptionis *I* 16 *s. a. Nou. Cui.* 17 paterno *Cui.*, paterio uu. cc. *Nou.* 19 publicis] et p. *I* 20 imp. ual. ad rufinum pf. *Vatic.* 1435, imp. ual. a. *O*, imp. ual. *K*, impr. a. *I* 21 cur] cum *O*ᵃ | pensio] pensio alias **** (possessio *I*ᵇ) *I* | debeant *I*ᵃ 22 agmenta *O* 23 a] ac *O* | colonorum *K*ᵗ | patribus *I*ᵃ 24 no *I* | praerogata *O* 25 ea *I* | licitacioni *O* 26 decernet *KOI*ᵇ, decernent *I*ᵃ, decernant *Th.* | quam] que *K* 27 *s. a. Th. Cui.?* | VIIII] IIX *Cui.* 28 impp. ... 29 militiae] *Th.*, im. ar. simplitio com. et mag. mil. *Vatic.* 1435, imp. arc. a. (a. *om. KI*) *KOI* 29 conditione hac *K* | a] ac *I*ᵃ | pratis] priuatis *O*ᵃ?, priuatis *O*ᵇ | apamenis] *Th. cum B* τοῖς λειμῶσιν Ἀπαμείας, abamenis *KO*ᵃ, pascuis *O*ᵛ, ac pascuis *I*ᵇ, deficit *I*ᵃ 30 militum animalia *K*

tuique officii facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigendas, si quisquam posthac memorata prata mutilare temptauerit: non minore decernenda poena, si etiam prata priuatorum Antiochenorum fuerint deuastata: ita tamen, ut sine laesione prouincialium prouideant curiales, quo pacto animalium militarium pastui consulatur. D. V ID. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSS. a. 398

3 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. COMITIBVS ET MAGISTRIS MILITVM. [Th. 7, 7, 5 B 55, 7, 2] Prata prouincialium nostrorum et praecipue rei priuatae nostrae[1] perniciosum est militum molestia fatigari, ideoque lege ad amplissimam praefecturam promulgata censuimus[2], ne hoc deinceps usurpetur.
1 Super qua re uniuersos quorum interest conuenire tua magnificentia non moretur, ne permittant possessores uel colonos pratorum gratia qualibet importunitate uexari. D. NON. SEPT. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

## LXII (LXI)

## ℞ DE FVNDIS PATRIMONIALIBVS ET SALTVENSIBVS ET EMPHYTEVTICIS ET EORVM CONDVCTORIBVS ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. CVPITO. Si quis fundos emphyteutici iuris salua lege fisci citra iudicis auctoritatem donauerit, donationes firmae sint, dummodo suis quibusque temporibus ea quae fisco pensitanda sunt repraesentare cogantur. PP. XVII K. IVL. TREVIRIS CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO *IIII* CONSS. a. 315

2 [3]IDEM A. AD DRACONTIVM. Patrimonialis fundi pensitationem aurariam seu frumentariam intra tempus omissam minorum dominio non nocere praecipimus nec ad fraudem iuris eorum euadere, si, quod sollemniter debetur, paulo serius inferatur: ita tamen, ut permanente substantia paruulorum iudex tutorem uel curatorem, per quem differtur illatio, neglegentiae suae et deserti officii poenas exigat et damna deplorare compellat.

3 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM COM. S. L. [B 56, 14, 19] Quicumque possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendum uti occasione non possunt, qua adserant desertas esse coepisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint.
1 Sed nec auelli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit promissa, sed eas in perpetuum apud eos qui eas susceperint et eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit aduersus eos impetratum. D. VIII K. OCT. MEDIOLANI VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

4 [4]IDEM AA. AD FLORIANVM COM. R. P. Fundi patrimoniales et qui ex emphyteutico iure ad domum nostram diuersis generibus deuoluti sunt, sic eis qui eos poposcerint cedunt,

*KOI*

[1] et praecipue ... nostrae *om. Th.* [2] *Th.* 7, 7, 4 [3] *Gothofredus iungit Th.* 11, 19, 1 (*a.* 321) [4] *iungenda est Th.* 5, 13, 18, *fortasse etiam* 11, 66, 2

1 cuique *O* | duodecim] x *K*, xiiii $I^a$? | posthanc $K^a$ 2 temptauerit] precepit tempt. $O^a$ | si] sed *I* 3 priuat. *om.* $I^a$ | antiachenorum *I* 4 pastau $K^a$ | *s. a. Th.* 6 im. hon. comitibus et magistris militum *Vatic.* 1435, imp. hon. a. (a. *om. KI*) *KOI* 8 censuimus] *Cui. Th.*, censemus *KOI* 9 ne] nec *I* 10 magnifeicentia $I^a$ | ne] nec *O* | permittat $K^b$*O* | coconos pretorum $K^a$ | graui *Th.* 11 *s. a. Th.* 14 conductoribus eorum *I* 15 a. cupito] *Cui.*, acupito *O*, cupito *Vatic.* 1435, *om. KI* | amphiteotici *O* 16 iudicius $O^a$ | quibuscumque $K^a$*I*, quibus *X* 17 quae *om. O* | cogatur *X* | *s. a. Cui.* 18 lic. IIII] lic. III *Cui.* 19 a. ad dracontium] *Contius*, a. *O*, ant. *I*, *om. K* | ∗atrimalis $I^a$ | aurorariam $O^a$ 20 praecepimus *O* 21 euadere] accedere *dett.* | si quid *O*, sicut *I* | debetur soll. *K*, soll. elabitur *O*, soll. deberetur $I^a$ | sepius *O*$I^a$?*X*, senius *uel* seuius $K^a$ 22 differentur *O*, defertur *X* | illatio] nullo *O* 24 impp. ... s. l.] *Cui.*, imp. ual. germaniano *Vatic.* 1435, imp. ual. a. (a. *om. K*) *KOI* 25 refudemdum *O* 26 quas *O*, quam *X* | esse] se *X* | metuerint *K* 27 eas auelli *O* | aliquo $I^b$, aliqu∗ $I^a$, illo *X* | permissa $I^a$ 28 perperctuum *O*, perpetu∗ $I^a$ | susceperunt *IX* 29 *s. a. Cui.* | med. *Cui.* 31 aa. ... r. p.] *Cui.*, aa. ad. flo. *Ambrosianus E* 28 *inf.*, ad florent. *Paris.* 4429, aa. ad florianum *Contius*, a. *OI*, *om. K* | ex emphiteoticario *K*, ex phiteotico ex $I^a$, emphiteotico $I^b$ 32 gentibus $O^c$ | poposcerant *K*, poposc̄t *O* | cedi $O^a$, cedere *X*

ut commissi metus esse non possit. neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ea iure dominii: ita tamen, ut ea, quae in nostra possessione positi praestiterint, et in posterum dissoluant. D. ID. MART. TREVERIS VALENTINIANO II ET VALENTE II AA. CONSS.[1] a. 368

5 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD MODESTVM PP. Si qui a prioribus colonis uel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum a peraequatore uel censitore susceperint, perpetuo eundem atque inconcusso iure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat. D. IIII NON. NOV. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

6 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEBRIDIO COM. R. P. Hi, quibus patrimoniales possessiones per Asianam ac Ponticam dioecesin uel a nobis uel a diuis parentibus nostris sacra largitate donatae sunt, inconcusse possideant atque ad suos
1 posteros mittant. Quod quidem non solum in heredibus, sed et in contractoribus omni genere uolumus custodiri. D. III K. APRIL. CONSTANTINOPOLI RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

7 IDEM ET ARCADIVS AAAA. CYNEGIO PP. Quicumque ad emphyteusin fundorum patrimonialium uel rei publicae iussu nostri numinis uenerit, is si redundantia fortunarum idoneus fuerit ad restituenda, quae desertis forte possessionibus requirentur, patrimonium
1 suum publicis implicet nexibus. Si uero minor facultatibus probabitur, datis fideiussoribus idoneis ad emphyteusin accedat: scientibus his, quos talium rerum cura sollicitat, in se neglegentiae damna, si huiusmodi cautio defuerit, esse uertenda. D. VI K. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO NOB. PVERO ET EVODIO CONSS. a. 386

8 IDEM AAAA. CLEARCHO PP. Omnes fundi patrimoniales per Mesopotamiam et Osrhoenam prouincias, quos constat diuorum retro principum sanctionibus limiti deputatos, ad ius pristinum sine ullius adsertionis reuocentur obstaculo praebituri omnia, quae antea impendenda necessitatibus limitis praebere consueuerant, ita ut nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium uel emphyteusin uel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint. D. PRID. K. MAI. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

9 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. Vniuersi cognoscant nihil priuato iure saluo canone fundis emptis cum patrimonialibus esse commune, ita ut ad eos num-

*V* (*extant* 9 dio com. ... 21 conss. *et* 30 dis emptis ... *ad finem*) *KOI*

---

[1] d. IIII k. Mart. Triu. Val. et Val. AA. conss. *Th.* 5, 13, 18

---

1 commissi] in libro ro[gerii] deest *adnotat Paris.* 4429 | metūs *O* | possit] sint $I^a$ | nostre $K^b O$, *inc.* $I^a$ | tradidimus *K* 2 ea *om.* $I^a$ | praestiterunt $OI^a X$ 3 dissoluerant (*uel* —rat) $K^a$, dissolunt $I^a$ | *s. a. Cui.* 5 imppp. ... pp.] *Cui.*, imp. ual. ad mod. *Vatic.* 1435, imp. ual. a. (a. *om. K*) *KO*, imp. seu. a. *I* | si] his $I^a$ | qui a] quis *K* 6 emphitheoticario *K*, e emphiteticariis *I*, ephiteocecariis *X* | perequatorem *I* 7 susceperit $KI^b$, susceperunt *O* | eodem *OIX* | nec] ne *O* 8 petito *O* | *s. a. Cui.* 9 imppp. ... r. p.] *Cui.*, dio c. r. p. *V*, imp. gra. nebridio com. f (f *postea del.*) r. p. *Vatic.* 1435, imp. grat. ual. *I*, imp. gra. a. (a. *om. K*) *KO* | hii *KOI* 10 matrimoniales *O*, in patrim. $I^a$ | per] ue $V^a$ (*emend. manus* 2) | asiam *K*, asinam $O^a$ | ac] et *K* | diocesim *KI*, diocesi *O* 11 a *om. V* | diuinis *VK* | larg. sacra *K*, hac larg. sacra *I* | inconcusserint $V^b$, concusserint $V^a$ | atque] quae *V* 12 mittant] $I^a$, mittat *V*, transmittant $KOI^b$ | et *om. KI* 13 *s. a. V Cui.* | IIII *Cui.* | richome *V* 15 idem et arc. aa. *V*, idem et arc. a. *O*, idem a. *I*, idem *K* | cynegio pp.] *V Contius*, cynegio *Paris.* 4429, *om. KOI* | emphiteosim *KO et sic uulgo KOI*, ephiteosin *I* 16 uel *om.* $K^a$ | nominis $KOI^c$ | uenemerit $V^a$, uenumuenerit $O^a$, nemini uenerit $O^b$ | is *om.* $I^a$ | si *om.* $K^a$ 18 publicis *om.* $I^a$ | sin *KI* | facult. minor prohibitur *O* | dotis $K^a$ | fidemiussoribus *K*, fideiussionibus $I^a$ 19 amphiteosin $K^a$ | quo $O^a$ | sollicitudi in se legentiae $V^a$ 20 defuerint *O* | reuertenda $KI^b$ | *s. a. V Cui.* | mai. *Cui.* 22 idem a. *OI*, idem *K* | clearcho pp.] *Cui.*, nedearcho *Contius*, *om. KOI* | osorhoenam *K*, osdroenam *O*, horsphenam *X* 23 quo *O* | limitibus *O* 24 ipristinum *O* | adsert. *om. I* | omnia] oniomnia $I^a$ | ante inpendenda *K*, impendenda antea *O* 25 necessitati *X* | preberi *IX* | qui aut] quia ut si *O* 26 adronatione $O^a$, *inc.* $I^a$ | condiccionis *O*, *inc.* $I^a$ | quolibet] a quol. *IX* 27 *s. a. Cui.* 29 impp. ... pp.] *Contius*, im. arch. eutitiano *Vatic.* 1435, imp. arc. a. (a. *om. K*) 30 canonem $I^a$

quam patrimonialium fundorum peraequator accedat: graui multa feriendo eo, qui statuta nostrae clementiae ausus fuerit temerare. D. PRID. NON. IVL. NICOMEDIAE HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

10 IDEM AA. EVTYCHIANO PP. Fundos patrimoniales eos dumtaxat, qui saluo canone iure priuato nostra liberalitate concessi sunt, cum his patrimonialibus, qui in condicione propria constituti sunt, illustris auctoritas tua iubebit exaequari, ita ut releuato, quod imminet fatigatis, translatio[1] in eos, qui integris uiribus florent, adscriptio tributorum aequa lance diuidatur. D. IIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI THEODORO CONS. a. 399

11 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PROBO COMITI S. L. Ius emphyteutici praedii, quod sine obligationis uinculo retentatum est, nostro iudicio immutabile perdurare praecipimus: possessionem autem, quae sine obligatione speciali fuerit uitiosa, uetustate temporis uolumus adiuuari. D. ID. APRIL. RAVENNAE HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

12 [2]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. TAVRO PP. ET PATRICIO. [Th. 5, 13, 39 B 56, 14, 25] Possessores uel emphyteuticarii patrimoniales, qui fundos minime nunc usque compararunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem urgueantur, sed tamquam pretiis depensis, sic eis nostri numinis beneficio potiantur, ut, quod iuris alter inferendo pretium consecutus est, hoc nostra liberalitate praedictus emphyteuticarius habeat.
1 Illud quoque ius, in quibus coluit praediis, quod aut ex successione aut ex comparatione priuata aut nostri numinis liberalitate aut quocumque modo possedit, sciat inlibatum intemeratumque seruari: licentia eis concedenda etiam *libertates* mancipiis ex fundis patri- [(Th.)] monialibus atque emphyteuticariis, cum fundorum sunt domini, praestare. D. XIIII K. IVL. CONSTANTINOPOLI ARIOBINDO ET ASPARE CONSS. a. 434

13 IDEM AA. AD FLORENTIVM PP. Nulli iam in posterum licere praeci- [Nou. Theod. 5, 2, 1] pimus patrimoniales seu limitotrophos uel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad ius transferre priuatum, siue dempto siue saluo canone iuris fundorum immutatio postuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri poena coercentes tam uidelicet petitorem quam officium, quod petitionem concedit admitti, licet adnotatio nostra, licet diuina pragmatica contra uetitum proferatur. D. VI ID. IVN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVII ET FESTO CONSS. a. 439

*V* (*extant* 1 ... 11 uitiosa uetus *et* 21 tia eis *ad finem*) *KOI*

---

[1] et translato (*Cuiacius*)? [2] *iunge Th.* 11, 28, 15

---

1 multa] mus multa $V^a$ | eo qui (eoq* $I^a$) stat. feriendo *I* | eo] et eo *O* 2 demencie *O* | *s. a. V Cui.* | non. iul.] id. nou. *Cui.* | nic. *V*, *om. Cui.: Herrmannus non recte dedit* nicaeae, *quod per compendium scribi non solet* 3 IIII *om. V* 4 aa. eut. pp.] *V Contius*, a. *OI*, *om. K* | saluos *I* 5 nostro libertate cocessi *I* | qui in *om.* $I^a$ 6 illustres auctoritates (*om.* tua) $I^a$ | iubeat *KOI* | exequare *V* | releuato] *V*, rel. honere $K^bI$, rel. honere eius $K^a$, rel. honore rei *O* 7 fatigata $K^a$ | traslatio *I* | eos] doneos $K^a$ | qui in integris *V* 8 diui nantur *V*, diuidantur *O* | *s. a. V Cui.* | conss. *V* 9 impp. ... aa.] imp. hon. a. (a. *om. K*) *KOI* | probo c. s. l.] *V Cui.*, proprio com. sl. *Vatic.* 1435, *om. KOI* 10 retentatum] reatum $I^a$ | iudicio nostro *KOI* | perurare $I^a$ | praecepimus *O* 11 possessione *O*$I^a$? | fuerint *V* | uitiosa *om. O* 12 *s. a. Cui.* | v] III *Cui.* 14 impp. ... pp. et patricio (et patr. *om. Cui.*)] *Cui. Th.*, im. theod. tauro pp. *Vatic.* 1435, imp. th. a. (a. *om. K*) *KOI* 15 possores *O*, possesses $I^a$, possessiones *X Th.* | emphiteocarii *I* | qui *om.* $I^a$ | nunc] non $I^a$ 16 conpararum *O* ad *om. I* | urgeantur *KO*, urguentur $I^a$ 17 pretitiis $I^a$ | eis] eas *O* | nostris $I^a$ | nominis *libri cum Th.* | beneficium patiantur *Th.* | iuris] durus $I^a$ 18 precio *O* | liberalita *O* | habeat *om.* $I^a$ 19 quoque] que *KI* | ex success.] success. $O^a$ | ex comp.] comp. $I^a$ 20 aut nostri] *X? edd. Th.*, a nostri *KO*$I^b$, a nobis $I^a$ | nominis *libri cum Th.* | possederit *K* | sciant *O* | illibantum $O^a$ 21 licenciam ei concedendam *O* | libertates] $I^a$, liberalitates *VKO*, liberalitatem $I^b$ 22 anphiteocariis *O* | sunt dom.] *VX*, sint dom. *K*, sint dom. sint *O*, dom. sint *I* | *s. a. Th. V Cui.* | xiii *V*, XII *Th.* 11, 28, 15 23 constant. *om. V Cui.* | areouindi *V* 24 aa. ... pp.] *V Ambros. E* 28 *inf.*, aa. florentio pp. *Nou.*, a. *OI*, *om. K* | praecepimus *O* 25 limitotrophis *I* | statuenses $V^a$, *satuenses *O* 26 demptor $V^a$, de empto *O* | imputatio *V* 27 praeostuletur *I* | temeracione *O* | cohercente *V* | tam] sibi tam *O* 28 quod] qui *I* | admittit $K^a$ | licet adn. nostra *bis I* 29 *s. a. Nou. V* | constant. *om. V* 30 a. XVII] aa. uii *V*

14 [1] IMP. ANASTASIVS A. MATRONIANO PP. Iubemus omnes, qui in [B 56, 14, 31 ʻPoπ. 42, 6] quacumque dioecesi in quacumque prouincia uel quolibet saltu fundos patrimoniales uel templorum aut agonothetici seu releuatorum iugorum uel cuiuscumque iuris per quadraginta iugiter annos (possessione scilicet non solum eorum qui nunc detinent, uerum etiam eorum quoque qui antea possederant computanda) ex quocumque titulo uel etiam sine titulo hactenus possederunt uel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint, nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum uel locorum uel
1 domorum a publico actionem uel molestiam aut quamlibet inquietudinem formidare. Sed impositum canonem pro qualitate iuris, cuius praedia sunt uel loca, per singulos annos soluentes pro certo habeant suum esse quod possident uel postea possederint, ita ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo e publico mouendam quaestionem nudae et ex quocumque titulo uel etiam sine titulo corporalis quadraginta annorum iugis possessionis
2 exceptio possit sufficere. Hoc etiam adiciendo, ut illi quoque, qui dempto canone huiusmodi fundos ab initio principali iussione datos sibi fuisse confirmant, si per quadragesimos annos adempti canonis beneficium iugiter possederunt, nec canonem, cuius ademptionem quadraginta, sicut dictum est, annorum possessio testatur, possint penitus profligari, eo quod nostrae pietati placuit in utroque casu, id est tam saluo quam dempto canone, possessorum iura nostrorum in eo statu, in quo per quadragesimos, sicut dictum est, iugiter annos manserunt, absque ulla innouatione durare. D. III K. AVG. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO VC. CONS. a. 491

## LXIII (LXII)

## ℞ DE MANCIPIIS ET COLONIS PATRIMONIALIVM ET SALTVENSIVM ET EMPHYTEVTICARIORVM FVNDORVM ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. Emphyteuticarios grauant coloni agros praeter consuetudinem usurpantes, quos nullis culturis erudierunt, cum sollemnitas id eos attractare permittat, quod eorum labore uel oliuetis est obsitum uel uinetis. sed et inriguas fontium aquas
1 usurpare conantur, quarum fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit, ut deinceps aquarum ius potestatesque penes emphyteuticarios permaneant, tantumque ex *eis* colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi
2 colunt. Pro modo autem superfluae inrigationis, quam ultra culturas suas usurpauerint, emphyteuticariis possessoribus pensiones accessionesque praebeant. PP. VII ID. MART. CARTHAGINE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

*V* (*extant* 1 ... 2 patrimoniales *et* 10 soluentes ... 19 durare) *KOI*

---

[1] *iunge* 7, 39, 4. 10, 27, 1

---

1 imp. ... pp.] *V Cui.*, imp. anastasius matromonio *Vatic.* 1435, imp. anast. a. *O*, imp. a. *K*, imp. ant. a. *I* 2 dioecesi] ciuitate uel diocesi *K* | in] *V*, uel *K*, aut $OI^b$, *om.* $I^a$ | quacumque *om. K* 3 agonothicos *K*, agoneticis *O* | reiuelatorum $K^a$ | iugiorum $KI^a$, iurgiorum *O* 4 possessione] *VX*, possessiones *KI*, possessionem *O* | detinetur *O* 5 eorum quoque *om.* $I^a$ | ante $O^aI^a$ | possiderunt *O* | conputemda *O* | uel e. s. titulo *om.* $I^a$ 6 postea *om.* $I^a$ | possederit *I* 7 nullum *I* | memeratorum *K* 8 dominorum *I* | a] e *O*, uel a *X*, *om.* $I^a$ | publicorum $O^a$ | quemlibet *O* 9 inpositam *O* 10 habeat *V* | possidens $V^a$, possidet *O* | possederit $V^aO$ | ita ut] aut *V*, ita ut in *O* 11 exclumendendam $O^a$ | e] et $V^a$, ex $V^bI^b$, *om.* $I^a$ | nudae] *K*, nudam *V*, nuda *OI* | et ex] ex *K* 12 uel e. s. titulo *om. I* 13 quocumque $I^a$ | dempto] *OI*, adempto $V^b$, dempacto $V^a$, detempto *K* | canonem $V^a$ 14 si per] quodsi *O* | quadrigesimos *O* 15 dempti *K* | iungitur $V^a$ | possederint *O* | canones *O* | cuius] ei cuius *O*, cius *uel* eius $I^a$ 16 testator $V^a$ 17 pietatis *O* | tam] am $V^a$ | depto $V^a$, adempto *K* 18 statui $V^b$? | quadrag.] qua..es quadraiesimos $O^a$ | icut $V^a$ 19 mansuerunt *V*, manserint *O* | ulli $I^a$ | *s. a. Cui.* 22 macipiis *I* 23 ephiteocarium *I* | fundorum *om. KX contra B* 55, 8 24 const. *KO*, honst. *I* | a. *om. K* 25 quo *O* | erudierint *OIX* 26 est] esse *O* | inriguas] guas $I^a$ 27 quorum *X* | ephiteoticariis *I* 28 potestatisque $I^a$, potestatemque *X* | tantumque] tantum $I^a$ | eis] *dett.*, *om. KOIX* 29 impertiantur *KX* | quo *O* 30 coluit *uel* coluunt $O^a$ | irrogationes $K^a$, irrogationis $K^bO$, inrigationis *X* 31 pensiones] et p. $I^a$ | s. a. *Cui.*

2 Impp. Valentinianvs et Valens AA. ad Germanianvm com. s. l. Libertates, quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis qui fundorum non sunt domini praestiterunt, rationales huiusmodi praecepti auctoritate rescindant. PP. xiii k. Mai. Lvpicino et Iovino conss. a. 367

3 Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Postvmiano pp. Cognouimus a nonnullis, qui patrimoniales fundos meruerunt, colonos antiquissimos proturbari atque in eorum locum uel seruos proprios uel alios colonos subrogari. edicti itaque huius auctoritate sancimus eos, qui deinceps huiusmodi aliquid crediderint attemptandum, isdem possessionibus esse priuandos. a. 383?

4 [1]Idem AAA. et Arcadivs A. Cynegio pp. Super patrimonialium refectione fundorum dudum nostris est legibus constitutum, ut ii, qui eos colentes solum eorum uerterant, nunc alia loca deligentes, nunc ad militiam conuolantes, ad auitas condiciones et propria iura

1 reuocentur. Ceterum eos, qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt ueterani constituti, nequaquam placet tela in usum uomeris ligonisque conuertere. a. 384—

## LXIIII (LXIII)

## ℞ DE FVGITIVIS COLONIS PATRIMONIALIBVS ET EMPHYTEVTICIS ET SALTVENSIBVS ℞

1 [2]Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Cynegio pp. Quicumque paruuli ex municipibus uel colonis patrimonialibus aut saltuensibus, quorum tamen aui ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint, coniuentia militaris officii ad stipendium castrense uel officia diuersa transierint, ad munera patriae uel agrorum cultus conuentis ducibus tribunis ac praepositis reuocentur neque his prosint stipendia.

2 [3]Idem AAA. ad Cynegivm pp. Quisquis colonum patrimonialem[4] aut sollicitatione susceperit aut occultatione celauerit, non solum ipsum restituere, sed etiam libram auri poenae nomine[5] cogatur inferre. D. viii k. Nov. Constantinopoli Honorio np. et Evodio conss. [Th. 5, 9, 2] a. 386

3 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Anthemio pp. Cuiuscumque adnotationis uel oraculi dudum impetrati uel postea eliciendi auctoritate submota omnes, quos patrimonialium agrorum uinculis fortuna tenet adstrictos, sub quibuslibet gradibus militantes ad prouinciae moderatoris iudicium ilico sub idonea intercessione mittentur. a. 408—4

*KOI*

---

[1] *cf. ad* 11, 59, 7 [2] *cf. ad* 11, 59, 7 [3] *iunge* 11, 59, 7 *et quae ibi laudantur* [4] patrimonialem] alieni iuris *Th.* [5] non ... nomine] pro eo qui priuatus erit sex auri uncias, pro eo qui patrimonialis libram auri *Th.*

---

1 impp. (imp. *I*) u. et u. aa. (aia. *I*) ... s. l.] *I Cui.*, imp. ual. a. *O*, imp. ual. *K* 2 atque] et atque *I* 3 prestiterint *O*, prestitesterunt *I* | rationes $I^a$ | modi *om. edd.* | *s. a. Cui.* 4 iouiano *Cui.* 5 imppp. grat. (imp. grat. et *I*) ... pp.] *I Cui.*, imp. gra. a. (a. *om. K*) *KO* 6 a nonnullis] *X*, añonullis *K*, non a nullo *O*, annon nullis *I* | meruerint *O* | perturbari *KO*, pertubari *I*, perturbare *X* 7 loco $OI^b$, *inc.* $I^a$ | alienos *OX* 8 deinceps] d. qui $K^a$ | eiusmodi *O* 10 idem aa. (a. $O^a$) et ar. cynegio pp. *O*, imp. et arcan. (arcad. $I^b$) inegio pp. (*sic*) *I*, idem a. *K* | patrimonium *O* 11 dudum] uel dominum $I^a$ | est nostris *OX* | colontes $I^a$ | ueteratum *O*, uertant $I^b$, uerterunt *X* | tunc *O*, non *X* 12 alia] ad alia $K^bO$ | deligentes] *Mommsen*, diligentes *X*, dirigentes *KOI* | maliciam *O* | ad auitas] nunc ad auitas *O* | iūra $O^a$, uestra $O^b$, uira *I* 13 quietam *O* | merueriunt *O* | constituti..quaquam $K^a$, constitucione quam *O* 14 legionisque *O* 17 et salt.] uel salt. *IX* 18 imppp. (imp. *I*) ... pp.] *I*, imp. grat. cinegio pp. *Vatic.* 1435, imp. gratia. a. (a. *om. K*) *KO* 19 aut] uel $O^a$ 20 implicati] suplicantes ab $K^a$ | conuenientia $K^t$, conuenienciam $O^a$ 21 diuersa *om.* $I^a$ | cumuentus *O* 22 duobus $I^a$ | prohisint $I^a$ 23 aa. *I*, a. *KO* | ad cyn. pp.] *I Th.*, *om. KO* | auisquis $I^a$ | colonus *O* 24 celauerat $K^a$ | etiam] in *K* 25 cogetur inferre *O*, inferre cogatur *KI* | *s. a. Th. Cui.?* | d.] pp. *Cui.* 27 imp. honor. aa. et theod. anthem. pp. *I*, imp. hon. antemio pp. *Vatic.* 1435, imp. hon. a. (a. *om. K*) *KO* | quicumque *O* 28 post *IX* | quo *O* 29 teneat *O* | adstrictos] *X*, ascriptos *KOI* | quibuslicet $K^a$ | militantibus *I* 30 moder. iudium $O^a$, morator.(um?, *omisso* iudicium) $I^a$

# LXV (LXIIII)

# ℞ DE COLLATIONE FVNDORVM PATRIMONIALIVM ET EMPHYTEVTICORVM ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad Procvlvm proconsvlem Africae. Emphyteuticarii possessores, qui mansuetudinis nostrae beneficio ad extraordinaria minime deuocantur munera[1], sicut ceteri prouinciales obsequium suum muniendis itineribus impendant. nulla enim ratione debent ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est, seiungi[2]. PP. non. Mai. Karthagine Constantino A. v et Licinio C. conss. [Th. 15, 3, 1] a. 319

2 Idem A. ad Catvllinvm proconsvlem Africae. Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus uel mediae aut tertiae portionis obsequiis fatigari non conuenit, cum eosdem et auri speciem et frumenti plurimum modum constet persoluere: ita ut, qui uiolare statuta temptauerit, puniatur. PP. vi k. Sept. Carthagini Constantino A. v et Licinio conss. [Th. 11, 16, 1] a. 319

3 Imp. Ivlianvs A. Omnes, qui patrimoniales fundos siue communiter siue ex asse[3] retinent, pro his conueniendi sunt ad uniuersorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione uel in solidum[4] functiones, sicut unumquemque priuatorum necessitas publicae pensitationis adstringit. D. v k. April. Mamertino et Nevitta conss. [Th. 11, 19, 2] a. 362

4 Impp. Valentinianvs et Valens AA. ad Germanianvm comitem sacrarvm largitionvm. Placuit, ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque possessores, quo uoluerint tempore et quantum habuerint pensionis paratum (dummodo non amplius quam in tribus per singulos annos uicibus) officio rationalis adsignent ac de suscepto ab eodem securitatem eodem die pro more percipiant, modo ut intra Ianuariarum iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur: grauissimae poenae subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum trinae illationis excedat) solutionem facere gestienti negauerit susceptionis officium, uel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo.
1 Super quo possessores *apud* curatores uel magistratus aut quicumque in locis fuerint, qui conficiendorum actorum habeant potestatem, conueniet contestari, ut et de officii insolentia constet, in quod exercenda uindicta est, et his possit esse consultum. D. xiiii k. Ivn. Remis Gratiano np. et Dagalaifo conss. [Th. 5, 13, 20] a. 366

5 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Messalae pp. Per omnes prouincias patrimonialium fundorum ab ordinariis iudicibus canon exigatur, et quidquid exactum fuerit, dirigatur.

*KOI*

[1] munera *om. Th.* [2] est esse seiuncti *Th.* [3] siue comm. s. e. asse *om. Th.* [4] ad eosdem ... solidum *om. Th.*

1 a. ad sen. *om. K* 2 aestimant] *IX Th.*, existimant *KO* | necessitates *K* 3 *s. a. Th.* 4 a. sallustio pp.] *I Th.*, a. ad saluacio pp. *O*, *om. K* 5 ipsos] ipsos esse *Th.* 6 *s. a. Th.* 7 impp. (imp. *I*) ... pu.] *I*, imp. ual. aual. ad summachum pu. *O*, imp. ual. *K* 8 clarissimorum] δύνανται συγκλητικοὶ [γίνεσθαι] *B* 9 imp. ual. gr. et ual. aaa. ad grecum pu. *I*, imp. grac. ual. et ual. aaa. ad grachum pum *O*, imp. ual. *K* 10 indignationem $K^a$ | homine $I^b$ 11 *s. a. Th.* 12 idem aaa. (aa. *I*) ad procopium] *I Contius*, id. aaa. ad procomium *O*, imp. ad pp. *K* | priuatos] si priuatos (—tus $K^b$) *K* 13 quod] qui $K^a$ 15 solo] ab alio *O* 16 clarissimatus] clarissima tamen *O* | dignitatem *I* | mansuram $O^a$ | *s. a. Th.* | XVIII k.] *Th. teste Cuiacio* (1566), XV *Cui. hoc loco, ex Th. uidelicet, quantum primis curis in libro Parisiensi deprehendit: hodie ea in libro Paris. abscissa sunt* 18 imppp. (imp. *OI*) ... 19 pp.] imp. gra. *K* | neuterio *I*, iuectio *O* 19 et] que secularibus $O^a$, que $O^b$ 20 quoque $K^aO$ | habeant *K* 21 ipsos $K^aO$ | *s. a. Th.* 22 aa.] I aa. *Th.* 23 imppp. (imp. *I*) ... arcadius] imp. ual. th. *O*, imp. ual. *K* | aaa. raciano comiti orientis *O*. *om. K* 25 earum *I* 26 sortiti $I^a$ | priori *K* 27 *s. a. Th.* 28 impp. (imp. *O*) ... pp.] imp. th. *K* | praecepimus *O* 31 aa.] a. *K* | ad neuthium pu. *I*, deuēcium pp. *O*, aeuncium pp. *Lond.*, ad eustathium pu. (*alias* cuspium) *Russardus*, *om. K*: *probabilem nominis emendationem proponere nequeo: e praefectis urbi qui in hoc tempus incidunt ad librorum lectionem proxime* a. 434. *accedit Leontius pu. Constantinop.* a. 435 33 facultatatem *O*

16 IDEM AA. APOLLONIO PP. Si grauius ullum facinus admittatur, nocente [B 6, 1, 32] persona extra carceralem custodiam substitutione[1] habita, super illustribus quidem nobis suggeri iubemus, super ceteris uero quadam minore dignitate decoratis ad tui referri culminis notionem, ut ita demum, quid de admisso crimine constitui oporteat, iudicetur. a. 412

17 [2]IMP. ZENO A. ARCADIO PP. Quotiens ex priuata cuiuslibet interpellatione [B 6, 1, 33] ciuili uel criminali uiri illustres conueniendi sunt, nulla dandae fideiussionis concussione uexentur, sed per speciale priuilegium suae committi fidei consequantur, iuratoria ab his
1 cautione tantummodo exponenda. Quam si neglexerint et contra insertum cautioni sacramentum ipsi uel eorum procuratores afuerint, in pecuniariis quidem causis super possessione rerum ad eos pertinentium iudex competens, quod et iuris auctoritas et rei qualitas suggerit, ordinabit: in criminalibus uero negotiis dignitate quoque, qua se per suum uidelicet periurium indignos esse probauerint, spolientur, ut in eos utpote illustri dignitate per suum facinus priuatos inconsulta etiam nostra pietate iudicibus legum seueritatem liceat
2 exercere. Quibus illustrium dignitatum priuilegiis hoc etiam adiciendum statuimus, ut huiusmodi personae nullam ex cuiuslibet iudicis sine scriptis habita sententia conuentionem neque in ciuili neque in criminali causa sustineant. a. 465

18 IMP. ANASTASIVS A. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Iubemus saluo honore, [B 6, 1, 34] qui per euocationem sacrae reuocatoriae defertur, durante licere cunctis tam maiores quam minores potestates gerentibus nec non etiam honorariis illustribus siue ex hac urbe regia, principali uidelicet praecedente consensu, profecti fuerint, siue in prouinciis habitantes sacratissimum, suis scilicet poscentibus negotiis, petere maluerint comitatum, sine sacra quoque reuocatoria ad hanc regiam urbem peruenire.

## II

## ℞ DE PRAETORIBVS ET HONORE PRAETVRAE ET GLEBA ET FOLLI ET SEPTEM SOLIDORVM FVNCTIONE SVBLATA ℞

1 [3]IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. TATIANO PV. Nemo ex clarissimis [B 6, 7, 5] et spectabilibus qui in prouinciis degunt ad praeturam postea deuocetur: maneat unusquisque domi suae tutus atque securus et sua dignitate laetetur. D. XV K. IAN. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO *A.* VII ET *A*VIENO CONSS. a. 450

*KOI*

---

[1] sub tuitione (*Cuiacius*)? [2] *iunge* 3, 24, 3 [3] *iunge* 1, 39, 2

---

1 aa.] a. *KO* | apoll. pp. *om.* *K* | nocentem personam *KO* 2 substitutione] $KI^tX$, substiticione *O*, sub fideiussione $I^r$ (*Accursius*): ὑπὸ ἀσφάλειαν αὐτὸν γίνεσθαι *B* | nobis *om.* *I* 3 minorem *I* | ad] a $I^a$ 4 quid] quidem *O* 5 a. arcad. pp. *I*, a. arch. pp. *O*, *om.* *K* 6 illustris $I^a$ 7 per *om.* $K^aOI$ | priuil.] ei pr. *O* | suae] siue $I^a$ | iutoria $K^aI^b$, adiutoria $I^a$ 8 exponendam $I^a$ | incertum cautionis $K^a$ 9 abfuerint $KOI^b$ | possessionem *I* 10 quod et] *K*, quod etiam *OIX* 11 suggesserit *Hal.* 12 approbauerint *O*, probauerit *I* 13 priuatus *I* 14 statuimus] censuimus *X*, esse censuimus *I* 15 nullam huiusm. pers. *K*, huiusm. pers. nulla *O* 16 ciuilibus *O* | neque in crim. *om.* *K* | causa *om.* *O* 17 a. ... off. *om.* *K*, a. *om.* *O* | magistro] magni *O* 18 euationem *O*, reuocationem *X* | refertur *O* | minores quam maiores *IX* 19 potestatos $O^a$?, potestatibus $I^a$?, potestatis *X* | honerariis *O* | regia urbe *IX* 20 precendente $I^a$ | consensu] casu *O* | praefecti *O* | fuerint] sunt $I^bX$, *om.* $I^a$ 21 sui *I* | uidelicet *K* 24 et] et de *K* | honere *K* | et claua *K*, uel glebe (globe $O^a$) *O*, clam *I*, et glebe *X* 25 et folli] $K^bX$, et •olii $K^a$, colli et folli *O*, et colli *I* | et *om.* $K^a$ | septemque *I* | fuctione *I* 26 sublata] collocata *O* 27 imp. ual. et mar. aa. tacione pp. *O*, imp. ualent. aa. taciano pu. *I*, imp. ual. *K* | ex *om.* $O^a$ 28 praefecturam *OX* 29 domu• $K^a$ | *s. a.* *Cui.* 30 a. *om.* *Cui.* | albieno *Cui.*

2 Idem AA. ad senatvm. Glebam uel follem siue septem solidorum functionem siue quamlibet eiusmodi collationem tam circa personas quam circa res ac praedia funditus iubemus aboleri, ut omnis huiusmodi sopita perpetuo conquiescat exactio.

## III

## R DE CONSVLIBVS ET NON SPARGENDIS AB HIS PECVNIIS ET DE PRAEFECTIS ET MAGISTRIS MILITVM ET PATRICIIS R

1 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. ad senatvm vrbis . . . . Antiquitus sta-
tutum est consularibus uiris ceteros quidem honoratos ipsius trabeae summitate, pares
1 uero infulis consideratione tantum temporis anteire. Quis enim in uno eodemque genere
dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem? cum posterior, et si eius-
dem honoris praetendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse
2 non fuerit. Hoc obseruando et si iterata uice fastigia consulatus aliquis adscenderit:
repetiti etenim fasces uirtutes saepe meriti comprobant, non augent, quia nihil est altius
3 dignitate[1]. Quod si quis prior consul posteriori consuli eidemque patricio posthabitus
patriciatum postea consequatur, uinci eum oportet qui prior meruit patriciatum, postquam
iste honore patriciae dignitatis decoratus est.
2 Impp. Valentinianvs et Marcianvs AA. Sporacio comiti domesticorvm et con-
svli. Ordinem consulatus ad antiquam reduximus sanctionem, ut sellam nostram honoris
merito, non rapiendi studio populorum agmina sectarentur ac lucrandi cupiditate deposita
1 uenerabilem parentum habitum et felicissima antiquitatis ornamenta conspicerent. Hoc
ergo exemplo etiam ceteros procedere consules uolumus nec expendere eos sine effectu
2 patimur. Cessante ergo ista spargendi uilitate amplissimi consules procedentes deinceps
abstineant hoc errore perdendi, optimoque consilio operi necessario proficiat, quod erat
3 incompetenter proiciendum. Ad instaurationem itaque aquaeductuum huius amplissimae
urbis centena pondo auri praestentur per singulos consulatus, ut *et* consul patriae se
dedisse nouerit et data notum sit mansura esse perpetuo. a. 452
3 Imp. Zeno A. Nemini ad sublimem patriciatus honorem, qui ceteris omnibus ante-
ponitur, adscendere liceat, nisi prius aut consulatus honore potiatur aut praefecturae prae-
torio[2] uel Illyrici uel urbis administrationem aut magistri militum aut magistri officiorum,

*KOI*

---

[1] augent, quia n. e. altius, dignitatem (*Mommsen*)? [2] Orientis *suppl.* (*Hal.*)

---

1 aa.] a. *KO* | ad sen. *om.* *K* | clebam *I*, clauam *KO*, *om.* *X* | uel follem] *K*, ac collem *O*, uel pholem *I*, *om.* *X* | siue septem] suum uidelicet *O* 2 huiusmodi *OX* 3 sospita $I^a$ | coquiescat $I^a$ 5 ab his *om.* *O*, ab his pec. *om.* *I* 6 de *om.* *K* | praefectis et] magistris et infectis et *O* | magistratibus *OX* | et de (*sic*) patriciis *ante* et de praefectis *collocat* *I* 8 impp. (imp. *I*) ... urbis] imp. th. *K* | aa. *om.* *O* | urbis] *I*, urexs *O* 9 est *om.* *K* | sconsularibus $O^a$ | honeratos *O* | trabe sumunitate *O* 10 genere *om.* *O* 11 dignitates $I^a$ | prior esse] prioris se $I^a$ | debeant *O* | qui prior] ** prior qui $K^a$ 12 tamen] tamtum *O* | consuli] *IX*, consulibus *K*, *om.* *O* 13 obseru. (conseru. $I^a$?) hoc *I* | iterata] honorata iterata $I^a$, in tanta *X* | adscenderit] **escendere $I^a$ 14 repetente *O*, reppeti *I* | faces *KO*, fases $I^a$ | uirtute *O*, *inc.* $I^a$ 15 posteriori consuli *om.* *O* | posthabitus] *Z*, posthabitum *KIX*, praeterhabitum *O* | patriciatus *O* 16 consequetur *O* | eum uinci *K* 18 imp. *KOI* | et marc. ... consuli *om.* *K* | sporacio] *O*, sportiano *I*, spontio *Russardus* | comiti ... consuli] *I*, eorum don. et consul'. *O* 19 ad] et $I^a$ | reduxus *O* | sancticionem *O* | nostri $OI^b$ 20 agminea $K^a$ | sequarentur $K^a$, sequerentur $K^b$, sectentur $OI^vX$, sequentur $I^t$ 21 uenerab.] hunc uen. *K* | parencium *O* | conspiciant *Hal.* 22 affectu $KOI^a$ 23 istas parcendi $I^a$ | utilitate $K^aO$ 24 perpendi *O*, perpendendi $I^a$ 25 restaurationem *O* | atque ductuum *O* 26 pondera $K^a$ | praestantur *O* | et] *edd.*, etiam *libri* | se *om.* *O* 27 nouerint *O* | *subscriptionem* dat. asporatio et herculano coss. *ex inscriptione suppleuisse uidetur* Cui. 28 a. *om.* *K* 29 aut] autem *O* | consultus $I^a$ | mil. praefectum $I^a$ 30 animnistracioni *O* | aut magistri *om.* O, mag. om. X

in actu uidelicet positus, gessisse noscatur, ut huiusmodi tantum personis siue adhuc administrationem gerendo seu postea liceat (quando hoc nostrae sederit maiestati) patriciam
1 consequi dignitatem. Quoniam uero gloriosissimae huic urbi, quae caput orbis terrarum est, omnifariam credimus consulendum, uniuersos, qui posthac honorarii consulatus insignibus principali munificentia decorantur, centum auri libras ad reficiendum aquaeductum publicum ministrare censemus ad similitudinem eorum, qui per annale tempus consularium editione munerum gloriantur. nam ipsis quoque expedit, ut florentissima ciuitas centum auri librarum munificentia sustentata honorarium quoque sentiat consulatum.

4 IDEM A. SEBASTIANO PP. Sancimus uiris excellentissimis consularibus omnibus, qui iam facti sunt uel postea fuerint, procedendi quoque et re ipsa per annum gerendi consulatus, impetrato uidelicet principali iudicio, legitimam tribui facultatem, ita ut acta quam meruerint processione non nouum aliquid uel quod nondum habeant adipisci, sed consulatus ius, quod semel eis consularitas detulerat, processionis iterasse beneficio uideantur et in adoranda nostra purpura uel in consequendis cunctis consulum honoribus et priui-
1 legiis ex anteriore tempore prouectionis ordinem sibimet nouerint uindicandum. Hoc etiam obseruando, ut huiusmodi consul nec centum libras auri aquaeductibus huius inclitae ciuitatis pro tenore sacrae constitutionis praebendas, quas cum esset consularis praestiterat, consul postea creatus persoluere denuo compellatur.

5 IMP. IVSTINIANVS A. IOHANNI PP. Sancimus uiros excelsos patricios, quos in huiusmodi dignitatis apicem augusta maiestas rettulerit, ilico ab imperialibus codicillis praestitis patres familias effici ac potestate liberari paterna, ne uideantur, qui a nobis loco patris
1 honorantur, alieno iuri esse subiecti. Quis enim patiatur patrem quidem posse [Inst. 1, 12, 4] per emancipationis modum suis[1] nexibus filium relaxare, imperatoriam autem celsitudinem non ualere eum quem sibi patrem elegit ab aliena eximere potestate? ne, si con- [(Inst.)] trarium approbetur, per quamcumque machinationem imperialis maiestas minui uideatur.
2 Et hoc quidem raro contingere satis certum est: nemo enim facile respexit filium familias
3 in patriciatus honorem prouectum, quemadmodum in consulibus haec res usitata est. Sed ne quid in parte temporis tale eueniat et sine legibus inueniatur, ideo haec nobis uisa sunt sancienda. a. 531-

## IIII

## R DE PRAEFECTIS PRAETORIO SIVE VRBIS ET MAGISTRIS MILITVM IN DIGNITATIBVS EXAEQVANDIS R

1 [2]IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD AMPELIVM PV. [Th. 6, 7, 1 B 6, 4, 17] Praefectum urbis praefectum praetorio magistros equitum ac peditum indiscretae

*KOI*

---

[1] suis] suae potestatis *Inst.* [2] *iunge* 12, 12, 1 *Th.* 6, 9, 1. 6, 11, 1. 6, 22, 4

2 gerendum $I^a$, *om.* *O* | siue *O* 3 urbis $O^a$ 4 honorariis *X*, uniuersi *O* | consulati $I^a$ 7 edictione *I* | ut] et ut $O^a$ 8 munificentiam *I* | honerarium *I* | quoque *om.* *O* 9 seb. pp. *om.* *K* | excellentissumis *O* 10 procerandi *O* | per annum *om.* $K^a$ | agendi consulatum *O* 11 principatu $K^a$ | legitimam] uel l. *O* | acti $K^a$, peracta $K^cO^bIX$ | qua *K* 12 meruerit *I* | praecessione *O* | nouit *O* | habeat *K* 13 detulerit *O* | beneficia *O* 14 adorandum $K^a$ 15 anteriori *O* | proieccionis *O* | nouerit *KIX* 17 quos $O^bI^a$, q' $O^a$ 19 a. ioh. pp. *om.* *K* 20 angusta *I* | retulerat *K* 21 effici ac] efficiat $I^a$ | qui *om.* *O* | a *om.* $I^a$ 22 iuris $K^aI$, subi iuri $O^a$ | subiecti esse *O* 23 emancipionis $O^a$ | excelsitudinem *I* 24 elegit] fecit $I^t$ | ne si] nisi *O* 25 maiestatis *I* 26 contigere *I* | est certum *O* 27 honore $I^a$?, honores *X* | in *om.* *O* | res suscitata $K^a$, resuscitata $I^a$, res usita *X* 28 inueiatur *K* | ideo et haec *IX*, uidea (*uel* indea) • $O^a$ 29 scienda *O* 31 praefecti *O* | uerbis *I* | militum mag. *O*, mag. militis militum $K^a$ 32 exequendis $K^bOIX$ 33 imppp. (imp. *I*) ... pu. (pp. *I*)] *1 Th.*, imp. ual. et ual. et grat. *O*, imp. ual. *K* 34 praetorio praefectum urbis *O*, urbis p...... $I^a$ | magistros] et m. $KOI^a$ | peditum] praedictum *O*

ducimus dignitatis, usque adeo uidelicet, ut, cum ad priuatam secesserint uitam, eum loco uelimus esse potiorem, qui alios promotionis tempore et codicillorum adeptione praecesserit. D. III NON. IVL. NASONACI. ACC. III NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

2 [1]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. RESTITVTO PV. [Th. 6, 7, 2 B 6, 4, 18] Quisquis magisterium equitum peditumque susceperit et gesserit ante captam a quoquam praefecturam, is, cum priuatus erit et honorem[2] deposuerit, ex praefectis qui[3]

1 prouecti fuerint praeferatur. Sit igitur sedes prior ante prouectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus uetustior. D. VIII K. IVL. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

## V

## ℞ DE PRAEPOSITIS SACRI CVBICVLI ET DE OMNIBVS CVBICVLARIIS ET PRIVILEGIIS EORVM ℞

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO PV. [Th. 6, 8, 1 B 6, 25, 1] Sacri cubiculi praepositi ea dignitate fungantur, qua sunt praediti, qui eminentissimam praetorianam uel urbanam meruerint praefecturam aut certe militarem magisteriam potestatem, ita ut sit inter eos post depositas administrationes nulla discretio, siue nostrae serenitatis adoraturi admittuntur imperium siue pro suo arbitrio sollemnes festiuitates et coetus uel salutationes uel quaelibet alia officia frequentent, ut in sedibus et in consessu *is* eis ordo seruetur, quem ordo prouectionis ostenderit, sub habitu ipsis uidelicet consueto, cum manifeste decretum sit eum esse qui praecesserit potiorem, uel illum subsequi, quem recentius probauit examen. D. VIII ID. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

2 [4]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. PROCVLO PV. [B 6, 25, 2] Hac nostrae mansuetudinis aeterna lege sancimus, ut omnes cubicularii, qui de nostro cubiculo exeunt, antequam primum locum obtineant, excepto castrensi et comite domorum his priuilegiis perfruantur, id est ut nec possessiones eorum angarias siue parangarias uel etiam paraueredos in posterum dispositione tui culminis uel alicuius calumnia dare cogantur, ne sordidis adstricti muneribus decus ministerii, quod militando uidebantur adepti, otii tempore

1 et quietis amittant. Domos quoque eorum uel in hac sacratissima urbe [cf. 12, 16, 3, 2. 3] uel in qualibet alia positas ciuitate ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine

2 uindicamus. Prouinciarum rectoribus eorumque apparitionibus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostrae statuta dissimulare et ex aliqua parte uiolare temptauerint. a. 428

*KOI*

---

[1] *iunge* 12, 6, 1 [2] erit honoremue *Th.* [3] post *ins. Th. Taurin., om. libri cum Th. Paris.* [4] *Herrmann iungit Th.* 6, 2, 21. 6, 27, 22 (d. prid. k. Febr. Constantinopoli Felice et Tauro conss.)

---

1 secesserit *KI*, successerint *O* 2 uelimus] $I^a$ *Th.*, uolumus $KOI^b$ | ademptione $K^a$ 3 *s. a. Th.* | acc. III] *Cui. hoc loco*, acc. IIII *Cui. ad Th. errore, puto: in Th. Paris. non extat nisi* acc. ii ... sept., *subscriptio expleta est ex Th.* 6, 9, 1. 6, 11, 1 4 imppp. ... 5 pu.] imp. ual. *K* | ualent.] et ual. *O* 5 equitatum $O^a$ 6 prouatus $O^a$ | erit] fuerit *O* | disposuerit *O* 7 prior sedes *K*, senex prior *O*, sedis prior *Th.* | locum *O* 8 cui est] curiem *O* | adempti *K* | uetustior] antiquior uet. *O* 9 *s. a. Th.* | iun. 12, 6, 1 | aa.] I aa. *Th.* 11 praepositi *K*, praefectis *OI* 13 impp. ... pu. (pp. *OI*)] *OI Th.*, imp. hon. *K* 16 depositam aministrationem $KI^b$ | nostram serenitatem *O* 17 inperio *O* | pro] per *O* 18 frequemtentent $O^a$ | et in] in *O*, et *Th.* | consensu *OI* | is eis] *Th. Paris.*, eis *KOI*, is *Th. Taurin.* 19 quam *K*, *inc.* $I^a$ | uidel. ipsis *O* | consuetudo $K^a$ | magnifeste $I^a$ 20 sit] fit *O* | decesserit $I^a$ 21 *s. a. Th.* 22 impp. ... pu.] imp. th. *K* | pu.] *Herrmann*, pp. *OI* | hanc $I^a$ 25 id est] idem $K^a$?, idem est *X* | siue parang. *om.* $O^a$ | perheredos *O*, parauaredos *X* 26 calumpniam *O* 27 decuius $K^a$ | militado *I* | adempti $K^aI$ | tempore ocii *K*, oticii temp. *X*, otii *om.* $I^a$ 28 admittant $K^aI^a$? | domus *OIX* | quoque] que *K* 29 hospite *O* 30 prouincarum *O* | earumque $I^a$ | apparitionibus] *IX*, apparitoribus *KO* | denarumque *O* 31 feriendus $O^a$ | et ex] ex *O*, aut ex $I^b$, *om.* $I^a$ 32 temptauerit *K*

3 [1]IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. IOHANNI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. B 6, 25, 3
Cubicularios tam sacri cubiculi mei quam uenerabilis Augustae, quos utrosque certum est
obsequiis occupatos et aulae penetralibus inhaerentes diuersa iudicia obire non posse, ab
obseruatione aliorum tribunalium liberamus, ut in sublimitatis solummodo tuae iudicio
propositas aduersus se excipiant actiones.

4 IMP. LEO A. PVSAEO PP. Iubemus omnes, qui uel iam in sacrum cubiculum B 6, 25, 4
cuiuspiam liberalitate donati alioue titulo dati uel dandi principalibus obsequiis inhaerere
uel ante meruerunt uel postea meruerint, licet nulla interueniente scriptura, nulla con-
fectione gestorum, postquam deuotissimis cubiculariis fuerint sociati, ad condicionem liber-
1 tatis ingenuitatisque rapiantur raptique uideantur. Hoc non solum circa superstites, sed
etiam circa mortuos uolumus custodiri. nam cum hoc priuilegium uideatur principalis
esse proprium maiestatis, ut non famulorum, sicut priuatae condicionis homines, sed libe-
rorum honestis utantur obsequiis, periniquum est eos dumtaxat pati fortunae deterioris
2 incommoda. Sed testamenta quidem ad similitudinem aliorum, qui ingenuitatis infulis
decorantur, pro sua liceat eis condere uoluntate: intestatorum uero nemo dubitet facul-
3 tates utpote sine legitimis successoribus defunctorum fisci uiribus uindicari. Haec omnia
tunc diligenti obseruatione uolumus custodiri, cum sponte suaque uoluntate quis dederit
4 (1) eunuchum sacri cubiculi ministeriis adhaesurum. Si uero cuidam fuerit uiolenter extortus,
aut inuito domino uel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculum, liceat domino
destinatum sacra ex lege cubiculariis interpellare iudicium et eum, quem probauerit nolente
se uel inscio sacrum penetrasse cubiculum, ut suum famulum cum peculio consequatur.
5 Sed sicut laesis implorandi praesidii facultatem denegari non conuenit, ita nec calumniandi
uiam patimur diutius esse patefactam. ideoque tempus quinquennii praefinimus, intra quod
contra eum suas debeant exercere quaestiones, ut, si medio tempore mouere distulerint,
ulterius eis tamquam in[2] suum famulum uindicandi uel eius ut serui peculium uel bona quasi
6 (2) liberti copia denegetur. Haec omnia, quae super deuotissimis cubiculariis sancimus, etiam
ad cubicularias, quae a dominis in sacrum cubiculum datae uel dandae sunt, superstites
atque mortuas extendi propagarique decernimus.

5 IMP. ANASTASIVS A. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Iubemus duobus uiris B 6, 25, 5
illustribus praepositis utriusque sacri cubiculi tam nostrae pietatis quam nostrae serenissi-
mae coniugis, post finitam militiam si senatorio fuerint consortio sociati, licere, quotiens
ad adspiciendos agros suos uel ob aliam causam proficisci uoluerint, cingulo uti, cum hoc
ad implendum eorum desiderium et ad nullius laesionem respicere uideatur.

*KOI*

[1] *iunge* 12, 25, 3. 12, 59, 8 [2] in *melius abesset*

1 impp. ... officiorum] *I*, imp. leo a. aa. ioh. com. et mag. off. *O*, imp. leo *K* 2 utriusque $I^tX$ 3 obedire *O* | ab *om.* *O* 4 obseruationem *I*, conseruatione *X* | ut] non *O* 5 praepositas $O^a$ | adaduersus $I^a$ | se *om.* $I^a$ 6 imp. leo] idem *K* | a. pusaeo pp.] *I*, apuseo pp. *O*, a. *K*: *secundum ordinem c.* 3. 4, *quem tuentur B, c.* 4 *pertineret ad a.* 472 *uel* 473, *et cum a.* 472. 473 *Erythrius et Dioscorus pp. Orientis essent, a.* 473 *adscribenda esset: attamen secundum* 1, 36, 1. 10, 44, 3 *Pusaeus pp. Or. fuit a.* 465: *quare aut ordo c.* 3. 4 *inuertendus est aut consules quos Cuiacius ad* 1, 36, 1 *restituit interpolati sunt* | iam] iam uel *I*, *om.* *O* 7 liberalitatem $I^a$ | donati] deponi $O^a$ | alique titulo $I^a$, alio ueticulo *O* 8 antea *K* | confessione *O* 9 fuerut *O* | conductionem *I* 10 uidentur $I^a$ | superstitis $I^a$ 11 cum] cur $K^a$ | uideantur $I^a$, *om.* *X* 12 famulorum] florum $I^a$ 13 perunqū est $O^a$, qui ininiquum est $K^a$, ininiquum est $K^b$, periniq*** $I^a$ 14 quidem] quid *O*? 15 concedere $K^a$ | uoluntatem $K^a$?*O* 16 sine] fine sine *O* | uirilibus $K^aI^a$ 17 tunc *om.* *K* | diligenter *K*, digenti $O^a$ 18 fuerit cuidam *K* | uiol.] habuerit uiol. $K^a$ | exortus $I^aX$ 19 inter *O* | ausus sit] fuerit ausus *K* 20 iudicum *O* | eum] equum *O* 21 inscio] inscio se *O* | ut] *O*, ut et *KIX* | consequentur *K*, consequetur $OI^a$ 22 sed] sed et *O*, s*** $I^a$ | calumniandi uiam (*** $I^a$)] calumpniam *O* 23 intra] ita $OI^a$? 24 detulerint *O* 25 eius ut] etiam ut eius *O* | peculium] praedium *O* | quasi] quam *O* 26 sanximus *I* 27 cubiculares *O* | a dominis] ad omnes *I* | dende *K* 29 a. eusebio (a. c. u. sebio *O*) magistro off.] *OI*, *om.* *K* 30 utrasque *O* | sereniss. nostre *IX* 31 post *om.* $I^a$ | si] *K*, *om.* *OIX*: μετὰ παραιωθεῖσαν στρατείαν τὴν τῶν συγκλητικῶν ἢ (τῇ τῶν σ. εἰ *scr.*) ἦσαν κοινωνίᾳ συναφθέντες *B*: *expectes* cum 32 ad *om.* $I^a$ 33 et *om.* *O contra B* | ad] a $O^a$ 33 *indicem B* 6, 25, 6, *ex quo c.* 6 *h. t. effinxit Heimbach*, *recte ad* 12, 18, 1 *rettulit Herrmann*

# VI

## ℞ DE QVAESTORIBVS MAGISTRIS OFFICIORVM COMITIBVS SACRARVM LARGITIONVM ET REI PRIVATAE ℞

1 [1]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. RESTITVTO PV. [Th. 6, 9, 2 B 6, 6, 2] Qui ex quaesturae honore aut efficaci magisterio aut comitiua utriusque aerarii nostri attonito splendore uiguerunt, acclamatione excipiantur solita nec praetereantur ut incogniti. D. VIII K. IVN. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

# VII

## ℞ DE PRIMICERIO ET SECVNDOCERIO ET NOTARIIS ℞

1 [2]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. [Th. 6, 10, 1 B 6, 25, 8] Praecipua est nostrae pietatis intentio circa notariorum nomen: atque ideo, si umquam huius ordinis uiri laborem quiete mutauerint uel senectute posuerint seu cum alia dignitate post hanc qualibet usi sunt, non omittant prioris uocabulum militiae, sed com-
1 pendium sequentis honoris adsumant. Et si quis ex officio uel praecipue sublimitatis tuae temerarius ad census discussiones peraequationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit, officium suum nouerit uel leuis culpae offensione detecta grauis multae discrimine fatigandum et numerariorum corpus extincto iniuriae auctore minuendum. D. XVII[3] K. IVL. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

2 [4]IMP. ZENO A. HILARIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Praeclaram nobilemque [B 6, 25, 9] militiam spectabilium tribunorum notariorum, qui gloriosis obsequiis nonnihil rei publicae commoditatis adferunt et decoris, diuersis beneficiorum titulis muniendam credidimus et
1 augendam. Nam biennales metas uiro spectabili pro tempore primicerio agendis numeris
2 duximus statuendas. Hos autem tribunos, qui suis negotiis occupati minime sacrum palatium curauerint frequentandum, nisi intra annale spatium reuertantur, quamuis commeatus iura praetendunt, pro absentia quidem unius anni unius gradus, si uero duobus annis afuerint, duorum, si tribus, trium, si quattuor, similiter quattuor graduum subire iacturam his qui
3 inferiores eis fuerint postponendos. Qui uero per quinquennium integrum se repraesentare cessauerint, exemptos matricula tantum nomine tribunorum, nec uero ordine perpotiri, his in hunc modum dispositis uacationem census discussionis peraequationis et cuiuslibet

*KOI*

[1] *iunge* 12, 4, 2 [2] *iunge* 5, 1, 3 *et quae ibi laudantur* [3] XV *leges iungendae* [4] *iunge* 12, 40, 11

2 magistris] *Th.* 6, 9, et magistris *KI*, magistri *OX* | comitibus] *O*, et com. (coitatibus *I*) *KIX*, comite *Th.* 4 imppp. ... aaa.] imp. ual. grac. et th. *O*, imp. gra. *K* | restituto pu.] *Russardus Th.*, *om.* *KOI* 5 quui *O* | efficaci] $I^b$ *Th.*, ex officiali *KO*, effica** $I^a$ 6 attonito] antonitius *O* | uiguerint *O* 7 incognita *O* | *s. a. Th.* | iun.] *Th.*, iul. *Cui. uel errore uel fortasse ex* 12, 4, 2 | aa.] I aa. *Th.* 9 secundicerio $K^bIX$, s*dicerio $K^a$ 10 imppp. ... 11 pp.] *I Th.*, idem aaa. eutrophio pp. *O*, idem a. *K* 11 nominatoriorum *O* | si umquam] siue *O*, siu** $K^a$ 12 huius] ius *I* | quietem *OI* | seu cum] seu $K^b$, se *O* 13 dignitatem *I* | sunt non] sunt et non *O*, sunt * $K^a$ 15 ad (*d, *non* *n *Th.*) census] *Th. Paris.*, ad sensus $I^t$, accessus $K^bO$, accensus $I^v$ *cum Th. Taurin.*, *inc.* $K^a$ | discussionis $K^a$ 16 offensionem $I^a$ 17 exticte *O*, extincte $I^v$ | iniure $I^a$, iure *K* | *s. a. Th.* 18 aa.] I aa. *Th.* 19 zeno *om.* *I* | a. ... offic.] 12, 40, 1, a. magno off. *O*, a. illustri mag. off. *Russardus*, aa. *I*, *om.* *K* 20 tribun.] nominorum trib. $O^a$ | gloriosisimis *O* 21 muniendum *O* | credimus *IX* 22 nam] non am $K^a$ 23 duxus *O* | hos] nos *O* 24 frequetandum *I* | quamuim $I^a$ 25 unius *om.* *K* | annis $K^a$ | affuerunt $I^a$, abfuerunt $KOI^bX$ 26 tribus] $I^bX$, tres $KOI^a$? | gradum $I^a$ 27 postponendis $K^aO$ | qui uero *om.* *K* | se] si *O* | praesentare *OX* 28 exemptores matritutela $I^a$ potiri *O* 29 census] temporis uel census

4 (3) alterius rei habituros. Illud praecipue prouisionem nostram flagitare perspeximus, ne per
ambitionem aut gratiam aut cuiuslibet occasionis obtentu uel laborum seu sollicitudinum
specie publicorum cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare et temporum ratione
calcata dudum militantibus anteferri et, quae longis prolixisque stipendiis defensa iam pol-
5 licetur senectus, gratiosa festinatione subripere. Hoc etiam adiciendo, ut primicerius post
depositam publicam numerorum sollicitudinem, ac si ipsam gessisset administrationem,
cuius consequitur dignitatem, magistri officiorum pro antiqua consuetudine infulas sortiatur,
omnibus uacantibus quamuis tempore praecedentibus praeponendus.

# VIIII

## ℞ VT DIGNITATVM ORDO SERVETVR ℞

1 Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. ad Prae- [Th. 6, 5, 2 B 6, 1, 55
textatvm pp. Si quis indebitum sibi locum usurpauerit, nulla se ignoratione defendat sit-
que plane sacrilegii reus, qui diuina praecepta neglexerit. D. xii k. Ivn. Mediolani Rico-
mere et Clearcho vv. cc. conss. a. 384
2 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Cyro pp. Omnes priuilegia digni- [B 6, 1, 56
tatum hoc ordine seruanda cognoscant, ut primo loco habeantur ii, qui in actu positi
illustres peregerint administrationes: secundo uenient uacantes, qui praesentes in comitatu
illustris dignitatis cingulum meruerint: tertium ordinem eorum prospicimus, quibus absen-
tibus cingulum illustris mittitur dignitatis: quartum honorariorum, qui praesentes a nostro
numine sine cingulo codicillos tantum honorariae dignitatis adepti sunt: quintum eorum,
1 quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sed admini-
stratores quidem, etiam comites rei priuatae, omnibus uacantibus omnibus honorariis ante-
2 poni censemus. Vacantes autem post administratores uenientes non omnes iam omnibus
honorariis credidimus praeponendos, sed eos uacantes illis honorariis, qui similem adepti
sunt dignitatem, ut praefectorius praefectorio, non quaestorius praefectorio praeponatur,
parique modo quaestorius quaestorio, non uacans comes thesaurorum uel comes rei priua-
3 tae honorario quaestorio uel ex magistro officiorum praeferatur. Inter administratores illos
etiam numerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cinctis aliquid
ordinariae dignitatis uel antea commisimus uel postea committemus peragendum, uerbi
4 gratia si uacanti magistro militum belli cura committatur. Cur enim aut uir magnificus
Germanus magister militum uacans appellatur, cui bellum contra hostes mandauimus?
*KOI*

---

1 habituris *O*, **buturos $I^a$ | perspeximus] *X*, prospeximus *KI*, prospexemus *O* 2 aut gr.] uel gr. *OX* | aut cui.] uel cui. *I* | occasione $O^b$, optionis $O^a$ | laborum] aliorum $I^a$ | seu] uel *OX* 3 speciem $I^a$ | cuique *O* | gragraduum *O* 4 dumdum $O^a$, dum $O^b$ | antefieri *K* | defensis $O^b$, **fensis $O^a$, defensam $I^a$, defensas $I^b$ 5 primicerius ut $I^a$ 6 publicorum $O^a$ | munera $K^a$, numeri $K^b$ | si *om.* *O* | gessisse *O*, gessi $I^a$ 7 offitii $I^a$ | consuetudinem $I^a$ | insulas *OIX* | sorciantur *O* 8 praecedemti *O* | preponendis $K^a$, proponendus *O* 11 imppp. ... 12 pp.] imp. grat. aa. *I*, imp. gra. *K* | et *om.* *O* | praestatum *O* 13 sacrilegii reus] sacrilegus $I^a$ | *s. a. Th.* 15 impp. ... aa.] *Cui.*, idem aaa. *O*, imp. th. *K*, imp. aa. *I* | cyro pp. *om.* *K* | omnes] o. qui $K^a$ 17 ueniunt $I^a$? | praesentis *O* 18 mererit *uel* merint *I* | proponimus $O^t$ 19 illustri *O* | quartum] et quartam *O* | honorariumrum $I^a$ 20 nomine *OX* | dignitates $I^a$ | adempti $K^a$ 21 illustres $K^a$ | insigna *O* | administratores] aditu instraciores $O^a$ 22 uacantibus omn. hon.] uacatōibus $O^t$, honorariis $O^c$, uac. omn. $I^a$ 24 credidimus ... honorariis *om.* *O* | adempti $K^aI$ 25 praefectorius praefectorio] praefectus praetorio *KO*, praefectus questorio $I^bX$, *deficit* $I^a$: τυχὲν τὸν ἀπὸ ἐπάρχων τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει γενόμενον τοῦ ἐν ξένῃ γενομένου ἀπὸ ἐπάρχων *B* | quaestorius] quaestionibus *O*, *deficit* $I^a$ 26 quaestorius] quaestori** $K^a$, quaestoribus *O*, *deficit* $I^a$ 27 honoraraio *K*, honerario *O*, honerorio *I* | ex *om.* $K^a$ *cum B* 28 etiam] etiam tunc *O*, *om.* *X* | cinctis] *emendauit Cui. ad B* ζωστοί, cunctis $KOI^a$, a cunctis $I^bX$ 29 ordinare $K^aOI^a$ 30 uacanti] *edd.*, uacancium *KOIX* | magistro $K^a$, magistorum *O* | cura] cum *O* | magnificus uir *I* 31 germanus] *cf. Prosper chron. ad a.* 441 | militum magister *K* | cui *om.* $I^a$

aut cur excellentissimus Pentadius non egisse dicitur praefecturam, cuius illustribus cincti dispositionibus uice praetorianae praefecturae miles in expeditione copia commeatuum abundauit. a. 440—441

3 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## VIIII
## ℞ DE MAGISTRIS SCRINIORVM ℞

1 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Zoilo pp. Orientis. Viris spec- [B 6, 6, 15]
tabilibus magistris omnium sacrorum scriniorum nostrae beniuolentiae liberalitas tribuenda
1 est, qui nostrae quodammodo adsidere maiestati uidentur. Ideoque post depo- [1, 51, 11]
situm etiam officium ab omni indictionis onere seu ciuilium seu militarium iudicum prorsus immunes esse praecipimus, ut nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet grauamine priuato uel publico[1] penitus iniungatur.
2 [2]Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum scriniorum et ex proximis uolumus propa-
3 gari. Quinquaginta librarum auri officio tui culminis damnatione multando, si quid aduersus statuta clementiae nostrae innouari concesserit. D. v k. Mart. Theodosio A. xviii et Albino conss. a. 444

## X
## ℞ DE COMITIBVS CONSISTORIANIS ℞

1 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Severino pv. Eos, qui tranquillitatis [Th. 6, 12, 1]
nostrae consistorii dici comites meruerunt, spectabilibus proconsulibus[3] aequari generaliter decernimus. D. vii k. Oct. Constantinopoli Theodoro vc. cons. a. 399

2 Imp. Anastasivs A. Evsebio magistro officiorvm. Viros spectabiles comites consistorianos et coniuges et liberos, seruos quin etiam atque colonos eorum isdem priuilegiis tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo quam suas contra alios exercendo perfrui, quibus uiri clarissimi principes scholae agentium in rebus per sacram pragmaticam sanctionem diuae memoriae Zenonis[4] utuntur.

*KO* (*transponit* 10, 2. 1) *I*

---

[1] priuato uel publico *om. l. gem.* [2] § 2 *om. l. gem.* [3] spectab. proconsulibus] proconsularibus *Th.* [4] 12, 21, 8

---

1 penadadius *K*, praestamdis *O* | exegisse *K* | cincti] $O^a$, cuncti $O^b I^v$, cunctis $K I^t X$ 2 depositionibus *O* | milies $K^a$ | epedicione $O^a$ | commeatum *KIX* 3 abundabit $I^a$, habundat *X* 4 const. greca *Marcianus cl.* 5 *cod.* 18 6 *rubricas titulorum* 9 *et* 10 *permutauit O* 7 impp. ... aa.] *Russardus*, idem aaa. (a. *K*) *KO*, imp. aa. *I*, imp. th. *Paris.* 4429 | zoilo pp. or.] *l. gem.*, zoilo pp. *O*, *om. KI* | uuris $O^a$ 8 omnibus *O* | beneficencic *O* | libertas *K*, liberabal $I^a$ 9 maiestatis $K^a$ 10 mil. iudicum] iudicaium militum *O*, *deficit* $I^a$ 11 praecepimus *O*, *deficit* $I^a$ | nec] ne *K*, *deficit* $I^a$ | ab *om.* $K^a$, *deficit* $I^a$ | sedis *X*, *om. O*, *deficit* $I^a$ | tui] cui $O^a$, *deficit* $I^a$ | ullam molestiam *O* 12 iniungantur *OI* 13 ex *om.* $I^a$ 15 *s. a. l. gem.* 18 consistoriariariis *I* 19 impp. ... pu.] imp. arc. *K*, imp. archad. a. *I* | aa.] a. *O* | seuerino] *Russardus Th.*, seueriano *O* 20 procons**bus $K^a$ 21 *s. a. Th.* 22 imp. ... off.] *O*, imp. anast. *K*, imp. a. *I* consistaranos $O^a$? 23 liberos] l. et *K* | quin etiam seruos eorum atque col. eorum (eorum *om. O*) *OX* 24 tam in detentiones $I^a$ | exercendos *O*, exercerdo $K^a$ 25 scholae agentium] scolarum et agentium $K^b$, scolarum et agere tamen *O*, scole argentum $I^a$

# XI

## ℞ DE COMITIBVS ET TRIBVNIS SCHOLARVM ℞

1 [1]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. Praepositos ac tribunos scholarum, qui et *diuinis* epulis adhibentur et adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt, inter quos comites[2] etiam sacri stabuli et cura palatii numerantur, si primi ordinis comitiuam cum praepositura meruerunt et casu ad altiora non peruenerint, deposito sacramento inter eos, qui comites Aegypti uel Ponticae dioeceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi praecepimus. **Th. 6, 13, 1**
1 *Sin abs*que honore comitiuae[3] regimen fuerint nacti, absolutos militia inter eos qui duces fuerint prouinciarum numerari iubemus. D. XII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CONS. a. 413

# XII

## ℞ DE COMITIBVS REI MILITARIS ℞

1 [4]IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AMPELIO PV. Qui contemplatione meritorum, ducto intra prouincias transmarinas strenuissimo milite, primi ordinis comitiuam fuerint consecuti, ea reuerentia altissimarum dignitatum uiris subiungantur, ut his locum praestent, qui proconsulatus insignibus adornantur. D. III NON. IVL. NASONACI MODESTO ET ARINTHEO CONSS. **Th. 6, 14, 1** a. 372

2 [1]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. Eos, qui sub comitiuae primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet prouinciam uel prouincias defendendas milite credito auctoritate nostri numinis destinantur, et eos, qui uicem illustrium uirorum magistrorum militum susceperint peragendam, ducibus, qui praeter Aegyptum et Ponticam in aliis prouinciis administrauerint, adaequamus. D. XII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CONS. **Th. 6, 14, 3** a. 413

# XIII

## ℞ DE COMITIBVS ET ARCHIATRIS SACRI PALATII ℞

1 [1]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. Archiatros intra palatium militantes si comitiuae primi ordinis nobilitauer*i*t gradus, inter uicarios taxari praecipimus, siue iam pridem deposuerunt militiam siue postea deposuerint, ita ut inter **Th. 6, 16, 1 B 6, 26, 1**

*KOI*

---

[1] *iunge* 12, 11, 1. 12, 12, 2. 12, 13, 1. 12, 14, 1 *Th.* 6, 15, 1. 6, 20, 1 [2] tribunos *Th.* [3] cuiuslibet scholae *ins. Th.* [4] *iunge* 12, 4, 1 *et quae ibi laudantur*

---

2 comitis] *KX Th.* 6, 13, praepositis *OI* (*ex u.* 3) | et] ac *I* 3 impp. ... pu.] *Russardus Th.*, imp. hon. et th. aa. *O*, imp. hon. a. (a. *om. K*) *KI* 4 qui et diuinis] *Th.*, quietudinis (—nus *O*) *libri* | epulis] apostolis $O^a$ | adhibemus *O* 5 meruerit *O* | quo $O^a$ | etiam comites *O* | sacris tabulis *KO* | numantur *I* 6 praepositam *O* | meruerint *X Th. ex emend.* | et] etiam $K^a$ | utiora $I^a$ 7 aegypti uel] uel egiptiue *O* | poncie *O* | fuerunt $OI^a$ | pars *K* 8 praecepimus] *O Th.*, precipimus *KI* | sin absque] *Th.*, in aliisque *KO*, in aliis quoque *I* | honorem com. *O*, com. honore *K* 9 militiam $I^a$ | fuerunt *OI* | *s. a. Th.* 12 comilitibus *I* 13 imppp. ... pu.] *Russardus Th.*, imp. ual. et grac. aa. omiliopum *O*, imp. ual. aa. *I*, imp. ual. *K* 14 trasmarinas *K* | stenuissimo $O^a$, strenuissime *Th.* 15 reuerentias $K^a$ | altissimorum $I^a$ | subiugantur *K*, subiugatur *O* 16 praestant $I^a$ | proconsulatu *O* | ordinantur $K^a$, adordinantur $OI^a$ | *s. a. Th.* 18 *ante c.* 2 *rubricam tit.* 14 *ins. I* | impp. ... pu.] *Russardus Th.*, imp. hon. et th. aa. priscionapum *O*, imp. hon. *K*, impp. aa. *I* 19 peculiater $I^a$ | deferendas *O* 20 nominis *libri* 21 propter $I^a$ 22 administrauerit *O*, aministrauerunt *KIX* | *s. a. Th.* 25 *rubricam om.* $I^a$ 26 impp. ... aa.] imp. hon. aa. *I*, idem a. *O*, idem *K* | prisc. pu.] passiano *K*, *om. I* 27 nobilitauerit] *Th.*, nobilitauerint *libri* 28 siue postea] sui postea *O* | deposuerint] deposuerunt $O^aI^a$ | ita] militiam $I^a$

uicarios et duces qui administrauerint et hos qui comitiuam primi ordinis meruerint nihil intersit nisi tempus, quo quis administrauerit uel comitiuae indeptus est insignia. D. XII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CONS. a. 413

## XIIII
## R DE COMITIBVS QVI PROVINCIAS REGVNT R

1 [1]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. Hos, qui (Th. 6, 17, 1 B 6, 26, 2) in administratione ciuili ac prouinciae gubernaculis sub iurisdictionis licentia comites quoque primi ordinis esse meruerint, uicariae dignitatis post depositam administrationem priuilegiis frui oportet. D. XII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CONS. a. 413

## XV
## R DE PROFESSORIBVS QVI IN VRBE CONSTANTINOPOLITANA DOCENTES EX LEGE MERVERINT COMITIVAM R

1 [2]IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS C. THEOPHILO PV. Grammaticos (Th. 6, 21, 1 B 6, 26, 3) tam Graecos quam Latinos, sophistas et iuris peritos in hac regia urbe professionem suam exercentes et inter statutos connumeratos, si laudabilem in se probis moribus uitam esse monstrauerint, si docendi peritiam facundiamque dicendi interpretandi subtilitatem copiam disserendi se habere patefecerint, et coetu amplissimo iudicante digni fuerint aestimati[3], cum ad uiginti annos obseruatione iugi ac sedulo docendi labore peruenerint, placuit honorari et his qui sunt ex uicaria dignitate connumerari[4]. D. ID. MART. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XI et VALENTINIANO C. CONSS. a. 425

## XVI
## R DE DECVRIONIBVS ET SILENTIARIIS R

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. VRSO PV. ET AVRELIANO (Th. 6, 23, 1 mut. B 6, 26, 4) PP. ORIENTIS ET STRATEGIO PP. PER ILLYRICVM. Decuriones nostri palatii post emensum fideliter obsequium postque deposita sacramenta militiae electionem habeant, siue ex

*KOI*

---

[1] *iunge* 12, 11, 1 *et quae ibi laudantur* [2] *cf.* 11, 19, 1 [3] qui in memorato auditorio professorum fungantur officio *ins. Th.* [4] placuit ... connumerari] isdem quibus praedicti uiri dignitatibus perfruantur *Th.*

---

1 uicarios] eos uic. *I*ª | et hos ... meruerint *om. K*ª 2 quo] quod *I Th.* | administrauerint *I*ª | adeptus (adeptis *O*ª, ademptus *I*) est *KOI*, indemptus est *Z*, est indeptus *Th.* | *s. a. Th.* 5 *rubricam om. O, deficit K*ª | prouintiam *I hoc loco, sed* prouintias *ante* 12, 2 6 impp. ... pu.] *Russardus*, id. a. prisciano *O*, imp. hon. aa. *I*, imp. hon. *K* | hos] *I Th.*, eos *KO* 7 in *om. KO* | ciuilia *O* 8 aministratione *K* 9 *s. a. Th.* 11 possoribus *K*ª | constantitopolit. *O* 12 docente *O*, addocentes *I* | ex *om. O*ª | meruerit *K*ª, meruerunt *O*, muit *I* 13 imp. ... pu.] *Th.*, impp. th. et ual. aa. theophilo pu. *Russardus*, imp. th. et ual. theofilopum *O*, impr. th. ual'e. a. *I*, imp. hon. *K* 14 sophistas] et s. *O* | et iuris] uiros *I*ª 15 et intra *I*, intra (*om.* et) *O* | probus *I*ª, pro his *OI*ᵇ 16 interpretandi] *Th.*, interpretandique *libri* | subtilitate *K*ᵇ, sublimitate *K*ª 17 discernendi *OI*ᵛ | fuerit *O* 18 ducendi *O*ª | periuerint *I*ª 19 honerarii *I* | *s. a. Th.* 22 de *om. I* | dec. (decurio.nibus *I*ª) et sil.] *I Th.* 6, 23, sil. et dec. *KO*: eorum *addunt KOIX contra Th. et Contii librum* 23 impp. ... 24 illyricum] imp. hon. a. *I*, imp. hon. *K* | aa. *om. O* | aurelio praefecto orienti *O* 24 stra-tegio *Russardus*, syrateio *O* | per illyr. I O *Russ.*, illyrici Th. | emerasum I 25 postque] post *Th.* | depositas Iª | militi Iª

magistro officiorum uelut agentes dignitatem consequi a nostra maiestate maluerint, siue
inter uiros illustres comites domesticorum, uidelicet inter agentes, taxari, ut tam in adoranda nostra serenitate quam in salutandis administratoribus et reliquis praedicti honoris
priuilegiis nec non in nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur. D. PRID. K.
NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

2 IDEM AA. VENANTIO PP. Vnusquisque decurio uel silentiarius a [Th. 6, 23, 2 B 6, 26, 5]
tironum et equorum praestatione habeatur immunis: nullam collationem, quae plerumque
poscitur, soluat: nihil his ulla potestas iniungat aut necessitas imponat. D. VII ID. MART.
RAVENNAE ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

3 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLAVIANO PP. Decu- [Th. 6, 23, 3 B 6, 26, 6]
rionibus et silentiariis, etiam si[1] ad superiorem gradum successu meliore transcendunt,
omnia priuilegia, quae iam dudum diuorum principum iudicio meruerunt, legis istius prae-
1 ceptione noueris esse firmata, non praeiudicatura quacumque generalitate pragmatica. Nec
angarias uel parangarias siue parauer edos ulla eis amplissimae praeceptionis imponat
auctoritas. sordidis quoque muneribus, excoctione calcis et superindicti gra- [Th. 6, 23, 4]
2 uamine eos liberamus. Domus quoque eorum non tantum in hac sacratissima [cf. 12, 5, 2]
urbe, sed in qualibet alia positas ciuitate immunes ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis
inquietudine uindicamus: permissa eis ueniendi ad comitatum licentia praeter [Th. 6, 23, 3]
euocatoriae securitatem. multa decem librarum auri iudicibus prouinciarum eorumque
3 officiis infligenda, si statuta numinis nostri crediderint esse contemnenda. His [Th. 6, 23, 4]
addimus, ut, cum optatam quietem acceperint et inter uiros illustres[2] senatores coeperint
numerari, honore curiae sine aliqua functione laetentur, immunitatisque gaudio plena dignitatis laetitia potiantur[3], ut dignitatem solam habeant ex senatu: sub hac uidelicet definitione, ut triginta tantummodo numero ea priuilegia consequantur, decuriones quoque tres[4].
4 Sed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis supra scriptis, cum per continuos
tredecim annos inculpatas excubias peregerint. D. VIIII K. APRIL. RAVENNAE AETIO ET
VALERIO CONSS. a. 432

4 IMP. ZENO A. COSMAE PRAEPOSITO SACRI CVBICVLI. Ne ad diuersa tracti [B 6, 26, 7]
uiri deuoti silentiarii iudicia sacris abstrahi uideantur obsequiis, iubemus eos, qui quemlibet deuotissimorum silentiariorum scholae uel eius uxorem ciuiliter uel etiam criminaliter pulsare maluerint, minime eum ex cuiuslibet alterius iudicio nisi ex iudicio tantummodo uiri excellentissimi magistri officiorum conueniri.

*KOI*

---

[1] etiam si] uel his, qui post hanc militiam honoratae quietis otio perfruuntur uel *Th.* [2] uiros illustres *om. Th.* [3] nec glebali onere praegrauandi, sed *ins. Th.* [4] quos numero plures fieri inueterata consuetudo permisit *ins. Th.*

---

1 magisterio $I^a$ | consequi] et c. *K* 2 in] ino $I^a$ 3 saluntandis *O* | administrationibus *O* | et] *edd. Th.*, uel *KOIX*, καί *B* 4 non *om.* $I^a$ | *s. a. Th.* 6 idem ... pp.] *Russardus Th.*, idem a. ualentio pp. *O*, idem uen. *K*, idem aa. *I* | a] ad *O* 7 et equorum praestatione] *O Th.*, equorumque prestationibus *KI* | habeat *O*, habeantur $I^a$ *Th.* | immunis] iuiūs $O^a$ | nudam *Th.*: μήτε ἄλλην διαγραφήν *B* | plerumque] plerum $I^a$ 8 iniungatur $I^a$ | imponat] *edd. Th.*, inponatur *KOI* | *s. a. Th.* 10 impp. ... fl. pp. (pp. *om. O*)] *O Russardus Th.*, imp. th. *K*, imp. aa. *I* 11 successo *I* | tnscendunt *K* 12 duorum *I* 13 noueris] $I^bX$, nouerint $KOI^a$?, noueres $Th.^a$, nouere $Th.^b$ | esse *om.* $I^a$? | firmatam $O^a$ | praeiudicatur ex quac. *O* | generali *K* 14 angorias $O^a$ | uel (nec *K*) parang. *om.* $O^a$ | par*uendos $O^a$ | amplissima $K^a$ 15 a sordidis *O* | exactione *O*, exoccione *I* | superdicti *O* 16 domus] dampnis *O* 17 alia quaelibet *KI* | supposita *O* | hospitum] officio $OI^c$, officio hospitum $I^r$ 18 eis *om. Th.* 19 euocatoriae] *Th. cum B* ἀνακλήσεως, reuocatorie *KI*, reuocacione *O* | mulctam *O*, et multa *Th.* 20 infligendam *O* | nominis nostri *OI*, nostri nominis *K* | temnenda *Th.* 21 adicimus *OI* | apptatam *K*, adoptatam *O* 22 remunerari $K^a$ | honorie $I^a$ | curiue *O* 23 patiantur *O* | sub hac *om. O* 24 ut] tut $I^a$ | ea] et *O*, haec *Th.*, *om. X* 25 eos] eos decuriones *O* | potiri *Th.* | per *om. Th.* 26 inculpatos $O^a$ | *s. a. Th.* 6, 23, 3 28 imp. ... cubiculi] *O*, imp. zeno *K*, imp. a. *I* | tractu *O*, tractati *I* 29 uidebantur $I^a$ 30 scole $O^a$, *deficit* $I^a$ | etiam *om. B* (κ.π.) 31 modo *om.* $I^a$ 32 offitiosorum $I^a$

5 Imp. Anastasivs A. Polycarpo pp. Iubemus clarissimorum silentiariorum [B 6, 26, 8] militia praeditos, etsi genitorum suorum in potestate sint constituti, quaecumque solaciorum siue emolumentorum uel donationum seu hereditatum nomine per militiam uel quamlibet eius causam his adquisita sunt uel fuerint, iure castrensis peculii possidere, nec ea posse uel parentes superstites sibimet uindicare uel auferre, uel etiam post eorum obitum fratres uel alios heredes eorum quasi ad defunctorum dominium pertinentia in diuisionem deducere:
1 nec enim oportet labores eorum aliis fructum uel lucrum adferre. Hac namque ratione simul et contemplatione nec ipsam militiam uel suffragium, quodcumque pro ea uel ab isdem uiris deuotis silentiariis uel a parentibus eorum uel quolibet alio datum est uel fuerit, ab his patimur in successionem defunctorum parentum conferri seu nomine colla-
2 (1) tionis in medium easdem offerri pecunias uel his imputari. Ad haec de tutelis et curationibus eos excusari sancimus, ne alienarum rerum administrationem subire compellantur, qui propter nostra ministeria nec suis curam seu prouisionem diligenter deferre possunt.
3 Liberos insuper eorum, qui dignitate uirorum spectabilium comitum seu tribunorum decorati sunt uel fuerint, nullatenus nolentes administrationem praeturae suscipere seu peragere.
4 Omnibus uidelicet antelatis priuilegiis in persona non tantum in praesenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inserendorum tam tempore militiae quam post eam depositam obseruandis. a. 497—499

## XVII

## ℞ DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBVS ℞

1 Imppp. Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs AAA. ad Evsignivm pp. [Th. 6, 24, 4 B 6, 27, 1] Domestici ac protectores osculandi, cum salutauerint, uicarios tui culminis habeant potestatem. poena enim sacrilegii similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt aestimati. D. prid. non. Mart. Mediolani Valentiniano A. iii et Evtropio conss. a. 387

2 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Heliodoro pv. [Th. 6, 24, 11 mut. B 6, 27, 2] Primicerius quidem domesticorum et protectorum utriusque scholae post acceptum tribu-
1 natum inter eos spectabili[1] dignitate potiatur, qui ducatum agere meruerint. Alii uero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, consulari, [Th. 6, 24, 9] id est clarissimatus dignitate, perfruantur cum ipsa loci decem primorum accessione. D. iii id. Ivn. Constantinopoli Aetio et Valerio vv. cc. conss. a. 432

3 Idem AA. Sporacio comiti domesticorvm peditvm. Si quis domesticorum [B 6, 27, 3] nulla negotii publici abstrahente sollicitudine nec ei per commeatum sollemniter, ut abesset,

*KOI*

[1] spectabili *om. Th.*

1 imp. ... pp.] *O*, imp. anast. *K*, imp. aa. *I*: *inscriptionem subscriptionemque* 5, 62, 25 *restituit Cui., quasi ea gemina esset huius legis* § 2 | silentiatoriorum $O^a$ 3 siue emol.] emol. *O* 4 his] his qui *I* 5 uel par.] uel pos par. $K^a$, par. $K^b$ | debitum $I^a$ 6 eorum alios heredes *IX* | dominia $I^bX$ | diuisione *OX* 7 fructuum $I^a$ | offerre $I^a$ | ratione *om.* $I^a$ 8 et *om.* $I^a$ | quacumque $K^a$, quocumque *O*, quicumque $I^v$ | pro ea uel] habet *O* 10 in successione *K*, in successioe *I*, *om.* $O^a$: εἰς κληρονομίαν *B* 11 pecunias] necessarias *O* | curatoribus $I_4$ 12 excusare *O* | sancimus] censemum sanctimus $O^a$ 14 eorum] eos *O*, *om.* $I^a$ | dignitatem *O* 15 preter $K^a$ 16 antelitis $K^a$, antelatinis *I* | personam $I^a$ 17 eisdem *X* | eam] *K*, ea *IX*, *om. O* 20 de] et p de *K* | et] ac *I* 21 imppp. ... 22 pp.] imp. ual. a. *I*, imp. ual. *K* | theod.] et th. *O* | eusignum *O* 23 enim] tantum *O* | simul $I^a$ | erit *om. I* | his honorificenciam *O*, honorif. his *I* | differatur *I* 24 qui] quod $I^a$ | contigere *K* | *s. a. Th.* 26 impp. ... pu.] *Russardus Th.*, idem a. eliodoro pp. *O*, imp. th. *K*, imp. aa. *I* 27 primiceriis *O*, primicerii $I^v$ 28 pociantur $K^aOI^r$ | ducant *O* | agere] gerere *O* | meruint *K*, uoluerint *I*, meruerunt *Th.* 29 consularii $OI^bX$, consulantur $I^a$ 30 perfruantur dignitate *K* | ipsis locis *O* | *s. a. Th.* 6, 24, 11 32 aa.] a. *K* | sporacio ... peditum] *Cui.*, sporiatio com. dom. *O*, sporatero comiti domestici compeditum *Russardus*, *om. KI*: *cf.* 12, 3, 2 33 abstrahentes *OI* | sollicitudinem *O* | ut abessent *I*, abesse *O*

facultate concessa biennium obsequiis serenitatis nostrae defuerit, is retrorsum in ordinem
1 tractus inferiorem quinque sequentibus postponatur. Si uero triennium eius absentia continuasse monstretur, usque ad decimum locum procul dubio regradetur. quod si quadriennio tenus afuerit, nouissimus collocetur. quinquennio autem si fuerit deuagatus, ipso iam cingulo spoliandus est. indignum quippe est desides ac propriis tam diu muniis aberrantes, quos esse conuenit adsiduos, numerari.

4 IMP. IVSTINIANVS A. VIGILANTIO COMITI DOMESTICORVM CONSVLARI AC PATRICIO. [B 6, 27, 4] Lege pragmatica sine fine uictura praefiniendum ac constituendum credidimus, ut, si quis uirorum fortium praesentalium domesticorum in equitum schola secundocerii locum indeptus diem interea supremum clauserit, heredes eius non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui superesse monstratur, uerum etiam insequentis anni, hoc est primiceratus, solaciis ac emolumentis fruantur omnibus, ut, quod ad quaestum et compendium militiaeque fructum prolixe pertinet, similis habeatur, ac si superstes permanserit ad finem usque supremum.

5 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.*

Ἡ διάταξις τὸ προνόμιον τὸ δεδομένον τῷ σεκουνδοκερίῳ τῶν ἱππέων χαρίζεται καὶ τῷ σεκουνδοκερίῳ τῶν πεζῶν. [B 6, 27, 5]

# XVIII
## R DE PRAEPOSITIS LABARVM R

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PP. [Th. 6, 25, 1 B 6, 25, 6] Qui praepositi labarum nostro iudicio promouentur, clarissimi[1] sint inter *ad*lectos, ita ut ex consularibus habeantur.˙ nam[2] et immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.
D. III ID. NOV. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

*KOI: index* 17, 5 *ex B restitutus est*

---

[1] Qui ex deuotissimis domesticorum scholis praepositi labarum nostro iudicio et stipendiorum sudoribus promouentur, ad similitudinem decem primorum domesticorum clarissimi *Th.*
[2] et (et *om. Paris.*) senatorio nomine *ins. Th.*

---

1 facultatem *O* | uestre˙*I* | defuerit is] defunctis $O^a$, *inc.* $I^a$ | ordine *K* 2 tractatus $I^a$ | sin *KI* | triennio *O* 3 monstratur $I^a$ | regreditur *O* | quadrienno $I^a$ 4 quinquennium *K*, u *I* | deuatus $I^a$ 5 cilgulo *O* | ac] a $K^b$ | tam diu muniis] diuinis $O^a$, diuiciis $O^b$ | aderantes quos etiam conuenit *X*, aberasse quos conuenit *libri Cuiacii* 6 adsiduos] ā (= aut *uel* autem) si duos *O* | munerari *I* 7 imp. ... 8 patricio] imp. iust. *K*, imp. aa. *I* | uigilamcio *O Cui.*, uigili *Russardus*, uigilatio *Palatinus* 767 | domesticus *O*, *om. Russ.* | ac] atque *Cui.* 8 uictura *in uacuo spatio om. O* | profiniendum *I* | ac] ad *I* | credimus $KI^a$ 9 qui *O* | secundocerii] $K^bO$, ſ' (= secundum) primicerii *I*, secundicerii primicerii *X*, *in uacuo spatio om.* $K^a$ 10 locum] m locum $K^a$ | indemptus $K^aI$, adeptus *O* | relinqui *O* | temporis tantum *K* 11 insequentibus *O* | primiceratus] cum primiceracii *O* 12 solatus $I^a$ | fruatur *O* | quod] quidem *O* 13 que] qui $K^a$, quod $I^a$ | fructuum *O* | pertinent $O^a$, pertinet et $K^a$, *inc.* $I^a$ | similiter $K^a$ | ac] et *O* | ad] et $I^a$ 15 const. greca *Marcianus cl.* 5 *cod.* 18 19 labarum] *KI*, laborum *OX Th.* 6, 25 (*Parisiensis*) 20 impp. ... pp.] *Russardus Th.*, imp. hon. et th. a. munasio pp. *O*, imp. hon. a. (a. *om. K*) *KI* | propositi *I* 21 labarum] $KI^a$ *Th.* (*etiam Parisiensis*), laborum $OI^b$, τοῦ λουτροῦ (= lauacri) *B* | adlectos] *Th.*, electos *libri* 22 et *om.* $KOI^a$, *cf. not.* 2 | quo *O* 23 *s. a. Th.*

# XVIIII

# ℞ DE PROXIMIS SACRORVM SCRINIORVM CETERISQVE QVI IN SACRIS SCRINIIS MILITANT ℞

1 [1]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO PP. Proximos memoriae, epistularum ac libellorum atque dispositionum[2] ita uicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro *prae*fectis dioeceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostendat, insequentibus praeponendi, qui uicarias postea administrauerint. et nullam iniuriam descriptionis[3] perhorrescant. D. PRID. K. MAI.[4] CONSTANTINOPOLI HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS. [Th. 6, 26, 4 B 6, 28, 1] [Th. 6, 26, 12] a. 386

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CONSTANTIO[5] PP. In sacris scriniis nostris militantes in prouinciis[6] ordinarii uel spectabiles[7] iudices a salutatione non arceant, etiam inuiti in consessum accipiant: scituris uel principe uel corniculario uel capitibus officii, ternas libras auri ex suis facultatibus eruendas, si consistorium nostrum saepe ingredientibus secretarii iudicum non patuerit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata aut sedendi cum iudice societas denegata. D. VI ID. NOV. TRIVERIS[8] TIMASIO ET PROMOTO VV. CC. CONSS. [Th. 6, 26, 5 B 6, 28, 2] [1, 48, 3 mut.] a. 389

3 [9]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CLAVDIO PV. In scriniis palatii militantes, id est memoriae epistularum libellorumque ac dispositionum[10], post uiginti annos transactae militiae si discedendum sibi esse decreuerint, consulari honore fulti inter adlectos habeantur huncque honorem dignitatis[11] teneant, qui ex consularibus deferri consueuerit. nec eos quisquam iniungendo aliquid uel iubendo possit ab impertito otio separare. D. XV K. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. [Th. 6, 26, 8 B 6, 28, 3] a. 396

4 [12]IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. EPIPHANIO PV. Iubemus, ut primum omnium sit eorum, qui in sacris scriniis nostris, id est memoriae epistularum libellorum et dispositionum, referuntur, secura[13] possessio ab omnibus sordidis muneribus excusata: superindictum non timeant, uenalicium non petantur solumque cano- [Th. 6, 26, 14 B 6, 28, 4]

*KOI*

---

[1] *iunge* 12, 21, 1 [2] atque dispos. *ex Th.* 6, 26, 10 *additum est* [3] scriptionis *Th.* [4] Mart. 12, 21, 1 [5] Constantiano (6, 55, 9 *Th.* 15, 14, 8)? [6] in prouinciis *om. Th.* [7] uel spectabiles *om. Th.* [8] Nou. [accepta . . . .] Trieris? [9] *cf. Th.* 6, 26, 7 [10] id est ... dispositionum *om. Th.* [11] in senatu *ins. Th.* [12] *Gothofredus iungit Th.* 6, 18, 1 (Honorio VIIII et Theodosio V AA. conss. = *a.* 412) [13] Quamuis innumeris legibus scriniorum gloria decoretur, iubemus tamen, ut primo omnium sit eorum secura *Th.*

---

2 proximis] prox. uel praepositis *O* 3 qui in sacris] *Z Th.* 6, 26, qui i *K*, qui in *I^a*, quem mihi *X*, *om. O:* sacris *post* militant *suppl. I^b* 4 imppp. ... aaa. (a. *O*) cyn. pp.] *O Th.*, imp. grat. a. (a. *om. K*) *KI* 5 proximus *I^a* | ac] atque *O^a* | uariorum *I^a* 6 pro praefectis] *Th.*, profectis *OI*, profecti *K^a*, prefecti *K^b* | diocesis *K^aOI^a*, dioecesis *Th.* 7 eos *om. O* | indepti] *dett. Th.*, indempti *KO^tI*, indocti *O^v* | proximitas *O* | ostendit *I^a*, ostentat *Th.* 8 proponendi *O* | uicarios *O* | administrauerunt *Th.* 9 *s. a. Th.* 6, 26, 4 11 imppp. ... 12 pp.] imp. ual. *K*, imp. a. *I* | theod.] et th. *O* 12 pp.] *O Th.*, pp. galliarum *Russardus, ex l. gem. uidelicet* | sacri *I* | nostri *O*, uestris *I* | militates *I* | in *om. I^a* | ordinariis *K^a* 13 ad solucionem *O*, ac salutationem *I^a* | arceant] *Hafniensis Th.*, arceantur *KOI* | etiam] *I Th.*, et *K*, *om. O* | in *om. O* | consessum] *dett. Th.*, consensum *OI*, concenssum *K^a*, concensum *K^b*, concessum *X* | accipiantur *K^a* | scitituris *I^a* 14 principes *O*, principi *I^a* 15 seruandas *O^t* | si consist.] sicutsist. *O^a* | segretarii *K^a* | iudicium *OI^a?* | patuerint *K^a* 16 aut] si *O^b*, *om. O^a* | societatis *I^a* 17 *s. a. Th.* 18 impp. ... pu.] imp. arc. *K*, imp. a. *I* 19 palatiis *K^a* | id est] sancte *K* | dispositione *O*, .positiouum *I^a* 20 dicedendum *K*, descedendum *O*, di.cedendum *I^a* | functi *O* 21 adlectos] *I^v Th.*, electos *KOI^b*, *deficit I^a* | consueuerint *K^a*, *deficit I^a* 22 quisque *K*, *deficit I^a* | importito *I^a* | separari *K* 23 *s. a. Th.* 24 imppp. ... aaa.] *Russardus*, imp. th. a. *O*, idem a. *KI* | epiphanio pu. *om. KI* 25 iubmus *O^a* | in *om. O* | sacris scr. nostris] sacri nu nostri *I^a* | id] idem *O* 26 ac *K* | secura *om. K^aI^a* 27 non] non ut *O* petatur *K^bI*

nicae indictionis praestent tributum: [1]labore dignitas conquisita extraordinarium munus
ignoret nec ullam temonis patiatur iniuriam: equorum tironumque praestationem nullus
agnoscat, qui uel adhuc in scriniis militat uel[2] honorem proximi et comitiuam primi dispo-
sitionum longi temporis sudore quaesiuit. et haec quidem patrimoniis censuimus deferenda.
1 Quod autem omnibus constat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur, ut,
etiamsi prosperioris fortunae iudicio ad honoris ornamenta processerint, uetera tamen eis
scrinii labore priuilegia quaesita seruentur. D. ID. OCT. RAVENNAE HONORIO VII ET
THEODOSIO II AA. CONSS. a. 407

5 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FAVSTINO PP. Peculiari [Th. 6, 26, 16 B 6, 28, 5]
praeceptionis nostrae fauore praestamus, ut in scriniis memoriae epistularum libellorumque
ab exceptoribus usque ad melloproximos dignitatem clarissimorum honoremque percipiant.
1 Et sicuti reliqui, qui in isdem scriniis militant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressum
*in* secretarium consessumque habere legibus meruerunt, ii quoque, in quos hanc stipen-
diorum meritis clarissimatus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam sese habere
reuerentiam recognoscant, ut consedendi ingrediendique secretarium sciant a nobis licen-
tiam contributam. D. VIII ID. IVN. RAVENNAE LVCIO VC. CONS. a. 413

6 IDEM AA. EVSTATHIO[3] QVAESTORI ET HELIONI [3]MAGISTRO OFFI- [Th. 6, 26, 17 B 6, 28, 6]
CIORVM. Pro biennio annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis
memoriae epistularum libellorumque ordine ac merito stipendiorum ad gradum peruenerint
proximorum. D. VIII ID. FEBR. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

7 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORVM. [B 6, 28, 7]
Vnicuique, qui in sacris scriniis militat, sui loci merita seruari oportere constituimus, et
uniuersos, qui ultra numerum statutorum in isdem scriniis militant, sui gradus respectu
per ordinem quem sortiti sunt in deficientium statutorum locum, ut tamen ultimis socientur,
subire decernimus: scilicet ut nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore, in locum
praecedentis ambire, nisi forte adeo qui tempore uincitur laborum comparatione superat,
ut quindecim primatum eiusdem scrinii testimonio cum sacramenti religione subnixus prae-
1 cedentibus dignior iudicetur. Hanc quoque obseruationem extra filios proximorum uolumus
custodiri. etenim cuique proximo unum de suis filiis, qui temporis dumtaxat suffragio
nititur, licet parum obseruasse militiam cognoscatur, insequentibus tempore, qui laborum
2 (1) meritis muniuntur, anteferre posse decernimus. Illum tamen, qui locum statuti meretur,

*KOI*

---

[1] glebalis auri solutionem nesciat *ins. Th.* [2] uel adhuc ... uel *om. Th.* [3] uiro illustri *ins. Th.*

---

1 inducionis $O^a$ | praestet *O* | dignitatis *OI* 2 ignorent *I* | nec] ne *O*, n∗ $I^a$ | tem. patiantur *KI*, prorsus patiatur tem. *O* | tronumque *I* | prestatione *K* 3 qui] quod qui $I^a$ | militant *OI* | honore *O* | primam $K^a$ | dispositionem *O* 4 quaesiuit] que sunt $OI^a$ | quidem] quod *O*, *om.* $I^a$ 5 constant $I^a$ | adiectum *I* 6 fortitudine $I^a$ | processerit *I* | tamen] tantum *O* | eius *O* 7 scrinii] *KO*, scriniis *I Th.* | priuilegii *K* | *s. a. Th.* 9 impp. ... pp.] *O Th.*, imp. hon. *K*, imp. a. *I* 11 ab *om.* $I^a$ 12 sicut *KI* | qui *om. K* | eisdem *KI* 13 in *om. KOI Th.?* | concessumque *OI* | legibus habere *KO*, habere *om.* $I^a$ | quos] quo *O* 15 consulendi $I^a$? | ingrediendiue *O* | liquentiam *K* 16 *s. a. Th.* 17 aa.] a. *K* | eustathio ... off.] *Russardus Th.*, eustochio quaestorio ezelio mag. off. *O*, *om. KI* 19 que] quoque $K^bI^a$, *om.* $K^a$ | prouerint $K^a$, peruerint $K^b$, peruenerit *O*, perunnerint $I^a$? 20 *s. a. Th.* 21 impp. ... officiorum] imp. th. *K*, impr. a. *I* | nomo *uel* nonio *Lond.*, nom. *Russardus*, nemo *Palatinus* 767, *om. O* 22 militat] *dett.*, militant *KOI* 23 respectus *KO* 24 sorti $I^a$, consecuti *X* | deficiendum $K^a$, deficiendo *I* | locorum *I* | tamen] *K*, tantum *O*, cum *X*, *om. I* 25 ut nemini scilicet *O*, id est ut nemini *K* 26 precedentis *I* | adeo] *O*, ab eo $KI^bX$, *inc.* $I^a$ | labeorum $I^a$ | superat ut] *scripsi*, superatus ut *KX*, superati *O*, superatur $I^a$, superatur ut $I^b$ 27 xxu *I* | primatus *O*, primatuum *X* | sacramentis $I^a$ | subnixius $I^a$ 28 dignior] d. quoque *O* | hanc] ab *O* | quoque *om.* $I^a$ | obseruacione *O* | alios $I^a$ 29 etenim *seqq.*] ἐπιτέτραπται γὰρ ἑκάστῳ προξίμῳ ἕνα τῶν παιδῶν τῶν ἰδίων στρατεύειν κατὰ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ὁ μετ' ἐκεῖνον μεμαρτύρηται παρὰ δεκαπέντε πρώτων τῆς σχολῆς *B* | qui] quod $I^a$ 30 obseruas $I^a$ | cognoscatus *O* 31 meritorum *I* | anteferre] $I^a$, anteferri $KI^bX$, auferri *O* | locum *om. O* | statu $I^a$, statui $I^b$ | merentur $O^a$

proximo quidem ducentos quinquaginta solidos, melloproximo uero uel adiutori pro consue-
3 tudine uniuscuiusque scrinii uiginti aut quindecim solidos offerre praecipimus. Quod si quis de supernumerariis, qui in statuti locum subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum recusare uoluerit, sequenti tam offerendae quantitatis praedictae quam subrogandi licentia permittatur, ita uidelicet, ut si secundus etiam uel tertius uel cuiuslibet numeri in eadem excusationis uoluntate durauerit, accedenti semper eadem copia quam
4 praecedens excusauerat tribuatur. Hos autem, qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu uolumus remoueri et, cum uacauerit statuti locus, condicionem quam antea repudiauerant, id est offerendae pecuniae et adipiscendi statuti locum liberam habere praecipimus facultatem. a. 443—444?

8 Idem AA. Nomo magistro officiorvm. Proximos sacrorum scriniorum, [B 6, 28, 8] quos fides ac diuturnae obseruationis industria litterataque militia, comitem quin etiam dispositionum, quem probitas ac strenuitas merito commendat, completo tempore [12, 21, 6] suae militiae comitiuae sacri nostri consistorii cingulo in diem uitae potiri, manentibus
1 uidelicet iam dudum praestitis saluis priuilegiis, decernimus. Quibus enim arcana [(12, 21, 6)] pietatis nostrae merito committuntur, his pietas nostra uitam cingulo supra dictae comitiuae ornandam decorandamque decreuit. a. 443—444?

9 Imp. Leo A. Patricio magistro officiorvm. In sacris nostris scriniis [B 6, 28, 9] militantes per commeatum non continuatim praestitum ante conuentionem profecti intra indultum temporis spatium erunt cum suis coniugibus et liberis a conuentione securi: ab indictionibus etiam publicorum et ciuilium munerum et post completam militiam excusatione potiantur: super domibus quoque, quas in prouinciis possident, metatorum molestia liberentur.

10 [1]Idem A. Hilariano comiti et magistro officiorvm ac patricio. Statutos [B 6, 28, 10] memoriales praecipimus esse in scrinio quidem memoriae sexaginta duos, epistularum uero triginta quattuor, libellorum quoque triginta quattuor: antiquarios uero, qui habentur
1 in scrinio memoriae, numquam minus esse quam quattuor. Supra scripti autem memoriales nullo modo duplici fungantur officio nec geminis chartis inrepserint, ut non occupentur plura in unum se commoda collaturi nihilque reliquis relicturi.

11 Imp. Anastasivs A. Evsebio magistro officiorvm. Si quis in sacris [B 6, 28, 11] nostris scriniis, id est memoriae dispositionum epistularum et libellorum, statutis iam

*KOI*

[1] *fortasse iungendae sunt* 1, 23, 6 (d. vi k. April. Iordane et Seuero conss.) 12, 59, 9

1 proximos *I* | melloproximo ... 2 solidos *om. O* | melloproximos $I^a$ 2 praecepimus *O*, *deficit* $I^a$ 3 quis] qui *K*, quis quidem *X*, *deficit* $I^a$ | qui *om.* $OI^bX$, *deficit* $I^a$ | statututi *K* | subire ... statuti *om.* $O^a$ | offerat] off. debuerat *I* 4 uoluerint *O* | sequendi *O* | offerente $K^a$, offerentie *I* | quantitates prequedicte $K^a$ 5 permittetur *OX*, *inc.* $I^a$ | ut *om. O* | si secundus] secundus *K*, sicundus $O^a$ | uel etiam *OX* | tertius] iiii $I^a$ 6 numeris $I^a$ | excus.] excus. causa $I^a$ 7 procedens *KI* | recusauerit *O* | autem *om.* $I^a$ | prodigi *K* | uoluerint *O* 8 et cum uac. *spatio uacuo relicto om. O* | stati $I^a$ 9 ante *I* | repudiauerat *KI*, repudiauerit *X* | est] est et $I^bX$ | offerendum *K* 10 praecepimus *O* 11 idem ... officiorum] *O*, idem a. *KI* | proximorum *O*, *deficit* $I^a$ 12 quos] qui *O*, *deficit* $I^a$ | literaque *O*, *deficit* $I^a$ | miliciam *O* | comitiue *K* | quem] qui $I^a$, que $K^v$ 13 commodat $K^a$, commedat *I* 14 suae *om.* $O^a$ | comitiuae *om.* $I^a$ 15 uidelicet *om.* $O^a$ | praestitis] praeteritis *O* | salus $K^1$ | priuilegiis] pr. proximis (—mus $I^a$) *IX* 16 his] in his *KI* | cingolo uitam *K*, cingulos (*om.* uitam) *I* 17 decorandamque] que *O* 18 imp. ... officiorum] *O*, imp. leo *K*, impp. aa. *I* | nostri $K^a$ | scrinii *K* 19 continuat in *O* | conueccionem *O* | praefecti *OIX*, ἀπολειφθέντα *B* 20 uentione $I^a$ | ab indictionibus] anbicionibus *O*, a uindicationibus *I* 21 et ciu.] uel ciu. $KI^a$, ciu. $I^b$ | numerum *O* | malitiam *K* | excusationem $I^a$ 22 quas] duas *O* | mercatorum *O*, metantorum *I* 24 hilaryano com. et mag. off. hac parte *O*, illariano com. *Palatinus* 707, illyr. com. et mag. off. ac pater *Russardus*, hac parte *KI*: ac patricio *restituit Herrmann*, *cf.* 1, 23, 6 25 praecepimus *O* | duorum *O*, duo $K^b$ 26 uero trig. quattuor] et *O* | habeantur $K^aO$, *deficit* $I^a$ 28 nec] ne *IX*, μηδέ *B* | geminus *K* | quartis *O*, quis cartis *X* | occupentur] $KOI^b$, aucupentur $I^a$ (*fortasse rectius*), occupent *X*, καταλειφθῶσι (καταληφθῶσι *Heimbach*) *B* 29 colatura $I^a$ | reliquis *om. O* 30 anast. a.] anast. *K*, anst. $O^a$, a. *I* | eusebio mag. off.] *O*, *om. KI* 31 depositionum

connumeratus ab hac luce fuerit subtractus, ab eo, quicumque utpote uacante loco de substitutis in statutorum consortio fuerit ultimus subrogatus, pro solacio uel suffragio proximi definitam sacraeque constitutioni diuae memoriae Theodosii et Valentiniani principum[1] insertam quantitatem defuncti heredes uel successores uel liberi eius seu creditores, qui fenus cum mortuo pro statuti loco ei adquirendo contraxerint, consequantur: ita scilicet ut, si hereditas uel successio diem functi minime fuerit suscepta uel adita, tales personae, id est creditores quidem contra ceteros praerogatiua sibi seruata, liberi autem uel agnati seu cognati non hereditatis sed priuilegii nomine simili modo huiusmodi summam percipiant sibique petere ac uindicare permittantur: nullius machinatione huiusmodi nostra dispositione retractanda seu uiolanda, maxime cum uiros etiam pro tempore spectabiles eorundem proximos scriniorum, si quis eorum ante completum proximatus actum morte praeuentus sit, ad heredes successoresque suos residui temporis proximatus solacia sine quadam imminutione transmittere non dubitetur.

12 [2]IDEM A. CELERI MAGISTRO OFFICIORVM. In sacris scriniis militantes et B 6, 28, 12
parentes atque uxores eorum nec non liberos ex sententia tantummodo tuae celsitudinis criminales et ciuiles intentiones agentium excipere iubemus, insuper etiam colonos seu adscripticios et seruos eorum in hac regia urbe degentes eodem beneficio potiri, fidei pro tempore adiutoris uiri spectabilis proximi uel unius ex statutis committendos: ita ut, si in prouincia quicumque memorialis repertus fuerit, iuratoriae cautioni committatur, etsi non possideat immobilem substantiam, serui nihilo minus et coloni ad eum pertinentes fidei
1 eius tradantur. Modum insuper sportularum ad mediocrem deduci quantitatem et exsecutoribus de schola agentium in rebus attribuendis unum solidum singulos usque ad finem negotii proque ingressu in iudicio tuae magnitudinis quolibet modo faciendo duos solidos et pro editione gestorum exceptoribus dimidiam solidi partem et, si apud arbitrum negotium uentilari contigerit, ipsi quidem arbitro unum solidum et nihil amplius, exceptoribus autem eum obseruantibus tam pro ipso quod implere uidentur ministerio quam pro editione gestorum seu relationis uel definitionis tertiam partem solidi praebere sancimus: nec pro tempore uirum spectabilem fisci patronum uel exsecutores, quibus imminendi litibus sollicitudo iniuncta est, quicquam ab his exigere seu profligare concedi: dimidia scilicet expensarum, quas in iudicio tui culminis a memoratis personis praeberi statuimus, portione in iudiciis prouincialibus ab his agnoscenda: ita ut, si de ciuilibus annonis uel tutela seu curatione uel noui operis nuntiatione litem eos subire contigerit, in maiore quidem iudicio ad similitudinem sumptuum, quos in iudicio eminentiae tuae dependere praecepti sunt,

*KOI*

---

[1] *c.* 7 *h. t.* [2] *iungenda uidetur* 12, 20, 6

---

1 uocante *O* 3 constitutione *O*, constitutionis *X* | theodoii *I* | ualentiani $KI^b$ | principum] ut pr. $I^a$ 4 incertam $K^a$ | uel lib.] et lib. $KI^a$ | qui] quiui *O* 5 cum] con *K* | statuto *O* | consequentur *I* 6 successores *O* | suscepta fuerit *O* | lales $O^a$, *om.* *X* | personas *I* 7 quidem] qui *O* | agnati] agrari $I^a$? 8 summa *O*, sumant $I^a$ 9 peteret $K^a$ | nostri *I*, *om.* *K* 10 uiolenda *O*, uiolandi $I^a$ | eordem *I*, propter eorumdem *O* 11 quis] quod $O^a$ | earum *I* | morte ... 12 proximatus *om.* *I* 12 sit] fuerit *K* | quadam] quam *O* 13 dubitentur $I^a$ 14 idem ... officiorum] idem aa. *I*, idem *K* | celeri] *Russardus*, *om.* *O* 15 non] in *O*, *deficit* $I^a$ 16 et] seu *K*, *om.* $I^a$, καὶ *B* | ciuiles] curiales *O*, ·iuiles $I^a$ | argentum $I^a$ 18 spectabiles $K^a$, *deficit* $I^a$ | ex *om.* *O*, *deficit* $I^a$ | ita ut] *KX*, sed ita ut *O*, sed ita $I^b$, *deficit* $I^a$: ἐὰν δὲ ἐν ἐπαρχίαις εὑρεθῶσιν *B* 19 quecumque $O^a$ | non] ne $I^a$ 20 nichilominus serui *I* 21 trandantur *I* | insuper] etiam insuper *K* | dedu *K*, deducit *X* | et *om.* $I^a$ | execucionibus $OI^a$ 22 agentum $I^a$ | ac tribuendo uno solidos *K* | fines *K*, fidem *O* 23 negotii] neg. mancipatos $O^a$ | et pro *K* | ingressum *O* | faciendos $I^a$ 24 conditione $I^a$ | excepcionibus *O* | partem solidi *K* 25 mutilari *O* | contingerit *O*, contingit *I* | ipso *O* | arbitrio $I^a$ | excepcionibus *O* 26 uidetur $O^a$ | condiccione *O*, edictione *I* 27 gest. seu reuelationis *O*, seu relationis gest. *I* | uel *om.* $I^a$ 28 execuciones *OI* | litabus $I^a$ 29 iniucta *K* | est *om.* $I^a$ | his] ex his *O*, eis $I^b$ | exigere] *O*, poscere *KI*, spondere *X* | profligari *O* 30 a] ac *O* | prebere *KI* | porcionem $OI^aX$ 31 cognoscendi *O*, agnoscendi $I^a$, agnoscendam sed *X* 32 curatore *K* | litem] littere $I^a$ | contingerit $OI^b$, contingit $I^a$ | maiori *KI* | quidem] q' *O* 33 suptuum *O*, sub pretium *I* | in *om.* *O* | deprehendere $K^aI^b$, deponetere $I^a$?

apud uirum autem clarissimum praefectum annonae seu fisci patronum urbicariae magni-
ficae praefecturae uel architectos pro modo eorum, quae super arbitris et litibus apud eos
exercendis superius statuta sunt, soluentes expensas nihil amplius agnoscere seu dependere
2 cogantur. Quae omnia custodiri iubemus, siue per se siue per procuratores aut defensores
3 lites exercere maluerint. haec, si prolata scriptis sententia moniti sunt. Si uero ex depo-
sitione seu aliter quis eorum conuentus fuerit, nihil eum uel scrinio uiri clarissimi adiutoris
3a uel cuilibet alii nomine sportularum offerre compelli. Omnibus ante latis priuilegiis postea,
quibus per anteriores diuorum principum sanctiones defenduntur, in persona tam eorum,
qui adhuc militant et qui postea eandem militiam sortiti sunt, quam eorum, qui praedictam
militiam gradu uocante iam deposuerunt uel postea deposuerint, seruandis, ut eorum com-
modo ipsi quoque una cum uxoribus et liberis, colonis praeterea et seruis propriis per-
4 fruantur. Et quoniam in controuersiis, quas in iudiciis moueri contigerit, aequalitatem
litigatoribus uolumus seruari, et aduersariis eorum pro sumptibus et expensis similem ante
5 latorum beneficiorum praerogatiuam custodiri[1]. Propter hanc etenim causam et uiros
deuotos memoriales non tantum agendo in quolibet iudicio, sed etiam actiones ab aliis
6 ingerendas excipiendo priuilegiis a nobis indultis potiri decernimus. His uidelicet, qui
militiam uirorum deuotissimorum memorialium gradu soluto deposuerunt seu deposuerint,
et si quietis amore per prouincias domicilium fouere maluerint, omnibus nihilo minus
priuilegiis, quae huiusmodi personis per sacratissimam legem nuper promulgatam[2] a nostra
serenitate praestita sunt, muniendis et eorum commodis atque auxilio potituris.

13 Imp. Ivstinvs A. Procvlo qvaestori sacri palatii. Comperimus diuinitus [B 6, 28, 13]
quidem fuisse dispositum uiros deuotos adiutores tuae magnitudinis certo esse in numero
nec ad huiusmodi nomen uel operam plures licitum esse adspirare, quam in scrinio quidem
sacrae memoriae duodecim tantum, septenos uero in duobus reliquis scriniis, id est sacra-
rum epistularum sacrorumque libellorum, sed posterioris licentiam temporis supra modum
indulgendo ambitionibus disturbasse rei merita ac in multitudinem diuulgasse, ut inter
1 memorialium et adiutorum numerum non longum paene intersit. Sancimus itaque reduci
ac renouari statutum ordinis terminum, non ut eximantur adiutoribus ii, qui praeter prae-
dictam dispositionem in praesenti exuberant, sed ut interea omnibus aliis interdicatur ab
adfectando hoc nomen, donec exeuntibus singulis ac recedentibus decrescere possit uetita
conglomeratio legitimusque iam resideat numerus: non prohibendis uiris deuotis adiutoribus
desistentibus eodem officio, cum uel ad laterculensis gradum in scrinio sacrae memoriae
prouecti fuerint uel secundum locum obtinuerint in duobus aliis scriniis, post quem proximi

*KOI*

[1] praecipimus *uel simile quid desideratur* [2] *non extat*

1 annue *O* 2 quae] quem *O* | supra *OX* 3 dephendere $K^a$ 4 custodire *O* | per se] ipse *K* | per *om.* $I^a$ | procuratoris *K* | defensiones *O* 5 prolata scr. sententia (sentia $I^a$)] ἐὰν ἀπὸ ἐγγράφων ἢ ἀποφάσεως ὑπομνησθῶσιν *B* | sin *KI* | dispositione *O* 6 fuerit] f. et *O* | adiutores *O* 7 cuiuslibet *OX*, cuulibet *I* 8 duorum $I^a$ | personam $I^a$ 9 qui] eorum qui *O*, *om.* *X*, *deficit* $I^a$ 10 gradum uocantem $K^a$, gradu uacante *Z*, *deficit* $I^a$ | iam ... seruandis] ****** (seruandis?) $K^a$, *deficit* $I^a$ 11 perfruantur] confiruantur $K^a$ 12 qua *O* | in iudicio *K*, indutiis *I* | mouere *K*, in omnium (?) non *O* | contingerit *O* 13 litigacionibus *O* | earum $I^a$ 14 datorum $K^a$ | causas *I* 15 deuotos] clarissimos *K* | aliisis *I* 17 gradus *O* | solito *KI* 19 quae] qui *O* 20 muneramdis $O^a$ | et eorum commodis *om.* $I^a$ | exilio *O* 21 imp. ... palatii] imp. iust. *K*, imp. a. *I* | iust. *O* | quaestorio *O* | diu. quidem (pridem $O^b$) fuisse] *O*, diu. fuisse pridem *K*, diu. quidem (pridem $I^b$) fuisse pride *I*, prius diu. *X* 22 depositum *KO*, dispositionum $I^a$ | certos *O* 23 nec] ne $I^a$ | ad] ab *O* | eiusmodi $I^b$, eius $I^a$ | opera *O* | pluris $I^a$ 24 reliqui $O^a$ 25 posteriorum $K^a$ | licentia *K* 26 indugendo *O* | multitudine *O*, *om.* $I^v$ 27 adultorum *O*, actorum $K^t$, al. auditorum al. adiutorum $K^v$, auctorum $I^a$ 28 renouerit $I^a$, remoueri *O* | statuti *K*, statum *O* | ut non *O* | praeter *om.* *O* 30 affectantibus *K*, efectando *OI* | rededentibus $K^a$ 31 letigimusque *K*, legimusque $I^a$, legitimus isque *X* | iam] iam te iam $O^a$, iam te $O^b$ | resideant $I^a$, residerat *X* | iuris *KX* 32 cum *om.* $I^a$ | laterculenonsis $K^a$, laterculuensi *O*, laterculenses *X*, *inc.* $I^a$ 33 optinuerat *K* | quem] *X*, quam *KOI*

creabuntur, licet nondum redacta sit quantitas pristina, tamen alios pro se quos elegerint subrogandos adiutores petere, qui posteriores erunt ceteris. 2 Illud etiam disponendum duximus utpote nonnullis anterioribus exemplis subnixum nec non iustitiae congruum, ut ab his, quibus concessum est adiutorum agmini pro se sociare, libellus offeratur uiro illustri pro tempore quaestori petendaque eius subscriptio tempus atque hominem nec non rem ipsam continens, id est quod inter adiutores ei quem pro se subrogat[1] merere permissum est: ordinandis uidelicet isdem adiutoribus pro ratione temporum, quibus libelli porrecti sunt, ut, etiamsi memorialium matricula inferiore loco sit, qui prior in adiutoribus meruit, adiutor quidem habeatur superior, memorialis uero posterior pro utriusque ordinis modo uel discrimine: quod etiam in aliis quoque paene omnibus officiis obseruari dignoscitur.

14 Idem A. Tatiano magistro officiorvm. Hec lege sancimus, si quando [B 6, 28, 14] adiutores uiri magnifici pro tempore quaestoris sacri nostri palatii in accusationem ciuilis causae uel criminalis deducti fuerint, strictum iuris et integritati congruum ordinem conseruari, ut, si sine scriptis conueniendi sint, nomen eius praecipientis ore designatum esse sufficiat: sin autem scriptis in querimoniam unus adiutorum aut plures forte ferendi sint, monumenta sententiarum in persona tantummodo conueniendi adiutoris praecedentium
1 aequum et iustum initium futuro praestent certamini. Et quoniam probatioribus exemplis quam indecorae consuetudini deceat indulgeri, quod in uniuerso scrinio deuotissimorum libellensium euicisse monstratur, id in adiutores sacrae memoriae, sacrarum etiam epistularum transferendum censemus, ut, qui liberam proficiscendi licentiam pronuntiatione commeatus indepti fuerint, sine qualibet stipendiorum aut emolumentorum deductione peregre degant etenim[2] pro tempore uiris clarissimis proximis et melloproximis aut eorum adiutoribus absentiae causa uel offerre de suo proprio aut ex annonis aut stipendiis quicquam relinquere cogendi, quamuis Ianuarias kalendas indultum excedat spatium et intra se
2 festum diem[3] contineat. Ad haec illud obseruandum sancimus, ne alius adiutor propter quamcumque ambitionem his, qui in praesenti sunt, uel post eorum deminutionem addatur, licet in ueterem numerum redacti fuerint.

15 [4]Impp. Ivstinvs et Ivstinianvs AA. Tatiano magistro officiorvm. Certae [B 6, 28, 15] quidem sunt dispositiones nostri numinis, quas super adiutoribus uiri illustris pro tempore
1 quaestoris nostri palatii, quorum obsequio res agitur quaestoria, dedimus[5]. Quarum prima quidem ad supplicationem eorundem adiutorum emissa numero eorum, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerunt, neque aliquem eximi neque aliquem addi praecepit, praeterquam si quis eorum uel ad laterculensis gradum in scrinio sacrae memoriae uel ad secundum locum in duobus aliis scriniis, id est sacrarum epistularum sacrorumque libellorum et cognitionum, prouectus fuerit: nam his licere desistentibus ab adiutoris officio alios

*KOI*

[1] subrogant (*Mommsen*)? [2] *expectes* minime [3] *expectes* nec intra festum diem se
[4] *cf.* 1, 31, 5 [5] *c.* 13 *pr.* § 1 *h. t.*

1 retracta *I* | pristina quantitas *K* | tamen] tamtum *O* | quos pro se *O* 3 congruunt $I^a$ 4 est *om.* $I^a$ | adiutorium *KO*, adiuto.. $I^a$ | libellis *K* 6 ei] et $K^a$ 7 qlibelli $O^a$ 8 memorilium $I^a$ | inferiori $KI^aX$ 9 habeantur $O^aI^a$ | memoraliis $I^a$ | uero] non *O* 10 in] quod in $K^a$ | quoque *om.* *OX* 11 idem ... officiorum] *O*, idem ticiano *K*, idem a. *I* 12 quaestionis *O* | accusatione *IX* 13 iuris] nostri iuris *O* | et] ex *O* | integratatis $K^a$, integritatis $OI^bX$, integritat. $I^a$ 14 si sine] si non $OI^a?X$ | sunt $OI^b$ | designātum *O* 15 si *OX* | querimonia $K^bX$ | adiutorium $KOI^a$ | sunt *O*, sunt *X* 16 personam *KO* 17 in inicium $K^a$, inintium *uel* inititium *I* | futurum *K uel* $K^b$ | praestet *OIX*, .stet $K^a$, est et $K^b$ | quoniam prouocationibus *I*, quoniam probationibus *X*, qui pro hominibus *O* 18 decore $K^a$, indecor. $I^a$ | consuetudinis *OIX* | doceat $I^aX$ 19 id *om.* *O* | sacrae] sacra $K^a$ | epistularum etiam *I* 20 prenuntiatione $K^bI$ 21 indempti *KIX*, indempni *O* | dispendiorum *I* 23 efferre $K^a$ | aut stip.] seu stip. *I* 25 ad] ab $K^a$ | adiuto $O^a$ | praeter *OIX* 26 abitionem *I* | qui] quae *O* 27 ueterum *K* 28 mp. iust. et iust. aa. *O*, imp. iust. *K*, imp. a. *I* | tatiano (tociono *O*) m. off.] *O Russardus*, *om.* *KI* 29 nominis $KO^aI$ | uir *O*, uiris *X* 30 questori addidimus *O* 31 eorum $I^a$ | adiutorium $K^aI$, adiutorem *O* | numerum $KI^bX^b$, munerum *O*, numerorum $I^aX^a$ 32 optulerint *OX* | aliquam $I^a$ | aliquem addi] *O*, addi *KIX* | precipit *OX* 33 propterquam *K* | lateraculensis *O* | in *om.* *O* | sacra $K^a$ | uel *om.* *O* 34 id est] idem $K^aI$ | sacrum ep. $I^a$ | sacrarumque *K* 35 licet *K* | ob adiutores *O*, ab *om.* $I^a$

pro se quos uoluerint adiutores subrogare ultimum locum in isdem adiutoribus obtenturos, 2 licet superiorem in memorialibus habeant. Altera[1] uero per sacram pragmaticam facta est, per quam excelsae memoriae Proculo uiro suggerente praecepimus illos etiam adiutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officium ualeant, ueluti senium uel morbum uel aliam necessariam causam: quod ex ipso-3 rum adiutorum petitione idem magnificae memoriae Proculus ad nos rettulit. Sed in praesenti, ab aliis memorialibus tam in scrinio sacrae memoriae quam in ceteris duobus sacrarum epistularum sacrorumque libellorum et cognitionum relatis aditi comperimus deminutionem eorundem adiutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionem et 4 (1) insuper uenditionis quodammodo memorati officii locum introductum esse. Quod ne de cetero fiat, praesentem sanctionem ad tuam magnitudinem mittimus, per quam iubemus illis tantummodo permissum esse secundum prius nostrae serenitatis rescriptum alios in suum locum subrogare, qui uel laterculensis gradum in scrinio memoriae uel secundum locum in aliis duobus scriniis adepti fuerint, secunda nostra sanctione super hoc capitulo de cetero cessante: nulli danda licentia eorundem adiutorum, praeterquam si ad memoratos gradus adscenderit, alium pro se isdem adiutoribus ex quocumque fortuito casu connumerare, ut eo modo ad ueterem numerum idem adiutores redeant et duodecim quidem in scrinio sacrae memoriae, septeni uero in aliis duobus sint, id est sacrarum epistularum 5 (2) sacrorumque libellorum et cognitionum. Illo uidelicet obseruando, ne alius adiutor per quamcumque ambitionem his qui in praesenti sunt uel post eorum deminutionem, licet in ueterem numerum redacti fuerint, addatur: nam si permutationem, licet fortuito casus inciderint, prohiberi disposuimus, multo magis prioribus manentibus alios introduci uetamus: ceteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris. a. 527

# XX

## ℞ DE AGENTIBVS IN REBVS ℞

1 Imppp. Arcadivs Honorivs et Theodosivs AAA. Anthemio magistro officiorvm. [Th. 6, 27, 14 B 6, 29, 1] Nullus de schola agentium in rebus de cetero locum mortui conetur inuadere, sed is, qui ordine stipendiorum et laborum merito ad gradum militiae sequebatur, statim atque illum fata subduxerint in eius praemia percipienda succedat omni obreptione cessante. D. prid. k. Ivl. Constantinopoli Honorio A. vi et Aristaeneto conss. a. 404

2 Idem AAA.[2] Helioni magistro officiorvm. [Th. 6, 27, 17 B 6, 29, 2] Nulli posthac sine nostrae maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia:

*KO* (*desinit in* 23 permansuris) *I X* (*inde a u.* 25)

---

[1] *c.* 13 § 2 *h. t.* [2] *requiritur* impp. Honorius et Theodosius AA. (*cf. Th.*)

---

1 obtemptos *O*, obtecturos *X* 2 sacrum $K^a$ 3 exc. mem. *bis* $I^a$ | excelsae] et exc. *O* | proculo uerbo *OI*, proculo uerbum *K*, procul uiro *X* | suggerentem *O*, subgerere *X* | precipimus *KIX* 4 locum] offitium *KI* 5 uelut *O* | quod] qui $K^a$ | ex *om.* $I^a$ 6 peticionem *O*, pe****one $I^a$ | idem] id est $I^a$ | nos] uos *K* 7 praesentis *O* | alii *O* | duobus] duarum *K* 8 sacrum $I^a$ | sacrumque *I* | cognitionis *K* | relati additis *O*, relatis additis $I^a$ 9 demunitionem *K* | adiutorium $I^a$ | inpedire *O* | memoriam *O* | pragramaticam $I^a$ 10 uendicione *O* 11 magnitudines $K^a$ 12 modo *om. IX* | prius n. s. rescriptum] nostre proprium rescriptum serenitatis *O* 13 subrogare *om.* $I^a$ | qui uel] qui uel ad *OX* 14 adempti $K^aI$ | fuerint] sunt $I^a$ | secundum nostram sanctionem *KX* 15 nullis *K* | danda lic.] quedam licencia licencia damda *O* | eordem *I* | adiutorium $I^a$ | si *om.* $KOI^a$ | memoratus *O* 16 ascendunt $I^a$ | se *om.* $I^a$ | eisdem *I* 17 idem] id est $I^a$ | redeant et] dederant $K^a$, reddant in *O* 18 septem *K*, uii *OX* 19 et *om.* $I^a$ 20 licet] his licet *O* 21 ueterum *X*, unum *O* | fortuitu (—tus $K^b$) casus *KI*, fortuito casu *O*, fortuiti casus *X* 22 multo … uetamus *bis* $I^a$ 25 agetibus *I* 26 imppp. … 27 offic.] *Russardus Th.*, imp. arch. aa. *I*, imp. arc. *K* 27 agentum *Th.* | loco $K^a$ 28 gradum … 29 atque *bis I* 29 statimque atque *K* | facta $K^aI^a$ | obiectione $K^tI^a$ 30 *s. a. Th.* | iun. *Cui.* 1584 31 aaa.] *Lond.*, a. *KI* | helioni (elioro *Lond.*) mag. off.] *Lond. Ambros. E* 28 inf. *Th.*, *om. KI* 32 distingendi $K^a$ | agente $I^a$, *om.* $K^a$ | exeundi $K^t$ | pateat] parte a $I^a$

nam probata schola et animaduersionem uereri iudicis et nullam debet timere contumeliam uilitatis. D. III ID. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

3 IMP. LEO A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORVM. Matriculam agentum in rebus [B 6, 29, 3] a tua celsitudine confectam admittentes iubemus, ne ducenarii plus quam quadraginta octo in cingulis habeantur in posterum: et numerum centenariorum ducenti uiri, quos uocante tempore gradus competentes admiserint, parique modo biarchorum nomen meritumque ducenti quinquaginta uiri dumtaxat, praeterea circitorum trecenti et equitum quadringenti
1 quinquaginta impleant. Sit in aeternum illa quoque fixa stabilisque tuae sublimitatis dispositio, ut, si quis de numero ducenariorum, quos quadraginta octo quotannis esse censuimus, forsitan de luce migrauerit, laborum eius fructum successores ab intestato uel ex testamento uenientes luctu*i* dispensent, et ita omnibus inter ceteros superstites potiantur solaciis, tamquam si uiuus, qui haec eadem diu sperauerat, sibimet uindicasset: qua de causa locum
2 etiam eius successorum intuitu uacare conueniet. Nemo autem sine diuali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriae positi debeant inserendam accipere, militaribus eiusdem deuotissimae scholae stipendiis uel priuilegiis potiatur.

4 IDEM A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ex eo, quo primum ducenae uel centenariorum gradum in schola agentum in rebus militantes meruerint, desinant in sacratissima uidelicet ciuitate constituti alterius iudicis cuiuslibet auctoritate pulsari, uel in alio quolibet examine praeterquam uiri magnifici magistri officiorum et cui forsitan ipse concesserit actionibus sui quisque aduersarii respondere. quod multo magis in criminalibus causis obseruari decernimus: absurdum est enim, ut in eius salutem uel existimationem ualeat
1 quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. Huius autem beneficii praerogatiuam suba*d*iu*u*is etiam, qui singulis inueniuntur temporibus, deferri iubemus, licet hanc in eorum persona more quoque uetere seruari cognouerimus: ut tamen post depositum officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi iam
2 lege respondere non ambigant. Praedictas autem omnes centenariorum personas in prouincia repertas concessa nunc speciali fori praerogatiua, nisi publicae exsecutionis sollicitudo his iniuncta sit, uti prohibemus eosque ordinariorum etiam iudicum pro uetere iure sententiis oboedire praecipimus.

5 (XXI, 1) IDEM A. PATRICIO MAGISTRO OFFICIORVM. Agentes in rebus, qui per ordi- [B 6, 29, 4] nem consequi solent principatus insignia, in unoquoque scrinio fabricarum et barbarorum quaternos suba*d*iuu*a*rum sollicitudinem per annum dumtaxat integrum procedentes gradatim subire hac in aeternum ualitura lege decernimus: exceptis uidelicet uniuersis negotiatoribus

*KIX*

---

1 et] nec *X* | animaduersione *K*, anduersionem $I^a$ | ueri $I^aX$ | et nullam] nec ullam *X* | debet *om.* $K^aI$ 2 utilitatis $I^a$ | *s. a. Th.* 3 leo ... offic.] *Lond.*, leo *K*, a. *I* | agentium $I^aXZ$, agent* $I^a$ 5 singulis $KI^aZ$ | habeatur *X* | uacante $I^bX$ 6 hiarchorum *K*, sibiarcorum *X*, *inc.* $I^a$ 7 circitrorum $I^a$ | et] etq *X* | quadrigenti *KIZ* 9 uiii quadr. $I^a$, quinque tres quadraginta $K^a$, uiii $I^b$ 10 migrauerint *K* | fructo $K^a$ 11 luctui] *Cui.*, luctu *IXZ*, luctum $K^a$, lucrum $K^b$ | ita] ita ut *I*, in *X* 12 si uiuis *I*, summus *X* 13 eius etiam *I* | conuenirentur $I^a$ | nemos $K^a$ 14 inserentem *K* 16 a. *om.* *K* | patr. m. off.] *Lond.*, patricio *K*, *om.* *I* | quod *X* | ducere $K^a$ 17 gradum] numerum gr. $X^a$ | agentium $I^bXZ$ | destituant *IZ*, destinant *X* 18 auctoritatibus *K* 20 suis *XZ* | aduersariis $K^a$ 21 eius] eius causa *K* | exstimationem *IXZ* | ualeant $I^a$, ualet *X* 22 re *om.* $I^a$ 23 subadiuuis] *edd.*, sub aliis $KI^bX$, subaudimus *Z*, subau**mus $I^a$, subadultis *Paris.* 4429 *in marg.* | qui] qui in *X*, qui pro *Z* 24 hoc *X* | personam *KI* | quoque more *K* | ueteri $KI^bZ$ | cognouimus $KI^b$ 25 ceterosiarios numeretur *I* 26 praedicatas $I^a$ | centenarium $K^a$ 27 tunc $I^a$ | excusationis $I^aZ$ 28 iniuncta] *dett.*, iuncta *KIXZ* | prohibeamus $I^a$ | etiam] et *K* | inditium $I^a$ | ueteri $KI^bZ$ 29 sentiis $I^a$ | oboedire *om.* *X* 30 *rubricam tituli* 21 *ins. X: simili errore edd. hoc loco rubricam* de praepositis agentium in rebus *inserunt, quam refutant numeri seqq. titulorum apud Graecos citati et index Coislin. ad B* 6, 29, *qui hoc Basilicorum titulo non contineri nisi titulos Codicis* περὶ τῆς σχολῆς τῶν μαγιστριανῶν (= *c.* 1...5) *et* περὶ ἀρχόντων τῶν πραττόντων ἐν πράγμασιν (= *c.* 6...12) *testatur* | patr. mag. off.] *Russardus*, patricio *Ambros. E* 28 *inf.*, *om.* *KI* 31 barbararum $I^a$, barbororum $I^b$ 32 quat. subadi. *om.* $K^a$ | queternos *Z*, qternos *X*, *om.* *I*, *inc.* $K^b$ | subainbarum *libri*, *emendauit Cui.*, ὑποβοηθούς *B* | soll.] et soll. *K* 33 ualutam $I^a$? | decnimus *I*

quodlibet mercimonium per se gerentibus interpositasue personas, cum eis ante sacratissimis constitutionibus interdictum sit militare: exceptis nihilo minus his, qui possessionum alienarum sollicitudinem procurationemue susceperint. eos enim ad haec officia uolumus
1 adspirare, quorum labores scholae agentum in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostrae mansuetudinis excludendi, qui, cum scholae eidem socientur, in sacris scriniis, quibus uir spectabilis primicerius et tertiocerius praesunt, adiuuantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur et duobus officiis operam suam adhibere non possunt: nam praeter emolumenta, quae de praedictis scriniis con-
2 sequuntur, principatus etiam solacio debent esse contenti. Quod si morbo uel aetatis senio capti uel imperiti huiusmodi rerum uel quocumque alio uitio praepediti per se memorati officii curam subire nequiuerint, consideratis praecedentibus eorum laboribus per substitutum chartularium eiusdem scrinii, cui praefuturus est ipse, idoneum et tam moribus optimis praeditum quam scientiam peritiamque rerum habentem electione sua suarumque periculo facultatum praefatum munus eos implere praecipimus.

6 (2) [1]Imp. Anastasivs A. Celeri magistro officiorvm. Hac saluberrima [B 6, 29, 5] sanctione decernimus agentes in rebus pro conuentionibus et modo sportularum exsecutoribus praebendarum pro quantitate sumptuum, quae circa litigia sibimet ab aliis inferenda uel a se contra alios per semet ipsos seu per ordinandos a se procuratores exercenda conuenit ab his agnosci, beneficiis, quae in sacro nostro militantibus ministerio iam pridem per diuinas sanctiones indulta sunt, perpotiri, fideiussorem idoneum de eadem schola, non
1 autem extraneum offerre compelli: Ita tamen, ut priuilegia, quaecumque centenariis seu ducenariis uel chartulariis seu uiris clarissimis principibus post depositam quoque militiam iam per dispositiones principales impertita et nunc usque obseruata esse noscuntur, intacta inuiolataque custodiantur, cum perabsurdum perque temerarium sit hanc nostrae pietatis liberalitatem quemquam astuta interpretatione non ad augmentum anteriorum priuilegiorum,
2 sed imminutionem conuertere concedi: Simili uidelicet forma pro matribus et uxoribus eorum nec non etiam liberis sub eorum potestate constitutis nec aliam sortitis uel sorti-
3 turis militiam nec non etiam seruis ad eos pertinentibus seruanda: Ita ut in prouinciis quoque supra dictae personae degentes simili beneficio perfruantur, sportulas tamen et
4 litium expensas pro tertia superius enarratae quantitatis soluturae: Denarum librarum auri condemnatione aliaque grauissima indignatione his feriendis, quicumque nostra iussa quolibet modo seu tempore uiolauerint seu uiolari concesserint.

*KIX*

---

[1] *iungenda uidetur* 12, 19, 12

---

1 quodl. merc. *om.* $K^a$ | pro $K^a$?$I^a XZ$ | interpositas sue $I^a$ | sacratissimus $K^a$ 4 in] non *X* 5 sint $I^b$, *om.* $I^a$ 6 uir spectabilis] *Z*, uir spectabiles *K*, uir spectabilibus *I*, uiri spectabiles *X* | possunt *KIZ* 7 eos *om.* *K* | publicarum] publicam rem $KI^a$?$XZ$ 8 adibire *K* | pter *K*, propter *Z* | emolumentum *K* 9 solatii $I^a$ 10 capiti *I* | prepedi *X*, perpe**(ti?) $I^a$? 11 precedentis $I^a$ | per *om.* $I^a$ 12 qui profuturus $I^a$ 13 predictum $K^a$ 14 praefatum] pr. subaduiue *Z* 15 anast. *om.* *I* | a. celeri mag. off.] *Russardus*, a. celeri m. *Ambros. E* 28 *inf.*, a. *I*, *om.* *K* 16 et] et pro *K* | exeocutoribus $I^a$ 17 pro] $I^a$, et pro *KX*, proque $I^b Z$ | ab] uel ab *KI* 19 nostro mil.] mil. nro $X^a$ 20 diuersas *X* | sactiones *I* 21 offerre] conferre *I* 22 cartulaiis *K* | printipalibus *K* 23 niunc *I* | noscuntur esse *X* 24 hanc] ac *K* | nostrae] sit *I* 25 quequam *K* | astatuta *Z*, ad statum $I^a$ | interpretationem *K*, intentationem $I^a$ | anteriorum] inter eorum $I^a$ 26 sed] sed ad *X* | imminutionem] *dett.*, immunitionem *KIX* 27 liberis etiam *I*, etiam lib. et *Z* 28 nec non] non $I^a$ 29 perstruuntur $I^a$? 30 licitum $I^a$ | tertia] tia *I* | ennarrare $I^a$, narrare *X* | salute dominarum $I^a$ 32 uiolari] *edd.*, uiolare *libri*

# XXI (XXII)
## ℞ DE PRINCIPIBVS AGENTVM IN REBVS ℞

1 Impppp. Gratianvs Valentinianvs Theodosivs et Arcadivs [Th. 6, 28, 3 B 6, 29, 6]
AAAA. Cynegio pp. Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore
remuneramus. atque ideo officiales tam ad necessitates publicas quam priuatas non nisi
principe mittantur auctore, nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio persona-
1 rum, etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit impertita. Causarum [Th. 6, 28, 4]
etiam patronos uolumus esse conuentos, ne ignorante principe ullam postulationem intro-
ducant, neue sub unius persona suscepti fraude quadam aliena negotia inserenda esse
2 pertemptent. Quod si fuerit definitio contempta, decem libras auri fisco nostro ab [(Th.)]
officio tuo iubemus inferri. D. prid. k. Mart. Constantinopoli Honorio np. et
Evodio conss. a. 386
2 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Theodoto pv. Omnia cita- [Th. 6, 28, 5 B 6, 29, 7]
toria, omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriae dignitatis, ad prin-
cipes specialiter reuocari praecipimus, actus uero ceteros, qui *in* sacratissimo coetu senatus
tractari consueuerunt, censualium sollicitudine celebrari, nec aliquid praeiudicium[2] ex sub-
reptiuo rescripto supplicibus inferri. D. xii k. Ivn. Constantinopoli Olybrio et Pro-
bino conss. a. 395
3 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Palladio proconsvli [Th. 6, 28, 7 B 6, 29, 8]
Africae. Proconsularis apicis dignitatis adiectione principes agentum[3] in rebus prae-
cipimus decorari. D. vii k. Oct. Ravennae Varane vc. cons. a. 410
4 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Valerio magistro [Th. 6, 28, 8 B 6, 29, 9]
officiorvm. Ex agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat
eos, quorum fidem industriamque probatam sibi aestimant, etsi saepe eodem officio fuerint
1 ante perfuncti. Et si quis agens in rebus post uiginti quinque annorum curricula ob aduer-
sam corporis ualitudinem militiae finem minime ualuerit expectare, sed ad honorariam ex
principe dignitatem testimonio scholae prosilierit, isdem eum priuilegiis muniri censemus,
2 quibus ii qui ad principatus actum progressi sunt potiuntur. Sed in salutationibus iudicum
consessibusque priores eos, qui per longae militiae metas ad principatus actum peruenerint,
3 etsi actus tempore posteriores sint, esse praecipimus. Nihil censualibus uel apparitoribus
aduersus priuilegia eorum excogitantibus, tamquam in actu principatus fuerint uersati,
uicenarum librarum auri condemnatione contra eos[4] proposita. D. iiii k. Febr. Constan-
tinopoli Theodosio A. xv et qvi fverit nvntiatvs[5]. a. 436

*KIX*

---

[1] *iunge* 12, 19, 1 [2] praeiudicii *Th.* [3] agentes *Th.* [4] contra eos *om. Th.* [5] *Iustiniani scripserint* Theodosio xv et Valentiniano iiii AA. conss.: *in Th. additur* Eodem exemplo Isidoro ppo., Regino ppo. Ill., Leontio pu., Theodoto com. Aegypti, Abthartio com. Orientis, Cleopatro praef. Aug., Hesychio proc. Achaiae, Eustathio uic. Asiae, Nectario uic. Ponticae

---

2 *rubricam ante* 20, 5 *transponit X* | precibus *I* | agentum] *Th.*, agentium $K^b$, agentibus $K^a I$, ag. *X* 3 impppp. gr. et u. et th. et arc. aaaa. cynegio pp. *Russardus*, imp. grat. a. *I*, imp. gra. *K* 4 angentes $K^a$ | emerito $I^a$, emeritus *X* | honores *X* 5 muneramus *Th.* | offitialis *IX* | nisi] sine $I^a$ 6 mittatur $I^b X$ | nullaque *K* 7 etiamsi] etiam $I^a$ | intercessao $K^a$ | degentes offitiis $K^a$, degentibus offitiis $I^a$ 9 neque sub unus $I^a$ | suscepta *I* | alia *I* | inserenda] *Z Th.*, inferenda *KIX* 10 si *om. X* | auri (lauri $I^a$) libras *I* 11 tuo] tuto *X* | *s. a. Th.* 6, 28, 3 13 impp. ... theodoto (theodoro *Russ.*) pu.] *Russardus Th.*, imp. arch. a. *I*, imp. arc. *K* | titoria $I^a$ 15 in] *Th.*, a *X*, *om. KI* | cetus *I* 16 consueuerat *X*, consuerunt *Th.* | sollicitudine] consuetudine *I* | aliquod *IX* 17 *s. a. Th.* 19 impp. ... palladio (arcadio *Russ.*) proc. afr.] *Russardus Th.*, imp. hon. *K*, impr. a. *I* 20 agentium *IX* 21 *s. a. Th.* 22 impp. ... ual. (ualentio *Russ.*) m. o.] *Russardus Th.*, imp. th. *K*, imp. a. *I* 23 ex] et *X* | princibus *I*, principimus $X^a$ 24 quarum *X* | eximant *K*, existiment *I* 25 qui *Th.* 26 ualuerint $I^a$ 27 prosiluerit *KX*, prosilerit *Th.* | muneri *K* 28 ad *om. I* | actus *I* 29 consensibusque *KX* | per *om. K* | actum *om. K* | peruenerit *X* 30 sunt *K* 32 librarum *om.* $I^a$ | preposita *I* | *s. a. Th.*

5 IDEM AA. CYRO PP. Eos, qui ordine transcursa militia post ducenam ad [B 6, 29, 10]
desideratum principis peruenerint gradum aut adiutores uiri illustris magistri officiorum
extiterint, cum inter honoratos coeperint numerari, uicarianae dignitatis titulis decorari
censemus. a. 440. 441
6 IDEM AA. NOMO MAGISTRO OFFICIORVM. Principes agentum in rebus, quos [B 6, 29, 11]
saepe saeua pericula uitaeque interdum renuntiatio ad memoratum gradum adduxit, com-
pleto tempore suae militiae comitiuae primi ordinis cingulo in diem uitae potiri, [12, 19, 8]
manentibus uidelicet dudum praestitis saluis priuilegiis, decernimus. a. 443. 444?
7 IMP. LEO A. NICOSTRATO PP. Quicumque ex corpore cohortalium militans [B 6, 29, 12]
in schola agentum in rebus filium procreauerit, antequam ad metas militiae suae perueniat[1],
principatus honore decoretur, licet ipse post finitam militiam utpote liber nulla debeat
1 huiusmodi conuentione pulsari, filium tamen cohortali condicioni relinquat obnoxium. Si
uero, postquam adeptus fuerit principatum, ediderit filium, is qui natus est, etiamsi in
schola deuotissimorum agentum in rebus militiam sortitus non fuerit, ita sit liber ac securus
nec ullis cohortalis officii nexibus obligetur, quasi iam ex patre libero et ab hac condi-
cione penitus alieno progenitus. a. 468
8 IMP. ZENO A. IOHANNI MAGISTRO OFFICIORVM. Multis deuotissimae scholae agentum
in rebus aditionibus permoti uiros clarissimos eiusdem scholae principes, qui finitis mili-
tiae stipendiis exeunt, quotiens ex maioris iudicis sententiis ipsi uel eorum coniuges aut
liberi uel serui aut coloni siue per se siue per procuratores conueniantur, non amplius
quam unum solidum exsecutoribus sportularum nomine praebere compelli, apparitoribus
1 uicarianis seu praesidalis iudicii non nisi tertia parte solidi tantum praestanda: Nullasque
eisdem concussiones aut uexationes in praebendis fideiussoribus ingeri, sed eos fideiussores
quos locorum defensor existimauerit dare, ita uidelicet, ut pro tenore generalium edicto-
rum ii, qui uel in sacratissima urbe uel in prouinciis immobiles possident facultates, iura-
2 toriae cautioni et substantiae suae credantur. Hoc etiam adiciendo, ut numquam nisi ex
3 sententia in scriptis prolata penitus moneantur. Ad similitudinem insuper aliorum officio-
rum, quotiens ciuiles uel criminales contra eosdem cognitiones mouentur, exsecutorem qui-
dem negotii usque ad finem litis ciuilis seu criminalis unius esse solidi praestatione con-
4 tentum. Et pro insinuandis nostrae serenitatis apicibus uel simplici contra obnoxios eorum
5 postulatione deponenda binos solidos ab his uel coniugibus eorum praeberi. Et quotiens
exemplaria postulantur, ii quorum interest accepto solido quod petitur praebere non diffe-
6 rant. Pro implendis uero monumentis, unde conueniendi tribuitur exsecutoribus facultas,
7 non ultra quam tres solidos quibus competit impertiri praecipimus. Arbitro uero non
amplius quam solidum et fisci patronis dimidiam solidi partem, notariis uero tertiam usque
ad finem, sicut dictum est, causae praestare: super editione quoque chartularum solidi

*KIX*

---

[1] *aut* et *ins.* (*Cuiacius*) *aut infra* decoretur *del.* (*Mommsen*)

1 aa. ... pp.] *Russardus*, a. cinegio pp. *Ambros. E* 28 *inf.*, aa. cyrino pp. *Bononiensis*, a. *I*, *om. K* | ad] ad se *I* 3 perceperint $I^a$ | uicarian* $I^a$, uicarie *X* 5 aa. nomio mag. off. *Russardus*, a. nom. mag. off. *Ambros. E* 28 *inf.*, nemo *K*, aa. *I*, no. mo. *Z* | agentium *IXZ* 6 renuntio *I* | abduxit *K*, adduixit *X* 7 primi] sui *X* | potiri *om.* $I^a$ 9 leo a.] leo *K*, a. *I* | nicostrato pp.] *Bononiensis*, *om. KI* | cohartalium *KXZ*, martalium *I* 10 agentium *XZ* | procurauerit *K* 12 tamen] non *X* | coartali *KXZ* | conditione *I* | relinquet *X* 13 dederit *K* 14 scolam *I* | agentium *XZ* | sit libera $K^a$?, sit liber sit $K^b$, liber sit *X* 15 nec] *KI*, ne *X*, ut nec *Z* | ullus *I*, illis *Z* | coartalis *KXZ* 17 zeno a.] zeno *K*, a. *I* | ioh. mag. off.] *Russardus*, iohanni pp. *Ambros. E* 28 *inf.* | agentium $I^bXZ$ 18 premoti $K^a$, permoniti $I^b$, promoti *Z* 20 liberi] deberi $I^a$ | uel] aut *X* | conueniatur *X* 21 preberi *X* | appaitoribus *K*, toribus (*sic*) $I^a$ 22 presidialis *XZ* | tertiam partem ... prestandam $I^a$ 23 hisdem *IX* | concussioes *I* | uexationis $K^a$ 24 estimauerit *XZ* | editorum $K^a$, *deficit* $I^a$ 25 in sacr. u. uel *om. X* | possident *om. I* | facultates *om. X* | iuratoriae] *dett.*, iutorie *K*, adiuratorie *IX*, adiutorie *Z* 26 substantiae suae] sue (substantie $I^b$) cautioni *I* | ut] quod *KI* 27 sententia *I* | moueantur *KI* 28 ciuiles *om.* $I^a$ | eodem $I^a$ 29 seu] uel *X* | prestationem 31 postulationem *KI* | coniugiis *K* 32 preberebe non differerunt *I* 34 arbitrio I, arbitris *X* 35 patronos $I^a$ | parte I | tertia I, etiam *X*

8 partem dimidiam praebere. Quod si non apud arbitrum, sed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur, inducendi quidem negotii gratia non nisi quattuor solidos eosdem uiros clarissimos erogare, gestorum uero excipiendorum causa duos tantummodo solidos dare et nullius ultra supra scriptas quantitates cuilibet alteri praestandi sumptus
9 exactione uexari. His omnibus locum habentibus, siue ipsi aliis litem ingerunt siue ab aliis pulsantur. D. K. SEPT. THEODORICO CONS. a. 484

## XXII (XXIII)
## ℞ DE CVRIOSIS ℞

1 IMP. CONSTANTIVS A. AD LOLLIANVM PP. Curiosi et stationarii, [Th. 6, 29, 1 B 6, 30, 1] uel quicumque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuntianda meminerint et sibi necessitatem probationis incumbere, non citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. cesset ergo praua consuetudo, per quam carceri aliquos immittebant. D. XI K. AVG. MEDIOLANI. ACC. XII K. SEPT. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

2 IDEM A. ET IVLIANVS C. AD TAVRVM PP. Agentes in rebus [Th. 6, 29, 2 mut. B 6, 30, 2] in curis agendis et euectionibus publici cursus inspiciendis nostrorum memores praeceptorum credimus in omnibus uelle profutura rei publicae: ideoque solos agentes in rebus
1 in hoc genere iussimus obsequium adhibere, et non ab alio penitus officio [1]. Hi uero peruigili diligentia prouidebunt, ne quis contra [2] euectionis auctoritatem moueat cursum uel amplius postulet, quam concessit euectio. quisquis igitur aliquid tale perpetrare tempta-
2 uerit, improbi coepti priuetur effectu. Demonstretur etiam iudicibus uel curiosis euectio, etiamsi quis nobis iubentibus festinare memoret in obsequium necessarium, nec praeualeat
3 contumacia uel dignitas. [3] Ergo nummum uetamus exposci pro animalibus in cursu minime constitutis. quod si forte aliquis aestimauerit perpetrandum, eius quadruplum quod accepit inferre cogatur. D. XV K. MAI. MEDIOLANI CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS. a. 357

3 [4] IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. Per id tempus, quo cursus [Th. 6, 29, 3 B 6, 30, 3] tuendi sollicitudinem sustinetis, condemnationes praefectorum *praetorio* circa [5] eos solos irritae sunt futurae, qui seruauerint honestatem. erga eos uero, qui inhoneste et contra decus saeculi uel honorem militiae uersabuntur, non solum condemnatio mansura est, uerum etiam grauior poena statuenda [6]. PP. PRID. K. DEC. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS. a. 359

4 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARCELLO MAGISTRO OFFICIORVM. [Th. 6, 29, 8] Agentes in rebus singulos per singulas prouincias mittendos esse censemus, quibus tamen

*KIX*

---

[1] et non ... officio *addiderunt Iustiniani, cf. Th.* [2] citra *Th.* [3] contin[git] etiam in cursu clabulari, ut forte quis pro animalib[us] minime praebitis pecunias pendere cogatur lucro eius qui cursui praesederit improbe uindicandas *ins. Th.* [4] *iunge* 1, 31, 1 *Th.* 6, 29, 4. 5 [5] erga *Th.* [6] uerum etiam, si ad nostrae serenitatis notitiam culpabilia gesta peruenerint, in eos erit acrius uindicandum *Th.*

---

1 dimidiam partem *I* | non] ne *I* | arbitrium *I* 2 inducenti *I* | non *om. I* 3 eosdem] eos *KI* | exstipendiorum *X* | tantummodo duos *X* 4 solidos dare] solidare *I* | nullus *I* | cuil. alt. praest. *uacuo spatio relicto om. I* | cuiuslibet *X* 5 ipsis *K*ᵃ, ipse *I* | alii *KI* 6 pulsatur *I* | *s. a. Cui.* 9 const. *KI* | a. *om. K* | ad iulianum pp. *Russardus, om. KI* | cuiosi *K*ᵇ, fuiosi *K*ᵃ 10 quicumque] quicum *K* | munere] nomine *X* | nuntiando *X* | meminerint *om. K* 11 probationem *I*ᵃ | suis si] suis *I*ᵃ 12 per] quic *K* 13 *s. a. Th.* 14 a.] ant. *I* | et ... taurum pp. (pp. *om. Ambr.*)] *Ambros. E* 28 *inf. Russardus Th., om. KI* 15 curias *I*ᵃ | euictionibus *I*ᵗ 16 credidimus *K* | profuturam *K* | rei] nostre rei *K* 17 abhibere *K* | et *om. X* | offotio *K* | hii *libri* 18 diligentiam *K*ᵃ | contra] esse *I* | euictionis *I*ᵃ*X*ᵗ 19 euictio *I*ᵗ*X*ᵗ | aliquid] taliquid *I*ᵃ 20 euictio *I*ᵃ*X* 21 etsi *Th.* | in *om. I*ᵃ | preualet *I* 22 cursum *KI* 23 aliquis *om. K* | estimauerat *K*, existimauerit *I*, peraestimauerit *Th.* | quadruplum eius *K* 24 cogantur *I* | *s. a. Th.* 25 aa. *IX* | ad ag. in rebus] *Duacensis Th., om. KIX* | quos *X* 26 tuendis *K*ᵃ | sustinendis *I*ᵃ | praetorio] *Th. cum B, om. libri* 27 seruauerit *X* | ergo *I*ᵃ 28 saeculi] scilicet *I*ᵃ | honore m. usabuntur *I* 29 etiam] et *I* | poena] postea *X* | *s. a. Th.* 30 impp. ... officiorum] *Th.*, imp. arc. *K*, imp. a. *I* 31 mittedos *I* | tamen] *edd. Th.*, tam *KI*, *om. X*

inspiciendarum euectionum tantum debeat cura mandari, ut nihil prorsus commune aut
1 cum iudicibus aut cum prouincialibus habeant. Nec naues debebunt illicita concussione uexare nec libellos aut attestationes litis gratia[1] suscipere aut in carcerem quemquam trudere, sed cursui solum uacare. D. K. IVN. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO 4
CONSS. a. 395

## XXIII (XXIIII)
## ℞ DE PALATINIS SACRARVM LARGITIONVM ET RERVM PRIVATARVM ℞

1 IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD VERONICIANVM VICARIVM ASIAE. [Th. 11, 16, 6 B 6, 31, 2] Palatini[2] pro capitibus seu iugis suis tantum pensitationem atque obsequia recognoscant, extraordinariis et sordidis muneribus et susceptionibus et[3] temonariis oneribus liberati. D. NON. MAI. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS. a. 346

2 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. TITIANO COMITI S. L. [Th. 8, 7, 14 B 6, 31, 3] Nullus thesaurensis uel officialis comitis thesaurorum semel deprehensus euersor quocumque pacto aut repetat militiam suam aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem uel sese transferat ad aliam quamcumque militiam. D. VIII K. FEBR. ANTIOCHIAE GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

3 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANCRATIO COMITI R. P. [Th. 6, 30, 2 B 6, 31, 4] Prisco iam nunc ordine reuocato de palatino potius officio ad gerendum principatum officii comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes
1 etiam domorum, si inhonestum aliquid gesserit[4], uereatur. Idoneos itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis et mittere. D. PRID. NON. IVL. SCVPIS AVSONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

4 IDEM AAA. AD HESPERIVM PP. [Th. 6, 30, 4 B 6, 31, 5] Nihil omnino ullis iudicibus cum palatinis nostrae clementiae, quicumque a[5] comitibus diriguntur, sit commune atque coniunctum, sed excepta reuerentia, quae non solum ab inferioribus, sed etiam a maioribus et in prouincia degentibus[6] rectoribus prouinciarum[7] debetur atque defertur, suis quisque necessitatibus obsecundet. D. VIII ID. DEC. SIRMIO AVSONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

5 IDEM AAA. NEBRIDIO COMITI R. P. [Th. 6, 30, 5 B 6, 31, 6] Quidam post impletum ordinem militiae palatinae quam gesserant honoremque transactum ad exceptorum scrinia transire nituntur. hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus dehinc ista audendi relin-

*KIX*

---

[1] litis gratia *om. Th.* [2] et Constantinopolitani ciues *ins. Th.* [3] sordidis ... et *om. Th.*, *tuentur B* [4] si secus se gesserit *Th.* [5] consistorianis *ins. Th.* [6] in prou. deg., *quae omittit Th., fortasse delenda sunt* [7] rectori prouinciae *Th.*

---

1 speciendarum *Th.*, intuendarum $I^a$ | euictionum *I* | prorsus *om. I* | aut cum] aut *Th.* 2 nec] nam nec *K* 3 uexari *I* | aut *om.* $I^a$ | attestationes] *1 Th.*, testationes *K*, attestationes uel contestationes *X* | carcere *KX* 4 detrudere *K*, tradere *Th.* | soli *I* | *s. a. Th.* 9 impp. ... 10 asiae] *Th.*, imp. const. a. ueroniciano *Londin.*, imp. const. a. (a. *om. K*) *KI* 11 recognoscent *X*, *deficit* $I^a$ | extraord.] extraord. oneribus *K*, *deficit* $I^a$ | et tem.] tem. $KI^b$, *deficit* $I^a$ | oneribus *om. K*, *deficit* $I^a$ 12 *s. a. Th.* 14 imppp. ... aaa.] *Cui. ex Th.*, imp. a. *I*, imp. *K*, imp. grat. *Paris.* 4429 | titiano c. s. l.] *Th.*, tatiano comiti *Russardus*, *om. KI* 16 euersorum *X* 17 *s. a. Th.* 19 imppp. ... pancratio c. r. p. (c. r. p. *om. Russ.*)] *Russardus Th.*, imp. gra. a. *K*, imp. ant. *I* 20 ordinem $I^a$ 21 regendum *IX* 22 gesserint *KX* 23 debet *uel* deberet $K^a$, deb..is $I^a$, debetis $I^b$, debet *X* | *s. a. Th.* 25 aaa.] a. *I*, *om. K* | ad hesp. pp.] *Russardus Th.*, ad esperium *Londin.*, *om. KI* | nullis $K^a$, *om. I* 26 comm. atque coni. sit *Th.* | conuictum *K*, ..uinctum $I^a$, iniunctum $I^b$ 27 infeioribus *K* | sed etiam a mai. *om. I* | moioribus *K* 28 in] et in *K*, et *I* 29 obsecumdat $K^a$, obsederet $I^a$ | *s. a. Th.* 30 aaa.] a. *KI* | nebr. c. r. p.] *Th.*, nebridio pp. *Z*, *om. KI* | ordinm $I^a$ 31 honoreque *I* | exexceptorum $X^a$ 32 nullus *I* | audiendi $KI^a$

quatur occasio: sed unusquisque eius scrinii, quod primum militando elegit, ordinem persequatur nec in alterius loco finem militiae requirat, qui iam proprii ordinis transegerit principatum. D. v id. Oct. Constantinopoli Merobavde ii et Satvrnino conss. a. 383

6 Idem AAA. ad Probvm pp. Ab officiis palatinorum excellentia [Th. 6, 30, 6 B 6, 31, 7] tua sciat ita penitus recedendum, ut neque ipsa postmodum licitum sibi credat isdem aliquid iniungere et praeterea prouinciarum rectores prohibeat quicquam ulterius tale conari. D. vii k. Nov. Mediolani post cons.[1] Merobavdis ii et Satvrnini. a. 384

7 Idem AAA. Trifolio comiti s. l. Scriniis omnibus largitionum [Th. 6, 30, 7 B 6, 31, 8] comitatensium infra scriptas decernimus dignitates, ut his contenti ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emendicato suffragio quisquam ualuerit impetrare. annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum uolumus postulari nec amplius quicquam praesumi.

1 Breuis, quas dignitates per singula scrinia officiorum sacrarum largitionum habere statuimus, hic est:

2 [2]Scrinii exceptorum: perfectissimus ordinis secundi numer*o* unus, id est primicerius omnis scholae. perfectissimus id est primicerius exceptorum numero unus[3]. ducenarii duo, id est tertiocerius et quartocerius. centenarius unus, id est primicerius instrumentorum. epistulares numero duo. formae primae numero triginta sex. formae secundae numero quattuor. formae tertiae numero tres.

3 Scrinii numerorum: perfectissimus ordinis tertii numero unus. ducenarius numero unus. centenarii numero duo. epistulares numero duo. formae primae numero tres. formae secundae numero unus. formae tertiae numero duo.

4 Sacri scrinii tabulariorum: perfect*issim*us ordinis tertii numero unus. ducenarius numero unus. centenarius numero unus. epistularis numero unus. formae primae numero tres. formae secundae numero quinque.

5 Scrinii canonum: perfectissimus ordinis tertii numero unus. ducenarius numero unus. centenarius numero unus. epistulares numero duo. formae primae numero quattuor. formae secundae numero quattuor.

6 Scrinii mittendariorum: ducenarius numero unus. centenarii numero quinque. epistulares numero nouem. formae primae numero septem. formae secundae numero triginta tres.

*K I* (*$I^a$ deficit u.* 18 triginta ... 26 canonum) *X*

---

[1] [acc. . . .] post cons.? [2] *in Th. Parisiensi huius breuis* § 2...6 *mutilae seruatae sunt, ordine tamen adeo perturbato, ut ad emendandos libros nostros certi nihil adferant: reliqua inde a* § 7 *omissa sunt* [3] primicerius omnis scholae. perfectissimus ordinis tertii numero unus, id est primicerius exceptorum? (*cf. Not. dign. Or.* 13, 32 *ed. Seeck*)

---

1 occ. sed] set haec occ. *I* | quod] *X? Th.*, quem *$KI^b$*, quem in re *$I^a$?* | primi *$K^a$* | electi *K* 2 qui] *X? dett. Th.*, quia *KI* 3 *s. a. Th.* 4 aaa.] a. *KI* | ad probum pp.] *Ambros. E* 28 *inf. Th.*, *om. KI* | officiis] *edd. Th.*, officio *KIX* 5 penitus] *I Th.*, esse pen. *K*, pen. esse *X* 6 iniugere *K* | et *om. $K^a$* | prohibeant *KX*, prohibet *$I^a$* 7 *s. a. Th.* 8 aaa. ... s. l.] *Londin. Th.*, trifilio *K*, a. *I* | sriniis *$K^a$* 9 conmitatensium *K*, comitantunsium *$I^a$* | abiendi *X*, ambiendi *om. $I^a$* 10 etsi *X*, si *om. $I^a$* | speciali *X* | benefitio *$I^a$*, benefitio et *X* 13 breuis] iubemus *X* | quas] *$K^bX$ Th.*, quam *$K^aI^r$*, quasi *$I^t$* | officium *IX* | statuimus hic est] statutum est *Cui. Th.* 15 scrinii perceptorum *$X^a$*, scrinium exceptores *Th.* | ordo *X* | secundi] p. *Th.*, *om. $I^a$* | numerum *K*, numeri *$I^bXZ$*, n. *Th.*, *inc. $I^a$* | id est] idem *$X^t$* 16 omnis sch. perf. id (id *om. $X^r$*) est (unus *pro* id est *Z*) pr. (primiceris *$X^r$*)] *I? $X^r$ Z*, *om. $KX^t$* 17 duo] n. ii *Th.* | ttiocerius *K*, centenarius *$I^a$* | centenarius ... primicerius *om. $X^t$* 18 due *I* | primi *K* 20 scrinio *K* | prefecti *K*, perfectorum *X*, perfectus *$I^b$*, prefectus *Z* | tertii] tres *$I^bX$* | numerum *$X^a$?* | unus] *$I^bZ$*, idem *X? om. K* | ducenarius] *Z*, ducerarii *K*, ducennarii *$I^b$*, ducenarum *X* | numerum *X* 21 centenarius num. unus *Z*, cetenarii num. (*om.* duo) *$I^b$* | epistularis num. unus *Z* | formae sec.] sec. *K* 23 sacri] *K*, *om. $I^bX$* | perfectus *libri* | duc. n. unus *om. $I^b$* 24 centenarius ... ep. n. unus *om. K* | epistularum *$I^b$* | formae primae *om. $X^t$* 25 tres] ii *$I^b$* | quinque] *X*, duo *K*, *om. $I^b$* 26 tertie *$I^a$* | unus] *XZ*, in *I*, *om. K* | unus] i *I* 27 cent. n. unus (*sic Z*, iii *K*, i *I*) *om. X* | due *K* | prime forme *K* 28 formae sec. n. q. *om. K* 29 mittendarum *$I^a$* | ducenarui *I*, ducenarii *X* | cent. n. quinque *om. $I^a$*, quinque *om. $I^b$* | trig. tres] xlii *Th.?*

7 Scrinii auri massae: perfectissim*us* ordinis tertii numero unus, id est primicerius sacrae massae. perfect*issim*us[1] numero unus, id est secundocerius. ducenarii numero duo, id est tertiocerius et quartocerius. centenarii numero quattuor. epistular*es* numero quattuor.

8 Aurifices specierum: perfectissimus[1] numer*o* unus. ducenarii numero tres. centenarii numero sex. epistulares numero octo. formae primae numero decem et octo. formae secundae numero quattuor.

9 Aurifices solidorum: ducenari*us* numero unus. centenarii numero septem. epistulares numero sex. formae primae numero nouem. formae secundae numero triginta.

10 Sculptores et ceteri aurifices: centenarius numero unus. epistulares numero quinque. formae primae numero sex. formae secundae numero decem et octo.

11 Scrinii *auri* ad responsum: perfect*issimus* ordinis primi numero unus. perfectissimi ordinis secundi numero duo. ducenarii numero tres. centenarii numero duo. epistulares numero tres. formae primae numero tres. formae secundae numero duo. formae tertiae numero unus.

12 Scrinii *a miliarensibus: perfectissimus ordinis primi* numero unus. ducenari*us* numero unus. formae primae numero unus. formae secundae numero duo. formae tertiae numero tres.

13 Scrini*i* uestis: perf*ectissimus* primi ordinis numero unus. perfectissimus secundi ordinis numero unus. ducenari*us* numero unus. centenari*us* numero unus. epistulares numero duo. formae primae numero septem. formae secundae numero decem. formae tertiae numero quattuor.

14 Officialium sacrarum uestium: ducenarii numero duo. centenarii numero duo. epistular*es* numero duo. formae primae numero septem. formae secundae numero decem. formae tertiae numero nouem.

*KIX*

[1] ordinis tertii *ins.*

1 aureae *Cui. ex Not. dign. opinor* | perfectissimi *libri* | tertii num. unus id est] iii numeri iii numero i id est *K*, numero numero unus $I^b$, iii num. i. idem *X*, tercii numero iii unus *Z*, *deficit* $I^a$ 2 perfectum $KI^bX$, perfectus *Z*, *deficit* $I^a$ | num. unus] numerum *X* | id est] $I^b$, idem *uel* id est *X*, *om. KZ* | secundicerius *X* | numero] nero *K* 3 tertius ducenarius et quartus cerius *X* | numeri *KI* | quattuor] *KI*, sex *XZ* | epistularum *libri* | numeri *K*, numerum *I*, num. *Z* 4 quattuor] $I^bZ$, iii $KI^a$, ui *X* 5 perfectum *KXZ*, perfc. *I* | numerum *libri* | unum *Z*, iii *X* | tres cent. num. *om. X* | tres] $KI^b$, quattuor *Z*, *deficit* $I^a$ 6 numero] numeri siue *K* | ep. numerum $KI^b$, *deficit* $I^a$ | octo] uii *K*, *deficit* $I^a$ | decem et octo] xuii *K*, xiiiu $I^b$, *deficit* $I^a$ 7 numerum *K* | iii *I* 8 ducenariis $I^aXZ$, ducenarii $KI^b$ | numeri *K* | centenariis *I* | septem] uiii $I^a$ 9 sex] uii *X* | primae *om. X* | numerum $I^a$ | nouem] $I^bZ$, uiii *KX*, *om.* $I^a$? 10 sculpatores *K* | aurifices] *X*, artifices *KIZ* | centenariis *I*, centenarii *X* | numerus *K* | numerum *K* | quinque] ui $I^b$ 11 numeri $I^a$ | sex f. s. num. *om. I* | decem et octo] xuiiii *I* 12 scrinii auri] *Cui. cum Not. dign.*, scriniarii *Hal.*, scrinii *KIXZ* | perf. (perfectissimi *Cui.*) ord. primi] *Cui.*, per formam secundam (ii $I^b$) $KI^bX$, formam ii $I^a$, perfcmmam primam *Z*, per formam ordinis secundam *Paris.* 14348 | perf. ord. sec.] *Cui.*, per formam $KI^bX$, forme ii $I^a$, ꝓ secunde *Z* 13 decenarii *K*, denarii $I^a$ | tres] *X*, i *KIZ* | cent. num. *om. K* | duo ep. num. *om. Z* | duo] *I*, u *K*, *om. X* 14 numerum *I* | numerum *I* | tres] iiii $X^bZ$ | secundo *I* | num. duo *om. I* 15 numerum $I^a$ 16 scriniarii *KX* | a miliarensibus] *Cui. ex Not. dign.*, ad militem *KIX*, ad limitem *Z* | perf. ord. pr.] *Cui.*, per formam $KI^bX$, *om.* $I^aZ$ | ducenarii *libri* | numerum *I* 17 duo *om.* $I^a$ 18 numerum *I* 19 scrinii] *edd.*, scriniarii $KI^bX$, scriniariis $I^a$ | perfectissimus] *Cui.*, per formam *XZ*, per turmas *I*, formam *K* | primi ord.] ord. tertii *KZ Cui.*, ordinem iii *I*, primam ordine tertio *X* | numerum *KI* | perfectissimus] *Cui.*, per formam *K*, per forme *I*, per formas *X*, forme *Z* | secundi *om. X* 20 numerum *K*, numeri *I* | ducenarii *KXZ*, duc. *I* | numeri *I* | cent. n. unus *om. X* | centenarii *KZ*, cen. *I* 21 duo] secundo *X* | forma $I^a$ | numerum s. f. s. numerum duc. f. t. numerum *I* 22 quattuor] $KI^b$, uiii $I^a$, ix *X*, iii *Z* 23 offitiarum *I* | numerum *KI* | centenarius *Z* | duo] i *K* | epistularum *libri* 24 numerum *K* | numerum *K* | septem formae] forme uii *I* | numerum *KI* 25 numerum *KI* | nouem] xi *K*, uiii *X*

15 Deputat*i* sacrae uestis: perf*ectissimi* secundi ordinis numero duo. ducenarii numero duo. centenarii numero duo. epistulares numero duo. formae primae numero tres.

16 Scrinii ab argento: perf*ectissimus* ordinis *secundi* numero unus. centenarius numero unus. epistularis numero unus. formae primae numero quattuor. formae secundae numero tres. formae tertiae numero unus.

17 Ad pecunias: perfectissimus ordinis *secundi* numero unus. formae primae numero duo. formae secundae numero duo. formae tertiae numero quinque.

18 Argentarii comitatenses: ducenarius numero unus. centenarii numero duo. epistulares numero duo. formae primae numero octo. formae secundae numero uiginti quinque.

19 Barbaricarii: centenarius numero unus. epistulares numero duo. formae primae numero octo. formae secundae numero unus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

D. IIII ID. IVN. HERACLIAE RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 38-

8 [1]IDEM AAA. ET ARCADIVS A. TRIFOLIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. [Th. 6, 30, 8 B 6, 31, 9] Placuit iusta et omnibus mittendariis palatini officii profutura suggestio, qua insinuasti, ut ex isdem annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis habito prouisionis intuitu cingulo liberentur. D. IIII ID. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. ET BAVTONE VC. CONSS. a. 385

9 IMPPP. *ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS* AAA. NESTORIO COMITI R. P. [Th. 6, 30, 18 B 6, 31, 10] Non aliter quilibet in officio sacrarum largitionum uel[2] priuatarum cingulum militiae sibi sumendum existimet, nisi nostrae mansuetudinis adnotationem meruerit. D. PRID. ID. AVG. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

10 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PP. [Th. 6, 30, 20 B 6, 31, 11] Palatinos, qui sacrarum remunerationum rationem tractantes inculpanter ad calcem terminumque militiae peruen*erint*, adiutorem et primicerios diuersorum officiorum praecepimus

*K O* (*incipit u.* 2 centenarii) *I* (*deficit u.* 9 formae primae ... 11 unus) *X* (*usque ad u.* 11)

[1] *iunge Th.* 6, 30, 9 [2] largitionum uel *om. Th.*

1 deputati] *X?*, deputatis *KIZ* | uesti *X* | perfectissimi] *Cui.*, per formam $KI^bXZ$, per formas $I^a$ | secundum *I*, ii *X* | ord. numerum *K*, ord. numeri *I* 2 cennarii *O* | numerum *KO* | duo] *O*, unum *K*, i *IX* | epist. numerum *KOI* | tres] iiii *K* 3 ab argento] *K*, ab arg. *O*, ab argent** $I^a$, ab argentariis $I^b$, ad argentum *X*, argenti *Not. dign.* | perfectiss. *Cui.*, per formam *libri* | ordinum $KI^b$, ord. *X*, *deficit* $I^a$ | secundi] *Hal.*, *om. libri* | numerum ūnde *K* | centenarii *KOX*, *deficit* $I^a$ | numerum *K* | unus] u *X* 4 epistulares *KOX*, *deficit* $I^a$ | numerum *K* | unus] ii *K*, primo *O* | quattuor] ui *Z* | secundae *om. K* 5 num tres forma t. numerum *I* | unus] iiii *I*, *om. K* 6 ad ... unus *om. X* | ad (ad *om. O*) pecunias] scrinii a pecuniis *Cui. ad Not. dign.* | secundi] *Hal.*, *om. libri* | unus] iii *K*, *om. I* | primo *O* | duo] secundo *O*, i *I?* 7 formae secundae ... quinque *om. X* | secundae *om. I* | numerum *KI* | formae tertiae ... 8 unus *om. O*, formae t. n. quinque *om. K* | numerum *I* 8 argarum *K* | conmittentes *K*, comtatenses $X^a$ | ducenarii *K*, ducenariis *X* | numerum *K*, numeri *I* | unus] ii *K* | centenariis *X*, cent. *I* | numeri *I* | duo *om. O* 9 numerum *I* | duo] iii *IX*, tres *Z* 10 numero unus ... primae numero *om. O* | duo] *KX*, u *Z* 11 octo] *XZ*, iiii *K*, uii *O* | unus] i. perfcē numero ii secundo certus centenarum numerum quattuor *O*: *accedunt igitur perfectissimi duo secundocerius et centenarii quattuor. attamen scrinia omnia quae in Not. dign. laudantur in superioribus extant: nam qui illic ad finem collocati sunt tertiocerius et quartocerius* (*Or.* 33. 34), *ii ni fallor cum secundocerio* (32) *scrinio exceptorum* (§ 2) *huius breuis continentur* 12 *s. a. Th.* 13 idem a. et arc. aa. *O*, id. aa. et archad. *Ambros. E* 28 *inf.*, idem a. *K*, idem aaa. *Th.*, *om. I* | trif. c. s. l.] *Russardus Th.*, trifolio *Ambros.*, *om. KOI* 14 iusta et] $I^t$ *Th.*, iuste $KOI^r$ | palatini] $I^b$ *Th.*, et palatinis $KOI^a$ | qua] *Th.*, quam *KOI*, que *Z* 15 annui] manu in $I^a$ | ex duc.] et duc. *O* | terni] tantum *O* 16 cinguli $O^a$, cingulis $O^b$ | *s. a. Th.* | a.] a. I *Th.* 18 imppp. ... aaa.] imp. th. et arc. *O*, imppp. theod. arc. et hon. aaa. *Russardus*, idem a. *K*, idem aa. (*i. e.* Arcadius et Honorius) *Th.*, imp. a. *I* | nestorio c. r. p.] *Th.*, nestori comiti orientis *Russardus*, *om. KOI* 19 alter $K^a$ | officium *O* | priuate *K* 20 sibimet *K* | existimat $K^a$ | adnotationum $I^a$ 21 *s. a. Th.* 22 impp. ... pp.] *Russardus Th.*, imp. hon. et th. *O*, imp. *K*, imp. a. *I* 23 remunerationum] remunerationum rationum $K^a$ | ratione tract. *I*, tract. racionem *O* | inculpantur *I*, incupantur *O*, inculpatim *Th.*, ἀμέμπτως *B* 24 peruenerint] *Th.*, peruenientes (—nerint *Cui.*) nec non etiam *libri Cui*: ὅσα τοῖς ἀπὸ πριγκίπων μαγιστριανοῖς δέδοται προνόμια, ταῦτα καὶ τῷ βοηθῷ τῆς τάξεως τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιώνων καὶ τοῖς τὸν λόγον τρακταΐσασιν ἀμέμπτως ἁρμοζέτω *B*: *unde apparet adiutorem et primicerios esse eos qui ad militiae terminum peruenerint* | adiutores $I^a$? | primicerius *K*, *inc.* $I^a$ | diuersos *O* | praecipimus *KI*

habere priuilegia[1], quae nuper agentum in rebus scholae a nostra sunt mansuetudine contributa[2], scilicet ut a tironum praebitione memorati reddantur exsortes ceteraque onera non agnoscant. D. VII ID. IVN. RAVENNAE POST CONS. HONORII VIIII ET THEODOSII V AA. a. 413

11 IDEM AA. ANTSIO COMITI S. L. ET TAVRO COMITI R. P. Ad [Th. 6,30,21 B 6,31,12] similitudinem sanctionis[3], quam de proximis sacrorum promulgauimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum atque priuatarum pro biennio annum sub perpetua obseruatione praecipimus custodiri, ita ut et priuilegia, quae huiusmodi officiis uel primiceriis sacris legibus deferuntur, integra illibataque seruentur. D. III K. IVL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

12 IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS C. MAXIMINO COMITI S. L. Viros [B 6,31,13] deuotos palatinos non oportere in hac regia urbe apud uirum illustrem praefectum urbis litigare compelli, nisi de aedificatione domorum et seruitutibus et annonis orta uideatur causa: in aliis uero causis tam pecuniariis quam criminalibus apud uiros illustres tantum-
1 modo comites suos respondere. Rectoribus autem prouinciarum intra administrationis suae fines inter praesentes palatinos nec causis publicis occupatos cognoscere tam pro ciuili quam pro criminali causa permittimus, sic tamen, ut non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicii uir illustris comes sub quo militat certioratus hoc ei permiserit.

13 IDEM AA.[4] EVDOXIO COMITI S. L. Inter alias praerogatiuas, quas ante [B 6,31,14] meruerant scholae societatis sacrarum largitionum, primicerius et tres primicerii scriniorum tribuni praetoriani militaris dignitate fruantur, nulla eis ex cuiuslibet iudicis praeceptione iniungenda publica uel priuata necessitate.

14 IDEM AA. FLORENTIO PP. Iubemus uiros deuotos palatinos rei nostri numi- [B 6,31,15] nis priuatae isdem priuilegiis decorari, quibus etiam palatini qui in sacris largitionibus deferuntur. cum enim par similisque militia sit, iustum et competens uidetur isdem utrum-
1 que officium priuilegiis gloriari. Primicerios itaque officii tresque primates scriniorum rerum priuatarum finito tempore militiae inter tribunos militares praetorianos, saluis isdem praestitis priuilegiis sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus, ita tamen, ut nullam iniunctionem nullam sollicitudinem priuati uel publici negotii quolibet iudiciario praecepto sustinere possint, sed excepta omni necessitate omnique fatigatione indeptae dignitatis honore potiantur.

*KOI*

---

[1] praecepimus ea habere priu. adiutorem et primicerios diu. off. *Th.* [2] *Th.* 6, 27, 13 [3] 12, 19, 6 [4] impp. Theodosius et Valentinianus AA. *scribi debuit*

---

1 heibere $K^a$ | agentum] aguntur *KI* | scholae a (a *om.* $K^a$) nostra] scole nostre *O*, nostre scole *I* | mansuetudinem *I* | contribute *I* 2 ut] u *I* | a] et *O*, *om.* *I* | praebitione] prepositionum $I^a$ | extortes *I* | honeraque *I* 3 *s. a. Th.* 4 aa.] a. *KOI* | anysio … r. p.] *Th.*, anitio c. s. l. *Russardus*, anisyo com. *O*, *om.* *KI* 5 quam] *Th.*, que *KOI*, quem *Z* 6 atque] ate *I* | pruatorum $I^a$ | sub *om.* $KI^a$? 7 praecepimus $O^a$ | et *om.* $I^a$ | modi *om.* $I^a$ | primicerio *Th.*, priuilegiis *I* 8 sacris] sacrilegis *O* | adferuntur *I* | illibatamque $I^a$ | seruetur *O* | *s. a. Th.* 10 imp. … s. l.] *Russardus*, mpr. theod. et ua. maximiano c. s. lar. *Z*, imp. th. et ual. *O*, imp. th. *K*, imp. a. *I* 11 praefectam *O* 12 anno *K* | uidetur *K*, uidentur *I* 14 suos *om.* $I^a$ | inter *K* | aministratoris *K* 15 inter] iter *I* | acognoscere $K^a$, agnoscere $K^bI$ | ta *I* 16 quam pro] quam *I* | non] uero non *uel* non non $I^a$ | aliter *om.* *I* 17 preferatur $K^a$ | prouincias *O* | uiri $KI^b$, iuris $I^a$ 18 militant *I* 19 id. a. et ual. c. eudoxio c. s. l. *Russardus*, idem a. eudosio com. *O*, idem a. *KI* | pregatiuos *I* | antea *O* 20 primicerius] primiceriis *O* | primicerii tres *I*: ἵνα ὁ πριμικήριος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν τρεῖς πρῶτοι ἔχωσιν ἀξίωμα πριμικηρίου τριβούνων νοταρίων πραιτωριανῶν *B male, cf. c.* 14 § 1 *h. t.* 21 pretoriane *K*, pretoria *I* | furuantur $K^a$ | eis *om.* *K* 23 aa. florentio pp.] *Russardus*, a. florentino pp. *O*, a. *I*, *om.* *K* | nominis *libri* 24 priuata eisdem *O*, priuatae eisdem *K*, priuatos eisdem *X* 25 par] *X*, pars *OI*, *om.* *K* | eisdem $O^a$ 26 officium] benefitium *I*, offitii *K* | itaque *bis* $O^a$ | tresque] tres *I* 27 finito] quod finito $I^a$ | tributos $O^a$ | militaris *K* | salus $O^a$, saluos $I^a$ 28 hidem $K^a$, eisdem *X* | nostram *om.* *I* 29 ut] ut priuilegiis *O* | nullum I iunctionem *I* 31 indempte *KOX*, indempta I

# XXIIII (XXV)

# ℞ DE STRATORIBVS ℞

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD ZOSIMVM PRAESIDEM NOVAE EPIRI. [Th. 6, 31, 1 B 6, 32, 1] Per omnes prouincias edictum generale misimus, ut *ab* stratoribus unus tantum solidus pro*b*ae nomine posceretur, et in offerendis equis certam formam staturam
1 aetatem prouinciales nostri custodiendam esse cognoscant. Quos etiam fisco certo solidorum modo obnoxios fecimus, si, quod stratores petere interdictum est[1], illi dare stratoribus
2 non timerent. Officium quoque grauitatis tuae centum argenti libris multabitur, si sciens praedictam rem gestam fuisse non ilico eam seueritati iudiciariae prodidisset. D. XIII K. IVL. APOLLONIAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 373

# XXV (XXVI)

# ℞ DE CASTRENSIANIS ET MINISTERIANIS ℞

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. NARSI[2] COMITI ET CASTRENSI SACRI PALATII. [Th. 6, 32, 1 B 6, 32, 2] In officio spectabilitatis tuae secundum formam diualium responsorum post completum tempus praefinitum, id est biennium, prioribus decedentibus insequentes ad locum pro merito laborum stipendiorumque succedant, nec ulla licentia tribuatur his, qui impletum deposuerint officium, denuo ad eandem militiam uel sollicitudinem remeandi. D. VI ID. FEBR. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET QVI FVERIT NVNTIATVS[3]. a. 416

2 IDEM AA. SCHOLASTICO[2] COMITI ET CASTRENSI SACRI PALATII. [Th. 6, 32, 2 B 6, 32, 3] Si quis primae uel secundae uel tertiae formae specialiter inter statutos gradum caelitus ualuerit impetrare, supernumerarius ultimus formae tertiae in matriculis habeatur. D. PRID. ID. IAN. CONSTANTINOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

3 [4]IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. IOHANNI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. [B 6, 32, 4] Ii, qui in schola uestis sacrae militant, uel matres eorum uel uxores criminalem uel ciuilem litem contra se commouendam in nullo alio nisi in sublimitatis tuae suscipiant examine.

4 IMPP. LEO ET ZENO AA. HILARIANO COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. [B 6, 32, 5] Ante omnia[5] nullius penitus alterius iudicis minoris uel maioris sacro ministerio nostro deputatos, quorum officia singillatim breuis subter adnexus continet, nisi a tuae dumtaxat

*KOI*

---

[1] petere numquam timent *Th.* [2] uiro spectabili *ins. Th.* [3] et Palladio conss. *scripserint Iustiniani* [4] *iunge* 12, 5, 3. 12, 59, 8 [5] a *ins.* (*Mommsen*)

---

2 stratutoribus *I* 3 impp. ... 4 epiri] *Th.*, imp. uall. ad zosimum praesidem *O*, imp. ual. a. *I*, imp. ual. *K* 4 dictum $I^a$ | ab] *Th.*, *om. libri* | statutoribus *I* 5 tantum] tamen *I* | probae] *Th. cum B*, proprie $OI^a$, proprio $KI^b$ | posceretur $I^a$ | ferendis *O*, offerende $I^a$ | formam *om.* $I^a$ | statutam *KI* 6 aetatem] equalem *I* | cognoscerent *Th.* | certo] centum $K^a$ 7 modo] tm $K^a$ | obnoxius $I^a$ | quod] quidem *KO* | straciones *O* | stracionibus *O* 8 timeret *O*, timeretur *uel* timerentur $I^a$ | argentum $I^a$ 9 iudicia *O*, iudicare $I^a$ | *s. a. Th.* 12 castrensisanis $I^a$ | ministeriis $K^t$, ministeriariis $K^v$, misterianis *O*, ministeriiariis $I^a$ 13 impp. ... narsi] imp. hon. narge *O*, imp. hon. a. (a. *om. K*) *KI* | comiti ... 14 palatii *om. KI* 14 responsurum *O*, *deficit* $I^a$ 15 decedentibus] *edd. Th.*, descendentibus $KOI^b$, discedentibus *X*, *deficit* $I^a$ 16 ulli *I* 17 disposuerint *O* | offocium $O^a$ | denumero *K* 18 *s. a. Th.* 19 aa. ... palatii] *Th.*, a. scholastico castrensi s. p. *Russardus*, a. scholastici castren. *Ambros. E* 28 *inf.*, aaa. *O*, a. *KI* 21 ualuint *I* | supernumerariis *OI*, supernumerarios *Th.* | ultimis $I^a$ | formae] forte *K* | *s. a. Th.* 23 impp. ... officiorum] *Cui.*, imp. leo a. iohanni mag. off. (mag. off. *om. Ambr.*) *Ambros. E* 28 *inf. Russardus*, imp. leo *K*, idem leo *O*, imp. a. *I* 24 in *om. O* | sacra *K* | earum $I^a$ 25 mouendam *X* 26 examine *om. I* 27 impp. ... aa.] *Cui.*, impp. leo aa. *Ambros. E* 28 *inf.*, imp. leo *KOI*, imp. leo et anthemius aa. *Russardus* | mariano com. et mag. off. *Russardus*, illariano c. *Ambros.*, *om. KOI* 28 nullis *I* | misterio *I* 29 offitiis $I^a$ | adnexas *I*

magnitudinis sententiis conueniri, ut in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantium [1] nisi
1 in tuae tantummodo amplitudinis examine praebeant aliquando responsum. Sed ne in hoc
ipso iudicio enormibus molestentur dispendiis, uel ex nudis conueniantur facile cuiuscumque mandatis, ipsis quoque sportulis et fideiussionibus modum constituimus obseruandum, ante omnia decernentes, ne quando sine scriptura uel interpellatione deposita ac sententia prorogata tuae magnitudinis eademque non edita conueniri posse, conuentos uero non alium fideiussorem nisi actuarium uel unum e primatibus suae scholae exsecutoribus pro suae personae responsione sine scripto praestare, siue per se ipsi siue procuratore dato in iudicio responsuri sunt, et siue in causis ciuilibus appetantur siue in criminalibus incu-
2 sentur. Nec ultra conuentionis nomine sportularum quam unum aureum exsecutoribus
usque ad finem litis praestent, quemcumque contigerit conueniri. inducendorum sane nomine et cognitionum exercendarum standaeque personae gratia ex simplici postulatione contra eos habita, siue ex appellatione subsecuta uel quolibet alio modo in iudicio deponatur, tribus tantummodo solidis usque ad terminum negotii eos qui accepturi sunt praecipimus semper esse contentos. in cognitionalibus uero gestis edendis duos tantummodo
3 praestari solidos. Haec autem priuilegia non in eorum tantummodo, sed in matrum quo-
que et uxorum personis ualere et ad integrum permanere: filiis quoque et maritis easdem fideiussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi nec alios uades exigi: ipsosque, dum militant, et post emensam militiam cum his, qui ex tempore prioris praestitae sibi pragmaticae sanctionis eiusdem militiae stipendia implesse noscuntur, omnibus priuilegiis perfrui (cunctis nihilo minus capitulis sacris adfatibus diuae recordationis Marciani, quos se meruisse adserunt, ualituris, excepto hoc, quod in diuersis iudiciis tunc
4 respondere praecepti sunt) hac sanctione decernimus. Aduocato quoque fisci, exceptoribus
etiam, qui apud arbitros hoc utuntur officio, ab exordio incipiendo usque ad terminum finemque negotii tertiam dumtaxat partem solidi praebituros: in huiusmodi autem arbitrorum gestis edendis non ultra praestare quam dimidiam solidi partem: et cum per prouincias constitutus fideiussore conuentus caruerit, adiuratoriae tantummodo cautioni committi nec ullo tempore nisi ex tuae dumtaxat magnitudinis sententia conueniri (exceptis tributariis et munerum functionibus et criminibus, quae in locis inquiri flagitari [2] et uindicari generalia legum praecepta constituunt), praesenti sanctione decernimus: uiro clarissimo adiutore sublimitatis tuae in speculis constituto, ne quid ex his quae statuimus aliqua subreptione uioletur. a. 474

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*KOI*

---

[1] *expectes* pulsantibus [2] flagitii (*Mommsen*)?

---

1 in *om.* *O* | alterum *I* 2 tantummodo *om.* *O* | ne] nec *O* 3 ipso] in $I^a$, *om.* $KI^b$ | nullis $K^a$ | conueniatur *K* 4 quoque *om.* $K^aI$ | fideiussoribus *I* | obseruandam *I* 5 sine] si sine *O* 6 prorogatue (*uel* —tuae) $O^a$, prorogate $I^a$, subrogata $O^b$, prorogare $I^b$ | eadeque *K* | que non edita *om.* *I* 7 e] de *K*, es $I^b$, ex *X* 8 respons. sue (tertie *X*) persone *OX* | praestare] patrare *O* | ipsi *om.* *O* 9 seu in crim. *I*, siue crim. *O* | insecuntur $I^a$ 10 conuectionis *K*, conuinccionis *O*, conuentiones *X* | aurum *I* | excutionibus *I* 11 contingerit *OI* 12 congnicionem *O* | exercendorum $O^a$, excendarum *I* 13 pellacione *O* 15 esse] eos se *I* | cognitialibus *I*, cognitionibus *X* | gentis $K^bOI$ | edendos $I^a$ 16 praestare $I^a$ | non *om.* $K^a$ 17 personas ual. *O*, ual. personis *I* | eiusdem *O*, eadem $K^bX$, de easdem *I* 18 fideiussoribus *K* | intpellatione *I* | exegerit … uades *om.* *I* 19 priore *I* 21 marciam $K^a$, marci $K^b$ 22 quos] quo $O^a$ | diusis $I^a$ 23 hac sanctionem $I^a$, hanc sanctionem *X* 24 quia $I^a$ 25 solidi partem *O* | praebituris *O*, prebituro *X* | modi *om.* *K* | autem *om.* *O* | arbitriorum *I* 26 per *om.* $I^aX$ 27 constituto *I* | caruit *I* | adiutorie *O*, adiurator. $I^a$ 28 tempore *om.* $I^a$ | sententiam conuenit *I* | ex praeceptis *O* | tribunariis *I* 29 et *om.* *K* | numerum *OX* | inquiri] inq. et $I^a$ 30 praecepta] praet praec. $I^a$ | constituitur *O* | sanccionem praesenti *O* 31 subl. tue adiutore *O* | in speculis] in inspic... $I^a$ | constitucio *O*, constitutos *X* | qui *O* | subreccione *O* 32 uiolentur *O*, uiolaturos *X* 33 constitutio graeca *hoc loco Vaticanus* 1434 *alii, post rubricam sequentem K: quod pertinere uidetur ad notitiam officiorum, quam hoc loco periisse indicant c.* 4 *pr. et B:* ἔχει δὲ καὶ γνῶσιν ὑποτεταγμένην τῶν ἐν τῷ θείῳ παλατίῳ ὑπηρετούντων

# XXVI (XXVII)
## ℞ DE DECANIS ℞

1 Impp. Honorivs et Theodosivs AA. Helioni comiti et magistro officiorvm. [Th. 6, 33, 1 B 6, 33, 1] Quattuor, qui ex corpore decanorum ad primum militiae gradum peruenerint, biennii spatio primiceratus gerant officium, neque ulterius cuiquam hoc loco liceat immorari, ut omni gratia et ambitione cessante post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. D. prid. non. Nov. Constantinopoli Theodosio A. vii et Palladio vc. conss. a. 416

2 Impp. Theodosivs et Valentinianvs AA. Nomo magistro officiorvm. [B 6, 33, 2]
Nostrae pietatis famulationibus adhaerentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium
ad alia protrahi iudicia, sed uiri illustris tantum magistri officiorum obseruare examen.
1 Hoc namque modo neque mansuetudinis nostrae obsequia decipiuntur et agentibus aduersus
2 eos iure adhibetur responsum. Ad exemplum itaque deuotissimorum scholarium nulli licere
memoratos ad aliud iudicium trahere et pulsatos priorum fidei scholae permitti praecipimus. a. 443–

# XXVII (XXVIII)
## ℞ DE MENSORIBVS ℞

1 [1]Impp. Honorivs et Theodosivs AA.[2] Aemiliano magistro officiorvm. [Th. 6, 34, 1 B 6, 33, 3] Primicerius mensorum[3] biennio expleto agentis in rebus ultimi militiam sortiatur. D. x k. Avg. Ancyrae Stilichone ii et Anthemio conss. a. 405

# XXVIII (XXVIIII)
## ℞ DE PRIVILEGIIS EORVM QVI IN SACRO PALATIO MILITANT ℞

1 Imp. Constantinvs A. palatinis bene meritis[4] salvtem. [Th. 6, 35, 1 B 6, 33, 4] A palatinis tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia praebuerunt, quam illis, qui in scriniis nostris, id est memoriae epistularum libellorumque, uersati sunt, procul uniuersas calumnias siue nominationes iubemus esse submotas, idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis peruenire, atque immunes eos a cunctis muneribus sordidis et personalibus permanere cum uniuersis mobilibus et mancipiis urbanis, neque iniurias eis ab aliquibus inferri: ita ut, qui haec contempserit, indiscreta dignitate poenas debitas exigatur. D. iiii k. Nov. Treveris Volvsiano et Anniano conss. a. 314

*KOI*

---

[1] *iunge Th.* 1, 9, 3 [2] imppp. Arcadius Honorius et Theodosius AAA. *Th.* [3] ad instar scriniorum *ins. Th.* [4] suis *ins. Th.*

---

2 de *om. I* 3 impp. ... 4 officiorum] imp. hon. *KI* 4 malicie $K^a$ 5 biennio *I* | gerat *I* | neque] ne *O* | hoc loco liceat] *O Th.*, liceat in hoc *KI* 6 morari $I^a$ 7 succedentes *O* | *s. a. Th.* 9 impp. ... nomo (nonio *Russ.*) mag. off.] *O Russardus*, imp. th. *KI* 10 adheretes *I* 11 alium *I* | tantummodo *OI* 12 naque *I* | agentibus et $I^a$, et adgentibus $K^aO^a$, et ag. et $I^b$ 13 eos *om. I* | deuotissimarum *O* | scolarum $K^aO$ | liceret *K* 14 alium *K* | priorum *om. O* | permittimus $O^a$, compermitti *I*, *om.* $K^a$ | praecepimus *O* 16 de mersoribus $K^a$, *om.* $O^a$ 17 impp. ... off.] imp. hon. *KI* | aa. aemil.] *Russardus*, demil. *O* 18 milicia *O*, militium *I* | sortiantur *I* 19 *s. a. Th.* 21 priuilegio *K contra Th.*, προτιμήσεως *mendose B* 23 const.] *KI*, c. *O* | a. pal. ... salutem *om. KI*, a. *om. O* | a *om.* $K^aOI$ 24 inculpati *O* | illis] uel *O* 26 siue] sue *O* | noationis $I^a$ | iub. esse *om.* $O^a$ | sumotos $I^a$ | benefitio *I* 27 sanginus $O^a$ | a *om.* $I^a$ | numeribus *I* | sordididis $K^a$ 28 neque] atque $O^a$ 29 eius *O* 30 *s. a. Th.*

2 [1]IDEM A. RVFINO PP. De cubiculis nostris uacatione donatos | Th. 6, 35, 3 mut. B 6, 33, 5 |
uel diuersis obsequiis palatinis, memoriales etiam, qui in scriniis memoriae epistularum libellorum sacrarumque dispositionum referuntur, nec non et si qui in utroque officio palatinorum comitatensium singularumue urbium et officio admissionum et castrensis sacri palatii militant, priuilegia uolumus habere, ut nec ipsi nec filii nec nepotes eorum ad[2]
4 honores uel munera municipalia deuocentur. Quibus omnibus condonamus, ne exactorum uel turmariorum, quos capitularios uocant, curam subeant uel obsequium temonariorum
2 uel pentaprotiae[3] aut etiam tironis praestationem agnoscant[4]. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut etiam censualibus uel personalibus uel corporalibus muneribus liberentur et habeant castrense peculium, siue adhuc palatium obseruant siue optata quiete donati sunt.
3 Quibus omnibus priuilegiis coniungimus agentes in rebus, licet[5] militaribus uideantur esse subnixi. D. V K. MAI. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

3 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. | Th. 6, 35, 11 B 6, 33, 6 | Ex aula nostra decedentes uiri ab omnibus iniunctis habeantur immunes: numerariorum fastus uel rapaces quaestus tamquam experientes et idonei non patiantur. D. III NON. FEBR. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO VV. CC. CONSS. a. 381

4 IDEM ET ARCADIVS AAAA.[6] AD PINIANVM PV. Omnes, qui in | Th. 6, 35, 13 B 6, 33, 7 |
palatio militando diuersis actibus paruerunt, [7]in tantum eius dignitatis, cuius meruerint missionem, obtinere nouerint insignia, ut his omnibus praeferantur in ordine atque con-
1 sessu, qui posteriore tempore regendas prouincias dignitatesque susceperint palatinas. Si quis autem temeraria usurpatione uiolare statuta temptauerit, sacrilegii poenam sustineat[8]. D. PRID. NON. IVL. MEDIOLANI. ACC. IIII K. SEPT. HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

## XXVIIII (XXX)
## ℞ DE PRIVILEGIIS SCHOLARVM ℞

1 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. PHLEGETIO COMITI | 1, 31, 3 Nou. Theod. 21 |
ET MAGISTRO OFFICIORVM. Viris spectabilibus comitibus scholarum uerberandi regradandiue senatores ac ducenarios licentiam denegamus. ea namque, quae tali commotione digna

*KOI*

---

[1] *iunge* 12, 1, 3 [2] curiam uel *ins. Th. contra B* [3] prototypiae *Th. contra B* [4] aut etiam ... agnoscant *om. Th. et B* [5] meritis *ins. Th.* [6] imppp. Valentinianus Theodosius et Arcadius AAA. *Th.* [7] secundum legem domini germani nostri *ins. Th.* [8] hoc autem generale decretum si quisquam temeraria usurpatione uiolare temptauerit, sacrilegii reus legibus censeatur *Th.*

---

1 rufino pp.] *Ambros. E* 28 *inf.*, ruphino *O*, ad rufinum pp. *Th.*, *om. KI* | cubilis $I^a$ | uacationibus *K* 2 diuersos $I^a$ | palatino (*uel* —nos) $K^a$, palatine $I^a$ | memoriales ... scriniis *om. I* | etiam] et *O* 3 quis *K* 4 singulariumue *I*, singularumque *O*, singularum *K* 5 nec filii nec] *Z Th.*, nec f. uel *I*, uel f. uel *KO* 6 muniti palatia uocentur $I^a$ | condempnamus *O* | ne] nec *K* 7 temonariorum] *X Th. cum B* τοῦ τέμωνος, temotiariorum *K*, temerarium *O*, temeuariorum $I^a$, temouariorum $I^b$ 8 pentaproice $I^a$, τῆς πενταπρωτίας *B* | aut] uel *O* | digni sunt ita *I* 9 sensualibus *K* | uel person. *om.* $I^a$ | uel corpor. *om. K* | liberentur *bis* $O^a$ 10 habeant] ante $I^a$ | castrensem $I^a$ | peculium] per seculum in $O^a$ | in palatio *Th.* | obseruent *Th.* | oblata $I^t$ | quieta $K^aO^a$ | donate *I* 12 *s. a. Th.* 13 imppp. ... 14 pp.] imp. grat. aa. *I*, idem a. *K* | ualent.] et ual. *O* 14 descendentes *K* | ab omnibus *ante* ex *collocat Th.* | omnibus] honeribus *K* | habentur *O* 15 fastus] $I^b$ *Th.*, factus $K^aI^a$, faustus uel factus *O*, fatus $K^b$ | rapates $I^a$?, apax *O* | quaesitus *O* | experientis $I^a$ | paciatur *O* | *s. a. Th.* 17 idem et arc. aa. *O*, mperator idem a. et rorō *I*, idem *K* | ad pin. pu.] *Th.*, ad apparianum pp. *O*, *om. KI* 18 parauerunt $K^a$ | meruerunt *KO* 19 nouerint] *Z*, noluerint *O*, siue $K^a$, sua nouerint $K^b$, uolumus $I^b$, norint *Th.*, *om.* $I^a$ | ut] in $O^a$ | in *om.* $I^a$ | consensu *OI*, concessu $K^a$ 20 qui] que *O*, *om.* $I^a$ | postiore *I* | gerendas $K^a$ 21 temerarias *I* | statuta uiolare *K* | pena *O* | sustineant *O* 22 *s. a. Th.* 25 imp. ual. et th. plegio (= plegerio?) com. et mag. off. *O*, imp. th. *KI*: comiti et om. *Nou.* | comitibus] seu com. *O*$I^a$, om. $K^a$ $O^a$, 26 regrediendiue *O* 27 duecenarios ducerarios $I^a$ | quae om. O

1 sunt, ad tuae sublimitatis uolumus referri notitiam. Insuper etiam domesticos (1, 31, 3)
eorum non senatores uel ducenarios centenariosue fieri decernimus: poena quinque librarum
auri plectendo, quisquis hanc diuinam iussionem excesserit, scrinio uero barbarorum, si
tale quid uel attemptari passum fuerit uel attemptatum contra leges non suggesserit,
2 decem librarum auri condemnatione percellendo. Illud etiam obseruari non sine ratione
conueniet, ne is, cui domestici officium per militiae gradum uel quinquennii tempus inter-
dici censuimus, familiaritate comitis simulata rem prohibitam alio nomine ualeat usurpare.
D. XV K. MAI. CONSTANTINOPOLI CYRO VC. CONS. a. 441

2 IMPP. LEO ET ZENO AA. EVSEBIO MAGISTRO OFFICIORVM. Hac lege decernimus, ut,
qui in singulis scholis militant quique post emensa stipendiorum curricula ad primiceriorum
gradum peruenerint et adorata nostrae diuinitatis purpura uirorum clarissimorum comitum
meruerint dignitatem, tam cingulo quam priuilegiis omnibus sibimet competentibus per-
fruantur ac deinceps usque ad finem uitae foro tuae celsitudinis tantummodo subiaceant
1 nec ex alterius cuiuslibet sententia ciuile subire litigium compellantur. In criminalibus
sane controuersiis et in publicis tributis et aduersus tales uiros prouincias moderantium
congruam iurisdictionem uolumus obseruari, ne sub praetextu concessi priuilegii uel flagi-
tiorum crescat auctoritas uel publica uacillet utilitas. a. 474

3 IMP. ZENO A. LONGINO MAGISTRO OFFICIORVM. Quotiens super causa ciuili uel etiam
criminali, ex sententia uidelicet iudicii tui culminis, scholares uel eorum coniuges, siue
adhuc uiuent mariti siue post mortem eorum in uiduitate constitutae sunt, matresue eorum
in uiduitate permanentes aut liberi, qui non specialiter alterius iudicis iurisdictioni sub-
iectam condicionem sortiti sunt, et serui ad eos pertinentes conueniuntur, minime eos
easue extranei fideiussoris exactione uexari, sed pro consuetudine uetustissima et iugiter
1 obseruata numerarium suae scholae fideiussorem praebere iubemus. Hoc uidelicet obser-
uando, ut in criminalibus causis quinque alios primates ex triginta uiris, a primicerio
usque ad tricesimum retro numerandis una cum numerario, uolentes scilicet et non recu-
santes, praebeant fideiussores, aut recusantibus quinque sicut dictum est uiris extraneus
in criminibus tantummodo publicis fideiussor una cum numerario praebeatur: ita ut exse-
cutoribus non amplius ab his quam unus solidus, siue per se siue per procuratorem
1a (1) respondere maluerint, praebeatur. In subeundis autem cognitionalibus certaminibus, quo-
tiens causa fuerit arbitro delegata, pro contestatione litis unum solidum et pro definitione
2 ab arbitro recitanda alterum unum et nihil amplius dari decernimus. Quod si causa in
iudicio tui culminis ab ipsa contestatione litis uel relatione iudicis aut appellatione inter-

*KOI*

1 etiam dom.] dom. et $I^a$ 2 fieri *om.* $I^a$, *ante* non *collocat Nou.* | quinque librarum pena *K* 3 excessit *O* | scinio *O* | barbarorum] *sic libri cum Nou., cf.* 12, 20, 5 *pr.* 4 quid] quidem *O* | atempari *K* | passus *O* | atemtatu *K* | suggerit *O* 5 condempnacionem $O^a$ | precellendo $I^a$, quidem percell. *O* 6 is] eis *O*, quis *Nou.* | domesticos $K^a$ | introduci censemus $I^a$ 7 familieritate *O*, familiarite $I^a$ | simulatam *KI uel* $I^b$, simulantia $O^a$ | ualeat usurp. alio nomine *I* | nomine] modo uel nom. *O* 8 *s. a. Nou. Cui.* | XVI k. apr. *Cui.* | cyro uc.] caro *Cui.* 1562 9 impp. ... officiorum] *Cui.*, imp. zen. aa. eusebio pp. *O*, imp. leo *KI*: *Cuiacius fortasse imperatores ex diuersorum librorum lectione composuit, nam a.* 474 *secundum* 12, 25, 4 *Hilarianus mag. off. fuit* 10 qui] quod $I^a$ | singulis collis *O* | queque $I^a$, u *K* | emersa $KO^a$, emensam $I^a$ | primicerios *K* 11 adorata] a*(b)ostrata $K^a$ | diurnitatis *O*, dignitatis *K* | comitum *om. O* 12 perfruam *O*, perfruatur *I* 13 ad] in *I* | fore *O* 14 nec] ne *K* 15 moderantes *O*, moderatium *X* 16 iuris obseruacionem *O* | obseruari] moderari uel obseruari *O* | ne] nec *I* | supra textu *OI* | cocessi *I* | priuilegiis $K^a$ 18 imp. ... offic.] imp. zeno a. *I*, imp. th. *K* | a. longino] *Cui.*, aa. *O* 19 uidelicet tui culm. iudicii *O*, iudicii *uacuo spatio antecedente I* | schol.] uel scol. *O* 20 adhuc u. m. siue *om. I* | uiuent] *Hal.*, uiuerent *KX*, uiuerēnt *O* 21 iurisdictionis $IX^1$ | subiecta condiccione $OI^b$, subiectam coditioneo $I^a$, subiectam condicione *X* 22 conueniuitur *I* 23 fideiussionis *OI* 24 numeraium *O*, munerarium *I* | suae] siue *KI* | fidemiussorem $K^a$ | debemus $O^a$ 25 primatos $I^a$ 26 uolente ... recusante $KOI^bX$ 27 est *om.* $I^a$ | iuris *K* | extraneis $KI^a$ 28 criminalibus *KX* | tantummo *O* | fidemiussor *K* | munerario *K*, numeraior $O^a$ | praebeantur $I^a$ | executionibus $I^a$ 30 maluerit $I^a$ | praebeantur $O^a$ 31 arbitrio *IX* | unum *bis* $I^a$ 32 ab *om. I* | arbitrio *I* | unum] munerum $I^a$ | dare $K^a$, ante *O* | causa] in c. *O* 33 appllatione *I*

posita uentilatur, pro inducenda cognitione non amplius quam tres solidos, et chartarum
uel recitandorum in cognitionibus instrumentorum nomine, editionis quin etiam gestorum
3 duos tantummodo solidos dabunt. Quotiens sane apud uiros clarissimos prouinciarum
moderatores, ex delegatione scilicet sententiae tuae magnitudinis, contra uiros fortissimos
scholares uel eorum coniuges uel liberos uel seruos cognitio celebretur, non amplius quam
3a dimidiam partem consuetorum sumptuum praeberi decernimus. Hoc etiam [Ῥοπ. p. 162 not. 85]
adiciendo, ut, qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, usque ad quinque
mensium spatium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem, super
3b ciuili uidelicet negotio (exceptis criminibus et tributariis functionibus) sustineant. Ne [(Ῥοπ.)]
tamen ibi quoque, post quinque scilicet commeatus menses, ex sententia iudicii tuae magni-
tudinis conuenti in exigendis fideiussoribus aliquod sentiant detrimentum, iuratoriae eos
4 cautioni iubemus committi. Quotiens autem ex uerbis et sine ulla scriptis prolata sen-
tentia idem fortissimi scholares uel eorum matres seu coniuges, ut dictum est, aut liberi
uel serui moneantur, nihil[1] ipsa exsecutione sportularum nomine penitus eos uel eorum
matres seu coniuges aut liberos secundum superius datam distinctionem uel seruos prae-
5 bere decernimus. Sed si talis sit negotii uilitas, ut etiam sine scriptis, consentientibus
uidelicet partibus, super ea possit cognosci, expectato sine scriptis, sicut dictum est,
habendae cognitionis euentu, si deteriorem calculum reportauerint, sportularum nomine
6 unum tantummodo solidum exsecutori praestabunt. Sin uero causae qualitas in scriptis
habendam cognitionem flagitauerit, in hoc necesse est casu interlocutione in scriptis pro-
ferenda ea, quae superius de quantitate sportularum decidendarumque cognitionum dispo-
sita sunt, obseruari.

## XXX (XXXI)
## ℞ DE CASTRENSI OMNIVM PALATINORVM PECVLIO ℞

1 Imp. Constantinvs A. ad Severvm pv. Omnes palatinos, [Th. 6, 35, 15 (36, 1) B 57, 2, 21]
quos edicti nostri iam dudum certa priuilegia superfundunt, rem, si quam, dum in palatio
nostro morantur, uel si[2] parsimonia propria quaesierint uel donis nostris fuerint consecuti,
ut castrense peculium habere praecipimus. quid enim tam ex castris est, quam quod nobis
1 consciis ac prope sub conspectibus nostris adquiritur? Sed nec alieni sunt a puluere et
labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui praesto sunt semper actibus, quos
2 intentos eruditis studiis itinerum prolixitas et expeditionum difficultas exercet. Ideoque
*KOI*

---

[1] pro *ins.* (*Cuiacius*) [2] si *del.* (*u. i.*)

---

2 edictionis $K^aX$ 3 sanos *O* | prouincialium moderaciones *O* 4 delegatore *K* | contra uiros *om. K* 5 uel lib.] lib. *KI* | cognacio *O* | celebratur *I* 6 prebere *K* 7 qui] que *I* | accepti sunt *O* | comitatibus *O* | ad prou.] a prou. *K* | perfecti *O*, prouecti *I* | quintum $K^a$ 8 ipsis *om. I* | licenciam $OI^a$ 9 uidelicet ciuili *I* | neg.] et neg. et $I^a$ | criminalibus $KI^aX$ | ne] nec *I* 10 tamen] tantum $KI^a$ | scilicet] ses** $I^a$ 11 conuentis $I^a$ | in] ne in *K* | fideiussionibus *OI* | iutorie *K*, adiuratorie *IX* 12 autem] aut *K* | et] ex *I*, *om.* $O^a$*?* | scriptis *bis I* | probata $I^a$ 14 excusacione *OI* | peritus *I* 15 seu *om. I* | aut] uel *O* | diffinitionem *I* 16 uilitas] *X*, utilitas *K*, leuitas *O*, uel leuitas utilitas $I^a$, uilitas utilitas $I^b$ 17 parentibus *K* | expectata *X*, ex pacto *I* 18 interuentu *O*, euentus *I* | none $I^a$ 19 execucionibus *O* | si uero *X*, si numero $I^a$ 20 cognicione *I* | flagitauerint $I^a$ | in hoc] etiam hoc *K* | interlocione *I*, interlocutionem *X* 21 decidendarumque] *Z*, dicendarumque *KI*, dicenarumque *O* | cognicionumque *O* 24 castrensium *I*, *om. scholion* 25 *ad Iuliani Nou.* (*Haenel p.* 181) *contra indicem Coislin. ad B* 57, 2 | peculio omnium pal. *K* 25 ad seu. (seiū. *O*) pu.] *O Ambros. E* 28 *inf.*, *om. KI* 26 quam dum] *X Th.*, quando cum $K^a$, quando *O*, quem dum *I*, quam cum $K^b$ 27 si] $KI^a$ *Th.*, *om.* $OI^b$ | propria] pr. postea si *I* | quaesierint] *X*, quesierunt *KOI*, quaesiuerint *Th.* | fuerit *O* 28 peccunii* $K^a$ | praecepimus $O^a$ | tam *om.* $I^a$ 29 conspectoribus *O* | adquirumtur *O* | si] autem *O*, a* $K^a$ 30 qui] quod $I^a$ | insignia *K* | pactibus $I^a$ | quos] quo $O^a$ 31 intantos $I^a$*?* | iterum $K^a$ | expecticionum *O*

palatini nostri, qui priuilegiis edicti uti potuerunt, peculia sua praecipua retineant, quae, dum in palatio constituti sunt, aut labore, ut dictum est, proprio aut dignatione nostra quaesierint. PP. X K. IVN. CONSTANTINO A. *VII* ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326

## XXXI (XXXII)
## ℞ DE EQVESTRI DIGNITATE ℞

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PP. Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus. D. PRID. K. NOV.[1] PHILIPPOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364 [Th. 6, 36, 1 B 6, 34, 1]

## XXXII (XXXIII)
## ℞ DE PERFECTISSIMATVS DIGNITATE ℞

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD PATERNVM *VALERIANVM*. Codicillis perfectissimatus fruantur, qui impetrauerint, si abhorreant a condicione seruili uel fisco aut curiae obnoxii non sint uel si pistores non fuerint uel non in aliquo negotio constiterint nec sibi honorem uenali suffragio emerint nec rem alicuius administrauerint. [Th. 6, 37, 1 B 6, 34, 2]

## XXXIII (XXXIIII)
## ℞ QVI MILITARE POSSVNT VEL NON ET DE SERVIS AD MILITIAM VEL DIGNITATEM ADSPIRANTIBVS ET VT NEMO DVPLICI MILITIA VEL DIGNITATE ET MILITIA SIMVL VTATVR ℞

1 IMPP. SEVERVS ET ANTONINVS AA. ANTONIO SVO SALVTEM. Si militiae nomen dare uultis, offerte uos his qui probandi ius habent. non autem ignoratis eos, qui litis causa militiam appetierunt, postulantibus aduersariis solui sacramento solere.

2 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. VALERIO MILITI. Non tantum decurionum filiis, sed omnibus in fraudem ciuilium munerum nomina armatae militiae dantibus fraudem prodesse displicuit. [B 57, 1, 36]

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PVLCHRO MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. Cura peruigili obseruare debebit sublimitas tua, ne coloni uel saltuenses aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam aut cogantur inuiti.

*KOI*

---

[1] d. VIII k. Iun.?

---

1 qui] qui in *O*, quod $I^a$ | editi *KO* | poterunt *O*, potuerint *Th.* | peccunia $K^a$ | qui $I^a$ 2 palatio] p. nostro *OI* | donacione *O* | nostra *om.* $K^a$ 3 quesierunt *K* | *s. a. Th.* | VII] *Gothofredus*, VI *Th.* 5 equestre *KI* 6 impp. ... pp.] imp. ual. *K*, imp. a. ual. *I* | aa. *om. O* | memartinum *O* | pp.] *Cui.*, pu. *Th.?*, *om. O* 7 *s. a. Th.* 10 prefectissimatus *K*, pfectissimatus *I* 11 imp. ... ualerianum (ual. *om. O*)] *O Th.*, imp. const. *I*: *cf.* 1, 18, 11 12 perfectissimus $O^a$ | si] siue $I^a$? | a] d $K^a$ | uel *om. I* 13 curiae] communia $O^a$ | sunt $O^a$ | si *om. KI* | fierint *O* | uel non] uel *O* | alio $I^a$ | constituerint *O*, consistunt *I* 14 emerint] eminerint $K^a$ 16 possunt uel non] possunt uel (uel *del.* $I^b$) et de scriniis uel non possunt *I*, non possunt *X* 17 uel] tibi *K* | dignitatibus *O*, dignitate *I* | et *om. I* 18 duplici] uel d. *I* | et militia *om. K* 19 simul *om. I* 20 impp. ... sal.] imp. seu. et ant. *I*, imp. seu. *K* | aa. *om. O* | si *om. K* 21 offerte] *Z*, offerre *KOI* | his uos *I* | habeant *K* | ignoratis] non ign. *K* 22 solere] solucione *O* 23 impp. d. et mag. aa. *O*, imp. diocl. *KI* | ual. mil.] *Cui.*, *om. KOI* 24 filii $I^a$ | numerum *IX* 26 impp. ... militiae] imp. arc. *KI* | pulchro ... mil.] *Cui.*, pulcho magna milicie utriusque *O*, *om. KI* | iura $I^a$ 27 peruigi *O* | colonis $I^a$ | satuenses $OI^a$ | ulto $O^a$

4 **Imp. Leo A. Dioscoro pp.** Omnes omnino curialis uel cohortalis condicionis constituti nullam armatam militiam in posterum adripiant. a. 472?

5 **Imp. Ivstinvs A. Licinio magistro officiorvm.** Eis quidem, quibus indul- [B 57, 1, 42] tum hactenus demonstratur, quo binis aut ternis pluribusue mereantur cingulis non coniunctis e prisca consuetudine, sed absectis atque discrepantibus, detur electio, quem retinendum sibi potius censeant, quem deserendum cognoscant, ut in eo quod optauerint
1 firmiter maneant, eo quod despexerint sine dubitatione repellantur. In posterum uero nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus quam unius ordinis nomen adfectare, interdicendis in commune cunctis ut dictum est binis pluribusue militiis, nec dignitatem coniungere cuilibet alii cingulo concedendis, ut et qui supplicandum de re uetita nobis existimauerint, poena decem librarum auri pro temeritate quamuis infructuosa plectantur, et qui susceperint iussionem augustam per subreptionem elicitam, quod nonnumquam contingit, decem librarum auri multa feriantur: scriniis etiam nec non officiis, quorum haec intersit, si non restiterint et hanc pragmaticam legem obiecerint, decem librarum auri
1a dispendio puniendis. Si quid autem contra haec perpetretur, sciant omnes, quod extra concessum admissum est[1] aut actum fuerit uel notis conscriptum publicis, simile habeatur,
2 ac si nec impetratum nec pronuntiatum omnino nec insertum esset ullis matriculis. Scituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis siue ciuilibus administrandas prouincias seu regendos quoslibet numeros uel iam sunt seu de cetero fuerint iussione nostra sortiti et, ut seruetur eis gradus, augusta promeriti sanctione, parem indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerint sollicitudinem, aut in priore cingulo protinus persistendi, nullo uindicando titulo dignitatis, quem sollicitudo media praestiterit, aut retinendi splendorem, quem
3 adquisierint administrationis obtentu, uerum priore cingulo desistendi. Monente tamen innata nobis clementia liberum esse cunctis prospeximus, si militia, qua decedendum est, inter eas habetur, quas uolentibus licet distrahere, et in alios eam conferendi et pretia
4 consequendi, prout in isdem agminibus consueuit hactenus. Excipiendis uidelicet nec deducendis in hanc perpetuo conseruandam legem pragmaticam eis, qui binas militias simul compositas et sociali nexas consortio fuerint adsecuti, ut in uiris dicatissimis scholaribus atque candidatis fieri moris est nec non in uiris deuotis laterculensibus et pragmaticariis uel a secretis contigit, quos memorialium etiam aut agentum in rebus adornat cingulus, et

*V* (*incipit u.* 22 gnitatis quem) *KOI*

[1] est *del.* (*Mommsen*)

1 a. dioscorio pp. *O*, a. dioscoro *Cui.*, *om. KI* | omnino] uero *O* | choartalis *KOX*, ortalis $I^a$ | conaitionis *O* 3 imp. ... off.] *O*, imp. iust. *KI* | eis] his *KI* | indultius *K* 4 hactenus *om. K* | demonstratur *I* | quo] qui *K*, quod $I^b$, *inc. O* | puberibusue *K* | conuictis *KO*, coniunctis *uel* conuinctis *I* 5 e] sed ex *K* | piscra $I^a$ | absectis] *KI*, absenctes $O^a$, absenctibus $O^b$, absens *X* | datur *O* | que *K* 6 cesseatur *K*, cessant $O^a$ | quam $KI^a$ | deferendum *I* 7 posterum *om. K* 8 nulli *K* | pateat facultas $OI^b$, pateant facultates $I^a$ | unus nomen ordinis *K*, ordinis *om.* $I^a$ 10 coniugere *K* | alii cingulo cuilibet *OI* | et quid $O^aI$, qui et *X*? | suspicandum *I* 11 penam *K* | plectentur *libri* 12 qui] quod $I^a$ | susceperunt *I* | subreccionem *O* | illicitam *K* | numquam non *I* | contigit *K* 13 mulctam *K*, *om.* $I^a$ | ferantur *K* | non *om. K* 14 si non] siue $O^a$ | restiterit *K*, resisterint *O*, restituerint *X* | decem] u *O* 15 quid autem] qui sui datim *K* | hanc *K*, hoc *X* 16 consensum $I^aX$ | notatis *K* | conscriptum] c. est *K* 17 nec imp.] non imp. *K* | nec pron.] nec non pron. $OI^aX$ | illis *K* 18 mer. in] inherentes *I* | cuilibus *I* 19 gerendos *OX* | fuerit *OI* | iussionem nostram $KOI^a$ 20 ut *om.* $I^a$ | eis] eius $O^a$, eos $O^b$ | augusta (ag. *K*) promeriti (*sic edd.*, pro meritis *KX*) sanctione] augustam pro meritis sanctionem *OI* | indulgentiam *K* 21 posuerint *K*, deposuerit *I* | aut in] ut $I^a$ | cingulo] c. dignitatis *I* 22 quem soll.] que soll. *KO* | media] titulo media *K* | praestitit *V*, presterit $I^a$ | aut] *VX*, ut $KOI^a$, nec $I^b$ | retinendis $VO^b$ 23 adquisierit *V*' quisierint *K* | priore] *VX*, priori *KOI* | desistenti *K* | tantum *K*, tm̄ *I* 24 innatoa *V* | demencia *O* | perspeximus cunctis *I*, cunctis *om. O* | si militia] similia *O* | quae *VKO* 25 eos $OI^a$ | habeatur *OI* | quas] qucis $K^a$ | eam] eas *KI* | tranferendi *O*, transferendi $I^a$ | precium $OI^a$ 26 consequendi] conferendi *V* | consueuit agmin. *K*, agm. consueuerint *O*, ammin. consueuerunt *I* | accipiendis *K* 27 lege pragmatica *K* | simul] simili $I^a$?, sibi *O* 28 et] ex *K* | consotio *K* | ut in] et ut *I* | decastissimis *O*, deuotissimis *I* 29 fieri] fuerit $I^a$ | in *om.* $I^a$ 30 contigit] $VI^a$?, contingit $KI^b$, contingat *O* | quo *O* | memoralium *KI*, nemoralium *O* | etiam] $VI^b$?, *om.* $KOI^aI^c$ | agentium *OI*

si qui simili stipendiorum iunguntur copula. D. VIII K. IAN. CONSTANTINOPOLI IVSTINO A. ITERVM ET OPILIONE CONSS. a. 524

6 IMP. IVSTINIANVS A. MENAE PP. Super seruis, qui postea ad quandam [B 57, 1, 43]
militiam adspirare temptauerint uel scientibus uel ignorantibus dominis, praecipimus, si quidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem iudicem et suam ignorantiam eo, quod contrarium minime probatur, ostendere eoque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere: sin uero scientibus his serui militauerint, cadere quidem eos non tantum dominio eorum, sed etiam omni patronatus iure, illos uero ingenuos effectos, si quidem utiles ad militiam eis datam uisi fuerint, in ea durare, sin uero minime
1 idonei sint, ea priuari. Super illis autem seruis, qui iam militarunt et adhuc [(B) 'Poκ. 11, 7]
in eadem militia perseuerant, licentiam dominis damus intra triginta dierum spatium ab eo tempore connumerandorum, quo praesens sanctio diuulgata fuerit, uel nostram adire clementiam uel competentes iudices et suam innocentiam commendare eosque in suum recipere dominium. quo tempore transacto simili modo tam dominio quam omni patronatus iure cadere eos necesse est. D. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DECIO CONS. a. 529

7 IDEM A. IOHANNI PP. Si quis seruum suum dignitatem habere, [B 57, 1, 44 'Poκ. 11, 7]
quemadmodum militiam, fuerit passus, spolietur et dominio serui et iure, quod peruenit ad
1 patronos. Cui enim ferendum est homines a nostra manu donationes accipientes adhuc
2 inter seruos haberi et forte cum suis dominis nostram purpuram adorantes? In his itaque casibus, in quibus non militia, sed dignitas uolentibus dominis seruis adquiritur, eadem iura reseruentur, quae antea posita sunt, ne uideatur nostra sanctio aliquid habere imper-
3 fectum. Sciant autem domini ad exemplum praeteritae nostrae constitutionis, quae de huiusmodi seruis loquitur, quod, nisi hoc intra triginta dies, ex quo hoc eis fuerit notum, manifestauerint et competentem iudicem adierint et spoliare eos dignitatibus curauerint, dominium eorum et ius patronatus amittant, nobis deliberantibus, postquam dominio fuerint serui liberati et inter ingenuos connumerati, si oportet eos habere dignitatem uel ea quasi indignos spoliari. D. K. SEPT. POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. a. 531

8 'Ο αὐτὸς βασιλεὺς Φ[λώρῳ κόμιτι] ‖ τῶν [θε]ί[ω]ν ἰ[δικῶν. Θεσπ]ί[ζ]ο¦μεν ..... ‖ [B 57, 1, 45]
παρα τ ...... ‖ ........ ‖ ...... αιατο ‖ ῆ καὶ ιιμο*****α***α** κατα ‖ ... ιρ ... ν*υ ‖ ........ ‖ ........ ‖ ........ ‖ ....... ν λαμ¦π[ροτατ** τριβουν** νοτα]ριο*‖ο ....... τοῦ ‖ τριβουν[ο]υ ....

*VKOI*

1 quis *KI* | simili] cingulis *O* | iungantur *O* | *s. a. V* | k. ian.] * *an. *V?* 3 imp. iust. a.] *V*, imp. *KI*, idem *O* | menae pp. *om. KI* | seruis] ius $I^a$ 4 dominis ... 5 ignorantibus *om.* $I^a$ 5 his *om. B* (κ.π.) | meruerit *I* 6 eoque] eo quod $I^a$ 7 militiam $I^a$ | retrahere *KI*, ἕλκειν *B* (κ.π.) | sin] sci $I^a$ | cadere] eandem $I^a$ 9 affectos $KI^a$ | eis uisi dat. *V*, eis dat. iussi $I^a$, dat. eis uisi *uertunt B* (κ.π.) | si *I* 10 ea] ei *K* | prouari *V*, cadere uel pr. *I* | iam] ante *K* | militauerunt *I* | et *om. O* 11 eadem militiam *K*, eandem miliciam *O*, eadem militie *I* | perseu. l. dom. damus] damus l. pers. *K*, dom. *om. I* 12 sanctio] saeculo $K^a$, actio *I* | fuerint uel nostra $K^a$ | adhibere $I^a$ 13 copetentes *K*, competens *I* | iudices] adire iud. *O* | ignocenciam *O*, ignorantiam *KI*, ἀθωότητα *B* (*Cui.*) 15 *s. a. V* 16 a. ioh. pp. *om. K*, ioh. pp. *om. I* | qui *O* 17 et *om.* $UI^a$ | dominium *V* | peruenit] *VX*, pertinet *KOI* 18 enim] enim iure *K* 19 seruos] uos *I* 20 eandem $I^a$ 21 reseruentur] *VX*, seruentur *KOI* | ante apposita *K*, ante posita *O* 22 nostre prestite *K*, nostre preterite *I* 23 eis hoc *KOI* 24 manifestauerit $OI^a$ | competetem *I* | et *om. I* | spoliare] *VX*, expoliare *KOI* 25 amittat *V* 26 liberantibus *V* | dignitatem habere *KI* 27 *s. a. V* | uu. cc.] uc. *V* 28 *c.* 8 *maiore ex parte mutila extat in V, quem supra exscripsimus: supplementa probabiliora intra uncinos quadratos recepimus, uersus libri in partibus mutilis lineis* ‖ *distinximus, litterae euanidae, de quarum numero constare uidetur, stellulis numerauimus, reliqua quae perierunt punctis expleuimus. accuratius ea omnia in exemplo libri Veronensis p.* 78 *exprimere licuit. index B ad pr.* § 1 *hic est:* ἡ διάταξις Ἑλληνικὴ οὖσα βεβαιοῖ τὴν πρώτην (πεμπτήν *scr.*) διάταξιν τούτου τοῦ τίτλου τὴν λέγουσαν μηδένα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δύο στρατείας ἔχειν, προστιθεῖσα, ὅτι οὐδεὶς ὀφείλει οὔτε στρατείας ἄλλας μετιέναι καὶ τοῖς τριβούνοις νοταρίοις ἐγκαταλέγεσθαι. § 1 Ἀπαιτεῖ δὲ ὑπομνημάτων πραττομένων ἕκαστον κατατίθεσθαι, τί μᾶλλον ἐπιλέγεται τῶν στρατιῶν ἢ τῶν ἀξιωμάτων, ὁρίζουσα χρόνον εἴσω τριῶν μηνῶν μετὰ τὸ γνῶναι ταύτην τὴν διάταξιν, ὥστε ἐντὸς τούτου προσιέναι τὸν βουλόμενον ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ τὴν οἰκείαν φανεροῦν προαίρεσιν | φλώρῳ ... θεσπίζομεν *restituit Zachariae*

νκα‖τον . . . . . . . ‖ ν . . . . . . . . ‖ δι[χ]α****** πραιτ . . . ‖ . . . . . . . . ‖ κατα*σ*ω***ν *****ιων**[1] ‖ ἢ ποίαν
[στρ]ατειαν ἡγοῖντο, καὶ εἴπερ αἱρετον **** τὴν τοῦ λαμπροτάτου κόμιτος μᾶλλον ἀξίαν κεκτῆσθαι
καὶ τοῖς συμβόλοις τε περιβλέπτου τριβούνου κεχρῆσθαι, τὴν ἄλλην ἢ ἄλλας τὰς οὔσας αὐτοῖς στρατιὰς
ἀποθέσθαι, μηκέτι τούτων ἢ μιᾶς αὐτῶν ἀντιλαβέσθαι δυναμένων· ἤγουν εἴπερ ἐπὶ τῆς οἰκείας θέλοι
διαμένειν στρατιᾶς, τῇ ἀξίᾳ ἧς ἔτυχεν ἀπαγορεῦσαι καὶ [τοῖς] ὑπὲρ τοῦ λαμπροτάτου τριβούνου νοταρίου
1 πραιτοριαν[οῦ δεδομένοις] αὐτῷ συμβόλο[ις]. Ταύτῃ [ο]ὖ[ν] ‖ τῇ εμτρεμ******** θεσπίζομεν μηνῶν
εἴσω τριῶν μετὰ | τὸ *αταμενιτ *ν ****[2] θειον ‖ [ἡμῶ]ν πραγματικὸν νόμον γε‖νέσθαι κατὰ ταύτην
μὲν τὴν βα‖[σιλίδ]α πόλιν παρὰ τῇ σῇ ὑπερο‖[χῇ]***ου*οι*μενουστ**σαταυ ‖ . . . . ιη***κ*τ***ασ*παρ‖
κι**ι*ριι**σ**μ*ιρσι*τ*ι*υ* ‖ . . . . ν* πάντας τὶν ** ‖ ***νι****ην φανεραν κατα‖*ιιο*ιι**[3] εἴτε μίαν τις
τῶν εξ*ν‖των αὐτῷ στρατιῶν ἐπιλεξαν‖των *νυ**ον[4] αὐτὸν ἀφίστασθαι πάντως, εἴτε τῆς περιγενομένης
ἀπὸ τοῦ λαμπροτάτου κόμιτος ἢ καὶ τ[ῶ]ν [δ]ε[δο]μ[έ]ν[ω]ν αὐτ[ῷ] ‖ συμβόλων τοῦ λαμπροτάτου τρι-
βούνου ν[ο]ταρίο[υ] πρ[αιτο]ριανου ‖ μασασ . . . . γανητα ‖ τραβα . . . . . ατινιαν ‖ ἐπιταχουσ . . . . . ν‖δα
2 . . . . . . . . . . . . . . . . . ‖ . . . . ε* αυπρει* τ[οῖ]ς λ[α]μπροτάτοις τριβούνοις νοταρίοις πραιτοριανοῖς
σιωειναυσ*** ‖ ** [τ]ὴν οἰκείαν φα[νε]ροῦν μὲν γνώμην εναξιομηνπερ*** ‖ τῆς μὲν στρατείας ἀφαιρεθῆναι,
μένουσιν δὲ τοῖς λαμπροτάτοις τριβούνοις νοταρίοις ἡμῶν συναριθμούμενοι, ἤγουν τῷ τὴν ἀξίαν τοῦ
λαμπρατάτου κόμιτος τοῦ θείου **μενεξο*εινκονοισ ‖ τε***κταντων τῶν ἤδη πεπορισμένων εἰσὶν τῶν
θείων πραγμάτων *π**ειενβα****σ**ν* ‖ ναιτε*ε**ντω**τε*οι****α ‖ αετον καὶ τῶν κατὰ ταυιον**κ* ‖
****στρατείαν ἢ στρατείας . . . ‖ . . . ἀξίας ηνποθεν**ρ . . ‖ *** τριβούνου τὸν ἀριθμου *** ‖ ***σ***βασ*ο
. . . . ‖ . . . ενεχ**υ***ε*ναιιαι**ι** ‖ . . . . . . . . .

Εἰ δὲ συμβαίνοι παραδραμεῖν τὸν χρόνον τοῦτον, κελεύει αὐτούς, εἰ μὲν στρατείας πολλὰς ἔχοιεν, μίαν καὶ μόνην ἔχειν, εἰ δὲ στρατείαν καὶ ἐπιστολὰς τριβούνων νοταρίων, μένειν μόνον τριβούνους, εἰ δὲ στρατείαν καὶ κόμητος ἀξίαν, τὴν μὲν στρατείαν ἀπολλύειν, τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος ἔχειν, μηδενὸς πραγματικοῦ τύπου παρὰ τὰ διηγορευμένα μέλλοντος ἰσχύειν.
3 Ἐὰν δέ τις στρατείαν ἔχων ἄρχων ἐπαρχίας γένηται καὶ λάβῃ θεῖον τύπον περὶ τοῦ φυλαχθῆναι αὐτῷ τὸν ἴδιον τόπον, κελεύει ἡ διάταξις τοῦτον τὸν τύπον ἰσχύειν, ἵνα ὁ μὲν στρατείας φυλάττηται τόπος, μηκέτι δὲ κεχρῆσθαι καὶ τῷ ἐκ τῆς ἀρχῆς ὡς εἰκὸς προσγενομένῳ αὐτοῖς ἀξιώματι.
4 Εἰ δέ τι τοιοῦτο ἐπιχειρίσωσιν ἑκάτερόν τινες ποιεῖν καὶ δύο τυχὸν στρατείαις κεχρῆσθαι, ἑκατέ-
5 ρων ἐκπίπτουσιν. Ὁρίζει δὲ πρόστιμον εἴκοσι λιτρῶν κατὰ τῶν παραβαινόντων, εἰ καὶ θεῖον τύπον ὡς εἰκὸς προσποριζομένων καὶ ταύτῃ τῇ θείᾳ διατάξει ἐναντιουμένων· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν τὸν τοιοῦτον θεῖον τύπον προσδεχομένων.

# XXXIIII (XXXV)

## ℞ NEGOTIATORES NE MILITENT ℞

1 **Imp. Ivstinianvs A. Menae pp.** Eos, qui uel in hac alma urbe uel in prouinciis cuidam ergasterio praesunt, militare de cetero prohibemus, exceptis argenti distractoribus,
1 qui in hac alma urbe negotiantur. Hos enim utpote omnium contractibus utiles armata

*V* (*desinit in u.* 19) *KOI: indicem* 33, 8, 2...5 *ex B restituimus*

---

[1] ἐν τῷ σῷ ‖ δικαστηρίῳ πραττομένων ‖ ὑπομνημάτων φανερῶς ‖ καταθέσθαι, εἴτε ἀξίαν (*Zachariae*)? [2] μετὰ τὸ φανερὸν τοῦτον τόν (*Zachariae*)? [3] . . . . . κατὰ δὲ τὰς ἐπαρ‖χίας παρὰ τοῖς ἄρχουσιν τῶν αὐ‖τῶν ἐπαρχιῶν πάντας τὴν οἰκείαν γνώμην κατα‖στῆσαι καί (*Zachariae*)? [4] ἐπιλέξαιτο, τῶν ἄλλων (*Zachariae*)?

---

2 ****] ειων *V?*, ἔγνων *Zachariae* | ἀξίαν] *Zachariae*, χρεαν *V?* 5 τοῖς *suppl. Zachariae* 6 πραιτοριανοῦ διδομένοις *restituit Zachariae* | συμβόλοις τ. οὖν] *Zachariae*, συμβολο**ε(?) ταυτη *υ* *V* | εμτρεμ *uel* ουτρεμ *V?* 7 τὸ *] τοκ *V?* | θεῖον ... πραγματικόν] *Zachariae*, σειον***νπρατα**ιιτον *V?* 10 εξ*ν] *sic V? (in apographo post* ξ *errore excidit* *) 12 *post* δα *duodecim uersus euanuerunt: incertas paucarum litterarum umbras, quas in hisce deprehendimus, in hac editione enotare inutile uisum est* 13 *pro* ρει *possis legere* αει 16 *pro* τοῦ θείου (σειου *V?*) ... κονοισ *Bluhme legit* του δε του κημεν εξουσια κονσισ 19 *post* ενεχ *Bluhme legit* οντιονε: *post hunc uersum in V omnino fere euanucrunt nouem uersus* 20 συμβαίνοι] *Fabrotus*, συμβαίνει *B* 33 a. menae pp. *om. KI* | uel in] uel *KI*ᵃ, in *I*ᵇ \ possunt *O* \ alma *om. I* 34 egasterio *O*ᵃ \ argeti distractionibus *I*ᵃ : 35 omnibus contracti *K*

quidem militia penitus abstinere sancimus, aliam uero quamcumque sine metu praesentis
2 sanctionis posse sibi adquirere. Si qui uero negotiatores, quos omni militia prohibuimus,
iam militarunt, licentiam eis damus negotiationem quidem relinquere, militiam uero reti-
3 nere, scientibus quod, si postea negotiantes appareant, militia priuabuntur. Quod et in
argenti distractoribus huius almae urbis, si armatam militiam iam sortiti sunt, tenere uolu-
4 mus, ut relicta negotiatione liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim post
hanc sanctionem huiusmodi militia priuabuntur: illis, qui ad armorum structionem suam
professionem contulerint, minime prohibendis ad competentem suae professionis uenire
militiam et huiusmodi negotiationem nihilo minus retinere. a. 528

## XXXV (XXXVI)
## ℞ DE RE MILITARI ℞

1 IMP. ANTONINVS A. ANNAEO MILITI. Stipendia et donatiua temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso restitutoque non iure desideras.

2 IDEM A. MILITIBVS COHORTIS PRIMAE. Viginti stipendia si implestis, sordida [B 57,3,2] munera militiae uobis non indicentur.

3 IDEM A. IVLIANO. Milites ignominia missi, cum infamia notantur, nullis honoribus, qui integrae dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt. habeant autem morandi ubi uelint potestatem, praeterquam in eis locis, quibus specialiter arcentur.

4 IMP. ALEXANDER A. ATTICO. Defunctorum in desertione bona confiscari [B 57,3,4] diuus Marcus et Antoninus pater meus constituit.

5 IMP. GORDIANVS A. VALENTINO ET ALIIS MILITIBVS. Cum adlegatis septem annos in
desertione egisse maritum sororis uestrae et indulgentia nostra esse restitutum, non recte
1 desideratis, ut id tempus, ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore,
quod ad desertores pertinet, restitutus nostra indulgentia residuo militare debebit: ideoque
nec stipendia temporis, quo in desertione fuerit, exigere poterit.

6 IDEM A. BRVTO MILITI. Semel causaria missis militibus instauratio non solet [B 57,3,5] concedi obtentu recuperatae ualitudinis melioris, quando non temere dimittantur, nisi quos constet medicis denuntiantibus et iudice competente diligenter etiam inuestigante uitium contraxisse.

7 IDEM A. DOMNO VETERANO. Frustra uereris, ne nota, quae propter delictum militare intercessit, existimationem tuam iam ueterani laesisse uideatur, maxime cum nec ex eo

*KOI*

---

1 quidem] q' *O* 2 quos] quo $O^a$ 3 militarum *O*, militarem *I* | ei *OX* | retinere] retinentibus $I^a$ 4 negotiatores *I* 5 aroratam *K* 6 negociancione *O* | eodem $K^a$ | militiam $I^a$ 7 sanctione *K* | priuab. milicia $O^a$ | extructionem *KIX*, instruccionem *O* 8 professioni *I* 11 militaris rei *I* 12 a. anneo mil. *O*, a. annae mil. *Cui.*, *om. KI* 13 postmiliminio $O^a$ | egresso $I^a$ | iure] uenie *O* 14 mil. coh. pr.] *Ambros. E* 28 *inf.*, mil. cohortissime *O*, *om. KI* | impestis *K* 15 iudicentur $KI^a$, inducentur *X* 16 iuliano] *Ambros. E* 28 *inf.*, iulio *O*, *om. K* | missis $O^a$ | infantia $I^a$ | honeribus *KI* | int. dign. qui $I^a$ 17 honeribus *K*, *inc.* $I^a$ | habent $I^a$ 18 arcentur] *Cui. ad B* χωρὶς τῶν ἰδικῶς ἀπηγορευμένων, argentur $I^a$, arguentur $KOI^bX$ 19 aa. attico *O*, *om. KI* | sertione *K*, exsertione $I^a$ 20 duuus $O^a$ | meus] in eius *uel* meius $I^a$ 21 a. ... milit. *om. KI* | ualentino] *Cui.*, ualentinus *O*, ual. *Ambros. E* 28 *inf.* | septem] u *I* | anno *KO* 22 sorororis *I* | uestrae] nostre *K* | nostra] nra *I* 23 ac] aut $O^a$ 24 deserciones *O*, sertores $I^a$ | indulg. nostra *OX*, ex nostra indulg. (indug. $I^a$) *I* 25 nec] nec inuestigare *O* | quo] quoque $I^a$ | in desertione] insertione *I*, deinfectione *K* | fuit *K* | poterat *K* 26 bruto mil.] *Bononiensis Cui.*, dm̄o (*uel* dn̄o *uel* dn̄io) lucō (= lucio) mil. *O*, buso mi. *Ambros. E* 28 *inf.*, *om. KI* | causarie *K*, cassaria *O*, causaria missione *X* 27 quando] qui *O* | nisi] nec *K* 28 denuntiantibus constet (*om.* medicis) $I^a$ | competenti *OI* | etiam] et *K*, *om. X* | uitium] iudicium (*uel* iud.) *O* 30 domno uet.] *Cui.*, *om. KOI* | ueteris ne *K*, ne uereris $I^a$, uereris ne ne $O^a$ | delictum] uicium $O^t$ 31 intercesserint *I* | iam] cum iam *K*, ea (*uel* eā) ea $I^a$ | ueteranis $I^a$, *inc.* $K^a$ | uidetur $I^a$ | maxime] marem *K*

delicto, quod et in paganorum potest cadere personam, notatos milites post missionem placuerit esse famosos.

8 Imp. Philippvs A. et Philippvs C. Maccio. Causaria missus nulla [BΣ 21, 2, 2 sch. u] existimationis macula adspergitur.

9 [1]Imp. Constantinvs A. et C. Aelio pp. Si quis barbaris scelerata [Th. 7, 1, 1 B 57, 3, 9] factione facultatem depraedationis in Romanos dederit, uel si quis alio modo factam diuiserit, uiuus amburatur. D. iiii k. Mai. Severo et Rvfino conss. a. 323

10 Imp. Constans A.[2] Titiano pp. Quicumque militum ex nostra auctoritate [Th. 7, 1, 3] familias suas ad se uenire meruerint, non amplius quam coniugia liberos, seruos etiam de peculio castrensi emptos neque adscriptos censibus ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. D. iii k. Ivn. Limenio et Catvllino conss. a. 349

11 [3]Imppp. Gratianvs Valentinianvs et Theodosivs AAA. Cynegio pp. [Th. 7, 1, 12] Tribuni uel milites nullam euagandi per possessiones habeant facultatem: cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant: aut si quis tam necessaria scita contempserit, de eo ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur, quatenus seuerissime in eos animaduertatur[4]. D. iiii id. April. Constantinopoli Ricomere et Clearcho conss. a. 384

12 Imppp. Theodosivs Arcadivs et Honorivs AAA. Ricomeri [Th. 7, 1, 13 B 57, 3, 12] comiti et magistro vtrivsqve militiae. Cum supra uirentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit, *id* prouida auctoritate decernimus, ut nullus omnino immundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluat, neue abluendo equorum sudore depro*perus* publicos oculos nudatus incestet[5], sed procul a cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluuiorum hoc ipsum faciat. D. vi k. Ivn. Vincentiae Tatiano et Symmacho conss. a. 391

13 Impp. Arcadivs et Honorivs AA. Romvliano pv. Nemo miles ex [Th. 7, 1, 17 mut.] his, qui praesentes diuino obsequio nostrae clementiae deputati sunt et qui in hac esse urbe praesente comitatu concessi sunt quiue de aliis numeris uel legionibus sunt, uel sibi uacet uel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti, militia exuti poenas consentaneas luere compellantur: ii [Th. 7, 1, 15 mut.] autem, qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri multae
1 nomine feriantur. Sin uero quisquam missus a numero uel a tribuno ad comi- [Th. 7, 1, 17] tatum serenitatis nostrae peruenerit (aliter enim eos hoc facere uetamus[6]), ilico se uiris

*KOI*

[1] *iunge* 12, 42, 1 [2] *fortasse* impp. Constantius et Constans AA. *scr.* [3] *iunge Th.* 8, 5, 45 [4] quatenus ... animaduertatur *om. Th.* [5] atque ita turbido potum caeno misceat et confundat adspectum *ins. Th.* [6] aliter ... uetamus *om. Th.*

1 et *om.* $I^a$ 2 placuit *O* 3 imp. phil. et ph. maccio *O*, imp. ph. *K*, imp. const. philippus *I* | causarie *I* 5 a. et c.] *Th.*, *om. KOI* | aelio pp.] *O*, aeliano 12, 42, 1, *om. KI Th.* 7 amburatur] *Th.*, aburatur *X*, comburatur *KOI* | *s. a. Th.* 8 imp. const. *KOI*, idem (= constantinus) *Th.* | a. taciano pp. *O*, a. ad titianum pp. *Th.*, *om. KI* 9 coniungita $I^a$ | seruos] suos $I^a$ | de pec. de castr. *K*, de castr. pec. *O* 10 dirige $I^a$ 11 *s. a. Th.* 12 imppp. ... pp.] imp. grat. *KI* 13 militis *K* 14 ac] a $I^a$ | aut] *I Th.*, at *K*, ac *O* | necessariam $I^a$ | contempserint *I* 15 eo ac] eo a $I^a$ | scientiam] seculam *K* 16 deferatur *Th.* | *s. a. Th.* 18 imp. th. arc. et hon. aa. *O*, imp. th. *KI*, idem aaa. *Th.* | ricom. magistro milicie utriusque *O*, *om. KI* 19 uiremtem *O* | flaminis $KI^a$ 20 consistit] *X Th.*, consistat *KOI* | id] *Th.*, idque *K*, idemque $OI^a$, ideoque $I^b$, ideo *X* | nullus] nulli $O^a$? 21 fimo] si modo *K* | sorditatis $I^a$ | fluentis *om.* $I^a$ | abluende quorum $I^a$ | sudore] subdendo sudore $I^a$ | deproperus] *Th.*, deproperiis *K*, deproperans $OI^b$, deproperariis $I^a$ 22 publios $I^a$ | tunctorum $O^a$ 23 *s. a. Th.* 25 impp. ... pu.] imp. arc. *KI* | pu.] prouinc. *O* 26 hac] hac alma *O* | urbe esse *KI*, esse *om.* $O^b$ 27 presentes *K* | concessi sunt] concessunt *K* | quiue] $I^b$ *Th.*, siue $KOI^a$ | sunt uel] sumpti $O^a$ | sibi ualet $K^a$, sibi uacent $I^a$, subiacent $OI^b$ 28 pergere $I^a$ | audeant *I* 29 fuernt *X*, sunt *KI* | conuincti $I^a$ | executi *O* | conpellentur *K*, compelluntur $I^a$ 30 reperti fuerint retinere *Th.* | libras *K* 31 si uero *O*, si numero $I^a$ | quiqam *O* | uel a] uel *O* 32 peruenerint *KI* | hoc facere hoc *K*, facere hoc *I* | se uiris] si seuerus $I^a$

illustribus comitibus, sub quorum regimine constituti sunt[1], offerre festinet et causas pro-
fe*cti*onis exponat, ut et responsum caeleste mereatur et citam remeandi accipiat facultatem.
2 Si quos autem milites per prouincias relictis propriis numeris passim uagari [Th. 7, 1, 16]
praesides earum cognouerint, correptos faciant custodiri, donec de his clementiae nostrae
auribus intimetur et, quid fieri oporteat, decernamus. D. K. FEBR. CONSTANTINOPOLI
HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

14 IDEM AA. STILICHONI MAGISTRO MILITVM. Contra publicam utilitatem nolu- [Th. 7, 1, 18]
mus a numeris ad alios numeros milites nostros transferri. sciant igitur comites uel duces,
quibus regendae militiae cura commissa est, non solum *de* comitatensibus ac palatinis
numeris ad alios numeros milites[2] transferri non licere, sed ne ipsis quidem seu de
comitatensibus[3] legionibus seu *de* riparensibus castr*ic*ianis ceterisque cuiquam eorum
transferendi militem copiam attributam, nisi hoc augusta maiestas publicae utilitatis gratia
fieri iusserit[4]: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque con-
1 uenit deuenire. Quod si qui contra fecerint, per singulos milites singulas auri libras a se
nouerint exigendas. D. XIIII K. APRIL. MEDIOLANI STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

15 IMP. LEO A. ASPARI MAGISTRO MILITVM. Milites, qui a re publica armantur et alun-
tur, solis debent publicis utilitatibus occupari nec agrorum cultui et custodiae animalium
1 uel mercimoniorum quaestui, sed propriae muniis insudare militiae. Nullam praeterea ex
militibus posthac praedictis obsequiis uacare magnitudo tua patiatur, sed frequentes esse
2 in numero suo iubeat, ut armorum quotidiano exercitio ad bella se praeparent. Quod si
quis ex militaribus iudicibus ullos militum tam diuinis quam regiis uel priuatis domibus ac
possessionibus diuersisque aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostrae crediderit
deputandos, sciat *ab* eo, qui contra uetitum fecerit, et ab eo, qui ausus accipere militem
fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. D. PRID. NON. IVL.
CONSTANTINOPOLI LEONE A. CONS. a. 458

16 IDEM A. DIOSCORO PP. Militares uiros ciuiles curas adripere prohibemus, aut si ali-
quam huiusmodi sollicitudinem forte susceperint, et militia statim et priuilegiis omnibus
denudari decernimus: formidantibus his motum nostrae serenitatis, qui temeritate saluber-
rimis statutis obuiam ire temptauerint.

17 IMP. ZENO A. MARCIANO MAGISTRO MILITVM. Neminem in ullo numero equitum uel
peditum uel in quolibet limite sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari
concedimus, consuetudine quae hactenus tenuit antiquata, quae magisteriae potestati uel
ducibus probatorias militum facere uel militibus adiungere licentiam tribuebat, ut ii tantum

*KOI*

---

[1] sub ... sunt *om. Th.* [2] millitem *Th.* [3] *idem Th.: fuitne* ne de ipsis quidem pseudo-comitatensibus (*Cuiacius*)? [4] nisi hoc ... iusserit *om. Th.*

---

1 consequti *O* | profectionis] *edd. Th.*, professionis *K*$O^b$*I*, professioris $O^a$ 2 exposcat *O* | ut et] ut *K* | mereantur *O* | citra *K* 3 quo $O^a$ | uagari] *X Th.*, uagare *KOI* 4 eorum *K*$I^a$ | correctos *KI*, συναρπασθέντας *B apud Cui.* | faciat *KO* | dones *K* | de his *om. I* 5 *s. a. Th.* 7, 1, 17 7 idem ... militum] imp. ant. *K*, imp. a. *I* | stilio *O* | uolumus *O* 8 numeris] numerus $I^a$ | nostros *om.* $O^a$ | sciant *bis* $I^a$ 9 de] *Th.*, *om. libri* | comitensibus *K* | ac *om.* $I^a$ 10 transferre *I* 11 de] *Th.*, de castris *libri* | ripariensibus *Th.* | castricianis] *Th.*, castrianis $I^a$, castrensianis *KO*$I^b$ | eorum] de eorum *I* 12 militiem *I* | cop. attributam] *dett. Th.*, cop. esse atributam *K*, attribuat cop. *O*, cop. ac tributam licentiam *I* | hoc] *X.Th.*, haec *KOI* | gratia publ. util. *KI* 14 quis *K*$O^b$$I^a$ | fecerit *KO*$I^a$? 15 nouerit *KO* | *s. a. Th.* 16 leo ... mil.] *O*, leo *K*, *om. I* | qui] que *O* 17 solum *O* 18 quaestui sed] questis et $I^a$ | munus *I* | preterea nullum *K*, nulla pret. *X* 19 esse] se *KX* 20 annorum *K* | citidieario *I* | exercitu *K*$I^b$, exercit. $I^a$ 21 quis] quo. $O^a$ | illos $O^a$ | quam] qa $I^a$ 22 obs. c. interd.] interdicitis contra obs. interdictum $O^a$ | crediderint $I^a$ 23 sciant *O* | ab eo] se ab eo *OIX*, a se *K* | uetititum $I^a$ | ausus fuerit acc. mil. *K*, acc. mil. aus. fuerit *O* 24 *s. a. Cui.* 26 diosc. pp. *om. KI* | cures *K* | accipere *K*$I^a$ | aliquid *K* 27 militiam $I^a$, milicie *KX* 28 saluberrime *I* 29 ire] rei re $I^a$ | temptauerit *O*, *inc.* $I^a$ 30 a. ... militum *om. KI* | nullo *KIX* | equitatum *I* 31 milite *K* | nominis *KO*$I^a$?*X* | probaria *K* | posterium *K* 33 licentia *K* | tribuebat] *X*, tribucrat *K*, tribuant *O*, tribuerant *I*

in numeris uel in limitibus militent, qui a nostra diuinitate probatorias consequuntur.
1 Viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum nec non etiam uiros spectabiles duces, si supplere numeros pro his qui fatalibus sortibus decrescent necessarium esse putauerint, ueritate discussa per suggestionem suam nostrae mansuetudini declarare, qui et quanti et in quo numero uel limite debeant subrogari, ut ita demum, prout nostrae sederit maiestati, diuina subnotatione subnixi militiam sortiantur: officio, quod tuae sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte quae statuit nostra serenitas fuerint uiolata. a. 472?

18 Imp. Anastasivs A. Iohanni magistro militvm praesentalivm. Tam collatores et prouinciales quam fortissimos milites prout oportet gubernari minimeque laesionem aliquam seu dispendium perpeti properantes necessarium esse *per*speximus dicatissimos milites, qui de diuersis praesentalibus numeris per Orientis partes noscuntur consistere, uirorum spectabilium ducum iussionibus oboedire, ut, quidquid emerserit, quod pro communi securitate curandum est, hoc protinus utpote militari praesidio in proximis locis constituto competens possit mereri remedium: ita uidelicet, ut etiam agentibus causas tam criminaliter quam ciuiliter praefati milites iam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem uel ex sententiis seu praeceptionibus eius, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excelsae tuae sedis, sub cuius iurisdictione consistunt, quam eorundem ducum respon-
1 deant. Eo scilicet obseruando, ut ad responsum, qu*i* de officio tuae sublimitatis huc usque ad praedictam magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, uiris spectabilibus ducibus inhaesurus mittatur tam per se quam per adiutores suos eosdem iudices obseruare et iussiones eorum implere curaturus: licentia ei non deneganda, etiam ad responsum, qui de officio alterius uiri excelsi magistri militum praesentalis pro hac nostra dispositione destinatur, in locis, in quibus apparitionis tuae sublimitatis ad responsum non
1*a* contigerit reperiri, suam sollicitudinem pro emergentibus maxime causis peragere. Cuius etiam illi qui de altero officio mittendus est praebemus facultatem, ut non tantum per adiutores suos, id est ad responsum, sed etiam inuicem se adiuuando nec publicis nec
1*b* priuatis causis uel exsecutionibus abesse uideantur. Ad singulos etenim duces ad responsum de apparitionibus uestris non prospeximus oportere destinari, ne per multitudinem eorum
2 qualibet machinatione damna contra milites nostros augeri contingat. Vt autem omnifariam tam publicae commoditati quam fortissimis prospiciatur militibus, sportularum nihilo minus exactionem merito censuimus moderandam. et iubemus nec ipsis ad responsum nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu ciuilibus causis, etsi ex publicis causis descendere uel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus quam unum solidum a singulis uel nolentibus uel spontanea uoluntate offerentibus suscipere militibus, ita ut, si uniuersitas numeri seu principiorum monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant: in his etenim causis nec plures quam duos primates, quorum nomina semel ac primum gestis interuenientibus fuerint publicata, patimur conueniri, syndico uidelicet, prout consuetudo

*V* (*incipit u.* 30 qualibet, *sed praeter u.* 38 *omnia incerta sunt*) *KOI*

---

1 limitibus] *M*, miliciis uel militibus *K*, militibus limitibus $O^a$, militi* $I^a$, militiis *X* | militate* $I^a$ | qui a] qua *K*, qui $I^a$ 3 si] specta si $I^a$, *om. X* | qui *om. K* | decrescere *K*, decrescant *I*, decrescunt *X* 4 per] pro *O* | mansuetudinis *I* | indeclarare *K* | qui] quod $I^a$ 5 milite *KI* | sedent $I^a$ 6 subnixa *KX* 7 obsecundant *I*, obsederint *X* | feriendo *om. K* | ex aliqua] qua $I^a$ 8 statui $I^a$ | fuerit *OIX* 9 anastasius ... praesent.] anast. *I*, hon. *K* | praesentalium] *Cui.*, *om. O* | tam] cam $K^a$, *om.* $K^b$ 10 mineque *I*, que *om. X* 11 prospeximus *libri* | clarissimos *O* | qui] que *O*, quod $I^a$, prout oportet qui $X^a$ 12 orientales *KI* | spectabili *K* 14 utputa *O* 15 mereri] *OX*, adhiberi *KI* 17 sed] si *O* | interlocutione *I* 18 tuae] sue *OI* | iurisdictionem *KI* | respondeat *K* 19 responium *O* | qui] *Cui.*, quod *KOIX* 20 uiris] auri* $I^a$ 21 ineusuris *K*, inhesuris *O* 22 non *om. I* | ad] per ad *O* 23 qui de] quod $KI^a$ | altius *I* 24 in q.] q. $I^a$ | apparitionibus *K* 25 contingit *K*, contingerit *I* | reperiri] reri $I^a$ 26 qui de] quidem $I^aX$ | mittendis $O^a$ 27 publicis nec *bis I* 28 etiam enim *O* | ad] *X*, *om. KOI* 29 apparibus *K*, apparitoribus $I^a$ | nostris *I* | perspeximus *IX* | multitudine *K* 30 quamlibet machinationem $I^a$ 31 portularum *V* 32 exactione *K* 33 defendere $I^a$ 34 publi $I^a$ | causam] eius c. *O* | soli $I^a$ 35 si *om. O* 36 principorum *K* | duplicita $KI^t$ 37 in *om. V* | pluris $I^a$ | duo *O* | ac] aci $I^a$ 38 fuerit *OI* | conu. synd.] ui (uel m) *** $I^a$

2a deposcit legibusque cautum est, ordinando. Hoc quoque adiecto, ut pro omnibus quibus-
libet expensis ingressus in iudicio duciano faciendi unum tantum solidum nihilque amplius
milites uel syndici litigantes dependere compellantur, ut huiusmodi solacium ad commodum
ad responsum et eius adiutorum et exceptorum proficiat: nihil sibi usurpare uel suo
nomine poscere uel uiris deuotis principibus, qui ducianum obseruant indicium, uel duciana
apparitione de praefatis litibus concedendis: ita uidelicet, ut super litis expensis in per-
3 sonis etiam eorum, quicumque milites pulsare maluerint, eadem forma seruetur. Erit autem
arbitrii atque aestimationis uirorum spectabilium ducum pro qualitate negotiorum uel quan-
titate, quae deuotissimis militibus ab aduersariis eorum ingeritur, uel suam audientiam
interponere litigiis uel eorum discussionem dicatissimis principiis seu arbitris in locis degen-
4 tibus committere. Quibus uiris spectabilibus ducibus et eos obseruantibus ad responsum
seu adiutoribus eorum curae sit, si quando ad eosdem duces milites fuerint arcessiti uel
de locis in quibus constituti sunt mouere praecepti, ne quolibet modo curiales seu colla-
tores quibusdam adficiantur dispendiis, ita scilicet, ut pro militibus inspiciendis, quando-
cumque uoluerint uiri spectabiles duces etiam praesentales deuotissimos milites adhibere,
5 non immodicam multitudinem eorum tempore pacis conuocare procurent. Sin uero etiam
necessitate poscente milites ad alia perueniant loca, laesionibus contra curiales seu colla-
5a tores nihilo minus modis omnibus abstineant. Et si tam eundo quam redeundo triginta
tantum dies oportet eos proficisci, ipsi suas expensas sibi praebendas collatoribus seu
curialibus minime praegrauandis suscipere non cessent: sin autem ulteriore tempore in
aliis locis necesse sit eos commorari, expensas eis ulterioris ut dictum est temporis, ad
6 quae peruenerint loca, ministrari. Quoniam uero comperimus quosdam temerario atque
iniquo proposito anteriore tempore certos e memoratis militibus tam in iudicio sublimitatis
tuae quam apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse
et eos eodem tempore ad diuersa quoque protraxisse iudicia diuersasque super isdem
personis isdemque causis et negotiis prolatas fuisse sententias, ne postea nihilo minus
tantae contra milites nostros insidiae tantaque confusio querellis, quas eis ingeri contingit,
generetur, nemini licere apud sedem magnitudinis tuae accusatione contra militem seu
milites praesentales deposita conuentioneque oblata eundem uel eosdem milites crimina-
liter seu ciuiliter per iussionem uirorum spectabilium ducum inquietare, antequam nego-
6a tium ex priore actione prioreque conuentione finem legitimum sortiatur. Idemque uersa
uice obseruari, ut, si quidam miles seu milites praesentales iussione uiri spectabilis ducis
incusati ac moniti fuerint, licentia denegetur agenti postulationem seu accusationem in

*V* (*usque ad u.* 15 milites *pleraque incerta sunt*) *KOI*

---

1 hoc] ut *O* | pro] per *I* | quibuslicet *V* 2 daciano $O^*$ | faciendis *OI* | tantummodo *K* 3 suidici militantes *K* | deperdere *V*, deprehendere *O* | solacio *O* 4 ad resp.] et resp. $KI^a$? | adiutorium *KOIX* | et *om.* $OI^a$ | sibi *om.* *KI* 5 nomine] n***one *V* | uel uiris *om.* *K*, uel *om.* $I^a$ | principalibus *KO* | obseruat *I* | ducianam apparitione *K*, dutian*m apparationem $I^a$, *inc.* *V* 6 limitibus *I* | concedentibus *K*, concedendus *I* | personis] *V?X*, persona *KOI* 7 militis *K* | arutem $K^a$ 8 existimationis *I* | uirorum] eorum uir. *I* 9 ad hauersariis *K* 10 imponere *I* | seu *om.* $I^a$ | arbitriis $KO^bI^b$ | locis *om.* $I^a$ 11 duci *I* 12 accersiti *OI* 13 in *om.* $I^a$ | moueri *KI* | ne] nec *KI* | curiales] curiales***(les?) *V* | locatores *I* 14 adficiatur *K* 16 modicam $I^a$ | pacis] pacis*(c?)i *V*, p*** $I^a$ | procurent conuocare *K* 17 necessitatem *V* | conlatores (locatores $I^a$) seu curiales *I* 18 redeundo] reundo *I* 19 oporteat *OI* | praeficisci *O* | collocatoribus *I* 20 pragrauandis $O^a$? | ulterore *V* 21 commemorari *V* | eius *O*, ei *K* | ulteriores $I^a$ | ad quem *O*, atque *VI* 22 uenerint ... quoniam *om.* *V* | peruenerit *O* | quodam $O^a$ 23 anteriorem *I* | tempore *om.* *V* | certos e] *VX*, certo de *O*, certos de $KI^b$, certes e $I^a$ | memoratos *V*, momoratibus $I^a$ 24 apud *om.* $I^a$ | excelsam] ex suam *V* | accusacione *O* 25 eos] *V*, eosdem *X*, *om.* $KOI^b$, *deficit* $I^a$ | diu. quoque pr. iud.] iud. diu. que pr. *O* | diuersasque] diū quoque *K*, *deficit* $I^a$ | isdem] hisdemque *I* 26 idemque *KI* | prolaturas *I* | ne] nec $I^a$ 27 tate *I* | tantoque *K*, tamteque $O^a$, tanteque *I* | querellis *om.* *K* | quas *om.* *V* | inceri *V* | contigit *I* 28 geretur *V*, generentur *I* | nemi $I^a$ | sede *K* | accusationem $VKOI^a$ 29 criminalibus *V* 30 seu ciuiliter *om.* $I^a$ | ducum ... negotium *om.* *V* 31 priori *I* | actione] agnitione *KI* | sociatur *K* 32 quidem $I^a$ | presentale *K*, *om.* $I^a$ | iussione] *V*, pro iussione $KO^a$, per uis *I*, prouisione $O^b$ | uiri ... 33 ac] ut satis ad *V* | uiri] iuris *I* 33 incusari *K*, incuati *O* | moti *I*

6b iudicio tuae sublimitatis contra eundem militem uel eosdem milites deponere. Nec si
eundem uel eosdem tam criminaliter quam ciuiliter obnoxios esse firmauerit, facultatem
eidem agenti superesse separatis intentionibus suis pro criminalibus quidem iudicium
7 tuae celsitudinis, pro ciuilibus autem uiri spectabilis ducis seu uersa uice occupare. Si
quis uero ad huiusmodi tam audacissimum tamque aequitati contrarium conamen pro-
siluerit, eum pro pecuniariis quidem negotiis iactura litis et damnorum quae uitio eius
contigerunt solutione percelli, pro criminalibus autem quasi calumniatorem conuictum
8 legum aculeos sentire. Dispositiones autem ante latas non ad imminuendam potestatem
magisteriae per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum ac securitate publica
noscimur praestitisse, cum non dubium sit ipsos etiam duces, quibus fortissimi praesen-
tales milites parere praecepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos. D. K. IAN.
CONSTANTINOPOLI ANASTASIO A. ET RVFO CONSS. a. 492

## XXXVI (XXXVII)
## ℟ DE CASTRENSI PECVLIO MILITVM ET PRAEFECTIANORVM ℟

1 IMP. ALEXANDER A. PRISCIANO. Si in potestate tua filius tuus fuit eo tempore, quo
1 quaedam nomine eius emisti, ea tua esse non dubitatur. Peculio autem [BΣ 42, 3, 60]
castrensi cedunt res mobiles, quae eunti in militiam a patre uel a matre aliisue propin-
quis uel amicis donatae sunt, item quae in castris per occasionem militiae quaeruntur.
2 In quibus sunt etiam hereditates eorum, qui non alias noti esse potuerunt nisi per militiae
3 occasionem, etiamsi res immobiles in his erunt. Matris autem hereditas, quamuis in militia
4 delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi uero peculio praedium dona-
tum non esse constat, quamuis empta ex castrensi peculio praedia eius condicionis effi-
ciantur. PP. ID. NOV. MAXIMO II ET AELIANO CONSS. a. 223

2 IDEM A. FELICI. Filius familias alienationem nullius rei sine [B 57, 2, 23 BΣ 45, 4, 11 p. 539]
uoluntate patris habet, nisi si castrense peculium habeat. PP. VIII K. IVL. IVLIANO ET
CRISPINO CONSS. a. 224

3 IDEM A. FELICIANO MILITI. Errat, qui tibi persuasit, quod nexu paternae potestatis
iure sacramenti solutus es. manent enim nihilo minus milites in potestate parentium, sed
peculium castrense proprium habent nec in eo ius ullum patris est. PP. III ID. OCT.
IVLIANO ET CRISPINO CONSS. a. 224

4 IMP. GORDIANVS A. GALLO MILITI. Cum adlegas te a fratre tuo eodemque commili-
tone in isdem castris institutum heredem, successionem eius potius ex castrensi peculio

*VKOI* (1 uel eosdem ... 5 occupare *deficit* $I^a$)

---

1 milites] militem *VK*$^a$ 2 ueundum *V* | uel] militem uel *K* | qua *V* | facultates *K* 3 agente *V* | paratis *V*, iudicati superaratis *O* 4 uiris *VO* | ducis] *V*, ducis sublimitatem *KOI* | seu uersa uice] se *O* 5 tamque] itaque $I^a$ 6 eu *K* | peccuniis $O^a$ 7 contigerint *O*, contingerint *I* | procelli $I^a$, eius percelli *O* | autem] aut *K* | conuinctum *VKI* 8 autem] cum $O^a$ | latis $I^a$ | minuendam *KOI* 9 orientalem $I^a$ | per tuitionis *K* | secutate *V* 10 noscimus $I^a$ 11 parare *V* | eandem excelsam potestatem *VI* | constituto *V* | *s. a. V* 12 ruphino *uel* rupbino *V* 14 ptulio $O^a$, petulio $O^b$ | militari *K* | praefectiannorum *VI*, in prefectoriorum *K*, prefecti annone *O* 16 alexander ... prisciano *spatio uacuo relicto om. V* | a. prisciano] *Cui.*, a. pisciani *O*, *om. KI: Cui. adnotat in quibusdam libris legi* antonio, *eo opinor deceptus, quod, antequam Priscianum ex libro restitueret, Antonium ex* 3, 36, 4, *quasi ea gemina esset, suppleuerat* | fuit] *VX*, fuerit *KOI* 17 ea tua esse emisti $I^a$ | dubitetur $I^a$ 18 militiam] m. ei *O* | matres aliis uel *V* 19 donata *libri* | querutur *I* 20 etiam sunt *KO* | noti] non $I^a$? | potuerunt] optulerunt *V* | per ... 21 etiamsi *om. V* 21 miliciam *K* 22 peculium] pec. predium donatum non esse constat *I* | castrensi] castris $I^a$ | pecculium $O^aI^a$, pecunio *V* 23 non *om. O* | efficiatur *K* 24 *s. a. V* 25 felici] *V Ambros. E* 28 *inf.*, felici militi *O*, *om. KI* | silius $I^a$ | alienauit *K* 26 habent *V* | si *om. KOI* | *s. a. V* 28 a. fel. mil. *om. K* | erant *O* | nexeu $I^a$ 29 solitus *O* | es] *X*, est *V*, esses *KOI* | maneant *I* | enim] autem *O* | milites] etiam mil. *K* | parentum *KOI* 30 *s. a. V* 32 a. gallo mil. *om. KI* | eedemque *I* 33 in isdem in *V* | susceptione *I* | ex] *V*, in *KOI*

1 tuo quam patri cuius in potestate es per te quaesitam uideri rationis est. Etenim peregrinationis[1] labor sociatus commilitii eius et obeundorum munerum consortium adfectioni fraternae nonnihilum addidisse, quin immo uice mutua cariores inuicem sibi reddidisse credendum est.

5 IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AA. ET CC. PHILOSTRATO. Intellegis filio qui militauit defuncto peculium eius penes patrem remansisse, non hereditatem patri quaesitam.

6 [2]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. ZOILO PP. Ius castrensis peculii tam scriniarios quam exceptores ceterosque, qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur, ac si in legione prima adiutrice nostra militent, inuiolatum habere praecipimus. [B 57, 2, 26] a. 444?

# XXXVII (XXXVIII)

## ℞ DE EROGATIONE MILITARIS ANNONAE ℞

1 IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS C. HELPIDIO PP. Repetita consuetudo monstrauit expeditionis tempore buccellatum ac panem, uinum quoque atque acetum, sed et lardum, carnem ueruecinam etiam milites nostros ita solere percipere: biduo buccellatum, tertio die panem: uno die uinum, alio die acetum: uno die lardum, biduo carnem ueruecinam. D. XVI K. IVN. HIERAPOLI CONSTANTIO X ET IVLIANO C. III CONSS. [Th. 7, 4, 6 Pop. 4, 5] a. 360

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA.[3] SECVNDO PP. E uicesimo, non amplius, lapide milites sibi iubemus paleas conuectare. D. V K. OCT. EDESSA[4] IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. [Th. 7, 4, 9] a. 363. ?

3 IDEM AA. AD VICTOREM MAGISTRVM MILITVM. Cenaticorum nomine milites et eorum superstantes nihil penitus a prouincialibus accipere audeant. sciant enim milites, quod oportet eos commoda sua, quae in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes extrinsecus detrimentis prouinciales non adficere. D. VI K. IAN.[5] BONAMANSIONE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. [Th. 7, 4, 12 mut.] a. 364

4 IDEM AA. ET GRATIANVS A.[6] AD AVXONIVM PP. Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione praecipimus, species annonarias uicinioribus limitibus a pro- [Th. 7, 4, 15]

*V* (*desinit in* 1 cuius in po) *KOI*

[1] per peregrinationes (*Mommsen*)? [2] *iunge* 12, 52, 3 [3] imp. Iouianus A. *Th. recte, cf. not.* 4 [4] accepta . . . *ins., ut data sit a.* 363 [5] Iun. (*Gothofredus*)? [6] et Grat. A. *om. Th.*

1 patri] *V Hafniensis,* patris *KOI* | quesita *K* 2 commilitii] causa militi *K,* commilitoni *O,* cum militi $I^aX$ | et *om. K* | effectioni *O,* affection* $I^a$, affectionis $I^b$ 3 fraternae *om. O* | addisse $I^a$ 5 impp. ... philostrato (filiostrato *O*)] *O Cui.,* imp. diocl. *KI* | maxim.] mog. *O* | intelligi *K* 6 penes eius *I* 8 impp. ... pp.] imp. th. *KI* | castrensi *K,* castrenses $I^a$, castensis *X* 9 peculio $I^a$ | scriniiarios *I* | exemptores *I* | in *om. O* | offitios $I^a$ | merendi] *X,* merent *KI,* mereri *O* 10 licetiam *KI,* licenciam iam *O* | noscantur $KI^bX$ | ac] cum *O* | adiutice $O^a$, uictrici *K* | nostra] nostre (nostro $I^a$?) rei publice $KI^aX$: δοκοῦσι γὰρ τῆς πρώτης λεγεῶνος εἶναι τῆς τῷ βασιλεῖ βοηθούσης *B* | militant *O* 11 praecepimus *O* | constitutio graeca *Hal., auctore, ut recte opinatur Herrmannus, Accursio, qui cum non intellegeret c. 6 ad praefectianos pertinere, Graeca quae de his agerent desiderari suspicatus est* 14 a. et ... pp.] *Th.,* aa. elipidio pp. *O, om. KI* 15 monstrauerit *I,* monasterium *K,* monstrabit *Th.* | ac] et *KO, inc.* $I^a$ | panem] p. uno die *K* | quoque] que *K* | atque] *X Th.,* et *KOI* 16 laridum *Th.* | carmen $O^a$ | ueru. etiam] *X,* et ueru. etiam *Th.,* etiam ueru. *KO,* etiam ueru. et *I* | buduo *K,* in duobus diebus $OI^b$ 17 in tercio *O* | die *om. I* | laridum *Th.* 18 uercinam $O^aI^a$ | *s. a. Th.* 19 imp. ual. et ual. aa. secundo *O,* imp. ual. *KI* | pp.] *Th., om. KOI* | e] *Th.,* et *I,* a *O, om. K* | uiges. non. a. mil. lapide *K,* uicessimum non a. lapidem mil. *I* 20 subi *I* | *s. a. Th.* | aedesa *Th.* 22 aa.] a. *KI, om. O* | ad ... militum *om. KI* | milis *O* | senaticorum *K,* ueneticorum $I^a$, uenaticorum $I^b$ 23 et *om. I* | superstantes] *Mommsen,* super his stantes *libri* | a] ac $I^a$ 24 quid *I* | annoriarum *K* | perceptionem *I* 25 *s. a. Th.* 27 aa. et gr. a. (et gr. a. *om. Th.*) ad aux. pp.] *Th.,* aa. grac. a. ad emigium pp. *O,* a. ad cinegium pp. *Ambros. E* 28 *inf.,* a. *KI* | si cum *O* | per omnes fieri *K* 28 milites $OI^b$ | praecepimus *O* | nonarias $I^a$ | uic. lim. (militibus $O^a$, *om. K*) a prou.] *KO,* uic. lim. ad prouitialibus *I,* ad uic. lim. prou. *Th.*

uincialibus ordinabis ad castra conferri. sed in ueteranis castris constituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant nec amplius quam tertiam partem ipsi uehere cogantur. D. V NON. MAI. MARCIANOPOLI VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS. a. 369

5 IDEM[1] AAA. AD PROBVM PP. Actuarii nisi expleto triginta [Th. 7, 4, 16 ʹPOT. p. 144 not. 70] dierum spatio pittacia authentica confestim tradiderint, species, quas ex fiscalibus conditis dissimulauerint excludere uel numero cuius ratiocinia pertractant supersederint erogare, de propriis facultatibus uel militibus ipsis uel fiscalibus horreis adigantur inferre. D. VI ID. APRIL.[2] SIRMIO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 370 aut 373

6 IMPPP. *VALENS GRATIANVS* ET VALENTINIANVS[3] AAA. AD MODESTVM PP. [Th. 7, 4, 17] Fortissimi ac deuotissimi milites[4] annonas et capita[5] singulis diebus aut certe competenti tempore, id est priusquam annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac si debitam studio uoluerint protelare, id, quod competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis uindicetur. D. PRID. NON. APRIL. ANTIOCHIAE GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE VC. CONSS. a. 377

7 [6]IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. RVFINO PP. Nulli [Th. 7, 4, 20] militarium pro his annonis, quae in prouinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia et inopiae occasione captata pretia liceat postulare: ita ut, si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxauerit, neque id quod contra hanc legem expetit sinatur exigere, neque id quod accipere dissimulauerit consequatur. D. III K. AVG. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

8 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HILARIO PP. Prouincialium commodis [Th. 7, 4, 23] nos conuenit subuenire. ad omnium itaque[7] numerorum siue uexillationum aut etiam scholarum tribunos uel[8] uiros illustres comites sublimitas tua faciat peruenire, ut meminerint fenum militibus iustis[9] capitibus praestandum iuxta legem[10] diui Valentiniani[11] nec tamen ad oppidum deferendum. D. XVI K. IVL. ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

9 IDEM AA. Excellentia tua erogationis per susceptores factae modum quan- [Th. 7, 4, 24] titate breuium conferri perficiat, ita ut, quo[12] die numeris datum sit, diligentius exploretur ac, si quid amplius actuarios uel optiones accepisse constiterit, quam breuium datorum scriniis nostris ueritas continet, memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus

*KOI*

---

[1] imppp. Valentinianus Valens et Gratianus *Th.* [2] *aut* directa VI id. April. (*ut Th.* 8, 5, 28, *a Probo scilicet ad prouinciarum rectores*) *aut* d. VI id. April. [accepta . . .] *scr.* [3] idem *Th.* [4] familiae quoque, sed et ceteri quibuscumque praediti dignitatibus *ins. Th.* [5] capitum *Th.* [6] *fortasse iungenda est Th.* 5, 13, 33 [7] utique *Th.* [8] uel] per *Th.* [9] isdem *Th.* [10] *non extat* [11] de quinta decima indictione *ins. Th.* [12] ex quo *Th.*

---

1 ordinabus *O* | transferri *I* | sed] et *Th.* | in ueteranis] *KOI*[b], in ueter∗nis *I*[a], inuito oneris *Th.*, βετωρινοῖς *B apud Cui.*, *qui proponit* in Vitoneris | limites *K* | duos *I*[a] 2 partes] per *O*[a] | ibidem] *edd.*, itidem *KIX*, si quidem *O*, ibiidem *Th.* | condictis *O* | aplius *I* | parte *K*, in partem *Th.* 3 uerbere *K* | *s. a. Th.* 4 aa. *O*, a. *KI* | ad pr. pp. *om. K* 5 pitatica *K*, patacia *O*[a] | traderit *O* | creditis *K* 6 dissimulauerit *O*, dissimularint *Th.* | uel numero] de nomine *O* | et rogare *I* 7 ipsis *om. I* | adigantur] *Th.*, addicantur *libri* | *s. a. Th.* 9 imp. grac. ual. et ual. aa. *O*, imp. ual. *KI* | ad mod. pp. *om. K* 10 fortissi *K* | certo *I*[a] 11 piusquam *O*[a] | labatur *I* | consequamtun *O*[a] | si in praecepcionem *O* 12 uoluerunt *O* | id] et id *O*[a]*I*[b], ita ut si *O*[b] 13 uendicentur *K* | *s. a. Th.* 15 imp. ual. et th. arc. aa. *O*, imp. ual. *KI* | ruf. pp. *om. KI* 16 militum *KI* 17 inopia *KO* | accione *K* | cappitata *I*[a] | quis] quidem *O*[a] | propter] per *O*, pro *I*[v] | annis *K* 18 habuntiam *K*, habundancia *O* | neglexeriut *O* | rerum] in rerum *I* | precii *O* 19 taxauerint *I* | quod *om. I* | legem hanc *I* | expeti *K*, expetitis *I*[a] | id] illud *Th.* 20 consequantur *K* | *s. a. Th.* 22 impp. ... pp.] imp. arch. *KI* 23 etiam *om. I* 24 ut] uti *O* 25 ualentiani *I* 26 tamen] tantum *KO* | *s. a. Th.* 28 aa.] *O Th.*, a. *KI*, aa. pp. *Contius*, aa. eidem *Cui.* | excellentia tua erog.] *X Th.*, excellentia tue rog. *KI*, excellencie tue rog. *O* | suscepciones *O* | facta *K*, factam *I* | quantitatem *I* 29 perficiant *I*[a] | ut quo die] cotidie *O* | numerus *O* | exploretur ac (*aut altero loco*) si q. a. actuarium (sic) bis *O*[a] 30 optiones] opinatores *O* | constitit *K*

ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eisdem erogasse monstrauerint. Nam ad illustres quoque magistros utriusque militiae sacri apices cucurrerunt, quibus prouida sanctione decreuimus, ut breues ante indictionis principium summa fide ac ueritate confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a susceptoribus erogatio celebretur. D. VIII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSS. a. 398

10 IDEM AA. EVTYCHIANO PP. Iubemus per omnes prouincias cunctis [Th. 7, 4, 25 mut.] numeris ac militibus a Nouembri mense de nouello uino annonam dari, quoniam ueteris dispendiosa uidetur erogatio. D. X K. IVN. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSS. a. 398

11 [1]IDEM AA. PROVINCIALIBVS PROVINCIAE PROCONSVLARIS. Opinatoribus, [Th. 7, 4, 26] id est exactoribus militaris annonae[2], nullum sit cum prouinciali commercium, ita ut a *iudi*cibus uel officio prouinciali omnis summa debiti postuletur intra anni spatium conferenda. D. PRID. K. APRIL. MEDIOLANI VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

12 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. ANTHEMIO PP. Septem dierum, per quas [Th. 7, 4, 28] tribuni emolumenti gratia sollemniter stillaturae nomine consequuntur resistentes species, non aliter adaerentur, nisi ut in foro rerum uenalium distrahuntur. D. V ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. VI ET PROBO VC. CONSS. a. 406

13 IDEM AA. ANTHEMIO PP. Lege repetita censemus, ut, si quis militum [Th. 7, 4, 30] interclusam specierum exactionem refricare temptauerit uel adaerationes statutas ausus fuerit immutare, tam uir spectabilis dux centum librarum auri quam etiam eius officium pari condemnationis summa quatiatur, adiecta sacrilegii poena, quae diualium scitorum uiolatores palam insequitur. D. X K. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

14 IDEM AA. CONSTANTIO MAGISTRO MILITVM. His scholaribus, quibus labo- [Th. 7, 4, 34] rum intuitu regendos numeros dederimus, de aerariis annonis singulos solidos per opinatores, caballationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora praeberi oportet uel, si quis eorum antequam accipiat in fata concesserit, quod ex utraque causa ei debebatur, heredibus eius restitui. D. XIII K. DEC. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. CONSS. a. 414

15 [3]IDEM AA. ASCLEPIODOTO PP. Annonas omnes, quae uniuersis officiis [Th. 7, 4, 35] atque sacri palatii ministeriis et sacris scriniis ceterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari, quasque ii, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate et libidine sua grauiter ex prouincialium uisceribus eruebant, ad similitudinem militum, quibus

*KO* (*transponit c.* 11. 10) *I*

---

[1] *iunge Th.* 8, 5, 63. 11, 1, 29, *cf. Th.* 11, 5, 1 [2] id est ... annonae *om. Th.* [3] *iunge* 11, 75, 4

---

1 ea] causa *K* | imputantur *K*, imputenda *O* | fragitantibus *O* | eosdem *I*, isdem *Th.* | monstrauerint] *X Th.*, monstrauerit *KOI* 2 apicis *K* | concurrunt *K* 3 sanct. decr.] *X Th.*, decr. sanct. $KOI^b$, decreueris actione $I^a$ 4 ad] a *O* | nostram $I^a$ | quo *O* | *s. a. Th.* 6 aa.] a. *KI* | eutichiciano pp. *O*, *om. KI* 8 *s. a. Th.* 10 aa. ... proconsularis] *Th.*, aa. prouincialibus *O*, a. *KI* | opinatioribus $I^a$ 11 nulli *I* | cum *om.* $I^a$ | prouinciali] *X Th.*, prouincialibus *KOI* | a iudicibus] *Th.*, a ducibus *KX*, eductibus *O*, ducibus *I* 12 debita $I^a$ | inter annis *I* | oferenda $I^a$ 13 *s. a. Th.* 14 idem th. aaa. *O*, idem et th. *I*, idem *K*, imppp. arc. hon. et theod. aaa. *Th.* | anteono pp. *O*, *om. KI* | septem] iubemus per o. pr. c. n. ac militibus septem (*ex c.* 10) *O*, semper *Th.* | quam *I* 15 tributum *O*, tribuni pretoriani *X* | consequuntur] consecuntur et $I^a$ | resistentes *ante* tribuni *collocat Th.* 16 abherentur *K* | in *om. I* | distrahantur $OI^b$ | *s. a. Th.* 18 aa.] *Th.* (*ubi praecedit* impp. honorius et theod. aa.), aaa. *O*, a. *KI* | anth. pp. *om. K* | petita $I^a$ | sancimus $KI^b$ 19 exactione *O* | refricare] *X Th.*, replicare *KOI* | adaerationes] adeo rationes *I* 20 dux centum] ducentum $I^t$ | eius] non $I^a$ 21 paris *I* | condempnatione *K* | quae] quam *O* 22 *s. a. Th.* 24 aaa. c. mag. mil. *O*, a. const. *Ambros. E* 28 *inf.*, a. *KI* | his schol.] ii sculatoribus $I^a$ 25 dedimus $KI^b$ | singulos] singu *K* 26 ratione *K* 27 erogatum $O^t$ | praebere *O* | facta *K* 28 *s. a. Th.* 30 aa.] a. *KI* | asclep. pp.] *Th.*, adeptadoto *O*, asclepio *Ambros. E* 28 *inf.*, *om. KI* | quae] qui *O* 31 et *om. OI* | sacri *K* 32 asolent $O^a$ | eorum $I^a$ | exagitacionem $O^t$ | cupidine *K* | et] ac *Th.* 33 prouintiarum $I^a$ | uisceribus] iuscerimus $O^a$ | similitudine *K* | militum ... *p.* 1067, 1 annonae *om. K*

aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus, ut omnibus superius designatis emolumenta debita in pretiis dispositio culminis tui pro publica utilitate[1] taxatis praecipiat erogari. D. XVI[2] K. MART. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

16 IMP. ANASTASIVS A. LONGINO MAGISTRO EQVITVM AC PEDITVM. Per hanc diuinam dispositionem iubemus eos, quibus ex officio tuae sublimitatis militarium meritorum seu cuiuslibet praestationis committitur erogatio, in primis iurare pro iustitiae ratione
1 iniunctam sibi sollicitudinem peracturos. Et secundum praesentem saluberrimae nostrae dispositionis obseruationem solacium, sicut dictum est, publicum erogator manu sua sine ullo dolo uel fraude singulis militibus numeret, quatenus unusquisque miles accepto per suam manum solacio ipse cum actuario de negotiatione actuariis permissa secun-
1a dum rationem agat iustitiae. Hoc uidelicet obseruando, ut pro singulis solidis actuario, siue statim siue post unum duosue seu amplius annos restitutum fuerit debitum, minus
1b quidem uno tremisse, pro temporis scilicet breuitate, pacisci liceat. Amplius autem quam unum tremissem nullus actuarius pro quoquo tempore seu annorum spatio pacisci penitus permittatur, nec ulla possit actuarius machinatione pro temporis prolixitate
c (1) unius quantitatem tremissis excedere. Si qua tamen inter actuarium et militem super pactione seu negotiatione tempore erogationis emerserit dubitatio, iubemus eidem militi dandas pecunias ab erogatore principiis dari et *non* secundum obtinentem hactenus consuetudinem easdem pecunias uel ab erogatore uel ab actuario retineri, quatenus causa apud deuotissima principia propositis sacrosanctis scripturis inter actuarium et militem tractetur, ut ex omni parte miles nullum damnum sub quacumque occasione praeterquam
2 id, quod eum ex iusta et permissa actuariis negotiatione debere constiterit, patiatur. Super his uero, quos datis forte commeatibus abesse contigerit, haec uolumus obseruari, ut pecuniae quae erogandae sunt usque ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti sacra constitutio continet, apud deuotissima principia sequestrentur, illorum scilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales uiros constitutorum actuarius tempore erogationis pittacia utpote habita super pactione protulerit, quatenus, cum idem redierint milites, causa apud deuotissima principia secundum praefatum modum tractata utriusque partis indemnitati similiter consuletur: non danda pro tempore tribuno licentia
3 triginta uiris amplius sub commeatus occasione dimittere. Sin uero saluberrimam constitutionem offendendo amplius quam triginta uiros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit, pecunias quidem, quae post praefatorum triginta uirorum numerum per com-

*KOI*

---

[1] auctoritate *Th.* [2] xv 11, 75, 4

---

1 adaerari] $I^v$ *Th.*, aderrarii *K*, a herede *O*, adher*r* $I^a$, adherere $I^b$ | praecepimus *O* | supra *I* 2 precii dispositione *K* | pro] per *K* | publicata *I* 3 *s. a. Th.* 4 imp. an. a.] *Hal.*, imp. anasta. *Ambros. E* 28 *inf.*, idem et anasut aaa. a. *O*, idem et aust. *I*, idem a. *K* | longino mag. (mag. *om. Ambr.*) eq. ac (et *O*) ped.] *O Ambros. E* 28 *inf. Cui.*, *om. KI* 5 constitutionem $KI^t$ | militiarum $I^a$, militarum *X* | meritorium *X*, militorum $O^a$ 7 iniunctam *om.* $I^a$ | salub. nostre disp. praesentem *O* 8 publ. errogatos *K*, publ. (—cus *I*) erogaturos $OI^a$, erogator publicus *X* 9 uel] et *X* | fraudem $I^a$ | unumeret $K^a$, enumeret *X* 10 acturio $OI^b$, acturie $I^a$, actuario suo *K* | negotiatione] $X^t$, negatione $KOI^a$, rogatione $I^b$, actione $I^vX^v$ | promissa $KI^a$ 12 unum $I^a$ | debitum fuerit *KI* 13 scil.] scil. et $I^a$ | ualeat $KI^v$ | aplius aliquam (*om.* autem) *I* 14 seu] se $I^a$ 15 pro t.] t. pro $I^a$ | prol. un. quantitate *K*, quantitatem prol. (prol. qu. $O^b$) un. *O* 16 tantum *K* | actuarianum *K* | et] uel $KI^a$ 17 paccionem seu negationem *O* | rogationis $I^a$ 18 pecunias] personas *O* | errogatione *K* | printipii *K*, principibus *O*, principatus *I*, principis $X^t$ | non *om. libri, suppl. Cui. ex B:* καὶ μὴ κατὰ τὴν μέχρι νῦν συνήθειαν | obtin. hact.] hact. obseruatam *X* 19 eadem *O*, tales *X* | uel *om. O* | erogatorie $I^a$?, erogatione $I^b$, erog. principii dari *O* (*cf. u.* 18), erog. principis *X* | causa] ea *uel* ca *O* 21 propterquam *K* 22 acturii *O* | negatione $I^a$ | deberi *OX* | consterit $I^a$ 23 porte *O* 24 militem $I^a$ | quo $O^a$ 25 pertinet $O^a$ | principia *om.* $O^a$ | sequestretur *K* | scilicet *om. K* 26 inter *OIX* | constitutos *OX* 27 pictatia *K*, putatia $I^a$, pitancia *X* | habitat *K* | pactionem *KX* | protulit *K* | cum] q' cum $O^a$ 28 causa] cum *KO* | prefecturum *K* | tractaque *I* 29 que *om. K* | similiter] militi *O* | consulatur *X* 30 iuris *KIX* | commeatibus *K*, meatuum $O^a$, commeatuum $O^b$ | saluberrima constitutione *K*, celeberimam constitutionem (—ne *I*) $OIX^t$ 31 offerendo *K* 32 quae] quoque *I* | pro comeatum *K*

meatus dimissis militibus erogandae fuerant, publicae rationi erogator non dubitet repor-
4 tandas. Sciat uero tribunus praeter iam constitutas super huiusmodi facinore intermina-
tiones sese *de* propriis facultatibus singulis militibus, quibus ultra numerum triginta
uirorum sub nomine commeatuum eos dimittendo causam non consequendi publica solacia
4a dederit, quidquid ob iniquam dimissionem amiserint, soluturum. Nec prius idem tribunus
ab eodem discedat numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est quos post permissam
triginta uirorum quantitatem commeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque
5 illaesos reddiderit. Hoc etiam adiciendo, ut sub gestorum testificatione tam decem ex
deuotissimis principiis, primates eorum uidelicet, quam unusquisque caput scholae iuratus
deponat, sub sua praesentia rem sicut superius dispositum est fuisse subsecutam, et sub
obtutibus suis unumquemque militem solacium suum manu sua ab erogatoris dextera
suscepisse: et huiusmodi gesta relatione a uiro clarissimo tribuno uel deuotissimis prin-
cipiis intra tres menses mittenda, ex quo profectus fuerit, numerandos ad nostram referat
6 pietatem. Hoc uidelicet ante omnia curando, ut pro tempore erogator, postquam datae
fuerint ex publico pecuniae, intra duos uel tres menses seu quattuor, pro qualitate scilicet
spatiorum, commissam sibi sollicitudinem erogationis non dubitet faciendam: uel si ulterius
apud se pecunias publicas differendo erogationem ausus fuerit retinere, sciat se modis
omnibus damnum, quod ex negotiatione miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militi
7 soluturum. Scientibus his, qui praefatae dispositionis obseruantiam siue in differenda ultra
sigillatim definitum temporis spatium erogatione siue in qualibet alia parte fuerint egressi,
non solum sese militiae cinguli amissionem, uerum etiam facultatum quoque suarum publi-
cationem pro tanto subituros flagitio: et insuper erogationum quoque sollicitudinem ab
officio tuae celsitudinis, si imperatoria uiolata fuerit dispositio, ad alios transferendam, si
non idem officium, simulac huiusmodi fuerit a quolibet facinus perpetratum, ad notitiam
nostrae mansuetudinis uel certe ad scientiam illustrissimae magisteriae referre curauerit
potestatis, ut eiusdem apparitionis periculo tale flagitium principales minime poss*it* aures
latere, quatenus ex omni parte eodem delicto reuelato, quicumque saluberrimas nostrae
pietatis ordinationes ausus fuerit uiolare, interminatas minime possit poenas euadere: ita
ut in singulis militibus, qui non obseruato in eorum persona tenore datae dispositionis
laesi fuerint, liceat sacratissimum nostrum, per unum forte uel etiam binos milites pro
omnibus uerba facturos, petere comitatum et porrectis precibus quod contra nostram
dispositionem passi sunt approbare, eoque facto statutis uiolator imperatoriae dispositionis
8 suppliciis percellatur. Illud praeterea modis omnibus obseruari decernimus, ut erogator omnes
pecunias, quae mortuis militibus usque ad diem mortis eorum debitae fuerant, secundum
datam iam diualem dispositionem uxoribus uel liberis eorum non dubitet ministrandas.

*KOI*

---

1 erogante *K* | publici $I^a$ | erogaturo *K*, erogatorum $I^a$, erogatorium *X* | reportanda $OI^a$, reputandas *X* 2 praeter] post *O* | constitas $I^a$ | huiuscemodi *K* 3 sese] se *X* | de] *Hal.*, *om. libri* 4 uirorum] dierum *O* | causa non $KOI^a$, non a (a *del.* $X^b$) causa *X* | sequendi $O^a$ 5 unquam *K* | missionem $I^a$ | amiserit *KOI*, admiserint $I^a$, admiserit $I^b$ 6 discebat *K* | modi *om. O* | permissam post *I* 7 iuirorum $I^a$ | in] omnes in *O* 8 ut] etiam ut $I^a$, *om. X* | sub] sug *K*, su *O* 9 uidelicet] u. et *I* 10 deponant $I^a$ 11 suum *om. K* | erogatoribus $OI^t$ 13 praefectus *O* 15 ex] haeae *O*, ⁎ $I^a$ | inter $OI^a$? | duos uel (uel ⁎ $O^a$) tres] uel duos *I* | seu quattuor menses *K* 16 commissa *K*, c̄sam $I^a$ | solitudinem $I^a$ | non] si *K* 17 defferendo $OI^b$ 18 ex] *IX*, et de *K*, et *O* | propropriis *I* 19 soliturum $I^a$, solutorum *X* | differendam $O^a$, differende $I^a$ 20 singillatim *K*, sigillatum $O^a$ | erogationem $OI^aX$ 21 sese] esse *K* | cingulis *O* | uerum ... publicationem *om. K* | etiam] et $OI^a$ | publicatione *O* 22 subiturum $KI^a$ | erogationem *K* | quoque] quoque etiam *O*, quo⁎ $I^a$ | sollicitudine $I^aX$ 23 imperatoriam $I^a$ | transferenda *KX* | si non] sine *K*, si uero $X^a$ 24 idem] id *X* | a quolibet] qualibet *K* 25 illustrissimi *K* | ferre $KOI^aX$ | curauerit] uel procurauerint $I^a$ 26 ut] est ut $I^a$ | eiusdem] eis *O*, eisdem *X* | apparitioni *O* | periculis $KO^eX$, curriculis $O^t$ | possint *libri* 27 delicto] loco derelicto $I^a$ | releuato *KI* | quodcumque $I^a$ 28 ordinationis $I^a$ 29 ut in] ut *O* | obseruanto $I^a$ | eorum in personam *I* | tenore datae] *OI*, redacte *K*, tenore recte *X* 30 nostrum *om. K* 31 comeatum *KX contra Graecos teste Cuiacio* 32 eo quod *I* | statuis *K*, statuto uigiliis $O^a$ 33 modis omnibus] $OI^b$, disposdis omn. $K^a$, dsdis omn. $K^b$, mo⁎⁎ $I^a$, omn. modis *X* 35 iam dictum *X* | dubitent *OIX*

17 Idem A. Arcadio pp. Cum saepe contingit propter quasdam [Parat. ad Const. 1, 2]
maximas et inexcusabiles rationes quibusdam ad custodiam uel aliam huiusmodi causam
milites deputari uel etiam deputatos esse, et non conuenit hoc modo publicum aliquod
damnum seu dispendium sustinere, iubemus, si qui fortissimi milites ex quocumque numero
curiis uel quibusdam corporibus uel sacrosanctis ecclesiis uel aliis personis pro custodia,
ut dictum est, uel tali alia causa a nostro numine deputati sunt uel fuerint, ne per eorum
translationes circa annonarum uel capitum eis praebendorum erogationem publicis rationi-
bus quaedam laesio ingeratur, eadem de proprio personam seu personas, cui et quibus
deputati sunt uel fuerint, modis omnibus agnoscere: hoc tantummodo de publico pro isdem
annonis et capitu praebendo et imputando, quod in locis, ex quibus praefati milites per-
ueniunt seu peruenerunt, imputabatur, uel si antelatam praestationem supradictae personae
recusauerint, eosdem milites de suis locis non recedere, uel eos qui recesserint ad ea sine
1 quadam mora redire. Hoc omnifariam custodiendo, ut nemo deuotissimorum militum cui-
cumque personae seu corpori sine speciali nostrae serenitatis iussione scriptis proferenda
2 deputetur. Officio tuae celsitudinis, si hanc nostrae mansuetudinis formam, quotiens super
militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare et, quid eos, quibus
dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minime curauerit, tam
dispendium, quodcumque publicum hac ex causa sustinuerit, *ei* de proprio resarcire, quam
triginta librarum auri multam propter suam desidiam, immo magis coniuentiam dependere
3 cogendo. Rectoribus nihilo minus prouinciarum et apparitionibus eorum, si statuta nostra
uiolauerint seu uiolari concesserint, eiusdem condemnationis solutione percellendis.

18 *Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.*

Ἡ διάταξις κελεύει πρότερον ἐπὶ χώρας παρακρατεῖσθαι τὰ εἰς στρατιώτας δαπανώ- [B 57, 4, 18]
μενα καὶ τηνικαῦτα τὰς λοιπὰς αἰτίας τοῦ δημοσίου προβῆναι. οὐδὲ γὰρ χρὴ μόνας τὰς ἐκπομ-
πὰς κατεπείγεσθαι, ῥᾳθυμεῖσθαι δὲ τὰ στρατιωτικὰ δαπανήματα. τοὺς δὲ ἄρχοντας καὶ τὰς
πόλεις καὶ πάντα τὸν ἕτερον δημοσιεύοντα, εἴ τι παραβαθῇ τῶν θεσπισθέντων, καὶ τὰ χρήματα
παρέχειν οἴκοθεν τοῖς στρατιώταις καὶ πρόστιμον ἑκατὸν λιτρῶν χρυσίου θεσπίζομεν. a. 491—505

19 *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς* . . . . . . θεσπίζομεν

Ἡ διάταξις κελεύει, ἵνα, ἐὰν στρατιῶται ὑφεστῶτες μὴ ὦσιν ἐν ταῖς οἰκείαις ἀγγα- [B 57, 4, 19]
ρείαις, ἀλλ' ἢ εἰς βοήθειαν ἠφορίσθησαν προσώποις τισὶν ἢ κατὰ ἄφεσιν ἀπελύθησαν, μὴ
λαμβάνειν τὰς ἀννόνας αὐτῶν τὸν ὑπομνηματοφύλακα ἐν εἴδει διὰ τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐν
χρυσῷ διατιμωμένου τοῦ εἴδους κατὰ τὴν *τράπεζαν*, ὅρκου παρεχομένου παρά τε τῶν τριβού-
νων καὶ τῶν βικαρίων καὶ τῶν δομεστίκων καὶ ὑπομνηματοφυλάκων καὶ ὀπτιώνων, οὐδὲν ἧττον
καὶ μετὰ τὸν ὅρκον λογοθετουμένων καί, εἴτε[1] ἂν εὑρεθείησαν ψευσάμενοι, ἐν διπλῷ καταβαλ-
1 λόντων. Εἰ δὲ καὶ στρατιώτης ἐξαργυρίσαι βουληθείη τὰς παρεχομένας αὐτῷ ἀννόνας, λήψεται
τὰ χρήματα κατὰ τὴν τράπεζαν. εἰ δὲ τὸ εἶδος λαμβάνει, λήψεται τὸ ἐν τῇ χώρᾳ χορη- [1, 4, 18]

*KOI: indices c.* 18. 19 *ex B restituit Cuiacius*

[1] εἴ τι (*Heimbach*)?

1 idem ... pp.] *Cui.*, idem arc. a. pp. *O*, impr. a. archa. pp. *Ambros. E* 28 *inf.*, idem a. *KI* | contigit *K* 2 uel] uel ob *K* 3 et *om.* $OI^a$ 4 seu] a. seu *K* | quis *I* 5 curiis] cineris *K?* | quidam *O* | uel aliis] ut aliis $O^a$ | per $KI^a$ 6 ut d. est *om.* *K* | uel] ut $O^a$ | tali] t. uel $I^a$, *om.* $I^b$ | nomine *libri* | uel] ut dictum est uel (uel *om.* $I^a$) *I* 7 translatione *K* | annoriarum *K*, annorum $I^a$ | captum *K* | eis *om.* *X* 8 quidem *K* | ingeritur *K*, ing*(n?)eratur $I^a$ | personam] persona *O* | seu] seu et *K* | et] uel *I* 9 sunt uel] scl'i *O*, *om.* *X* | modis] hoc m. *X* 10 capite *KIX* | prebendorum $I^a$? | et *om.* *X* 11 seu peruenerunt *om.* *X* | uel] et *X* 12 recusauerunt *KO* | non] mox *X* | reddere $I^a$ | decesserint $KI^a$? | sine] sinde *K* 14 seu] ut seu *K* | corpore *K* | proferendam $I^a$ 15 depeutetur $O^a$ | censitudinis *O* | nostram *O* 16 reputandis *K* | aliquod *OX* | quod *OX* | quibus] quibusdam *I* 17 idem *K*, idite itidem $X^a$ 18 ei de] *cdd.*, uel ei de *O*, uel eidem *KI*, eandem *X* | proprio] priori *I* | resarcire] est sartire *K* 19 desideriam *K* | conuenientiam *X*, tribuentiam *K* | deprehendere $KI^a$ 20 apparitoribus $OI^b$ 21 solutio *K* | precellendis *I* 22 *c.* 18. 19 *Anastasii esse colligitur ex* 1, 4, 18, *quae gemina uidetur c.* 19 § 1 28 *inscriptionem ex* 1, 4, 18 *restituimus* | θεσπίζομεν *tradunt Paratitla ad Const.* 1, 3 32 τὴν τραπέζαν] τὴν *Cui.*, τραπέζαν *suppl. Contius ex uersione Cuiacii* facta specierum aestimatione secundum rationem mensae 36 εἰ δέ *seqq.*] *hoc comma in Parat. ad Const.* 1, 3 *sic indicatur:* ὁ στρατιώτης δοκιμασίᾳ τοῦ ἐκδίκου, ἐν ᾧ μὴ πάρεστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, καὶ τοῦ θεοφιλοῦς τῶν τόπων ἐπισκόπου λαμβανέτω τὸ εἶδος παρὰ τοῦ συντελεστοῦ

γούμενον κατὰ δοκιμασίαν τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἐκδί-
1a κου τῆς πόλεως. Εἰ δὲ καὶ ὁ ὑπομνηματοφύλαξ ἀγοράσῃ παρὰ στρατιώτου τὰς ἀννόνας (1, 4, 18)
αὐτοῦ καὶ αὐτὸς λαμβάνει αὐτὰς παρὰ τοῦ συντελεστοῦ ὡς ἐκχωρηθείσας αὐτῷ, πάλιν κατὰ
1b τὴν τράπεζαν λαμβάνειν αὐτόν, εἰ μὴ παρὰ τὸ εἶδος βούλεται ὁ συντελεστὴς προσαγαγεῖν. Εἰ
δὲ καὶ οἱ συντελεσταὶ βουληθείησαν ἑκουσίως πωλῆσαί τινα τοῖς στρατιώταις, οὐ κωλύομεν
τοῦτο γίνεσθαι, εἰ καὶ μέλλουσιν ἐκ τούτου κερδαίνειν, ἥττονα ποσότητα εἰδῶν παρέχοντες αὐτοῖς
παρὰ τὴν δημοσίαν τράπεζαν. μὴ ἐξέστω δὲ τοῖς πολίταις[1] ἐκ τούτου βλάπτειν τὸν συντελεστήν,
ἵνα, ἐὰν αὐτοὶ κακῶς συμφωνήσωσιν, ἀναγκάζωσι τὸν συντελεστὴν καθὼς συνεφώνησε[2] παρα-
2 σχεῖν τὰ εἴδη. Εὑροῦσα δὲ ἡ διάταξις, ὅτι καί τινες τῶν χαρτουλαρίων τῶν γενναιοτάτων
ἀριθμῶν ἤτοι φοιδεράτων συνωνοῦνται ἑαυτοῖς σῖτον, ἵνα τὸ μὲν δημόσιον δίδωσιν αὐτοῖς κατὰ
τὴν τράπεζαν τὰ τοῦ σίτου τιμήματα, αὐτοὶ δὲ ὡς προηγορακότες εἴδη κερδαίνουσι, κελεύει ἡ
2a διάταξις μηδένα συντελεστὴν ἄκοντα ἀπαιτεῖσθαι παρέχειν αὐτοῖς συνωνήν. Εἰ δὲ ἑκουσίως
πωλῆσαι ζητήσῃ τις αὐτοῖς, μὴ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς τὰ τιμήματα τῆς τραπέζης εἰς τὴν ποσότητα
2b τὴν μέλλουσαν λόγῳ ἀννόνων τοῖς στρατιώταις χορηγεῖσθαι. Εἰ γὰρ ἔξωθεν ἑτέραν ποσότητα
2c βουληθῇ ἀγοράσαι, τότε κεκώλυται πραγματεύσασθαι, ὡς καὶ πᾶς στρατιώτης. Ταῦτα δὲ πάντα
δείκνυσι μέλλουσα γίνεσθαι ἀναψηλάφησις, ἀναγκάζουσα πάντα ἄνθρωπον τὸν ὁτεδήποτε ψευσά-
μενον σφετερισάμενον διπλάσιον καταθεῖναι, ἵνα τὸ μὲν ἁπλοῦν λάβῃ ὁ ἐκδικηθείς, τὸ δὲ ἕτερον
3 ἁπλοῦν τὸ δημόσιον. Πάντες δὲ οἱ στρατιῶται οἱ προσπαραμένοντες προσώποις τισὶν ἐν ἐξαρ-
γυρισμῷ λαμβανέτωσαν τὰς ἰδίας ἀννόνας κατὰ τὸν ἐξαργυρισμὸν τῆς τραπέζης, ὁμοίως δὲ καὶ
τοὺς κεφαλιτίονας· καὶ μὴ ζητείτωσαν τὰ εἴδη, εἰ μὴ ἑκὼν ὁ συντελεστὴς ταῦτα καταβάλοι.
4 Τοῦ παραβῆναί τί ποτε τῶν προειρημένων τολμῶντος μέγιστον κίνδυνον ὑφορωμένου, εἴτε τριβοῦνος
εἴτε βικάριός ἐστιν εἴτε δομέστικος εἴτε ὑπομνηματοφύλαξ εἴτε ὀπτίων εἴτε πρῶτος ἀριθμοῦ εἴτε
ταξεώτης τοῦ στρατηλάτου, ἐὰν συμβῇ τί ποτε παρὰ τὸ ἀληθὲς γνωρισθῆναι ἢ ἐπιχειρισθῆναι,
καὶ μὴ παραχρῆμα δηλωθῇ καὶ ἀνασταλῇ· ἡ γὰρ ἀναψηλάφησις πάντα τὰ παρὰ τὴν διάταξιν
γινομένα ἀπελέγξει. a. 491–

# XXXVIII (XXXVIIII)
## ℞ DE EXCOCTIONE ET TRANSLATIONE MILITARIVM ANNONARVM ℞

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI COMITI ET MAGISTRO VTRIVS- Th. 7, 5, 1
QVE MILITIAE. Opinatores, quibus species in diuersis prouinciis delegantur[3], contra omnem
1 consuetudinem nullis consistentibus familiis excoctionem panis efflagitant. Illustris igitur
auctoritas tua nouam usurpationem congrua auctoritate repellat[4], ut, cum opinatores in
prouinciis delegantur, uetus consuetudo seruetur. D. ID. SEPT. MEDIOLANI THEODORO
VC. CONS. a. 399
2 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. HADRIANO PP. In excoctione buccellati, quod Th. 7, 5, 2
deuotissimis militibus conuenit praeparari, in translatione etiam annonae nullius excipiatur
1 persona, uidelicet ut ne nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam,
quod non opinamur, implere quae sunt praecepta neglexerit, in procuratorem eius seueris-
*KOI*

---

[1] στρατιώταις *requiritur* [2] καθ' ὧν συνεφωνήθη? [3] ut pretium maiore taxatione deposcant *ins. Th.* [4] percellat *Th.*

---

3 αὐτός] αὐτόν *Cui.* 1562, *unde Herrmannus conicit hoc loco* αὐτὸν λαμβάνειν *scr. et u.* 4 λαμβάνειν αὐτόν *del.* 27 exactione *I* | militarium *om. Th.* 7, 5 28 annorum *I* 29 impp. ... 30 militiae] imp. arch. *KI* | comiti ... 30 militiae] *Th.*, mag. mil. *O* 30 opinanationes *O*, epinatores *I* | speciis *K* 31 excoctionem] exactoris *K* | afflagitant *K*, afflagitent *O*, et eflagitent *I*[a], eflagitent *I*[b] 32 usurpatione *K* 33 *s. a. Th.* 35 idem ... a.] *Th.*, idem (imp. *O*) et th. aa. *OZ*, idem a. et th. *I*, imp. th. *K* | ad hadrianum pp. *Th.*, *om. KI* | excognitione *K* | quod] qui *O* 36 deuotissimus *K*[a] | in *om. K* | excipiatur nullius *I* 37 quiquam *O* 38 quod *om. O* | non *om. K* | opinatur *OI*[a] | neglexerint *KO?*

sime uindicetur, ita ut, si huiusmodi contumaciae dominum conscium esse constiterit, quadruplum id, quod pro eius capitatione poscitur, posthabita dilatione soluatur. D. VIIII K. APRIL. ROMAE HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS. a. 404

# XXXVIIII (XXXX)
## ℞ DE MILITARI VESTE ℞

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AVXONIO PP. Omnem canonem [Th. 7, 6, 2] uestium ex kalendis Septembribus ad kalendas Apriles nostris largitionibus tradi praecipimus: proposita poena rectori prouinciae uel eius officio condemnationis, quae tuae iustitiae uidebitur. D. XIIII K. DEC. MARCIANOPOLI VALENTINIANO ET VALENTE CONSS. a. 368

2 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. MODESTO PP. Pro- [Th. 7, 6, 3] uinciae Thraciarum per uiginti iuga seu capita conferant uestem: Scythia et Mysia in triginta iugis seu capitibus interim annua solutione dependant: per Aegyptum et Orientis partes in triginta terrenis iugis, per Asianam uero et Ponticam dioecesim ad eundem numerum in capitibus seu iugis annuae[1] uestis collatio dependatur, ita ut per Orientem prouinciae in titulo auri comparaticii, quod per iugationem redditur, compensationis gratia perfruantur, exceptis Osroena et Isauria: nam easdem constat aurum comparaticium minime redhibere. D. V ID. AVG. HIERAPOLI GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE VC. CONSS. a. 377

3 [2]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARTINIANO COMITI SACRARVM LARGI- [Th. 7, 6, 4] TIONVM. Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari praecipimus[3]. D. XVI[4] K. FEBR. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PP. Militaris adaeratio [Th. 7, 6, 5] uestis a collatoribus exigatur, sacratissimis uidelicet largitionibus inferenda, ita ut quinque eius partes fortissimis militibus erogentur in pretio, sexta uero portio a gynaeciariis clementiae nostrae absque ulla uel ipsorum uel publica incommoditate pro eadem contextione suscepta iunioribus gregariisque militibus in ipsa, quam maxime eos desiderare constitit, specie praebeatur. D. VII ID. MART. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

*KOI*

---

[1] annua *Th.* [2] *iunge Th.* 6, 30, 14, *cf. etiam Th.* 6, 26, 6. 6, 30, 13 [3] praecipias *Th.* [4] xv *Th.* 6, 30, 14

---

